Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collegii P. Assist. Arct. M. Quit.

OPERA

L. ANNAEI SENECAE

ET AD DICENDI FACVLTATEM, ET AD BENE VIVENDVM utilissima, per DES. ERASMVM ROTERODAM. & Matthæum Fortunatum, ex fide ueterum codicum, tum ex probatis autoribus, postremo sagaci nonnunquã diuinatione sic emendata, ut ad genuinam lectionem nihil amplius desiderare possis.

ADIECTA SVNT

Scholia D. Erasmi Roterodami in bonam partem operis.

Beati Rhenani in Ludum de morte Claudij Cæsaris.

Rodolphi Agricolæ in Declamationes aliquot Commentarioli.

Fernandi Pinciani castigationes in uniuersum opus.

Index rerum & uerborum locuples.

Iustu D. Conquistoris emº
Iauret ex expurgº 1632
Hieronymus Garcia Soc. Jesu

24448
Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S.I.

BASILEAE

Es del collegio della Compª de Iesus di Cattalogna

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS EORVM, QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Præfatio DES. ERASMI castigatoris ad episcopum Cracouiensem.
Vita Senecæ per neotericum, sed incertum autorem.
L. Annęi Senecæ ad Ebutium Liberalem Lugdunensem, De beneficentia lib. VII. pagina 1
De institutione uitæ ad Lucilium Balbum, Siciliæ præsidem lib. XXII epistolæ CXXIIII. pag. 76
De diuina prouidentia ad eundem lib. I. pag. 272
De paupertate lib. I. pag. 278
De remedijs fortuitorum ad Gallionem lib. I. pag. 280
De ira ad Nouatum lib. III. pag. 283
De clementia ad Neronem lib. II. pag. 317
De Vita beata ad Gallionem fratrem lib. I. pag. 331
De tranquillitate uitæ ad Serenum lib. II. pag. 346
De breuitate uitæ ad Paulinum lib. I. pag. 366
De consolatione fratris ad Polybium. pag. 376
De consolatione ad Martiā liber, de quo docti nonnihil addubitant, nū Senecæ sit ob dictionis dissonantiam. Deinde uidetur non absolutum. certe facundiss. scriptoris est. pag. 384
De consolatione ad Albinam, siue Elbiam matrem lib. I. pag. 397
Naturalium quæstionum lib. VII. pag. 408
Declamationū lib. X. complectētes per Epitomen argumenta LXXIIII pagina 408
Suasoriarum & controuersiarum liber VI. in quibus Declamationes XXXV. pag. 482
De morte Claudij ludus nuper repertus, & elegātiss. Beati Rhenani Slezestensis commentarijs enarratus. pag. 657
Oratio ad Neronem. pag. 693

FALSO SENECAE TRIBVTA.

De quatuor uirtutibus moralibus lib. I. pag. 684
De moribus lib. I. pag. 687
Epistolæ Senecæ ad Paulum, & Pauli ad Senecam. pag. 691
Mimi Publiani falso hactenus Senecæ inscripti, cum alijs aliquot sententijs. pag. 694

QVAE NON EXTANT.

Intercidit magna pars Declamationum.
Item lib. De terræ motu, quem ipse citat in naturalibus quæstionibus.
Liber De copia.
Libri complures De ritibus sacrorum ethnicorum.

R. D. PETRO EPISCOPO CRACOVIENSI, AC REGNI POLONIAE CANCELLARIO DES. ERASMVS ROTEROD. S. D.

IN ipso statim huius operis limine Præsul amplissime, fortassis ceperit aliquem admiratio, quid acciderit, ut præter morem meum nunc Seneca prodeat, non eiusdē nomen præferens, cui fuerat antea dicatus. Quū enim alij quidem pluribus interdum dedicent eundem librum, nōnulli singulos eiusdem operis libros singulis nuncupent, quidam appendices adiectas alijs inscribant, quàm opus inscripserant, nos tamen hac in re summam præstitimus constantiam hactenus, adeò ut cum olim R. D. Guilhelmo Vuaramo archiepiscopo Cantuariensi solam Euripidis Hecubam præsentes exhibuissemus, absentes in editione & Iphigeniam aulidensem adiecerimus. Quantulus autem fuerit Adagiorum libellus initio, quem clarissimo Baroni Guilhelmo Montioio dedicauimus, plerique sciunt, quanta nunc sit operis moles, liquet, nihil tamen mutatum est de titulo. Certe poteramus in Chiliadibus, aut centurijs facere, quod Celius Rodiginus uir doctus ac pius fecit in sedecim libris, quibus titulum esse uoluit antiquarum lectionum. Ab hac ambitione tantum absumus, ut complures libellos emiserimus absque nuncupatione. Longius etiam ab eorum impudentia, qui idem opus mutata duntaxat præfatione pluribus dicant, eadem, quod aiunt, filia plures sibi generos adsciscentes. Aduersus huiusmodi exempla, quum in huuc usque diem perpetuo meum morem obtinuerim, hoc uehementius admirabitur aliquis, quod opus pridem dicatum Thomæ episcopo Dunelmensi, nunc uideat alterius præferre nomē. Hoc amplissime præsul, nec casu, nec temere, sed consulto factum esse fateor. Siquidem uel hac ratione cunctis testatum esse uolui, priorem editionem non fuisse meam, quanquam plus satis fretus amici cuiusdam promissis addideram præfationem. Cantabrigiæ quum nactus essem aliquot Senecæ libros manu descriptos, adhibito laboris socio, totum Senecam percurri uerius quàm perlegi, annotatis in spatio marginis quæ uel diuersa compereram in exemplaribus, uel ipse ex me addiuinaram. In his erant permulta, quæ uigilantis & eruditi cuiuspiam discussionem requirebant. Quum mihi diutius Basileæ commorari non esset commodum, totum hoc negotium amico cuidam, de cuius fide, nec tum quicquam addubitabam, nec non conqueri libet, commisi. At post menses aliquot Basileam reuersus, comperi sic tractatum opus, ut me uehementer puderet eius editionis. Non hic uulgari more culpam in alium transferam, sed partiar magis inter eum qui commisit, & eum qui commissum ad se recepit. Meum peccatum erat quod oblitus sapientissimi de Cassita apologi, amicorum operam expectarem in eo negotio quod per me rectius geri & potuit & debuit: illius, quod inexploratis humeris susceperit sarcinam uiribus maiorem. Quanquam haud scio an maior culpæ portio mea sit, siquidem ineptior est, qui boui clitellas imponit, quàm bos ipse qui recipit impositas. Sed ciuilius est, opinor, utriusq; culpam si non licet excusare, saltem extenuare. Fidem amici perspectam habebā, de ingenio, doctrina, iudicioq; pro mea erga illū beneuolentia magnificentius sensi, quàm pro re: & ille pro mutuo suo amore, gratificandi studio, fortassis & recusandi pudore, plus recepit quàm præstare ualuit. Quod ego peccaui, simplicitatis & candoris erat, quod ille, sedulitatis et obsequij. Cæterum quod ea pars exēplaris quæ crebriores habebat annotatiunculas sublata est, sic interpretari libet, aut ab illo non esse factum, aut charitate nostri factum, qui maluit ibi parū meminisse fidei, quàm de nostra amicitia periclitari. Sed huic malo malum aliud geminum accessit ut intelligas totum illud negotium sinistris auspicijs fuisse gestum. Curaram

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quendam bibliopolam, sibi felicem, aliis infelicissimum, Senecæ codicem reddendum Episcopo cui dicaram hoc laboris. Is ex Anglia reuersus affirmauit se cum fide, quod erat mandatum peregisse, Credidi. Quis enim non crederet sic asseueranti? Interim in meis ad Episcopum literis iterum atq; iterum faciebam dicati missiq; uolumi nis mentionem. Ille qui nihil acceperat, existimabat se mihi ludibrio esse. Huic stomachum etiã exasperauit iureconsultus quidã, qui illi erat à consilijs. Nam indicarat Episcopo locus aliquot, qui tam manifestum habebat mendum, ut mirum sit nec ab operis animaduersum fuisse. Tandem quum redissem in Angliam, ignarus harum rerũ, comperi Præsulem illum, quem habere solebam amicissimum mire frigidum, & causam expiscatus sum. Itaque præter editionis dedecus propemodum etiam amici non uulgaris iacturam feci. Interim semper stimulauit animum calcar ignominiæ: ut quemadmodum solent milites post cladem acceptam in proximo conflictu, uirtute dedecus acceptum pensare, ita feliciore recognitione sarcirem, quod in editione priore commissum erat. Quanquam illa quoq;, qualis qualis erat, nõ parũ multa restituit, certe spem aliquam ostendit eruditis huius senticeti in usum frugiferi noualis repurgandi. Itaque melioribus, ni fallor, auibus Senecam in manus recepi, in quo emaculando tantum curæ, tantumq; sudoris impensum est, ut optimo iure possim abdicare priorem illam editionem. Ac ne quid infelicium auspiciorum hic resideret, sed plane nouo genio iã aliud prodiret opus, mutata præfatione, tuo nomini auspicatissimo uigilias hasce meam dicare uisum est. Speroq; futurum, ut quemadmodum tu consilijs, fidelibus iuxta ac prudentibus, Regi Sigismundo pacis belliq; artibus iuxta instructo, tum florentissimo Poloniæ regno, cui uigilantissimum præstas Cancellariũ, cum primis dexter es ac felix, ita nomen tuum Senecæ perfixum, lætum quoddam augurium sit allaturum studiosis omnibus, quos hactenus misere torsit, autor lectu quidem dignissimus, sed ita tractatus, ut uix usquam se lector possit explicare. Nõ hic uerbis attollam, quantum mihi laboris exhaustum sit. Scio neminem crediturum, ni si priorem editionem cum hac contulerit. Id si quis non grauabitur facere, continue fatebitur alium prodisse Senecam: non quod nihil resederit excutiendum, sed quod innumera portenta, non minus feliciter quàm fortiter sustulerimus, idq; præsidio diuersorum codicum, inter quos erant aliquot miræ uetustatis. Diuinationi nõ temere indulsimus, experimento docti, quàm in tutum non sit. Et tamen alicubi diuinandũ fuit, nec raro feliciter cessit coniectura, nisi me fallunt omnia. Adiuuit in hoc labore nonnihil industria Matthæi Fortunati Pannonij, hominis, ut res indicat, exacte docti, diligentis, sobrij saniq; iudicio. Is enim libros naturalium quæstionum accuratissime recognouit, quod opere utinam & in cæteris omnibus præstitisset, quem ut in pleriscq; libenter sequuti sumus, ita in nonnullis ab eo dissentimus, præsertim ubi nostro sensui suffragabantur exemplaria. Profuit & Rodolphi Agricolæ codex typis excusus Taruisij, ante annos quinquaginta, quem is uigilantissime uidetur euoluisse. Arguebant hoc notulæ manus ipsius, quibus innumera loca correxerat, sed in multis, ut apparebat, diuinationem, ingenij sequutus magis quàm exemplaris uetusti fidem. Incredibile uero quàm multa diuinârit uir ille planè diuinus, non enim possum Rodolphi dotes & plurimas, & eximias cõplecti breuius. Eius codicis nobis copiã fecit Hayo Hermannus Phrysius, iuuenis tam felici natus indole, ut unus uideatur idoneus, qui Rodolphicæ laudis successionem capessat, tantiq; uiri gloriam sustineat, alioqui & patriam habens cum illo communem, & affinitate propinquus. Quin & Sigismundus Gelenius, qui iampridem in officina Frobeniana castigandi præfecturã gerit, uir citra omnem ostentationem exquisite doctus, &, quod in eruditis quoque rarum est emunctæ naris exactiq; iudicij, non pauca feliciter deprehendit, quæ nos in multa distractos, interdum & defessos, fefellerant. Non enim est mei ingenij quenquam laude merita fraudare. Vt autem hunc Senecam tam prodigiose deprauatum haberemus, præter illas uulgares causas, incuriam inscitiamque scribarum, temeritatem

ritatem sciolorum, mutantium quicquid non assequuntur, seorsum duas potissimum fuisse perspicio. Prior est ipsa Senecæ phrasis, quæ quoniam nusquam non affectat declamatorias argutias, interdum usq; ad ænigmatis obscuritatem, præsertim quum accedat orationis concisæ parumq; compositæ, abruptum, ut facillimus ita periculosus erat lapsus, uel minus eruditis, uel oscitantibus, qua dere, mox plura nobis dicentur. Altera quod hunc scriptorem prisci Christiani sibi studio quodam uindicarunt, ac propemodum pro orthodoxo sunt amplexi, partim ob præceptorum sanctitatem, quam in huius libris animaduerterũt, partim commendatione libelli, qui continet epistolas aliquot ultro citroq; inter Paulum apostolum et Senecam missas, mendaci quidem titulo, sed in rebus humanis mirum est, quantum interdum habeat momenti, fictum ac friuolum nugamentum. Non enim belli tantum, iuxta prouerbium sed totius uitæ mortalium multa sunt inania. Iam quũ semper uulgo nihil soleat esse leuius, quo seculum illud habebat homines ad pietatem proniores, magis credulos, minusq; suspicios os, hoc facilius erat illis fuco pietatis imponere. Nec parum accessit illi fauoris ex D. Hieronymi commẽdatione, qui Senecam recensuit in Catalogo sanctorum, quanquam in eo Catalogo cõmemorantur aliquot nõ admodũ probatę sanctitatis. Velut Iosephus professione Iudæus, Tertullianus, Nouatianus, & Donatus hæretici. Ita factum est, ut ob religionis amorem fastiditis ethnicorum literis politioribus, disciplinis, linguis, & antiquitatis peritia, Senecæ libros & priuatim sibi legerent, & publice iuuentuti prælegerent, homines infantes, ac uix semigrammatici, tantum aspersi rudis illius et incõditæ philosophię, somnio uerius quàm cognitione, qui professionem auspicabãtur ab explicatione quatuor causarum, materialis, formalis, efficientis & finalis. Deinde præfati epistolam esse moralis philosophiæ, diuidebant eam in duas partes principales, & rursus harum singulas in tres aut quatuor minus principales. His fumis ingressi, quum uentum esset in medium, si qua uox occurrisset inusitatior, si quod schema, si qua ad autores non uulgares allusio, si quid græcitatis, si quid ueteris historiæ, breuiter si quid omnino retrusioris eruditionis, quũ harum rerum nihil didicissent, quibus pene ad ostentationis uitiũ scatet Seneca, necesse erat, ut aut mera portenta cõminiscerentur, aut mutarent scripturã. Quid ni? αἰσχρὸν γὰρ σιωπᾶν, ubi cathedram conscenderis, & inscitiam profiteri non conuenit ei, qui pileo titulo q; magistri artium celebris est. Vix dictu credibile, quãtum hic impietatem commissam deprehenderim. Eundem locum interim adeo uarie corruptũ, et tam imprudenter mutatum offendimus, ut nullum uerbum nec inter deprauatores, nec cum germana lectione, quam in peruetustis exemplaribus inuenimus, conueniret. Itaq; dum quod semel deprauatum est, alius simili temeritate nititur emendare, rursum alius atque alius subinde nouat aliquid, fit mendum inemendabile, ut nulla iam quamuis eruditi hominis diuinatio possit opitulari. Nam quod scribarum inscitia committitur, habet aliqua germanæ scripturæ uestigia, quæ sagacibus ingenijs præbent aliquam ueri coniecturam: quemadmodum in his quæ ex notulis excipientium, aut ex dictantis uoce non æqualiter ad omnium aures perlata uitiata sunt, locus aliquis relictus est eruditorum coniecturæ. Solent enim professores dictare scribendum quod erant enarraturi. His non omnes erant æque uicini, et diuersa est nationum pronuntiatio, nec semper articulata lingua est pronuntianti. Hinc euenit, ut contantius scriberetur pro constantius, & alea pro area. Similiter notularum uarietas dabat ansam erroris. Attamen illud debemus Christianorum studio, quod cum tot clarissimi scriptores interciderint. Seneca nobis magna ex parte supersit: si tamen hoc est superesse. Opinor autem à nobis rem eò deductam, ut si quis doctior, felicior & ocios ior, tantam accessionem addat huic editioni, quantam nos adiecimus superioribus, sperem talem fore Senecam, ut minimo cum tedio, maximo cum fructu legi possit. Adiecimus annotatiunculas, sed paucas, nec alibi, quàm si cubi putarem excludendam deprauationem. Alioqui nullus erat futurus annotationum modus, si, quod à Fortunato factum est, quicquid esset correctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

annotare uoluissemus, Et tamen uehementer optarim hunc autorem scholijs illustratum, ueluti stellulis, quibusdam, quæ deprauatorem temeritatem submouerent. Vitam Senecæ quidam non prorsus indiligens ex Suetonio, Cornelio Tacito, & Hieronymo decerptam literis prodidit, ex cuiu libro decerptums est, quod hic adiectum uidemus. Cæterum illis non assentior, qui certant Senecam facere Christianum Nicodemo simílem, qui quum nullum habeant argumentum probabile, præter epistolas, quas post docebimus à studioso quopiam fuisse confictas, nullum prorsus habent argumentum, nisi quod sub eodem Cæsare uixerunt Romæ. Sed fingamus Senecam, quo non alius de contemnenda morte scripsit unquam, uel sæpius uel fortius, adeo fuisse meticulosum, ut ne inscriptis quidem extrema senecta proditis usquam subindicarit suam professionem, tam cautum, ut nihil suboluerit Neroni, qui quum illum decreuisset è medio tollere, & causas commentitias prætexeret, Christianissimi crimen non obiecit, illud quo colore defendemus, quod in extremis scriptis subinde loquitur deos & deas, subinde dubitat, num quid hominis superfit à funere? Vt largiamur esse fas metu mortis dissimulare Christianum, impia certe dissimulatio est, quæ pietatem impietate dissimulat. Aliud est ueste prophana Christum occultare, aliud est libris editis pugnare cum Christi dogmatibus, & aliud est silere de Christo, aliud illo indigna loqui. Sed quorsum attinet hoc commentum? An ut libros illius Christianis hominibus commendent? Equidem arbitror magis in rem esse lectoris, ut Senecæ libros legat, uelut hominis ignari nostræ religionis. Etenim si legas illum ut paganum, scripsit Christiane, Si ut Christianum, scripsit paganice. Quum autem in illo sint plurima, quæ segnitiem nostram possint ad uirtutis studium accendere, habebunt eadem acriores aculeos, si cogitemus ab ethnico profecta. Apud illos enim sunt quædam ita dicta gestáue, ut iuxta Christianam quidem philosophiam uehementer sint improbanda, prese ferãt tamen miram uirtutis indolem, uelut illud Socratis, hoc unum scio, quod nihil scio, quum sit absurde dictum, tamen exprobrat nobis nostram arrogantiam. Et Lucretię factum, quum sit optimo iure detestabile, nobis tamen commendat pudicitiæ studium, & hoc efficacius commendat, quod exemplum ab ethnica fœmina profectum sit. Itaque quod ad mores attinet, maiore fructu legetur Seneca, si legatur, ut, quemadmodum fuit, paganus. Nã & Christiane dicta uehementius afficient, & secus dicta, minus lædent. Alioqui nusquam magis discrepat à Christiana philosophia, quàm quum ea tractat, quæ nobis sunt præcipua. Caput enim nostræ religionis est, nosse deum. At ille commonstraturus nobis quid sit deus, Deus, inquit, est totum hoc quod uides & non uides, quasi totus hic mundus sit ingens animal, cuius corpus sit oculis conspicuum, anima lateat, & hoc sit deus. Iam unus ne sit deus an plures, uehementer ambigit, & tamen frequenter iterat deos deasq;. Rursus irridet eos, qui putant in hoc mundo nihil geri, quod hunc deum nõ fallat, perinde quasi culicem sentiat Elephantus. Iam an anima superfit corpori sic disputat, quasi nihil referat, utrum credas. Alicubi, ut refert Tertullianus, pronuntiat omnia finiri morte, etiam ipsam. Postremo quoties incidit in sapientem illum Stoicum, sic eum attollit, ut frequenter dijs æquet, nonnunquam et anteponat. Ait sapientem uniuersam felicitatem suam sibi uni debere, dijs nihil opus esse, immò deos aliquid debere sapienti. At pietas nobis persuasit, etiam passerculos & lilia deo curæ esse, tum hominem nihil habere ex sese boni, sed summam suæ felicitatis debere munificentiæ numinis. Quantum igitur sit periculi, si illa legantur uelutà Christiano prodita. Cæterum quod ad eruditionem aut eloquentiam pertinet, cum iudicio delectúque legendum esse Senecam, iam olim admonuit Quintilianus, tanta æquitate temperans suam de illo censuram, ut nec personæ studio laudet improbanda, nec odio damnet quæ laudem promerentur. Proinde fortassis non ab re fuerit, si studiosæ iuuentuti paucis indicem, quæ sint in hoc autore fugienda, quæ sequenda. Primum habet uoces suas, uelut in hoc affectatas, ut dissimilis

milis sit Ciceroni: quanquam hoc illi cum Quintiliano Plinijsq; commune, & haud scio an cum toto illo seculo, quod Ciceronis, uelut argenteum aureo successit. Huius rei pauca subijciam exempla, ut lector ex his conijciat cætera. Pronomine reciproco sui sibi se, frequenter durius utitur. Tanquã, pene semper usurpat pro uelut, siue, ut si quando uult exemplum subijcere. Aliquoties dicit æque quàm pro æque atque. Cum gaudet addere superlatiuis, quàm, quod sciam, nunquam, ut cum maxime, pro quàm maxime. Aduersus pro erga frequenter usurpat in bonam partem: ut, gratus aduersus deos. In hac sermonis forma, non modo contemnit homines, sed deos negligit, uix unquam addit coniunctionem, Sed & deos, aut, sed deos quoq;. Hæc atq; his similia, non reprehendo nec damno, tantum indico non esse Tullianæ candoris. Quintilianus libro decimo tribuit illi stili usum, quod in nullo scribendi genere non esset uersatus, tribuit ingenium facile & copiosum, tribuit studium & plurimarum rerum cognitionem, fatetur illum abundare multis & præclaris sententijs, probat libertatẽ in uitijs hominum insectandis, addens illius libros & ad mores formandos conducibiles esse. In summa, fatetur in illius libris esse multa quæ non solum probari debeant, uerum etiam admirationem mereantur. Sed ex aduerso detrahit illi philosophiæ exactam cognitionem, adimit iudicium de seipso, quod illi corruperat humanum uitium philautia, qui neuus nonnunquam in doctis ac bonis uiris reperitur, sed quem abunde multis pensent uirtutibus, nam id subindicat quum ait, si non omnia sua amasset. Ac mox, uelles, inquit eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Vnde parum æquus iudex Seneca fuisse uidetur alienorum scriptorum, quod hisce uerbis significauit. Fabius, Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, quum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse, in quibus illi placerent, dissideret. Quod ad phrasim attinet, putat in eo corrupta esse pleraq;, quæ hoc plus officiant, quod abundant dulcibus uitijs, nominatim illud taxat, quod pondera rerum minutissimis sententijs frangat, & alibi, ni fallor, notat in eo concisum & abruptum dicendi genus. Candorem in illo desiderasse uidetur & Suetonius, in Nerone Claudio scribens hunc in modum, Liberales disciplinas omnes ferè puer attigit, sed à philosophia eum mater auertit, monens imperaturo contrariam esse, à cognitione ueterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. At idem in Caligula Senecæ uidetur tribuere lene comptumq; dicendi genus, ita loquens de Cæsare, Lenius comptiusq; scribendi genus, adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere & arenam sine calce esse diceret. Quum Seneca sit affectibus tragicis uehemẽs, miror quur Suetonio uideatur esse lenior, ut ne de sermonis cultu disputemus. At his etiam liberius in Senecã destomachatur Aulus Gellius noctium Atticarum libro duodecimo capite secundo. Posteaquam enim retulisset aliorum de Seneca iudicium, quorũ alij censerent illius libros prorsus indignos qui legantur, quod eius oratio protrita uideatur ac uulgaris, res atque sententiæ, aut inepto inaniq; impetu sint, aut leui quasiq; dicaci argutia, eruditio uernacula ac plebeia, nihil ex ueterum scriptis habens neque gratiæ neque dignitatis: alio paulo æquiores, sermonis elegantiam magna ex parte illi detraherent, rerum uero cognitionem non adimerent, in uitijs autem morem obiurgandis, seueritatem grauitatemq; non inuenustam comprobarent: nominatim Senecæ iudicium de Cicerone multa cum libertate reprehendit, usq; eò incandescens, ut illum appellet nugatorem hominem: moxq; subijcit, Sed iam uerborum Senecæ piget, hæc tamen inepti & insipidi & insulsi hominis ioca nõ prætersibo. Denicq; sic claudit censuram, Dignus sanè Seneca uideatur lectione ac studio adolescentium. Mox ut arguat inter maledicta Senecæ, quæ plura uideri uult quàm benedicta, esse quædam quæ probare possis, unicam duntaxat profert sententiam, hanc. Qui refert quantũ habeas, multo illud plus est, quod non habeas. Etiã si non uidetur hoc Senecæ dictum, sed Publij mimi, quum sit uersus trochaicus te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trameter catalecticus. In hoc Gellij iudicio, neq; nihil est, neq; uera tamẽ sunt omnia.

Aequior in hunc est Cornelius Tacitus, qui quum integritatem constantiamq; hominis cum cæteris rerum scriptoribus prædicet, orationis etiam cultum tribuit, dicendi genus ad delectationem uerius quàm ad seueritatem comparatum, excusat hoc nomine, quod uir prudens quum perspiceret serum adolescẽtis ingenium per philosophiæ præcepta ad uirtutis amorẽ non posse flecti, suauioribus amœnioribusq; studuerit illud uel emolliri uel occupare. Hinc factum est, ut Nero pangendis carminibus præcelluerit, quum orationibus à Seneca cõpositis sese uenditaret. Inter omnes uirtutes, quas & multas & eximias in Senecæ scriptis esse fatetur Quintilianus, nulla potior, quàm quod lectorem miris aculeis, ad honesti studium inflammet, ab humilibus curis ac sordidis uoluptatibus auocet. Quod quum sit optimum, quid refert qua phrasi id efficias? quanquam ipsa quoque talis est, ut eruditissimo seculo fuerit inter præcipuos, tantum abest ut hisce temporibus possit fastidiri. Neque tamen nihil habẽt ueri quæ doctissimi scriptores de illo pronunciarunt. Fuit alienorum ingeniorũ parum candidus censor. Subinde ludit in Græculos, & interdum absque causa: neq; ferè refert ex probatis autoribus, quod non conetur conuellere, quasi turpe sit cuiquam omnino assentiri. Quoties autem ingeniorũ & eloquentiæ censuram sumpsit, quod potissimum facit in his libris declamationum, quàm multos incessit petulantius, alijs tribuens fatuas sententias, alijs insanas, alijs stultas, salibus plus satis dicacibus parumq; dignis uiro graui, ludens in pleroscp. Quæ res speciem habet animi parum alienæ laudi fauentis, & suæ nimium indulgentis. Quanquam hic est fermè morbus ac fastidium eruditorum omniũ, ut uix existat aliquis tam absolutus, ut alteri per omnia satisfaciat, nisi longa temporis præscriptio, summota iudicandi libertate religione quadam animos omnium occupauit. Nasonem aliquoties parum amanter, attingit, quod indulserit ingenio suo, uitiaq; sua diligere maluerit quàm corrigere. Quod iudicium uidetur & Quintiliano placuisse, qui putat ex illius Medea colligi posse, quantum præstare potuisset, nisi maluisset indulgere ingenio suo, quàm temperare. Atqui Seneca magis indulget ingenio suo in oratione prosa, ac serijs argumentis, quàm Ouidius in poëmatibus, plærisque iudicris. Alicubi disiderat in illo grauitatem rebus dignam, uelut in descriptione diluuij Deucaleonei, aliàs offenditur copia, quod desinere nesciat. Nonnunquam obijcit quod sententiam aliquam mutuetur à Portio Latrone, quasi talem non possit exse comminisci, aut quasi non possit fieri, ut duobus eadem sententia ueniat in mentem. Nec Virgilio parcit interim, nec Ciceroni, quæ tamen res conducit studijs, si fiat æquis iudicijs, ac citra petulantiam. Iam hoc ipsum quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum est. Insectatur mores hominum libere salsecp, sed non semper in loco, interdum immodice, tum aliquoties affectatius, hisq; modis ut non ita multum absit à scurrilitate: quædam uitia sic describit, dum insectatur, ut uideatur uidere potius quàm odisse, utque doceat magis quàm detestetur. Sunt enim quædam eius generis, ut ea depinxisse sit uel docere uel irritare. Qualis est obscenissimus excursus in primo libro quæstionum naturalium, de speculorum usu. Iam quum declamationum libros scribat ad filios suos, Senecam, Melam, & Nouatum, tamen admiscet quædam, quæ uir uerecundus uix auderet, etiam præfatus honorem auribus, proloqui, nedum pater apud liberos. Et habet quidem hæc in mores publicos dicacitas uoluptatis aliquid, sed parum liberalis, ni pudoris habeatur ratio, nec quicquam procliuius quàm in his disertum esse. Vnde fit ut hodie quoque Ecclesiastæ quidam, si de rebus sacris dicendum sit, elingues, in hoc argumento sint linguacissimi. Quin ubique plurimus uidetur iocorum affectator, etiam in rebus maxime serijs, in quibus optarim illum aliquanto longius abesse ab ineptia, obscœnitate, uitioque scurrilitatis ac petulantiæ. Est omnino liberale quoddam iocandi genus, est & perpetua quædam orationis iucunditas

cunditas, quæ uirum bonum non dedeceat, si in loco adhibeatur, at in Seneca sæpe cachinnos sentias potius quàm risum. Nec omnino temere est, quod de sententijs illius queritur Fabius, quas nusquam non affectat. Itaque fit, ut dum omnia per sententias conatur dicere, quanquam sunt plurimæ: quibus nihil possit esse felicius, tamen intercurrant aliquot, duræ, frigidæ, & ineptæ. Idem usu uenit in captandis epiphonematibus & argutijs, quæ frequẽter apud hunc in uerbis sitæ sunt, potius quàm in rebus, unde necesse est frigidiores esse nonnunquam & obscuras. Quod genus est illud ex prima statim ad Lucilium epistola, quædam tempora surripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. Ac mox, magna uitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Qua de re suo loco nonnihil dicetur, Neque nihil peccat in petendis affectibus, quos alij docendo præparant, suoq; tractant loco. Nam passim agitare affectus adeo non probatum est à doctis, ut quidam affectus in totum submouerint, uelut officientes iudicio. At hos Seneca ubiuis & in ipso statim initio stimulat uerius quàm mouet, & in his maxime tragicos, quæ Græci πάθη uocant. Itaque quoties in grandes materias incidit, puta de uniuerso, de natura deorum, de Stoico sapiente, de terræ motu, de fulmine, de diluuio, de fine mundi, de contemptu mortis, de motibus spontaneis, ueluti suum nactus campum uidetur ostentare grandiloquentiam suam, & nescio quid tragicum spirare. Horum uitiorum bonam partem probabilem est illi ex palæstra declamatoria hæsisse, in qua penè detriuit ætatem. Nam & Quintilianus fatetur, hoc exercitamenti genus, quum utiliter repertum esset ad absoluendam eloquentiam, tamen nescio quo pacto factum, ut multum inuexerit corruptelæ. Quum enim illic captaretur applausus auditorum, ea quisque curabat adferre, non quæ essent optima, sed quæ placerent maxime. Nec illic temere applaudebatur ab otiosis ac fastidiosis, nisi sententijs argute dictis, schematibus & epiphonematibus, & siquid esset aut nouum aut immodicum, Communia quanquam optima, fastidiebantur: Nec raro quæ pessime dicta fuerant, ijs frequentissime applaudebatur. Ita discessum est ab illo simplici ac naturali dicendi genere, quod omnibus antefertur, uel hoc nomine quod fide commendatur. Quid autem est oratio culta sine fide, nisi cantio probe modulata? Hinc est quod queritur Quintilianus, quosdam uitia sua, quibus in declamando assueuerant, in forum & ad serias actiones detulisse, reorum graui periculo, dum patronus mauult causam perdere, quàm iocum aut schema, nonnunquam cum risu quoque iudicum & coronæ. Talia quædam & Seneca retulit in libros, uelut hæc quæ diximus, tum fictiones illas palàm falsas, quibus frequenter utitur. Video quid uelis. Posthac pendebo de uultu tuo. Quanquam Nouatus frontem contraxit. Quin & in personis fingendis ac mutandis, interdum subtilis est, ut hinc etiam obscuritas oriatur, dubitesq; nonnunquam an ipse loquatur, an is, aduersus quem agit, an aliqua tertia persona. Non quod hæc non fiant ab alijs, sed parcius, sed mollius, sed magis perspicue. Multus est & in dialogismis, dum his aut illis personis, suum affingit sermonem, quæ res & ad copiam, & ad delectationem, & ad uehementiam confert: non quod hoc faciat infeliciter, sed quod frequentius & declamatorie, hoc est, ad uoluptatem magis, quàm ad serium usum causæ propositæ. Caligulæ Cæsaris iudicium contemni poterat, ut hominis parum integræ mentis, & qui Vergilij ac Titi Liuij statuas conatus sit è bibliothecis submouere, nisi & Fabius hoc notasset, & ipsa res propemodum loqueretur. Desideres enim ferè in huius scriptis ordinem & compositionem. Habet autem argumentum omne susceptum, initium, progressum & finem. Primum enim tractari solet quid sit. Id explicatur diuisione, cuius partes digeruntur in ordinem, et in quaq; tractanda ordo quidam est, dum ea primũ tractantur, quæ proxime attinẽt ad rei substantiã, deinde ea quæ accidunt, tũ si qua cognata sunt aut cõtraria, mox quæ hinc proficiscuntur, cõmoda uel incõmoda. Deniq; quibus ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus hæc parentur, seruentur, augeantur, aut contrà, deuitentur, depellantur, aut minuantur, ut totus liber corporis instar sit, constans ex membris decenter collocatis, id quod in Aristotele mireris, in Seneca desideres. Nec enim semper proponit ac diuidit, & si id fecit, non prosequitur quod proposuit, sed ad omnem occasionem excurrit, mox subinde ueluti de nouo orditur. Raro utitur transitionibus, quod in docendo plurimum lucis adfert, nonnunquam & circa finem operis incipit diuidere, est ubi oblitus sui repetit eadem. Quæ res declarat illum, uel ex declamatorijs exercitamentis traxisse hoc uitij, uel quod uero propius est, non præmeditatum accessisse ad scribendum, nec tam iudicium rationemq; sequutum, quàm impetum ingenij. Non enim incedit illius oratio, sed fertur magis, salitq; potius quàm ingreditur, id quidem quod ad sententias attinet. Iam quod pertinet ad uerborum compositionem, perparcus est in adhibendis coniunctionibus, quæ sunt uelut orationis nerui. Gaudet enim asyndetis, quod interdum magis facit ad dictionis uehementiam, seu uerius argutiam. Neq; raro contextus sermonis talis est, ut dubites utrò referendũ sit membrum, ad superiorane an ad sequentia. Submolestum est interdum in eodem, diuerse dicendi studium, ueluti quod M. Tullius illud Platonis, ἵκαες & ἡμῶν ὀυκ αὐτος μόνον γέγονεν, eleganter reddidit, nemo nostrum sibi tantum nascitur, ne similiter diceret, maluit deterius dicere, Nemo sibi contigit, quæ uerba, ut ingenue quod sentio dicam, nunquam intellecturus eram, nisi ex tenore sermonis coniectassem illum æmulari uoluisse Platonis sententiam. Sit sanè copiæ laus, eadem aliter dicere, quid laudis habet, ut aliter dicas, male dicere? Quid quod carpendi libidine frequenter eadem committit, quæ reprehendit in alijs. Notat in quodam uoces aliquot sordidas, in quibus sunt spongia, laterna, pulegium, acetum, mirisq; salibus exagitat, quod quidam inter declamandum quæsierat, quur testa si cadat, frangatur, spongia si cadat non frangatur, quum ipse in una epistola tot insulciat uoces sordidiores, uniuersam balnei supellectilem ac functionem, inibi natis uocabulis explicans. Qui minus autem liceat testam appellare testam, aut spongiam spongiam, si res postulet, quàm ficum uocare ficum, & fabam dicere fabam? Libenter iocatur in argutias sophisticas, & philosophorum subtiles magis quàm necessarias quæstiunculas, & huiusmodi tricis sæpe nimium diu moratur lectorem, sed ita ut facile appareat esse uerum, quod notat Quintilianus, illum in philosophia parum diligenter fuisse uersatum. Est enim artificis scite illa ridere, quæ non sine ingenio traduntur à sophistis, & à Socrate facetissimè deridentur. Quorsum autem attinet Chrysippeis illis rogatiunculis totas explere paginas, An sapiens sapienti possit prodesse, an sapienti dari possit beneficium à dijs. An uirtutes sint animalia, An singulæ uirtutes sint singula animalia, an unum sint uniuersæ. An seruare patrem sit animal. Huiusmodi nænias, quum frequenter inculcet usq; ad tædium, tamen subinde damnat. Quid autem opus est facere quippiam, in hoc ipsum ut factum reprehendas? Quod alicubi quædam ex autoribus perperam refert, sic excusat Quintilianus, ut dicat illum deceptum eorum fiducia, quibus solet quædam inquirenda mandare, Huius generis aliquot loca notata sunt ab eruditis. Alicubi citat ex Ouidio quod est in Tibullo. Hæc eò commemorantur à nobis, non ut deterreamus lectoris studium, sed ut maiore cum fructu legatur uir tot eximijs uirtutibus commendabilis. Addam quod mihi nonnunquam subolebat in illo, ut diximus, declamatoria quædam affectio, & alicubi desideres simplex illud & naturale. Vnde Neronis mater quum filio uellet mouere inuidiam, iactabat imperium Burro & Senecæ commissum esse, quorum Burrum appellabat uilem ac truncam manum, Senecam exulem, & linguam professoriam. Ingenio facili uersatiliq; fuisse colligitur hinc, quod in diuersis argumentis stilum exercuit pari propemodum successu quod nec Ciceroni nec Vergilio contigit. Nam Tacitus commemorat illius poëmata, de quibus sentiens incertum. Nam Tragœdiarum opus eruditi quidam

dam malunt Senecæ filio tribuere, quàm huic, sunt qui fratri Senecæ adscribant. Ex prima tragœdia uersus aliquot refert, Duc me parens summiq; dominator poli, &c. Quanquam mihi uidetur opus hoc tragœdiarum non esse unius hominis. Certe ex ludicro libello de morte Claudij, conijcere licet illũ haud quaq; iratis musis & Apolline uersatũ in hoc studij genere. Tametsi Fabius existimat eam rem obstitisse Senecæ, quo minus in uno quopiam excelleret, quod in omnibus argumentis uersaretur, Id enim suspicor esse quod scribit, Si parum concupisset, certe Tacitus declarat hinc illi cõflatam inuidiam, quod occupans omnia, nihil alijs laudis relinquere uideretur. Commemorat Tacitus & orationes eiusdem, quæ à nobis desiderantur, nisi forte sentit has quas habemus consolatorias, unam ad Martiam, alteram ad Polybium acephalon, tertiam ad Albinam, siue ut in alijs reperitur Elbiam, matrem, quas tamen libros dixeris citius quàm orationes. Indicat idem alias quasdam orationes, uulgo fuisse iactatas, Neronis quidem nomine, sed à Seneca compositas. Nec has opinor commemorat inter illius opera. Vnicam ex Cornelio Tacito huic adiecimus editioni, breuem quidem illam, sed elegantem, planeq; Senecæ phrasim referentem. Vtinam extarent & illa quæ moriturus dictauit. Nam ea Taciti temporibus habebantur in manibus. Commemorat & dialogos eius, quorum & Fabius meminit. Horum nihil extat, præter unicum breuem, cui quidam titulum fecerunt sensus & rationis, qui an illius sit nescio, certe mutilatum habemus, & consarcinatum. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum citat Senecæ librum de matrimonio. Ipse in naturalibus quæstionibus indicat se iuuenem scripsisse librum de terræ motu. Edidit opus de superstitiosis ritibus colentium deos: Nam & Augustinus in opere de ciuitate dei, libri sexti capite quinto, multa hinc recenset. Epistolas cõmemorat cum Fabio Tacitus, quas scripsit ad imitationem Platonis, sed ad unum omnes, uidelicet Lucilium Balbũ Siciliæ præsidem: quod argumentũ sibi proposuisse uidetur, ut ingenio suo indulgeret, Nullum enim liberius. Nam quicquid uel audieris, uel legeris, uel in somnis occurrerit, epistolæ fit argumentũ, Deinde licet ordiri unde uelis, transire quò uelis, finire quum uelis. Sed interim abest illud, quod est in aliorũ epistolis grauissimum, quæ uerè & ex re scribuntur, Alioqui poteramus & nos ex prouerbijs singulis singulas facere epistolas. Iam an hoc opus habeamus integrum nescio, certe uerba Senecæ, quæ multa recenset Gellius ex uigesimo secundo libro epistolarum, nusquam in illius scriptis inueniuntur. Et tamen est in eo libro quædam epistola cuius initium, Quare quibusdam temporibus, in qua taxat quorundam κακοζηλίαν, & stili uitia. Ex hac, ut conijcio, aliquis Ciceroni bene uolens, sustulit eum locum, quo debacchatur in illius eloquentiam. Ex omnibus porrò Senecæ monumentis, nullum mea sententia magis studiorum referebat integrum extare, quàm libros declamationum, quos fuisse multos declarat Epitome, quam habemus. Plurimum enim contulisset & ad inueniendum & ad iudicandum. De quo suo loco nonnihil dicemus. Vt igitur Seneca ornatissime præsul prodiret in publicum, tui potissimum nominis felicibus auspicijs, uideor mihi non omnino segniter, nec infeliciter nauasse operam. Certe tantum impensum est curæ, quantum ne iuuenis quidem ulla pecuniaria mercede fuerim suscepturus. Non mentitus est Naso, quum ait, & immensum gloria calcar habet: sed ipsa recomperi, ignominiam acrius habere calcar. Extimulauit huc nonnihil ornatissimus iuuenis Andreas Zebridouius, & suis imaginibus, & te patruo dignus, quod intelligerem quantum utilitatis hinc esset illius studijs accessurum, uel ad recte uiuendi rationem, uel ad dicendi facultatem. Malo doctus posthac melius meminero Cassitæ sapienter monentis, ne quid expectem amicos, quod ipse rectius præstare queam, nec excidet uetus prouerbium, quod uetat bouí imponi clitellas. Quod si tibi uideor prioris editionis dedecus hac editione satis eluisse, non pœniter huius operæ, quamuis molestæ. Apud studiosos autem plurimum fauoris ac dignitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis accesserit Senecæ, si tuo, hoc est, doctissimi & integerrimi Præsulis iudicio fuerit comprobatus, qui ut his temporibus longe turbulentissimis inclyto Poloniæ regi Sigismundo, totiq; regno eximium Cancellarium, ecclesiæ præsulem incorruptissimum præstas, ita disciplinis quoq; liberalibus, quarū ipse peritissimus es, munificentissimum exhibes Mœcenatem. Eoq; precor, ut pulcherrimos tuos conatus Christus Opt. Max. bene fortunare dignetur. Vehementer enim discrutiat animum meum ista fatalis lues, quæ per orbem penè uniuersum, & principum concordiam, & Christiani populi religionem, & honestissimas disciplinas mire uitiauit, adeò ut me studiorum, quibus alioqui nihil est dulcius, interdum pigeat. Sed in primis domini clementia, deinde tua tuiq; similium uigilantia spero futurum, ut huic pluscq; ferreo seculo succedat ætas, si non aurea, certe paulo felicior.

Datum Basileæ, Anno M. D. XXIX.
Mense Ianuario.

Collegii D. Ildefonsi Societ. IESV Lovanii

VITA LVCII ANNÆI SENECAE INCERTO AVTORE

nisi quod constat illum fuisse recentiorem, ut qui subinde citat Petrarcham, Boccatium, & alios huiusmodi. Quisquis est, decerpsit ex Tacito & Suetonio.

CVM permulta sint, quæ ad mores, uel ad institutionem uitæ, à sapientissimis hominibus præclare & scripta, & præcepta, quæ nos ad rectam uiuendi rationem facile inflammare, atq; excitare debeant, uel præstantissimorum hominum autoritate, uel clarissimis exemplis adductos, tamē nescio quomodo obsurdescimus, & in tot tantisq; bonarum artium disciplinis, nihil proficientes, desidia quadam dormitamus, neq; id animaduertimus, quanto in honore, & immortali gloria semper floruerūt hi, qui se totos ad ea studia contulerunt, quibus res secundæ ornantur, & aduersæ æquo animo feruntur: quales fuerunt hi, qui multa quæ uitam, aut meliorem facerent, aut beatā, non minus copiosè, quàm grauiter conscripserunt. Hi uerò cum in altissimas rerum cogitationes animum suum demitterent, animaduerterentq;, hoc idem et alios sæpe antea fecisse, qui sapientis nomen adepti sunt, existimarūt necessario à se quoq; faciendum, ut non prius illa constituerent, quàm ab eis fuissent hominum mores, atq; urbium constituti: qui quum in his elaborārint, quibus perspectis, atq; cognitis, ex bonis meliores efficerentur, siquis sensus inferis, sanè debent id grauiter, molesteq; ferre, cū intelligant se nihil uigilijs suis, nihil curis, nihil denicq; cogitationibus tale quicquam periisse, atque consequutos esse, quod ad horum temporum institutionem, disciplinamq; proficeret. Heu mentes ignaræ, ô uanæ hominum cogitationes. Nihil enim bonū putamus, nisi quod uulgi opinio iudicat, quod in fortunæ temeritate positū est & collocatum. Ea uerò, quorum gradibus homines in cœlum ascendisse perhibentur irrita atq; inania putamus. Quo fit, ut quum inde usque eiusmodi praua cogitatio per hominum mentes serpserit, res nostræ semper in peius collapsæ sint. Creuit enim libido, adaucta est auaritia, dominatur uoluptas, quæ rationi inimica est, & mentis, ut ita dicam, præstringit oculos, ut quod uerè bonum sit, nequeat internoscere, & syncera à fucatis discernere. Quæ quum ita sint uiri optimi, illud recte factum censeo, & in primis etiam, atq; etiam collaudo, ut sapientissimorum hominū præceptis pareamus, ne scriptura cum ipsis uanescat autoribus. Multa enim sunt ipsis acuratissime, ornatissimeq; conscripta, atq; illustrata, quæ si prosequi uoluerimus, & fama, & immortali nos afficient gloria. Quorum Solon & Socrates, & Plato nobilissimi philosophi, principes extiterūr. Multi præterea alij & ipsi sapientes habiti, inter quos, hic, de quo uerba sum facturus, Lucius Annęus Seneca haud immeritò commemorandus est. Quum enim omnis philosophiæ ratio foret à nostris ueteribus in treis partes distributa, naturalem uidelicet siue physicam, moralem, atque in eam differendi rationem, quam dialecticam uocant, illud certe constat, eam quoque partem, quæ de moribus erat, summo ingenio & maxima cura Aristotelem fuisse cōplexum, perfectissimeq; de eius partibus disseruisse. Nam cum illis suis Ethicis partem illam, quæ monastica dicitur, perfecisset, œconomica sunt ab eo, si famæ credere est, tanta diligentia conscripta, ut neque aptius, neque sanctius à quoquam in rem familiarem præcipi conscribiq; potuerit. Quo genere philosophandi nihil mihi uideri solet admirabilius, quod in actione magis, quàm in cognitione repositum sit. Nam semper hoc animo fui, & mecū sentire doctissimos homines sæpe intellexi, nullam ex omnibus artibus ac disciplinis esse, quæ societati hominum ad beate uiuendum magis sit necessaria, quàm hæc una, quæ de ratione uiuendi extat. Quū igitur inter eos, qui in primis numerantur, facile omniū princeps in his existat Aristoteles, neminē tamen habeo, neq; ex nostris Latinis, neq; ex Gręcis, quē ad rationē earū actionū, quas à bono uiro expo

scimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scimus, Lucio Senecæ comparem. Vt enim uir ille summus Græcorum Aristoteles summum bonum in uirtute constituit, ita hic noster Latinis, quales oportet ex uirtute actiones prodire, mira exhortatione demonstrauit. Nō itaq; immeritò dictus, uitæ magister ab omnibus nostræ ætatis hominibus. Quippe qui omnem philosophiæ fructum in actione cōstituit, ut ei difficile sit honeste uiuere, qui huius adhortationes, ac præcepta non legerit, quorum refertissimi sunt omnes eius libri, quos cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Sed quoniam de huius hominis continentia, integritate, ac sapientia nunquam satis dici posset, pauca de eius natione, uita ac genere subijciemus. Lucius Anneus Seneca, natione Hispanus, genere Cordubēsis, professione uerò Stoicus, non minus uita cōspicuus, quàm scientia præclarus extitit. Hic à Cneo Domitio Aenobarbo, qui cum Romano exercitu missus fuerat ad expugnandam ualidissimam ciuitatem Hispaniæ Cordubam, quæ à Romanorum imperio desciuerat, captus cum duobus fratribus, Iunio Anneo Gallione, & Lucio Anneo Mela patre Lucani poëtæ, libertate donatus est. Hic se Romam cum fratribus ac nepote, hortatu Domitij potissimum cōtulit. Vbi tanto in honore ab omnibus habitus est, ut à nonnullis creditum sit, Claudium imperatorem inde causam indignationis, aut in odij Senecam traxisse. Proinde Claudius, siue ab inuidis hominibus ita impulsus fuerit, siue naturæ uitio, Senecam in Corsicam exilio relegauit. Cuius rei meminit idem in Octauia, quando inquit,

Quid me potens fortuna, fallaci mihi
Blandita uultu, sorte contentum mea
Alte extulisti, grauius ut ruerem, edita
Receptus arce, totq; perspicerem metus?
Melius latebam, procul ab inuidiæ malis
Remotus, inter corsici rupes maris.
Vbi liber animus, & sui iuris, mihi
Semper uacabat, studia recolenti mea.

Posteaquam uerò Claudius morte affecisset Messalinam uxorem propter publicū eius pellicatū, sibi assumpsit Agrippinam Germanici filiam, olim Cnei Domitij uxorem, & Neronis matrem. Hæc à Claudio, Senecæ restitutionem impetrauit. Cui Neronis cura cū esset à Claudio, atq; Agrippina mandata, mortuo Claudio tantum eius potentia, atq; opes creuerunt, ut multorum inuidiam excitarent. Fuit enim cōsul, ac senator, & Neronis præceptor, & diu apud eum potentissimus, ita ut quamdiu Nero pietatem simulauit, & optimi principis officio uisus fungi, nihil sine consilio Senecæ ab imperatore trāsigeretur. Postea uerò quàm Pompeiam Sabinam quæstorio patre natam, equiti Romano antea nuptā, prius occiso uiro iussu eius, duodecimo die post diuortium Octauiæ, quam sub sterilitatis nomine abdicauit, in matrimonium accepisset, creditum est ab hac muliere conspiratum in mortem Senecæ: siue quia Neronē sæpe conatus erat ab amore huius mulieris retrahere, cum adhuc uiuente Octauia, ipsam in concubinam haberet: siue quia sciebat non placere Senecæ, quæ cum Nero ne diceret ac faceret. Qua re cognita, sapientissimus uir Seneca statuit à Nerone otiū, & quietē impetrare, & se prorsus ab omni procuratione ciuili, & curia abstinere, quo tutior senectus eius foret. Orauit itaq; Neronem, ut omneis fortunas, & opes suas reciperet, & honores suos ad alterum deferret, fretus accusatione aduersæ ualetudinis & senectutis suæ, quæ indies magis ingrauescebat. Peruagabatur itaque rura Campaniæ, & alia loca, urbi adiacentia, in qua uelut peregrinatione, bonam, magnamq; partem epistolarum ad Lucilium conscripsit. Reuersus forte illis diebus Seneca fuerat de Campania, ac in Nomentanum uillam suam diuerterat, ad quam Nero misit Syllanum tribunum prætoriæ cohortis, cum iam aduesperasceret, & circumdedit uillam militibus, intrauitq; domum Senecæ, ubi inuenit eum cœnantem cum Paulina uxore, duobusq; amicis, cui Neronis mandata exposuit, in quibus continebatur, quod uel spontaneam sibi mortē cōsciret, uel quod ipse sibi cōstitueret mortis genus subiret,

subiret. Causa uerò mortis afferebatur, quod Seneca odio Neronis se ab urbe abduxerat, neq; amicis suis laborantibus aderat. Cui Seneca maxima animi constantia sic respondit, neq; se ab amicis abfuisse, neq; quenq; ab se destitutū esse, aut negligentia, aut desidia, sed se pluris otium suum facere, quàm ullius hominis amicitiam, se olim alijs, modò sibi & contemplationi naturæ uacare: quod autem Neronem odio haberet, satis ei persuasum esse Neronem ista nō credere, proinde & de morte & uita eius ita statueret, ut sibi placuisset: se nihil habere, cur mortē optaret, neq; in morte quicq; mali cognoscere, cur ipse uitam desideraret, seq; iam eo peruenisse, ut neq; pro hac, neq; pro illa uotum ullum dijs aut hominibus faceret. Tunc Syllanus, munita custodibus uilla & domo Senecæ, reuersus est ad Neronem, cui, præsente Pompeia, renunciauit, quæ fecisset: qua re audita, interrogauit Nero Syllanum, quo uultu sibi ea à se nunciari audiuisset, cui respondit se nullum in Seneca uidisse timoris uestigium. Remisit ergo Nero tribunum ad Senecam, ut ea maturaret quæ paulo ante sibi mandata essent. Sed tribunus ueritus in cōspectū Senecæ prodire, misit unū ex centurionibus suis, qui nunciaret extremā necessitatis horam, quæ uerba uir sapientissimus, uultu & corde immobili audiuit, iussitq; sibi testamēti tabulas adferri. † Sed ubi necessarios omnes & amicos suos ægro nimis, & fracto animo mortem eius ferre uidit, conuertit se ad eos, & tenens manu tabulas testamenti, allocutus est eos, & ibi in medio omnū multum habuit cum eis de uirtute ac sapientia sermonem, egitq; pluribus uerbis gratias omnibus, quod, quia nondum satis cumulate pro magnitudine beneuolentiæ eorum in se facere potuerit, dixit se uelle testamento eis legare, quod apud se gratiosius & pulchrius erat, quam rem si memoria tenerent, sibi famā laudabilium artium, atq; rerum retinerent. Illud aūt ait esse uitæ suæ imaginē, quo non aliud significare uidebat, quàm ut uestigia uitæ suæ sequerentur. His dictis conuertit se ab amicis ad uxorē Paulinam, quæ præter cæteros qui aderant, dolore affecta, neq; corpore, neq; animo constabat, quam suauissimè cōplexus exhortatus, ut hanc mortis iniuriam uili animo perferret, inquiens tēpus illud iam uenisse, quo illa sanctissimæ philosophiæ suæ præcepta iam non disputando, sed fortiter faciendo comprobaret, nullaq; alia re meliorē posse immortalitatem consequi, quàm ubi mori necesse esset, nō solum æquo animo, sed etiam auido complecti. Quare mea Paulina: caue hanc meam mortem amplius, ut contumelioſam defleas, ne uel te nimis amasse, uel gloriæ meæ inuidisse uidearis. Agens itaq; iam annum ætatis suæ prope centesimum decimumquartum, aut ultra, iussit uenas brachiorum incidi, et crurum, ut sanguis largior egrederetur, qui propter longam ætatem in uenis congelatus exire non poterat. Qua re cum longius mortem sibi propagari uideret, rogauit Statium medicum, & amicum suum, ut sibi uenenum daret præparatum, quod datum ad cor ex debilitate membrorum transire nō potuit. Fecit itaq; sibi fieri balneum de consilio Statij aquarum plus quàm mediocriter calidarum, In quod cū intrasset, audita sunt uerba, licet pauca iam uoce attenuata sua immortalitate dignissima. Sentiens deinde mortem appropinquare, quo magis ostenderet eam sibi leuiorem esse, nec homini timendam: primo uelut ridens suos circumspexit, deinde aquā illam accepit sanguine mixtam, & super se respersit, inquiens, Hunc liquorem sanguine & aqua mixtum Ioui liberatori consecro, per quem, ut arbitror, uerum deum intelligens, quo dicto paulo post migrauit. Funus autem maximo cum honore à suis paratum fuit. Composuit autem cum in balneo esset sepulchri sui, ut creditur epitaphium, quod postea in marmore inciſum fuit,

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,
Ite, alias posthac sollicitate, animas.
Me procul à uobis deus euocat, illicet actis
Rebus terrenis, hospita terra Vale
Corpus auara tamen solennibus accipe saxis,
Namq; animam cœlo reddimus, ossa tibi.

De ætate uerò Senecæ potest illud conijci, eum ad centesimū decimumquartū annū uel

Verum id centurio fieri uetuit, lege Tacitum libro 15. Totum locum de morte perturbate nec satis bona fide scribit.

Senectus increbilis.

Epitaphium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel ultra potius peruenisse, quàm citra stetisse. Dicit enim se potuisse uiuam uocẽ Ciceronis audiuisse. Verisimile igitur est eum fuisse tunc rationis & doctrinæ capacem. Nam cũ ea tempora mecum computo, quæ à morte Ciceronis usq; ad mortem Sen cæ fluxerunt, illud notum omnibus mihi subit, Ciceronem Marci Antonij iussu cæsum esse circa exordia principatus trium uirorum, scilicet Octauij, Antonij, & Lepidi: illud constat Octauium annos duodecim imperasse cũ Antonio, diuiso tamen imperio. Victo aũt Antonio, solus tenuit monarchiam orbis annos quadraginta quatuor, uel circa. Tyberius uerò successit Octauio, & regnauit is, annos treis & uiginti. Huic successit illa immanis fera C. Caligula. Is imperauit annos treis, menses decem, & dies octo, post quem Claudius imperauit annos quatuor & decem, menses septẽ, dies octo & uiginti. Cui truculẽtissima bestia Nero successit, adoptiuus Claudij filius, qui orbẽ terrarum, suo pressit imperio annos treis & decem, menses septem, dies nouem & uiginti: quæ tempora si conferantur in unum, constituent annos centũ quatuor & decem, dies treis. Mortuus autem Seneca anno undecimo imperij Neronis, biennium anteq; Petrus & Paulus martyrio coronarentur. Igitur à morte Ciceronis ad mortem Senecæ fluxerunt anni centum duodecim, uel propemodum. Nunc reliquum est uidere, qua ætate fuisset Seneca iuxta extrema Ciceronis tempora. Nam cũ scribat se idoneum iam fuisse ad audiendum Ciceronis eloquentiam, nõ alienum est arbitrari eum fuisse annorũ duodecim, quare constet necesse est, Senecam annos centum quatuor et uiginti supergressum esse. Non ergo mentiens sum, si ad centesimum & decimum quartum annum dixi Senecam ætate processisse. Postremo sunt, qui asserant Senecam moralem autorem fuisse Tragœdiarum. Franciscus Petrarcha in quadam epistola opus fuisse huius Senecæ aperte confirmat. Bocatius uerò negat, cui uir disertissimus Collucius assentitur hoc opus asscribens fratri Senecæ, de qua quidem re non nostrum est iudicium ferre, quod adhuc sub iudice lis est, sed utcunq; sese res habeat, nos tamen quod institutum, aggrediamur.

FINIS VITAE.

LVCII ANNEI SENECAE AD EBVTIVM LIBERALEM DE BENEFICIIS, LIBER PRIMVS.

CAP. I.

INTER multos ac uarios errores temerè incõsulteq; uiuentium nihil propemodum optime Liberalis dixerim nocentius, quàm quod beneficia nec dare scimus, nec accipere. Sequitur enim, ut male collocata, male debeantur, de quibus non redditis, fero querimur. Ista enim perierũt, cum darentur. Nec mirũ est inter plurima maximaq; uitia, nullũ esse frequẽtius, quàm ingrati animi. Id euenire ex pluribus causis uideo. Prima illa est, quod nõ eligimus dignos, quibus tribuamus, sed nomina facturi, diligenter in patrimoniũ † & uasa debitoris inquirimus. Semina in solũ † affectum & sterile nõ spargimus. Beneficia sine ullo delectu magis proijcimus quàm damus. Nec facile dixerim, utrum turpius sit, inficiari, an repetere beneficium. Id enim genus huius crediti est ex quo tantum recipiendum sit quantum ultro defertur, de quo queri reuera fœdissimum ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandum fidem, facultatibus, sed animo. Reddit enim beneficium, qui libenter debet. Sed cum sit in ipsis crimen, qui ne confessione quidem grati sunt, in nobis quoq; est. Multos experimur ingratos, plures facimus, quia aliàs graues exprobratores exactoresq; sumus, aliàs leues, & quos paulò post muneris sui pœniteat, aliàs queruli & minima momenta calumniantes, gratiam corrumpimus omnem, num tantum postquàm dedimus beneficia, sed etiam dum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid à se peti suspicatus est, frontem † obduxit, uultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus, & de industria non inuenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & uarijs artibus properantes necessitates elusit? In angusto uerò comprehensus, aut distulit, aut timide negauit, aut promisit, sed difficulter, sed subductis supercilijs, sed malignis, & uix exeuntibus uerbis? Nemo autem libenter debet, quod non accepit, sed expressit. Gratus aduersus eum quisquam esse potest, qui beneficium, aut superbe † iniecit, aut iratus impegit, aut fatigatus, ut molestia careret, dedit? Errat si quis sperat responsurum sibi, quem dilatione lassauit, expectatione torsit. Eodem animo beneficium debetur, quo datur, & ideo non est negligenter dandũ. Sibi enim quisq; debet, quod † à nesciente accepit. Nec tarde quidem, quia quum in omni officio magni æstimetur dantis uoluntas, qui tarde fecit, diu noluit. Vticq; nõ contumeliose. Nam cum ita natura comparatum sit, ut altius iniuriæ, quàm merita descendant, & illa cito defluant, has tenax memoria custodiat, quid expectat, qui offendit dũ obligat? Satis aduersus illum gratus est, si quis beneficio eius ignoscit. Non est autem quod tardiores faciat, ad bene merendum, turba ingratorum. Nam primum (ut dixi) nos illam augemus, deinde ne deos quidem immortales ab hac tam effusa necessitate, sacrilegi, negligentesq; eorum deterrent. Vtuntur natura sua, & cuncta, interq; illa ipsos munerum suorum malos interpretes iuuant. Hos sequamur duces, quantũ humana imbecillitas patitur. Demus beneficia, non fœneremus. Dignus est decipi, qui dare cipiendo cogitauit, cum daret. At male cessit. Et liberi, & coniuges spem fefellerunt, tamen & educamus & ducimus. Adeoq; aduersus experimẽta pertinaces sumus, ut bella uicti, & naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficijs decet, quæ si quis non dat quia non recipit, dedit, ut reciperet, bonãq; ingratorũ facit causam, quibus turpe est non reddere. Scilicet, quàm multi indigni luce sunt? et tamen dies oritur. Quàm multi quod nati sunt querunt tur? tamen natura sobolem nouam gignit, ipsosq; qui non fuisse mallent, esse patitur. Hoc & magni animi, & boni propriũ est, non fructũ beneficiorũ sequi, sed ipsa, & post malos quoq; bonũ quærere. Quid magnifici erat multis prodesse, si nemo deciperet? † Tunc est uirtus dare beneficia, non

Facere nomen aliter, uitam aliàs effœtum.

Liberare fidẽ Libenter, non erat in uetustissimo codice.

aliàs adduxit.

al. abiecit.

al. nolente.

aliter. Nunc.

a uticq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

utiq; reditura, quorum à uiro egregio ſtatim fructus perceptus eſt. Adeo quidem iſta res fugare nos,& pigriores ad rem pulcherrimā facere non debet,ut ſi ſpes mihi præcipi datur,gratū hominē reperiendi, malim non recipere beneficia quàm non dare. Quia qui non dat, uitium ingrati antecedit. Dicam quod ſentio, Qui beneficiū non reddit, non magis peccat,quàm qui non dat citius.

CAP. II. *Beneficia in uulgus cum largiri inſtitueris,*
Perdenda ſunt multa,ut ſemel ponas bene.

In priore uerſu utrūq; reprehendas. Nam nec in uulgus effundēda ſunt, & nullius rei, minime beneficiorū, honeſta largitio eſt, quibus ſi detraxeris iudicium, deſinūt eſſe beneficia,in aliud quodlibet incidunt nomē. Sequens uerſus mirificus eſt, qui uno bene poſito beneficio, multorum amiſſorū damna ſolatur. Vide oro te,ne hoc & uerius ſit, & magnitudini bene facientis aptius,ut illum hortemur ad danda,etiam ſi nullū bene poſiturus eſt. Illud enim falſum eſt,perdenda ſunt multa. Nullū perit, quia qui perdit, cōputauerat. Beneficiorū ſimplex ratio eſt,tantū † erogatur, ſi reddet aliquid, lucrum eſt, ſi non † reddet,damnū non eſt. Ego illud dedi, ut darem. Nemo beneficia in Calendario ſcribit. Nec auarus exactor ad horam & diem creditorem appellat. Nunquā illa uir bonus cogitat,niſi admonitus à reddente. Alioqui formam crediti tranſeunt. Turpis fœneratio eſt, beneficium expenſum ferre. Qualiſcunq; priorum euentus eſt,perſe uera in alios conferre. Melius apud ingratos facebūt,quos aut pudor, aut occaſio, aut timiditas aliquando gratos poterit efficere. Ne ceſſaueris dare, opus tuum perage, & partes boni uiri exequere. Alium re,alium fide,alium gratia, aliū conſilio, aliū præceptis ſalutaribus adiuua.

2. *al. erogant. s. redit, fortaſſe legendum. Expenſum ferre.*

CAP. III. Officia etiam feræ ſentiunt. Nec ullum tam immāſuetum animal eſt, quod non cura mitiget,& in amorem ſui uertat. Leonū ora à magiſtris impune tractātur. Elephantorum feritatem uſq; in ſeruile obſequium demeretur cibus. Adeo,etiam quæ extra intellectum atq; æſtimationem beneficij ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis euincit. Ingratus eſt aduerſus unum beneficium, aduerſus alterum non erit,duorum oblitus eſt,tertium etiam eorum quę exciderunt,memoriam reducet. Is perdidit,qui cito ſe perdidiſſe credidit. At qui inſtat & onerat priora ſequētibus , etiam ex duro & immemori pectore gratiam extundit. Non audebit aduerſus multa oculos attollere. Quodcunq; ſe uertit,memoriam ſuam fugiens,ibi te uideat. Beneficijs tuis illū † cinge,quorum quæ uis,quæ'ue proprietas ſit,dicam,ſi prius illa,quę ad rem nō pertinēt,tranſilire mihi permiſeris,quare tres Gratiæ,& quare ſorores ſint, & quare manibus implexis,quare ridentes,quare iuuenes,& quare uirgines,ſoluta ac perlucida ueſte. Alij quidem uideri uolunt unam eſſe,quæ det beneficium,alterā quæ accipiat,tertiam,quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera,promerentium,reddentium, ſimul & accipientiū reddentiumq;. Sed utrumlibet ex iſtis iudicauerim, quid iſta nos iuuat ſcientia? Quid ille conſertis manibus in ſe redeūtium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficij per manū tranſeuntis,nihilominus ad dantem reuertitur, & totius ſpeciem perdit,ſi uſquam interruptus eſt,pulcherrimus, ſi cohæſit,& uices ſeruauit. Ideò ridentes,quia promerentium uultus hilares ſunt, quales ſolent eſſe & qui dant,& qui accipiūt beneficia. Iuuenes quia non debet beneficiorū memoria ſeneſcere. Virgines, quia incorrupta ſunt,& ſyncera,& omnibus ſancta,in quibus nihil eſſe alligati decet, nec aſtricti. Solutis itaq; tunicis utuntur,perlucidis autem,quia beneficia conſpici uolunt. Sit aliquis uſq; eò Græcis mancipatus, ut hæc dicat neceſſaria, nemo tamen erit, qui etiam illud ad rem iudicet pertinere, quæ nomina illis Heſiodus impoſuerit, Aeglen maximam natu appellauerit,mediam Euphroſynen,tertiam Thaliam. Horū nominum interpretationem,& prout cuiq; uiſum eſt conuenire, deflectit, & † ad rationem aliquam conatur perducere, cum Heſiodus puellis ſuis, quod uoluit nomen impoſuerit. Itaq; Homerus uni mutauit,Paſithoam appellauit,& in matrimonium produxit,ut ſcias illas Veſtales non eſſe uirgines. Inueniam alium poētā,apud quem præcingātur,& ſpiſſis prodeant. Ergo & Mercurius unà ſtat,non quia beneficia ratio cōmendat,uel oratio,ſed quia pictori ita uiſum eſt. Chryſippus quoq;, penes quem ſubtile illud acumen eſt, & in imam penetrans ueritatem , qui rei agendæ cauſa loquitur, & uerbis

4. *aliter, ad ea.*

5. *al. ſtringe,*

& uerbis non ultra,quàm ad intellectum ſatis eſt,utitur,totum librum ſuum his ineptijs replet,ita ut de ratione dandi,accipiendi,reddendiq; beneficij,pauca admodum dicat. Nec his fabulas,ſed hęc fabulis inſerit. Nam præter iſta quæ † Hecaton ſcribit, treis Chryſippus Gratias ait Iouis & Eurynomes filias eſſe. Aetate autem minores quàm Horas ſed meliuſcula facie,& ideo Veneri datas comites. Matris quoq; nomē ad rem iudicat pertinere, Eurynomen enim dictam , quia late patentis patrimonij ſit, beneficia diuidere, tanquam matri poſt filias ſoleat nomen imponi , aut poētæ uera nomina reddant. Quemadmodū nomenclatori memoriæ loco audacia eſt,et cuicunq; nomen non poteſt reddere,imponit,ita poētæ nō putant ad rem pertinere, uerum dicere, ſed aut neceſſitate coacti, aut decore corrupti,id quenq; uocari iubent, quod belle facit ad uerſum. Nec illis fraudi eſt,ſi aliquid in † cenſum detulerūt. Proximus enim poēta ſuū illas ferre nomen iubet. Hoc ut ſcias ita eſſe,ecce Thalia,de qua cum maxime agitur,apud Heſiodum Charis eſt,apud Homerum uerò Muſa.

forte Hecatæus. 6

7

8

aliter ſenſum.

Sed ne faciam,quod reprehendo,omnia iſta,quæ ita extra rem ſunt,ut nec circa rem quidem ſint, relinquam. Tu modo nos tuere, ſi quis mihi obiecerit, quod Chryſippū in ordinem coēgerim, magnū me Hercule uirum, ſed tamen Græcum, cuius acumen nimis tenue retunditur,& in ſe ſæpe replicatur,etiam cum agere aliquid uidetur,pungit,non perforat. † Hoc uerò,quod acumen eſt? De beneficijs dicendū eſt,& ordinanda res,quæ maxime ſocietatem humanam allīgat. Danda lex uitæ, ne ſub ſpecie benignitatis inconſulta facilitas placeat. Ne liberalitatem,quàm nec deeſſe oportet, nec ſuperfluere,hæc ipſa obſeruatio † reſtringat,dum temperat. Docendi ſunt libēter accipere,libēter reddere, & magnum ipſis certamen proponere eos, quibus obligati ſunt re,animo non tantum æquare,ſed uincere. Quia qui referre gratiam debet,nunquam cōſequitur,niſi præceſſit. Hi docendi ſunt nihil imputare,illi plus debere. Ad hanc honeſtiſſimam contentionem,beneficijs beneficia uincendi, ſic nos adhortatur Chryſippus,ut dicat uerendum eſſe, ne quia Charites Iouis filiæ ſunt, putemus certe paruū ingerere ſacrilegiū, ſi tam bellis puellis fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior,gratiorq; aduerſus bene merentes fiam, per quæ obligantium, obligatorumq; animi certent,ut qui præſtiterint,obliuiſcantur,pertinax ſit memoria debentium. Iſtæ uerò ineptiæ poētis relinquantur, quibus aures oblectare propoſitum eſt,et dulcē fabulam nectere. At qui ingenia ſanare,& fidem in rebus humanis retinere, memoriam officiorum ingerere animis uolunt, ſerio loquantur,et magnis uiribus agant, niſi forte exiſtimas leui ac fabuloſo ſermone , & anilibus argumentis prohiberi poſſe rem pernicioſiſſimam,beneficiorum nouas tabulas.

9

CAP. IIII.

in ordinem cogere. aliter, Hic.

Superfluere al. reſtringat.

Sed quemadmodum ſuperuacua tranſcurram,ita exponam neceſſe eſt,hoc primum nobis eſſe diſcendum,quid accepto beneficio debeamus. Debere enim dicit ſe alius pecuniam,quam accepit,alius conſulatum,alius ſacerdotium, alius prouinciam. Iſta aūt ſunt meritorū ſigna,non merita. Non poteſt beneficium manu tangi, ſed animo geritur. Multum intereſt inter materiā beneficij,& beneficium. Itaq; nec aurū,nec argentum, nec quicquam eorum quæ à proximis accipiuntur, beneficiū eſt,ſed ipſa † tribuendi uoluntas. Imperiti autem id,quod oculis incurrit,& quod traditur,poſſideturq;, ſolum notant: contra,illud quod in re charum atq; pretioſum eſt,paruipendunt. Hæc quæ tenemus, quæ aſpicimus, in quibus cupiditas noſtra hæret,caduca ſunt. Auferre ea nobis,& fortuna,et iniuria poteſt. Beneficium uerò etiam amiſſo eo per quod datū eſt,durat. Eſt enim recte factū, quod irritū nulla uis efficit. Amicum à piratis redemi, hunc alius hoſtis excepit, & in carcerem condidit,non beneficium,ſed uſum beneficij mei ſuſtulit. Ex naufragio raptos, uel ex incendio, liberos reddidi. Hos uel morbus, uel aliqua fortuita iniuria eripuit. Manet etiam ſine illis,quod in illos datum eſt. Omnia itaq;, quæ falſum beneficij nomen uſurpant, miniſteria ſunt, per quæ ſe uoluntas amica explicat. Hoc quoq; in alijs rebus euenit, ut aliubi ſit ſpecies rei, aliubi ipſa res. Imperator † aliquando torquibus,murali , & ciuica donat. Quid habet per ſe corona pretioſum? Quid prætexta? Quid faſces? Quid tribunal & currus? Nihil horum honor eſt,ſed honoris inſigne. Sic non eſt beneficium id,quod ſub oculos uenit,ſed beneficij

al. tribuentis.

alit. aliquem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. VI. neficij uestigium & nota. Quid est ergo beneficium? Benevola actio, tribuens gaudium, capiensq; tribuendo, in id quod facit, prona & sponte sua parata. Itaq; non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente. Quia beneficiū non in eo, quod fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis, aut facientis animo. Magnū autem esse inter ista discrimen, uel ex hoc intelligas licet, quod beneficium utiq; bonum est. Id autem quod fit, aut datur, nec bonum nec malum est. Animus est, qui parua extollit, sordida illustrat, magna & in precio habita dehonestat. Ipsa, quæ appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali. Id refert quo illa rectior animus impellat, à quo forma datur rebus. Non est ergo beneficium ipsum, quod numeratur, aut traditur. Sicut nec in uictimis quidem, licet opimæ sint, auroq; præfulgeāt, deorum est honos, sed pia ac recta uoluntate uenerantium. Itaq; boni etiam farre ac fictili religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamuis aras sanguine multo cruentauerint.

CAP. VII. Si beneficia in rebus, non in ipsa benefaciendi uoluntate cōsisterent, eo maiora essent, quo maiora sunt, quæ accipimus. Id autem falsum est. Nonnunquam enim magis nos obligat, qui dedit parua magnifice, qui regum æquauit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, qui paupertatis suæ oblitus est, dum meam respicit, qui nō uoluntatem tantum iuuandi habuit, sed cupiditatem, qui accipere se putauit beneficiū, cum daret, qui dedit tanquam non recepturus, recepit tanquam non dedisset, qui occasionem qua prodesset, & occupauit & quæsiuit. Contrà ingrata sunt (ut dixi) licet re ac specie magna uideantur, quæ danti aut extorquentur, aut excidunt. Multoq; gratius uenit, quod facili, quàm quod plena manu datur: Exiguū est quod in me contulit, sed cum amplius nō potuit. At hic quod dedit magnum est, sed dubitauit, sed distulit, sed cum daret, gemuit, sed superbe dedit, sed circumtulit, & placere ei, cui præstabat, noluit, am-

CAP. VIII. bitioni dedit, nō mihi. Socrati cum multa multi pro suis quisq; facultatibus offerrent: Aeschines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, inuenio, & hoc modo pauperem me esse sentio. Itaq; dono tibi quod unum habeo, meipsum. Hoc munus rogo qualecunq; est boni consulas, cogitesq; alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates. Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi forte paruo te æstimas? Habebo itaq; curæ, ut te meliorem tibi reddā quàm accepi. Vicit Aeschines hoc munere Alcibiadis parem diuitijs animum, & omnium iuuenum opulentorum munificentiam.

CAP. IX. Vides quomodo animus inueniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias paupertatis. Videtur mihi dixisse, Nihil egisti fortuna, quod me pauperem esse uoluisti. Expediam nihilominus dignum huic uiro munus, et quia de tuo non possum, de meo dabo. Necq est quod existimes illum uilem sibi fuisse, pretium sui fecit. Ingeniosus adulescens inuenit, quemadmodum Socratē sibi daret. Non quanta quæq; sunt, sed à quali dentur perspiciendum. Callidus difficilem aditum præbet, immodica cupientibus, spesq; improbas nihil se adiuturis uerbis fouet. At eius peior est opinio, qui lingua asper, uultu grauis, cum inuidia fortunam suam explicauit. Colunt enim detestanturq; felicem, & si potuerint, eadem facturi, odere facientem. Coniugibus alienis nec clàm, sed aperte quidam ludibrio habitis, suas alijs permisere. Rusticus, inhumanus, ac maleuolus, & inter matronas abominandæ conditionis est, si quis coniugem in sella prostare ueruit, & uulgo admissis inspectoribus uehi undiq; perspicuam. Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ uxori anulum præstat, hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, & ancillariolum uocant. Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium, & in consensu uidui cœlibatus, nemo uxorem duxit, nisi qui abduxit iam raptam. Agros spargere, auaritiam recolligere certant. Nihil pensi habere, paupertatem alienam contemnere, suam timere. Nullum aliud uereri malum, non parcere iniurijs, perturbare imbecilliores, ui ac metu premere. Nam prouincias spoliari, & nummarios tribunal, audita utrinq; licitatione alteri addici, non mirum, quando quæ emeris, uendere gentium ius est. Sed longius nos impetus euehit prouocante materia. Itaque

CAP. X. sic finiamus, nè in nostro seculo culpa † subsistat. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, euersos esse mores, regnare nequitiam, in deterius

Hemistichium. *Nihil pensi.* *al. subsidat.*

deterius res humanas, & in omne nefas labi. At ista stant loco eodem, stabuntq;, paulum duntaxat ultrò aut citrò mota, ut fluctus quos æstus accedens longius extulit, recedens interiore littorum uestigio tenuit. Nunc in adulteria magis, quàm in alia pectabitur, abrumpetq; frenos pudicitia, nunc conuiuiorū uigebit furor, & fœdissimum patrimoniorum exitium culina, Nunc cultus corporum nimius & formæ cura, præ se ferens animi deformitatem, Nunc in petulantiam & audaciam erumpet, male dispensata libertas, Nunc in crudelitatem priuatam, ac publicam ibitur, bellorumq; ciuilium insaniam, qua omne sanctum, ac sacrum prophanetur. Habebitur aliquando ebrietati honor, & plurimum meri cepisse uirtus erit. Non expectant uno loco uitia, sed mobilia & inter se † dissentientia tumultuantur, pellunt inuicem, fuganturq;. Cæterum idē semper de nobis pronunciare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, inuitus ādicia, & futuros esse. Erunt homicidæ, tyranni, fures, adulteri, raptores, sacrilegi, prodito res. infrà ista omnia ingratus est, nisi quod omnia ista ab ingrato animo sunt, sine quo uix ullum magnum facinus accreuit. Hoc tu caue tanquam maximum crimen, ne admittas: ignosce tanquā leuissimo, si admissum est. Hæc est enim iniuriæ summa, Beneficium perdidisti. Saluum est tibi ex illo, quod est optimum, dedisti. Quemadmodum autem curandum, ut in eos potissimū beneficia conferamus qui grate responsuri erūt, ita quædam, etiam si de illis male sperabitur, faciemus tribuemusq;, non solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse, tanquam si filios alicui restituere potero, magno periculo liberatos, sine ullo meo incōmodo, non dubitabo. Dignū etiam impendio sanguinis mei tuebor, & in partem discriminis ueniam. Indignum si eripere latronibus potero, clamore sublato, salutarem uocem homini non pigebit emittere.

al. dissidentia

Sequitur ut dicamus quæ beneficia danda sint, & quemadmodū. Primo demus necessaria, deinde utilia, deinde iucunda † atq; mansura. Incipiendum est autem à necessarijs. Aliter enim ad animū peruenit, quod uitam continet, aliter quod exornat, aut instruit. Potest in eo aliquis fastidiosus esse æstimator, quo facile cariturus est, de quo dicere licet, Recipere non desidero, meo cōtentus sum. interim non reddere tantū libet quod acceperis, sed abijcere. Ex his quæ necessaria sunt, quædam primum obtinent locum, sine quibus non possumus uiuere, quædam secundū, sine quibus non debemus, quædam tertium, sine quibus nolumus. Prima huius notæ sunt, hostium manibus eripi, & tyrānicæ iræ, & proscriptione, & alijs periculis, quę uaria et incerta humanā uitā obsident. Quicquid horū discusserimus, quo maius ac terribilius erit, hoc maiorē inibi mus gratiā. Subit enim cogitatio quātis sint liberati malis, & lenociniū est muneris, antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardius quenq; seruare, q; possumus, ut muneri nostro, timor imponat pondus. Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem uiuere, sed ut mors potior sit, tanquā libertas & pudicitia, & mēs bona. Post hæc habebimus coniunctione, ac sanguine, usuq;, & cōsuetudine longa, chara, ut liberos, cōiuges, penates, cæteraq; quæ usq; eò animus sibi applicuit, ut ab illis quàm à uita diuelli grauius existimet. Subsequuntur utilia, quorum uaria & lata materia est. Hic erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modū habendi parata. Hic erit honor & processus ad altiora tendentiū. Nec enim utilius quicquam est, quàm sibi utilem fieri. Iam cætera ex abundanti ueniunt, delicatos factura. In his sequemur, ut opportunitate grata sint, ut non uulgaria, quæq; aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc ætatē habent, aut quæ etiam si natura preciosa non sunt, tempore aut loco fiant. Videamus quid oblatum maxime uoluptati futurum sit, quid frequenter occursurum habenti, ut toties nobiscum sit, quotis cum illo sit. Vtiq; cauebimus, ne munera superuacua mittamus, ut fœminæ aut seni arma uenatoria, aut rustico libros, aut studijs ac literis dedito retia. Aeque ex contrario circumspiciemus, ne dum grata mittere uolumus, suū cuiq; morbum exprobratura mittamus, sicut ebrioso uina, & ualetudinario medicamenta. Maledictum enim incipit esse non munus, in quo uitium accipientis agnoscitur.

CAP. XI *aliter, utiq;*

Proxima ab his

Superfluens

Ex abundanti

Si arbitrium dandi penes nos est, præcipue mansura quæremus, ut quam minime mortale munus sit. Pauci enim sunt tam grati, ut quod acceperint, etiam si non uident, cogitent. Ingratis quoq; memoria cum ipso munere incurrit, ubi ante oculos est, & ob

Incurrit animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

liuiſci ſui non ſinit, ſed autorem ſuum ingerit, & inculcat. Eo quidem magis duratura quæramus, ꝙ nunquam admonere debemus. Ipſa res euaneſcentem memoriã excitet. Libentius donabo argentum factum, quàm ſignatum. Libentius ſtatuas, quàm ueſtẽ, & quod uſus breuis deleat. Apud paucos poſt remanet gratia. Plures ſunt apud quos non diutius in animo ſunt donata, quàm in uſu. Ergo ſi fieri poteſt, conſumi munus meum nolo. Extet, hæreat amico meo, & aliter, conuiuat uiuat. Nemo tam ſtultus eſt, ut monendus ſit, ne cui gladiatores aut uenationem iam munere ædito mittat, & ueſtimenta æſtiua bruma, hyberna ſolſtitio. Sic in beneficio ſenſus communis, tempus, locum obſeruet, perſonas, quia momentis quædam grata & ingrata ſunt. Quanto acceptius eſt ſi id damus, quod quis non habet, quàm cuius copia abundat? Quod diu quærit nec inuenit, quàm quod ubiq; uiſurus eſt? Munera non tam precioſa, quàm rara, & exquiſita ſint, quæ etiam apud diuitem ſui locum faciunt, ſicut gregalia quoq; poma, etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi prouenere maturius. Illa quoq; non erunt ſine honore, quæ aut nemo illis alius dedit, aut nos nulli alij. Gregalia

CAP. XIII Alexandro Macedoni, cum victor orientis, animos ſupra humana tolleret, Corinthij per legatos gratulati ſunt, & ciuitate illum ſua donauerunt. Cum riſiſſet Alexander hoc officij genus, unus ex legatis: Nulli, inquit, ciuitatem unquam dedimus alij q; tibi & Herculi. Libens accepit delatum honorem, & legatos inuitatione, aliaq; humanitate proſecutus, cogitauit, non qui ſibi ciuitatem darent, ſed cui dediſſent. Et homo gloriæ deditus, cuius nec naturam, nec modum nouerat. Herculis Liberiq; ueſtigia ſequens, ac ne ibi quidem reſiſtens, ubi illa defecerant, ad ſocium honoris ſui reſpexit à dantibus, tanquam cœlum quod mente uaniſſima complectebatur teneret, quia Herculi æquabatur. Quid enim ſimile habebat ueſanus adoleſcẽs, cui pro uirtute erat felix temeritas? Hercules nihil ſibi uicit, orbem terrarum tranſiuit, non concupiſcendo, ſed uindicando. Quid uinceret malorum hoſtis, bonorum uindex, terrarum mariſq; pacator? At hic à pueritia latro, gentiumq; uaſtator, tam hoſtiũ pernicies, quàm amicorum, qui ſummum bonum duceret, terrori eſſe cunctis mortalibus, oblitus non ferociſſima tantum, ſed ignauiſſima quoq; animalia timeri, ob uirus malum.

CAP. XIIII Ad propoſitum nunc reuertamur. Beneficium quod quibuslibet datur, nulli gratum eſt. Nemo ſe ſtabularij, aut cauponis hoſpitem iudicat, nec conuiuam dantis epulum, ubi dici poteſt: Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum, et uix bene notum ſibi, & in illum etiam inimicum, ac turpiſſimum hominẽ. Nunquid enim me dignum iudicauit? Morbo ſuo morem geſſit. Quod uoles gratum eſſe, rarum eſſice. Reduco Quis patitur ſibi imputari? Nemo hæc ita interpretetur, tanquam reducam liberalitatem, & frenis arctioribus reprimam. Illa enim, inquantum libet, exeat, ſed eat, non erret. Licet ita largiri, ut unuſquiſq; etiã ſi cum multis accepit, in populo ſe eſſe non putet. Nemo non habeat aliquam familiarem notam, per quam ſperet ſe propius admiſſum. Dicat, accepi idẽ quod ille, ſed ultro. Accepi quod ille, ſed ego intra breue tempus, cum ille diu meruiſſet. Sunt, qui idem habeant, ſed non eiſdem uerbis datum, non eadem comitate tribuentis. Ille accepit, cum rogaſſet, ego cum rogarer. Ille accepit, ſed facile redditurus, ſed cuius ſenectus & liberorum orbitas magna promittebat. Mihi plus dedit, quamuis idem dederit, quia ſine ſpe recipiendi dedit. Quemadmodum meretrix, ita inter multos ſe diuidit, ut nemo non aliquod ſignum familiaris animi ferat: Ita qui beneficia ſua amabilia uult eſſe, excogitat, quomodo & multi obligentur, & tamen ſinguli habeant aliquid, quo ſe cæteris præferant. Ego uerò beneficijs non obijciam moras. Quo plura maioraq; fuerint, plus afferent laudis. Adſit tamen iudicium. Neq; enim cordi eſſe cuiquam poſſunt, forte, ac temere data. Quare ſiquis exiſtimat nos, cum iſta præcipimus, benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire, næ perperam monitiones noſtras exaudit. Quam enim uirtutem magis ueneramur, cui magis ſtimulos addimus, quibus uerò tam conuenit hæc adhortatio quàm nobis, ſocietatem humani generis ſanctientibus?

CAP. XV Quid ergo eſt? cum ſit nulla honeſta uis animi, etiam ſi à recta uoluntate incepit, ni ſi quam uirtutum modus fecit, uetо liberalitatem nepotari. Tunc iuuat accepiſſe beneficium

neficium, & ſupinis quidem manibus, ubi illud ratio ad dignos perdúcit, non quod quiſlibet caſus & conſilij indigens impetus deſert, quod oſtentare libet, inſcriberé ſibi beneficia tu uocas, quorum autorem fateri pudet? At illa quanto gratiora ſunt, quantoq; in partem interiorem animi nunquam exitura deſcendunt, cùm delectant, cogitantem magis à quo, quàm quid acceperis. Criſpus Paſſienus ſolebat dicere, quorundam ſe iudicium malle, quàm beneficium, & quorundam beneficium malle, quàm iudicium, & ſubijciebat exempla, Malo, aiebat, diui Auguſti iudicium. Malo Claudij beneficium. Ego uerò nullius puto expetendum eſſe beneficium, cuius uile iudicium eſt. Quid ergo? Non erat accipiendum à Claudio quod dabatur? Erat, ſed ſicut à fortuna, quã ſcires ſtatim poſſe malam fieri. Quid ergo iſta inter ſe mixta diuidimus? Non eſt beneficium, cui deeſt pars optima, datum eſſe iudicio. Alioquin pecunia ingens ſi non ratione, nec recta uoluntate donata eſt, non magis beneficium eſt, quàm theſaurus. Multa ſunt autem, quæ oportet accipere, nec debere. al. teneriorem

LIBRI PRIMI FINIS.

ANNOTATIONES ERASMI ROTERODAMI in libros Senecæ de beneficijs.

IN CAPVT PRIMVM.

Ne perſpicuis lectorem moremur. Editio prior habebat, Vtuntur natura ſua, & ipſos munerum malos interpretes iuuant, quod uidebatur argutius ex codice manu deſcripto reſtituimus. Id ad hunc habet modum, Vtuntur natura ſua, & cuncta, interq; illa, munerum ſuorum malos interpretes iuuant. Sentit enim eſſe deorum naturam, omnibus benefacere. At inter omnia ſunt etiam ingrati. Hoc admonendum erat, ne quis temerè reponeret ueterem lectionem. Cætera quæ mutauimus, dilucidiora ſunt, quàm ut egeant admonitione. 1

IN CAPVT SECVNDVM.

Nullum perdit. Senſus obſcurior eſt, poteſt enim accipi, Nullum beneficium perit, quia qui putat aliquod periſſe, is computauerat, & iam non erat beneficium. Poteſt & ſic intelligi, Qui perdidit, hoc ipſum computauerat, aliqua peritura. Veluti qui ſementem facit, non queritur ſe perdere aliquot grana, quum hoc non expectarit, ut omnia prouenirent. Liber manu deſcriptus habebat, Nullum perdit, qui perdi, non computauerat. Atq; huius lectionis erit arguta ſententia, ſi tollas, uerbũ, perdi, Nullum perdit qui non computauerat. Hoc enim perdimus, quod decedit rationi noſtræ. At beneficia non ſupputantur, aut ſi tollas particulam, non. Nullum perdit, qui perdi computauerat, hoc eſt, qui hoc ipſum computauerat quædam peritura, ſed prior ſenſus mihi magis arridet. 2

Tantum erogatur. Codex manu ſcriptus habebat, erogat. arbitror fuiſſe ſcriptum, erogantur niſi erogatur accipias perſonaliter, aut niſi ſubaudias beneficium. Nec dubitem affirmare, quamlibet reclamantibus exemplaribus, redit, à Seneca fuiſſe ſcriptum non reddet. Tantum erogatur, ſi redit aliquid, lucrum eſt, ſi non redit, damnum non eſt. Nam fructus propriè redire dicitur, unde & reditus dicti, cenſus annui. 3

IN TERTIVM.

Græcis mancipatus. Editiones ſuperiores habebant, Gratijs mancipatus, quæ lectio fuerat utcunq; tolerabilis, ſi quemadmodum codex manu deſcriptus habebat, legamus emancipatus, quaſi dicas, alienus à gratijs. Sed arbitror germanam eſſe lectionẽ mancipatus Græcis, ſiue Gratijs, pro addictus Græcis, ut quicquid ab illis proditum fuerit miretur. Siquidem hæc ueterum Græcorum commenta ſunt, quæ Seneca contemnit, ſed petulantius quàm pro merito. Quid enim erat hic, quod exiſtimaret tot ſalibus excogitandum, niſi forte totam Poëſin putat irridendam, quæ philoſophiæ dogmata fabularum inuolucris iuuenum animis commendauit. Hunc ineptum impetum, & carpendi libidinem ne dicam petulantiam, eruditi notarunt in hoc ſcriptore. 4

Et ſpißis aut phißianis prodeant. Sic habebant priores editiones. Aut phißianis, è ſpatio marginis ſuſpicor in contextum fuiſſe relatum. quod nimium crebro factum in autoribus comperi. Codex manu deſcriptus habebat ſpiſſatis, quod mihi magis probatur. Alluſit enim ad id quod paulo ante dixerat, de pellucidis tunicis ac ſolutis. Solutis enim opponit præcinctas, & pellucidis ſpiſſatas. Quod enim ſpiſſatum eſt, minimè pellucet. Notat opinor ueſtes quæ pilis extantibus hirſutæ ſunt aut hoc genus, quod nunc uulgo dicunt uiltes, quo lanæ per ſe coactæ ueſtem faciunt, & ſi addatur acetum, ferro reſiſtunt, imò etiam ignibus. Meminit Plinius lib. 8. cap. 48. Vidimus & ipſi pueri, ueſtes floccis, aut pannis multiplicatis ſpiſſatas in uſu fuiſſe. Erant qui haberent phryxianis. 5

Hecaton. Vide num legendum Hecatæus, quem accepimus magni nominis hiſtoriographum fuiſſe temporibus Darij. 6

Late patentis patrimonij. Superiores editiones habebant. Late patentis matrimonij. Verum id reclamantibus licet exemplaribus, mutare non dubitauimus. Scribam ſefellit paulo ante facta matris mentio. At Seneca reſpexit ad Eurynomen, quæ à ſpatioſis paſcuis dicta eſt Græcis, quaſi Latine dicas latipaſcuam, Vocem autem Græcam uelut 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretans Seneca. Late, inquit, patentis. Olim autem diuitiæ potißimum in pecoribus erant, & facultates p- 4
monium dicimus, matrimonium non dicimus.

8 Et cuicunq; nomen non poteſt reddere, imponit. Hic aliquis uelut interpretans dixerat hæc uerba, aliud loco nominis proprij. Et uelut adulterina expunximus, maximè quod non habebantur in codice manu deſcripto, & ofſiciunt argutiæ ſenſus. Reddit nomen, qui meminit, ac pronunciat impoſitum, qui nouum fingit.

IN QVARTVM.

9 Putemus certè paruum in genere ſacrilegium. Ita quidem habebat ſuperior editio. Primum, illud extra contro uerſiam eſt, locum eſſe mendoſum. Codex manu deſcriptus habebat, Putemus parum ſacratè gerere ſacrilegium ſit, & tam, &c. quæ lectio uidetur etiam deprauatior. Si diuinare licet, fortè ſcriptum erat à Seneca, ut putemus non paruum ingrati, ſiue ingratitudinis ſacrilegium, ſi tam &c. Aut, ut putemus non parum graue ſacrilegium. Aut, ut putemus contra patrem graue ſacrilegium, ſi tam &c. Quæ poſtrema diuinatio mihi potißimum arridet, utpote quæ non multum recedit à ſcripturæ prioris ueſtigijs, & ſenſum habet argutum, certe uertitur in contra, paruum in patrem, ſiue parentem, & ingerere, in grauem, niſi mauis ingeri. Etenim qui uolunt Charitas eſſe filias Iouis, putant graue ſacrilegium etiam in patrem committi, ſi filiabus fiat iniuria.

IN CAPVT XV.

10 Veto liberalitatem tecum potiri. Sic habebat prior editio, quam lectionem nemo non uidet eſſe deprauatam. Et ueſtigijs tamen uetuſti codicis, reſtituimus nepotari, à nepote dicto uerbo, quemadmodum ab helluone dicimus helluari, à iuuene iuuenari. Sentit autem beneficium non eſſe dandum ei, qui nequiter profuſurus ſit quod dederis.

11 Criſpus Paßienus. Superiores editiones habebant Chryſippus Panſienus. Sed emendauit hunc locum Hermolaus Barbarus, & cum eius caſtigatione conſentiebat codex manu deſcriptus.

LIBER SECVNDVS, QVEMADMODVM DANDVM SIT BENEFICIVM.

CAP. I.

NSpiciamus Liberalis uirorum optime id, quod ex priore parte adhuc ſupereſt, quemadmodum dandum ſit beneficium, cuius rei expeditiſſimam uideor monſtraturus uiam, ſi ſic demus, quo modo uellemus accipere. Ante omnia libenter, cito, ſine ulla dubitatione. Ingratũ eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit, quod quis ægre dimittere uiſus eſt, & ſic dare tanquã ſi ſibi raperet. Etiã ſi quid moræ interuenit, euitemus omni modo, ne deliberaſſe uideamur. Proximus eſt aũt neganti, qui dubitauit, nullamq; meretur gratiã. Nam cũ in beneficio iucundiſſima ſit tribuentis uolũtas, qui nolentẽ ſe tribuiſſe, ipſa cunctatione teſtatus eſt, nõ dedit, ſed aduerſus ducentẽ, male †renuit. Multi aũt ſunt, quos liberales facit frontis infirmitas. Gratiſſima ſunt beneficia, parata, facile occurrentia, ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis uerecundia. Optimum eſt antecedere deſiderium cuiuſq; proximũ ſequi. Illud melius, occupare anteq; rogemur, quia cum homini probo ad rogandũ os cõcurrat, & ſuffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus ſuum. Non tulit gratis, qui cum rogaſſet, accepit. Quoniamquidẽ, ut maioribus noſtris grauiſſimis uiris uiſum eſt, nulla res carius conſtat, quàm quæ precibus empta eſt. Vota homines parcius facerent, ſi palàm facienda eſſent. Adeò etiam deos, quibus honeſtiſſimè ſupplicamus, tacite malimus & intra nos precari. Moleſtum uerbum eſt, oneroſum, & demiſſo uultu dicendũ, rogo. Huius facienda eſt gratia amico, & cuicunq; quẽ amicum ſis promerendo factu rus. Properet licet, ſero beneficium dedit, qui roganti dedit. Ideò diuinanda cuiuſque uoluntas, & cũ intellecta eſt, neceſſitate grauiſſima liberanda eſt. Illud beneficium iucundũ uicturumq; in animo ſcias, quod obuiam uenit. Si nõ contingit preuenire, plura rogãtis uerba intercidamus, ne rogati uideamur, ſed certiores facti ſtatim promittamus, facturosq; nos etiã anteq; interpellaremur, ipſa feſtinatione approbemus. Quẽadmodum in ægris opportunitas cibi ſalutaris eſt, & aqua tempeſtiue data remedij locum obtinuit, ita quamuis leue & uulgare beneficium ſit, ſi præſto fuerit, ſi proximam quanq; horam non perdidit, multum ſibi adijcit, gratiamq; pretioſi, ſed lenti & diu cogitati muneris, uincit. Qui tam parate fecit, non eſt dubium, quin libenter faciat. Itaq; lætus facit, & induit ſibi animi ſui uultum. Ingentia quorundam beneficia, ſilentium aut loquendi tarditas imitata grauitatem, & triſtitiam corrupit, cũ promitterent uultu negan-

1 al. retinuit al. tenuit.

CAP. II. Facere gratiã pro remittere

CAP. III.

dum. Quanto melius adijcere bona uerba rebus bonis, & prædicatione humana benignaq; commendare quæ præſtes. Vt illum caſtiges, quod tardior in rogando fuit, adijcias licet familiarem querelam. Iraſcor tibi, quod cum aliquid deſideraſſes nõ olim ſcire me uoluiſti, quod tam diligenter rogaſti, quod quenquam adhibuiſti. Ego uerò gratulor mihi, quod experiri animum noſtrum libuit, poſtea quicquid deſiderabis, tuo iure exiges. Semel ruſticitati tuæ ignoſcitur. Sic efficies, ut animum tuum pluris eſtimet, quàm illud quicquid eſt, ad quod petendum uenerat. Tunc eſt ſumma uirtus tribuentis, tunc benignitas, ubi ille qui diſceſſit, dicet ſibi, magnum hodie lucrum feci. Malo quod illum talem inueni, quàm ſi multiplicatum hoc ad me, de quo loquebar alia uia peruenißet. Huic enim animo, nunquam parem referam gratiam.

2

CAP. IIII.

At plerique ſunt, qui beneficia aſperitate uerborum, & ſupercilio in odiũ adducunt, eo ſermone uſi, ea ſuperbia, ut impetraſſe pœniteat. Aliæ deinde poſt rem promiſſam ſequuntur moræ. Nihil autem eſt acerbius, quàm ubi quod impetraſti rogandum eſt. Repræſentanda ſunt beneficia, quæ à quibuſdam accipere difficilius eſt, quàm impetrare. Hic rogandus eſt, ut admoneat, ille ut ſumat. Sic unum munus per multorũ teritur manus, ex quo gratiæ minimum apud promittentem remanet, quia autori detrahit, quiſquis poſt illum rogandus eſt. Hæc itaq; curæ habebis, ſi grate æſtimari quæ præſtabis uoles, ut beneficia tua illibata & integra ad eos, quibus promiſſa ſunt, perueniant ſine ulla, quod aiunt, deductione. Nemo illa intercipiat, nemo detineat. Nemo in eo quod daturus es, gratiam ſuam facere poteſt, ut non tuam minuat.

Repræſentare 2 pro exhibere. aliàs consummet.

Nihil æque amarum, quàm diu pendere. Aequiore quidã animo ferunt præcidi ſpẽ ſuam, quàm trahi. Pleriſq; autem hoc uitium eſt, ambitione praua differẽdi promiſſa, ne minor ſit rogantium turba. Quales regiæ potentiæ miniſtri ſunt, quos delectat ſuperbiæ ſuæ longum ſpectaculum, minusq; ſe iudicãt poſſe, niſi diu multumq; ſingulis quod poſſint oſtendãt. Nihil cõfeſtim, nihil ſemel faciũt. Iniuriæ illorũ præcipites, lenta beneficia ſunt. Quare ueriſſimũ exiſtima, quod ille Comicus dixit. Quid tu non intelligis, tantũ te gratiæ demere, quantum moræ adijcis? Inde illæ uoces quas ingenuus dolor exprimit. Fac, ſi quid facis. Et nihil eſt tanti, malo mihi iam neges ubi in tædium adductus animus incipit beneficium odiſſe, dum expectat. Potes ob id ingratus eſſe? Quemadmodum acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt cito occidere, quia tormentũ ultimum finem ſui ſecum affert, quod antecedit tempus maxima uenturi ſupplicij pars eſt, ita maior eſt muneris gratia quo minus diu pependit. Eſt enim bonarũ etiã rerũ ſolicita expectatio. Et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant, qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus poteſt liberare, aut gaudere beneficio ſuo tardius, manus affert. Omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis, cito facere. Qui tarde dedit, & diem extrahens profuit non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicæ uoluntatis. Tarde uelle, nolentis eſt.

2

CAP. V.

4

γνώμη

5

6 Extrahere diẽ

CAP. VI.

In omni negotio Liberalis, non minima portio eſt, quomodo quicque aut dicatur, aut fiat, multum celeritas fecit, multum abſtulit mora. Sicut in telis eadem ferri uis eſt: ſed in infinitum intereſt, utrum excuſſo lacerto torqueantur, an remiſſa manu effluant. Gladius idem & ſtringit, & transforat, quàm preſſo articulo uenerit, refert. Idẽ eſt quod datur, ſed intereſt, quomodo detur. Quàm dulce, quàm pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non eſt paſſus, qui dedit, ſi dediſſe dum dat oblitus eſt: nam corripere eum, cui † maximè aliquid præſtes, dementia eſt, & inſerere contumeliam meritis. Itaq; non ſunt exaſperanda beneficia, nec quicquam illis triſte miſcendum, Etiam ſi quid erit: de quo uelis admonere, aliud tempus eligito.

al. cũ maximè.

CAP. VII.

Fabius Verucoſus beneficium ab homine duro aſpere datum, panem lapidoſum uocabat, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit, eſſe acerbũ. Tyberius Cæſar rogatus à nepote M. † Aelio prætorio, ut æri alieno ſuccurreret, edere illum ſibi nomina creditorum iuſſit. Hoc non eſt donare, ſed creditores conuocare. Cum edita eſſent, ſcripſit nepoti, iuſſiſſe ſe pecuniam ſolui. Adiecta contumelioſa admonitione, effecit, ut nepos nec æs alienum haberet, nec beneficium. Liberauit illũ à creditoribus, ſibi non obligauit. Aliquid Tyberius ſecutus eſt, puto noluit plures eſſe, qui idem rogaturi cõcurrerent.

aliter, Accio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerent. Ista fortasse efficax ratio fuerit, ad hominū improbas cupiditates, pudore reprimendas. Beneficiū uerò danti, tota alia sequenda est uia. CAP. VIII. Omni genere quod ues, quo sit acceptius, adornādum est. Hoc uerò non est beneficium dare, reprehēdere est, ut in transitu de hac quoq; parte dicam quid sentiam. Ne principi quidem satis decorū est, donare ignominiæ causa. Tametsi tinquietudinē Tyberius, nec hoc quidē modo, quo putabat, potuit effugere. Nā aliquot postea, qui idem rogarent, inuenti sunt, quos omnes iussit reddere in senatu æris alieni causas, & ita illis certas summas dedit. Nō est illud liberalitas, cēsura est, auxiliū est, principale tributū est, Beneficiū non est, cuius sine rubore meminisse nō possū. Ad iudicē missus sum, ut impetrarē, causā dixi. *aliter, inquies Tyberius ne hoc quidē modo quod uitabat potuit.*

CAP. IX. Præcipiunt itaq; omnes autores sapientiæ, quædā beneficia palam danda, quædam secreto. palàm, quæ consequi gloriosum est, ut militaria dona, et honores, & quicquid aliud notitia pulchrius fit. Rursus quæ nō producūt, nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiæ. tacite danda sunt, ut nota sint solis, quibus prosunt. Interdū & ipse qui iuuatur fallendus est, ut habeat, nec à quo acceperit, sciat.

CAP. X. Arcesilaus, ut aiunt, amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, ægro autem & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumptum ad necessarios usus, cū clàm succurrendum iudicasset, puluino eius ignoranti sacculum subiecit, ut homo inutiliter uerecundus, quod desiderabat, inueniret potius quàm acciperet. Quid ergo? ille nesciet, à quo acceperit? Primum nesciat, si hoc ipsum beneficij pars est. Deinde multa alia faciam, multa tribuam, per quæ intelligat, & illius autorem. Denicq; ille nesciet accepisse se, ego sciam me dedisse. Parum est, inquis. Parum, si fœnerare cogitas. Sed si dare quo genere accipienti maximè prosuturum erit, dabis. Contentus eris te teste. Alioquin non benefacere delectat, sed uideri bene fecisse. Volo, inquis, sciat. Debitorem quæris. Volo utiq; sciat. Quid si illi utilius est nescire, si honestius, si gratius, nō in aliā partem abibis? Volo ut sciat. Ità tu hominem non seruabis in tenebris? Nō nego quoties patitur res, percipiendum gaudium ex accipientis uoluntate. Sin adiuuari illum, & oportet, & pudet, si quod præstamus, offendit, nisi absconditur, beneficium in acta non mitto. Quid ni ego illi sum indicaturus me dedisse, cum inter prima præcepta, ac maximè necessaria sit, ne unquam exprobrē, imò ne admoneam quidem? Hæc enim beneficij inter duos lex est. Alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Lacerat animum, & premit frequens meritorum commemoratio. *In acta mittere.*

CAP. XI. Libet exclamare, quod ille triumuirali proscriptione seruatus à quodam Cæsaris amico exclamauit, cum superbiam eius ferre non posset. Redde me Cæsari. Quousq; dices, Ego te seruaui, ego te eripui mortiʒ istud si meo arbitrio memini, uita est, si tuo mors est. Nihil tibi debeo, si me seruasti, ut haberes, quem ostenderes. Quousq; me circumducis? quousq; obliuisci fortunæ meæ non finis? Semel in triumpho ductus essem. Non est dicendum, quid tribuerimus. Qui admonet, repetit. Non est instandum non est memoriæ reuocandum, nisi ut aliud dando, prioris admoneas. Ne alijs quidē narrare debemus. Qui dedit beneficiū, taceat, narret qui accepit. Dicetur enim, quod illi ubiq; iactanti beneficium suum, Num negabis, inquit, te recepisse? & cum respondisset, quando? sæpe quidē, inquit, & multis locis, id est, quoties & ubicunq; narrasti. Quid opus est eloqui? quid alienū occupare officium? Est qui istud facere honestius possit, quo narrante, & hoc laudabitur, quod ipse non narras. Ingratum me iudicas, si istud te tacente, nemo sciturus est. Quod adeò non est committendum, ut etiā si quis coram nobis narrabit, respondendum sit, dignissimus quidem ille est maioribus beneficijs, quæ ego magis uelle me scio præstare, quàm posse. Et hæc ipsa nō †uenaliter, nec ea figura, qua quidam reijciunt, quæ magis ad se uolunt attrahere. Deinde adijcienda omnis humanitas. Perdet agricola quod sparsit, si labores suos destituet in semine. Multa cura fata producūtur ad segetem. Nihil in fructum peruenit, quod nō à primo usq; ad extremum æqualis cultura prosequitur. Eadem beneficiorū est conditio. Num quid ulla maiora possunt esse, quàm quæ in liberos patres conferunt? Nec tamen tuta sunt, si in infantia deserantur, nisi longa pietas munus suum nutriat. Eadem cæterorū beneficiorum conditio est, nisi illa adiueris, perdes. Parū est dedisse, fouenda sunt. Si grato- *al. uerniliter*

gratos uis habere quos obligas, non tantū des oportet beneficia, sed ut ames. Præcipuè ut dixi, parcamus auribus. Admonitio tædiū facit, exprobratio odiū. Nihil æque in beneficio dando uitandū est, quàm superbia. Quid opus arrogātia uultus? quid tumore uerborum? Ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis iactatio. Res loquentur, nobis tacentibus. Non tantum ingratum, sed inuisum est beneficium, superbe datum.

7 CAP. XII. Cæsar dedit uitam Pompeio Pœno, si dat, qui nō aufert, deinde absoluto & agenti gratias, porrexit ad osculandum sinistrum pedem. Qui excusant eum, negant id insolentiæ causa factum, aiunt soccum auratum, imò aureum margaritis distinctū ostendere eū uoluisse. Ita prorsus, quid hic contumelioſum est, si uir consularis aurū, & margaritas osculatus est, & alioquin nullam partē in corpore eius electurus, quam purius oscularetur, homo natus in hoc, ut mores liberæ ciuitatis Persica seruitute mutaret? Parum iudicauit, si senator senex submissis honoribus, in cōspectu principū supplex sibi, eo more iacuisset, quo uicti hostes † uictoribus iacuere. Inuenit aliquid infra genua, quò libertatē detruderet. Nō hoc est rēpub. calcare? †Equidē dicit aliquis, Nō potest ad rē pertinere, sinistro pede. Parū enim fœde, furioseq; insolēs fuerat, qui de capite cōsularis uiri soccatus audiebat, nisi in ōs senatoris ingessisset impator pigros suos. *al. hostibus. aliter. Et quidē litiget, allicitet.*

CAP. XIII. O superbia magnæ fortunæ. O stultissimum malum, ut à te nihil accipere iuuat, & omne beneficium in iniuriam conuertis, ut te omnia nimia delectant, ut te omnia dedecent, quoq; altius te subleuasti, hoc depressior es. Ostendisq; te non agnoscere ista bona, quibus tantum inflaris. Quicquid das, corrumpis. Libet itaq; interrogare, quid tantopere te supinet, quid uultum, habitumq; oris peruertat, ut malis habere personā, quàm faciem. Iucunda sunt, quæ humana fronte, leni, placidaq; tribuuntur, quæ cum daret mihi superior, non exultauit supra me, sed quàm potuit, benignissimus fuit, descenditq; in æquum, & detraxit muneri suo pompam, obseruauit idoneum tempus, ut in occasione potius, quàm in necessitate succurreret. Vno modo persuadebimus, ne beneficia insolentia perdant, si ostenderimus non ideò uideri maiora, quia tumultuosius data sunt, ne ipsos quidem ob id cuiquam posse maiores uideri, Vanam esse superbiæ magnitudinem, & quæ in odium, etiam amanda perducat. *Videtur ægros pedes, dixisse pigros. Nam hinc pigri uocem deductam putat.*

Sunt quædā nocitura impetrantibus, quæ nō dare, sed negare beneficiū est. Aestimabimus itaq; utilitatē potius, q̄ uoluntatem petentiū. Sæpe enim noxia concupiscimus, nec dispicere q̄ pernicioſa sunt, licet, quia iudiciū interpellat affectus. Sed cū subsedit cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi, qui cōsilia fugat, cecidit, detestamur pernicioſos malorum munerum autores, ut frigida ægris negamus, & lugentibus, ac sibi iratis ferrū, aut amantibus, quicquid contra se usurus, ardor petit, sic ea, quæ nocitura sunt, impense ac submisse non nunq̄ etiam miserabiliter rogantibus, perseuerabimus non dare. Tū initia beneficiorū furorū spectare, tum etiam exitus decet, et ea dare quæ non tantum accipere, sed etiam accepisse delectet. Multi sunt qui dicant, scio hoc illi non profuturum, sed quid faciā? rogat, resistere precibus eius non possum. Viderit de se, nō de me queretur. Falsum est, imò de te, & merito, cum ad mentē bonam redierit, cū †accensio illa, quæ animū inflammabat, se remiserit. Quid ni eū oderit, à quo in damnū, ac periculum suum adiutus est? Exorari in perniciem rogantiū, sæua bonitas est. Quemadmodum pulcherrimū opus est, etiā inuitos, nolētesq; seruare, ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odiū est. Beneficiū demus, quod usu magis ac magis placeat, quod nunquā in malùm uertatur. Pecuniā non dabo, quā numeraturū adulteræ sciā, ne in societate turpis facti, aut consilij inueniar. Si potero, reuocabo, sin minus, nō iuuabo scelus. Siue illū ira, quò non debebat, impellit, siue ambitionis calor abducit à tutis, nō committā, ut possit quādoq; dicere, Ille amādo me occidit. *forte, accessio ut sit allusio ad paroxysmos febrium.*

Sæpe nihil interest inter amicorū munera, & hostium †acta. Quicquid illi accidere optant, in id horū intempestiua indulgentia impellit, atq; instruit. Quid autem turpius, quàm (quod euenit frequentissime) ut nihil intersit inter odiū & beneficiū? Nunquam in turpitudinem nostram reditura, tribuamus. Cum summa amicitia sit, amicū sibi æquare, utriq; simul consulendum est. Dabo egenti, sed ut ipse non egeam. Succurram perituro, sed ut ipse nō pereram, nisi si futurus ero magni hominis, aut magnę CAP. XIV. *al. uota*

rei

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei merces. Nullum beneficium dabo quod turpiter peterem. Nec exiguum dilatabo, nec magna pro paruis accipi patiar. Nam ut qui quod dedit, imputat, gratiã destruit, ita qui quantum det, ostendit, munus suum non commendat, sed exprobrat. Respiciendæ sunt cuiq; facultates suæ, uiresq;, ne aut plus præstemus, quàm possumus, aut minus. Aestimanda est eius persona, cui damus. Quędam enim minora sunt, quàm ut exire à magnis uiris debeant, quædam accipiente maiora sunt. Vtriusq; itaq; personã

al. parum. confer tecum. Inter illa quæ donabis examina, nunquid aut danti graue sit, aut † paucum. Nunquid rursus qui accepturus est, aut fastidiat, aut non capiat.

CAP. XVI. Vrbem cuidam Alexander donabat uesanus, & qui nihil animo nisi grande concepit. Cũ ille cui donabatur seipsum mensus, tanti muneris inuidiam refugisset, dicẽs non conuenire fortunæ suæ. Non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Animosa uox uidetur, & cum regia sit, est stultissima. Nihil enim per se quenquã decet, Refert quid, cui, quando, quare, ubi, & cætera, sine quibus facti ratio non cõstabit. Tumidissimum animal, si illum accipere hoc non decet, nec te dare. Habetur per-

Aeque quam 8 sonarũ, ac dignitatũ proportio. Et cum sit ubiq; uirtutis modus, æque peccat quod excedit, quàm quod deficit. Liceat istud sane tibi, & te in tantũ fortuna sustulerit, ut congiaria tua urbes sint, quas quãto maioris animi fuit nõ capere quàm spargere, est tamẽ

CAP. XVII. aliquis minor, quàm ut in sinũ eius condenda sit ciuitas. Ab Antigono Cynicus petijt talentũ. Respondit plus esse, quàm quod Cynicus petere deberet. Repulsus petit denariũ. Respondit minus esse, quàm quod regẽ deceret dare. Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrũ daret. In denario regẽ, in talẽto Cynicũ respexit, cum posset & denarium tanq; Cynico dare, & talentum tanq; rex. Vt sit aliquid maius, quàm quod Cynicus accipiat, nihil tam exiguum est, quod non honeste regis humanitas tribuat. Si me interrogas, probo. Est enim intolerabilis res, poscere nummos & cõtemnere. Indixisti pecuniæ odiũ, hoc professus es, hanc personam induisti, agenda est. Iniquissimũ est te pecuniã sub gloria egestatis acquirere. Aspicienda ergo non minus sua cuiq; persona est, quàm eius, de quo iuruando quis cogitat. Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ lusu, quã cadere non est dubium, aut mittentis studio, aut accipientis. Tunc cursum suũ seruat, ubi inter manus utriusq; apte, ab utroq; & iacta & excepta uersatur. Necesse est aũt lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est, nisi utriq; personæ, dantis & accipientis aptatur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet, ut debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus, utcunq; enim uenerit, manus illam expedita, & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indocto, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius & in ipsam eius dirigentes manum, remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficijs. Quosdam doceamus, & satis iudicemus, si conãtur, si audent, si uolunt. Facimus aũt plerunq; ingratos, & ut sint, fauemus, tanq; ita demũ magna sint beneficia nostra, si gratia illis referri non potuit, ut malignis cursoribus propositũ est, collusorem traducere, cum damno scilicet ipsius lusus, qui nõ potest, nisi consentitur, extendi. Multi sunt tam praue naturæ, ut malint perdere quæ præstiterũt, q; uideri recepisse, superbi & imputatores. Quanto melius, quantoq; humanius id agere, ut illis quoq; partes suæ constent, & fauere, ut gratia sibi referri possit, benigne omnia interpretari, gratias agentẽ, non aliter quàm si referat audire, præbere se facilem, ad hoc, ut quẽ obligauit, etiã exolui uelit? Male audire solet fœnerator, si acerbe exigit, æque si in recipiendo tardus, ac difficilis moras quærit. Beneficiũ tam recipiendũ est, q; non exigendum. Optimus ille, qui dedit facile, nunquàm exigit. Reddi gauisus est, bona fide

CAP. XVIII. quid præstitisset, oblitus, qui accipientis animo recepit. Quidam non tantum dant beneficium superbe, sed etiam accipiunt, quod non est committendum, Iam enim transeamus ad aliã partem, tractaturi, quomodo se gerere homines in accipiendis beneficijs debeant. Quodcunq; ex duobus constat officium, tantundem ab utroq; exigit. Qualis pater esse debeat, cum inspexeris, scies non minus operis illic superesse ut dispicias, qualem esse oporteat filium. Sunt aliquæ partes mariti, sed nõ minores uxoris. Inuicem ista quantum exigunt, præstant, & parem desiderant regulam, quæ ut ait

Hecaton

Hecaton, difficilis est, Omne enim honestum in arduo est, etiam quod uicinum honesto est. Non enim tantum fieri debet, sed ratione fieri. Hac duce, per totam uiam eundum est. Minima maximaq;, ex huius consilio gerenda sunt, quomodo hæc suaserit, dandum. Hæc autem hoc primum censebit, non ab omnibus accipiendum. A quibus ergo accipiemus? Vt breuiter tibi respondeam: ab his quibus dedisse uideamur. Nam etiam maiore delectu quærendum est, cui debeamus, quàm cui præstemus. Nam ut non sequantur ulla incommoda (subsequuntur autem plurima) graue tormentum est debere, cui nolis. Contra iucundissimum est ab eo accepisse beneficium, quem amare etiam post iniuriam possis. Illud uerò homini uerecundo & probo miserrimum est, si eum amare oportet, quem non iuuat. Totiens admoneam necesse est, nõ loqui me de sapientibus, quos quicquid oportet, iuuat, qui animum in potestate habent, & legẽ sibi, quam uolunt, dicunt, & quam dixerunt, seruant, sed de imperfectis hominibus honestam uitam sequi uolentibus, quorum affectus sæpe contumaciter parent.

Itaque eligendus est, à quo beneficiũ accipiam. Et quidem diligentius quærendus beneficij quàm pecuniæ creditor. Huic enim reddendum est, quantum accepi, et si reddidi, solutus sum ac liber. At illi plus soluendum est, & nihilominus etiam relata gratia, cohæremus. Debeo enim, cum reddidi, rursus incipere, monetq; amicitia non recipere indignum. Sic est beneficiorum quidem sacratissimũ ius, ex quo amicitia oritur. Non semper inquit, mihi licet dicere, nolo, aliquando beneficium accipiendum est, & inuito. Dat tyrannus crudelis & iracundus, qui munus suum fastidire te, iniuriam iudicaturus est. Non accipiam. Eodem loco pone latronem & piratam, quo regem, animum latronis, ac piratæ habentem. Quid faciam? Parum dignus est, cui debeam. Cum eligendum dico cui debeas, uim maiorem & metum excipio, quibus adhibitis, electio perit. Si liberum est tibi, si arbitrij tui est, utrum uelis, an non, id apud te ipse perpendes. Si necessitas tollit arbitrium, scies te non accipere, sed parere. Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. Si uis scire, an uelim, effice, ut possim nolle. Vitam tamen tibi dedit. Non refert quid sit, quod datur, nisi à uolente uolenti detur. Si seruasti me, non ideò seruator es. Venenum aliquando pro remedio fuit, non ideò numeratur inter salubria. Quædam prosunt, nec obligant. Tuber quidam tyranni gladio diuisit, qui ad eum occidendum uenerat. Non ideò illi tyrannus gratias egit, quod rem, quam medicorum manus reformidauerant, nocendo sanauit. Vides non esse magnũ in ipsa re momentum. Quoniam non uidetur dedisse beneficium qui malo animo profuit. † Casus enim beneficium est, hominis iniuria. Leonem in amphitheatro spectauimus, qui unum è bestiarijs agnitũ, cum quondam eius fuisset † magister, protexit ab impetu bestiarum. Non ergo est beneficium † ferre auxilium? Minime, quia nec uoluit facere, nec benefaciendi animo fecit. Quo loco ferã posui tyrannũ pone. Et hic uitam dedit, & illa, nec hic, nec illa beneficium. Quia non est beneficium accipere, cogi. Non est beneficiũ debere, cui nolis. Ante des oportet mihi arbitrium mei, deinde beneficium. Disputari de Marco Bruto solet, an debuerit accipere à diuo Iulio uitam, cum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit aliàs tractabimus. Mihi enim, cum uir magnus fuerit in alijs, in hac re uidetur uehementer errasse, nec ex institutione stoica se egisse, qui aut regis nomen extimuit cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit, aut ibi sperauit libertatem futuram, ubi tam magnum præmium erat, & imperandi, & seruiendi, aut existimauit ciuitatem in priorem formam posse reuocari, amissis pristinis moribus, futuramq; ibi æqualitatem ciuilis iuris, & staturas suo loco leges, ubi uiderat tot milia hominum pugnantia, non an seruirent seruitutem. Quanta uerò illum aut rerum naturæ, aut urbis suæ tenuit obliuio, qui uno interempto, defuturum credidit alium, qui idem uelle, cum Tarquinius esset inuentus post tot reges, ferro ac fulminibus occisos. Sed uitam accipere debuit, ob hoc tamen non habere illum parentis loco, qui in ius dandi beneficij iniuria uenerat. Non enim seruauit is, qui nõ interfecit, nec beneficium dedit, sed missionem.

Illud magis uenire in disputationem potest aliquando quid faciendum sit, captiuo cui redemptionis pretium homo prostituti corporis & infamis repromittit. Patiar me

Seruator. CAP. XIX.

Beneficiũ tribuitur fortunæ, homo lædere uoluit. al. minister: al. feræ.

CAP. XX.

9

10

CAP. XXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab impuro seruari? Seruatus deniq;, c illi gratiam referam? Viuam cum obicce-
nor? Non uiuam cum redemptore? Quid ergo placeat, dicam. Etiam ab aliquo tali ac-
cipiam pecuniam, quam pro capite dependam. Accipiam autem tanquàm creditum,
non tanquàm beneficium. Soluam illi pecuniam, & si occasio fuerit seruandi, pericli-
Seruatoris. tantem seruabo, in amicitiã, quæ similes iungit, non descendam. Nec seruatoris illum
loco numerabo, sed fœneratoris, cui sciam reddendũ quod accepi. Est aliquis dignus,
à quo beneficium accipiam, sed danti nociturum est, ideò non accipiam. Quia ille para
tus est mihi cum incõmodo, aut etiam periculo suo prodesse, defensurus est me reum,
sed illo patrocinio, regem sibi est facturus inimicum. Inimicus sim, si cum ille pro me
periclitari uelit, ego, quod facilius est, non facio, ut sine illo pericliter.

Ineptum & friuolum hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai, quem ait à filio fa-
milias oblatam pecuniam non accepisse, ne ille patrem sordidum offenderet. Quid fe-
cit laude dignum? quod furtum non recepit? quod maluit non accipere, quàm redde-
re? Quæ est enim alienã rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi opus
d. Xerxei. est, utamur, Græcini Iulij uiri egregij, quem † Cæsar occidit ob hoc unum, quod melio-
or uir erat, quàm esse quenquam tyranno expediret. Is cum ab amicis conferentibus
ad impensam ludorum pecunias acciperet, magnam pecuniam à Fabio Persico mis-
sam, non accepit. Et obiurgantibus his, qui non æstimabant mittentẽ, sed missa, quod
repudiasset, ego, inquit, ab eo beneficium accipiam, à quo propinationem acceptur us
non sim? Cunque illi Rebilus consularis, homo eiusdem infamiæ maiorẽ summã mi-
sisset, instaretq;, ut accipi iuberet, Rogo, inquit, ignoscas, & à Persico non accepi.

CAP. XXII Vtrum hoc munera accipere est, an senatum legere? Cum accipiendum iudicaue-
rimus, hilares accipiamus, profitentes gaudium, & id danti manifestum sit, ut fructum
præsentem capiat. Iusta enim causa lætitiæ est, lætum amicum uidere, iustior fecisse.
Grate ad nos peruenisse indicemus, effusis affectibus, quod non ipso tantum audiẽte,
Pensio sed ubiq; testemur. Qui grate beneficium accepit, primam eius pensionem soluit.
CAP. XXIII Sunt quidam, qui nolunt nisi secreto accipere, testem beneficij et conscium uitant
quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est mu-
neris sui, in quantum delectatura est, cui datur, ita accipienti adhibenda concio est.
Quod pudet debere, ne acceperis. Quidam furtiue agunt gratias, & in angulo, & ad
aurem. Non est ista uerecundia, sed inficiandi genus. Ingratus est, qui remotis arbitris,
agit gratias. Quidam nolunt nomina secũ fieri, nec interponi pararios, nec signatores
nomina fieri. aduocari, nec chirographum dare. Idem faciunt, qui dant operam, ut beneficiũ in ipsos
collatum, quàm ignotissimum sit. Verentur palàm ferre, ut sua potius uirtute, quàm
alieno adiutorio consecuti dicantur. Rariores in eorum officijs sunt, quibus iam ante
dignitatem debent, & dum opinionẽ clientiũ timent, grauiorẽ subeunt ingratorum.

CA. XXIIII Alij pessime loquũtur de optime meritis. Tutius est quosdam offendere, quàm de
meruisse. Argumentũ nihil debentium, odio quærunt. Atqui nihil magis præstandũ
d. refricanda est, quàm ut memoria nobis meritorũ hæreat, quæ subinde † reficienda est, quia necre
ferre potest gratiam, nisi qui meminit. Nec delicatè accipiendũ est, nec submisse & hu-
militer. Nam qui negligens est in accipiendo, cum omne beneficium recens placeat,
quid faciet cum prima eius uoluptas refrixit? Alius accepit fastidiose, tanquàm qui di-
cat, non mihi opus est, sed quia tam ualde uis, faciam tibi mei potestatẽ. Alius supine,
ut dubium præstanti relinquat, an senserit. Alius uix labra diduxit, & ingratior, quàm
si tacuisset, fuit. Loquendum pro magnitudine rei impensius, & illa adijcienda, plures
quàm putas, obligasti. Nemo enim non gauder beneficium suum latius patere. Nescis
quid mihi præstiteris, sed scire te oportet, quanto plus sit quàm æstimas. Statim gratus
est, qui se onerat. Nunquam tibi gratiam referre potero. Illud certè nõ desinam ubiq;
CAP. XXV confiteri, me referre non posse. Nullo magis Cæsarem Augustum demeruit, &
ad alia impetranda facilem sibi reddidit, Furnius, quàm quod cum patri Antonianas
partes secuto, ueniam impetrasset, dixit, Hanc unam Cæsar habeo iniuriam tuam, esse
cisti ut uiuerem & morerer ingratus. Quid est tam grati animi, quàm nullo modo sibi
satisfacere, nec ad spem quidem exequendi unquàm beneficij accedere. His atque
eiusm odi

eiusmodi uocibus agamus, ut uoluntas non re at, sed aperiatur, ut luceat. Verba ces-
sent licet, si quemadmodum debemus affecti sumus, cõscientia eminebit in uultu. Qui
gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitat. Chrysippus quidem dicit,
illum uelut in certamen cursus compositum, & carceribus inclusum, operire debere
suum tempus, ad quod uelut dato signo prosiliat. Et quidem magna illi celeritate opus
est, magna contentione, ut consequatur antecedentem. Videndũ est nunc, quid CA. XXVI.
maxime faciat ingratos. Aut nimius sui suspectus, & insitũ mortalitati uitiũ, se, suaq;
mirandi, aut auiditas, aut inuidia. Incipiamus à primo. Nemo non benignus est sui iu-
dex. Inde est, ut omnia meruisse se existimet, & insolutũ accipiat, nec satis pro suo pre-
tio æstimatũ putet. Hoc mihi dedit, sed quàm sero, sed post quot labores. Quanto con-
sequi plura potuissem, si illum aut illum, aut me colere maluissem? Non hoc sperauerã.
In turbã coniectus sum, tam exiguo dignum me iudicauit, honestius præterire fuit.

Cn. Lentulus augur, diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini CA. XXVII.
pauperem facerent (Hic quater milies sestertium suum uidit, propriè dixi: Nihil enim
amplius quàm uidit) ingenij fuit sterilis, tanquàm animi. Cum enim esset auarissimus
nummos citius emittebat, quàm uerba, tãta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia
incremẽta sua diuo Augusto deberet, ad quem attulerat paupertatem, sub honore no-
bilitatis laborantem, princeps iam ciuitatis, & pecunia, & gratia, subinde Augusto so-
lebat queri, dicens à studijs se abductum. Nihil tantum in se congestum esse, quantum
perdidisset, relicta eloquentia. At illi inter alia hoc quoq; diuus Augustus præstiterat,
quod illum derisum, à labore irrito liberauerat. Non patitur auiditas quenquam esse
gratum. Nunquam enim improbæ spei, quod datur, satis est. Et maiora cupimus, quo
maiora uenerunt: Multoq; concitatior est auaritia, in magnarum opum congestu col-
locata, ut flãmæ † infinitæ acrior uis est, quo ex maiore incendio emicuit. Aeque am- al. infinito.
bitio non patitur quenquam in ea mensura honorum conquiescere, qua quondã eius
fuit impudens uotum. Nemo agit de tribunatu gratias, sed quæritur, quod non est ad
præturam usq; perductus. Nec hæc grata est, si deest consulatus. Nec hoc quidem sa-
tiet, si unus est ultra se. Cupiditas se porrigit, & felicitatem suã non intelligit, quia non
unde uenerit, respicit, sed quò tendat. Omnibus his uehementius, & importunius ma-
lum est inuidia, quæ nos inquietat, dum comparat. Hoc mihi præstitit, sed illi plus, sed
illi maturius, & deinde nullius causam agit, contra omnes sibi fauet. Quanto est CA. XXVIII.
simplicius, quanto purius, beneficium acceptum augere: Scire neminem tanti ab alio, Se
quãti à seipso æstimari. Plus accipere debuissem, sed illi facilè nõ fuit plus dare. In mul-
tos diuidenda liberalitas erat. Hoc initium est. Boni consulamus, & animum eius gra-
te excipiendo euocemus, Parum fecit, sed sæpius faciet. Illum mihi prætulit, & me mul
tis. Ille non est mihi par uirtutibus, nec officijs, sed habuit suam uenerẽ. Quærẽdo non
efficiam, ut maioribus dignus sim, sed ut datis indignus. Plura illis hominibus turpissi
mis data sunt. Quid ad rem? quàm raro fortuna iudicat? Quotidie querimur malos es-
se felices. Sæpe quæ agellos pessimi cuiusq; transierat, optimorum uirorum segetem
grando percussit, Fert sortem suam quisq;, ut in cæteris rebus, ita in amicitijs. Nullum
est tam plenum beneficium, quod non uellicare malignitas possit. Nullũ tam angustũ,
quod non bonus interpres extendat. Nunquam deerunt causæ querendi, si beneficia
à deteriore parte spectaueris. Vide quàm iniqui sunt diuinorum munerum æsti-
matores. Et quidem professi sapientiam queruntur, quod non magnitudine corporis CA. XXIX.
æquemus elephantes, uelocitate ceruos, leuitate aues, impetu tauros: quod solidior sit
cutis beluis, decẽtior damis, † depressior ursis, mollior fibris: quod sagacitate nos natiũ al. densior.
canes uincant, quod acie luminum aquilæ, spatio ætatis corui, multa animalia nandi
felicitate. Et cum quædam nec coire quidem in † id natura patiatur, ut uelocitatem cor forte, idem.
porum & uires pares animalibus habeamus, ex diuersis ac dissidentibus bonis, ho-
minem non esse compositum, iniuriam uocant: et in negligentes nostri deos querimo
niam iaciunt, quod non bona ualetudo, & uirtus inexpugnabilis data sit, quod non
futuri scientia. Vix sibi temperant, quin eousq; impudentiæ prouehantur, ut naturã
oderint, quod infra deos sumus, quod non in æquo illis stetimus. Quanto satius est

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad contemplationem tot, tantorumq; beneficiorũ reuerti, & agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio uoluerint fecula fortiri, quod terrenis præfecerũt. Aliquis ea animalia comparat nobis, quorum poteſtas penes nos eſt? Quicquid nobis negatum eſt, dari non potuit. Proinde quiſquis es iniquus æſtimator ſortis humanæ, cogita quanta nobis tribuerit parens noſter, quanto ualentiora animalia ſub iugum miſerimus, quanto uelociora aſſequamur, quàm nihil ſit mortale, non ſub ictu noſtro poſitum. Tot uirtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem quo intendit momento peruium eſt, ſideribus uelociorem, quorum poſt multa ſecula futuros curſus antecedit. Tantum denique frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum ſuper alias aceruatarum. Circumeas licet cuncta, & quia nihil totum inuenies, quod

Proximus ab hoc.

eſſe te malles, ex omnibus ſingula excerpas, quæ tibi dari uelles. Ita bene æſtimata naturæ indulgentia, confiteris neceſſe eſt, in delitijs te illi fuiſſe. Ita eſt, chariſſimos nos habuerunt dij immortales, habentq;. Et qui maximus tribui honos potuit, ab ipſis proximos collocauerunt. Magna accepimus, maiora non debuimus.

CA. XXX. al. dicerem.

Hæc mihi Liberalis neceſſaria credidi, † ut elicerem, & quia loquendum aliquid de magnis beneficijs erat, cum de minutis loqueremur, & quia inde manat etiam inter cætera huius deteſtabilis uitij audacia. Cui enim reſpondebit grate, quod munus exiſtimabit magnum, aut reddendum, qui ſumma beneficia ſpernit? Cui ſalutem, cui ſpiritum debebit, qui uitam accepiſſe ſe à dijs negat, quàm quotidie ab illis petit? Qui cunq; ergo gratos eſſe docet, & hominum cauſam agit, & deorum, quibus nullius rei indigentibus, poſitis extra deſiderium, referre nihilominus gratiam poſſumus. Non eſt, quod quiſquam excuſationem mentis ingratæ ab infirmitate atq; inopia eruat & dicat, Quid enim faciam, & quomodo, Quando ſuperioribus, dominiſq; rerum omniũ gratias referam? Referre gratiã facile eſt, ſi auarus es, ſine impendio, ſi iners, opera. Eodem quidem momento, quo obligatus es, ſi uis, cum quolibet paria feciſti, quo-

CA. XXXI

niam qui libenter beneficium accepit, reddidit. Hoc ex paradoxis ſtoicæ ſectæ minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile eſt, eum qui libenter accepit, beneficium reddidiſſe. Nam cum omnia ad † animum referamus, fecit quiſq;, quantum uoluit. Et cum pietas, fides, iuſtitia, omnis denique uirtus intra ſe perfecta ſit, etiam

alias caſum.

14

ſi illi manum exerere non licuit, gratus poteſt eſſe homo etiam uoluntate. Quoties quod propoſuit quis conſequitur, capit operis ſui fructum. Qui beneficium dat, quid proponit? Prodeſſe ei, cui dat ex uoluntate, ſupra eſt, ſi quod uoluit, effecit, peruenitq; ad me animus eius, ac mutuo gaudio affecit. Tulit, quod petijt. Non enim ſibi inuicem, aliquid reddi uoluit, aut nõ fuit beneficium, ſed negociatio. Bene nauigauit, qui,

Aut pro alio qui.

quem deſtinauit portum, tenuit. Teli iactus certę manus peregit officium, ſi petita percuſsit, Beneficium qui dat, uult excipi grate. Habet quod uoluit, ſi bene acceptum eſt. Sed ſperauit emolumentum aliquod. Non fuit hoc beneficium, cuius proprium eſt nihil de reditu cogitare. Quod accipiebam, ſi eo animo accepi, quo dabatur, reddidi. Alioquin peſsima optimæ rei conditio eſt. Vt gratus ſim, ad fortunam mittor, Si illa inuita reſpondere nõ poſsum, ſufficit animus animo. Quid ergo? Non quicquid potero, & faciam & reddam, & temporum rerumq; occaſionem ſequar, & eius implere ſinum cupiam, à quo aliquid accepi? Sed malo loco beneficium eſt, niſi & excuſsis manibus eſſe † gratum licet. Qui accepit, inquit, beneficium, licet animo benigniſsimo acciperet, nondum conſummauit officium ſuum. Reſtat enim pars reddendi, Sicut in luſu eſt aliquid pilam ſcite ac diligenter excipere, ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui apte & expedite remiſit, quam acceperat. Exemplum hoc diſsimile eſt. Quare? quia huius rei laus in corporis motu eſt, & in agilitate, non in animo. Explicari itaq; totum decet, de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideò non bonum luſorem dicam, qui pilam, ut oportebat, excepit, ſi per ipſum mora quo minus remitteret, non fuit. Sed quamuis, inquit, arti ludentis nihil deſit, quia partem quidem fecit, ſed & partem quam non fecit, poteſt facere, ludus per ſe imperfectus eſt, qui conſummatur uicibus mittendi ac remittendi. Nolo diutius hic reſellere, exiſtimemus ita eſſe, deſit aliquid luſui, non luſori. Sic & in hoc de quo diſputamus, deeſt aliquid rei datæ, cui pars

al. grato. CA. XXXII

alia

alia debetur, non animo. Qui animum parem ſibi nactus eſt, quantum in illo eſt, quod uoluit, effecit. Beneficium mihi dedit, accepi non aliter, quàm ipſe accipi uoluit. Iam habet, quod petit, & quod unum petit, ergo gratus ſum. Poſt hæc uſus mei reſtat, & aliquod ex homine grato commodum. Hæc non imperfecti officij reliqua pars eſt, ſed perfecti acceſsio. Facit Phidias ſtatuam. Alius eſt fructus artis, alius † artificij. Artis eſt feciſſe quod uoluit. Artificij feciſſe cũ fructu. Perfecit opus ſuum, etiam ſi non uendidit. Triplex eſt illi fructus operis ſui. Vnus conſcientiæ, hunc abſoluto opere percepit. Alter famæ, Tertius utilitatis, quem allatura eſt, aut gratia, aut uenditio, aut aliqua commoditas. Sit beneficij fructus primus ille conſcientiæ. Hunc percepit, qui quo uoluit, munus ſuum pertulit. Secundus eſt, & famæ, & eorum quæ præſtari inuicem poſſunt. Itaq; cum benigne acceptum eſt, beneficiũ eſt. Qui dedit gratiã quidem iam recepit, mercedem nondum. Debeo itaq; quod extra beneficium eſt, ipſum quidem bene accipiendo perſolui. Quid ergo? Retulit gratiam, qui nihil fecit? Primum fecit, bono animo bonum obtulit, & quod eſt amicitiæ, exæquo. Poſt deinde aliter beneficium, aliter creditum ſoluitur. Non eſt quod expectes, ut ſolutionem tibi oſtendam, res inter animos geritur. Quod dico, non uidebitur durum, quamuis primo contra opinionem pugnet tuam, ſi te commodaueris mihi, & cogitaueris res eſſe magis, quàm uerba. Ingens copia eſt rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde commodatis, quia pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & ueli, & carminis, Canem, & uenaticum, & marinum, & ſidus. Quia non ſufficimus, ut ſingulis ſingula aſſignemus, quotiens opus eſt, mutuamur. Fortitudo eſt pericula iuſta contemnens, aut ſcientia periculorum repellendorum, excipiendorum, prouocandorum. Dicimus tamen & gladiatorem ſortem uirum, & ſeruum nequam, quem in contemptum mortis temeritas impulit. Parſimonia eſt ſcientia uitandi ſumptus ſuperuacuos, aut ars re familiari moderatè utendi: parciſsimum tamen hominem uocamus puſilli animi & contracti, cum infinitum interſit, inter modum & anguſtias. Hæc alia ſunt natura, ſed effecit inopia ſermonis, ut & hunc & illum parcum uocemus, ut & ille fortis dicatur cum ratione fortuita deſpiciens, & hic ſine ratione in pericula excurrẽs. Sic beneficium, & actio dicitur beneficij, & ipſum quod datur per illam actionem, ut pecunia, domus, prætexta. Vnum † utriq; nomen eſt, uis quidẽ ac poteſtas longe alia.

alias utiq; C. XXXV.

Itaq; attende. Iam intelligis, nihil me, quod opinio tua refugiat dicere, Illi beneficio quod actio perficit, relata gratia eſt, ſi illud beneuole excipimus, Illud alterũ quod in re continetur, nondũ reddidimus, & uolumus reddere. Voluntati uoluntate ſatisfecimus, rei rem debemus. Itaq; quamuis rettuliſſe illum gratiam dicamus, qui beneficiũ libenter accepit, iubemus tamen aliquid ſimile ei, quod accepit reddere. A conſuetudine quædam, quæ dicimus, abhorrent. Deinde alia uia ad conſuetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere ſapientem, tamen qui illum pugno percuſſerit, iniuriarũ damnabitur. Negamus rem ſtulti eſſe, & tamen eum qui rem aliquam ſtulto ſurripuerit, furti condemnabimus. Inſanire † omnes dicimus, nec tamen omnes curamus elleboro. His ipſis quos uocamus inſanos, ſuffragium, & iuriſdictionem cõmittimus. Sic dicimus eum, qui beneficium bono animo accepit gratiam retuliſſe, nihilominus illum in ære alieno relinquimus, gratiam relaturum, etiam cum reddiderit. Exhortatio eſt illa, non inficiatio beneficij. Timeamus ne uel intollerabili ſarcina depreſsi deficiamus. Animo bono mihi donata ſunt, & fama defenſa, detractæ ſordes, ſpiritus, & libertas potior ſpiritu, et quomodo referre gratiam potero, quando ille ueniet dies, quo illi animum meum oſtendam? Hic ipſe eſt, quo ille ſuum oſtendit. Excipe beneficium amplexare, gaude, non quod accipias, ſed quod reddas, debiturus. Non abibis tam magnæ rei periculum, ut caſus ingratum facere te poſsit. Nullas tibi proponam difficultates, ne deſpondeas animum, ne laborũ, ac longe ſeruitutis expectatione deficias. Non differo te, de præſentibus fiat. Nunquam eris gratus, niſi ſtatim ſis. Quid ergo facies? Non arma ſumenda ſunt? Et fortaſſe erunt. Non maria emetienda? Fortaſſe etiã uentis minantibus ſolues. Vis reddere beneficium? Benigne accipe, Retuliſti gratiam, non ut ſoluiſſe te putes, ſed ut ſecurior debeas.

15 al. omnes ſcilicet ſtultos

Deſpondere animum.

Libri ſecundi de beneficijs finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM SECVNDVM.

1 Male renuit, Codex manu scriptus habebat retinuit. Docentem dixit, precibus trahentem, & male renuit, qui iu-
ctus improbitate rogantis parum constanter negat.

CAP. IIII.

2 Ille ut sumat. Codex manu scriptus habebat, consummet. Quidam enim non totum reddunt quod pollicti sunt.
3 In eo quod daturus est, daturus es, opinor legendum. Agit enim de his per quos datur beneficium, qui dum eius gra-
tiam ad se trahunt, gratiam danti debitam minuunt.

CAP. V.

4 Potentiæ suæ, longum spectaculum. Ex descripto codice pro potentiæ reposui superbiæ, quod ad sensum est acrius.
5 Potes ob id ingratus esse. Codex scriptus habebat potest ei ob id iam gratus esse, fortasse potest recte legeris. Sentit,
6 beneficio sic dato nullam deberi gratiam, itaque ingratus esse non potest qui accipit.
Tardius manus adfert. Varius habebatur hic locus in exemplaribus. Sed in uulgatis distinctio uitiarat sententiam.
Ea est, ut occidit, qui remedium non adhibet in tempore, ita manus adfert hoc est interficit, qui beneficium sero dat,
quo poterat seruari cui dandum erat.

CAP XI.

7 Sed inuisum est, prior editio habebat iniustum est. Sed inuisum quod ex codice manu scripto restituimus argutiæ plu
sculum habet. Ingratum est quod non delectat, inuisum est, quod odimus.

CAP. XV.

8 Vt coniugia tua urbes sint. Sic habebant superiores editiones. Atqui licet refragantibus exemplaribus, tamen sus-
fragaturis ut spero doctis, pro coniugia reposuimus, congiaria, quæ dicuntur munera principum. Nam uox coniu-
gia nihil facit ad sensum.

CAP. XX.

9 Non an seruirent seruitutem. Non auxiliabantur exemplaria, tamen ipsa res clamitat aliquid deesse. Fortasse sic
erat, an uiuerent, non, &c. Potest & duabus syllabis succurri, si legas, pugnantia, utri, non an seruirent seruitu-
tem. Nam & Pompeius & Cæsar pariter ambiebant dominatum, & idem accidit quum Octauius instruere-
tur aduersum Antonium.

CAP. XXI.

10 Qui unius dandi beneficij iniuria uenerat. Sic habebat uetus editio. Quidam codices habebant intus dandi benefi-
cij. Quidam in eius, ex figuris autem corruptæ scripturæ deprehendi legendum, in ius. ut sit ἀναστροφὴ in duabus
uocibus ius & iniuria. Cæsar habebat ius dandi uitam, sed hoc ius per iniuriam usurparat.

CAP. XXVI.

11 Aut nimium sui suspectum. Sic habebat superior editio sed citra controuersiam mendose. Codex manu descriptus
habebat, suspectos. Hinc germanam lectionem restituimus, nimius sui suspectus, ut suspectus sit à suspicio, quod est
admiror, non à suspicor.

CAP. XXVII.

12 Ingenij fuit sterilis tam pusilli quàm animi. Pusilli non erat in manu descripto Codice, & sensui superesse uidetur.
sterilis ingenij dicit, ob tarditatem, sterilis animi ob ingratitudinem.

CAP. XXIX.

13 Ne coire quidem in id natura patiatur. pro in id scribendum arbitror in idem, & hæc uerba pares animalibus non
erant in descripto Codice, nec uidentur ad sensum facere. Sentit enim hic uix natura posse coniungi, ut idem animal
& uelocitate præcellat & uiribus.

CAP. XXXI.

14 Etiam si ille manum exercere noluit. Ad eum modum habebat uetus lectio. Codex manu scriptus habebat illi ma-
num exercere non licuit. Nec dubium quin exerere sit legendum, si per fortunam non licuit uirtuti manum exerere
tamen prompta uoluntas gratum facit. Codex descriptus habebat, homo, pro homini. Vnde suspicor utrãq; uocem
fuisse positam. Gratus potest homo etiam homini esse uoluntate. Nam nemo dubitat, quin deo sufficiat bona uolũtas.

CAP. XXXV.

15 Insanire omnes dicimus. Hic eruditulus aliquis intertexuerat duo uerba scilicet stultos. Quæ nos ex fide uetusti Co-
dicis sustulimus, ne quis temere reponat.

NON REFERRE beneficijs gratiã, & est turpe, & apud omnes habetur, Ebuti Liberalis. Ideò de ingratis etiam ingrati querũtur, cum interim hoc omnibus hæreat, quod omnibus displicet: adeoq; in cõtrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum, sed propter beneficia. Hæc prauitate natu- CAP. I.
ræ accidere quibusdam non negauerim, pluribus, quia memoriam tempus interpositum subduxit. Nam quæ recentia apud illos uiguerunt, ea interiecto spatio obsolescunt. De quibus fuisse mi- Obsolescere.
hi tecum disputationem scio, cum tu illos non ingratos uocares, sed oblitos: tanquam eares ingratum excuset, quæ fecit. An quia hoc accidit alicui, nõ sit ingratus, cum hoc non accidat, nisi ingrato? Multa sunt genera ingratorum, ut furum, homicidarũ, quorum una culpa est, cæterum in partibus uarietas magna. Ingratus est qui beneficiũ accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non reddit, ingratissimus omnium, qui oblitus est. Illi enim si non soluunt, tamen debent, & extat apud illos uestigium certe meritorum, intra malam conscientiam conclusorum. Et aliquando ad referendam gratiam conuerti ex aliqua causa possunt, si illos pudor admonuerit, si subita honestæ rei cupiditas, qualis solet ad tempus, etiã in malis pectoribus exurgere, si inuitauerit facilis occasio. Hic nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est. Et utrum turpiorem uocas, apud quem gratia beneficij intercidit, an apud quem etiam memoria? Vitiosi oculi sunt, qui lucem reformidãt, cæci, qui non uident. Et parentes suos nõ amare impietas est, non agnoscere, insania. Quis tam ingratus est, quàm qui quod in prima parte animi positũ esse debuit, & semper occurrere, ita sepositit & abiecit, ut in ignorantiam uerteretur? Apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse, cui obrepsit obliuio.

Deniq; ad reddendam gratiam, & uirtute opus est, & tempore, & facultate, & aspi- CAP. II.
rante fortuna. Qui meminit, sine impendio gratus est. Hoc quod non operam exigit, non opes, non felicitatem, qui non præstat, nullum habet, quo lateat patrocinium. Nunquam enim uoluit gratus esse, qui beneficium tam longe proiecit, ut extra conspectum suum poneret. Quemadmodũ quæ in usu sunt, & manũ quotidie, tactumq; patiuntur, nunquàm periculum situs adeunt, Illa quæ ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationẽ, ut superuacua iacuerunt, sordes ipsa colligunt uetustate: ita quicquid frequens cogitatio exercet, ac renouat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod sæpe non respexit.

Præter hanc causam, aliæ quoq; sunt, quæ nobis merita nonnunquam maxime ue- CAP. III.
lant, Prima ac omniũ potissima, quod nouis semper cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus, inspicimus, non in id, quod est, sed quod appetitur intenti. Quicquid enim domi est, uile est. Sequitur autem, ut ubi quod acceperis leue, nouorum cupiditas fecit, auctor quoque eorum non sit in precio. Amauimus aliquem & suspeximus, & fundatum ab illo statum nostrũ professi sumus, quàm diu nobis placebant, ea quæ consecuti sumus. Deinde irrumpit in animum aliorum admiratio, & Fundatum.
ad ea impetus factus est, uti mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi, protinus excidit, quicquid ante apud nos beneficium uocabatur. Nec ea intuemur, quæ nos alijs præposuere, sed ea sola quæ fortuna præcedentium ostentat. Non potest autem quisquam & inuidere, & gratias agere. Quia inuidere querentis & mœsti est, gratias agere gaudentis. Deinde quia nemo nostrum nouit, nisi id tempus quod † eum ma- Cum, suspicor legendum.
xime transit. Ad præterita rari animum retorquent, Sic fit, ut præceptores, eorumque beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus. Sic fit, ut in adolescentiam nostram [illegible] pereant, quia ipsa nunquam retractatur. Nemo quod fuit tanquam in præterito, sed tanquam in perdito ponit. Ideo'que caduca memoria est futuro[illegible]minentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII. Hoc loco reddendum est Epicuro testimonium, qui assidue queritur, quod aduersus præterita simus ingrati, quod quæcunque percepimus bona, non in memoriam reducamus, nec inter uoluptates numeremus, cum certior nulla sit uoluptas, quàm quæ iam eripi non potest. Præsentia bona nondum tota insolido sunt, potest illa casus aliquis incidere. Futura pendent, & incerta sunt. Quod præterierit, inter tuta sepositū est. Quomodo gratus quisquam esse aduersus beneficia potest, qui omnem uitā suam transtulit? Præsentium intuitus, ac præteritorum memoria gratum facit. Memoriæ minimum tribuit, quisquis spei plurimum.

CAP. V. Quemadmodum mi Liberalis quædam res semel perceptæ hærent, quædam ut scias, non est satis didicisse (Intercidit enim eorum scientia, nisi contineatur) Geometriā dico & sublimium cursum, & siqua alia propter subtilitatem lubrica sunt: ita beneficia quædam magnitudo non patitur excidere, quædam minora, sed numero plurima, & temporibus diuersa, effluunt. Quia (ut dixi) non subinde illa tractamus, nec libenter quid cuique debeamus, cognoscimus. Audi uoces petentium. Nemo non uicturā semper in animo suo memoriam dixit, nemo non deditum se & deuotum professus est, & si quod alius humilius uerbum, quo se oppignoraret, inuenit. Post exiguum tempus ijdem illi uerba priora quasi sordida, & parum libera euitant, perueniunt deinde eò, quò, ut ego existimo, pessimus quisque, atque ingratissimus peruenit, ut obliuiscantur. Adeo tamen ingratus est, qui oblitus est, ut gratus sit, cui beneficiū in mentem uenit.

CAP. VI. Hoc tamen inuisum uitium, an impunitum esse debeat, quæritur, & an hæc lex, quæ in scholis exercetur, etiam in ciuitate ponenda sit, qua ingrati datur actio, quæ uidetur æqua omnibus. Quid ni? cum urbes quoque urbibus, quæ præstitere exprobrēt, & à maioribus collata, à posteris exigant. Nostri maiores maximi scilicet uiri ab hostibus tantum expetierunt beneficia, magno animo dabant, magno perdebant. Excepta Macedonū gente, non est in ullam data aduersus ingratum actio. Magnumque hoc argumentum dandum non fuisse, quia aduersus maleficium omne consensimus, & homicidij, ueneficij, parricidij, uiolatarum religionum, aliubi atque aliubi diuersa pœna est, sed ubique aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, ubique improbatur. Neque absoluimus illud, sed cum difficilis esset incertæ rei æstimatio, tantum odio damnauimus, & inter ea reliquimus quæ ad uindices deos mittimus.

CAP. VII. Rationes autem multæ mihi occurrunt, propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat. Primum omnium pars optima beneficij perijt, si actio, sicut † certæ pecuniæ, aut ex conducto, aut ex locato datur. Hoc enim speciosissimum est in illo, quod dedimus uel perdituri, quod totum permisimus accipientium arbitrio. Si appello, si ad iudicem uoco, incipit non beneficiū esse sed creditum: Deinde cum res honestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est. Non magis laudabit quisquam gratum hominem, quàm eum, qui depositum reddidit, aut quod debebat, † extra iudicem soluit. Ita duas res, quibus in uita humana nihil pulchrius est, corrumpimus, gratum hominem, & beneficium. Quid enim aut in hoc magnificum est, si beneficiū non dat, sed cōmodat: aut in illo qui reddit, non quia uult, sed quia necesse est? Non est gloriosa res gratum esse, nisi tutum est, ingratum fuisse. Adijce nunc quod huic uni legi omnia fora uix sufficient. Quis erit, qui nō agat, quis, cum quo non agatur? Omnes sua extollunt, omnes etiam minima, quæ in alios contulere dilatant. Præterea quæcunque in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideo melior uidetur conditio causæ bonæ, si ad iudicem, quàm ad arbitrū mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos nō excedat terminos, ponit: huius libera, & nullis astricta uinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adijcere, et sententiam suam non prout lex, ut iustitia suadet, sed prout humanitas, aut misericordia impulit, regere. Ingrati actio non erat iudicem alligatura, sed regno liberrimo positura. Quid sit enim beneficium non constat, deinde quantumcunque sit refert quàm benigne illud interpretetur iudex. Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Sæpe & qui reddidit quod accepit, ingratus est, & qui non reddidit, gratus. De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest. Vbi feciſſe, aut non feciſſe pronunciandum est, ubi

Sorte, creditæ.

al. extra iudicium.

est, ubi prolatis cautionibus, controuersia tollitur, ubi inter disputantes ratio ius dicit. Vbi uerò animi coniectura capienda est, ubi id, de quo sola sapientia decernit, in controuersiam incidit, nō potest ad hæc sumi iudex ex turba selectorum, quem census in album, & equestris hæreditas misit. Album iudicū.

Itaque non hæc parum idonea res uisa est, quæ deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus iudex inuentus est: quod nō admiraberis, si excusseris, quid habiturus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi † regnum exisset. Donauit aliquis magnam pecuniam, sed diues, sed non sensurus impendium. Donauit alius, sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem est, beneficium idem non est. Etiam nunc adijce. Hic pecuniam pro addicto dependit, sed cum illam domo protulisset. Ille dedit eandem, sed mutuam sumpsit, aut rogauit, & se obligari ingenti merito passus est. Eodem existimas loco esse illum, qui beneficium exacili largitus est, & hunc, qui accepit, ut daret? Tempore quædā magna fiunt, non summa. Beneficium est donata possessio, cuius fertilitas laxare possit annonam. Beneficiū est, unus in fame panis. Beneficium est, donare regiones, per quas † multa flumina & nauigabilia decurrant. Beneficium est, arentibus siti, & uix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem. Quis inter se ista comparabit? Quis expendet? Difficilis est sententia, quæ non rem, sed uim rei quærit. Eadem licet sint aliter data, non idē pendent. Dedit mihi hic beneficium, sed non libenter, sed dedisse se questus est, superbius me quàm solebat, aspexit, sed tam tarde dedit, ut plus præstaturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex inibit æstimationem, cum sermo & dubitatio, & uultus meriti gratiam destruant? CAP. VIII. al. reum egisset. 2 al. magna. 3 al. requirit.

Quid quod quædam beneficia uocantur, quia nimis concupiscuntur: quædam non sunt ex hac uulgari nota, sed maiora, etiam si minus apparent? Beneficium uocas detis reum: quid utilia suasisse? quid retinuisse, ne in scelus rueret? quid gladium excussisse morituro? quid efficacibus remedijs refocillasse lugentem? & quod desiderabat uolentem sequi, ad uitæ concilium reduxisse? Quid assedisse ægro, & cum ualetudo eius ac salus momentis constaret, excepisse idonea cibi tempora, & cadentes uenas uino refecisse, & medicum adduxisse morienti? Hæc quis æstimabit? quis similibus beneficijs iubebit beneficia pensari? Donauit tibi domum, sed ego tuam supra te ruere prædixi. Dedit tibi patrimonium, sed ego naufrago tabulam. Pugnauit pro te, & uulnera excepit, at ego uitam tibi silentio dedi. Cum aliter beneficium detur, aliter redda tur, paria facere difficile est. CAP. IX. Paria facere.

Dies præterea beneficio reddendo non dicitur, sicut pecuniæ creditæ. Itaque potest, qui non dū reddidit, reddere. Dic enim, intra quod tempus deprehendatur ingratus. Maxima beneficia probationem non habent. Sæpe intra tacitam duorum conscientia latent. An hoc indicimus, ut nunc demus beneficia sine teste? Quam deinde pœnam ingratis constituamus? Vnam omnibus cum dispariabeneficia sint? Inæqualem, & pro cuiusque beneficio maiorem, aut minorem? Age intra pecuniam uersabitur taxatio, quid quod quædam beneficia uitæ sunt, & maiora uita? His quæ pronuntiabitur pœna? Minor beneficio? Iniqua est. Par & capitalis? Quid inhumanius, quàm cruentos esse beneficiorum exitus. CAP. X. 4

Quædam, inquit, priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum conditionem sacrauimus, quia expediebat liberos tolli. Sollicitandi ad hunc laborem erant incertam adituri fortunā. Non poterat illis dici, quod beneficia dantibus dicitur, Cui des, elige ipse tecum. Si deceptus es, quære, dignum adiuua. In liberis tollendis nihil iudicio tollentium licet, totares uoti est. Itaque ut æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit. Deinde alia cōditio est parentum, qui beneficia, quibus dederunt, nihilominus daturi sunt. Nec est periculum, ne dedisse illos mentiantur. In cæteris quæri debet, non tantum an receperint, sed an dederint. Horum in confesso merita sunt, & quia utile est iuuenturi regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia contineantur. Deinde omnium parētum unum erat beneficium. Itaque æstimari semel potuit. Alia diuersa sunt & dissimilia, infinitis inter se interuallis distantia. Itaque sub nul- CAP. XI. Aleā.

lam re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam regulam cadere potuerunt, cum æquius esset omnia relinqui, quàm omnia æquari.

CAP. XII. Quædam magno dantibus constant, quædam excipientibus magna sunt, sed gratuita tribuentibus, quædam amicis data, quædam ignotis. Plus est, quàuis idem detur, si ei detur, quem nosse à beneficio incipis. Hic auxilia tribuit, ille ornamenta, ille solatia. Inuenies, qui nihil putet esse iucundius, nihil maius, quàm habere in quo calamitas acquiescat. Inuenies rursus, qui dignitati suæ, quàm securitati suæ consuli malit: est qui plus ei debere se iudicet, per quem tutior est, quàm ei per quem honestior. Proinde ista maiora aut minora erunt, prout fuerit iudex, aut ad hæc, aut ad illa inclinatus animo. Præterea creditorem mihi ipse eligo. Beneficiũ sæpe ab ipso accipio, à quo nolo, & aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingratum uocabis eum, cui beneficiũ inscio, & si sciuisset non accepturo, impositum est: non uocabis eum, qui utcunq; acceptum non reddidit?

CAP. XIII. Aliquis dedit mihi beneficium, sed idem postea fecit iniuriam. Vtrum uno munere ad patientiam omnium iniuriarum astringor, an perinde erit, ac si gratiam retulerim, quia beneficium suum ipse insequenti iniuria rescidit? Quomodo deinde æstimabis, utrum plus sit quod accepit, an in quo læsus est? Dies me deficiet, omnes difficultates persequi tentantem. Tardiores inquit ad beneficia danda facimus non uindicando data, nec inficiatores eorum afficiendo pœna. Sed illud quoque tibi è contrario occurrat. Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia, si periculum causæ dicendæ aduturi erunt, & innocentiam sollicitiore habituri loco. Deinde erimus per hæc ipsi quoque ad danda tardiores. Nemo enim libenter dat inuitis, sed quicunq; ad benefaciendum bonitate inuitatus est, & ipsa pulchritudine rei, etiam libentius dabit, nihil debituris, nisi quod uolunt. Minuitur enim gloria eius officij, cui diligenter cautum est.

CAP. XIIII. Deinde pauciora erunt beneficia, sed uberiora, Quid autem mali est inhiberi beneficiorum temeritatem? Hoc enim ipsum secuti sunt, qui nullam legem huic constituerunt, ut circumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Etiam atq; etiam cui des considera. Nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succursurum tibi iudicem, Nulla lex te in integrum restituet. Solam accipientis fidem specta. Hoc modo beneficia auctoritatem suam tenent, & magnifica sunt. Pollues illa, si materiam litium feceris. Aequissima uox est, & ius gentium præ se ferens, redde quod debes. Hęc turpissima est in beneficio, Redde. Quid reddet? Vitam inquam debet, dignitatem, securitatem, sanitatem. Reddi maxima quæq; non possunt. Aut pro his inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebam, interituram tantæ rei dignitatem, si beneficium mercem facimus. Non est incitandus animus ad auariciã, ad querelas, ad discordiam, sua sponte in ista fertur. Quantum possimus resistamus, & quærenti occasiones amputemus.

CAP. XV. Vtinam quidem persuadere possemus, ut pecunias creditas tantum à uolentibus acciperent. Vtinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret: nec pacta conuenta; impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret, & æquum colẽs animus. Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem quàm spectare malunt. Adhibentur ab utraq; parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi + rem manu sua tenuit. O turpem humani generis fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionem, anulis nostris, plusquàm animis creditur. In quid isti uiri ornati adhibiti sunt, in quid imprimunt signa? Nempe ne ille neget accepisse se, quod accepit. Hos incorruptos uiros & uindices ueritatis existimas? At his ipsis statim non aliter pecuniæ committentur. Itaq; non honestius erat, à quibusdam fidem falli, quàm ab omnibus perfidiam timeri? Hoc unum deest auariciæ, ut beneficia sine sponsore non demus. Generosi animi & magnifici est iuuare, et prodesse. Qui dat beneficia, deos imitatur, qui repetit fœneratores. Quid illos dum uindicamus, in turbam sordidissimam redigimus?

aliàs, reum.

CAP. XVI. Plures inquit ingrati erunt si nulla aduersus ingratum datur actio, Imò pauciores, quia maiore delectu dabuntur beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri, quàm multi ingrati sint. Pudorem enim rei tollet multitudo peccantiũ, et desinet esse

esse probri loco commune maledictum. Nunquid iam ulla repudio erubescit, postq; illustres quædam ac nobiles fœminæ, non consulum numero, sed maritorum annos suos cõputant, & exeunt matrimonij causa, nubunt repudij? Tam diu istud timebatur quàm diu rarum erat. Quia uerò nulla sine diuortio acta sunt, quod sæpe audiebant, facere didicerunt. Nunquid iam ullus adulterij pudor est, postquàm eò uentum est, ut nulla uirũ habeat, nisi ut adulterũ irriteť Argumentũ est deformitatis pudicitia. Quã inuenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par? nisi singulis diuisit horas, & non sufficit dies omnibus, nisi apud aliũ gestata est, apud aliũ mansit. + Infrunita & antiquata est quæ nesciat matrimoniũ uocari unum adulterũ. Quem admodum horum delictorum iam euanuit pudor, postquàm res latius euagata est, ita ingratos plures efficies & + auctiores, si numerare se cœperint.

al. infirmata.
ἀσχαῖα
al. audaciores.

CAP. XVII Quid ergo? impunitus erit ingratus? Quid ergo? impunitus erit impius? Quid malignus? Quid auarus? Quid impotens? Quid crudelis? Impunita tu credis esse quæ inuisa sunt? Aut ullum supplicium grauius existimas publico odio? Pœna est, quod nõ audet ab ullo beneficium accipere, quod non audet ulli dare, quod omnium designatur oculis, aut designari se iudicat, quod intellectum optimæ rei ac dulcissimæ amisit. An tu infelicem uocas, qui caruit acie oculorum, cuius aures morbus obstruxit, non uocas miserum eum, qui sensum beneficiorum amisit? Testes ingratorum omnium deos meruit, urit illũ & angit intercepti beneficij conscientia, deniq; satis hæc ipsa pœna magna est, quod rei (ut dicebam iucundissimæ) fructũ non percepit. Ar quem iuuat accepisse, æquali perpetuaq; uoluptate fruitur, & animum eius à quo accepit, non rem intuens gaudet. Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel. Comparari autem potest utriusq; uita, cum alter tristis sit & solicitus, qualis esse inficiator ac fraudulentus solet, apud quem non parentum, qui debet honor est, non educatoris, non præceptorum: alter lætus, hilaris, occasionem referendæ gratiæ + expetens, & ex hoc ipso affectu gaudium grande percipiẽs, nec quærẽs quomodo, de quo, quare, sed quemadmodum plenius uberiusq; respondeat, non solum parentibus & amicis, sed humilioribus quoq; personis. Nam etiam si à seruo suo beneficiũ accepit, existimat non à quo, sed quid acceperit.

al. expecta.

CAP. XVIII. Quanquam quæritur à quibusdam, sicut ab Hecatone, an beneficium dare seruus domino possit. Sunt enim qui ita distinguant, quædam beneficia esse, quædam officia, quædam ministeria. Beneficium esse, quod alienus det. Alienus est, qui potuit sine reprehensione cessare. Officium esse, filij, uxoris, & earum personarum, quas necessitudo suscitat, & ferre opem iubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quæ præstat, imputet superiori. Præterea seruos qui negat dare aliquando beneficium, ignarus est iuris humani. Refert enim cuius animi sit, qui præstat, non cuius status. Nulli præclusa uirtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, seruos, reges, & exules. Non eligit domum, nec censum, nudo homine contenta est. Quid enim erat tuti aduersus repentina, quid animus magnus promitteret sibi, si certam uirtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium seruus domino, nec regi quisquam suo, nec duci suo miles. Quid enim interest, quali quisq; tenea tur imperio, si summo tenetur? Nam si seruo quo minus in nomen meriti perueniat necessitas obest, & patiendi ultima timor, idem istud obstabit, & ei qui regem habet, & ei qui ducem, quoniam quanquã sub dispari titulo, paria in illos licent. Atqui dant regibus suis, dant imperatoribus beneficia, ergo & dominis. Potest seruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus: ergo & beneficium dare potest. Nam & hoc uirtutis est, adeoq; dominis serui beneficia possunt dare, ut ipsos sæpe beneficij sui fecerint. Non est dubium quin seruus beneficium dare possit cuilibet, quare ergo non & domino suo possit?

CAP. XIX. Quia non potest, inquit, creditor domini sui fieri, si pecuniã illi dederit. Alioqui quotidie dominũ suũ obligat. Peregrinantem sequitur, ægro ministrat, & labore summo colit. Omnia tamẽ ista quæ alio præstante beneficia dicerentur, præstãte seruo ministeria sunt. Beneficiũ eñ id est, quod quis dedit, cũ illi liceret & nõ dare. Seruus aũt non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habet negandi potestatem. Ita non præstat, sed paret. Nec id se fecisse iactat, quod non facere non potuit. Iam sub ista lege uincam, et eo perducam seruum, ut in multa li ber sit. Interim dic mihi, si tibi ostendero aliquem seruum pro salute domini sui sine respectu dimicantē, & confossum uulneribus, reliquias tamen sanguinis ab ipsis uitalibus fundentē, et ut ille effugiendi tempus habeat, moram sua morte quærentem, hunc tu negabis beneficium dedisse, quia seruus est? Si tibi ostendero aliquē, ut secreta domini tu negabis beneficiū domino dedisse, quia seruus est? Vide ne eo maius sit, quo rarius est exemplum uirtutis in seruis, eoq; gratius quod cum ferè inuisa imperia sint, & omnis necessitas grauis, cōmune seruitutis odium, in aliquo domini charitas uicit. Ita non ideò beneficium non est, quia à seruo profectum est, sed ideò maius, quia de terrere ab illo nec seruitus quidem potuit.

CAP. XX. Errat si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est, Corpora obnoxia sunt & ascripta dominis: mens quidem sui iuris, quæ adeò libera & uaga est, ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & ingentia agat & in infinitum comes cœlestibus exeat, Corpus itaq; est quod domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc + uendit. Interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid uenit, liberum est. Non enim aut nos omnia iubere possumus, aut in omnia serui parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt.

al. uenit.

CAP. XXI. Quædā sunt quæ leges nec iubent, nec uetant facere, in his seruus materiam beneficij habet. Quàm diu præstatur, quod à seruis exigi solet, ministerium est ubi pluspquā quod seruo necesse est, beneficium. Vbi in affectum amici transit, desinit uocari ministerium. Est aliquid quod dominus præstare seruo debeat, ut cibariū, uestiariū. Nemo hoc dixit beneficiū. At indulsit, liberalius educauit, artes quibus eruditur ingenui, tradidit beneficiū est. Idem ēcontrario fit in persona serui. Quicquid est quod seruilis officij formulam excedit, quod non ex imperio sed ex uoluntate præstatur, beneficiū est, si modo tantū est, ut hoc uocari potuerit, quolibet alio præstante. Seruus (ut placet Chrysippo) perpetuus mercenarius est. Quemadmodū ille beneficium dat, ubi plus præstat q̄ quod operis locauit, sic seruus ubi beneuolentia erga dominū fortunæ suæ modū transit, & altius aliquid ausus, quod etiā felicius nato decori esset, & spē domini antecessit, beneficiū est intra domū inuentū. An æquū tibi uidetur, quibus si minus debito faciāt, irascimur, nō haberi gratiā, si plus debito solitoq; fecerint? Vis scire quādo nō sit beneficiū? Vbi dici potest, quid si nollet? Vbi uerò id præstat, quod nolle licuit, uoluisse laudandū est. Inter se contrarium sunt, beneficium & iniuria. Potest dare beneficium domino, si à domino iniuriam potest accipere. At qui de iniurijs dominorum in seruos, qui audiat, positus est, qui & sæuitiam & libidinem, & in præbendis ad uictum necessarijs auariciam compescat. Quid ergo? Beneficium dominus à seruo accipit? Imò homo ab homine. Deniq; quod in illius potestate fuit, fecit. Beneficium domino dedit. Ne à seruo acceperis, in tua potestate est. Quis autem tantus est, quem non fortuna indigere etiā infimis cogat? Multa iam beneficiorum exempla referam, & dissimilia, & quædam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo uitā, dedit mortem: seruauit periturum & hoc si parum est, pereundo seruauit. Alius mortem domini adiuuit, alius decepit.

CAP. XXII.

CA. XXIII. *aliter 12* Claudius Quadrigarius in + secundo et uicesimo annalium tradit, quod cum obsideretur Drumentum, & iam ad summam desperationem uentū esset, duos seruos ad hostem transfugisse, & operæpretium fecisse. Deinde urbe capta, passim discurrente uictore, illos per nota itinera ad domum in qua seruierant, præcurrisse, & dominam suam ante se egisse, & quærentibus quænam esset, dominam & quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci, professos esse. Eductam deinde extra muros summa cura celasse, donec hostilis ira + concideret. Deinde ut satiatus miles ad Romanos mores cito redijt, illos quoq; ad suos rediisse, & dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrunq; è uestigio illa nec indignata est ab his se uitam accepisse, in quos

al. consideret à consido.

quos uitæ necisq; potestatē habuisset. Potuit sibi hoc uel magis gratulari. Aliter enim seruata munus notæ & uulgaris clementiæ habuisset, sic seruata nobilis fabula, & exemplum duarum urbium fuit. In tanta confusione captæ ciuitatis, cum sibi quisq; consuleret, omnes ab illa præter transfugas fugerunt. At hi, ut ostenderent quo animo facta esset prior illa transitio, à uictoribus ad captiuam transfugerunt, personam parricidarum ferentes, quod in illo beneficio maximum fuit, tanti iudicauerunt, ne domina occideretur, uideri dominam occidisse. Non est, mihi crede non est seruilis animi, egregium factum fama sceleris emisse.

+ Attenus prætor Marsorum ducebatur ad Romanū imperatorē. Seruus eius gladium militi ipsi, à quo trahebatur eduxit, & primū dominum occidit. Deinde tempus est, inquit, me & mihi consulere, iam dominum manumisi, atq; ita se uno ictu + transegit. Da mihi quenquam, qui magnificentius dominum seruauerit?

al. Vetenus

al. traiecit

Corfinium Cæsar obsidebat. Tenebatur inclusus Domitius. Imperauit medico, eidemq; seruo suo, ut sibi uenenū daret. Cum tergiuersantem eum uideret, quid cunctaris, inquit, tanq; in tua potestate totū istud sit? mortem rogo armatus. Tum ille promisit, & medicamentū innoxiū bibendū illi dedit, quo cum sopitus esset, accessit ad filiū eius. Iube me, inquit, adseruari, dum ex euentu intelligis, an uenenum patri tuo dederim. Vixit Domitius, & seruatus à Cæsare est. Prior tamen illum seruus seruauerat.

CAP. XXIIII

Bello ciuili proscriptum dominum seruus abscondit, & cum anulos eius sibi aptasset, ac uestem induisset, speculatoribus occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, & deinde ceruicem porrexit. Quanti uiri est pro domino eo tempore mori uelle, quo erat rara fides, dominum mori nolle in publica crudelitate: item inueniri in publica perfidia fidelem, cum præmia proditionis ingentia ostendantur, præmiū fidei, mortem concupiscere? Nostri sęculi exemplā non præteribo. Sub Tyberio Cæsare fuit accusandi frequens, & penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantiū. Nihil erat tutum. Omnis seruiendi placebat occasio. Nec iam reorum expectabatur euentus, cum esset unus. Cœnabat Paulus prætorius in conuiuio quodam, imaginem Tiberij Cæsaris habens exsculptam, eminente gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc uerba quæsiero, quemadmodū dicam illum matellam sumpsisse. Quod factum simul & Maro ex notis illius temporis uestigatoribus notauit. At seruus eius cui nectebantur insidiæ, ei ebrio anulum extraxit. Et cum Maro conuiuas testaretur admotam esse imaginem obscœnis, & iam + proscriptionem componeret, ostendit in manu sua seruus anulum. Si quis hunc seruum uocat, & illum conuiuam uocabit.

CAP. XXV

CAP. XXVI

aliter, subscriptionem

CAP. XXVII *Inter cœnam*

Sub diuo Augusto nondum hominibus uerba sua periculosa erant, iam molesta. Ruffus uir ordinis senatorij inter cœnam optauerat, ne Cæsar saluus rediret, ex ea peregrinatione quam parabat, & adiecerat idem omnes et tauros, & uitulos optare. Fuerunt qui illa diligenter audirent. Vt primum diluxit, seruus qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnā ebrius dixisset. Hortatur eum, ut Cæsarem occupet, atq; ipse se deferat. Vsus consilio, descendenti Cæsari occurrit. Et cum malam mentem habuisse se pridie iurasset, id ut in se & filios suos recideret, optauit, & Cæsarem ut ignosceret sibi, rediretq; in gratiam secum rogauit. Cum dixisset se Cæsar facere, nemo, inquit, credet te mecum in gratiam rediisse, nisi aliquid mihi donaueris, petitq; non fastidiendam & propitio summam, & impetrauit. Cæsar ait, mea causa dabo operam, ne unquam tibi irascar. Honeste Cæsar quod ignouit, quod liberalitatem clementiæ adiecit. Quicunq; hoc audiuerit exemplum, necesse est Cęsarem laudet, sed cum seruum ante laudauerit. Non expectas, ut tibi narrem manumissum, qui hoc fecerat? Nec tamen gratis, Pecuniam pro libertate eius Cæsar numerauit.

ἐνυπάρχον quod ad me attinet

Post tot exempla non est dubium, quin beneficium aliquando à seruo dominus accipiat. Quare potius persona rem minuat, quàm personā res ipsa cohonestet? Eadem omnibus principia, eademq; origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine ac multis stemmatum illigata flexuris in parte prima ædium collocant, noti

C. XXVIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis quàm nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, siue per splendidos, siue per sordidos gradus, ad hunc prima cuiusq; origo perducitur. Non est, quod te isti decipiant, cum maiores suos recensent. Vbicunq; fecit nomen illustre, ilico deum fingunt. Neminem despexeris, etiam si circa illum obsoleta sunt nomina, & parum indulgente adiuta fortuna: siue libertini ante nos habentur, siue serui, siue exterarũ gentiũ homines. Erigite audacter animos, & quicquid in medio sordidi iacet, transilite. Expectat uos in summo, magna nobilitas. Quid superbia in tantam uanitatem attollimur, ut beneficia à seruis indignemur accipere, & sortem eorum spectemus, obliti meritorum? Seruum tu quenquam uocas libidinis & gulae seruus, & adulterae imò adulterarum commune mancipium? Seruum uocas quenquam? Quo tandem ab istis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? Quo te penulati isti in militũ quidem non uulgarem cultum subornati? Quo inquam te isti efferũt? ad ostium alicuius hostiarij, ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. Et deinde negas tibi beneficium à seruo tuo posse dari, cui osculum alieni serui beneficiũ est? Quae est tanta animi discordia? Eodem tempore seruos despicis & colis. Imperiosus intra limen atq; impotens, humilis foris, & tam contemptus, quàm contemnis. Neq; enim ulli magis abijciunt animos, quàm qui improbe tollunt. nulliq; ad calcandos alios pariores, quàm qui contumelias facere, accipiendo didicerunt.

CAP. XXIX Dicenda haec fuerunt ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna pendentium, uindicandumq; ius beneficij dandi à seruis, ut à filijs quoq; uindicaretur. Quaeritur enim, an aliquando liberi maiora beneficia dare parentibus suis possint, q̃ acceperint. Illud conceditur, multos filios maiores potentioresq; extitisse, quàm parentes suos, eoq; illis, meliores fuisse. Quod si cõstat, potest fieri, ut meliora tribuerint, cum & fortuna illis maior esset, & melior uoluntas. Quicquid, inquit, est, quod dat patri filius, utiq; minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet. Ita nunquam beneficio uincitur, cuius beneficium est ipsum, quod uincit. Primũ quaedam initium ab alijs trahunt, & tamen initijs suis maiora sunt. Nec ideo aliquid non est maius eo quod coepit, quia non potuisset intantum procedere, nisi coepisset. Nulla non res principia sua, magno gradu transit. Semina omnium rerum causae sunt, & tamen minimae partes sunt eorum, quae gignunt. Aspice Rhenum, aspice Euphratem, omnes denicq; inclytos amnes, quid sunt, si illos illic unde effluũt aestimes? Quicquid est quo timentur, quo nominantur, in processu parauerunt. Tolle radicem, nemora non surgent, nec tanti montes uestientur. Aspice trabes, siue proceritatem aestimes altissimam, siue crassitudinem spaciumq; ramorum, latissime fusas, quantulum est his comparatum illud, quod radix tenui fibra complectitur? Innituntur fundamẽtis suis templa, & illa urbis moenia, tantum quae in firmamentum totius operis iacta sunt, latent. Idem in ceteris euenit. Principia sua semper sequẽs magnitudo obruit. Non potuissem quicquam consequi, nisi parentum beneficium antecessisset. Sed non ideo quicquid consecutus sum, minus est eo, sine quo consecutus non essem. Nisi me nutrix aluisset infantem, nihil eorum quae consilio ac manu gero, facere potuissem, nec in hanc emergere nominis claritatem, quam ciuili ac militari industria merui, numquid tamen ideo maximis operibus praeferes nutricis officium? At quid interest, cum aeque sine patris beneficio, quàm sine nutricis fomento, non potuerim ad ulteriora procedere?

CAP. XXX Quod si initio meo quicquid iam possum debeo, cogita non esse initiũ mei patrem, ne auum quidem. Semper enim erit ulterius aliquid, ex quo originis proximae origo descendat. Atqui nemo dicitur, plus debere ignotis, & ultra memoriam positis maioribus, quàm patri. Plus autem debeo, si hoc ipsum quod genuit me pater meus, maioribus suis debet. Quicquid praestiti patri, etiam si magnum est, infra aestimationem paterni muneris est, quia nõ essem, si non genuisset. Isto modo etiã siquis patrem meum aegrum ac morituru sanauerit, nihil praestare ei potero, quod non beneficio eius minus sit. Non enim genuisset me pater, † nisi natus esset. Sed uide, ne illud uerius sit aestimari, an id quod potuit, & id quod fecit, meum sit, mearum uirium, meae uoluntatis. Illud quod natus sum, per se intuere quale sit, Animaduertis exiguum et incertum, & bonã

al. ni fanatus

boni maliq; cõmunem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum, sed non ideò maiorem omnibus, quia primum. Seruaui patrem, & ad summã prouexi dignitatem, & principem urbis suae feci, nec tantum rebus à me gestis nobilitaui, sed ipsi quoq; gerendarum ingentem ac facilem, nec tutam minus, quàm glorioſam dedi materiã. Honores, opes, quicquid humanus ad se animus rapit, congessi, & cum supra omnes starem, infra illũ steti. Dic nunc, hoc ipsum, quod ista potuisti, patris munus est? Respondebo tibi, & prorsus, si ad ista facienda nasci satis est. Sed si ad bene uiuendũ minima portio est uiuere, & id tribuisti, quod cum feris mihi, & animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiam foedissimis commune est, noli tibi asserere, quod non ex tuis beneficijs, sed etiam sine tuis oritur. Puta me uitam pro uita reddidisse. Sic quoq; munus tuum uici, cum ego dederim sentienti sentiens me dare, cum uitam tibi non uoluptatis meae causa, aut per uoluptatẽ dederim, cum tanto maius sit retinere spiritum, q̃ accipere, quanto leuius mori ante mortis metum. Ego uitam dedi statim illa uituro, CAP. XXXI tu nescituro, an uiuerem. Ego uitam dedi, mortem timenti, tu uitam dedisti, ut mori possem. Ego uitam tibi dedi consummatã, perfectam, tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. Vis scire quàm non sit magnum beneficium uitam sic dare? Si exposuisses, nempe iniuria erat genuisse. Quo quidem colligo, minimum esse beneficium, patris matrisq; concubitum, nisi accesserint alia, quae prosequerentur hoc initium muneris, & alijs officijs ratũ facerẽt. Non est bonũ uiuere, sed bene uiuere. At bene uiuo, sed potui & male. Ita tamen hoc est tuum, quod uiuo. Si uitam imputas mihi per se nudam, egentem consilij, & id ut magnum bonum iactas, cogita te mihi imputare muscarum ac uermium bonum. Deinde, ut nihil aliud dicam, q̃ bonis artibus me studuisse, ut cursum ad rectũ iter uitę dirigerem, ipso beneficio maius q̃ quod dederas, recepisti. Tu enim me mihi rudem & imperitũ dedisti, ego tibi filiũ, qualem genuisse gauderes.

Aluit me pater, si idem praesto, plus reddo, quia non tantum aluisse, sed à filio ali gaudet, & maiorem ex animo meo, quàm ex ipsa re percipit uoluptatem. Illius alimenta ad corpus tantum meum peruenerũt. Quid si quis intantum processit, ut aut eloquentia per gentes enotesceret, aut iustitia, aut bellicis rebus, & patri quoq; ingentẽ circumfunderet famam, tenebrasq; natalium suorum clara luce discuteret, non inaestimabile in parentes suos beneficium contulit? An quisquam Aristonem & Gryllum, nisi propter Xenophontem ac Platonem filios nosset? Sophroniscum Socrates expirare non patitur. Cæteros enumerare longum est, qui † uiuunt ob nullam causam aliam, quàm quod illos liberorum eximia uirtus tradidit posteris. Vtrum maius beneficium dedit M. Agrippae pater, nec post Agrippam quidem notus, an patri dedit Agrippa, nauali corona insignis, unicum adeptus inter dona militaria decus, qui tot in urbe maxima opera excitauit, quae & priorem magnificentiam uincerent, & nulla postea uincerentur? Vtrum Octauius maius ullum beneficium dedit filio, an patri diuus Augustus, quamuis illum umbra adoptiui patris abscondit? Quantam accepisset uoluptatem, si illum post debellata arma ciuilia, uidisset securae paci praesidentem, non agnoscens bonum suum, nec satis credẽs, quoties respexisset ad se, potuisse illum uirũ in domo sua nasci. Quid nunc cæteros persequar, quos iam cõsumpsisset obliuio, nisi illos filiorum gloria è tenebris eruisset, & adhuc in luce retineret? Deinde non quæramus, num quis filius patri maiora beneficia reddiderit, quàm à patre acceperat, sed an possit aliquis maiora reddere, etiam si quae retuli exempla, nondũ satisfaciunt, nec beneficia parentum suorum supermicant. Capit tamen hoc natura, quod nondum ulla aetas tulit. Si singula paternorum meritorum magnitudinem exuperare non possunt, plura in unum congesta superabunt. Seruauit in † bello patrẽ Scipio, & praetexatus in hostes equum concitat: parum est, quod ut peruenire ad patrem, tot pericula, maximos duces, eum maxime prementia contempsit, tot oppositas difficultates, quod ad primam pugnam exiturus tyro per ueteranorum corpora cucurrit, quod annos suos transiliuit. Adijce ut idem patrem reum defendat, & conspirationi inimicorum potentium eripiat: ut alterum illi consulatum, ac tertium alioscq; honores etiam consularibus concupiscendos congerat, ut pauperi raptas, belli iure opes tradat, & quod est militaribus uiris speciosissimum

aliter, durant

Supermico aliter, prælio C. XXXIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

fissimum, diuitem illum spolijs etiam hostilibus faciat. Si adhuc parũ est, adijce ut prouincias, & extraordinaria imperia continuet, adijce ut dirutis maximis urbibus, Romani imperij sine æmulo ad ortus occasusq; uenturi defensor & conditor, maiorem nobilitatem nobili uiro adijciat. Dic Scipionis † parem, haud dubium est, quin generandi uulgare beneficium uicerit eximia pietas & uirtus, ipsi urbi nescio, utrum maius præsidium afferens, an decus. Deinde, si hoc parum est, finge aliquem tormenta patris discussisse, finge in se transtulisse. Licet tibi inquantũ uelis extendere beneficia filij, cum paternum munus & simplex sit & facile, nec danti uoluntariũ. Quid necesse est multis? Dedit etiam quibus dedisse se nescit. In quo consortem habet, in quo spectauit legem patriam, præmia patrum, domus ac familiæ perpetuitatem, omnia potius q̃ eum cui dabat. Quid siquis sapientiam consecutus, hanc patri tradiderit, etiam nunc disputabimus, an maius aliquid dederit quàm acceperat, cum uitam beatam patri reddiderit, acceperit tantum uitam? Sed patris, inquit, beneficium est, quicquid facis, quicquid præstare illi potes. Et præceptoris mei, quod institutis liberalibus profeci. Ipsos tamen qui tradiderunt illa transcendimus, utiq; eos, qui prima elementa docuerunt. Et quamuis sine illis nemo quicquam assequi posset, non tamen quantumcunq; quis assecutus est, infra illos est. Multum inter prima ac maxima interest. Nec ideo prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse non possunt.

CA.XXXV Iam tempus est quædam ex nostra (ut ita dicam) moneta proferri. Qui id beneficiũ dedit, quo est aliquid melius, potest uinci. Pater dedit filio uitam, est autem aliquid uita melius, ita pater uinci potest, quia dedit beneficiũ, quo est aliquid melius. Etiamnũ qui dedit alicui uitam, si semel & iterũ liberatus est mortis periculo, maius accepit beneficium, quàm dedit. Pater aũt uitam dedit. Potest autem si sæpius periculo mortis liberatus à filio fuerit, maius beneficiũ accipere, quàm dedit. Qui beneficiũ accipit, maius accipit, quo magis eo indiget. Magis autem indiget uita qui uiuit, quàm qui natus non est, ut qui ne indigere quidem omnino possit. Maius ergo beneficium accipit pater, si uitam à filio accepit, quàm filius à patre, eo quod natus est. Patris beneficia uinci à filij beneficijs non possunt. Quare? quia uitã accepit à patre, quam nisi accepisset, nulla dare beneficia potuisset. Hoc cõmune est patri cum omnibus, qui uitã dederunt alicui. Non potuissent enim referre gratiã, nisi uitam accepissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest, solet enim & medicus uitam dare, nec nautæ, si naufragum sustulit. At qui & horũ & aliorũ, qui aliquo modo nobis uitam dederũt, beneficia uinci possunt, ergo & patrum possunt. Si quis mihi beneficium dedit, quod multorum beneficijs adiuuandum esset, ego autem beneficium illi dedi, quod nullius adiutorio egeret, maius dedi quàm accepi. Pater filio uitam dedit perituram, nisi multa accessissent, quæ illam tuerentur. Filius patri si dedit uitam, dedit eam, quæ nullius desideraret auxilium, in hoc, ut permaneret. Ergo maius beneficium accepit à filio pater, qui uitam
CA.XXXVI accepit, quàm illi dederat. Hæc non destruunt parentum uenerationem, nec deteriores illis liberos faciunt, imò etiam meliores. Natura enim gloriosa uirtus, & anteire priores cupit. Alacrior erit pietas, si ad reddenda beneficia cum uincendi spe uenerit. Id si patribus idem uolentibus legibusq; contigerit (quoniam pleraq; sunt, in quibus nostro bono uincimur) unde certamen tam optabile, unde tantam felicitatem parentibus, ut fateantur seipsos filiorum beneficijs impares? Nisi hic ita iudicamus, excusationem damus liberis, & illos segniores ad referendam gratiam facimus, quibus stimulos adijcere debemus, & dicere, Hoc agite optimi iuuenes, posita est inter parentes ac liberos honesta contentio, dederint maiora, an receperint. Non ideò uicerunt, quia occupauerunt. Sumite modo animũ, qualem decet, & deficere nolite, ut uincatis optantes. Nec desunt tam pulchro certamini duces, qui ad similia uos cohortentur, ac per uestigia sua ire ad uictoriam sæpe iam partam ex parentibus, iubeant.

C. XXXVII Vicit Aeneas patrẽ, ipse, cuius infantia leue tutumq; gestamen, grauem senio, per media hostium agmina, & per cadentis circa se urbis ruinas ferens, cum complexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici uadentem sarcina premeret: tulit illum per ignes, & quid non pietas potest, pertulit, colendumq; inter conditores Romani

mani imperij posuit. Vicere Sículi iuuenes, cũ Aetna maiore uiperagitata, in urbes, in agros, in magnam insulæ partem effudisset incendium, uexerũt parentes suos, dissedisse creditum est ignes, & utrinq; flamma recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent iuuenes dignissimi, qui magna tutò auderent. Vicit Antigonus, qui cum ingenti prælio superasset hostem, præmiũ belli ad patrem transtulit, & imperium illi Cypri tradidit. Hoc est regnum, nolle regnare, cum possis. Vicit patrem imperiosum quidẽ Manlius, qui cum ante ad tempus relegatus esset à patre, ob adolescentiam brutam ac hebetem, ad tribunum plebis qui patri suo dixerat diem uenit, petitoq; tempore quod ille dederat, sperans fore proditorem parentis inuiti, & bene meruisse se de iuuene credebat, cuius exilium pro grauissimo crimine inter alia Manlio obijciebat, nactus adolescens secretum, stringit occultatũ sinu ferrum, et nisi iuras, inquit, te diem patri remissurum, hoc te gladio transfodiã. In tua potestate est, utro modo pater meus accusatorem non habeat. Iurauit tribunus, nec fefellit, & causam † accusationis remissæ concioni reddidit. Nulli alij licuit impune tribunum in ordinem redigere. Dissedisse à dissido al. actionis

Alia ex alijs exempla sunt eorum, qui parentes suos periculis eripuerũt, qui ex infimo ad summũ protulerunt, & è plebe aceruoq; ignobili nunquam tacendos seculis dederunt. Nulla ui uerborum, nulla ingenij facultate exprimi potest, quantũ opus sit, q̃ laudabile, quamq; nunquã à memoria hominũ exiturum, posse hoc dicere, Parentibus malis parui, cessi imperio eorum, siue æquum, siue iniquũ fuit, obsequentem submisiumq; me præbui, ad hoc unum contumax fui, ne beneficijs uincerer. Certate obsecro uos, & † fessi quoq; restituite aciem. Felices, qui uicerint. Felices, qui uincentur. Quid eo adolescente præclarius, qui sibi ipsi dicere potuit, neq; enim fas est alteri dicere, Patrem meũ beneficijs uicit? Quid eo fortunatius sene, qui omnibus ubiq; prædicabit, à filio suo se beneficijs uictũ? Quid aũt est felicius, quam † ibi cedere? Finis. C. XXXVIII al. fusi al. sibi

IN LIBRVM TERTIVM.

CAPVT SEPTIMVM.

Vbi feciſſe, aut non feciſſe, &c. Non sum ausus mutare scripturam. Arbitror ita distinguendum, Vbi feciſſe aut non feciſſe pronunciandum est, ibi prolatis cautionibus controuersia tollitur. Vbi uerò inter disputantes ratio iudicit, ibi animi coniectura capienda est. 1

CAPVT OCTAVVM.

Si in huiusmodi regnum exiſſet, &c. Vnus codex manu descriptus, pro regnum habebat, reum. Vnde conijcio fuisse scriptum à Seneca, Quisquis in eiusmodi reum egisset, ut eiusmodi, sit neutri generis, & ad causas referatur, non ad hominem. Qui pararet quempiã agere reum ingratitudinis, uix inueniret argumenta quibus probaret quod intenderet. Hinc coniectari potest, quanto plus difficultatis habiturus esset iudex, de utriusq; animo pronunciaturus. 2

Non idem pendent, aut pendunt legendum est, aut pendent erit à pendere futuri temporis uerbum. 3

CAPVT DECIMVM.

An hoc indicimus. Suspicor fuisse scriptũ, an hoc interdicemus ne fiãt bene. etc. aut, an hoc indicimus, ut ne fiãt, etc. 4

CAP. DECIMVMQVARTVM.

Redde quod debes, &c. Hic aliquot uerba deerant, incuria scribæ prætermissa, quæ reposuimus ex fide duorum uoluminum manu descriptorum, quorum cum alterum esset in Anglia, alterum Basileæ, tamen consentiebant. Et apte quadrant sententiæ. Hoc admonendum duxi, ne quis ceu temerè adiecta resecet. 5

CAP. XVIII.

Vt ipsos sæpe beneficij sui fecerint. Vide nũ legendũ sit, Vt ipsos sæpe beneficio suos fecerint, aut sui iuris fecerint. 6

CAP. XXVI.

Et seruum eius quo nectebantur insidiæ, &c. Quum citra cõtroversiam sit eum locum fuisse mendosum, nec suffragarentur exemplaria, reposuimus lectionem, nisi fallimur, germanam. Procliuis lapsus est, ab at in et, & fortasse scriptum erat quo, pro cui. 7

CAP. XXVII.

Iam Molesta. Maiuscula corrupit sensum, nondum erant periculosa, quum iam essent molesta, Id indicandum erat, ne quis reponeret ueterem lectionem. 8

CAP. XXVIII.

Vbicunq; fecit nomẽ illustre, &c. Hic locus uariabat in exemplaribus, sed ita ut nihil esset, quod posses in totũ probare. In quibusdam aberat qui, qui cum maiores suos, Verum id haud ita multum refert ad sensum, nisi quod sermo magis est abruptus, id quod Senecæ peculiare est. Nonnulli sic habebant, illo dominum fugiant. Alij, illo deum fugiant. Rursus alij dominum fungunt. Ex his diuinare licet fuisse scriptum, Vbi quenq; nomen fecit illustrem, ilico 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum fingunt. Nec displicet ubicunq; si legas illustrem, nec illustre displicet, si subaudias aliquis. Nisi forte pro fecit, legendum est, stetit. Notat illos qui tument nobilitate maiorũ, ac sibi dij uidentur non homines, reliquosq; fastidiunt.

CAPVT XXXV.

In initio huius capitis hæc uerba sustulimus, Si quid melius uita est, & à patre sola uita datur, potest beneficijs à filio uinci pater. Hoc doctus aliquis asscripserat in margine, Senecæ sententiam suis uerbis explicans. at scriba ut sæpe fit retulit in contextum. Ex fide codicis manu descripti quod superaret, resecuimus, ne quis temere reponat.

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS, LIBER QVARTVS.

CAP. I EX omnibus quæ tractauimus Ebuti Liberalis, potest uideri nihil tam necessarium, aut magis (ut ait Salustius) cum cura dicendum, quàm quod in manibus est: An beneficiũ dare, & inuicem gratiam referre, per se res expetendæ sint. Inueniuntur qui honesta in mercedem colant, quibusq; non placeat uirtus gratuita, quæ nihil habet in se magnificum, si quicquã habet uenale. Quid enim est turpius, quàm aliquem computare, quanti uir bonus sit, cum uirtutem nec lucrum inuitet, nec absterreat damnũ, adeoq; neminẽ spe ac pollicitatione corrũpat, ut cuncta in se impendere iubeat, ac sæpius in ultro tributis sit? Calcatis utilitatibus ad illã eundũ est, quocunq; uocauit, quocunq; misit, sine respectu rei familiaris, interdũ etiam sine ulla sanguinis sui parsimonia uadendum, nec unquam imperium eius detrectandum. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc † grate fecero? Quod si feceris, nihil tibi extra promittitur, si quid forte obuenerit commodi, inter accessiones numerabis. Rerum honestarum precium in ipsis est. Si honestum per se expetendum est, beneficium autem honestum est, non potest alia eius conditio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expetendum esse honestum, sæpe & abunde probatum est.

forte, gratis

CAP. II In hac parte nobis pugna est, cum Epicureorũ delicata & umbratica turba, in contuitio suo philosophantium, apud quos uirtus uoluptatum ministra est. Illis paret, illis deseruit, illas supra se uidet. Non est, inquit, uoluptas sine uirtute. Sed quare ante uirtutem est? De ordine disputas. Disputationẽ esse oportet de re tota, & de potestate eius ambigitur. Non est uirtus, si sequi potest. Primæ partes eius sunt, ducere debet, imperare, summo loco stare. Tu illam iubes signum petere? Quid, inquit, tua refert? Et ego sine uirtute nego beatam uitam posse constare. Ipsam uoluptatem, quam sequor, cui me mancipaui, remota illa, improbo & damno. De hoc uno disputatur, utrum uirtus summi boni causa sit, an ipsa summũ bonum. Vt hoc unum quæratur, ordinis tantum exi stimas mutationem? Ista uerò confusio est, & manifesta cæcitas, primis postrema præferre. Non indignor, quod post uoluptatem ponitur uirtus, sed quod omnino cum uoluptate confertur. Contemptrix eius & hostis est, & longissime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, uirilibus incommodis magis, q̃ isti effœminato bono inserenda.

CAP. III Hæc mi Liberalis dicenda fuerunt, quia beneficium (de quo nunc agitur) dare, uirtutis est, & turpissimum id causa ullius alterius rei dare, quàm ut datum sit. Nam si recipiendi spe tribueremus, locupletissimo cuiq;, non dignissimo daremus. Nunc uerò diuiti importuno, pauperem præferimus. Non est beneficium, quod ad fortunam spectat. Præterea, si ut prodessemus, sola nos inuitaret utilitas, minime beneficia distribuere deberent, qui facillime posset, locupletes, & potentes, & reges, aliena ope non indigentes. Dij uerò tot munera, quæ sine intermissione diebus ac noctibus fundũt, nõ darent. In omnia enim illis natura sua sufficit, plenosq; & tutos, & inuiolabiles præstat. Nulli ergo beneficiũ dabunt, si una dandi causa est, se intueri, ac cõmodum suum. Istud non est beneficiũ, sed fœnus, circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quæstuosissime habeas, unde facillime tollas. Quod cum longe à dijs remotum sit, sequitur ut liberales sint. Nam si una beneficij dandi causa sit utilitas, nulla autem ex nobis utilitas deo speranda est, nulla deo dandi beneficij causa est.

CAP. IIII Scio quid hoc loco respondeatur. Itaq; non dat deus beneficia, sed securus & negligens nostri, auersus à mundo, aliud agit, aut (quæ maxima Epicuro felicitas uidetur) nihil agit, nec magis illum beneficia, quàm iniuriæ tangunt. Hoc qui dicit, nõ exaudit

precantiũ uoces, & undiq; sublatis in cœlum manibus uota facientibus, priuata gerit ac publica. Quod profecto nõ fieret, nec in hunc furorẽ omnes profecto mortales consensissent alloquendi surda numina, & inefficaces deos, nisi nossent illorum beneficia nunc oblata, nunc orantibus data, magna, tempestiua, ingentes minas interuentu suo soluentia. Quis est itaq; tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato, & in pœnam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos cõplorantes sortem suam & querulos circumspice, inuenies non ex toto beneficiorum cœlestium expertes, neminem esse ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manauerit. Parum autẽ id, quod nascentibus ex æquo distribuitur. Vt quæ sequuntur inæquali dispensata mensura transeamus, parum dedit natura, cum se dedit? CAP. V. Non dat deus beneficia. Vnde ergo ista quæ possides? quæ das? quæ negas? quæ seruas? quæ rapis? Vnde hæc innumerabilia, oculos, aureis, & animum mulcentia? Vnde illa luxuriam quoq; instruens copia? Neq; enim necessitatibus tantummodo nostris prouisum est, usq; in delitias armamur. Tot arbusta, non uno modo frugifera, tot herbæ salutares, tot uarietates ciborum, per totum annum digestæ, ut inerti quoq; fortuita terræ alimenta præberent? Iam animalia omnis generis, alia in sicco solidoq;, alia in humido innascentia, alia per sublime dimissa, ut omnis rerum naturæ pars tributum aliquod nobis conferret. Flumina, hæc amœnissimis flexibus campos cingentia, illa præbitura commercia, uia uasta, & nauigabili cursu uadentia, ex quibus quædã statis diebus mirabile incrementum trahunt, ut anhela & feruenti subiecta cœlo loca subita uis æstiui torrentis irriget. Quid medicatorũ torrentiũ uenæ? Quid in ipsis littoribus aquarum calentium exundatio? Te Lari maxime, teq; Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino? CAP. VI.

Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium, immensa terrarũ late patentium spacia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcam tuam (quoniam id tibi magnum uidetur) impleuerit, beneficium uocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit in aëra, super quæ decurrunt sola, aurum uehentia, argenti, æris, ferri, immane pondus omnibus locis obrutum, cuius inuestigandi tibi facultatem dedit, ac latentium diuitiarum in summa terra signa disposuit, negas te accepisse beneficiũ? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendeat, & tectũ nitidius auro, aut coloribus sparsum, num mediocre munus uocabis? Ingens tibi domicilium, sine ullo incendij, aut ruinæ metu structum, in quo uides non tenues crustas, & ipsa qua secantur lamina graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas, uariæ distinctæq; materiæ, cuius tu paruula frusta miraris, tectum uerò aliter nocte, aliter interdiu fulgens, negas te ullum munus accepisse? Et cum ista quæ habes magno æstimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas? Vnde tibi ipsum quem trahis spiritũ? Vnde istã, per quam actus uitæ tuæ disponis atq; ordinas lucem? Vnde sanguinem, cuius cursu uitalis continetur calor? Vnde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra sacietatẽ lacessentia? Vnde hęc irritamenta iam lassę uoluptatis? Vnde ista quies, in qua putrescis, ac marces? Nõne si gratus es, dices, deus nobis hæc ocia fecit. Namq; erit ille mihi semper deus, illius aram Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Ille meas errare boues (ut cernis) & ipsum Ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Ille deus non est, qui paucas boues, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubiq; passim uagantibus pabulũ præstat, qui pascua hybernis æstiua substituit, qui non calamo tantum cantare, & agreste atq; inconditum carmen, ad aliquam † tamen obseruationem modulari docuit, sed tot artes, tot uocum uarietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo cãtus ædituros cõmẽtus est. Neq; enim nostra ista quæ inuenimus dixeris, non magis, quàm quod crescimus, quàm quod ad constitutũ tẽpus sua corpori officia respondent. Nunc pueriliũ dentiũ lapsus, nunc ad surgentẽ iam ætatẽ, & in robustiorẽ gradũ transeuntẽ pubertas, & ultimus ille dies fugienti uitæ terminũ ponens. Insita sunt nobis omniũ ætatũ, omniũq; artiũ semina, magisterq; ex occulto deus, producit ingenia. Natura, inquit, hæc mihi præstat. Non CAP. VII. intelligis te, cũ hoc dicis, mutare nomen deo. Quid enim aliud est natura, quàm deus, & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta? Quoties uoles, tibi licet aliter nõ

al. tantum obsecrationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

al. illum. autorem rerũ noſtrarũ compellare,& Iouem,†id eſt, optimũ ac maximũ, rite dices,& tonantẽ & ſtatorẽ: qui nõ (ut hiſtorici tradiderunt) ex eo quod poſt uotũ ſuſceptum, acies Romanorũ fugientiũ ſtetit,ſed quod ſtant beneficio eius omnia,ſtator,ſtatilioq; eſt: hunc eundemq; & fatũ ſi dixeris,nõ mentieris. Nam cũ fatũ nihil aliud ſit quàm ſeries implexa cauſarũ, ille eſt prima omnium cauſa, ex qua cæteræ pendent. Quæcunq; uoles illi nomina propriè aptabis, uim aliquam effectumq; cœleſtem continentia. Tot
CAP. VIII. appellationes eius poſſunt eſſe, quod munera. Hunc & Liberũ patrem, et Herculẽ, ac Mercurium noſtri putãt. Liberũ patrẽ, quia omniũ parens ſit, quod primũ inuenta ſeminũ uis eſt, cõſultura per uoluptatẽ. Herculẽ, quia uis eius inuicta ſit, quũq; laſſata fuerit operibus æditis, in ignẽ receſſura. Mercurium, quia ratio penes illum eſt, numerusq; & ordo, & ſcientia. Quocunq; te flexeris, ibi illũ uidebis occurrentẽ tibi. Nihil ab illo uacat. Opus ſuum ipſe implet. Ergo nihil agis ingratiſſime mortaliũ, qui te negas deo debere, ſed naturæ. Quia nec natura ſine deo eſt, nec deus ſine natura, ſed idẽ eſt utrũq;, nec diſtat officiũ. Si quod à Seneca accepiſſes, Anneo te diceres debere, uel Lucio, nõ creditorẽ mutares, ſed nomen. Quoniã ſiue prænomen eius, ſiue nomen dixiſſes, ſiue cognomẽ, idẽ tamẽ ille eſſet. Sic nunc naturã uoca fatũ, fortunamq;, omnia eiuſdem dei nomina ſunt, uarie utẽtis ſua poteſtate. Et iuſticia, probitas, prudẽtia, fortitudo, frugalitas unius animi bona ſunt. Quicquid horũ tibi placuit, animus placet.

CAP. IX. Sed ne aliã diſputationem ex obliquo habeã, plurima beneficia ac maxima in nos deus confert ſine ſpe recipiendi. Quoniã nec ille collato eget, nec nos ei quicq; cõferre poſſumus. Ergo beneficiũ per ſe expetenda res eſt, una ſpectatur in eo accipientis utilitas. Ad hanc accedamus ſepoſitis commodis noſtris. Dicis, inquit, diligenter eligendos, quibus beneficia debeamus, quia ne agricolæ quidem ſemina arenis committãt. Noſtram utilitatem in beneficijs dandis ſequimur, quemadmodũ in arãdo ſerendoq;. Neq; enim ſerere per ſe res expetenda eſt. Præterea quæritis beneficium quod non eſſet faciendum, ſi per ſe beneficiũ dare expetenda res eſſet, quocunq; loco, & quocunq; modo daretur, beneficiũ erat. Honeſtum propter nullam aliã cauſam, quàm propter ipſum ſequimur. Tamen etiamſi nihil aliud ſequendum eſt, quærimus quid faciamus, & quãdo, & quemadmodũ, per hęc eñ cõſtat. Itaq; cũ eligo cui dem beneficiũ, id ago, ut quandoq; beneficiũ ſit. Quia ſi turpi datur, nec honeſtũ eſſe poteſt, nec beneficium.

CAP. X. Depoſitũ reddere per ſe res expetenda eſt, non tamẽ ſemper reddam. Nec quolibet loco, nec quolibet tempore. Aliquando nihil intereſt, utrum inficier, an palàm reddã. Intuebor utilitatẽ eius, cui redditurus ſum, & nociturũ illi depoſitũ negabo. Idem in beneficio faciã. Videbo quando dem, cui dem, quemadmodũ, quare. Nihil enim ſine ratione faciendũ eſt. Non eſt autem beneficiũ, niſi quod ratione datur, quoniam ratio, omnis honeſti comes eſt. Quàm ſæpe hominũ, donationem ſuam inconſultam obiurgantium, hanc audimus uocem, Mallem perdidiſſe, quàm illi dediſſe. Turpiſſimũ genus dandi eſt inconſulta donatio, multoq; grauius male dediſſe beneficiũ, q; non recepiſſe. Aliena enim culpa eſt, quod non recepimus, quod cui daremus nõ elegimus, noſtra. In electione nihil minus, quàm hoc quod exiſtimas ſpectabo, à quo recepturus ſim. Eligo enim eum qui gratus, non qui redditurus ſit. Sæpe autem & non redditurus gratus, ingratus, qui reddidit. Ad animũ tendit æſtimatio mea. Ideò locupletem, ſed indignum præteribo, pauperi uiro bono dabo. Erit enim in ſumma inopia gratus, & cum omnia illi deerunt, ſupererit animus, Non lucrum ex beneficio capto, non uoluptatem, non gloriam, Vni placere contentus, in hoc dabo, ut quod oportet, faciam. Quod oportet autem non eſt ſine electione, quæ qualis futura ſit, interrogas.

CAP. XI. Eligam uirum integrum, ſimplicem, memorem, gratum, alieni abſtinentem, ſui nõ auarum, non tenacem, beneuolum. Hunc uerò cum elegero, licet nihil illi fortuna tribuat, ex quo referre gratiam poſſit, ex ſententia res geſta erit. Si utilitas me & ſordida computatio liberalẽ facit, ſi nulli proſum, niſi ut inuicem ille mihi proſit, non dabo beneficium proficiſcenti in diuerſas longinquasq; regiones, nõ [illegible] abfuturo ſemper, non dabo ſic affecto, ut ſpes ei nulla ſit cõualeſcendi, nõ dabo ſpi[illegible] deficiens. †Nõ enim dabo in tempus recipiendi. Atqui ut ſcias, rem per ſe expetendã eſſe, beneſacere, adue

al. Non enim habeo tempus.

nis modo in noſtrum delatis portum, & ſtatim abituris ſuccurrimus. Ignoto naufrago nauem qua reuehatur & damus & inſtruimus. Diſcedit ille uix ſatis noto ſalutis autore, & nunquã amplius in conſpectũ noſtrũ reuerſurus, debitores nobis deos delegat, precaturq; ut illi pro ſe gratiã referant. Interim nos iuuat ſterilis beneficij conſcientia. Quid cum in ipſo uitæ fine conſtituti ſumus, cum teſtamentum ordinamus, nõ beneficia nobis nihil profutura diuidimus? Quantũ temporis cõſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantũ et quibus demus? Quid enim intereſt, quibus demus à nullo recepturi? Atqui nunc; diligẽtius damus, nunc; magis iudicia noſtra torquemus, c; ubi remotis utilitatibus, ſolum ante oculos honeſtũ ſtetit, tamdiu officiorũ mali iudices, quamdiu illa deprauat ſpes ac metus, act incertiſſimũ ultium, uoluptas. Vbi mors intercluſit omnia, & ad ſerendã ſententiã incorruptũ iudicẽ miſit, quærimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus. Nec quicq; cura ſanctiore cõponimus, c; quod ad nos non pertinet. aliter, inertiſſimum.

Et mehercule tunc magna uoluptas ſubit cogitantẽ, hunc ego locupletiorẽ faciã, & huius dignitati adiectis opibus aliquid ſplendoris affundam. Si non damus beneficia, niſi recepturi, inteſtatis moriendũ ſit. Dicitis, inquit, beneficiũ creditũ inſolubile eſſe, creditum autem non eſt res per ſe expetenda. Cum creditũ dicimus, imagine & tranſlatione utimur. Sic enim & legem ſcimus iuſti iniuſtiq; regulam eſſe, & regula non eſt res per ſe expetenda. Ad hæc uerba demonſtrandæ rei cauſa deſcendimus. Cum dico creditum, intellĩgitur tanquam creditum. Vis ſcire? adijcio inſolubile, cum creditum nullum non ſolui aut poſſit, aut debeat. Adeò beneficium utilitatis cauſa dandum nõ eſt, ut ſæpe, quemadmodum dixi, cum damno ac periculo dandum ſit. Si latronibus circumuentum defendo, ut tuto tranſire permittatur, reum gratia laborantem tueor, & hominum potentium factionẽ in me conuerto, quas illi detraxero ſordes, ſub accuſatoribus ijſdẽ fortaſſe ſumpturus, cum abire in partem alteram poſſim, & ſecurus ſpectare aliena certamina, ſpondeo pro iudicato, et ſuſpẽſum amici bonis libellũ deijcio, creditoribus eius me obligaturus, ut poſſim ſeruare proſcriptũ, ipſe proſcriptionis periculum adeo. Nemo Tuſculanum atq; Tiburtinum emere paratus, ſalubritatis cauſa, & æſtiui ſeceſſus, quoto anno empturus ſit diſputat, cum emerit, tuendum eſt. Eadem in beneficijs ratio eſt. Nam cum interrogaueris, quid reddat, reſpondebo bonam conſcientiam. Quid reddit beneficium? Dic tu mihi, quid reddat iuſticia, quid innocẽtia, quid magnitudo animi, quid pudicitia, quid temperantia, ſi quicq; præter ipſas petis? al. ſuſpenſis.

Mundus in quid inceſſum abſoluit? in quid ſol diẽ extendit & cõtrahit? Omnia iſta CAP. XIII. beneficia ſunt, fiunt enim nobis profutura. Quomodo mundi officiũ eſt circumagere rerum ordinẽ, quomodo ſolis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc ſalutaria nobis facere ſine præmio, ſta uiri officiũ eſt inter alia, & beneficiũ dare. Quare ergo dat? Ne non det, ne occaſionẽ benefaciẽdi perdat. Vobis uoluptas eſt inertis ocij facere crepuſculum, & ſecuritatẽ ſopitis ſimillimam appetere, & ſub† depreſſa umbra latitare, tenerrimiſq; cogitationibus, quas tranquillitatẽ uocatis, animi marcentis obſectare torporem, & cibis potionibuſq; intra hortorum latebras, corpora ignauia pallẽtia ſaginare: nobis uoluptas eſt dare beneficia uel laborioſa, dũ aliorũ labores leuẽt, uel periculoſa, dũ alios à periculis extrahãt, uel rationes noſtras aggrauatura, dũ aliorũ neceſſitates & anguſtias laxẽt. Quid mea intereſt, an recipiã beneficia? Etiã cum recepero danda ſunt. Beneficiũ eius cõmodũ ſpectat cui præſtatur, nõ noſtrũ. Alioquin nobis illud damus. Itaq; multa quæ ſummam utilitatem aliis afferunt, precio gratiam perdunt. Mercator urbibus prodeſt, medicus ægris, magno uenalibus, ſed omnes iſti quia ad alienum commodum pro ſuo ueniunt, non obligant eos, quibus proſunt. aliter, denſe. al. mango.

Non eſt beneficium quod in quæſtũ mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam, auctio eſt: CAP. XIIII. Non dicam pudicam, quæ amatorem ut incenderet reppulit, quæ aut legem, aut uirũ timuit, ut ait Ouidius, Quæ quia non licuit non dedit, illa dedit. Non immerito in numerũ peccantium refertur, quæ pudicitiam timori præſtitit, nõ ſibi. Eodem modo qui beneficium u[illegible]peret dedit, non dedit. Ergo & nos beneficium damus animalibus, quæ aut uſui, a[illegible]alimento futura nutrimus: beneficium damus arbuſtis quæ colimus, ne ſiccitate, aut immoti & neglecti ſoli duricia laborent. Nemo ad agrum colendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lendum ex æquo & bono uenit, nec ad ullam rem, cuius extra ipsam fructus est. Ad beneficium dandum non adducit cogitatio auara, nec sordida, sed humana, liberalis cupiens dare etiã cum dederit, & augere nouis ac recentibus uetera, non habens propositum, quanto ei qui præstat bono futura sit, alioquin humile est, sine laude, sine gloria, prodesse, quia expedit. Quid magnifici est se amare, sibi parcere, sibi acquirere? Ab omnibus istis uera beneficij dandi cupido auocat, Ad detrimentum, insectamanu trahit, & utilitates relinquit, ipso benefaciendi opere lætissima.

CAP. XV. Nunquid dubium est, quin contraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriam facere per se uitanda ac fugienda res est, sic beneficium dare per se expetendum. Illic turpitudo contra omnia præmia in scelus hortantia ualet, ad hoc inuitat honesti per se efficax species. Non mentiar, si dixero neminem non amare beneficia sua, neminem nõ ita compositum animo, ut non libentius eum uideat, in quem multa congesserit, cui nõ causa sit iterum dandi beneficij, semel dedisse. Quod non accideret, nisi nos ipsa delectarent beneficia. Quàm sæpe dicentem audias: Non sustineo illum deserere, cui dedi uitam, quem è periculo eripui. Rogat me ut causam suam contra homines gratiosos agam. Nolo, sed quid faciam? Iam illi semel, iterumq; affui. Non uides inesse isti rei propriam quandam uim, quæ nos beneficia dare cogit? Primũ quia oportet, deinde quia dedimus. Cui initio ratio nõ fuisset præstandi, aliquid ei præstamus ob hoc, quia præstitimus. Adeoq; nos ad beneficia nõ impellit utilitas, ut & inutilia tueri ac fouere perseueremus sola beneficij charitate, cui etiã infeliciter dato, indulgere, tã naturale, q̃ liberis prauis.

CAP. XVI. Iidem isti gratiam referre ipsos fatentur, nõ quia honestum est, sed quia utile, quod non esse ita, minore opera probandũ est. Quia quibus argumentis colligimus beneficiũ dare per se rem expetendã esse, ijsdem etiam hoc collegimus. Fixum est illud, à quo in cætera probationes nostræ exeunt, honestũ ob nullam aliam causam, q̃ quia honestum sit, colí. Quis ergo controuersiam facere audebit, an gratum esse, honestũ sit? Quis non ingratum detestetur hominem, sibijpsi inutilem? Quid autẽ, cum sit? Quis non ingratum detestetur hominem, sibijpsi inutilem? Quid autẽ, cum tibi narratur de eo, qui aduersus summa beneficia amici sui, ingratus est, quomodo id fecerit, utrum tanquam rem turpem fecerit, an tanquam utilem rem sibi & profuturã commiserit? Puto nequam hominem existimas, cui pœna, non cui curatore opus sit. Quod nõ accideret, nisi gratum esse per se expetendũ, honestumq; esset. Alia fortasse minus dignitatem suam præferunt, et an sint honesta interprete egent, hoc expositum est pulchriusq;, quàm ut splendor eius dubie ac parũ luceat. Quid tam laudabile, quid tam æqualiter in omnium animos receptum, quàm referre bene meritis gratiam?

CAP. XVII. Ad hoc, dic mihi, quæ causa nos perducit? Lucrum, quod qui non cõtemnit, ingratus est? Ambitio? Et quæ iactatio est soluisse, quod debebas? Metus nullus ingrato. Huic enim uni rei non posuimus legem, tanquã satis natura cauisset, quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis iubet. Superuacuum est, inquit, in naturæ ius impelli. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est, quem cum nascitur trahit, ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. Placet suapte natura, adeoq; gratiosa uirtus est, ut insitum sit etiam malis, probare meliora. Quis est qui non beneficus uideri uelit? qui non inter scelera & iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis quæ impotentissimè fecit, speciem aliquam induat recti? Velit quoq; his uideri beneficiũ dedisse, quos læsit? Gratias itaq; agi sibi ab his quos afflixere patiuntur, bonosq; se ac liberales fingunt, quia præstare non possunt. Quod nõ facerent, nisi illos honesti & per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionẽ contrariã quærere, & nequitiam abdere, cuius fructus cõcupiscitur, ipsa uerò odio, pudoriq; est, nec quisq; tantũ à naturali lege desciuit, & hominẽ exuit, ut animi causa malus sit. Dic ergo cuilibet ex istis qui rapto uiuunt, an ad illa quæ latrocinijs & furtis consequuntur, malint ratione bona peruenire? Optabit ille cui grassari, & transeuntes percutere, quæstus est, potius illa inuenire, quàm eripere. Neminem reperies qui nõ nequitiæ præmijs sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturæ meritum, quod uirtutem omniũ animos lumen suum permittit, etiam qui non sequuntur illam, uident.

Nequitiam subinde uocat, malicià etiam in sceleribus quibuslibet.

CAP. XVIII. Vt scias per se expetendum esse grati animi affectionem, per se fugienda res est in-

gratum esse, quoniam nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quàm hoc uitiũ. Nam quo alio tuti sumus, quàm quod mutuis iuuamur officijs? Hoc uno instructior uita, contraq; incursiones subitas munitior est beneficiorum cõmercio. Fac nos singulos, quid sumus? Præda animalium & uictimæ, ac bellissimus & facillimus sanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis uirium est: quæcunq; uaga nascebantur, & aduersa uitam segregem, armata sunt. Hominem imbecillitas cingit, non unguium uis, non dentium, terribilem cæteris fecit. Nudum & infirmum societas munit. Duas res dedit, quæ illum obnoxium cæteris, ualidissimum facerent, rationem, & societatem. Itaq; qui par esse nulli posset, si seduceretur, rerum potitur, societas illi dominium omnium animalium dedit. Societas terras gentium in alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiam in mari iussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit. Hæc sortes nos facit, quod licet contra fortunam aduocare. Hanc societatem tolle, & unitatem generis humani, qua uita sustinetur scindes. Tolletur autem, si efficies ut ingratus animus nõ per se uitandus sit, sed quia aliud illi timendũ est. Quàm multi sunt enim quibus ingratos esse tuto licet? Denicq; ingratum uoco, quisquis metu gratus est.

Segrex. *3* *4* *Vnitas.* *al. ingratis.*

CAP. XIX. Deos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria. Nec quisquã amat quos timet. Tu denicq; Epicure deum inermem facis, Omnia illi tela omnem detraxisti potentiam, & ne cuiquam metuendus esset, proiecisti ipsum metum. Hunc igitur septũ ingenti quidem & inexplicabili muro, diuisumq; à contactu et à conspectu mortaliũ, non habes quare uereare, nulla illi ne tribuendi, nec nocendi materia est. In medio interuallo huius & alterius cœli desertus, sine animali, sine homine, sine re, ruinas mundorum supra se circaq; se cadentium euitat, non exaudiens uota, nec nostri curiosus. Atqui hunc uis uideri colere, non aliter quàm parentem, grato, ut opinor, animo: aut si non uis uideri gratus, quia nullum habes illius beneficium, sed te atomi, & istæ micæ tuæ forte ac temerè conglobauerunt, cur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximiam, singularemq; naturam, Vt concedam tibi, nempe hoc facis nulla spe, nullo precio inductus. Est aliquid per se expetendũ, cuius te ipsa dignitas ducit. Id est, honestũ. Quid est autem honestius, q̃ gratũ esse? Huius uirtutis materia tam late patet, q̃ uita.

CAP. XX. Sed inest, inquit, huic bono etiam utilitas aliqua, cui enim uirtuti non inest? sed id propter se expeti dicitur, quod quamuis habeat aliqua extra se commoda, sepositis quoq; illis ac remotis placeat. Prodest gratum esse, ero tamen gratus etiam si nocet. Qui gratus est, quid sequitur? Vt hæc res illi alios amicos, alia beneficia cõciliet? Quid ergo si quis sibi offensas concitaturus est? Si quis intelligit, adeò per hoc se nihil consecuturum, ut multa etiam ex apposito acquisitoq; perdenda sint, non libens in detrimenta descendit. Ingratus est, qui in referenda gratia secundum datum uidet, qui sperat cum reddit. Ingratum uoco, qui ægro assidet, quia testamentum facturus est, cui de hæreditate, aut de legato uacat cogitare. Faciat licet omnia quæ facere bonus amicus & memor officij debet, si animo eius obuersatur spes, si lucri captator est, & hamum iacit, ut aues quæ laceratione corporum aluntur, lapsa morbo pecora, & casura è proximo speculantur, ita hic imminet morti, & circa cadauer uolat. Gratus animus ipsa uirtute propositi sui capitur.

CAP. XXI. Vis scire hoc ita esse, nec illum utilitate corrumpi? Duo sunt genera grati hominis. Dicitur gratus, qui aliquid pro eo quod acceperat, reddit. Hic fortasse ostentare se potest, habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gratus qui bono animo accepit beneficium, bono dedit. Hic intra conscientiam occlusus est. Quæ illi contingere potest utilitas ex affectu latenti? Atq; hic etiam si ultra facere nil potest, gratus est, Amat, debet, referre gratiam cupit. Quicquid ultra desideras, non ipsi deest. Artifex est etiam cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt, Nec minus canendi peritus, cuius uocem exaudiri fremitus obstrepentium non sinit. Volo referre gratiam, post hoc aliquid sup[illegible]st, non ut gratus, sed ut solutus sim. Sæpe enim et qui gratiã retulit, ingratus est, & [illegible] non retulit, gratus. Nam ut omnium aliarum uirtutum, ita huius ad animum tota [illegible]matio redit. Hic si in officio est, quicquid defuit, fortuna peccat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat. Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compressis manibus, uel etiam alligatis, quomodo gubernator etiam qui in sicco est, quia consumatæ scientiæ nihil deest, etiam si quid obstat quo minus se utatur, Ita gratus est, etiã qui uult tantum nec habet huius uoluntatis suæ ullum alium, quàm se testem. Imò amplius adijciam. Est aliquando gratus, etiam qui ingratus uidetur, quem mala interpres opinio in contrarium tradidit. Hic quid aliud sequitur, quàm ipsam cõscientiam, quæ etiam obruta delectat, quæ concioni ac famæ reclamat, & in se omnia reponit, & cum ingentem ex altera parte turbam contrà sentientium aspexit, non numerat suffragia, sed una sententia uincit? Si uerò bonã fidem perfidiæ supplicijs affici uidet, non descendit è fastigio,
CAP. XXII. sed supra pœnam suam consistit. Habeo, inquit, quod uolui, quod petij. Non pœnitet nec pœnitebit, nec ulla iniquitate me eò fortuna perducet, ut hanc uocẽ audiam, Quid mihi uoluit? quid mihi nunc prodest bona uolũtas? Prodest & in eculeo, prodest & in igne, qui si singulis membris admoueatur, & paulatim uiuũ corpus circumeat, licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet, placebit illi ignis, per quem bona fides collucebit. Nunc quoq; illud argumentum quamuis dictũ iam, reducatur. Quid est quare grati uelimus esse, cum morimur, quare singulorum perpendamus officia, quare id agamus in omnẽ uitam nostram memoria decernente, ne cuius officij uideamur obliti. Nihil iam supereſt, quò spes porrigatur, in illo tamen cardine positi, abire è rebus humanis quàm gratissimi uolumus. Est uidelicet magna in ipso opere merces rei, & ad alliciendas mentes hominum ingens honesti potẽtia, cuius pulchritudo animos circumfundit, & delinitos admiratione luminis ac fulgoris + sui rapit. At multa
aliter, ui s hinc cõmoda oriuntur. Et tutior est uita melioribus, atq; secundum bonorũ iudicium etiam securior, quã innocentia, quam grata mens prosequitur. Fuisset enim iniquissima rerum natura, si hoc tantũ bonum miserum, & anceps & sterile fecisset. Sed illud intuere, an ad istam uirtutem quæ sæpe tuto ac facili datur, etiam per saxa, & rupes, &
CAP. XXIII. feris ac serpentibus obsessum iter, fueris iturus. Non ideò per se non est expetendum, cui aliquid extra quoq; emolumenti adhæret. Ferè enim pulcherrima quæque multis & aduentitijs comitata sunt dotibus, sed illas trahunt, ipsa præcedunt. Num dubium est, quin hoc humani generis domicilijũ, circuitus solis ac lunæ uicibus suis temperet? quin alterius calore alantur corpora, terræ relaxentur, immodici humores comprimantur, alligantis omnia hyemis tristitia frangatur, alterius tepore efficaci & penetrabili rigetur maturitas frugum? quin ad huius cursum fœcunditas humana respondeat, quin ille annum obseruabilem fecerit circumactu suo, hæc mensem minoribus sphæræ spatijs flectens? Vt tamen detrahas ista, non erat ipse sol, idoneum oculis spectaculum, dignusq; adorari, si tantum præteriret? Non erat digna suspectu luna, etiam si ocioſum sydus transcurreret? Ipse mundus quoties per noctem ignes suos fudit, & tantum stellarum innumerabilium refulsit, quem non intentum in se teneat? Quis sibi illa tunc cũ miratur prodesse cogitat? Aspice ista tanto superne cœtu labentia, quemadmodum uelocitatem suam sub specie stantis, atq; immoti operis abscondant. Quan
6 tum ista nocte, quam tu in numerũ ac discrimen demũ obseruas, agitur? Quanta rerũ turba sub hoc silentio euoluitur? quantam fatorum seriem certus limes adducit? Ista quæ tu non aliter, quàm in decorem sparsa cõsideras, singula in opere sunt. Nec enim est, quod existimes septem sola discurrere, cætera hærere. Paucorum motus comprehendimus, innumerabiles uerò, longiusq; à conspectu nostro seducti dij, cedunt, redeuntq;. Et ex his qui oculos nostros patiuntur, plericq; obscuro gradu pergũt, & per occultum aguntur. Quid ergo non caperis tantæ molis aspectu, etiam si te nõ regat, non
CAP. XXIIII. custodiat, non foueat, generetq;, ac spiritu suo riget? Quemadmodum hæc cum primum usum habeant, & necessaria uitaliaq; sint, maiestas tamen eorum totam mentem occupat: ita omnis illa uirtus, & in primis grati animi, multum quidem præstat, sed non uult ob hoc diligi, amplius quiddam in se habet, nec satis ab eo intelligitur à quo inter utilia numeratur. Gratus est quia expedit, ergo & quantum expedit. Nõ recipit sordidum uirtus amatorem. Soluto ad illam sinu ueniendũ est. Ingratus hoc cogitat, Volebam gratiam referre, sed timeo impensas, timeo periculum, uereor offensam,

sam, Faciam potius, quod expedit. Non potest eadem ratio, & gratum facere, & ingratum. Vt diuersa illorũ opera, ita + inter diuersa proposita sunt. Ille ingratus est, quamuis non oporteat, quia expedit. Hic gratus est, quamuis non expediat, quia oportet. *al. inter se*

Propositum est nobis secundum rerum naturam uiuere, & deorum exemplũ sequi. Dij autem quodcunq; faciunt, in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur, nisi forte existimas illos fructum operum suorum ex fumo extorum, & thuris odore percipere. Vide quanta quotidie moliantur, quanta distribuant, quantis terras fructibus impleant, quàm oportunis & in omnes oras ferentibus uentis maria permoueant, quantis imbribus repente deiectis, solum molliant, uenasq; fontium arẽtes redintegrent, & infuso per occulta nutrimento renouent. Omnia ista sine mercede, sine ullo ad ipsos perueniente commodo faciunt. Hæc quoq; nostra ratio, si ab exemplari suo non aberrat, seruet, ne ad res honestas conducta ueniat. Pudeat ullum uenale esse beneficium. Gratuitos habemus deos. Si deos + quidem imitaris, da & ingratis beneficia. Nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. *CAP. XXV.*

Hoc loco interrogant, an uir bonus daturus sit beneficium ingrato, sciens ingratũ esse. Permitte mihi aliquid interloqui, ne interrogatione insidiosa capiamur. Duos ex constitutione stoica accipe ingratos. Alter ingratus, quia stultus est. Qui stultus, etiam malus est, qui malus est, nullo uitio caret. Ergo & ingratus est. Sic omnes malos dicimus, intemperantes, auaros, luxuriosos, malignos: non quia ista omnia singulis magna & nota uitia sint, sed quia esse possint, & sunt, etiamsi latent. Alter est ingratus, + quia uulgo dicitur, in hoc uitium natura pronus & propensus. Illi ingrato qui hac culpa non caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium uir bonus. Nulli enim dare poterit, si tales homines submouerit. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, & in hanc partem procubuit animo, nõ magis dabit beneficium, quàm captatori. Quis cocto*ri* pecuniam credet, aut depositum committet ei, qui iam pluribus abnegauit? Timidus dicitur aliquis, quia stultus est, & ob hoc quidem malos sequitur, quos indiscreta & uniuersa uitia circumstant. Dicitur timidus propriè natura, etiã ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia uitia habet, sed non in omnia natura pronus est. Alius in auaritiam, alius in luxuriam, alius in petulantiam inclinatur. *aliter, qui à* *Coctorem dixiße uidetur pro decoctore* *CA. XXVII.*

Itaq; errant illi, qui interrogant Stoicos, Quid ergo? Achilles timidus est? Quid ergo? Aristides, cui iustitia nomen dedit, iniustus est? Quid ergo? & Fabius, qui cunctando restituit rem, temerarius est? Quid ergo? Decius mortem timet? Mutius proditor est? Camillus desertor? Non hoc dicimus, sic omnia uitia esse in omnibus, quomodo in quibusdã singula eminẽt, sed malũ ac stultum nullo uitio uacare, nec audacẽ quidẽ timoris absoluimus, nec prodigũ quidem auaritia liberamus. Quomodo homo omnes sensus habet, nec ideò tamen omnes homines aciẽ habent Lynceo similem, sic qui stultus est, tam acria & concitata habet omnia, quàm quidam quædam. Omnia in omnibus uitia sunt, sed non omnia in singulis extant. Hunc natura ad auaritiã impellit, hic libidini, hic uino deditus est, aut si nondũ deditus, ita formatus, ut in hoc illum mores sui ferant. Itaq; ut ad propositũ reuertar, nemo non ingratus est, qui malus est. Habet enim omnia nequitiæ semina. Tamen propriè ingratus appellatur, qui ad hoc uitium uergit. Huic ergo beneficiũ nõ dabo. Quomodo male filiæ consulit, qui illam cõtumelioso & sæpe repudiato collocauit, quomodo malus paterfamiliãs habebitur, qui negociorum gestorũ damnato, patrimonij sui curã mandauerit, quomodo demen tissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum spoliatorem, sic pessime beneficia dare dicetur, quicunq; ingratos eligit, in quos peritura conferat. *Timoris absol uere.* *Damnati negot. gest. C. XXVII.*

Dij quoq;, inquit, multa ingratis tribuũt, sed illa bonis parauerant. Contingũt autem etiam malis, quia separari nõ possunt, Sanctius est autem prodesse etiã malis propter bonos, quàm bonis deesse propter malos. Ita, quæ refers, diem, solem, hyemis & tisq; cursus, & media ueris, autumniq; tempora, imbres, & fontium hauſtus, uentorũ staros flatus pro uniuersis inuenerunt, excerpere singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat, congiarium & indignis. Frumentum publicum tam fur quàm periurus et adulter accipiunt, & sine delectu morũ quisquis ciuis est: cũ aliquid est, quod tanq; 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciui, non tanquã bono datur, ex æquo boni ac mali ferunt. Deus quoq; quædã in uniuerium humano generi dedit, à quibus excluditur nemo. Nec eñ poterat fieri, ut uentus bonis utris secundus esset, contrarius malis. Commune aũt bonũ erat patere commercium maris, & regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex casuris imbribus dici, ne in malorum improborumq; rura defluerent. Quædam in medio ponuntur. Tam bonis q; malis cõduntur urbes. Monumenta ingeniorũ, & ad indignos peruentura publicauit æditio. Medicina et sceleratis opem ministrat. Compositiones remediorum salutariũ nemo suppresit, ne sanarentur indigni. In his exige censuram, & personarum æstimationem, quæ separatim tanquã digno dantur, non his quæ promiscuè turbã admittunt. Multum enim refert, utrum aliquẽ non excludas, an eligas. Ius fori omnibus dicitur, pace etiã homicidæ fruuntur, sua repetunt, etiã qui aliena rapuerunt. Percussores & domi ferrũ exercentes murus ab hoste defendit. Legum præsidio qui plurimum in illas peccauerunt proteguntur. Quædam non poterant cæteris contingere, nisi uniuersis darẽtur. Nõ est itaq; quod de istis disputes, ad quæ publice inuitati sumus. Illud quod iudicio meo ad aliquem peruenire debebat, ei quem ingratũ sciam,
CA.XXIX. non dabo. Ergo, inquit, nec consilium deliberanti dabis ingrato, nec aquam haurire permittes, nec uiam erranti monstrabis ingrato? An hæc quidem facies, sed nihil donabis? Distinguam istud, certè tentabo distinguere. Beneficium est opera utilis, sed non omnis opera utilis beneficium est. Quædam enim tam exigua sunt, ut beneficij nomen nõ occupent. Duæ res coire debent, quæ beneficium efficiant. Primũ rei
Coire magnitudo. Quædam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficiũ dixit, quadram panis, aut stipem æris abiecti, aut ignis accendendi factam potestatem? Interdum ista plus prosunt quàm maxima. Sed tamen utilitas sua illis, etiam ubi temporis necessitate facta sunt necessaria, detrahit pretium. Deinde quod potentissimum est oportet accedat, ut eius causa faciam, ad quem uolebam peruenire beneficium dignumq; eum iudicem, et libens id tribuam, percipiẽsq; ex munere meo gaudiũ. Quorum nihil est in istis, de quibus loquebamur. Non enim tanquã dignis illa tribuimus, sed negligenter tanquam parua, & non homini damus, sed humanitati.

CA.XXX. Aliquando daturum me etiam indignis quædam non negauerim, in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industrijs, sed nouis prætulit. Non sine ratione sacra est magnarum uirtutum memoria, et etiam plures bonos iuuat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res consulem fecit, nisi pater? Cinnam nuper quæ res ad consulatum recepit ex hostium castris? Quæ Sextum Pompeium, alios q; Pompeios, nisi unius uiri magnitudo? tanta quidẽ, ut satis alte omnes suos etiam ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium Persicum, cuius osculum etiam impediret uiri uota boni, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi, & Allobrogici, & illi trecenti qui hostium incursioni pro repub. unam domum obiecerant? Hæc debemus uirtutibus, ut non præsentes solum illas, sed etiã ablatas è conspectu colamus. Quomodo illæ id egerunt ut non in unam ætatem prodessent, sed beneficia sua etiam post ipsas relinquerent, ita & nos non una ætate grati sumus. Hic magnos uiros genuit, dignus est beneficijs, qualiscũq; est, dignos dedit. Hic egregijs maioribus ortus est, qualiscunq; est, sub umbra suorũ lateat. Vt loca sordida repercussu solis illustrantur, ita inertes maiorum suorum luce resplendeant.

CA.XXXI. Excusare hoc loco mi Liberalis deos uolo. Interdum enim solemus dicere, quid sibi uoluit prouidentia, quæ Arrhideũ regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri eius
alias, Caligulam Cæsarem. datum est, & fratri. Quare † Cæsarem orbi terrarum præfecit, hominem humani sanguinis auidissimũ, quem non aliter fluere in conspectu suo iubebat, quàm si ore excepturus esset? Quid ergo tu illi hoc datum existimas? patri eius Germanico datum, da
8 tum auo, proauoq; & ante hos alijs nõ minus claris uiris, etiam si priuati paresq; alijs uitam exegerunt. Quid tu cum Mamercum Scaurum Cos. faceres, ignorabas ancil-
9 larum suarum menstruum ore illum hiante exceptare. Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus uideri uolebat? Referam hoc dictum eius in se, quod circumferri memini, et ipso præsente laudari. Pollioni Annio iacẽti, obscœno uerbo usus, dixerat se facturum

se facturũ id quod pati malebat, & cũ Pollionis attractiorem uidisset frontẽ, quicquid inquit, mali dixi, mihi & capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat, Hominem tam palàm obscœnũ, ad fasces, & ad tribunal admisisti? Nempe dum ueterem illum Scaurus senatus principem cogitasset, indigne fert sobolem eius iacere.

CA.XXXII. Deos uerisimile est, ut alios indulgentius tractent, propter parentes auosq;, alios propter futuram nepotũ pronepotumq;, ac longe sequentiũ † posterã indolem. Nota est enim illis operis sui series, omnium illis rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est, nobis ex abdito subit. Et quæ repẽtina putamus, illis prouisa ueniũt ac familiaria. Sint hi reges, quia maiores eorum nõ fuerunt, quia pro summo imperio habuerunt iusticiam, abstinentiã, quia non rempub. sibi, sed se reipub. dicauerunt. Regnent hi, quia uir bonus quidã proauus eorum fuit. Animũ supra fortunã gesit, qui in dissensione ciuili, quoniam ita expediebat reipub. uinci quàm uincere maluit. Referre illi gratiã tam longo spacio non potuit. In illius respectum, iste populo præsideat, nõ quia scit aut potest, sed quia alius pro eo meruit. Hic corpore deformis est, aspectu fœdus, & ornamenta sua traducturus. Iam me homines accusabunt, cæcum & temerariũ dicent, nescientẽ quo loco, quæ summis ac excellentissimis debentur, ponã. At ego scio, alio me istud dare, alio olim debitũ soluere. Vnde isti norunt illum gloriæ sequentis fugacissimũ, eo uultu ad pericula euntẽ, quo alij ex periculo redeunt, nunquã bonũ suum à publico distinguentẽ? Vbi, inquis, iste, aut quis est? Vnde uos scitis? Apud me istæ expensorũ acceptorumq; rationes discunguntur. Ego quid cui debeam
aliter, rei priuatæ scio. alijs post longam diem repono, alijs in antecessum, aut prout occasio, & † reipub. meæ facultas tulit. Ingrato ego aliquando quædam, sed nõ propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis, utrũ gratus sit an ingratus? Expectabis donec scias, an dandi beneficij tempus non amittes? Expectare longum est. Nam (ut Plato ait) Difficilis humani animi coniectura est. Non expectare temerarium est, Huic respondebimus, nunquam expectare nos certissimã rerum comprehensionem, quoniã in arduo est ueri exploratio, sed eà ire, quà ducit ueri similitudo. Omne hac uia procedit officium. Sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos tollimus, cum omnium incertus sit euentus. Ad ea accedimus, de quibus bene sperandum esse credimus. Quis enim pollicetur serenti prouentum, nauiganti portum, militanti uictoriã, marito pudicam uxorem, patri pios liberos? Sequimur quà ratio, non quà ueritas trahit. Expecta, ut nisi bene cessura non facias, & nisi comperta ueritate nihil moueris, relicto omni actu uita consistit. Dum ueri similia me in hoc aut in illud impellant, non
C.XXXIII. uerebor beneficium dare ei quem uerisimile erit gratum esse.

Multa, inquit, interuenient propter quæ et malus pro bono surrepat, et bonus pro malo displiceat. Fallaces enim sunt rerum species, quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud inuenio, per quod cogitationẽ regam. His ueritas mihi uestigijs sequenda est. Certiora non habeo. Hæc ut quàm diligentissime æstimem operam dabo, nec cito illis assentiar. Sic enim in prælio potest accidere, ut telum meum in commilitonẽ manus dirigat, aliquo errore decepta, & hosti tanquã meo parcam. Sed hoc & raro accidet, & non uitio meo, cuius propositum est hostem ferire, ciuem defendere. Si sciam ingratum esse, non dabo beneficium. At obrepsit, at imposuit. Nulla hic culpa tribuentis est, quia tanquam grato dedi, Si promiseris, inquit, te daturũ beneficium, & postea ingratum esse scieris, dabis an non? Si facis sciens, peccas, das enim cui non debes dare: Si negas, & hoc modo peccas, quia non das ei, cui promisisti. Conscientia nostra hoc loco titubat, & illud superbum promissum, nunquam sapientẽ facti sui pœnitere, nec unquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus quæ erant, cum sumeret. Ideò nunquam illum pœnitentia subijt, quia nihil melius illo tempore fieri potuit, quàm quod factũ est, nihil melius constitui, quàm quod cõstitutum est. Cæterum ad omnia cum exceptione uenit, si nihil inciderit quod impediat: ideò omnia illi succedere dicimus, & nihil contra opinionem accidere, quia præsumit animo posse aliquid interuenire, quod destinata prohibeat. Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere. Sapiens autem utranq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

partem eius cogitat. Scit quantū liceat errori, quàm incerta sint humana, quàm multa
Forte, aggreditur. consilijs obstent. Ancipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur, cōsilijs certis incertos euentus. Exceptio autem, sine qua nihil destinat, nihil† ingreditur, & hic illum tuetur, Promisi beneficium, nisi si quid incidisset, quare non deberem dare.
C. XXXV Quid enim si quod illi pollicitus sum, patria sibi me dare iusserit? Si lex lata erit, ne id quisquam faciat, quod ego me amico meo facturum promiseram. Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti. Nō est mihi cum extraneo connubiū. Eadem res me defendit, quæ uetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiæ crimen audiam, si cū omnia eadem sint, quæ erant promittente me, non præstitero promissum.
Forte, meam fidem. Alioquin quicquid mutatur, libertatem facit de integro cōsulendi, &† me fide liberat.
In rem præsentem. Promisi aduocationem, postea apparuit per illam causam præiudicium in patrē meum quæri. Promisi me peregre unà exiturū, sed iter infestari latrocinijs nunciatur. In rem
12 præsentem uenturus fui, sed æger filius, & puerpera uxor tenet. Omnia esse debent eadem quæ fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Quæ autem maior fieri mutatio potest, quàm si te malum uirum & ingratum comperi? Quod tanquam digno dabam, indigno negabo, & irascendi quoq; causam habebo deceptus.
C. XXXVI. Inspiciam tamen, & quantum sit de quo agitur. Dabit mihi consilium promissæ rei modus. Si exiguum est, dabo, non quia dignus es, sed quia promisi. Nec tanquam munus dabo, sed uerba mea redimam, & aurem mihi peruellam. Damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris, quod dicere solemus, † Ignarium dabo. Si maius erit, nō committam (quemadmodum Mecœnas ait) ut sextertio centies obiurgatus sim. † Interesse enim utrunq; cōparabo. Est aliquid in eo quod promiseris perseuerare, est rursus multum in eo, ne indigno beneficium des. Hoc tamen quantum est attendendum. Si leue, conniueamus, Si uerò magno mihi aut detrimento, aut rubori futurum, malo semel excusare, quare negauerim, q̄ſ
13 semper, quare dederim. Totū, inquā, in eo est, quanti promisi mei uerba taxentur. Nō
14 tantū quod temerè promisi retinebo, sed quod nō rectè dedi repetam. Demens est qui
C. XXXVII. præstat errori. Philippus Macedonum rex habebat militem manu fortē, cuius in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex præda aliquid illi uirtutis causa donauerat, & hominem uenalis animæ crebris autoramentis accēdebat. Hic naufragus in possessiones cuiusdam Macedonis expulsus est. Quod ut Macedoni illi nunciatum est, accurrit, spiritum eius recollegit, in uillam illam suam transtulit, lectulo suo cessit, affectum semianimem q̄ recreauit, diebus triginta impensa sua curauit, refecit, uiatico instruxit, subinde dicentem, Gratiam tibi referam, uidere tantū mihi Imperatorem meum contingat. Narrauit Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, & protinus petijt, ut sibi prædia cuiusdam donaret. Ille quidē erat hospes eius, is ipse, à quo receptus, à quo sanatus. Multa interim reges, in bello præsertim, opertis oculis donant. Non sufficit homo iustus tot armatis cupiditatibus. Non potest quisq; eodem tempore, & bonum uirum, et bonum ducem agere. Quomodo tot milia hominū insatiabilia satiabuntur? Quid habebunt, si suū quisq; habuerit? Hoc Philippus sibi dixit, cum illum induci in bona quæ petebat iussit. Expulsis bonis suis ille, non ut rusticus iniuriam tacitus tulit, contentus quod non & ipse donatus esset, sed Philippo epistolā strictam, ac liberam scripsit: qua accepta ita exarsit, ut statim Pausaniæ mandaret, ut bona priori domino restitueret. Cæterum improbissimo militi, ingratissimo hospiti, auidissimo naufrago, stigmata inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui nō inscriberentur illæ literæ, sed insculperentur, qui hospitem suū nudo & naufrago similē in id in quo iacuerat ipse littus expulerat. Sed uidebimus quis modus pœnæ seruandus fuerit. Auferendum utiq; fuit, quod summo scelere inuaserat.
al. propter quod Quis autem pœna eius moueretur, qui id commiserat, † pro quo nemo misereri misericors posset?
C. XXXVIII Dabit tibi Philippus quia promisit, etiam si non debet, etiam si iniuriam facturus, etiam si scelus facturus est, etiam si uno facto præclusurus est naufragijs littora? Non est leuitas à cognito & damnato errore discedere, & ingenue fatendum est. Aliud putaui, deceptus sum. Hæc uerò superbiæ stultitiæ perseuerantia est, quod

quod semel dixi, qualecunq; est, fixum ratumq; sit. Non est turpe cum re mutare cōsilium. Age si Philippus possessorem illum eorum littorum reliquisset, quæ naufragio ceperat, nonne omnibus miseris aqua & igni interdixerat? Potius est, inquit, intra fines regni mei, te literas istas oculis inscribēdas, durissima fronte circumferre. Ostende quàm sacra res sit mensa hospitalis. Præbe in facie tua legendum illud decretum, quo cauetur, ne miseros tecto iuuare capitale sit. Magis ista constitutio sic erit rata, quàm si illam in æs incidissem.
C. XXXIX. Quare ergo, inquit, Zeno noster, cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset, & ipse illum parum idoneum comperisset, amicis suadentibus ne daret, perseuerauit credere, quia promiserat? Primum alia conditio est in credito, alia in beneficio. Pecuniæ etiam male creditæ exactio est. Et appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram: beneficium & totum perit, et statim. Præterea hoc mali uiri est, illud mali patrisfamiliæ. Deinde ne Zeno quidem, si maior fuisset summa, credere perseuerasset. Quingenti denarij sunt, illud (quod dici solet) in morbo consumat, fuit tanti non reuocare promissum suum. Ad cœnam quia promisi ibo, etiam si frigus erit, non quidem si niues cadent. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamuis non concoxerim, sed non si febricitauero. Sponsum descendam quia promisi, sed non
15 *Febricitare.* si spondere in incertum iubebis, si fisco obligabis, Subest, inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo. Si hæc ita erunt, effice, ut idem status sit, cum exigitur, qui fuit cum promitterem. Destituere leuitas non erit, si aliquid interuenit noui. Quid miraris cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia præsta, & idem sum. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem uis maior excusat.
CAP. XL. Idem etiam illa in quæstione responsum existima, an omnimodo referenda sit gratia, & an beneficium † utiq; reddendum sit. Animum præstare gratum debeo, cæterū aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas, aliquando felicitas eius cui debeo. Quid enim regi, quid pauperi, quid diuiti reddam? Vtiq; cum quidam recipere beneficium iniuriam iudicent, & beneficia subinde alijs beneficijs onerent? Quid amplius in horum personam possum quàm uelle? Nec enim ideò beneficium nouum reijcere debeo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter, quàm dabitur, & præbebo me amico meo exercendæ bonitatis suæ capacem materiam. Qui noua accipere non uult, acceptis offenditur. Non refero gratiam. Quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio mihi deest, aut facultas. Ille præstitit mihi, nempe cum occasionem haberet, cum facultatem. Vtrum bonus uir est, an malus? Apud bonū uirum, bonam causam habeo, apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, ut referre
16 gratiam, etiam inuitis his quibus refertur, properemus, & instemus cedentibus. Non est referre gratiam, quod uolens acceperis nolenti reddere. Quidam cum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestiue remittunt, & nihil se debere testantur. Resciendi genus est protinus aliud inuicem mittere, & munus munere expungere. Aliquando & non reddam beneficium cum possim, quando plus mihi detracturus ero, quàm illi collaturus, si ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo, quo reddito mihi multum abscessurum erit. Qui festinat utiq; reddere, non habet animum grati hominis, sed debitoris. Et ut breuiter dicam, qui nimis cito cupit soluere, inuitus debet, qui inuitus debet, ingratus est.

Quarti libri de beneficijs finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM QVARTVM.

CAPVT IIII.

1 *Prædicantium uota, &c. Quidam codex habebat, peccantium, duo, uoces pro uota, nec dubium, quin præcantium sit legendum, quod habebat codex uetustissimus. Sed adhuc uidetur una dictiuncula deesse, sors, aut fortuna. Vti hunc in modum legamus, Vota facientibus, fortuna, priuata gerit, ac publica. Quanquam omissa hac uoce tolerabilis est lectio, si pro geri, legamus gerit, ut in hominis personam transferatur, mundi gubernatio. Nam Seneca multus est, in mutandis personis, interim durus ac subitus, et hinc interdum obscurior. In uetustissimo codice, in spacio quod uersus dirimit, asscriptum erat, sed eadem manu, non attendit, non gerit, ita, publica priuataq; non attendit.*

CAPVT IX.

2 *Arenis committant. Hic quidam adiecerat, pro fructu est, quod à spacio in contextum translatum constat. Alius adiecerat, quod si uerum est, nostram &c. Hunc fefellit mutata persona. Non enim hæc dicuntur à Seneca, sed ab eo qui putat in beneficio conferendo spectandam utilitatem.*

CAPVT XVIII.

3 *Illum obnoxio quolibet ualidus, &c. Vnus codex manu scriptus habebat, cæteris obnoxium, alter non habebat quolibet: hinc germanam scripturam coniectauimus, illum cæteris obnoxium, ualidissimum facerent. Sentit enim hominem ut inermem, cæteris omnibus expositum iniurijs, sola ratione & societate tutum esse.*

4 *Si seduceretur, rerum potitur. Hæc duo uerba, rerum potitur, desiderabantur, ea restituimus ex fide duorũ exemplariorum, quorum alterum misit Anglia, alterum suppeditauit Basilea, ne quis suspicetur à nobis adicta.*

CAPVT XXII.

5 *Ac multa hinc commoda oriuntur, et tutior est uita melioribus, amatq;, & secundum bonorum iudicium, et sic securior. Sic habebat æditio prior, quam nemo dubitat esse mendosam. Itaq; quum non suffragarentur exemplaria, germanam, ni fallor, lectionem ita restituimus. At multa hinc commoda oriuntur: & tutior est uita melioribus, atq; secundum bonorum iudicium, etiam securior. At, enim conuenit obijcienti ex aduerso. Et tutior, est respondentis idẽ accidere in omni genere uirtutis. Securior autem refertur ad, tutior. Potest enim esse tuta uita quæ non sit secura. Porrò boni magis spectant securum quàm tutum, eo spectat quod addit, secundum bonorum iudicium. Securitas enim non nascitur nisi ex bona conscientia.*

CAP. XXIII.

6 *Quantum ista nocte, quantum in numerum ac discrimen demum obseruas. Igitur quanta &c. Sic habebat superior æditio, Omnes codices descripti, pro igitur habebant agitur, & recte, dierum pro demum non recte. Restituimus hunc in modum, Quantum ista nocte, quam tu in numerum ac discrimen demum obseruas, agitur? Quanta rerum &c. Demum dixit pro tantum. Sensus est, Tu tantum obseruas numerum ac discrimen stellarum noctu lucentium, quid agant non attendis.*

CAP. XXVIII.

7 *Rex honores dignis dat, donatio imperatoris est, congiarium & indignis &c. Aliquis exposuit congiarium, donatio est imperatoris. Ea uerba è spacio translata sunt in textum. Nos ex fide ueterum exemplariorũ resecuimus.*

CAP. XXXI

8 *Scaurum heroa. Vetustissimi codices habebant, Cos. pro consulem, uocem heroa ut notham sustulimus.*

Ore illum hiante expectare. Refragantibus licet exemplaribus reposuimus, exceptare.

9 CAP. XXXII.

Deos uerisimile est. Consentiebant exemplaria. At sermo est imperfectus, ni repetas ex superioribus, cogitare,

10 *aut indigne ferre.*

Rationes disponuntur. Codex manu descriptus, & alter uetustissimus habebat dispunguntur. Loquitur enim

11 *de soluendo quod debetur. Magis autem mihi placet, rei priuatæ meæ quàm reipublicæ. Iam enim ad hominis personam redijt.*

CAP. XXXV.

Vt promittentis fidem teneam. In uetustissimis exemplaribus erat, teneas. Dicitur autem ab eo qui promisit, ad

12 *illũ cui promissio facta est. Ille tenet fidẽ tuã, qui te habet obligatũ.* CA. XXXVI.

Quando promisi mea. Hoc habebat superior æditio. Vnum exemplar habebat promissi. Longobardicum uetu-

13 *stissimum, quanti promissi mei, quæ germana est lectio.*

Non tantum quod temerè promisi. &c. Vnus codex habebat, Si magnum est, non tantum quod temerè, &c.

CAP. XXXIX.

14 *Ad sponsum descendam. Sic habebant exemplaria cætera, Vnum miræ uetustatis, Longobardicis literis scrip-*

15 *tum habebat, Sponsum descendam, id est, descendam ad sponsionem.*

CAP. XL.

16 *Refert utrum bonus &c. In duobus peruetustis exemplaribus non erat refert, nec congruit huic loco, alioqui dẽcendum erat, utrum sit.*

Reijciendi sunt pignus est, &c. Consentiunt cæteri codices in mendo, sed Longobardicus subuenit, in quo erat,

17 *Reijciendi genus est &c. Et mox pro accessurum erit, habebat abscessurum. Id moneo ne quis ut à nobis diuinatum contemnat.*

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS, LIBER QVINTVS.

IN prioribus libris uidebar consummasse propositũ, cum tractassem quemadmodũ dandum esset beneficiũ, & quemadmodũ accipiendum. Hij enim sunt huius officij fines. Quicquid ultra moror, nõ seruio materiæ, sed indulgeo, quæ quò ducit sequendum est, nõ quò inuitat. Subinde enim nascetur, quod lacessat aliqua dulcedine animũ, magis non superuacuũ quàm necessariũ. Verũ quia ita uis, perseueremus, peractis quæ rem cõtinebant, scrutari etiã ea, quæ sunt his cõnexa, uerũ non cohærentia, quæ quisquis diligenter inspicit, nec facit operæprecium, nec tamen perdit operam. Tibi autẽ hominum natura optimo, & ad beneficia propenso Liberalis Ebuti, nulla eorũ laudatio satisfacit. Neminem unq; uidi tam benignũ, etiam leuissimorum officiorũ æstimatorẽ. Iam bonitas tua eo usq; prolapsa est, ut tibi dari putes beneficiũ, quod ulli datur. Paratus es, ne quem beneficij pœniteat, pro ingratis dependere, Ipse usq; eò abes ab omni iactatione, usq; eò statim exonerare cupis quos obligas, ut quicquid in aliquem confers, uelis uideri non præstare, sed reddere. Ideoq; plenius ad te sic data reuertuntur. Nam ferè sequuntur beneficia non reposcentẽ, et ut gloria fugientes magis ac magis sequitur, ita fructus beneficiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingratis licet. Per te uerò non est mora, quò minus beneficia qui acceperunt, ultro repetant, nec recusabis conferre alia, & suppressis dissimulatisq; plura ac maiora adijcere. Propositũ optimi uiri, & ingentis animi est, tam diu ferre ingratum, donec fecẽris gratum. Nec te ista ratio decipit. Succumbunt uitia uirtutibus, si illa concito odisse properaueris. CAP. I.

Illud utiq; unice tibi placet, uelut magnifice dictũ, Turpe est beneficijs uinci, quod an sit uerũ, non immerito quæri solet, longeq; aliud est, quàm mente concipis. Nunquam enim in rerum honestarũ certamine superari turpe est, dũmodo arma non proijcias, & uictus quoq; uelis uincere. Nõ omnes ad bonum propositũ easdem afferunt uires, easdem facultates, eãdem fortunã, quæ optimorum quoq; consiliorũ duntaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens laudanda est, etiam si illam alius gradu uelociori antecessit: nõ ut in certaminibus ad spectaculum æditis meliorem palma declarat, quanquam in illis quoq; sæpe deteriorem prætulit casus. Vbi de officio agitur, quod uterq; à sua parte esse quàm plenissimum cupit, si alter plus potuit, & ad manum habuit materiam sufficientem animo suo, si illi, quãtum conatus est, fortuna permisit, alter autem uoluntate par est, etiã si minora quàm accepit reddidit, aut omnia non reddidit, sed uult reddere ex toto, in hoc intentus est animo, non magis uictus est, tanquã qui in armis moritur, quem occidere facilius hostis potuit, quàm auertere. Quod turpe existimas, id accidere uiro bono non potest, ut uincatur. Nunquam enim succumbet, nunquam renunciabit, ad ultimum usq; diem uitæ stabit paratus, & in hac statione morietur, magna se accepisse præ se ferens, paria uoluisse. CAP. II.

Lacedæmonij uetant suos pancratio aut cestu decernere, ubi inferiorem ostẽdit uicti confessio. Cursor metam prior contingit, uelocitate illum, non animo antecessit. Luctator ter abiectus perdidit palmam, non tradidit. Cum inuictos esse Lacedæmonij ciues suos magno æstimarent, ab his certaminibus remouerunt, in quibus uictorẽ facit non iudex, non per se ipse exitus, sed uox cedẽtis, & tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt, uirtus ac bona uoluntas omnibus præstat, ne unquam uincantur, quoniamquidem etiam inter superantia animus inuictus est. Ideò nemo ccc. Fabios uictos dicit, sed occisos. Et Regulus captus est à Pœnis, non uictus, & quisquis alius sæuientis fortunæ ui ac pondere oppressus, non submittit animum. In beneficijs idem est. Plura aliquis accepit, maiora, frequentiora, non tamen uictus est. Beneficia fortasse beneficijs uicta sunt, si inter se data & accepta computes. Si dantem et accipientem comparaueris, quorum animi & per se æstimãdi sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, ut etiam cum alter multis uulneribus cõfossus est, alter leuiter quidem saucius pares exisse dicantur, quamuis alter uideatur inferior. CAP. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII. Ergo nemo uinci potest beneficijs. Scit debere, si uult referre, si quod rebus non potest, animo æquat. Hic quamdiu in hoc permanet, quamdiu tenet uolũtatem, gratum animũ signis approbat. Quid interest ab utra parte munuscula plura numerentur? Tu multa dare potes, at ego tantum accipere possum. Tecum stat fortuna, mecũ bona uoluntas. Tamen tam par tibi sum, quàm multis armatissimis nudi, aut leuiter armati. Nemo itaq; beneficijs uincitur, quia tam gratus est quisq;, quàm uoluit. Nam si turpe est beneficijs uinci, non oportet à præpotentibus uiris accipere beneficiũ, quibus gratiam referre non possis. A principibus dico, à regibus, quos eo loco fortuna posuit, ex quo largiri multa possent, pauca admodum & imparia datis accepturi. Reges & principes dixi, quibus tamen potest opera nauari, & quorum illa excellens potentia per animorum consensum ministeriumq; constat. Sunt quidam extra omnem subducti cupiditatem, qui uix ullis humanis deliderijs continguntur, quibus nihil potest præstare fortuna. Necesse est à Socrate uincar beneficijs. Necesse est à Diogene, qui per medias Macedonum gazas nudus incessit, calcatis regijs opibus. Nónne ille tũc merito & sibi & cæteris quibus ad dispiciendam ueritatem non erat obfusa caligo, supra eum eminere uisus est, infra quem omnia iacebant? Multo potentior, multo locupletior fuit, omnia tunc possidente Alexãdro. Plus enim erat, quod hic nollet accipere, quàm quod ille posset dare.

CAP. V. Non est turpe ab his uinci. Neq; enim minus fortis sum, si cum inuulnerabili meho ste cõmittis, nec ideo ignis minus urere potest, si in materiã incidit inuiolabilem flammis, nec ideo ferrum secandi uim perdidit, si non recipiens ictũ lapis solidus, inuictusq; aduersus dura naturæ diuidendus est. Idem tibi de homine grato respondeo. Non turpiter uincitur beneficijs, si ab his obligatus, est, apud quos aut fortunæ magnitudo, aut eximia uirtus aditum redituris ad se beneficijs clausit. A parentibus ferè uincimur. Nam tam diu illos odio habemus, quamdiu graues iudicamus, & quamdiu beneficia illorũ non intelligimus. Cum iam ætas aliquid prudentiæ collegit, & apparere cœpit, propter illa ipsa eos amari à nobis debere, propter quæ non amabãtur, admonitiones, se ueritatem, & inconsultæ adolescentiæ diligentem custodiã, rapiuntur à nobis. Paucos usq; ad uerum fructum à liberis percipiendum perduxit ætas. Cæteri liberos onere senserunt. Non est tamen turpe uinci beneficijs à parente. Quid ni non sit turpe, cũ à nullo turpe sit? Quibusdam enim & pares & impares sumus. Pares animo, quem solum illi exigũt, quem nos solum promittimus: impares fortuna, quæ sicui obstitit quominus referret gratiam, non ideo illi tanquam uicto erubescendum est. Non est turpe non assequi, dummodo sequaris. Sæpe necesse est ante alia beneficia petamus, quàm priora reddidimus. Nec ideo non petimus, aut turpiter petimus, quia nõ reddituri debebimus. Quia non per nos erit mora, quo minus gratissimi simus, sed interueniet aliquid extrinsecus, quod prohibeat. Nos tamen nec uincemur animo, nec turpiter his rebus superabimur, quæ non sunt in nostra potestate.

CAP. VI. Alexander Macedonum rex gloriari solebat, à nullo se beneficijs uictum. Non est quod nimius animis Macedonas, & Græcos, & Caras, & Persas, et nationes districtas sine exercitu suspiciat, ne hoc sibi præstitisse regnum, à Thraciæ angulo porrectum usque ad littus incogniti maris, iudicet. Eadem re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes, à quo uictus est. Quid ni uictus sit illo die, quo homo supra mensurã humanæ superbiæ tumens, uidit aliquem, cui nec dare quicquam posset, nec eripere? Archelaus rex Socratem rogauit, ut ad se ueniret: dixisse Socrates traditur, Nolle se ad eum uenire à quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset. Primum in ipsius potestate erat non accipere. Deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus, & id dabat quod utiq; ille non erat Socrati redditurus. Etiamnum, Archelaus daturus erat aurum & argentum, recepturus contemptum auri & argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam? Et quid tantum erat acceptur us, quantum dabat, si ostendisset hominem uitæ ac mortis peritum, utriusq; fines tenentem? Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset, usque eò eius ignarum, ut quo die solis defectio fuit, regiam clauderet, & filium (quod in luctu ac rebus aduersis moris

moris est) tonderet? Quantum fuisset beneficium, si timentem è latebris suis extraxisset, & bonum animũ habere iussisset, dicens: Non est ista solis defectio, sed duorũ syderum coitus, cum luna humiliore currens uia, infra ipsum solem, orbem suũ posuit, & illum obiectu sui abscõdit: quæ modo partes eius exiguas, si in transcursu strinxit, obducit: modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit: modo excluſit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasq; media successit. Sed iam ista sydera, huc & illò diducet uelocitas sua, iam recipient diem terræ, & hic ibit ordo per secula, dispositosq; ac prædictos dies habent, quibus sol intercursu lunæ uetetur omnes radios effundere. Paulum expecta, iam emerget, iam istam uelut nubem relinquet, iam exolutus impedimentis, lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao ferre non posset? Si illum † docuisset regnare, parum scilicet magnum beneficium à Socrate accipiebat, si ullum dare potuisset Socrati? Quare ergo hoc Socrates dixit? Vt facetus, & cuius per figuras sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi † uafre negare, quàm contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere, cui non posset paria reddere. Timuit fortasse, ne cogeretur accipere quæ nollet. Timuit ne quid indignum Socrate acciperet. Dicet aliquis, negasset, si nollet. Sed instigasset in se regem insolentem, & omnia sua magno æstimari uolentem. Nihil ad rem pertinet utrum dare aliquid regi nolis, an accipere à rege. In æquo utranq; ponit repulsam. Et superbo fastidiri acerbius est, quàm non timeri. Vis scire quid uere noluerit? Noluit ire ad uoluntariam seruitutem is, cuius libertatem ciuitas libera ferre non potuit.

al. uetuisset.

al. nasute, al. mansuete.

CAP. VII. Satis (ut existimo) hanc partem tractauimus, an turpe esset beneficijs uinci, quod qui quærit, scit non solere homines sibijpsis beneficium dare, manifestum enim fuisset, non esse turpe à seipso uinci. Atqui apud Stoicos quosdam, & de hoc ambigitur, an possit aliquis sibi beneficium dare, an debeat referre sibi gratiam: quod ut uideretur quærẽdum, illa fecerunt, Solemus dicere, gratias mihi ago, & de nullo quæri possum alio quàm de me: Ego mihi irascor, & ego à me pœnas exigam, & odi me. Multa præterea huiusmodi, per quæ unusquisq; de se tanquam de altero loquitur. Si nocere, inquit, mihi possum, quare non & beneficia mihi dare possum? Præter ea quæ si in alium contulissem, beneficia uocarentur, quare si in me contuli non sint? Quod si ab altero accepissem, deberem, quare si mihi ipse dedi, non debeam? Quare sim aduersus me ingratus, quod non minus turpe est, quàm in se sordidum esse, & in se durum ac sæuum, & sui negligentem? Tam alieni corporis leno male audit, quàm sui. Nempe reprehenditur assentator, et aliena subsequens uerba, paratus ad falsa laudator: non minus placens sibi, & se suspiciens, & ut ita dicam, assentator suus. Vita non tantum cum foris peccant inuisa sunt, sed cum in se retorquentur. Quem magis admiraberis, quàm qui imperat sibi, quàm qui se habet in potestate? Gentes facilius est barbaras impatientesq; alieni arbitrij regere, quàm animum suum continere & tradere sibi. Plato, inquit, agit Socrati gratias, quod ab illo didicit, quare Socrates non agat, quod ipse se docuit. M. Cato ait, Quod tibi deerit, à teipso mutuare. Quare donare mihi non possum, si commodare possum? Innumerabilia sunt, in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus. Sine tu, loquar mecum, & ego mihi aurem peruellam. Quæ si uera sunt, quemadmodum aliquis sibi irasci debet, sic & gratias agere, quomodo obiurgare se, sic & laudare, quomodo damno sibi esse, sic & lucro potest. Iniuria & beneficium contraria sunt. Si de aliquo dicimus, iniuriam sibi fecit: poterimus dicere, & beneficium sibi dedit. Natura sibi dedit. Natura prius est, ut quis debeat, deinde ut gratiam referat. Debitor non est sine creditore, non magis quàm maritus sine uxore, aut sine filio pater.

αὐτοκόλαξ.

Aurẽ uellere.

CAP. VIII. Aliquis dare debet, ut aliquis accipiat. Non est dare, nec recipere, in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quamuis corpus suum moueat & transferat, quomodo nemo quamuis pro se dixerit, affuisse sibi dicitur, nec statuam sibi tanquam patrono ponit, quomodo si æger cum cura sua conualuit, mercedem à se non exigit: sic in omni negocio, etiam cum aliquis probe fecerit, non tamen debebit referre gratiam sibi, quia non habebit, cui referat. Vt concedam aliquem dare sibi beneficium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domi. beneficium, dum dat, & recipit. Vt concedam aliquem à se accípere beneficium, dum
lusorum nomē. accipit, reddit. Domi (quod aiunt) uersura fit, & uelut lusorium nomen statim transit. Neque enim alius dat quàm qui accipit, sed unus atq; idem. Hoc uerbum debere, non habet nisi inter duos locum. Quomodo ergo in uno cõsistit, qui se obligando liberat? Vt in orbe ac pila, nihil est imum, nihil summum, nihil extremum, nihil primum quia motu ordo mutatur, & quæ sequebantur præcedunt, & quæ occidebant oriuntur, omnia quomodocunq; ierint, in idem reuertuntur: ita in homine existima fieri, cum illum in multa mutaueris, unus est. Cæcidit se, iniuriarum cum quo agat, non habet. Aligauit & clausit, de ui non tenetur. Beneficium sibi dedit, protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quicquid illi auellitur, ad illam redit: nec perire quicquam potest, quod quò excedat non habet, sed eodem reuoluitur, unde discedit. Quid simile, inquit, habet hoc exemplum, huic propositæ quæstioni? Dicam. Puta te ingratum esse, non peribit beneficiũ, habet illud, qui dedit. Puta te recípere nolle, apud te est, antequam redditur. Non potes quicquam amittere. Quia quod detrahitur, nihilominus tibi acquiritur. Intra teipsum orbis agitur, accípiendo das, dando accípis.

CAP. IX. Beneficium inquit, sibi dare oportet, ergo & referre gratiam oportet. Primum illud falsum est, ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat, sed naturæ suæ paret, à qua ad charitatem sui compositus est, unde illi summa cura est nocitura uitãdi, profutura appetendi. Itaq; nec liberalis est, qui sibi donat, nec clemẽs, qui sibi ignoscit, nec misericors, qui malis suis tangitur. Quod aliis præstare liberalitas est, clemẽtia, misericordia, sibi prestare natura est. Beneficium res uoluntaria est, at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. Quis unquã laudatus est, quod sibiipsi fuisset auxilio? quod se eripuisset latronibus? Nemo sibi beneficium dat, non magis quàm hospitium. Nemo sibi donat, nõ magis quàm credit. Si dat sibi quis-
al. Inire. que beneficium, semper dat, sine intermissione dat. † Inuenire beneficiorum suorum non potest numerum. Quando ergo gratiam referet, cum per hoc ipsum, quo gratiam referret, beneficium det? Quomodo enim discernere poteris utrum det sibi beneficiũ an reddat, cum intra eundem hominem res geratur? Liberaui me periculo, beneficiũ
al. Demum. mihi dedi. Iterum me periculo libero, do beneficium an reddo? † Deinde ut primũ illud concedam dare nos beneficium nobis, quod sequitur non concedam. Nam etiam si damus nõ debemus. Quare? quia statim recipimus. Accipere beneficium nos oportet, deinde debere, deinde referre. Debendi locus non est, quia sine ulla mora recipimus. Dat nemo nisi alteri. Debet nemo nisi alteri. Reddit nemo nisi alteri. Id intra unum non potest fieri, quod toties duos exigit.

CAP. X. Beneficium est præstitisse aliquid utiliter. Verbũ autem præstitisse ad alios spectat. Nunquid non demens uidebitur, qui aliquid uendidisse sibi se dicet? quia uenditio alienatio est, & rei suæ, iuriscp; sui in alium translatio. Atqui quemadmodum uendere, sic dare aliquid, à se dimittere est, & id quod tenueris, habendum alteri tradere. Quod si est beneficium, nemo sibi dedit, quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in uno coëunt, ut idem sit dare, & accipere. Sed etiamnum multum interest, inter dare, & accípere. Quid ni? cum ex diuerso ista uerba posita sunt. Atqui si quis sibi beneficiũ dat, nihil interest inter dare & accipere. Pauloante dicebam quædam ad alios pertinere, & sic esse formata, ut tota significatio illorum discedat à nobis. Frater sum alterius. Nemo
CAP. XI. est enim suus frater. Par sum, sed alicui. Quis est enim par sibi? Quod comparatur, sine altero non intelligitur, quod iungitur, sine altero non est. Sic & quod datur, sine altero non est, & beneficium sine altero nõ est. Idem ipso uocabulo apparet, in quo hoc continetur benefecisse. Nemo autem sibi benefacit, non magis quàm sibi fauet, quàm suarum partium est. Diutius hoc & pluribus exemplis licet prosequi. Quid, cum inter ea sit habendum beneficium, quæ secundam personam desiderant? Quædam cum sint honesta, pulcherrima, summæ uirtutis, nisi cum altero non habent locum. Laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi fidem præstitisse?

Venio nunc ad ultimam partem. Qui gratiam refert, aliquid debet impẽdere, sicut qui soluit

qui soluit pecuniam. Nihil autem impendit, qui gratiam sibi refert, non magis quàm consequitur, qui beneficium à se accepit. Beneficium & gratiæ relatio ultro citroq; ire debent. Intra unum hominem non est uicissitudo. Qui ergo gratiam refert, inuicem prodest ei, à quo consecutus est aliquid. Qui sibi gratiã refert, cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relationem gratiæ, alio beneficium cogitat? Qui gratiam refert, sibi prodest. Et quis unquam ingratus hoc noluit facere? imò quis non ingratus fuit, ut hoc faceret? Si gratias, inquit, nobis agere debemus, & gratiam referre debemus. Dicimus autem, ago gratias mihi, quod illam uxorem nolui ducere, & cum illo non contraxi societatem. Cum hoc dicimus, laudamus nos, & ut factum nostrum comprobemus, gratias agentium uerbis abutimur. Beneficium est, quod potest, & cum datum est, non reddi. Qui sibi beneficium dat, non potest non recípere, quod dedit. Ergo non est beneficium. Alio tempore beneficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile, & suspiciendum, quod alteri ut aliquis prodesset, utilitatis interim suæ oblitus est, quod alteri dedit ablaturus sibi. Hoc non facit, qui beneficium sibi dat. Beneficium dare socialis res est, aliquem conciliat, aliquem obligat: sibi dare, non est socialis res, neminem conciliat, neminem obligat, neminem in spem inducit, ut dicat, Hic homo colendus est, illi beneficium dedi, dabit & mihi. Beneficium est, quod quis non sua causa dat, sed eius cui dat. Is qui sibi beneficium dat, sua causa dat. Non est ergo beneficium.

Videor tibi iam illud quod in principio dixeram mentitus? Dicis me abesse ab eo, CAP. XII.
qui operæpreciũ facit, imò totam operam bona fide perdere. Expecta etiam, hoc uerius dices, simul ac te ad has latebras perduxero, à quibus cum euaseris, nihil amplius assecutus eris, quàm ut eas difficultates effugias, in quas licuit non descendere. Quid enim boni est, nodos operose soluere, quos ipse ut solueres feceris? Sed quemadmodũ quædam in oblectamentum aciocum, sic alligantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit: quæ ille, qui implicuit sine ullo negocio separat, quia commissuras eorũ & moras nouit, nihilominus illa habent aliquam uoluptatem: tentant enim acumen animorum, & intentionem excitant: ita hæc quæ uidentur callida & insidiosa, securitatẽ, torporem, ac segniciem, ingenijs auferunt, quibus modo campus in quo uagentur, sternendus est, modo † crebri aliquid & confragosi obijciendum, per quod erepant, et sol *diter, recti.*
licite uestigium faciãt. Dicitur nemo ingratus esse. Id sic colligitur, Beneficiũ est, quod prodest, prodesse autem nemo homini malo potest, ut dicitis Stoici, ergo beneficium non accipit malus, itaq; nec ingratus est. Etiamnum, beneficium honesta & probabilis res est. Apud malum nulli honestæ rei aut probabili locus est, ergo nec beneficio, quod si accipere non potest, nec reddere quidẽ debet. Et ideo non fit ingratus. Etiamnum, ut dicitis, Bonus uir omnia recte facit. Si omnia recte facit, ingratus esse non potest. Bonus beneficium reddit, malus non accipit. Quod si est, nec bonus quisquã ingratus est, nec malus. Ita ingratus in rerum natura est nomen, & hoc inane. Vnum est apud nos bonum, honestum. Id peruenire ad malum non potest. Desinit enim malus esse, si ad illum uirtus intrauerit. Quamdiu autem malus est, nemo illi dare beneficiũ potest, quia bona malaq; dissentiunt, nec in unum eunt. Ideò nemo illi prodest, quia quicquid ad illum peruenit, id prauo usu corrumpitur. Quemadmodum stomachus morbo uitiatus, & colligens bilem, quoscunq; accepit cibos mutat, & omne alimentũ in causam doloris trahit: ita animus cæcus, quicquid illi commiseris, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseriæ facit. Felicissimis itaq; opulentissimisq; plurimum æstus subest, minusq; se inueniunt, quo in maiorem materiam inciderunt, qua fluctuarentur. Ergo nihil potest ad malos peruenire, quod prosit, imò nihil quod nõ noceat. Quæcunq; enim illis contigerunt, in naturam suam uertunt, & † extra speciosa profu- *forte, ex fa.*
turaq; si meliori darentur, illis pestifera sunt, Ideò nec beneficium dare possunt, quoniam nemo potest, quod non habet dare, hic benefaciendi uoluntate caret.

Sed quamuis hæc ita sint, accipere tamen malus potest, quæ beneficijs similia sint, CAP. XIII.
quibus non redditis ingratus erit. Sunt animi bona, sunt corporis, sunt fortunæ. Illa animi bona à stulto ac malo submouentur. Ad hæc admittitur, quæ accipere potest, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet reddere, & si non reddit, ingratus est. Non hoc ex nostra constitutione tantum. Peripatetici quoq; qui felicitatis humanæ longe lateq; terminos ponunt, aiunt, minuta peruenire beneficia ad malos. Hæc qui non reddit, ingratus est. Nobis itaq; beneficia esse non placet, quæ non sunt animum factura meliorem, cõmoda tamen illa esse, & expetenda non negamus. Hæc & uiro bono dare malus potest, & accipere à bono, ut pecuniam, uestem, honores, & uitam. Quæ si nõ reddet, in ingrati nomen incidet. At quomodo ingratum uocas, eo non reddito, quod negas esse beneficium? Quædam etiam si uera non sint, propter similitudinem eodem uocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem & argenteam & auream dicimus. Sic illiteratum non ex toto rudem, sed ad literas altiores non perductum. Sic qui male uestitum & pannosum uidit, nudum se uidisse dicit. Beneficia ista non sunt, habent tamen beneficij speciem. Quomodo ista sunt tanquam beneficia, sic et ille tanquam ingratus est, non ingratus. Falsum est, quia illa beneficia, & qui dat appellat, & qui accipit. Ira qui uiri boni spem fefellit, tam ingratus est, quàm ueneficus, qui saporem cum uenenum crederet, miscuit.

Longe lateq;.

3

CAP. XIIII.

Cleanthes uehementius ait, Licet, inquit, beneficiũ non sit quod accipit, ipse tamen ingratus est, quia non fuit redditurus, etiam si accepisset. Sic latro est etiam antequam manus inquinet, qui ad occidendum iam armatus est, & habet spoliandi atq; interficiendi uoluntatem. Exercetur & aperitur opere nequitia, non incipit. Ipsum quod accepit beneficium non erat, sed uocabatur. Sacrilegi dant pœnas, quamuis nemo usq; ad eos manus porrigat. Quomodo, inquit, aduersus malum ingratus est quisquam, cum malo dari beneficiũ non possit? Ea scilicet ratione, quia accipiet ab illo aliquid ex his, quæ apud imperitos sunt, + cui tamen & si malus est, ipse quoq; in simili materia gratus esse debebit, & illa qualiacunq; sunt, cum pro bonis acceperit, pro bonis reddere.

Nequitia pro malicia.

4

al. quorũ sima lis copia est.

Aes alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exolue.

CAP. XV.

Quid sint beneficia, an & in hanc sordidam humilemq; materiam deduci magnitudo nominis clari debeat. Ad nos nõ pertinet, sed ad alios spectat. Verum uos ad speciem ueri componite animum, & dum honestum dicitis, quicquid est id, quod nomine honesti iactatur, id colite. Quomodo, inquit, nemo per uos ingratus est, sic rursus omnes ingrati sunt. Nam (ut dicimus) omnes stulti mali sunt: Qui autem habet uitium unum, habet omnia, Omnes autem stulti & mali sunt, Omnes ergo ingrati sunt. Quid ergo? non undiq; humano generi conuitium fit? non publica querela est beneficia perisse, & paucissimos esse, qui de benemerentibus non inuicem pessime mereantur? Nec est quod hanc tantum nostram murmurationem putes, pro pessimo prauoq; numerãtium, quicquid citra recti formulam cecidit, Ecce nescio quæ nam non ex philosophorum domo clamat, ex medio conuentu, populos gentesq; damnatura uox mittitur, Non hospes ab hospite tutus, Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est. Imminet exitio uir eõiugis, illa mariti. Hoc iam amplius est. Beneficia in scelus uersa sunt, & sanguini eorũ non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est. Gladio ac uenenis beneficia sequimur. Ipli patriæ manus afferre, & fascibus suis illam premere, potentia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare, quisquis non supra rempublicã stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam conuertuntur, & imperatoria concio est, Pugnate contra coniuges, pugnate contra liberos. Aras, focos, penates, armis incessite, Qui ne triumphaturi quidem intrare urbẽ iniussu senatus deberetis, quibusq; exercitum uictorem reducentibus curia extra muros præberetur, nũc ciuibus cæsis, perfusi cruore cognato, urbem subrectis intrate uexillis. Obmutescat inter militaria signa libertas, & ille uictor, pacatorq; gentium populus, remotis procul bellis, omni terrore compresso, intra muros obsessus, aquilas suas horreat.

al. Ad uos non pertinet, in alios queritur.

CAP. XVI.

Ingratus est Coriolanus, sero & post sceleris pœnitentiam pius, posuit arma, sed in medio parricidio posuit. Ingratus Catilina, parum est illi capere patriam, nisi euerterit, nisi Allobrogum in illam cohortes immiserit, transalpes accitus hostis, uetera & ingenita odia satiauerit, ac diu debitas inferias Gallicis bustis duces Romani persoluerint. Ingratus C. Marius, ad consulatũ à caliga perductus, qui nisi cymbricis

bricis cædibus omnia funera æquauerit, nisi ciuilis exilij, & trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse signum fuerit, parum mutatam, ac repositam in priorem locum fortunam suam sentiet. Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remedijs quàm pericula erant, sanauit. Qui cum à Prænestina arce usq; ad Collinam portã per sanguinem humanum incessisset, alia ædidit in urbe prælia, alias cædes: legiones duas, quod crudele est, post uictoriam, quod nefas, post fidem, in angulum congestas contrucidauit, et proscriptionem commentus est, Dij magni, ut qui ciuem Romanum occidisset, impunitatem, & pecuniam, tantum non ciuicam acciperet. Ingratus Cn. Pompeius, qui pro tribus consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus inuaserat, hanc gratiam reipublicæ reddidit, ut in possessionem eius alios quoq; induceret, quasi potentiæ suæ detracturus inuidiam, si quod nulli licere debebat, pluribus licuisset: dũ extraordinaria cõcupiscit imperia, dum prouincias ut eligat, distribuit, dum ita triumuiris R.P. diuidit, ut tamen in sua domo duæ partes essent, eo redegit Rem P. ut saluus esse non posset, nisi beneficio seruitutis: Ingratus ipse Pompeij hostis ac uictor, à Gallia Germaniaq; bellum in urbem circumegit, & ille plebicula, ille popularis, castra in circo flaminio posuit, propius quàm Porsennæ fuerant. Temperauit quidem ius crudelitatem quæ uictoriæ, quod dicere solebat, præstitit, neminem occidit, nisi armatum. Quid ergo est? Cæteri arma cruentius exercuerunt, satiati tamen aliquando abiecerunt. Hic gladium cito cõdidit, nunquam posuit. Ingratus Antonius in dictatorem suum, quem iure cæsum pronunciauit, interfectoresq; eius, in prouincias & imperia dimisit: patriam uerò proscriptionibus, incursionibus, bellis, laceratam, post tot mala destinauit, ne Romanis quidem regibus, ut quæ, Acheis, Rhodijs, & plerisq; urbibus claris, ius integrum, libertatemq; cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet.

Tantum non

CAP. XVII

Deficiet dies enumerantem ingratos usq; in ultima patriæ exitia. Aeque immẽsum erit, si percurrere cœpero, ipsa respublica quàm ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuerit, quamq; non minus sæpe peccauerit, quàm in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit, exulauit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, bona direpta, factum quicquid uictor Catilina fecisset. Rutilius innocentiæ precium tulit, in Asia latere. Catoni populus Romanus præturam negauit, consulatũ pernegauit. Ingrati publice sumus. Se quisq; interroget. Nemo non aliquem queritur ingratum. Atqui non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendũ est de omnibus. Omnes ergo ingrati sunt tantum? Et cupidi omnes, & maligni omnes, & timidi omnes, illi in primis qui uidentur audaces. Adijce, & ambitiosi omnes sunt, & impij omnes. Sed non est quod irascaris. Ignosce illis, omnes insaniunt. Nolo te ad incerta reuocare, ut dicam, quàm ingrata sit uide iuuentus. Quis non patri suo supremum diem, ut innocens sit, optat? ut moderatus, expectat? ut pius, cogitat? Quotus quisq; uxoris optimæ mortẽ timet, ut non computet? Cui rogo litigatori defenso, tã magni beneficij ultra res proximas memoria durauit? Illud in cõfesso est: Quis sine querela moritur? Quis extremo die dicere audet,

Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi?

Quis non recusans, quis non gemens exit? Atqui hoc ingrati est, non esse contentũ † præfato tempore. Semper pauci dies erunt, si illos numeraueris. Cogita nõ esse summum bonum in tempore. Quantumcunq; est, boni consule. Vt prolongetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem, quoniam mora non fit beatior uita, sed longior. Quanto satius est gratum aduersus perceptas uoluptates, non aliorũ annos computare, sed suos benigne æstimare, & in lucro ponere? Hoc me dignũ iudicauit deus. Hoc satis est, Potuit plus, sed hoc quoq; beneficium est. Grati simus aduersus deos, grati aduersus homines, grati aduersus eos, qui nobis aliquid præstiterunt, grati etiam aduersus eos qui nostris præstiterunt.

al. præterito
Prolongo
aduersus, in bonã partem

CAP. XVIII

In infinitum, inquis, me obligas, cum dicis, & nostris. Itaq; pone aliquem finem. Qui filio beneficiũ dat, ut dicis, & patri eius dat. Primum de quo quæro, Deinde illud utiq; mihi determinari uolo, si & patri beneficium datur, nunquid & fratri? nunquid et patruo? nunquid auo? nunquid uxori, & socero? Dic mihi, ubi debeam desinere, quousq; personarum seriem sequar. Si agrum

Determinare

e tuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum coluero, tibi beneficium dedero: si domum tuam ardentem restrinxero, aut ne cadat excepero, tibi beneficium nō dabo? Si seruum tuum seruauero, tibi imputabo, Si filium tuum seruauero, non habebis beneficium meum? Dissimilia ponis exempla, quia qui agrum meum colit, agro beneficiū non dat, sed mihi: & qui domum meā quo minus ruat, fulcit, præstat mihi. Ipsa enim domus sine sensu est. Debitorem me habet, quia nullum habet. Et qui agrum meum colit, non illum, sed me demereri uult. Idem de seruo dicam, mei mācipij res est, mihi seruatur. Ideo ego pro illo debeo. Filius ipse beneficij capax est. Itaq; ille accipit, ego beneficio lætor. Contingor, nō obligor. Velim tamen, tu qui debere te nō putas, respondeas mihi, Filij bona ualetudo, felicitas, patrimonium, pertinet ad patrem? Felicior futurus est, si salutem habuerit filium, infelicior si amiserit. Quid ergo? Qui & felicior fit à me, & infelicitatis maximæ periculo liberatur, non accipit beneficium? Non inquit. Quædam enim in alios conferuntur, sed ad nos usq; permanant. Ab eo autem exigi quicquam debet, in quem confertur, sicut pecunia ab eo petitur, cui credita est, quāuis ad me illa aliquo modo uenerit. Nullum beneficium est, cuius cōmodum non & proximos tangat, nonnunquam etiam longius positos. Non quæritur, quo beneficium ab eo cui datum est transferatur, sed ubi primo collocetur. A reo tibi ipso & à capite repetitio est. Quid ergo oro te? non dicis, filium mihi donasti, & si hic perisset uicturus non fui? Pro eius uita beneficium non debes, cuius uitam tuæ præfers? Etiamnum cum filium tuum seruaui, ad genua procumbis, dijs uota soluis, tanquam ipse seruatus. Ille uoces † exeunt tibi. Nihil mea interest, an me seruaueris, duos seruasti, imò me magis. Quare ista dicis, si non accipis beneficium? Quia & si filius meus pecuniam mutuam sumpserit, creditori numerabo, non tamen ego debuero, Quia et si filius meus in adulterio deprehensus erit, erubescam, non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatum pro filio, nō quia sum, sed quia uolo me offerre tibi debitorem uoluntariū. At peruenit ad me summa ex incolumitate eius uoluptas, summa utilitas, & orbitatis grauissimū uulnus effugi. Non quæritur nunc an profueris mihi, sed an beneficium dederis, Prodest enim & animal, & lapis, & herba, nec tamen beneficium dant, quod nunquam datur, nisi à uolente. Tu autem non uis patri, sed filio dare, & interim ne nosti quidem patrem. Itaq; cum dixeris, patri ergo beneficium non dedi, filium eius seruando, cōtra oppone, Patri ergo beneficium dedi, quem non noui, quem non cogitaui. Et quid, quod aliquando euenit, ut patrem oderis, filium serues, beneficium ei uideberis dedisse, cui tunc inimicissimus eras, cum dares? Sed ut dialogorū altercatione sepositā, tanquam iurisconsultus respondeam, mens spectanda est dantis, beneficiū ei dedit, cui datum uoluit. Si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium, sic pater beneficio in filium collato non obligatur, etiam si fruitur, Si tamen occasionē habuerit, uolet & ipse præstare aliquid, non tanquam soluendi necessitatem habeat, sed tanquam incipiendi causam. Repeti à patre beneficium non debet. Si quid pro hoc benigne facit, iustus, non gratus est. Nam illud finiri non potest, si patri do beneficium, & matri, & auo, & auunculo, & liberis, & affinibus, & amicis, & seruis, & patriæ. Vbi ergo beneficium incipit stare? Sorites enim ille inexplicabilis subit, cui difficile est modū imponere, quia paulatim surrepit, & non desinit serpere. Illud solet quæri, Fratres duo diffidēt, si alterum seruo, an dem beneficium ei, qui fratrem inuisum non perisse moleste laturus est. Non est dubium, quin beneficiū sit, etiam inuito prodesse, sicut nō dedit beneficiū, qui inuitus profuit.

C. AP. XIX

Consentiebant Codices manuscripti, sed arbitror ita legendum Ab eo tibi & ab ipso capite repetitio est. Forte excidit

CAP. XX

Beneficium, inquit, uocas, quo ille offenditur, quo torquetur? Multa beneficia tristem frontem & asperam habent, quemadmodum secare & urere ut sanes, & uinculis coercere. Non est spectandum an doleat aliquis beneficio accepto, sed an gaudere debeat. Non est malus nummus, quem barbarus & ignarus formæ publicæ reiecit. Beneficium odit & accepit, si modo id prodest, si is qui dabat, ut prodesset dedit, nihil refert an bonam rem malo animo quis accipiat. Agedum, hoc in contrarium uerte. Odit fratrem suum, quem illi expedit habere. Hunc occidi, non est beneficium, quamuis ille dicat esse, & gaudeat. Insidiosissime nocet, cui gratiæ aguntur pro iniuria. Video. Profuit aliqua res, & ideo beneficium est; Nocet, & ideo non est beneficium. Ecce, quod nec

nec prosit, nec noceat, dabo, & tamen beneficium est. Patrem alicuius in solitudine exanimem inueni, corpus eius sepeliui, nec illi profui (Quid enim illius intererat, quo genere dilaberetur?) nec filio, quid enim per hoc cōmodi accessit illi? Dicam quid consecutus sit. officio solēni & necessario per me functus est. Præstiti patri eius, quod ipse præstare uoluisset, necnon & debuisset. Hoc tamē ita beneficium est, si non misericordiæ & humanitati dedi, ut quodlibet cadauer absconderem: sed si corpus agnoui, si filio tunc hoc præstare me cogitaui. At si terram ignoto mortuo inieci, nullum in hoc habeo huius officij debitorem, in publicū humanus. Dicit aliquis, quid tantopere quæris, cui dederis beneficium, tanquam repetiturus aliquando? Sunt qui nunquam iudicant esse repetendum, & has causas afferunt. Indignus etiam repetenti non redder, dignus etiam per se referet. Præterea si bono uiro dedisti expecta ne iniuriā illi facias appellando, tanquam non fuisset sua sponte redditutus. Si malo uiro dedisti, fierem, Beneficium uerbo ne corruperis, creditum faciendo. Præterea lex quod nō iussit repeti, uetuit. Verba sunt ista, quàm diu me nihil urget, quamdiu fortuna nihil cogit, petam potius beneficiū quàm repetam: sed si de salute liberorum agitur, si in periculū uxor deducitur, si patriæ salus ac libertas mittit me etiam quo ire nollem, imperabo pudori meo, & testabor omnia me fecisse, ne esset mihi auxilio hominis ingrati. Nouissime recipiendi beneficij necessitas, repetendi uerecundiam uincet. Deinde cum bono uiro beneficium do, sic do, tanquam nunquam repetiturus, nisi necesse fuerit. Sed lex, inquit, non permittendo exigere, uetuit. Multa legem non habent, nec actionem. Atqui consuetudo uitæ humanæ lege omni ualentior dat aditum. Nulla lex iubet amicorum secreta non eloqui, nulla lex fidem etiam inimico præstare. Quæ lex ad id præstandum nos quod alicui promisimus alligat? Nulla. Quærar tamen cum eo, qui arcanum sermonem non continuerit, & fidem datam, nec seruatam, indignabor. Sed ex beneficio, inquit, creditum facis. Minime. Non enim exigo, sed repeto, & ne repeto quidem, sed admoneo. Nam ultima quoq; necessitas in hoc aget, ut ad eum ueniam, cum quo diu mihi luctandum sit. Quis tam ingratus est, ut illi non sit satis admoneri? Eum transibo, nec dignum iudicabo, qui gratus esse cogatur. Quomodo fœnerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse, & in quorum pudorem nihil superest, nisi quod pereat: sic ergo quosdam ingratos palàm ac pertinaciter præteribo, nec ab ullo beneficium repetam, nisi à quo non ablaturus ero, sed recepturus.

CAP. XXI

Queror cum illo

Multi sunt, qui nec negare sciant, quod acceperunt, nec referre, qui nec tam boni sunt quàm grati, nec tam mali quàm ingrati, segnes & tardi, lenta nomina, non mala. Hos ego non appellabo, sed commonefaciam, & ad officium aliud agentes educam; qui statim mihi sic respondebunt. Ignosce, non mehercule sciui hoc te desiderare, alioquin ultro obtulissem. Rogo ne me ingratum existimes, memini quid mihi præstiteris. Hos ego quare dubitem, & sibi meliores & mihi facere? Quemcunq; potuero, peccare prohibeo, multomagis amicum, & ne peccet, & ne in me potissimum peccet: alterum illi beneficium do, si illum ingratum esse non patior: nec dure illi exprobrabo quæ præstiti, sed quàm potero mollissime, ut potestatem referendæ gratiæ faciam, renouabo memoriam eius, et petam beneficium, ipse me repetere intelliget, Aliquando utar uerbis durioribus, si emendari illum sperauero posse. Nam deploratum propter hoc quoq; non exagitabo, ne ex ingrato inimicum faciam. Quod si admonitionis quoq; fugillationem ingratis remittimus, segniores ad reddenda beneficia faciemus. Quosdam uerò sanabiles, & qui fieri boni possint, si quid illos remorderet, perire patiemur admonitione sublata, qua & pater filium aliquando correxit, & uxor maritum aberrantem ad se reduxit, & amicus languentem amici fidem erexit.

CAP. XXII

Lenta nomina

Quidam ut expergiscantur non feriendi, sed cōmouendi sunt. Eodem modo quorundam ad ferendam gratiam fides non cessat, sed languet. Hanc peruellamus. Noli munus tuum in iniuriam uertere. Iniuria est enim, si in hoc non repetis, ut ingratus sim. Quid si ignoro, quid desideres? Quid si occupationibus districtus, & in alia uocatus, occasionem non obseruauit? Ostende mihi quid possim, quid uelis. Quare desperas, ante quam tentas? Quare properas & beneficium & amicum perdere? Vnde scis

CAP. XXIII

Peruellere

Universidad de Deusto
Biblioteca

nolim, an ignorẽ, an animus, an facultas desit mihi? Experire. Admonebo ergo, non amare, non palàm, sine conuitio, sic, ut se rediſſe in memoriam, non reduci putet.

C.XXIIII Cauſam dicebat apud diuum Iulium ex ueteranis quidam paulo uiolentior aduersus uicinos suos, & cauſa premebatur. Meministi, inquit, imperator in Hiſpania talũ te torſiſſe circa Sucronem? cum Cæſar meminiſſe se dixiſſet, Meministi quidem sub quadam arbore minimũ umbræ spargente, cum uelles residere feruentiſſimo sole, & eſſet asperrimus locus, in quo ex rupibus acutis, unica illa arbor eruperat, quendà ex cõmilitonibus penulà suam substrauiſſe. Cum dixiſſet Cæſar, quid ni meminerim? & quidem siti confectus, qui impeditus ire ad fontem proximũ non poteram repere manibus uolebam, niſi commilito, homo fortis ac strennuus, aquam mihi in galea sua attuliſſet, Potes, inquit, imperator agnoſcere illum hominem, aut illam galeam? Cæſar ait, se non poſſe galeam agnoſcere, hominem pulchre poſſe, & adiecit, puto ob hoc iratus, quod se à cognitione media ad ueterem fabulam abduceret, tu utiq; ille nõ es. Merito, inquit, Cæſar me non agnoſcis, nam cum hoc factum eſt, integer eram, poſtea ad Mundam in acie oculus mihi effoſſus eſt, et in capite † eiecta oſſa. Nam galeam illam si uideres, agnoſceres. Machæra enim † Iſponia diuiſa eſt. Vetuit illi exhiberi negocium Cæſar, & agellos in quibus uicinalis uia, cauſa rixæ ac litiũ fuerat, militi suo donauit.

al. lecta
In uetuſtiſſimo langobardico erat Hiſpana
CAP. XXV

Quid ergo? non repeteret beneficium ab imperatore, cuius memoriam multitudo rerum confuderat, quem fortuna ingens exercitus diſponentem, nõ patiebatur singulis militibus occurrere? Non eſt hoc repetere beneficium, ſed reſumere bono loco poſitum & paratum. Ad hoc tamen ut reſumatur, manus porrigenda eſt, Repetam itaq;, quia hoc aut neceſſitate facturus ero, aut illius cauſa, à quo repetã. Tyberius Cæſar inter initia dicenti cuidam, meminiſti, antequã plures notas familiaritatis ueteris proferret, non memini, inquit, quid fuerim. Ab hoc quàm diu non eſſet repetendum beneficium? optanda erat obliuio. Auerſabatur omnium amicorum & æqualium noticiam, & illam ſolam præſentem fortunam ſuam aſpici, illam ſolam cogitari, ac narrari uolebat, Inquiſitorem habebat ueterem amicum. Magis tempeſtiue repetendum eſt beneficium, quàm petendum. Adhibenda uerborum moderatio, ut nec ingratus poſſit diſſimulare. Tacendum & expectandum, ſi inter ſapientes uiueremus, & tamen ſapientibus quoq; indicare melius fuiſſet, quid rerum noſtrarũ ſtatus poſceret. Deos quorum noticiã nulla res effugit, rogamus, & illos uota non exorant, ſed admonẽt. Diis quoq; inquam Homericus ille ſacerdos allegat officia, et aras religioſe cultas, quos obſequen
7 tes faciat, & parent. Moneri uelle ac poſſe, ſecunda uirtus eſt. Huc illuc frænis leniter motis flectendus eſt animus, paucis ſui rector optimus, proximi ſunt, qui admoniti in uiam redeunt. His non eſt dux detrahendus, Opertis oculis ineſt acies, ſed ſine uiſu,
al. quam
† quos lumen à Diis immiſſum ad miniſteria ſua uocat. Inſtrumenta ceſſant, niſi illa in
Opinor legendum in nitio
opus ſuum artifex mouerit, Ineſt interim animis uoluntas bona, ſed torpet modo delitijs, ac ſitu, modo officij inſcitia, Hanc utilem facere debemus, nec irati relinquere † inuito, ſed ut magiſtri puerorum diſcentium patienter ferre offenſationes memoriæ labentis. Quæ quemadmodũ ſubiecto uno aut altero uerbo, ad contextum reddendæ orationis adducta eſt, ſic ad referendam gratiam admonitione reuocanda eſt.
8

Libri quinti Senecæ de beneficijs finis.

IN LIBRVM QVINTVM.
CAPVT XII.

1 *In rerum natura eſt nemo. Et hoc inane. Conſentiebant quidem exemplaria. At ego doctis opinor approbaturis, non dubitaui reponere. Ingratus in rerum natura eſt nomen, & hoc inane, id eſt nihil aliud quàm inane nomen.*

2 *Quoſcunq; accepit cibos mittit. Conſentiebãt in mendo codices. Solus Longobardicus habebat, mutat, & recte.*

CAP. XIII.

3 *Sic paropſidem, & argenteam et auream dicimus. Tres uetuſti codices habebant pyxidem. πυξὶς enim græcis à πύξος dicitur, quod ex buxo fierent. Vnde falſo pyxidem argenteam auream ue diximus.*

CAP. XIIII.

4 *Cui tamen & ſi malus eſt, ipſe quoq;. &c. Duo uetuſtiſſimi codices habebãt, quorũ ſi malis copia eſt, ipſe quoq; &c. Mihi*

&c. Mihi uidetur deeſſe uocula, quæ apud illos bona ſunt, niſi forte reddidit græcam figuram, τὰ παρ' αὐτῶν, quod mox explicauit, quorum illis copia eſt. quæ uerba dubito num ab interprete ſint adiecta, & hinc uariatam ſcripturam.

CAP. XX.

Si malo uiro dediſti, flere, Beneficiũ ueto, ne corrumpas. &c. In uetuſtiſſimo codice, & altero, pro flere erat, fle ctere: in londobardico, pro ueto, uerbo diuino fuiſſe ſcriptum, Si malo uiro dediſti, plectere. Beneficiũ uerò, ſiue uer bo ne corrũpas, Hoc eſt da pœnas, qui male collocaris, nec ideo beneficio cõmutes nomen. Aut ita. Beneficiũ malo ui ro dediſti, flere, ut re refractura ad uerbo, Re ſis triſtis nõ mutato rei nomine. Aut fle, rem, nomen rei ne corruperis. 5

CAP. XXV.

Ab hoc quàm diu non eſſet repetendum. &c. pro quandiu longobardicus codex habebat, quid ni Opinor legendum, Ab hoc quidem non eſſet repetendum beneficium. Optanda erat obliuio. Nec diſplicet ſi ni, uertas in ne. quid, ne eſſet repetendum beneficium, optanda erat obliuio. 6

Quos obſequentes facit & parce moneri uelle ac poſſe. Sic habebant ſuperiores æditiones, Longobardicus habebat, faciet pro facit, & parere, pro parce. Vnde conijcio ſic legendum, quos obſequentes faciat & parent. Moneri uelle. &c. Impetrauit enim ſacrificus quæ petebat. 7

Sed ut, magiſtri patienter ferre, offenſationes puerorum diſcentium memoriæ labentis. &c. Ita ferebat uetus æditio conſentientibus exemplaribus manu ſcriptis. Nos ordinem inuerſum ſic reſtituimus, ſed ut magiſtri puero rum diſcentium patienter ferunt, ſiue ferre, offenſationes memoriæ labentis, quæ quemadmodum. &c. 8

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS, LIBER SEXTVS.

VÆdam Liberalis uirorum optime exercẽdi tantum ingenij cauſa quæruntur, & ſemper extra uitam iacent, quædam & dum quærun tur, oblectamento ſunt, & quæſita uſui. Omnium tibi copiam faciam. Tu illa utcunq; tibi uiſum erit, aut peragi iubeto, aut ad expli candum ludorum ordinem induci. His quoq; ſi abire protinus iuſſe ris, nonnihil actum erit. Nam etiam quod diſcere ſuperuacuum eſt, prodeſt cognoſcere. Ex uultu igitur tuo pendebo, prout ille ſuaſerit mihi, alia detinebo diutius, alia expellam, & capite agam. An beneficium eripi poſſit, quæſitũ eſt. Quidam negant poſſe. Non enim res eſt, ſed actio, quomodo aliud eſt munus, aliud ipſa donatio, aliud qui nauigat, aliud ipſa nauigatio, Et quamuis æger non ſit ſine morbo, non tamen idem eſt æger & morbus. Ita aliud eſt beneficiũ ipſum, aliud quod ad unumquemq; noſtrũ beneficio peruenit. Illud incorporale eſt, irritum non fit, Materia illius huc & illuc iactatur, & dominum mutat. Itaq; cum eripis, ipſa rerum natura reuocare quod dedit, non poteſt. Beneficia ſua interrumpit, non reſcindit. Qui moritur, tamen uixit, qui amiſit oculos, tamen uidit. Quæ ad nos peruenerũt, ne ſint, effici poteſt, ne fuerint, non poteſt. Pars autem beneficij & quidem certiſſima eſt, quæ fuit. Nonnunquam uſu beneficij longiore prohibemur, beneficium quidem ipſum nõ eraditur. Licet omnes in hoc uires ſuas natura aduocet, retro illi agere ſe nõ licet. Poteſt eripi domus, & pecunia, & mancipium, & quicquid eſt, in quo hæſit bene ficij nomen. Ipſum uerò ſtabile & immotum eſt. Nulla uis efficiet, ne hic dederit, ne ille acceperit. Egregie mihi uidetur M. Antonius apud Rapirium poëtam, cum fortunã ſuam tranſeuntem alió uideat, & ſibi nihil relictũ, præter ius mortis, id quoq;, ſi cito occupauerit, exclamare Hoc habeo quodcunq; dedi. O quantũ habere potuit, ſi uoluiſſet. Hæ ſunt diuitiæ certæ, in quacunq; ſortis humanæ leuitate, uno loco permanſuræ, quæ quo maiores fuerint, hoc minorem habebunt inuidiam. Quid tanquam tuo parcis? Procurator es: Omnia iſta quæ uos tumidos, & ſupra humana elatos, obliuiſci cogunt ueſtræ fragilitatis, quæ ferreis clauſtris cuſtoditis armati, quæ ex alieno ſanguine rapta, ueſtro defenditis, propter quæ claſſes cruentaturas maria deducitis, propter quæ quaſſatis urbes, ignari, quantum telorum in aduerſos fortuna comparet, propter quæ ruptis toties affinitatis, amicitiæ, collegij fœderibus, inter cõtenden tes duos terrarum orbis eliſus eſt, non ſunt ueſtra, in depoſiti cauſa ſunt, iam iamq; ad alium dominum ſpectantia, aut hoſtes illa, aut hoſtilis animi ſucceſſor inuadet. Quæris, quomodo illa tua facias? dono dando. Conſule ergo rebus tuis, & certam tibi earum atque inexpugnabilem poſſeſſionem para, honeſtiores illas non ſolum, ſed tutiores facturus: illud quod ſuſpicis, quo te diuitem ac potentem putas, quandiu

CAP. I

Capite agere
CAP. II

CAP. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

possides, sub nomine sordido iacet. Domus est, seruus est, nummi sunt, cū donasti, be-
CAP. IIII neficium est. Fateris, inquit, nos aliquando beneficium non debere ei, à quo ac-
cepimus, ergo ereptum est? Multa sunt propter quæ beneficium dare desinimus, non
quia ablatum, sed quia corruptum est. Aliquis reum me defendit, sed uxorem meam
per uim stupro uiolauit. Non abstulit beneficium, sed opponēdo illi parem iniuriam
soluit me debito: & si plus læsit, quàm ante profuerat, non tantum gratia extinguitur,
sed ulciscendi quærendiq; libertas fit, ubi in comparatione beneficij præponderauit
al. beneficium iniuria: ita non aufertur beneficium, sed uincitur. Quid? non tam duri, quidam etiam
scelerati patres sunt, ut illos auersari & euitare, ius fasq; sit? Nunquid ergo illi abstule-
runt, quæ dederāt? Minime, sed impietas sequentium temporum commendationem
omnis prioris officij sustulit. Non beneficium tollitur, sed beneficij gratia, & efficitur,
nónne habeam, sed ne debeam. Tanquam pecuniā aliquis mihi credidit, sed domum
meam incendit, pensatum est creditum damno, nec reddidi illi, nec tamen debeo. Eo-
dem modo & hic, quia aliquid benigne aduersus me fecit, aliquid liberaliter, sed po-
stea multa superbe, contumelioſe, crudeliter, eo loco me posuit, ut perinde liber aduer
sus eum essem, quasi non accepissem. Vim beneficijs suis attulit. Colonum suum non
tenet, quamuis tabellis manētibus, qui segētem eius proculcauit, qui succidit arbusta,
nō quia recepit, q̄d pepigerat, sed quia ne reciperet effecit. Sic debitori suo creditor sæ-
pe damnatur, ubi plus ex alia causa abstulit, † quàm credito petit. Nō tantū inter credi-
aliter, quàm quod est credi ti torem & debitorem iudex sedet qui dicat, pecuniā credidisti. Quid ergo? pecus abegi-
sti, seruum eius occidisti, argentum quod non emeras possides, æstimatione facta debi
tor discede, qui creditor ueneras. Inter beneficia quoq; & iniurias ratio confert. Sæpe
etiam beneficiū maner, nec debetur, si secuta est dantem pœnitentia, si miserū se dixit,
quod dedisset, si cum daret suspirauit, uultū obduxit, perdere se credidit non donare,
si sua causa, aut certe non mea dedit, si non desijt insultare, gloriari, & ubiq; iactare, &
acerbum munus suum facere, Manet itaq; beneficium, quamuis non debeatur. Sicuti
quędam pecuniæ, de quibus ius creditori non dicitur, debentur, sed non exiguntur.

CAP. V Dedisti beneficium, iniuriam postea fecisti. Et beneficio gratia debetur, & iniuriæ
ultio. Nec ego illi gratiā debeo, nec ille mihi pœnam. Alter ab altero absoluitur. Cum
dicimus, beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddi-
disse, sed aliud pro illo reddere. Est enim rem pro re dare. Quid ni? cum omnis solutio
non idem reddat, sed tantundem? Nam & pecuniam dicimur reddidisse, quamuis nu-
merauimus pro argenteis aureos, quamuis non interuenerint nummi, sed delegatio-
ne, & uerbis perfecta solutio sit. Videris mihi dicere, perdis operam. Quorsum enim
pertinet scire me, an maneat quod non debetur? Iurisconsultorum istæ acutæ ineptiæ
sunt qui hæreditatem negant usucapi posse, sed ea quę in hereditate sunt, tanquā quic-
quam aliud sit hæreditas, quam ea quæ in hæreditate sunt: illud mihi potius distingue,
quod potest ad rem pertinere, cum idem homo beneficium mihi dedit, & postea fecit
iniuriam, utrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus uindi-
care, ac ueluti duobus nominibus separatim respondere: an alterū alteri contribuere,
& nihil negocij habere, ut beneficium iniuria tollatur, beneficio iniuria? Illud enim ut
deo in hoc foro fieri, quid in uestra schola iuris sit, uos sciatis. Separātur actiones, & de
eo quod agimus, de eodem nobiscum agitur. Confunditur formula, siqui apud me pe
cuniam deposuerit, idem mihi postea furtum fecerit, & ego cum illo furti agam, & ille
CAP. VI mecum depositi. Quæ proposuisti mi Liberalis exempla, certis legibus cōtinen
tur, quas necesse est sequi, lex legi nō miscetur. Vtraq; sua uia habet actionē propriā,
Inter se tam mehercule quàm depositum, quàm furtum. Beneficium nulli legi subiectū est, me
arbitro utitur: licet me comparare inter se quantū profuerit mihi quisq;, aut quantum
nocuerit, tum pronunciare, utrū plus debeatur nihil, an debeā. In illis nihil est nostræ
potestatis, eundē est, quà ducimur. In beneficio tota potestas mea est, ego itaq; iudico
illa, non separo, nec diduco, sed iniurias ac beneficia ad eundem iudicem mitto. Alio-
quin iubes me eodē tempore amare & odisse, queri & gratias agere, quod natura non
recipit. Potius comparatione facta, inter se beneficij & iniuriæ, uidebo an etiam ultro
debeatur.

debeatur. Quōmodo si quis scriptis nostris, alios superne imprimat uersus, priores li-
CAP. VII. teras non tollit, sed abscondit, sic beneficium superueniens, iniuriam apparere non pa
Notat hoc Quintilianus quod ex con- titur. Vultus tuus, cui regendū me tradidi, colligit rugas, & attrahit frontē, quasi
suetudine scho longius exeam, Videris mihi dicere, quo tandē mihi dexter abis? huc dirige curſum
læ declamato- rias, fingimus manifesto fal- sa facit hoc & a- lias frequenter Seneca. littus ama. Non possum magis. Itaq; si huic satisfactum existimas, illo tranſeamus, an
ei debeatur aliquid, qui nobis inuitus profuit. Hoc apertius potui dicere, nisi propo-
sitio deberet esse cōfusior, ut distinctio statim subsecuta ostēderet utrūq; quæri, an ei de
beremus, qui nobis dū nō uult, profuit, & an ei, qui dū nescit. Nā si quis coactus aliquid
boni fecit, quin nos nō obliget, manifestius est, cū ut ulla in hoc uerba impendēda sint,
Et hæc quæstio facile expeditur, & si qua similis huic moueri potest, si totiēs illò cogita
tionē nostrā cōuerterimus, Beneficiū nullū est, nisi quod ad nos primum aliqua cogita
tio defert, deinde amica & benigna. Itaq; nec fluminibus gratias agimus, quamuis aut
magna nauigia patiātur, & ad subuehendas copias largo ac perenni alueo currant, aut
piscosa & amœna pinguibus aruis interfluant, nec quisquam Nilo beneficiū debere se
iudicat, nō magis quàm odium, si immodicus superfluxit, tardeq; recessit: nec uentus
beneficiū dat, licet lenis & secūdus aspiret, nec utilis & salubris cibus. Nam qui benefi
ciū mihi daturus est, debet nō tātū prodesse, sed uelle. Ideò nec mutis animalibus quic-
quā debetur, Et quam multos è periculo uelocitas equi rapuit? nec arboribus, Et quàm
multos æstu laborantes, ramorū opacitas texit? Quid aūt interest, utrū mihi qui nescit,
profuerit, an qui scire non potuit, cum utriq; uelle defuerit? Quid autē interest utrum
me iubeas naui, aut uehiculo, aut lanceæ debere beneficium, an ei qui æque quàm ista
propositū benefaciendi nullum habeat, sed profuit casu? CAP. VIII. Beneficiū aliquis nescions
accipit, nemo à nesciente. Quomodo multos fortuita sanant, nec ideò remedia sunt,
& in flumē alicui cecidisse frigore magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorūdā fla
gellis quartana discussa est, & metus repētinus animū in aliā curā auertendo suspectas
horas fefellit, nec ideò quicq; horū etiā si saluti fuit, salutare est: sic quidā nobis prosunt
dum nolunt, imò, quia nolunt, non tamē ideò illis beneficiū debemus. Quid si pernī-
ciosa illorū consilia fortuna deflexit in melius, an existimas me debere ei quicq;, cuius
manus cū me peteret, percussit hostē meum, qui nocuisset, nisi errasset? Sæpe hostis dū
aperte peterat, etiā ueris testibus abrogauit fidē, & reū uelut factione circumuentum
miserabilē reddidit. Quosdā ipsa quæ premebat potētia eripuit, & iudices quē dānatu
ri erant causa, damnare gratia noluerunt. Nō tamē hi beneficiū dederunt, quāuis pro-
fuerint. Quia telum quò missum sit, nō quò peruenerit, quæritur. Et beneficiū ab iniu
ria distinguit, nō euētus, sed animus. Aduersarius meus dū cōtraria dicit, & iudicē su-
perbia offendit, & unum testē temere dimittit, causam meā erexit. Non quæro an pro
me errauerit, quia contra me uoluit. CAP. IX. Nempe ut gratus sim, uelle debeo idem facere
quod ille, ut beneficiū daret, uelle debuit. Nā quid est iniquius homine, qui eū odit, à
quò in turba calcatus, aut respersus, aut quò nollet impulsus est? At quid est aliud, qd
illum querelæ eximat, cum in re sit iniuria, q̄ nescisse quid facerer. Eadē res efficit, ne
hic beneficiū dederit, ne ille iniuriā fecerit. Et amicū & inimicū uoluntas facit. Quàm
multos militiæ morbus eripuit, quosdā ne ad ruinā domus suæ occurrerent, inimicus
uadimonio tenuit, ne in piratarum manus peruenirent, quidam naufragio consecuti
sunt. Nec his tamē beneficiū debemus, quoniam extra sensum officij casus est, nec ini-
mico cuius nos list exercuit, dum uexat ac detinet. Nō est beneficiū, nisi quod à bona al. seruauit
uoluntate proficiscitur, nisi illud agnoscit, q dedit. Profuit aliquis mihi dū nescit, nihil
illi debeo. Profuit cū uellet nocere, imitabor ipsum? CAP. X. Ad primū illud reuertamur, ut
gratiā referā aliquid facere me uis, ipse ut beneficiū mihi daret nihil fecit, Vt ad alterū
tranſeamus, uis me huic gratiā referre, ut quod à nolente accepi, uolēs reddā. Nā quid
de tertio loquar qui ab iniuria in beneficiū delapsus est? Vt beneficiū tibi debeā, parū
est uoluisse te dare, ut debeā, non satis est, uoluisse. Beneficiū enim uoluntas nuda non
efficit, sed quod beneficiū nō esset, si optimæ ac plenissimæ uoluntati fortuna deesset,
id æque beneficium nō est, nisi fortunā uoluntas antecessit. Non enim profuisse te mi-
hi oportet, ut ob hoc tibi obliger, sed ex destinato profuisse. CAP. XI. Cleanthes exēplo eius-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi utitur, ad quærendum, inquit, & accersendũ ex academia Platonẽ, duos pueros misi. Alter totam porticũ perscrutatus est, alia quoq; loca in quibus illũ inueniri posse sperabat, percurrit, & domum non minus lassus quàm irritus rediit. Alter apud proximũ circulatorẽ resedit, & cũ uagus atq; erro uernaculis congregatur & ludit, transeuntem Platonẽ, quem non quæsierat, inuenit. Illum, inquit, laudabimus puerũ, qui quantũ in se erat, quod iussus est fecit, hunc feliciter inertẽ castigabimus. Voluntas est, quæ apud nos ponit officium, cuius uide quæ conditio sit, ut me debito obstringat. Parum est illi uelle nisi profuit, parũ est profuisse, nisi uoluit. Puta enim aliquem donare uoluisse, nec donasse, animũ quidem eius habeo, sed beneficiũ non habeo, quod consummat, & res & animus. Quemadmodũ ei qui uoluit mihi pecuniam credere, sed nõ credidit, nihil debeo, ita ei qui uoluit mihi beneficium dare, sed non potuit, amicus quidẽ ero, sed non obligatus. Et uolo illi aliquid præstare, nam & ille uoluit mihi. Cæterũ si benigniore fortuna usus præstitero, beneficiũ dedero, non gratiam retulero. Ille mihi gratiam debebit referre, huic initiũ à me fiet† gratiæ. Intellígo iam quid uelis quærere. Non opus te dicere, uultus tuus loquitur. Si quis sua causa nobis profuit, ei ne, inquis, debetur aliquid? Hoc enim sæpe te conquerentem audio, quod quædam homines sibi præstant, alijs imputant. Dicam mi Liberalis, sed prius hanc quæstiunculam diuidam, & rem æquam ab iniqua seperabo. Multũ enim interest utrũ aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostra, an sua & nostra. Ille qui totus ad se spectat, & nobis prodest, quia aliter sibi prodesse non potest, eo loco mihi est, quo qui pecori suo hybernum & æstiuũ pabulum prospicit, eo loco quo qui captiuos suos ut cõmodius ueneant, pascit, & opimos boues saginat ac defricat, quo lanista, qui familiam suam summa cura exercet atq; ornat. Multũ (ut ait Cleanthes) à beneficio distat negociatio.

3 In se.

CAP. XII. al. numerantur, opinor legendum numerandæ uel numerandi.

CAP. XIII.

Rursus non sum tam iniquus, ut nihil ei debeam, qui cũ mihi utilis esset, fuit & sibi. Nõ enim exigo, ut sine respectu sui mihi consulat, imò etiã opto ut beneficiũ mihi datũ, uel magis danti profuerit, dummodo id qui dabat duos intuens dederit, et inter me secũ diuiserit, licet id ipse ex maiore parte possideat. Si modo me in cõsortiũ admisit, si duos cogitauit, ingratus sum, non solum iniustus, nisi gaudeo hoc illi profuisse, quod proderat mihi, Summæ malignitatis est, non uocare beneficiũ, nisi quod dantẽ aliquo incõmmodo affecit. Aliter illi qui beneficium dat sua causa, respõdebo. Quare potius te mihi profuisse dices, q̃ me tibi? Puta, inquit, aliter fieri nõ posse me magistratum, q̃ si decem captos ciues ex magno captiuorum numero redemero, nihil debebis mihi, cũ te seruitute ac uinculis liberauero? Atqui mea id causa faciam. Aduersus hoc respondebo. Aliquid istius tua causa facis, aliquid mea. Tua, quòd redimis me, tibi enim ad utilitatem tuam satis est, quoslibet redemisse. Itaq; debeo, non quod redimis me sed quòd eligis, poteras enim & alterius redemptione idem consequi, quod utilitatem rei partiris mecum, & me in beneficiũ recipis, duobus profuturum. Præfers me alijs, hoc totũ mea causa facis. Itaq; si prætorẽ te factura esset decem captiuorũ redemptio, decem aũt soli captiui essemus, nemo quicq̃ tibi deberet ex nobis, quia nihil haberes quod cuiquam imputares, à tua utilitate seductum. Non sum iniquus beneficij interpres, nec

CAP. XIIII.

desidero illud mihi tantum dari sed & tibi. Quid ergo, inquit, si in sortem nomina uestra conjci iussissem, & tuum nomen inter redimendos exisset, nihil deberes mihi? imò deberem, sed exiguum. Quid sit hoc dicam. Aliquid mea causa facis, quod me ad fortunã redemptionis admittis quod nomen meum exit sorti debeo, quod exire potuit, tibi. Aditũ mihi ad beneficiũ tuũ dedisti, cuius maiorẽ partẽ fortunæ debeo, sed hoc ipsum tibi, quod fortunæ debere potui. Illos ex toto præteribo, quorũ mercenariũ beneficiũ est, quod qui dat, non cõputat cui sed quanti daturus sit, quod undiq; in se conuersum est. Vendit mihi aliquis frumentũ, uiuere non possum nisi emero, sed non debeo uitam, quia emi. Nec quàm necessariũ fuerit, æstimo, sine quo uicturus nõ fui, sed quàm ingratũ, quod nõ habuissem, nisi emissem, in quo inuehendo mercator nõ cogitauit, quãtũ auxilij allaturus esset mihi, sed quãtũ lucri sibi, quod emi nõ debeo.

CAP. XV.

Isto modo, inquit, ne medico quidẽ debere te, nisi mercedulã dices, nec præceptori, quia aliquid numeraueris. Atqui omniũ horũ apud nos magna charitas, magna reuerentia

rentia est. Aduersus hoc respondetur, quædam pluris esse, quàm emuntur. Emis à medico rem inæstimabilem, uitam ac ualetudinem bonam, à bonarum artium præceptore studia liberalia, & animi cultum. Itaq; his non rei precium, sed operæ, soluitur, quod deseruiunt, quod à rebus suis auocati nobis uacant. Mercedem non meriti, sed occupationis suæ ferunt. Aliud tamen dici potest uerius, quod statim ponam, si prius quomodo istud refelli possit, ostendero. Quædam, inquit, pluris sunt quàm uenierunt, & CAP. XVI.
ob hoc aliquid mihi extra pro illis quãuis empta sint, debes. Primũ quid interest quanti sint, cum de precio inter ementem & uendentem conuenerit? Deinde non uenijt illud suo precio, sed tuo. Pluris est, inquit, quàm uenijt, sed pluris uenire nõ potuit. Precium autem cuiusq; rei pro tempore est. Cum bene ista laudaueris, tanti sunt, quanto pluris uenire non possunt. Præterea nihil uenditori debet, qui bene emit. Deinde etiã si pluris ista sunt, non tamen ullum istic tuum munus est, ut nõ ex usu effectuue, sed ex cõsuetudine, & annona æstimetur. Quod tu preciũ ponis trajicienti maria, & per medios fluctus, cũ è terræ conspectu recessit, certam secanti uiam, & prospicienti futuras tẽpestates, & securis omnibus iubenti subito uela stringi, armamenta demitti, paratos ad incursum procellæ, & repentinum impetum stare? Huic tamen tantæ rei premium uectura persoluit. Quanti æstimas in solitudine hospitium, in imbre tectũ, in frigore balneum, aut ignem? Scio tamen quanti ista consecuturus diuersoriũ subeam. Quantum nobis præstat, qui labentem domum† suscipit, & agentem ex imo rimas, insulam incredibili arte suspendit. Certo tamẽ & leui precio fultura cõducitur. Murus nos ab hostibus tutos, & à subitis latronũ incursionibus præstat. Notũ est tamen, illas turres pro securitate publica propugnacula habituras, excitaturus faber, quid in diẽ mereat. alias, fulsit

Infinitum erit, si latius exempla cõquiram, quibus appareat, paruo magna cõstare. CAP. XVI.
Quid ergo? quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec aduersus illos mercede defungor? Quia ex medico ac præceptore in amicum transeunt, & nos non arte quàm uendunt, obligant, sed benigna & familiari uoluntate. Itaq; medico qui nihil amplius quàm manum tangit, & me inter eos, quos perambulat ponit, sine ullo affectu facienda uitandaue præcipiens, nihil amplius debeo, quia me non tanquam amicũ uidit, sed tanquam imperatorem. Ne præceptorem quidem habeo cur uenerer, si me in grege discipulorum habuit, si non putauit dignum propria & peculiari cura, si nunquam in me direxit animum, & cum in medium effunderet, quæ sciebat, nõ didici, sed excepi. Quid ergo est, quare istis debeatur multum? non quia pluris est quod uendidit quàm emimus, sed quia nobisipsis aliquid præstiterũt. Ille plus impendit, quàm me dico necesse est. Pro me nõ pro fama artis extimuit. Nõ fuit cõtentus remedia mõstrare, sed admouit. Interea sollicitus assedit, ad suspecta tempora occurrit. Nullũ ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit. Gemitus meos non securus audiuit. In turba mulorum inuocantium, ego illi potissima curatio fui. Tantum alijs uacauit, quantũ mea ualetudo permiserat. Huic ego nõ tanquam medico, sed tanq̃ amico obligatus sum. Alter rursus in docẽdo, & laborem & tedium tulit, præter illa quæ præcipientibus in cõmune dicuntur, aliqua instillauit ac tradidit, hortando bonã indolem erexit, & modo laudibus fecit animũ, modo admonitionibus discussit desidiam. Tum ingenium la- 4
tens & pigrũ iniecta (ut ita dicam) manu extraxit nec quæ sciebat, maligne dispensauit, quo diutius esset necessarius, sed cupit si posset uniuersa transfundere. Ingratus sum, nisi illũ inter gratissimas necessitudines diligo. Sordidissimorũ quoq; artificio- CAP. XVII.
rũ institutoribus supra constitutũ aliquid adiecimus, si nobis opera illorũ enixior uisa est, & gubernatori, & opifici uilissimæ mercis, & in diẽ se locãti corollariũ aspersimus. In optimis uerò artibus quæ uitã aut cõseruãt, aut excolũt, qui nihil se plus existimat debere q̃ pepigit, ingratus est. Adijce quod talium studiorũ traditio miscer animos, hoc cũ factũ est tam medico quàm præceptori precio operæ soluitur, animi debetur.

Plato cum flumen naue transisset, nec ab illo quicquam portitor exegisset, honori hoc suo datum credens, dixit positum illi esse apud Platonẽ officium. Deinde paulo post, cum alium atq; aliũ gratis eadem transueheret sedulitate, negauit illi iam apud Platonem positum officium. Nam ut tibi debeam aliquid, pro eo quod præstas, debes CAP. XVIII.
non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tantum mihi præstare, sed tanquam mihi. Non potes ob id quenquam appellare, quod spargis in populum. Quid ergo? Nihil tibi debetur pro hoc tanquam ab uno, nisi cum omnibus soluam, quod cum omnibus debeo.

CAP. XIX. Negas, inquit, ullum dare beneficium eum, qui me gratuita naue per flumen Padũ tulit? Nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat. Facit enim sua causa, aut utiq; nõ mea. Ad summam, ne ipse quidem se mihi beneficium iudicat dare, sed aut R. P. aut uicíniæ, aut ambitioni suæ præstat, & pro hoc aliud quoddam cõmodũ expectat, quam quod à singulis recepturus est. † Quid ergo, inquit, si princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis, si immunitatem Hispanis, nihil hoc nomine debebunt? Quid ni debeant?

1 Debebunt autem non tanquam proprium beneficium, sed tanq; publici partem. Nullam, inquit, habuit cogitationẽ mei. Illo tempore, quo uniuersis proderat, noluit mihi propriè ciuitatem dare, nec in me direxit animum. Ita quare ei debeam qui me sibi nõ substituit, cũ facturus esset, quod fecit? Primum, cũ cogitauit Gallis omnibus prodesse, & mihi cogitauit prodesse. Eram enim Gallus, & me etiam si nõ mea, publica tamen

6 nota comprehendit. Deinde ego quoq; illi non tanq; proprium debebo, sed cõmune,

CAP. XX. unus è populo, non tanq; pro me soluam, sed tanq; pro patria cõferã. Si quis patriæ meæ pecuniam credat, nõ dicam me illius debitorẽ, nec ex hoc æs alienũ profitebor,

Profiteri æs alienum. aut candidatus, aut reus, ad exoluendum tamẽ hoc, portionem meam dabo. Sic istius muneris quod uniuersis datur, debitorem me nego: quia dedit quidem, sed non propter me, & mihi quidem, sed nesciens an mihi daret: nihilominus aliquid mihi dependendum sciam, quia ad me quoq; circuitu longo peruenit. Propter me factũ debet esse quod me obliget. Isto, inquit, modo, nec Lunæ, nec Soli quicquam debes. Non enim propter te mouentur. Sed cũ in hoc moueantur, ut uniuersa cõseruent, & pro me mouentur, Vniuersorũ enim pars sum. Adijce nunc, quod nostra & horũ cõditio dissimilis est. Nã qui mihi prodest, ut per me prosit & sibi, nõ dedit beneficiũ, quia me instrumentum utilitatis fecit. Sol autẽ & luna etiã si nobis prosunt sua causa, nõ in hoc tamẽ prosunt, ut per nos prosint sibi. Quid enim nos illis cõferre possumus? Sciam, in-

CAP. XXI. quit, solem ac lunã nobis uelle prodesse, si nolle potuerint, illis autẽ nõ licet nõ moueri. Ad summam, cõsistant, & opus suũ intermittant. Hoc uide quot modis refellatur. Non ideò minus uult, qui non potest nolle, Ergo magnum argumentum est firmæ uoluntatis, ne mutare quidem posse. Vir bonus non potest non facere, quod facit, non enim erit bonus, nisi fecerit. Ergo nec bonus uir beneficium dat, quia facit quod debet, non potest autem non facere quod debet. Præterea multum interest, utrum dicas, non potest hoc non facere, quia cogitur, an non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficium, sed cogenti. Si necesse est illi uelle ob hoc, quia nihil habet melius quod uelit, ipse se cogit. Itaq; quod tanquam coacto nõ deberem, tanquam cogenti debeo. Desinant inquit uelle. Hoc loco tibi occurrat, Quis tam demens est, ut eã neget uoluntatem esse, cui non est periculum desinendi uertendiq; se incõtrariũ: cum ex diuerso nemo æque uideri debeat uelle, quàm cuius uoluntas usq; eo certa est, ut æterna sit? An si is quoq; uult, qui potest statim nolle, is non uidebitur uelle, in cuius na-

CAP. XXII. turã non cadit nolle? Agedum, inquit, si possunt, resistant. Hoc dicis, omnia ista ingentibus interuallis diducta, & in custodiam uniuersi dispositа, stationes suas deserant, subita cõfusione rerũ sydera syderibus incurrãt, & rupta rerũ cõcordia in ruinam diuina labantur, cõtextusq; uelocitatis citatissimæ, inter tot secula promissas uices in medio itinere destituat, & quæ nunc eunt alternis redeuntq; oportunis libramentis, mundũ ex æquo temperantia, repentino cõcrementur incendio, & ex tanta uarietate soluantur, atq; eant in unũ omnia. Ignis cuncta possideat, quẽ deinde pigra nox occupet, & profunda uorago tot deos sorbeat. Sit tanti ut tu coarguaris. Ista tibi concedere possunt etiam inuito, euntq; ista tua causa, etiam si maior illis alia, ac prior causa est.

CAP. XXIII. Adijce nunc, quod non externa cogunt deos, sed sua illis in legem æterna uoluntas

In legem. est, statuerunt quæ non mutarent. Itaq; nõ possunt uideri facturi aliquid, quamuis nolint. Quia quicquid desinere non possunt, perseuerare uoluerunt. Nec unquam primi consilij deos pœnitet. Sine dubio stare illis, & desciscere in cõtrariũ non licet. Sed non

non ideò, quia uis sua illos in proposito tenet, in imbecillitate permanent, sed quia nõ licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autem illa constitutione, cũ uniuersa disponerent, etiam nostra uiderunt, rationẽq; hominis habuerunt. Itaq; non possunt uideri sua tantum causa decurrere, & explicare opus suũ, quia pars operis sumus & nos. Debemus ergo & soli, & lunæ, & cæteris cælestibus beneficium, quia etiã si potiora illis sunt, in quę oriuntur, nos tamẽ in maiora futuri iuuant. Adijce quod destinato iuuant. Ideoq; obligati sumus, qui non in beneficium ignorãtium incidimus, sed hæc quæ accipimus, accepturos scierunt, & quanquam maius illis propositum sit maioríq; actus sui fructus, quàm seruare mortalia, tamen in nostras quoq; utilitates à príncipio rerum præmissa mens est, & is ordo mundo datus, ut appareat curam nostri non inter ultima habitam. Debemus parentibus nostris pietatem, & multi non ut gignerent coierant. Dij non possunt uideri nescisse, quid effecturi essent, cum omnibus alimenta, protinus† & alia prouiderint, nec eos per negligentiam genuere, quibus tã multa genuerant. Cogitauit enim nos ante natura quàm fecit. Nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vide quantum nobis permiserit, quàm non intra homines tantum, humani imperij conditio sit. Vide inquantũ corporibus uagari liceat, quæ coercuit fine terrarum, sed omnem in partem sui misit. Vide animi quantum audeant, quemadmodum soli aut nouerint deos, aut quærant, & mente in altum data diuina comitentur. Scias non esse hominem tumultuarium & incogitatum opus. Inter maxima rerum suarũ natura nihil habet, quo magis glorietur, aut certe cui glorietur. Quantus iste furor est, controuersiam dijs muneris sui facere? Quomodo aduersus eos hic erit gratus, quibus gratia referri sine impendio non potest? Quis negat ab his accepisse se, à quibus quum maximè accepit, qui & semper daturi sunt, & nunquam recepturi? Quanta autem peruersitas, ob hoc alicui non debere, quia etiam inficianti benignus est, & continuationem ipsam seriemq; beneficij argumentum uocare necessario dantis? Nolo, sibi habeat, quis illum rogat? & omnes alias impudentis animi uoces his astrue. Non ideò de te minus meretur is, cuius liberalitas ad te etiam dum negas peruenit, cuiusq; beneficiorũ, uel hoc maximũ, quod etiam querenti daturus est.

CAP. XXIIII Non uides quemadmodum teneram liberorum infantiam, parentes ad salubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora, ac repugnantium, diligenti cura fouẽt, & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt, & mox liberalia studia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad ultimum† audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coaptant, & applicant. Adolescentibus quoq;, ac iam potentibus sui, si remedia, metu aut intemperantia reijciunt, uis adhibetur, ac seruitus. Itaq; beneficiorum maxima sunt quæ à parentibus accipimus, dum aut nescimus, aut nolumus.

CAP. XXV. His ingratis & repudiantibus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt ex diuerso nimis grati, qui aliquid incommodi precari solent, his quibus obligati sunt, aliquid aduersi, in quo affectum memorem accepti beneficij approbent. An hoc recte faciant, & pia uoluntate, quæritur, quorum animus similis est, prauo amore flagrantibus, qui amicæ suæ optant exilium, ut desertam, fugientemq; comitentur, Optant inopiam, ut magis desideranti donent: optant morbum, ut assideant. Et quicquid inimicus optaret, amantes uouent. Ferè idem itaq; exitus est odij & amoris insani. Talẽ quiddã & his accidit, qui amicis incommoda optant, quæ detrahant, & ad beneficium iniuria ueniunt: cũ† sanctius sit uel cessare, quàm per scelus officio locum quærere. Quid si gubernator à Dijs tempestates infestissimas, & procellas petat, ut gratior ars† sua periculo fiat? Quid si imperator deos oret, ut magna uis hostium circumfusa castris, fossas subito impetu cõpleat, & uallũ trepidante exercitu conuellat, & in ipsis portis, infesta signa constituat, quo maiore cum gloria rebus lapsis, profligatisq; succurrat? Omnes isti beneficia sua detestabili uia ducunt, qui deos contrà eum aduocãt, cui ipsi affuturi sunt, & ante illos sterni, quàm erigi uolunt. Inhumana ista & peruersę grati animi natura est, contra eum optare, cui honeste deesse non possis.

CAP. XXVI. Non nocet illi uotum meum, inquit, quia simul opto & periculum & remedium. Hoc

7

8 *aliàs inuitant aliàs ex destinato.* *Sui.*

al. & exilia.

Audacem non erat in libro manu scripto erat tamen in Langobardico

Vouent pro optant. *εὐχονται*

aliàs satius aliàs suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc dicis nonnihil te peccare, sed minus quàm si sine remedio periculum optares. Nequitia est, ut extrahas mergere, euertere ut susciteS, ut emittas includere. Non est beneficium iniuriæ finis, nec unquam id detraxisse meritum est, quod ipse qui detraxit, intulerat. Nõ uulneres me malo, quàm sanes. Potes inire gratiam, si quia uulneratus sum sanas, non si uulneras, ut sanandus sim. Nunquam cicatrix nisi collata uulneri placuit, quod ita cõsse gaudemus, ut non fuisse mallemus. Si hoc ei optares, cuius nullum beneficium haberes, inhumanum erat uotũ, quanto inhumanius ei optes, cui beneficiũ debes? CAP. XXVII. Simul, inquit, ut possem ferre illi opem precor. Primum ut te in media parte uoti tui occupem, iam ingratus es, Nondũ audio quid illi uelis præstare, scio quid illũ uelis pati. Solicitudinẽ illi & metũ, & maius aliquod imprecaris malũ, ut opere indigeat, Hoc contra illum est. Optas, ut tua indigeat ope. Hoc pro te est, non succurrere uis illi, sed soluere. Qui sic properat, ipsum soluí uult non soluere. Ita quod unum in uoto tuo honestum uideri poterat, turpe & ingratum est, nolle debere, Optas enim non ut tu facultatem habeas referendæ gratiæ, sed ut ille necessitatẽ implorandæ. Superiorem te facis, & quod nefas est, benemeritũ ad pedes tuos mittis. Quãto satius est honesta uoluntate debere, cẽ per malam rationem soluere? Si inficiareris quod acceperis minus peccares, nihil enim nisi quod dederat, amitteret. Nũc uis illũ subijci tibi iactura rerũ suarum, et status mutatione in id deuocari, ut infra beneficia sua iaceat. Gratum te reputabo, corã eo cui prodesse uis, opta. Votum tu istud uocas, quod inter gratum & inimicum potest diuidi, quod nõ dubites aduersariũ & hostem feciSSe, si extrema taceantur. Hostes quoq; optauerunt capere quasdã urbes, ut seruarent, & uincere quosdam, ut ignoscerent. Nec ideò non hostilia uota, in quibus quod mitissimum est, post crudelitatẽ uenit. Deniq; qualia esse iudicas uota, quæ nemo tibi minus uoleT, cẽ is pro quo fiunt succedere. Pessime cũ eo agis, cui uis à diis noceri à te succurri, iniquè cũ ipsis dijs. Illis enim durissimas partes imponis, tibi humanas. Vt tu prosis, dij nocebunt. Si accusatorẽ submitteres, quem deinde remoueres, si aliqua illũ lite implicares, quã subinde discuteres, nemo de tuo scelere dubitaret. Quid interest, utrũ istud fraude tentetur an uoto? Nisi quod potẽtiores illi aduersarios quæris. Nõ est quod dicas, quã enim illi iniuriam facio? Votum tuũ aut superuacuum est, aut iniurioSum, imò iniurioSum, etiã si irritũ. Quicquid nõ efficis, dei munus est, iniuria uerò, quicquid optas. CAP. XXVIII Sat est, Tibi nõ aliter debemus irasci, cẽ si profeceris. Si uota, inquit, ualuissent, & in hoc ualuissent, ut tutus esses. Primũ certum mihi optas periculum sub incerto auxilio. Deinde utrunq; certum puta, quod nocet, prius est. Præterea tu conditionem uoti tui nosti, me tempestas occupauit, portus ac præsidij dubium. Quantũ existimas tormentum, etiam si accepero, eguisse? etiã si seruatus fuero, trepidasse? etiã si absolutus fuero, causam dixisse? Nullius metus tam gratus est finis, ut non gratior sit solida & incunctã securitas. Opta ut reddere mihi beneficiũ possis, cum opus erit, nõ ut opus sit. Si CAP. XXIX. esset in tua potestate quod optas, ipse fecisses. Quanto hoc honestius uotũ est, opto in eo statu sit, quo semper beneficia distribuat, nunquam desideret. Sequatur illũ materia, qua tam benigne utatur largiendo iuuandoq;, ut nunquam illi sit dandorum beneficiorum inopia, datorum pœnitentia. Naturam per se pronam ad humanitatem, ad misericordiam & clementiam, iritet ac prouocet turba gratorum, sed quos illi & habere cõtingat, nec experiri necesse sit. Ipse nulli implacabilis sit, ipsi nemo placandus. Tam æquali in eum fortuna indulgentia perseueret, ut nemo in illum possit esse, nisi conscientia gratus. Quanto hæc iustiora uota sunt, quæ te in nullam occasionem differunt, sed gratum statim faciunt. Quid enim prohibet referre gratiam prosperis rebus? Quammulta sunt, per quæ quicquid debemus, reddere etiã felicibus possumus. Fidele consilium, assidua conuersatio, sermo comis, & sine adulatione iucundus, aures si deliberare uelit, diligentes, tutæ, secretæ, conuictus familiaritas. Neminem tam alte secunda posuerunt, ut non illi eo magis amicus desit, quia nihil absit.

subinde, pro mox.

Conuersatio. 9

CAP. XXX. Ista tristis & omni uoto submouenda occasio, ac procul repellenda. Vt gratus esse possis, iratis Dijs opus est. Nec ex hoc quidem peccare te intelligis, quod melius cum eo agitur, cui ingratus es. Propone in animo tuo carcerem, uincula, sordes, seruitutẽ, bellum,

bellum, egestatem. Hæc sunt occasiones tui uoti, siquis † tecum traxit per ista dimittitur. Quin potius eum potentem esse uis, cui plurimum debes, & beatum? Quid enim (ut dixi) uerat te referre, etiam summa felicitate præditis gratiam, cuius plena tibi occurret & uaria materia? Quid? tu nescis debitum etiam locupletibus solui. Ne te inuitum distringam: Omnia sane excluserit opulenta felicitas, monstrabo tibi, cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus, desit. Scilicet ille, qui uerum dicat, & hominem inter mentientes stupentem, ipsaq; consuetudine prorectis blanda audiendi, ad ignorantiam ueri perductum, uindicet à consensu concentúque falsorum. Non uides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetq;, sed adulandi certamen est, & unum amicorũ omnium officium, una cõtentio, quibus blandissime fallat? Ignorauere uires suas, & dum se tam magnos quàm audiunt credunt, attraxere superuacua, & in discrimen rerum omnium peruentura bella, utilem & necessariam rupere concordiam: secuti iram, quàm nemo reuocabat, multorũ sanguinem hauserunt, fusuri nouissime suum, dum uindicant inexplorata pro certis, flectiq; non minus existimant turpe quàm uinci, & perpetua credunt, quæ in summum perducta maxime nutant. Ingentia super se casura regna fregerunt, nec intellexerunt in illa scena & uanis & cito diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non aduersi expectare debuisse, ex quo nihil ueri audire potuerunt. Cum CA. XXXI. bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitumq; quàm caducis confideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuncios belli, & ad primam aduentus famam, terga uersuros. Alius nihil esse dubij, quin illa mole non uinci solum Græcia, sed obrui posset: magis uerendum, ne uacuas desertasq; urbes inuenirent, & profugis hostibus uastæ solitudines relinquerentur, non habituris, ubi tantas uires exercere possent. Alius illi uix rerum naturam sufficere, angusta esse classibus maria, militi castra, explicandis equestribus copijs campestria, uix patere cœlum sagittis ad emittenda omni manu tela. Cum in hunc modum multa undique iactarentur, quæ hominem nimia æstimatione sui furentem concitarent, Demaratus Lacedæmonius soluis dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigestam & grauem, metuendam esse ducenti: non enim uires, sed pondus habere, immodica nunquam regi posse, nec diu durare, quicquid regi non potest. In primo, inquit, statim monte Lacones obiecti, dabunt tibi sui experimentum. Tot ista gentium milia trecenti morabuntur, hærebunt in uestigio fixi, & commissas sibi angustias tuebuntur, & corporibus obstruent. Tota illos Asia non mouebit loco. Tantas minas belli, & penè totius generis humani ruentis impetum, pauciSSimi sustinebunt. Cum te mutatis legibus suis natura transmiserit, in semita hærebis, & æstimabis futura damna, cum computaueris quanti Thermopylarum angusta constiterint. Scies te fugari posse, cum scieris posse retineri. Cedent quidem tibi pluribus locis uelut torrentis modo ablati, cuius cum magno terrore, prima uis defluit: Deinde hinc atq; illinc coorientur, & tuis te uiribus prement. Verum est quod dicitur, maiorem belli apparatum esse, quàm qui recipi ab his regionibus possit, quas oppugnare constituis. Sed hæc res contra nos est. Ob hoc ipsum te Græcia uincet, quia non capit. Vti toto te non potes. Præterea, quæ una rebus salus est, occurrere ad primos rerum impetus, & inclinatis opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare labentia. Multo ante uinceris, quàm uictum esse te sentias. Cæterum non est, quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes non posse, quia numerus eius duci quoq; ignotus est. Nihil tam magnum est, quod perire non possit, cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa. Acciderunt quæ Demaratus prædixerat, diuina atq; humana impellentem, & † mutantem quicquid obstiterat, trecenti stare iusserunt: stratusq; per totam Græciam passim Xerxes intellexit, quantum ab exercitu turba distaret. Itaq; Xerxes pudore quàm damno miserior, Demarato gratias egit, quod solus sibi uerum dixisset, & permisit petere quod uellet: petiit ille, ut Sardis maximam Asiæ ciuitatem curru uectus intraret, rectam capite tiarã gerens: id solis datum regibus. Dignus fuerat præmio antequam peteret, sed quàm miserabilis

al. tecum contraxit. fortè legendum te cõtraxit.

Commissas dixit adeo angustas, ut se inuitacem cõtingãt.

forte, minitantem.

f

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabilis gens, in qua nemo fuit, qui uerum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi.

Sibi, id est suo commodo. al. ultra.

Diuus Augustus filiam † intra pudicitiæ maledictum impudicam relegauit, & flagitia principalis domus in publicum emisit, Admissos gregatim adulteros, per errata nocturnis comessationibus ciuitatē, forum ipsum acroatra, ex quibus pater legem de adulterijs tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsiam concursum, cum ex adultera in quæstuariam uerla, ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret.

C. XXXII.

Hæc tam uindicanda principi quàm tacenda (quia quarundam rerum turpitudo etiã ad uindicantem redit) parum potens iræ, publicauerat. Deinde cum interposito tempore in locum iræ subijsset uerecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tãdiu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamauit, Horũ mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecœnas uixisset. Adeo tot habenti milia hominum duos reparare difficile est. Cæsæ sunt legiones, & protinus scriptæ. Fracta classis, & intra paucos dies natauit noua. Sequitur est in opera publica ignibus, surrexerunt meliora consumptis. Tota uita, Agrippæ & Mecœnatis uacauit locus. Quid putem, defuisse similes qui assumerentur, an ipsius uitium fuisse, qui maluit quæri, quàm quærere? Non est quod existimemus Agrippam & Mecœnatem solitos illi uera dicere, qui si uixissent, inter dissimulantes fuissent. Regalis ingenij mos est, in præsentium contumeliã amissa laudare, & his uirtutem dare uera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est.

C. XXXIII.

Sed ut me ad propositum reducam, uides quàm facile sit, gratiã referre felicibus, & in summa humanarum opum positis: dic illis non quod uolunt audire, sed quod audisse semper uolent. Plenas aures adulationibus aliquando uera uox intret. Da consilium utile. Quæris quid felici præstare possis? Effice, ne felicitati suæ credat, ut iciat illam multis & fidis manibus continendam. Parum in illum conuleris, si illi stultam fiduciam permansuræ semper potentiæ excusseris, docueriśq; mobilia esse quæ dedit casus, & maiore cursu fugere quàm ueniunt, nec his portionibus, quibus ad summã peruentum est, retrò iri, sæpe inter fortunam maximam & ultimam nihil interesse? Neścis quantum sit precium amicitiæ, si non intelligis multum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantum, sed seculis raram, quæ non aliubi magis deest, quàm ubi creditur abũdare. Quid? istos tu libros, quos uix nomenclatorum complectitur, aut memoria, aut manus, amicorũ existimas esse? Non sunt isti amici, qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Consuetudo ista uetus est regibus, regesq; simulantibus, populum amicorum describere. Est proprium superbiæ, magno æstimare introitum ac tactum sui liminis, pro honore dare, ut

Suo.

ostio suo propius assideas, ut gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos quoque excludunt.

C. XXXIIII.

Apud nos primi omnium Graccus, & mox Liuius Drusus instituerunt segregare turbam suam, & alios in secretum recipere, alios cum pluribus alios uniuersos habuerunt. Itaq; isti amicos, primos habuerunt & secundos, nunquam ueros. Amicum uocas, cuius disponitur salutatio, aut potest huius tibi patere fides, qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabitur? Huic peruenire usq; ad distringendam libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum & promiscuum ignotis, Aue, non nisi suo ordine emittitur? Ad quencunq; itaq; istorum ueneris, quorum salutatio urbem concutit, scito, etiam si animaduerteris obsessos ingenti frequentia uicos, & commeantium in utranq; partem cateruis itinera compressa, tamen uenire te in locũ hominibus plenum amicis uacuum. In pectore amicus, non in atrio quæritur. Illò recipiendus est, illic retinendus est, & in sensus recondendus. Hoc doce gratus es. Male de te existimas, si inutilis es, nisi afflictio, si rebus tutis superuacuus. Quemadmodum te & in dubijs & in aduersis, & in lætis sapienter geris, & dubia prudenter tractas, aduersa fortiter, læta moderate: ita in omnia utilem te amico exhibere potes, aduersa eius si nec deseruerís, nec optaueris. Multa nihilominus, ut non optes, in tanta uarietate quæ tibi materiam exercendæ fidei præbeant, incident. Quemadmodum qui optat diuitias alicui in hoc, ut illarum partem ipse ferat, quamuis pro illo uideatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquam necessitatem, quam adiutorio suo fideq; discutiat, quod est ingra-

ti, se

ti, se illi præfert, & tanti existimat illum miserum esse, ut ipse gratus sit, & ob hoc ipsum ingratus est. Exonerare enim se uult, & graui sarcina liberare. Multum interest, utrum properes referre gratiam, ut reddas beneficium, an ut ne debeas. Qui reddere uult, illius se commodo aptauit, & idoneum illi uenire tempus uolet. Qui nihil aliud quàm ipse liberari uult, quacunq; ad hoc cupiet peruenire, quod est pessimæ uoluntatis.

C. XXXV.

Ista, inquis, nimia festinatio ingrati est: id apertius exprimere non possum, quàm si repetiuero quod dixi, non uis reddere acceptum beneficium, sed effugere. Hoc dicere uideris. Quando isto carebo? Quocunque modo mihi laborandum est, ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solueres de suo, multum abesse uideris à grato, hoc quod optas iniquius est. Execraris enim illum, & caput sanctum tibi dira imprecatione defigis. Nemo, ut existimo, de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatem, si captiuitatem, si famem, ac metum imprecareris. At quid interest, utrum uox ista tua sit, an uoti tui? Sanus aliquid horum opta. I nunc & hoc esse gratum puta, quod ne ingratus quidem faceret, qui modo non usq; in odium, sed tantum ad inficiationem beneficij peueniret.

Suo. *13 15*

C. XXXVI.

Quis pium dicet Aeneam, si patriam capi uoluerit, ut captiuitate patrem eripiat? Quis Siculos iuuenes, ut bona liberis exempla mõstrarent, si optauerunt ut Aetna immensa ignium ui supra solitum ardens, daretur ipsis occasio exhibendæ pietatis, ex medio parentibus incendio raptis? Nihil debet Scipioni Roma, si punicum bellum ut finiret, perseuerare maluit. Nihil Decijs, quod morte patriam seruauerunt, si prius optauerant, ut deuotioni fortissimæ locum, ultima rerum necessitas faceret. Grauissima infamia est medici, opus quærere. Multi quos auxerant morbos, & reuocauerant, ut maiore gloria sanaret, non potuerunt discutere, aut cum magna miserorum uexatione uicerunt.

14

C. XXXVII.

Callistratum aiunt, ita certe Hecaton autor est, cum in exilium iret, in quod multos simul cum illo seditiosa ciuitas, & intemperanter libera expulerat, optante quodã, ut Athenienses necessitas restituendi exules esset, abominatum talem reditum. Rutilius noster animosius. Cum enim quidam illum consolaretur, et diceret instare arma ciuilia, breui futurum, ut omnes exules reuerterentur, quid tibi, inquit, mali feci, ut mihi peiorem reditum, quàm exitum optares? Malo, ut patria in exilio meo erubescat, quàm reditum mœreat. Non est istud exilium, cuius neminem non magis quàm damnatum pudet. Quemadmodum illi seruauerunt bonorum ciuium officium, qui reddi sibi penates suos noluerunt clade communi, quia satius erat duos iniquo malo affici, quàm omnes publico, Ita non seruat grati hominis affectum, qui bene de se merẽtem difficultatibus uult opprimi, quas ipse submoueat, qui etiam si bene cogitat, male precatur. Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam est, incendium extinxisse quod feceris. In quibusdam ciuitatibus impium uotum, sceleris uicem tenuit.

15 16 *In gloriam.*

C. XXXVIII.

Demades Athenis eum qui necessaria funeribus uenditabat, dãnauit, cum probasset magnum lucrum optasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Quæri tamen solet, an merito damnatus sit? Fortasse optauit, non ut multis uenderet, sed ut chare, ut paruo sibi constarent quæ uenditurus esset. Cum constet negociatio ex empto & uendito, quare uotum eius in unam partem trahis, cum lucrum ex utraq; sit? Præterea omnes licet, qui in ista negociatione sunt, damnes, omnes enim idem uolũt, idem intra se optant. Magnam hominum partem damnabis. Cui enim non ex alieno, commodo lucrum? Miles bellum optat, in gloriam. Agricolam annonæ charitas erigit. Eloquentiæ exceptat preciũ litium numerus. Medicis grauis annus in quæstu est.

17

Institores delicatarum mercium, iuuentus corrupta locupletat. Nulla tempestate, nullo igne lædantur tecta, iacebit opera fabrilis. Vnius uotum deprehensum est, omnium simile est. An tu Aruntium & Aterium, & cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere quæ designatores & libitinarios uotat? Illi quorum mortes optent, nesciunt, hi familiarissimum quenq;, ex quo propter amicitiam rei plurimum est, mori cupiũt. Illorum damno nemo uiuit, hos quisquis differt exhaurit. Optant ergo non tantũ ut accipiant, quod turpi seruitute meruerunt, sed etiã ut tributo graui liberentur. Non est itaq; dubium, quin hi magis quod damnatum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in uno optent, quibus quisquis morte profuturus est, uita nocet. Omnium tamen istorum uota sunt impunita. Deniq; se quisq; consulat, & in secretum pectoris sui recedat,
18 & inspiciat quid tacitus optauerit. Quàm multa sunt uota, quæ etiam sibi fateri pudet,
C. XXXIX. quàm pauca quæ facere coram teste posimus. Sed non quicquid reprehendendum, etiam damnandum est, sicut hoc uotum amici, quod in manibus est, male utentis bona uoluntate, & in id incidentis, quod euitat. Nam dum gratum animum festinat ostendere, ingratus est. Hic, ait, in potestatem meam recidat, gratiam meam desideret, sine me salurus, honestus, tutus esse non possit. Tam miser sit, ut illi beneficij loco sit quicquid redditur. † Hæc dijs audientibus? Circumuenient illum domesticæ insidiæ, quas ego possim solus opprimere. Instet potens inimicus & grauis, infesta turba,
al. Hinc Dij circũueniãt illinc
19 nec inermis, creditor urgeat & accusator. Vide quàm sis æquus, horum optares nihil, si tibi beneficiũ non dedisset. Vt alia taceam, quæ grauiora committis, pessima pro optimis referendo, hoc certe delinquis, quod non expectas suum cuiusq; rei
CAP. XL. tempus, quod æque peccat, qui non sequitur, quàm qui antecedit. Quomodo nõ semper beneficium recipiendum est, sic non utiq; reddendũ. Si mihi non desideranti redderes, ingratus esses, quãto ingratior es, qui desiderare me cogis? Expecta. Quare subsidere apud te munus meũ non uis? Quare obligatum molestè fers? Quare quasi cum acerbo fœneratore resignare rationem parem properas? Quid mihi negociũ quæris?
CAP. XLI. Quid in me deos immittis? Quomodo exigeres, qui sic reddis? Ante omnia ergo Liberalis hoc discamus, beneficia secure debere, & occasiones reddendorum
Manu facere. obseruare, non manu facere. Hanc ipsam cupiditatem primo quoq; tempore liberandi se, memínerimus ingrati esse. Nemo enim libenter reddit, quod inuitus debet, & quod apud se non uult esse, onus iudicat esse non munus. Quanto melius ac iustius in promptu habere merita amicorum, & offerre non ingerere, nec obæratum se iudicare? Quoniam beneficium commune uinculum est, & inter se duos alligat. Dic, nihil moror, quò minus tuum reuertatur, opto hilaris accipias, si necessitas alterutri nostrũ imminet, fatoq; quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere, aut ego accipere, det potius qui solet. Ego paratus sum, nulla mora inter nos est, ostendam hunc animum, cum primum tempus aduenerit. Interim dij testes sunt.
CAP. XLII. Soleo mihi Liberalis notare hunc in te affectum, & quasi manu prendere, uerentis & æstuantis, ne in ullo officio sis tardior. Nec decet gratum animum sollicitudo contra summam fiduciam sui, & ex conscientia ueri amoris dimissa est omnis anxietas. Tam conuicium est recipere quod non debes, quàm non dare quod debes. Hoc beneficij primum dati sit ius, ut recipiendi tẽpus eligat qui dedit. Ar uereor ne homines de me secius loquantur. Male agit, qui famæ, non conscientiæ gratus est. Duos istius rei iudices habes, illũ
al. nõ potes: sed neutrũ placet. quẽ † potes. Quid ergo si nulla interuenerit occasio? semper debebo? debebis, sed palàm debebis, sed libenter debebis, sed cum magna uoluptate apud te depositum intueberis. Pœnitet accepti beneficij, quem nõdum redditi piget. Quare qui tibi dignus uisus est, à quo acciperes, indignus uideatur, cui diu debeas?
20 CAP. XLIII. In magnis erroribus sunt, qui ingentis animi credunt proferre dona, plurium sinum ac domum replere, cum ista interdum non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Nesciunt quanto maius ac difficilius interim sit capere quàm fundere. Nam ut nihil alteri detraham, quoniam utrũq; ubi uirtute fit, par est, non minoris est animi beneficiũ debere, quàm dare. Eo quidem operosius hoc quàm illud, quo maiore diligentia custodiuntur accepta quàm dantur. Ideo non est trepidandum, quàm cito reponamus, nec procurãdum intempestiue: quia æquè delinquit, qui ad referendam gratiã suo tempore cessat, quàm qui alieno properat. Positum est illi apud me, nec illius nomine, nec meo timeo. Bene illi cautum est. Nõ potest hoc beneficiũ perdere, nisi mecum, imò ne mecum quidem. Egi illi gratias, id est, retuli. Qui nimis de beneficio reddẽdo cogitat, nimis cogitare alterum de recipiendo putat. Præstat esse in utrunq; facilẽ: si uult recipere beneficiũ, referamus reddamusq; læti: illud apud nos custodiri mauult, quid thesaurũ eius eripimus? quid custodiam recusamus? Dignus est cui utrum uolet, liceat. Opinionem quidem et famam eo loco habeamus, tanquam non ducere, sed sequi debeat.

In librum

IN LIBRVM SEXTVM. CAP. IX.

Vt beneficium daret, debuit. Longobardicus habebat, dare debuit. Suspicor deesse uerbum. Vt beneficium daret, uelle debuit. 1

CAP. X.

Sed quod beneficium non esset. Consentiebant tres diuersi codices, et in his Longobardicus, quanquã mihi, non, quæ uox in prioribus æditionibus non erat, uidetur superesse. Sic enim ratiocinatur Seneca. Si in beneficio tantum potest uoluntas, ut debeamus ei, cuius promptissimæ iuuandi uoluntati fortuna defuit, è contrario beneficium illi non debebimus, cui suppetijt fortuna, sed uoluntas non anteceßit. 2

CAPVT XI.

Cum uagus atq; erroneus. Ita uetus æditio. Longobardicus habebat, atq; error: unde conijcio, erro fuisse scriptum, quod librarius errore uertit in erroneum. Mox in Basilitensi codice repperi, erro scriptum. 3

Modo laudibus affecit animum. Longobardicus habebat, fecit animum, hoc est, animauit ad studia. Et elegans est facere animos. 4

CAPVT. XIX.

Sed tanquam Ro.po partem. Sic uetus æditio, in nonnullis erat, publice partum. Longobardicus habebat germanam scripturam, publici partem. 5

Sed commune munus ex populo. Ita superiores æditiones, & consentiebat Longobardicus. Nos tamen non ueriti sumus reponere, unus è populo: retulit enim illud Græcum, ἑὶς τῶν πολλῶν. 6

CAPVT XXIII.

Sed non ideò quia uis sua illos &c. Longobardicus habet, sed non aliud, quàm quia uis sua illos in proposito tenet, nec in imbecillitate permanent. Sensus fere consentit. 7

In maiora ituros iuuant, Longobardicus habebat, in maiora ituri, ut referatur ad solem & lunam. 8

CAPVT XXIX.

Aut res si deliberare uelit, diligentes, tu te sic credere. Sic habebant superiores æditiones, nec suffragabatur codex Longobardicus. Nos, ut spero, feliciter germanam scripturam reposuimus, aures si deliberare uelit, diligentes, tutæ, secretæ. Diligentes ut attendant, tutæ ne prodant, secretæ ne spargant in uulgus. 9

CAPVT XXX.

Ingentia super se ac sua regna fregerunt. Ita uetus æditio: Nonnulli pro ac sua, habebant ac suos. Neutra lectio uacat mendo, nec dubium est, quin scriba, pro casura, scripserit ac sua. 10

CAPVT XXXII.

Intra impudicitiæ maledictum. Longobardicus habebat, ultra, uerum ut intra legamus faciunt quæ sequuntur, in publicum emisit. Quanquam si legas ultra, sensus est tolerabilis, non solum laborabat infamia, sed in propatulo res erat. Mox. Narrauit noua, alij nectauit, Longobardicus notauit. Natauit haud dubie legendum. 11

CAPVT XXXIIII.

Prior æditio sic habebat, Hunc peruenire usq; ad distribuendam libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum & promiscuum! Ignotus non nisi suo ordine emittitur. Ex hoc sermone cuius & ordo depranatus erat, & uerba, nihil omnino sensus poterat elici. Exemplar peruetustum hactenus opitulabatur, ut certis uestigijs germanam lectionem deprehenderimus. Pro hunc, habebat huic, post ignotus, habebat, habe. Iam nationibus quibus am peculiare est, pro b, sonare u consonantem, & germanicum est, aspirare nonnunquam & tenues, ita factum est, ut pro aue, scriptum sit habe. Ad hunc itaq; modum synceram scripturam reposuimus. Huic peruenire usq; ad distringendam libertatem licet, cuius uulgare & publicum uerbum, & promiscuum ignotis, Aue, non nisi suo ordine emittitur! Distringere libertatem dixit, pro expromere, quemadmodum distringimus gladium. Amicitiæ proprium est, liberas inuicem uoces emittere. Quando autem amicus ille salutator audebit libertatem hanc exercere in amicũ, cui non licet uerbum, Aue, quod uulgo ignotus dicit ignoto, nisi suo ordine emittere.

CAPVT XXXV.

Vtrum uox ista sit uoti tui. Sanius aliquid horum opta. Ita superior æditio, nec suffragabantur exemplaria. Itaq; diuinauimus fuisse scriptum, utrum uox ista tua sit, an uoti tui! Sanus aliquid horum opta. Sensus est, fortasse non imprecaris talia amico, sed quid refert quum optes? Sanus aliquid tale opta tibi. Hinc coniecta, quàm immaniter optes amico. Sciui nunc. alij, Sum nunc. Alij, Si in nunc. Arbitror legendum, I nunc. 12

CAPVT XXXVI.

Immensa ignium ui. Codices aliquot manu descripti habebant insuper, Ex, ui, fecerant, in, ex, supra, super. Codex uetustissimus habebat sic, Quis Siculos iuuenes, ut bona liberis exempla, monstrabit, si optauerint ut Aetna immensam ignium uim, supra solitum ardens & incensa, præcipitet, daturaipsis occasionem, &c. 13 14

CAPVT XXXVII.

Quàm reditum meum mœreat: pro mœreat Longobardicus habebat, hæreat. Fortassis scriptum erat horreat. Quemadmodum illi. Hic aliquis enarrator adiecerat, s. Callistratus & Rutilius: In Longobardico non erant. 15

CAPVT XXXVIII.

Eloquentiæ precium exoptat litiũ numerus. Quoniam hinc nullus existit sensus, uerteram exoptat in exceptat, idq; post comperi in codice Longobardico. 16 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 *In ſecreta pectoris ſui reddat, alius redeat. Non dubito quin legendum ſit recedat.*

CAPVT XXXIX.

19 *Hinc dij circumueniant. Longobardicus habebat, Hæc dijs audientibus? Circumueniant illum.*

CAPVT. XLII.

20 *Illum quem potes. alius habebat, quem non potes. Cum nihil ſuffragentur exemplaria, legendum arbitror, duo iſtius rei iudices habes, te quem non potes fallere, illum quem potes.*

LVCII ANNEI SENECAE DE BENEFICIIS, LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS.

CAP. I.

BOnum mi Liberalis habeas animum, In manibus terrę. Non hic te carmine longo, atq; per ambages & longa exorſa tenebo. Reliquias hic liber cogit. Exhauſta materia circumſpicio, non quid dicam, ſed quid non dixerim. Boni tamen conſules quicquid ſupereſt, cum tibi ſuperfuerit. Si uoluiſſem lenocinari mihi, debuit paulatim opus creſcere, & ea pars in finem reſeruari, quam quilibet etiam ſatiatus appeteret. Sed quicquid maxime neceſſarium erat in primum ſtatum congeſsi, nunc liquid effugit, recolligo. Nec mehercule ſi me interrogas nimis ad rem exiſtimo pertinere, ubi dicta ſint quæ regunt mores, perſequi cætera, non in remedium animi, ſed in exercitationē ingenij inuenta. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus, uir meo iudicio magnus, etiam ſi maximis comparetur, ſolet: plus prodeſſe, ſi pauca præcepta ſapientiæ teneas, ſed illa in promptu tibi & in uſu ſint, quàm ſi multa quidem didiceris, ſed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, inquit, magnus luctator eſt, non qui omnes numeros nexuſq; perdidicit, quorum uſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in uno ſe, aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentus ſpectat. Nec enim refert quàm multa ſciat, ſi ſcit quantum uictoriæ ſatis eſt: Sic in hoc ſtudio multa delectant, pauca uincunt. Licet neſcias, quæ ratio oceanum effundat ac reuocet, quare ſeptimus quiſque annus ætati ſignum imprimat, quare latitudo porticus ex remoto ſpectantibus, non ſeruet portionem ſuam, ſed ultima in angustias coēant, & columnarum nouiſsime interualla iungantur: quid ſit quod geminorum conceptum ſeparet, partum iungat, utrum unus concubitus ſpargatur in duos, an toties concepti ſint, Cur pariter natis fata diuerſa ſint, maximisq; rerum ſpacijs diſtent, quorum inter ortus minimum intereſt. Non multum tibi nocebit tranſiſſe, quæ nec licet ſcire, nec prodeſt. Inuoluta ueritas in alto latet. Nec de malignitate naturæ quæri poſſumus, quia nullius rei difficilis inuentio eſt, niſi cuius hic unus inuentæ fructus eſt, inueniſſe. Quicquid nos meliores beatosq; facturum eſt, aut in aperto, aut in proximo poſuit. Si animus fortuita contempſit, ſi ſe ſupra metum ſuſtulit & poſuit, nec auida ſpe infinita complectitur, ſed didicit à ſe petere diuitias, ſi deorum hominumq; formidinē eiecit, & ſcit non multum eſſe ab homine timendum, à deo nihil, ſi contemptor omnium, quibus torquetur uita, dum ornatur, eò perductus eſt, ut illi liqueat mortem nullius mali eſſe materiam, multorum finem, Si animum uirtuti conſecrauit, & quacunq; uocat illa, planum putat, Si ſociale animal eſt, & in commune genitus mundum ut unam domum ſpectat, & conſcientiam ſuam dijs aperuit, ſemperq; tanquam in publico uiuit, ſe magis ueritus quàm alios, ſubductus illis tempeſtatibus, in ſolido ac ſereno ſtetit, conſummauit ſcientiam utilem atque neceſſariam. Reliqua oblectamenta ocij ſunt. Licet enim iam in tutum retracto animo, ad hæc quoque excurrere, cultum non robur ingenijs afferentia. Hæc Demetrius noſter, utraq; manu tenere proficientem iubet, nec uſquam dimittere, imò affigere, & partem ſui facere, eoq; quotidiana meditatione perduci, ut ſua ſponte occurrant ſalutaria, & ubiq; ac ſtatim deſiderata præſto ſint, & ſine mora ulla ueniat, illa turpis honeſtiq; diſtinctio, ſciatq; nec malum eſſe ullum niſi turpe, nec bonum niſi honeſtum. Hæc regula uitæ opera diſtribuat, ad hanc legem & agat cuncta & exigat, Miſerrimósque mortalium iudicet, in quantiſcunque opibus

CAP. II. *Vtraq; manu tenere.*

bus reſulgebunt, uentri ac libidini deditos, quorum animus inerti ocio torpet. Dicat ipſe ſibi, Voluptas fragilis & breuis, faſtidit obiecta, quo auidius hauſta eſt, citius in contrarium recidens, cuius ſubin de neceſſe eſt, pœniteat. In qua nihil eſt aut magnificum, aut quod naturam hominis dijs proximi deceat. Res humilis, membrorum turpium ac uilium miniſterio ueniens, exitu fœda. Illa eſt uoluptas & homine & uiro digna, non implere corpus, nec ſaginare, nec cupiditates iritare, quarū tutiſsima eſt quies: ſed perturbatione carere, & ea quā hominū inter ſe rixantium ambitus concutit, & ea quæ intolerabilis ex alto uenit, ubi de dijs famæ creditum eſt, uitijſq; illos noſtris æſtimauimus. Hanc uoluptatem æqualem, intrepidam, nunc̄q; ſenſuram ſui tedium percipit, hic quem deformamus, qui maxime, ut ita dicam, diuini iuris atq; humani peritus, de præſentibus gaudet, ex futuro non pendet. Nihil enim firmi habet, qui in incerta propenſus eſt. Magnis itaq; curis exemptus, & diſtorquentibus mentem, nihil ſperat aut cupit, nec ſe mittit in dubiū, ſuo contentus. Nec illum exiſtimes paruo eſſe contentum, omnia illius ſunt. Non ſic, quemadmodum Alexandri fuerunt, cui quanquā in littore maris rubri ſteterat plus deerat, q̄ quā uenerat. Illius ne ea quidē erant, quę tenebat, aut uicerat, cū in Oceano Oneſicritus præfectus claſsibus præmiſſus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret. Non ſatis apparebat inopē eſſe, qui extra naturæ terminos arma proferret: qui ſe in profundū, inexploratum, & immenſum aui ditate cæca prorſus immitteret: Quid intereſt, quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? Tantum illi deeſt, quantum cupit.

CAP. III.

Nec hoc Alexandri tantum uitium fuit, quem per Liberi Herculisq; ueſtigia felix temeritas egit, ſed omnium quos fortuna iritauit implendo. Cyrum & Cambyſen, & totum regni Perſici ſtemma percenſe, quē inuenies, cui modum imperij ſatietas fecerit qui non uitam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finierit? Nec id mirum eſt. Quicquid cupiditati contigit, penitus hauritur & conditur. Nec interest quantū in id quod inexplebile eſt congeras. Vnus eſt ſapiens, cuius omnia ſunt, nec ex difficili tuenda. Non habet mittendos trans maria legatos, nec metanda in ripis hoſtilibus caſtra nō oportunis caſtellis diſponenda præſidia, non opus eſt legione, nec equeſtribus turmis. Quemadmodum dij immortales regnum inermes regunt, & illis rerum ſuarum exædito, tranquilloq; tutela eſt, ita hic officia ſua, quamuis latiſsime pateāt, ſine tumultu obit. Et omne humanum genus, potentiſsimus eius optimusq; infra ſe uidet. Deideas licet, Ingentis ſpiritus res eſt, cum orientem occidētemq; luſtraueris animo, quo etiam remota, & ſolitudinibus intercluſa penetrantur, cum tot animalia, tantam copiā rerum, quas natura beatiſsime fundit aſpexeris, emittere hanc dei uocem, Hæc omnia mea ſunt. Sic fit, ut nihil cupiat, quia nihil eſt extra omnia.

CAP. IIII.

Hoc ipſum, inquis, uolui, teneo te, uolo uidere, quomodo ex his laqueis, in quos tua ſponte decidiſti explicēris. Dic mihi, quemadmodum poteſt aliquis donare ſapienti, ſi omnia ſapientis ſunt? Nam id quoque quod illi donat, ipſius eſt. Itaque non poteſt dari beneficium ſapienti, cui quicquid datur, de ſuo datur. Atqui dicitis, ſapienti poſſe donari. Idem autē me ſcito, & de amicis interrogare, Omnia dicitis illis eſſe communia, ergo nemo quicquam amico donare poteſt, donat enim illi communia. Nihil prohibet aliquid eſſe, & eius qui poſsidet, & eius cui datū & aſsignatū eſt. Sic omnia ſapientis eſſe dico, ut nihilo minus proprium quiſq; in rem ſuam dominium habeat. Iure ciuili omnia regis ſunt. Et tamen illa quorum ad regem pertinet uniuerſa poſſeſsio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, & unaquæq; res habet poſſeſſorem ſuū. Itaque dare regi, & domum, & mancipium, & pecuniam poſſumus, nec donare illi de ſuo dicimur. Ad reges enim poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum uocamus, quos deinde inter ſe uicini priuata terminatione diſtinguunt, & totus ager aut ullius reipub. eſt, pars deinde ſuo domino quæq; cenſetur. Ideoq; donare agros noſtros reipub. poſſumus, quāuis illius eſſe dicantur. Quia aliter illius ſunt, aliter mei. Nunquid dubium eſt, quin ſeruus cum peculio, domini ſit? Dat tamen domino ſuo munus. Non enim ideò nihil habet ſeruus, quia non eſt habiturus, ſi dominus illum habere noluerit. Nec ideò non eſt munus, cum uolens dedit,

Subinde pro mox.

De ſuo

De ſuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia potuit eripi, etiam si noluisset. Quemadmodũ probemus omnia, nunc enim omnia sapientis esse, inter duos conuenit, illud quod queritur colligendum est, quomodo liberalitatis materia aduersus eum supersit, cuius uniuersa esse contendimus. Omnia patris sunt, quæ in liberorum manu sunt. Quis tamen nescit donare aliquid & filium patri? Omnia deorum sunt, tamen dijs posuimus donum, & stipem iecimus. Nõ ideò quod habeo, meum non est, si meum tuum est? Potest enim idem esse meum & tuum. Is inquis, cuius prostitutæ sunt, leno est. Omnia autem sapientis sunt: inter omnia autem & prostitutæ sunt, ergo & prostitutæ sapientis sunt. Leno autem est, cuius prostitutæ sunt, ergo sapiens est leno. Sic illum uetant emere. Dicunt enim, nemo rem suam emit, omnia autem sapientis sunt, ergo sapiens nihil emit. Sic uetant & mutuum sumere, quia nemo usuram pro pecunia sua pendit. Innumerabilia sunt, per quæ cauillantur, cum pulcherrime quid à nobis dicatur, intelligant.

CAP. V. Enimuero sic omnia sapientis esse dico, ut nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium habeat. Quemadmodũ sub optimo rege, omnia rex imperio possidet: singuli dominio. Tempus istius probandæ rei uenict. Interim hoc huic quæstioni sat est, id quod aliter sapientis, aliter meum est, me posse donare sapienti. Nec mirum est, aliquid ei, cuius est totum, posse donari. Conduxi domum à te.† Inde aliquid tuum aliquid meum. Res tua est, usus rei tuæ meus est. Itaque nec fructus tanges, colono tuo prohibente, quamuis tua in possessione nascãtur. Et si annona carior fuerit aut fames. Heu frustra magnum alterius spectabis aceruum, in tuo natum, in tuo positum, in horrea iturum tua. Nec conductum meum, quanquam sis dominus intrabis, nec seruum tuum, mercenarium meum abduces, et abs te reddam si conduxero, beneficium accipies, si tibi in uehiculo tuo sedere permisero. Vides ergo posse fieri, ut aliquis accipiendo quod suum est, munus accipiat. CAP. VI. In omnibus istis quæ modo retuli, uterq; eiusdem rei dominus est. Quomodo? quia alter rei dominus est, alter usus. Libros dicimus esse Ciceronis. Eosdem Dorus librarius suos uocat, & utrunq; uerum est. Alter illos tanquam autor sibi, alter tanquam emptor asserit. At recte utriusq; dicuntur esse. Vtriusq; enim sunt, sed non eodem modo. Sic potest Titus Liuius à Doro accipere, aut emere libros suos. Possum donare sapienti, quod uiritim meum est, licet illius sint omnia. Nam cum regio more cunctat conscientia possideat, singularũ autem rerũ in unumquẽq; proprietas sit sparsa, & accipere munus, & debere, emere, & cõducere potest. Cæsar omnia habet, fiscus eius priuata tantum ac sua, & uniuersa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid nõ sit, sine diminutione imperij quæritur. Nam id quoq; quod tanq; alienũ abiudicatur, aliter illius est. Sic sapiens uniuersa animo possidet, iure ac dominio sua. CAP. VII. Bion modo omnes sacrilegos argumentis esse colligit, modo neminẽ. Cum omnes de saxo deiecturus est, dicit, Quisquis id quod deorũ est sustulit & consumpsit, atq; in usum suum uertit, sacrilegus est. Omnia autem deorum sunt. Quod quisq; ergo tollit, deorum tollit quorũ omnia sunt, Ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde cum effringi templa, & expilari impune capitoliũ iubet, dicit nullum sacrilegiũ esse. Quia quicquid sublatum est, ex eo loco qui deorum erat, in eum transfertur locum, qui deorum est. Hic respondetur, Omnia quidem deorum esse, sed non omnia dijs dicata. In his obseruari sacrilegium, quæ religio numini ascripsit. Sic & totũ mundum deorum esse immortaliũ templum, solum quidẽ amplitudine illorũ ac magnificentia dignum: tamen à sacris prophana discerni, & non omnia licere in angulo, cui nomen phani impositum est, quæ sub cœlo & conspectu syderum licent. Iniuriam sacrilegus deo quidem non potest facere, quem extra ictum sua diuinitas posuit, sed tamen punitur, quia tanq; deo fecit. Opinio illum nostra ac sua obligat pœnæ. Quomodo ergo sacrilegus uidetur, qui aliquid aufert sacri, & si quocunq; transtulit, quod surripuerat, intra terminos est mundi, sic & sapienti furtũ potest fieri. Auferetur enim illi non ex his, quæ uniuersa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est, quæ uiritim ei seruiunt. Illam alteram possessionem agnoscet, hanc nolet habere, si poterit: Emittitq; illam uocem, quam Romanus imperator emisit cum illi ob uirtutem & bene gestam Rempub. tantum agri decerneretur, quantum arando uno die circuire

Pro conscientia opinor legendum, communia. Huic enim opponitur singularũ.

circuire potuisset. Non est, inquit, uobis eo opus ciue, cui plus opus sit, quam uni ciui. Quanto maioris uiri putas, reipuisse hoc munus, quam meruisse. Multi enim imperatores, fines alijs abstulerunt, sibi nemo constituit. † Credo cum animum sapientis intuemur potentem omnium, & per uniuersa dimissum, omnia illius esse dicimus: quum ad hoc ius quotidianum, si ita res tulerit, capite censebitur, multum interest possessio eius animo ac magnitudine æstimetur, an censu. Hęc uniuersa habere, de quibus loqueris abominabitur. Non referam tibi Socratem, Chrysippum, Zenonem, & cæteros magnos quidem uiros, maiores tamen, quia in laudem uetustorũ inuidia non obstat. Paulò ante Demetriũ retuli, quem mihi uidetur rerum natura, nostris tulisse temporibus, ut ostenderet nec illũ à nobis corrumpi, nec nos ab illo corripi posse. Virum exactæ (licet neget ipse) sapientiæ, firmæq; in his quæ proposuit constantiæ. Eloquentiæ † quoq; eius, quæ res fortissimas deceat, non concinnatæ, nec in uerba sollicitæ, sed ingenti animo prout impetus tulit res suas prosequentis. Huic non dubito, quin prouidentia, & talem uitam, & talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum seculo nostro, aut conuicium deesset. CAP. IX. Demetrio si res nostras aliquis deorum possidendas uelit tradere sub lege certa, ne liceat donare, affirmauerim repudiaturum dictu rumq;, Ego uerò me ad istud inextricabile pondus nõ alligo, nec in illam fecem rerum hunc expeditum hominem demitto. Quid ad me defers populorũ omnium mala, quę nec daturus quidẽ acciperem, quoniam multa uideo, quæ me donare non deceat. Volo sub conspectu meo ponere, quæ gentium oculos, regumq; perstringunt. Volo intueri precia sanguinis animarumq; uestrarum. Prima mihi luxuriæ spolia propone, siue illa uis per ordinem expandere, siue (ut est melius) in unum aceruum dare. Video elaboratã scrupulosa distinctione testudinẽ, & fœdissimorũ pigerrimorumq; animalium testas, ingentibus precijs empras, in quibus ipsa illa, quæ placet uarietas † subditis medicamentis, in similitudinẽ ueri coloratur. Video istic mensas, & æstimatũ lignum senatoris censu, eo precio sius, quo illud in plures nodos, arboris infelicitas torsit. Video istic crystallina, quorũ accendit fragilitas precitũ. Omniũ enim rerũ uoluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet periculo, crescit. Video murrhina pocula, parũ scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod uomant capacibus gẽmis inter se propinarent. Video uniones, non singulos singulis auribus cõparatos, iã enim exercitatæ aures oneri ferẽdo sunt. Iungũtur inter se, & insuper alij binis † supponũtur. Non satis muliebris insania uiros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia, auribus singulis pependissent. Video sericas uestes, si uestes uocãdæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi, aut corpus aut denique pudor possit. Quibus sumptis, mulier parũ liquido nudã se nõ esse iurabit, Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad cõmercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quàm in publico ostendant.

Quid agis auaricia, quot rerum charitate aurum tuum uictum est? CAP. X. Omnia ista quæ retuli, in maiore honore precioq; sunt. Nunc uolo tuas opes recognoscere, Laminas utriusq; materiæ, ad quas cupiditas nostra calĩgat. At mehercule terra quæ quicquid utile futurum nobis erat protulit, ista defodit, & mersit, & ut noxijs rebus ac malo gentium in medium prodituris, toro pondere incubuit. Video ferrũ ex hisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum & argentũ, ne aut instrumentũ in cædes mutuas deesset, aut precium. Et tamen adhuc ista aliquã materiam habent, est in quo errorẽ oculorum animus subsequi possit. Video istic diplomata, & syngraphas, & cautiones uacua habendi simulacra, umbra quædam auariciæ laborantis, per quæ decipiant animum inani um opinione gaudentem. Quid enim ista sunt? Quid fœnus & kalendarium, & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina? Possum de rerum natura queri, quod aurum argentumq;, non interius absconderit, quod non illis maius quàm quod detrahi posset, pondus iniecerit. Quid sunt istæ tabulæ, quid computationes, & uenale tempus, & sanguinolentæ centesimæ? Voluntaria mala ex cõstitutione nostra pendentia, in quibus nihil est, quod subijci oculis, quod teneri manu possit, inanis auaritiæ somnia, O miserũ, si quẽ delectat sui patrimonij liber magnus, & uasta spacia terrarũ colenda per uinctos, & immensi greges pecorũ per prouincias ac regna pascendi, & familia

forte, sublitis

al. superponuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

& familia bellicosis nationibus maior,& ædificia priuata laxitatē urbiū magnarū uincentia. Cum bene ista per quæ diuitias suas disposuit ac sudit circūspexerit, superbūq; se fecerit,si quicquid habet,ei quod cupit cōparet,pauper est. Dimitte me, & illis diuitijs meis redde. Ego regnū sapientiæ noui magnū,securū. Ego sic omnia habeo,ut omnium sint. CAP. XI. Itaq; cum Cæsar illi ducenta donaret,ridens reiecit, ne dignā quidem summā iudicans,qua non accepta gloriaretur. Dij deæq; quàm pauxillo illum animū, aut honorare uoluit,aut corrumpere. Reddendum egregio uiro testimonium est. Ingentem rem ab illo dici audiui, cum miraretur dementiam eius, quod se putasset tanti posse mutari. Si tentare, inquit, me constituerat, toto illi fui experiendus imperio.

CAP. XII. Sapienti ergo donari aliquid potest, etiamsi sapientis omnia sunt. Aeque nihil prohibet, cum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari. Nō em̄ mihi sic cum amico cōmunia omnia sunt, quomodo cum socio, ut pars mea sit, pars illius, sed quomodo patri matriq; cōmunes liberi sunt, quibus cū duo sint, non singuli singulos habent, sed singuli binos. Primum omniū iam efficiā, ut quisquis est iste, qui me in societatē uocat, sciat se nihil mecū habere cōmune. Quare? quia hoc consortiū solū inter sapientes est, inter quos amicitia est. Cæteri non magis amici sunt, q̄ socij. Deinde pluribus modis cōmunia sunt. Equestria omniū equitū Romanorū sunt. In illis tantū locus meus fit proprius, quē occupaui. Hoc si cui cessi, quāuis illi cōmuni re cesserim, tamen aliquid dedisse uideor. Quædā quorundā sub certa conditione sunt. Habeo in equestribus locū, nō ut uendam, nō ut locem, nō ut habitem, in hoc tantū ut spectem. Præterea non mentiar, si dicam me habere in equestri locum: sed cum in theatrū ueni, si plena sunt equestria, & iure habeo locū illic, quia sedere est mihi liberū, et nō habeo, quia ab his, cum quibus ius mihi loci commune est, occupatus est. Idem inter amicos puta fieri. Quicquid habet amicus commune est nobis, sed illius proprium est, qui tenet. Vti hoc nolente non possum. Derides me, inquis? Si quod amici est, meum est, liceat mihi uendere? Non licet. Nam nec equestria, & tamen communia tibi cum cæteris equestribus sunt. Non est argumentum ideò aliquid tuū non esse, quia uendere nō potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim est etiam quod sub lege certa tuum est. Accepi, sed certe non minus habes.

CAP. XIII. Ne te traham longius. Beneficiū maius esse nō potest, ea per quæ beneficiū datur, possunt esse maiora & plura in quæ se beneuolentia effundat, & sic sibi indulgeat, quē admodū amantes solent, quorū plura oscula, & cōplexus arctiores nō augent amorē, sed exercent. Hæc quoq; quæ uenit quæstio profligata est in prioribus. Itaq; breuiter perstringetur. Possunt em̄ in hanc quæ data sunt aliis argumenta transferri. Quæritur an qui omnia fecit, ut beneficiū redderet, reddiderit. Vt scias inquit, illum non reddidisse, omnia fecit, ut redderet. Apparet ergo non esse id factum, cuius faciendi occasionem nō habuit: & creditori suo pecuniam nō soluit is, qui ut solueret ubiq; quæsiuit, nec inuenit. Quædā eius conditionis sunt, ut effectū præstare debeant, quibusdam pro effectu est omnia attentasse, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret, peregit medicus partes suas. Etiam damnato reo oratori constat eloquentiæ officium, si omni arte usus est. Laus imperatori etiam uicto, & duci redditur, si & prudentia, & industria, & fortitudo muneribus suis functa est. Omnia fecit, ut beneficium redderet, Obstitit illi felicitas tua. Nihil incidit durius, quo ueram amicitiam experiretur, Locupleti donare non potuit, sano assidere, felici succurrere. Gratiam retulit, etiam si tu beneficium non recepisti. Præterea huic intentus semper, & huius rei tempus operiens, qui in hoc multū curæ, multū sedulitatis impendit, plus laborauit, quàm cui cito referre gratiā contigit.

CAP. XIIII. Debitoris exemplū dissimile est, cui parū est pecuniā quæsisse, nisi soluit. Illic em̄ stat acerbus super caput creditor, qui nullū diem gratis occidere patiatur: hic benignissimus, qui te, cum cursantem & sollicitum atq; anxium uiderit, dicat, Mitte hanc de pectore curam. Desine tibi molestus instare. Omnia à te habeo. Iniuriam mihi facis, si me quicq; amplius desiderare iudicas. Plenissime ad me peruenit animus tuus. Dic, inquit mihi, reddidisse beneficium diceres illum, si gratiā retulisset? Eodem ergo loco est, qui reddidit, & qui non reddidit. Contra illud pone, si oblitus esset accepti beneficij, si ne

si ne tentasset quidem gratus esse, negares, illum gratiam retulisse? At hic diebus nocti busq; se lassauit, & omnibus alijs renunciauit officijs, huic uni imminens, & operatus, ne qua se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt, ille qui curam referendæ gratiæ abiecit, & hic qui nunquam ab illa recesit? Iniquus es, si rem à me exigis, cum uideas animum non defuisse. Ad summam, puta cum captus esses, me pecuniam mutuatum, rebus meis in securitatem creditoris oppositis nauigasse hyeme tam sæua, per infesta latrocinijs littora, emensum quicquid periculi afferre potest etiam pacatum mare: peragratis omnibus solitudinibus, cum quos nemo non fugiebat ego quærerem, tandem ad piratas perueni, & iam te alius redemerat, negabis me gratiam retulisse? etiam si in illa nauigatione pecuniam, quam saluti tuæ contraxeram, naufragus perdidi, etiam ubi in uincula quæ detrahere tibi uolui, ipse incidi, negabis me retulisse gratiam? At me hercle Athenienses, Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas uocant, & Mutij manus in hostili ara relicta instar occisi Porsennæ fuit, Et semper contra fortunam luctata uirtus etiam citra effectum propositi operis enituit. Plus præstitit, qui fugientes occasiones secutus est, & alia atque alia captauit, per quæ referre gratiam posset, quàm is quem sine ullo sudore, gratum prima fecit occasio. *Pro operatus forte legendū operosus, aut obseruans* *Instar.*

CAP. XV. Duas, inquit, res ille tibi præstitit, uoluntatē & rem. Tu quoq; illi duas debes. Merito istud diceres ei, qui tibi reddidit uoluntatē ociosam. Huic uere debes, qui & uult, & conatur, et nihil intentatum reliquit, sed non potes dicere, utrunq; enim præstat, quantum in se est. Deinde non semper numero numerus æquandus est. Aliquando una res pro duabus ualet. Itaq; in locum rei succedit tam propensa uoluntas, et cupida reddendi. Quod si animus sine re ad referendam gratiam non ualet, nemo aduersus deos gratus est, in quos uoluntas sola confertur. Dijs, inquit, nihil aliud præstare possumus. Sed si huic quoq;, cui referre gratiam debeo, nil aliud præstare possum, quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim, quo nihil amplius in deos confero?

CAP. XVI. Quid tamen sentiam quæris, & uis signare responsum. Hic beneficium recepisse se iudicet, ille se sciat nō reddidisse. Hic illum dimittat, ille se teneat. Hic dicat, habeo, ille respondeat, non habeo. In omni quæstione propositum sit nobis bonum publicū. Præcludendæ sunt excusationes ingratis, ad quas refugere possint, & sub quibus inficiationem suam tegere. Omnia feci. Fac etiam nunc. Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuisse, ut non intelligerent iniquissimum esse eodem loco haberi eum, qui pecuniam, quam à creditore acceperat, libidine, aut alea absumpsit, & eum qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? Nullam excusationem receperunt, ut homines scirent fidem utique præstandam. Satius enim erat à paucis etiā iustam excusationem non accipi, quàm ob omnibus aliquam tentari. Omnia feci sti ut redderes. Hoc illi satis, tibi parū. Nam quemadmodum ille, si enixam & sedulā operam transire pro irrita patitur, cui gratia referatur indignus est? ita tu ingratus es, nisi ei, qui uolunt uē bonam insolutū accepit, eo libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc, nec testeris: occasiones reddendi nihilominus quæras. Redde illi, quia repetit, huic quia remittit: illi quia malus, huic quia non malus. Ideoq; non est quod ad te hanc quæstionē iudices pertinere: an quod beneficium quis à sapiente acceperit, reddere debeat, si ille desinit esse sapiens, & in malum uersus est. Redderes enim & depositum, quod à sapiente accepisses, & etiā malo redderes creditum, quid est, cur non & beneficiū? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid si quid à sano accepisses, ægro non redderes, cum plus semper imbecillo amico debeamus? Et hic æger est animo, adiuuetur, feratur. Stultitia morbus est animi. Distinguendum hoc, quo magis intelligatur, exiitimo. *In solutum*

CAP. XVII. Duo sunt beneficia. Vnum, quod dare nisi sapiens sapienti nō potest, hoc est † absolutum & uerum beneficium. Alterum uulgare, plebeium, cuius inter nos & imperitos cōmercium est. De hoc nō est dubium, quin illi qualiscunq; est debeam reddere, siue homicida, siue fur, siue adulter euasit. Habent scelera leges suas. Melius istos iudex, quàm ingratus emendat. Nemo te malum quia est, faciat. Malo beneficium proijciam, bono reddam. Huic quia debeo, illi ne debeam. *aliter, solidum*

CAP. XVIII. De altero beneficij genere dubitatur, quod si accipere nō potui nisi sapiens, nec reddere

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere quidem nisi sapienti possum. Puta enim me reddere, ille non potest recipere. Nō est iam huius rei capax. Scientiam utendi perdidit. Quid si me remittere manco pilam iubeas? Stultum est dare alicui, quod accipere non possit. Vt respondere ab ultimo incipiam, Non dabo illi, quod accipere non poterit, reddam etiam si accipere non poterit. Obligare enim non possum, nisi accipientem, liberari tantum si reddo possum. Ille uti illo non poterit, uiderit, penes illū erit culpa, nō penes me. CAP. XIX: Reddere, est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim sicui uinū debeas, & hoc ille infundere reticulo iubeat, aut cribro, reddidisse te dices, aut reddere uoles, quod dum redditur, inter duos perit? Reddere, est id quod debeas, ei cuius est, uolenti dare. Hoc unū mihi præstandū est, Vt quidem habeat, quod à me accepit, iam ulterioris est curæ. Non tutelam illi, sed fidem debeo, multoq; satius est illum nō habere, quàm me nō reddere. Et creditori statim in macellum laturo, quod accepit, reddam. Etiam si mihi adulteram cui numerem delegauerit, soluam: et si nummos quos accipiet, in sinum suum discinctum fundet, dabo. Reddendum enim mihi est, nō seruandum, cum reddidero, aut tuendum. Beneficij accepti, non reddidi custodiam debeo. Dum apud me est, saluum sit. Cæterū licet accipientis manibus effluat, dandum est reposcenti. Reddam bono, cum expediet: malo, cum petet. Tale, inquit, beneficiū, quale accepisti, non illi potes reddere. Accepisti e-
4 nim à sapiente, stulto reddis. Non. Reddo illi, quale nunc potest accipere, nec per me fit deterius, sed per illum. Id quod accepi reddam. Cui si ad sapientiā redierit, reddam
al. dū in malis. quale accepi, † dum malus est, reddā quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus, aut Phalaris, & huic beneficiū quod acceperas, reddes? Mutationem sapientis tantā, natura non patitur. Nam in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiā in malo uestigia boni teneat. Nunq; in tantū uirtus extinguitur, ut non certiores animo notas imprimat, q; ut illas eradat ulla mutatio. Feræ inter nos educatæ cum in syluas eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinæ retinent: tantūq; à placidissimis absunt, quantū à ueris feris & nunq; humanā manum passis. Nemo in summam nequiciam incidit, qui unq; hæsit sapientiæ. Altius infectus est, q; ut ex toto elui, & transire in colorē aliū possit. Deinde interrogo, utrū iste ferus sit animo tantū, an & in pernicie publicā excurrat? Proposuisti em̄ mihi Apollodorū & Phalarim tyrannū, quorū si naturā habet, intra se malus, quid ni ego isti beneficiū suum reddam, ne quid mihi cum eo sit iuris amplius? Si uerò sanguine humano nō tantum gaudet & pascitur, sed & supplicijs omniū ætatum crudelitatē insatiabilem exercet, nec ira, sed auiditate quadā sæuiendi furit, si in ora parentū filios iugulat, si non contentus simplici morte, distorquet, nec urit solum perituros, sed excoquit, si ars eius est cruor, & semper recenti madet, parum est huic beneficium non reddere. Quic quid erat, quo mihi cohæreret, intercisa iuris humani societas abscidit. Si præstitisset quidē mihi aliquid, sed arma patriæ meæ inferret, quicquid meruerat perdidisset, & referre illi gratiam scelus haberetur. Si non patriā meam impugnat, sed suæ grauis est, & sepositus à mea gente suam exagitat, abscidit nihilominus illum tanta prauitas animi, etiam si non inimicum, inuisum mihi efficit, priorq; mihi ac potior eius officij ratio est
CAP. XX. quod humano generi, quàm quod uni homini debeo. Sed quamuis hoc ita sit, & ex eo tempore omnia mihi in illum bona sint libera, ex quo corrumpendo fas omne, ut nihil in eum nefas esset effecerit, illum mihi seruandum modum credam, ut si beneficium illi meum, neq; uires maiores daturum est in exitium commune, nec confirmaturum quas habet, ita autē erit, quod illi reddi sine pernicie publica possit, reddam. Seruabo filium eius infantē. Quid hoc beneficiū obest, cuiquam eorū quos crudelitas eius lacerat? Pecuniā quæ satellitē stipendio teneat, non subministrabo. Si marmora & uestes desiderauit, nihil oberit cuiq; id, quo luxuria eius instruitur: militem & arma non suggerā. Si pro magno petet munere artifices scenæ, & scorta, & quæ feritatē eius
forte, erat as. emolliant, libens offeram. Cui triremes & † cæratas non mittere, lusorias & cubiculatas, et alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam. Et si ex toto eius sanitas despe rata fuerit, eadem manu qua beneficium omnibus dabo, illi reddam, quanq; ingenijs talibus uitæ exitus remedium est. Optimum est obire ei, qui ad se nunquam rediturus est.

est. Sed hæc rara nequitia est, & semper portēti loco habita fuit, ut hiatus terræ, & de cæuernis maris ignīū eruptio. Itaq; ab illa recedamus. De his loquamur, quæ detestamur sine horrore. Huic homini malo, quem inuenire in quolibet foro possum, quem singuli timent, reddam beneficium, quod accepi. Non oportet mihi nequitiā eius prodesse, quod in me non est, redeat domū bonus an malus. Quàm diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem? Hic locus fabulam poscit. Pythagoricus quidam CAP. XXI emerat à sutore phecassia, rem magnam, non præsentibus nummis. Post aliquot dies uenit ad tabernam redditurus, & cum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: Quid perdis operam tuam? sutor ille quem quæris elatus cōbustus est. Quod nobis fortasse mo lestum est, qui in æternum nostros amittimus: ubi minime, qui scis futurum, ut renascatur, locatus in pythagoricū. At philosophus noster treis aut quatuor denarios (non inuita manu) domum retulit, subinde concutiens. Deinde cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam † uoluptatem, intelligens arrisisse sibi illud lucellum, redit al. uoluntatem ad eandem tabernā, & ait, Ille tibi uiuit, tu redde, quod debes. Deinde per † cloistrium, al. cloistrum qua se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inseruit, ac misit, pœnas à se exigens improbæ cupiditatis, ne alieno assueseceret. CAP. XXII Quod debes, quære cui reddas. Et si nemo posset, ipse te appella. Malus an bonus sit, ad te non pertinet. Redde et accusa, non oblitus, quemadmodum inter nos officia diuisa sunt. Illi obliuio imperata est, ubi meminisse mandauimus. Errat tamen, siquis existimat cum dicimus eum qui beneficium dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei præsertim honestissimæ. Quædam † præcipimus ultra modum, ut aduersum suum redeant. Cum dici aliter, ideo petimus Hyperbolē mus, meminisse non debet, hoc uolumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus circulis narrant. Hoc sobrij loquuntur, hoc ebrij non continent: hoc ignotis ingerunt, hocamicis committunt: Vt hæc nimia & exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit, iussimus, & plus imperando quàm præstari poterat, silentium suasimus.

Quoties patum fiduciæ est in his, quibus imperas, amplius est exigendum quàm satis est, ut præsterur quantū satis est. In hoc omnis hyperbole excedit, ut ad uerum mendacio ueniat. Itaq; ille cum dixit, Qui candore niues anteirent, cursibus auras, quod non poterat fieri, dixit, ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit His immobilior scopulis, uiolentior amne, hoc quidem se persuasurū putauit, aliquem tam immobilem esse, quàm scopulum. Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet, sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perueniat. Cum dicimus, qui beneficium dedit, obliuiscatur, hoc dicimus, similis sit oblito. Memoria eius non appareat, nec incurrat. Cum dicimus beneficium repeti non oportere, non ex toto repetitionem tollimus: sæpe enim opus est malis exactore, etiam bonis admonitore. Quid ergo? occasionem ignoranti non ostendam? necessitates illi meas nō detegam, quare nescisse se, aut mentiatur, aut doleat? Interueniat aliquando admonitio, sed uerecunda, quæ non poscat, nec in ius uocet. Socrates amicis audientibus, emissem, inquit, palliū, si nummos haberem. Neminem popposcit, omnes admonuit, à quo acciperet, ambitus fuit. CAP. XXIIII Quid ni esset? Quantum enim erat quod Socrates accipiebat? Aut multū erat, † emeruisse, à quo Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuit. Emissem, inquit, 5 al. eum fuisse pallium, si nūmos haberem. Post hæc quisquis properauerit, sero dat. Iam Socrati defuit. Propter acerbos exactores repetere prohibemus, non ut nunquā fiat, sed ut parce. 6

Aristippus aliquādo delectatus unguento, Male, inquit, istis effœminatis eueniat, CAP. XXV qui rem tam bellam infamauerunt. Idem dicendum est, male istis improbis, & importunis beneficiorū suorum quadruplatoribus eueniat, qui tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamen utar hoc iure amicitiæ, & beneficium ab eo repetam, à quo petissem, qui alterius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Nunq; 7 ne querēs quidem, dicam, Eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui? Non est ista admonitio, imò conuitium est. Hoc est, in odium beneficia perducere. Hoc est, efficere, ut ingratū esse, aut liceat, aut iuuet. Satis, abundeq; est † subLegendū arbitror, submisse familiaribus tristis & familiaribus uerbis, memoriā reuocare. Si bene quid de te merui, fuit aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi quicquam Dulce meum. Ille inuicem dicat: Quid ni meruerís? eiectũ littore egen
CAP. XXVI tem excepisti. Sed nihil, inquit, profecimus, dissimulat, oblitus est. Quid facere debeam? Quæris, rem maxime necessariam, & in qua hanc materiã consummari decet, quemadmodum ingrati ferendi sint, placido animo, mãsueto, magno. Nunquam te tam inhumanus, & immemor, & ingratus offendat, ut non tamen dedisse delectet. Nunquam in has uoces iniuria impellat, Vellem non fecisse. Beneficij tui etiam infelicitas placeat. Semper illum pœnitebit, si te ne nunc quidem pœnitet. Non est, quod indigneris tanquam aliquid noui acciderit, magis mirari debes, si non accidisset. Alium labor, alium impensa deterret, alium periculum, alium turpis uerecundia, ne dum reddit, fateatur accepisse: alium ignorantia officij, alium pigricia, alium occupatio. Aspice quemadmodum immensæ hominũ cupiditates hient semper & poscant. Non mirabéris ibi neminem reddere, ubi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ uoluntatis ac solidæ, ut tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine insanit, alius abdomi
al. lucri totus ni seruit, alius † lucrosus est, cuius summam non uinces: alius inuidia laborat, alius cæca ambitione, & in gladios ruente. Adijce torporem mentis ac senium, & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultusq; perpetuos. Adijce æstimationẽ sui nimiam & tumorem, ob quæ contemnendus est, insolentem. Quid contumaciã in peruersa nitentiũ, quid leuitatem semper aliquo transilientem loquar? Huc accedat temeritas præceps, & nunquam fidele consilium daturus timor, & mille errores, quibus uoluimur. Audacia timidissimorum, discordia familiarissimorũ, & publicum malum in-
CAP. XXVII certissimis fidere, fastidire possessa, quæ cõsequi posse spes non fuit. Inter affectus inquietissimos, rem quietissimam, fidem quæris? Si tibi uitæ nostræ uera imago succurret, uideberis tibi uidere, captæ maximæ ciuitatis faciẽ, in qua omisso pudoris, rectiq; respectu, uires in consilio sunt, uelut signo ad permiscẽda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur. Soluta legibus scelera sunt. Nec religio quidem, quæ inter arma hostilia supplices texit, ullum impedimentum est ruentium in prædam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex prophano, hic sacra rapit, hic effringit, hic transilit, hic non cõtentus angusto itinere, ipsa quibus arcetur, euertit, & in lucrũ ruina uenit. Hic sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu portat. Nemo non fert aliquid ex altero. In hac auiditate generis humani, næ tu nimis fortunæ communis oblitus es, qui quæris inter rapientes reuerentem. Si indignaris ingratos esse, indignare luxuriosos, indignare auaros indignare impudicos, indignare ægros, deformes, senes pallidos. Est istud graue uitium, est intolerabile, & quod dissociet homines, quod concordiam, qua imbecillitas nostra fulcitur, scindat ac dissipet. Sed usq; eò uulgare est, ut illud nec qui queritur quidẽ
C. XXVIII effugerit. Cogita tecum, an quibuscunq; debuisti, gratiam retuleris, an nullum unquam apud te perierit officium, an omnium te beneficiorum memoria comitetur? Videbis quæ puero data sunt, ante adolescentiã elapsa, quæ in iuuenem collata sunt, non perduraſſe in senectutem. Quædam perdidimus, quædam proiecimus, quædam è conspectu nostro paulatim exierunt: A quibusdam oculos auertimus. Vt excusem tibi imbecillitatem tuam, in primis fragilis est memoria, & rerum turbæ non sufficit. Necesse est quantum recipit, emittat, & antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est, ut minima apud te nutricis esset autoritas, quia beneficiũ eius longius ætas sequẽs posuit. Sic factum est, ut præceptoris tibi non esset ulla ueneratio. Sic euenit, ut circa consularia occupato comitia, aut sacerdotiorum candidato, quæsturæ suffragator exciderét. Fortasse uitium, de quo quereris, si te diligẽter excusseris, in sinu inuenies. Inique publico irascéris crimini, stulte tuo. Vt absoluaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, utiq; peiorem exprobrãdo. Non est, quod frontem eius indures, sine, siquid est pudoris residui, seruet. Sæpe dubiam uerecundiam uox conuiciantis clarior rupit. Nemo id esse quod etiam uidetur, timet. Deprehensus pudor amittitur.

C. XXIX Perdidi beneficiũ. Nunquid quæ consecrauimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficiũ est, etiam si male respondit, bene collocatũ. Non est ille, qualem speraúimus. Simus quales fuimus nos, ei dissimiles. Damnũ non tunc factũ apparuit. Ingratus nõ sine nostro pudore protrahitur, quoniamquidẽ querela amissi beneficij, nõ bene

bene dati signum est. Quantũ possumus, causam eius apud nos agamus, fortasse nõ potuit, fortasse ignorauit, fortasse facturus est. Quędã nomina bona, lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac mora fouit. Idẽ nobis faciendũ est. Nutriamus fidẽ lãguidã.

Perdidi beneficium. Stulte, non nostri detrimenti tui tempora, perdidisti, sed cum CAP. XXX dares. Nunc palàm factum est. Etiam in his quæ uidentur in perdito, moderatio plurimum profuit. Vt corporum, ita animorum molliter uitia tractanda sunt. Sæpe quod explicauit mora, pertinacia trahentis abruptũ est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione? quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quæ ratio est exacerbare eum, in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat, non dubius inimicus, & patrociniũ sibi nostra infamia quærat? Nec desit qui dicat, Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. Subest aliquid. Nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non inquinauit, aspersit. Nec quisquam fingere contentus est leuia, cum magnitudine mendacij fidem quærat.

γνώμη. Quanto illa melior uia, qua seruatur illi † spes amicitiæ, & si reuerti ad sanitatẽ uelit, CAP. XXXI etiam amicitia: Vincit malos pertinax bonitas, Nec quisquã tam duri, infestiq; aduersus diligenda animi est, ut etiã † uitiatus bonos non amet, quibus hoc quoq; cœpit debere, quod impune non soluit. Ad illa itaq; cogitationes tuas flecte. Nõ est mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dij omnium rerum optimi autores, qui beneficia ignorãti dare incipiunt, ingratis perseuerãt. Alius illis obijcit negligentiam nostri, alius iniquitatem, alios illos extra mundũ suum proiecit, & ignauos, hebetesq; sine luce, sine ullo opere destituit. Alius solem cui debemus, quod inter laborem quietemq; tempus diuisimus, quod nõ tenebris immersi confusionẽ æternæ noctis effugimus, quod annum cursu suo temperat, & corpora alit, fata euocat, percoquit fructus, saxum aliquod, aut fortuitorum ignium globum, & quiduis potius quàm deum appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentũ, qui maledictis suorum infantiũ arrident, non cessant dij beneficia congerere, de beneficiorũ autore dubitãtibus, sed æquali tenore bona sua per gentes, populosq; distribuũt, unam potentiam sortiti, prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu mouent, siderum cursu notant tempora, hyemes, æstatesq; interuentu lenioris spiritus molliũt, errorem labentium animarũ placidi ac propitij ferunt. Imitemur illos. Demus, etiam si multa in irritũ data sint. Demus nihilominus aliis, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit, & cũ penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus, & urbes † hausras sæpius eodem solo cõdimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra, mariq; humana opera cessarent, nisi male ruentia iterum tentare libuisset.

Ingratus est: Non mihi fecit iniuriam, sed sibi. Ego beneficio meo cum darem usus C. XXXII sum. Nec ideo pigrius dabo, sed diligentius. Quod in hoc perdidi, ab alijs recipiã. Sed huic ipsi beneficiũ dabo iterum, & tanquam bonus agricola, cura cultuq; sterilitatem soli uincam. Perit mihi beneficium, iste omnibus? Non est magni animi beneficium dare & perdere, hoc est magni animi, perdere & dare.

Libri ultimi de beneficijs finis.

IN LIBRVM SEPTIMVM. CAP. II.

Cui quando in littore maris rubri steterat, plus deerat quàm acquisierat. Argutius est quod habebat codex Lon 1
gobardicus, Cui quanquam in littore rubri maris steterat, plus deerat, quàm quà uenerat.

CAP. IIII.

Vt totus ager aut ullius reipub. est pars. Non suffragantibus exemplaribus legendum arbitror, huius aut illius. 2

CAP. IX.

Parum scilicet luxuria, magno fuerit, nomina capacibus gemmis inter se pronunciaret. Ita uetus æditio. Pro no 3
mina uetusti codices habebant, quod uomant. Ego pro, pronunciaret, reposui propinaret: & fortasse, pro fuerit le-
gendum furit.

CAP. XIX.

Non reddo illi quale nunc potest accipere. Distinctio torsit me, legendum, Non, Reddo &c. Vt non, sit impro- 4
bantis argumentum, quasi dicat, non est ita, imò reddo quale potest accipere.

A quo acciperet ambiguus fuit. Longobardicus codex habebat, ambitus fuit, & recte, sentit enim Socratis ami- 5
cos inter se contendisse quis daret.

CAP. XXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Nónne multum erat eum meruisse à quo &c. Sic prior æditio. Longobardicus habebat eum fuisse. quæ lectio non est absurda, hoc est, talem esse utrum, ut Socrates ab eo dignaretur accipere. Alioqui probabile est, emeruisse, uersum, in eum meruisse.

CAP. XXV.

7 A quo petissem alternis. Beneficio loco accepturus est, potuisse reddere. Ita superior æditio. Longobardicus sic habet, à quo petissem, qui alterius beneficij loco acceptur us est, potuisse reddere.

CAPVT XXXI.

8 Vt etiam uitiatus. Alij habebant iniuriatus. Longobardicus iniuriam. Vnde suspicor fuisse scriptum, iniuriam passus, siue post iniuriam.

AD LECTOREM DE OPERE EPIST. SENECAE.

Nolim te fugiat amice lector, in codicibus manu descriptis, opus epistolarum non esse distinctum libris, uerũ id studiosus aliquis repperit, qui & argumentula præfixit singulis epistolis, & numerũ: quanquã ne numerus quidem conuenit in codicibus manu descriptis, nec idem in omnibus est epistolarum ordo, & alicubi unicam epistolam reperias dissectam in duas: in cuiusdam medio deerant duæ epistolæ, quod ex fide ueterum exemplariorum restituimus. Cætera nõ magnopere pertinent ad rem, nisi quod epistolarum numerus cõmodus erit, aliquid uolentibus inuenire.

In hac prima epistola nodus est, qui plurimos eruditos mire torsit, præsertim apud Italos. Quidam aliud agentibus interpretati sunt, inconstantibus, rursus quidam: aliorum negocia agentibus, alij, negocijs aliorum intentis, alij, non uacantibus suo more, alij, pro rebus nihili laborantibus, alij hypocritis, qui aliud agunt, aliud præ se ferunt. Alij, uacantibus uicijs, quæ sunt aliud à philosophia, alij, peccantibus malicioſe, alij, uitam alienam non suam notantibus, alij nunquam agentibus actum uiuendi secundum sapientiam, alij, tractantibus aliena à consideratione mortis, alij, aliud quàm requirat uita rationalis, alij, peccantibus, quia unum peccatum est causa alterius, alij, in philosophia nihil proficientibus, alij nullo modo philosophantibus, alij, uicioſe agentibus, alij intentis ad bona externa, alij, uiuentibus bestialiter. Quàm est fœcunda inscitia. Atq; hæc quæstio magnis uoluminibus agitata est. Quidam inuerterant sermonis ordinem, maxima male agentibus, magna nihil agentibus, sed inepte. Debet enim oratio gradibus crescere magna, maxima, tota. Magna perit male agentibus, qui sic philosophantur, ut subinde relabantur ad uicia, maxima nihil agentibus, qui friuolis philosophorum argutijs consumunt bonam ætatis partem. Nihil enim agere dicitur qui friuolis occupatur. Notum est illud Catonis, Satius est ociosum esse quàm nihil agere. Aliud agere dicuntur qui non sunt attenti. Quosdam enim sic obruunt humana negocia, ut ne cogitent quidem de uera felicitate. His nimirum tota perit uita. Vide quanta sit infelicitas bonos autores in eorum manus incidere, qui bonarum literarũ rudes sunt. Hunc scriptorem partim præceptorum ac sententiarum sanctimonia partim epistolæ quæ feruntur huius ad Paulum, & Pauli ad hunc, deniq; diui Hieronymi testimonium adeò commendauit, ut olim & à theologis ac monachis legeretur. Vtinam & intellectus fuisset, non passim nunc torqueremur depraua tis locis. Nec usquam maior est depraua tio, quàm ubi incidit aliquid retrusioris eruditionis. Et homines tam illiterati ut ne legere quidem Senecam potuerint, prolixis & immanibus commentarijs illum onerauerunt.

LVCII ANNEI SENECAE DE INSTITVTIONE AD LVCILIVM LIBRI EPISTOLARVM VIGINTIDVO.

Epistola prima de colligenda & sistenda fuga temporis, & non esse pauperem, cui etiam modicum satis est.

1 TA face mi Lucili, uindica te tibi, & tẽpus quod adhuc, aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo, quædam tempora, † eripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quæ per negligentiam † fit, & si uolueris attendere, magna uitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agẽtibus. Quem mihi dabis, qui aliquod preciũ tempori ponat? qui diem æstimet? qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus, magna pars eius iam præterijt, quicquid ætatis retro est, mors tenet. Fac ergo mi Lucili quod facere te scribis, omnes horas cõplectere, sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum iniecceris. Dum differtur, uita trãscurrit. Omnia mi Lucili aliena sunt, tempus tantum 2 nostrum est. In huius rei nimis fugacis ac lubricæ possessionem natura nos misit, ex qua expellit quemcunq; uult: & tanta stultitia mortalium est, ut quæ minima & uilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi cum periere patiantur, nemo se iudicet quicq; debere, qui tempus accepit, cum interim hoc unum est, quod nec gratus quidem po-

1 al. surripiuntur
al. uenit
2

test reddere. Interrogabis fortasse, quid ego faciã, qui tibi ista præcipio? Fatebor ingenue, quod apud luxuriosum, sed diligentem, euenit, Ratio mihi cõstat impensæ. Non possum dicere me nihil perdere, sed quid perdam, & quare, & quemadmodum dicam causas paupertatis meæ reddam. Sic euenit mihi, quod plerisq;, non suo uitio ad inopiam redactis, omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid est? Non puto pauperem, cui quantulumcunq; supereſt, sat est. Tu tamen malo seruestua, & bono tempore uti inci pias. Nam ut uisum est nostris maioribus, Sera parsimonia in fundo est. Non enim tan tum minimum in imo, sed pessimum remanet. Λειπὰ ἢ ἔτι πυθμένι φαῦλα

EPIST. II. De mutatione locorum, & multiplicium uoluminum lectione uitanda, & de commendatione paupertatis si læta sit.

EX his quæ mihi scribis, ex his quæ audio, bonam spem de te concipio, non discurtis, nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri animi iactatio ista est. Primum argumentum bene compositæ mentis existimo, posse consistere, & secum morari. Illud autem uide, ne ista lectio multorum autorum & omnis generis uoluminum, habe at aliquid uagum & instabile. Certis ingenijs immorari & innutriri oportet, si uelis ali quid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est qui ubiq; est. In peregrinatione uitam à gentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est ijs qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio, non uenit uulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur. Non cõualescit plan ta quæ sepius transfertur, nihil tam utile est, quod in transitu prosit. Distrahit animum librorũ multitudo. Itaq; cum legere non possis quantum habueris, sat est habere quan tum legas. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere uolo, modo illum. Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi uaria sunt & diuersa, coinquinant non alunt. Probatos itaq; semper lege, & si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxilij compara, nec minus aduersus cæteras pestes. Et cum multa percurreris, unum excerpe, quod illo die concoquas. Hoc ipse quoq; facio, ex pluribus quæ lego, aliquid apprehendo. Hodiernum, hoc est, quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim & in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. Honesta inquit, res est, læta paupertas. Illa uerò nõ est paupertas, si læta est. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est: non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, aut fœneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda computat? Quis sit diuitiarum modus quæris? Primus habere quod necesse est, proximus quod sat est. Vale. περιφρῶν

EPIST. III. De modo eligendi & colendi amicum, & quod tam uitium est omnibus credere quàm nulli, sicut uel semper inquietum esse, uel semper quiescere.

EPistolas ad me perferendas tradidisti, ut scribis amico tuo. Deinde admones me ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas, nec ipse quidem hoc facere. Ita eadem epistola illum dixisti amicum & negasti. Itaq; sic priore illo uerbo quasi publico usus es, & sic illum amicũ uocasti, quomodo omnes candidatos, bonos uiros dicimus, quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Hoc abierit. Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantundem credis quantum tibi, uehementer erras, & non satis nosti uim ueræ amicitiæ. Errat & ille qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, et bonis suis obsessus, quàm quod amicos sibi putat, quibus ipse non est. Tu uerò omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti uerò præpostere officia permiscent, qui contra præcepta Theophrasti, cum amauerint iudicant, & non amãt cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte, tam auda cter cum illo loquere quàm tecum. Tu quidẽ ita uiue ut nihil tibi cõmittas, nisi quod Toto pectore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmittere etiam inimico tuo possis: sed quia interueniunt quædã, quæ cõsuetudo fecit arcana, cũ amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelẽ si putaueris, facies. Nã multi fallere docuerunt, dũ timent falli, & illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est ergo, quare uerba corã amico meo retraham? Quid est, quare me corã illo nõ putem solum? Quidã quæ tantũ amicis cõmittenda sunt, obuijs narrant, & in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant: quidã rursus etiam charissimorum conscientiam reformidant, & si possent, ne sibi quidẽ crediturí, interius premunt omne secretum. Neutrum faciendũ est. Vtrumq; enim uitiũ est, & omnibus credere, & nulli: sed alterum honestius dixerim uitiũ, alterũ tutius. Sic utroscp reprehendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quiescunt. Nã illa tumultu gaudens, non est industria, sed exagitatæ mentis concursatio: & hæc non est quies, quæ motum omnẽ molestiã iudicat, sed dissolutio & languor. Itaq; hoc quod apud Pomponiũ legi, animo tuo mandabitur: quidã adeo in latebras refugerunt, ut putẽt in turbido esse, quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt, & quiescẽti agendum, & agenti quiescendũ est. Cum rerum natura delibera, illa dicet tibi, se & diem fecisse & noctem. Vale.

EPIST. IIII. De emendando & componendo animum ad contemptum, quod magnæ diuitiæ sunt, secundum naturam composita paupertas.

PErseuera ut cœpisti, & quantum potes propera, quo diutius frui emendato animo & composito possis. Frueris quidẽ etiam dum componis, etiam dum emendas, alia tamen illa uoluptas est, quæ percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe puræ & splendidæ. Tenes utiq; memoria, quantum senseris gaudiũ, cum prætexta posita, sumpsisti uirilem togam, & in forum deductus es. Maius expecta, cum puerilie animum deposueris, & te in uirum philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia in nobis, sed, quod est grauius, puerilitas remanet, & hoc quidẽ peius est, quod autoritatẽ habemus senum, uitia puerorum, nec puerorum tantum, sed infantium. Illi leuia, hi falsa formidant, nos utraq;. Prospice modo & intelliges, quædã ideo minus timenda, quia multum metus afferunt. Nullum magnũ malum, quod extremum est. Mors ad te uenit, timenda erat si tecum esse posset. Necesse est, aut nõ perueniat, aut pertranseat. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. Non uides cp ex friuolis causis cõtemnatur. Alius ante amicæ fores laqueo pependit, alius se præcipitauit â tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur è fuga, ferrum adegit in uiscera. Non putas uirtutem hoc effecturam, quod effecit nimia formido? Nulli potest secura uita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat. Hoc quotidie meditare, ut possis æquo animo uitam relinquere, quàm multi sic cõplectuntur & tenent, quomodo qui à torrente rapiuntur in spinas & aspera. Plericp inter mortis metũ, & uitæ tormẽta miseri fluctuãt, & uiuere nolunt, & mori nesciunt. Fac itaq; tibi iucundã uitam, omnẽ pro illa solicitudinẽ deponẽdo. Nullũ bonum iuuat habentẽ, nisi ad cuius amissionẽ præparatus est animus. Nullius autẽ rei facilior amissio est, cp quæ desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia quæ accidere possunt etiã potentissimis, adhortare te & indura. De Pompei capite pupillus & spado tulere sententiã. De Crasso crudelis & insolens Parthus. Caius Cæsar iussit Lepidum Decio tribuno præbere ceruicem, ipse Chæreæ præstitit. Neminem eò fortuna prouexit, ut non tantum illi minaretur quantum † promiserit. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare euertitur, eodẽ die ubi luserunt nauigia sorbentur. Cogita posse & latronem & hostem admouere iugulo tuo gladium, ut potestas maior absit. Nemo non seruus habet in te uitæ necisq; arbitrium. Ita dico, quisquis uitã suam contempsit, tuæ dominus est. Recognosce exemplum eorum qui domesticis insidijs perierunt, aut aperta ui, aut dolo, & intelliges, non pauciores seruorum ira cecidisse quàm regum. Quid ad te itaq;, cp potens sit quem times, cum id propter quod times, nemo non possit? Aut si forte in manus hostium incideris, uictor te duci iubebit. Eo nempe momento quo duceris, quid teipse decipis, & hoc nunc primum, quod olim patiebaris intelligis? Ita dico, ex quo natus es duceris. Hæc & huiusmodi

4 *Animus, anima*

al. permiserat.

modi uersanda in animo sunt, si uolumus illam ultimam horam placidi expectare, cuius metus omnes alias inquietas facit. Sed ut epistolæ finem imponam, accipe quod hodierno die mihi placuit, & hoc quoq; ex alienis hortulis sumptum est. Magnæ diuitiæ sunt, lege naturæ composita paupertas. Lex autem illa naturæ, scis quos nobis terminos statuit. Non esurire, non sitire, non algere. Vt famem sitimq; depellas, non est necesse superbis assidere liminibus, nec supercilio graue, & contumelioſam etiam humanitatem pati, Non est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile est, quod natura desiderat, & appositum. Ad superuacua sudatur. Illa sunt quæ rogam conterunt, quæ nos senescere sub tentorio cogunt, quæ in aliena littora impingunt. Ad manum est, quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit, diues est.

EPIST. V. De uitanda hypocrisi, & nimia uitæ districtione.

QVod pertinaciter studes, & omnibus omissis, hoc unũ agis, ut te quotidie meliorem facias, & probo & gaudeo, nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more qui non proficere, sed conspici cupiũt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere uitæ notabilia sint. Asperum incultum, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, et cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa ufa sequitur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominũ consuetudini cœperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga, nec sordeat quidem. Non habeamus argentũ in quo solidi auri celatura† descenderit, sed non putemus frugalitatis indicium auro argẽtoq; caruisse. Id agamus, ut meliorem uitam sequamur quam uulgus, non ut contrariam. Alioqui quos emendari uolumus, fugamus, & à nobis auertimus. Illud quoq; efficimus, ut nihil imitari uelint nostri, dum timent, ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem & congregationem, à qua professionis dissimilitudo separabit. Videamus, ne ista per quæ admirationem parare uolumus, ridicula & odiosa fiant. Nempe propositum nostrum est secundũ naturam uiuere. Hoc contra naturam est, torquere corpus suum, & faciles odisse mundicias, & squalorem appetere, & cibis non tantum uilibus uti, sed tetris & horridis. Quemadmodum delicatas res desiderare luxuriæ est, ita usitatas & non magno parabiles fugere, dementiæ est. Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. Potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet, Temperetur uita inter bonos mores & publicos. Suspiciant omnes uitam nostram, sed agnoscant. Quid ergo? Eadem faciemus, quæ cæteri? Nihil inter nos & illos intererit? Plurimum. Dissimiles esse nos uulgus† sciat, qui inspexerit propius, qui domum intrauerit, nos potius miretur cp supellectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum argẽto, nec ille minor est qui sic argento utitur, quemadmodũ fictilibus. Infirmi animi est pati nõ posse diuitias. Sed ut huius quoq; dici lucellum tecum communicem, apud Catonem nostrum inueni cupiditatum finem, etiam ad timoris remedia proficere. Desines, inquit, timere, si sperare desieris. Dices quomodo ista tam diuersa pariter sunt? Ita est mi Lucili, cum uideantur dissidere, cõiuncta sunt. Quemadmodũ eadẽ cathena, & custodem & militẽ copulat, sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Vtrũq; pendẽtis animi est, utrũq; futuri expectatione soliciti. Maxima autẽ utriusq; causa est, quod non ad præsentia aptamur, sed cogitationes in longinqua præmittimus. Itaq; prouidentia maximũ bonum cõditionis humanæ in malum uersa est. Feræ pericula quæ uident fugiunt, cum effugere, securæ sunt. Nos & uenturo torquemur, et præterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentũ memoria reducit, puidẽtia anticipat. Nemo tantũ præsentibus miser est. Vale.

al. dissederit

5

6 *al. sentiat forte, nesciat.*

al. Hecatonem

EPIST. VI. De malo spei & timoris, & de efficacia exemplaris doctrinæ.

INtelligo Lucili, nõ emendari me tantũ, sed transfigurari, nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse, quod mutandũ sit. Quid ni multa habeã quæ debeãt corrigi, quæ extenuari, quæ attolli? Et hoc ipsum argumẽtũ est in melius translati animi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod uitia sua, quæ adhuc ignorabat, uidet. Quibusdam ægris gratulatio fit, cũ seipsos ægros esse senserunt. Cuperem itaq; tecum communicare, tam subitam mei mutationem, tunc amicitiæ nostræ certiorem fiduciam habere cœpissem. illius ueræ, quam nõ spes, non timor, nõ utilitatis suæ cura diuellit, illius cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico, sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in societatem honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quid ni non possit? Sciunt enim ipsos omnia habere cõmunia, & quidem magis aduersa. Concipere animo nõ potes, quantum momenti afferre mihi singulos dies uideam. Mitte, inquis, & nobis ista, quæ tanta efficacia expertus es. Ego uerò cupio in te omnia transfundere, & in hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam: nec me ulla res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciẽ, reijciam. Nullius boni sine socio iucunda possessio est. Mittam itaq; ipsos tibi libros, & ne multũ operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsa protinus quæ probo & miror, accedas. Plus tamen tibi & uiua uox & conuictus, & oratio proderit. In rem præsentẽ uenias oportet. Primũ quia homines amplius oculis quàm auribus credunt, deinde quia longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ eius interfuit, secreta perspexit, observauit illum, an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles, & omnis in diuersum itura sapientium turba, plus ex moribus quàm ex uerbis Socratis traxit. Metrodorum, & Erymachum, & Polianum, magnos uiros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut prosis. Plurimum enim alter alteri conferemus. Interim, quia diurnam tibi mercedulam debeo, quid me apud Hecatonẽ delectauerit dicam. Quæris, inquit, quid profecerim? Amicus esse mihi cœpi. Multum profecit, qui nunquam erit solus, scito hunc amicum omnibus esse. Vale.

Viua uox.

Ex Socrate nate sunt uariæ sectæ.

EPIST. VII. De fugiendo turbæ consortio.

QVid tibi uitandum præcipuè existimẽ quæris? Turbã. Nondum illi te tuto commiseris. Ego certe cõfiteor imbecillitatẽ meã. Nunq; mores quos extuli refero. Aliquid ex eo quod composui turbatur, aliquid ex his quæ fugaui redijt. Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas usq; adeò affecit, ut nunquã sine offensa proferantur, hoc accidit nobis, quorũ animi ex lõgo morbo inficiuntur. Inimica est multorum cõuersatio. Nemo non aliquod nobis uitium, aut commodat, aut imprimit, aut nescientibus allinit. Vtiq; quo maior est populus cui cõmiscemur, hoc periculi plus est. Nihil uerò est tam damnosum bonis moribus, quàm in aliquo spectaculo desidere. Tunc enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt. Quid me existimas dicere? Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? imò uerò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus spectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est, quicquid antepugnatum est, misericordia fuit. Nunc omissis nugis mera homicidia sunt, nihil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerisq; ordinarijs? partibus & postulaticijs, ut in expeditione, præferunt. Quid ni præferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? Quo artes? Omnia ista mortes meræ sunt. Mane leonibus & ursis homines, meridie spectatoribus suis obijciuntur. Interfectores interfectis iubentur obijci, & uictorem in aliam detinent cædem, exitus pugnantiũ mors est, ferro & igne res geritur. Hæc fiunt dum uacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis, quid ergo meruit? ut suspendatur. Occidit hominem, quia occidit ille meruit, ut hoc pateretur, tu quid meruisti miser, ut hoc spectes? Occide, ure, uerbera. Quare tam timide incurrit in ferrũ? quare parum audacter occidit? quare parũ libenter moritur? Plagis aguntur in uulnera, & mutuos ictus nudis & obuijs pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum, interim iugulantur homines, ne nihil agatur. Age, ne hoc quidem intelligitis, mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite dijs immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti. Facile

al. commendat

7 al. patribus ut in expeditione non erat in uetusto codice.

Plagis pro retibus.

Facile transitur ad plures. Socrati, Catoni & Lelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset, adeò nemo nostrum qui maximè concinnamus ingenium, ferre impetum uitiorum tam magno comitatu uenientium potest. Vnum exemplũ aut luxuriæ, aut auaritiæ, multum mali facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat & emollit. Vicinus diues cupiditatẽ irritat, malignus comes, quamuis candido & simplici, rubiginẽ suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est impetus? Necesse est aut imiteris, aut oderis. Vtrunq; autem deuitãdum est, ne uel similis malis fias, quia multi sunt, neue inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in teipsum quantum potes, cum his uersare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, & homines dum docent discunt. Nõ est quod te gloria publicandi ingenij producat in medium, ut recitare istis uelis, aut disputare, quod facere te uellem, si haberes isti populo idoneam mentem. Nemo est qui *al. mercem.* intelligere te possit. Aliquis, fortasse unus aut alter incidet, & hic ipse formandus tibi erit, instituendusq; ad intellectũ tui. Cui ergo, inquis, ista dicis? non est quod timeas, ne operam perdideris, si tibi didiceris. Sed ne mihi soli hodie didicerim, communicabo tecum quæ occurrerunt mihi egregiè dicta circa eundem ferè sensum tria, ex quibus unum hæc epistola in debitũ soluet, duo in antecessum accipe. Democritus ait, Vnus mihi pro populo est, & populus pro uno. Bene & ille quisquis fuit (ambigitur enim de autore) cum quæreretur ab illo, quò tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenturæ, satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est nullus. Egregie hoc tertium. Epicurus cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet, Hæc inquit, ego nõ multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mi Lucili condenda in animum sunt, ut contemnas uoluptatem ex plurium assensione uenientem. Multi te laudant. Ecquid habes cur placeas tibi? Si is es quẽ multi intelligunt, introrsus bona tua spectent. Vale.

EPIST. VIII. De indulgentia corporis proprij, & turba hominum, & quod bona fortunæ sunt fugienda philosophanti, conscientia sua contento, propter ueram libertatem acquirendã ex seruitute animi impendẽda philosophiæ, discendæ et operandæ.

TV me, inquis, uitare turbam iubes, secedere & conscientia esse contentum: ubi illa præcepta uestra, quæ imperant in actu mori? Quod ego tibi uideor interim suadere, in hoc me recõdidi, & fores clausi, ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per ocium dies exit, partem noctium studijs uendico, nõ uaco somno, sed succũbo, & oculos uigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus, sed etiã à rebus, & primum à rebus meis. Posterorum negocium ago. Illis aliqua quæ possint prodesse conscribo, salutares admonitiones, uelut medicamentorum utilium compositiones literis mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quæ etiã si personata nõ sunt, serpere desierũt. Rectũ iter quod sero cognoui et lassus errãdo, alijs monstro. Clamo, uitate quæcũq; uulgo placent, quæ casus attribuit ad omne fortuitũ bonũ, suspicioso pauidiq; subsistite. Et fera & pisces spe aliqua oblectãte decipitur. Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis nostrũ tutã agere uitam uolet, quantum plurimum potest, ista uiscata beneficia deuiter, in quibus hoc quoq; miserrimi salimur, quod habere nos putamus, hæremus. In precipitia cursus iste deducit. Huius eminentis uitæ exitus cadere est. Deinde ne resistere quidem licet, cũ cœperit transuersos agere felicitas. Aut rectis saltem, aut temet fruere. Qui hoc faciunt non euertit fortuna, sed cernuat & allidit. Hanc ergo sanam & salubrẽ formã uitæ teneto, ut corpori tantum indulgeas, quantũ bonæ ualetudini satis est. Durius tractandum est ne animo male pareat, cibus famem sedet, potio sitim extinguat, uestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corpori. Hanc utrũ cespes erexerit, an uarius lapis gentis alienæ, nihil interest. Scitote hominẽ tam bene culmo & auro tegi. Contemne omnia quæ superuacuus labor uelut ornamentũ ad decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Si hoc mecũ, si hoc cũ posteris loquor, non uideor tibi plus prodesse, quàm cũ ad uadimoniũ aduocatus descenderẽ, aut tabulis testamenti anulum imprimerem, aut in senatu candidato uocem & manũ commo-

9 ἐχόμενα

Universidad de Deusto
Biblioteca

commodarē. Mihi crede, qui nihil agere uidentur maiora agunt, humana diuinaq; tractant. Sed iam finis faciendus est, et aliquid, ut instituī, pro hac epistola dependendum: id de meo non fiet, adhuc Epicurum complicamus, cuius hanc uocem hodierno die legi, Philosophiæ seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas, non differatur in diem. Qui se illi subiecit & tradidit, statim circumagitur: hoc enim ipsum philosophiæ seruire, libertas est. Potest fieri, ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius quàm nostrorum? quid est tamen, quare tu istas Epicuri uoces putes esse non publicas? Quàm multi poëtæ dicunt, quæ à philosophis, aut dicenda aut dicta sunt. Non attingam Tragicos aut togatas nostras. Habent enim hæ quoq; aliquid seueritatis, & sunt inter cōmœdias & tragœdias mediæ. Quantū distantium uersuū inter mimos iacet, quàm multa Publij, nō excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? Vnū eius uersum qui ad philosophiā pertinet, & ad hanc partē quę modo fuit in manibus, referā, quo negat fortuita in nostro habenda. Alienū est omne quicquid optando uenit. Hunc uersum à te dici non paulò melius, sed astrictius memini. Non est tuū, fortuna quod fecit tuum. Illud etiamnum melius dictum à te non præteribo, Dari bonum quod potuit, auferri potest, Hoc non imputo in solutum, de tuo tibi. Vale.

EPIST. IX. Quod sapiens seipso contentus est ad beate uiuendum, non ad uiuendum simpliciter.

AN merito reprehendat in quadā epistola Epicurus eos, qui dicunt sapientem seipso esse contentum, & propter hoc amico nō indigere, desideras scire. Hoc obiicitur Stilboni ab Epicuro, & his quibus summum bonum uisum est animus impatiēs. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπαθῆ uno uerbo cito uoluerimus, & impatientiam dicere. Poterit enim cōtrarium ei quod significare uolumus, intelligi. Nos enim eum uolumus dicere, qui respuat omnis mali sensum, accipietur is qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, aut inuulnerabilē animū dicere, aut animū extra omnē patientiā positū. Hoc inter nos & illos interest, Noster sapiens uincit quidē incōmodum omne, sed sentit, illorū nec sentit quidē. Illud nobis cum illis cōmune est, sapientem seipso esse contentum, sed tamen amicum habere uult, & uicinū, & contubernalē, quamuis sibijpse sufficiat. Vide q̄p sit se cōtentus, aliquando sui parte contentus est, si illi manū, aut morbus, aut hostis inciderit. Si quis oculum casu excusserit, reliquiæ illi suæ satisfacient, & erit in minuto corpore & amputato tam lætus, q̄p in integro fuit. Sed quæ sibi desunt num desiderat? Non deesse mauult. Ita sapiens se cōtentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit: & hoc quod dico possit, tale est, amissum æquo animo fert: sine amico quidē nunq̄p erit, in sua potestate habet quàm cito reparet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam, protinus alteram faciet, Sic hic faciendarū amicitiarum artifex, substituet & alium in locum amissi. Quæris quomodo amicum cito facturus sit? dicam, si illud mihi tecum conuenerit, ut statim tibi soluam quod debeo, & quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Hecaton ait, Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneficę carmine. Si uis amari, ama. Habes autē non tantum amicitiæ usum ueteris & certe magnam uoluptatem, sed etiam initium & cōparationem nouæ. Quod interest inter metentē agricolā, & serentem, hoc inter eum qui parauit amicū, & qui parat. Attalus philosophus
10 dicere solebat, Iucundius esse amicū facere quàm habere, quomodo artifici iucundius est pingere quàm pinxisse. Illa in opere suo occupata solicitudo, ingens oblectamentū habet in ipsa occupatione. Nō æque delectatur qui ab opere perfecto remouit manū. Iam fructu artis suæ fruitur, ipsa fruebatur arte cum pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorū, sed infantia dulcior. Nunc ad propositum reuertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum uult, si ob nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat, non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola, ut habeat qui sibi ægro assideat, succurrat in uincula cōiecto uel inopi. Sed habeat aliquē cui ipse ægro assideat, quem ipse circumuentū hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam uenit, male cogitat, quemadmodū cœpit sic desinet. Parauit amicum aduersus uincula laturum opem, cum primum crepuerit cathena discedet

det. Hæ sunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. † Hac re florentes amicorum turba circumsedet, circa euersos ingens solitudo est, & inde amici fugiunt, ubi probantur, hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necesse est ut initia inter se, & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit ei aliquod precium contra amicitiam, si ullum in illa placet preciū præter illam. In quid igitur amicum paro? Vt habeam pro quo mori possim, ut habeā quē in exilium sequar, cuius me morti opponā & impendā. Ista quā tu describis negociatio est, non amicitia, quæ ad cōmodum accedit, quæ quid consecutura sit spectat. Non dubie habet aliquid simile amicitiæ affectus amantium. Possis dicere illam esse insanā amicitiam. Nunquid ergo quisquam amat lucri causa? nunquid ambitionis aut gloriæ? Ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens, animos in cupiditatē formæ, non sine spe mutuæ charitatis accendit. Quid ergo? ex honestiori causa coit turpis affectus? Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda: nam si propter seipsam expetenda est, potest ad illam accedere, qui seipso cōtentus est. Quomodo ergo ad illam accedit? Quomodo ad rem pulcherrimam non lucro captus, nec uarietate fortunæ perterritus. Detrahit amicitiæ maiestatem suam, qui illam parat ad bonos casus. Se contentus est sapiens. Hoc mi Lucili perperam plerique interpretantur. Sapientem undiq; submouent, & intra cutem suā cogunt. Distinguendum est autem, quid & quatenus uox ista promittat, se contentus est sapiens ad beate uiuendū, non ad uiuendū. Ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo sano, & erecto, & despiciente fortunam. Volo tibi Chrysippi quoq; distinctionē indicare. Ait sapientem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse. Contra, Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. Sapienti & manibus et oculis, & multis ad quotidianū usum necessarijs opus est, sed eget nulla re, egere enim necessitatis est. Nihil autem necesse sapienti est. Ergo quamuis seipso cōtentus sit, amicis illi opus est, hos cupit habere quàm plurimos, non ut beate uiuat, uiuet enim etiam sine amicis beate. Summū bonum extrinsecus instrumēta nō quærit, domi colitur, ex se totum est, incipit fortunæ esse subiectum, si quam partem sui foris quærit. Qualis tamen futura est uita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus, uel in aliqua gente aliena destitutus, uel in nauigatione longa retentus, aut in desertū littus ejectus? qualis est Iouis cum resoluto mundo, & dijs in unum confusis, paulisper cessante natura acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus, tale quiddā sapiens facit. In se recōditur, secū est, quādiu quidē illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se cōtentus est: & ducit uxorē, se contentus, & liberos tollit, se contentus, & tamen non uiuet, si fuerit sine homine uicturus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ. Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominē homini natura cōciliat, sic inest huic quoq; rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, sæpe præferat, omne intra se bonum terminabit, & dicet quod Stilbon ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, interrogāti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, nunquid perdidisset. omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce uir fortis ac strennuus, ipsam hostis sui uictoriam uicit. Nihil, inquit, perdidi, dubitare illum coēgit, an uicisset, Omnia mea mecum sunt. Iustitia, uirtus, temperantia, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes, sine noxa corporum transeunt, quanto hic mirabilior uir qui per ferrū & ruinas & ignes, illesus & indemnis euasit? Vides quanto facilius sit totam gentem, q̄p unum uirum uincere. Hæc uox illi est communis cum Stoico, æque & hic intacta bona per concrematas urbes fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam fine designat. Ne existimes nos solos generosa uerba iactare, & ipse Stilbonis obiurgator Epicurus, simile illi uocē emisit, quam tu boni consule, etiā si hūc

diem

† Hac re, pro ideò.

Intra cutem.

πολιορκητὴς Vrbium obsessor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diem iam expunxi. Si cui, inquit, sua bona non uidentur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamẽ miser est. Vel si hoc modo tibi melius enunciari uidetur. Id enim agendum, ut non uerbis seruiamus, sed sensibus, Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo. Vt scias autem hos sensus communes esse, natura scilicet dictante, apud poëtam comicum inuenies, Non est beatus esse se qui non putat. Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi uidetur malus? Quid ergo, inquis? si beatum se dixerit, ille turpiter diues, & ille multorũ dominus, sed plurium seruus, beatus sua sententia fiet? Non quid dicat, sed quid sentiat refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod uerearis, ne ad indignum res tanta perueniat. Nisi sapienti sua non placent, omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

EPIST. X. De solitudine uitanda prudentibus, & de syncerítate orandi deum.

SIc est, non muto sententiam, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unũ. Non habeo cum quo te cõmunicatum uelim, & uide quò iudicium meum abeat. Audeo te tibi credere. Crates, ut aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mentionẽ priori epistola feci, cum uidisset adolescentulum secreto ambulantem, interrogauit, quid illic solus faceret. Mecum, inquit, loquor: cui Crates, Caue, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentem timentemq; custodire solemus, ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant, tunc aut alijs, aut ipsis futura pericula struunt. Tunc cupiditates improbas ordinant, tunc quicquid aut metu, aut pudore animus celabat, exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. Deniq; quod unum solitudo habet commodum, nihil ulli committere, nõ timere iudicem, perijt stulto. Ipse se prodit. Vide itaq; quid de te sperem, imò quid spondeam mihi, spes enim incerti boni nomen est. Non inuenio cum quo te malim esse, quàm tecum. Repero memoria, quàm magno animo quædam uerba proieceris, quàm roboris plena. Gratulatus sum protinus mihi, & dixi, non à summis labris ista uenerunt, habent hæ uoces fundamentum, iste homo non est unus è populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic uiue. Vide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum ueterum licet dijs gratiam facias, alia de integro suscipe, roga bonam mentem, bonã ualetudinem animi, deinde corporis. Quid ni tu ista uota sæpe facias? Audacter deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Sed ut more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam, Verum est quod apud Athenodorum inueni. Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eò perueneris, ut nihil deum roges, nisi quod rogare possis palàm. Nunc enim quanta dementia est hominum. Turpissima uota dijs insusurrant, si quis admouerit aurem, conticescent, & quod scire hominem nolunt, deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit, sic uiue cum hominibus tanquam deus uideat, sic loquere cum deo, tanquam homines audiant. Vale.

forte expromit.

ἐς τῶν πολλῶν.

EPIST. XI. De inuincíbilis uerecundiæ qualitate, & de imaginaría boni uiri præsentia.

LOcutus est mecum amicus tuus bonæ indolis, in quo quantũ esset animi, quantũ ingenij, quantũ iam etiam profectus, sermo primus ostẽdit. Dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit: non enim ex præparato locutus est, sed subito deprehensus. Vbi se colligebat uerecundia, bonum in adolescente signum, uix potuit excutere, adeò illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmauerit, & omnibus uitijs exuerit, sapientem quoq; sequetur. Nulla enim sapientia, naturalia corporis aut animi uitia ponuntur, quicquid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter q̃ fatigatis & æstuantibus solet, quibusdã tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Hæc nec disciplina, nec usus unquam excutit, sed natura uim suam exercet, & illos uitij sui, etiam robustissimos admonet. Inter hæc & ruborem esse scio, qui grauissimis quoq; uiris, subitus offunditur. Magis quidẽ in iuuenibus apparet, quibus & plus caloris est, et tenera frons, nihilominus ueteranos & senes tangit. Quidam nunquam magis quàm cum erubuerint timendi sunt, quasi omnem uerecundiã effuderint. Sylla tunc erat uiolentissimus, cum faciem eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompeij, nunquam non coram pluribus erubuit, utiq; & in concionibus. Fabianũ cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed à nouitate rei, quæ inexercitatos, & si non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & cito in os prodeũtis. Hæc ut dixi, nulla sapientia abigit, alioquin haberet rerũ naturam sub imperio, si omnia eraderet uitia. Quæcunq; attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multũ se diuq; animus composuerit, hærebũt. nihil horum uitiari potest, nõ magis, quàm accersi. Artifices scenici, qui imitantur affectus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur uerecũdiam, deijciunt enim uultum, uerba submittunt, figunt in terram oculos & deprimũt, ruborem sibi exprimere non possunt, nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil aduersus hæc sapientia promittit, nihil proficit, sui iuris sunt, iniussa ueniunt, iniussa discedunt. Iam clausulam epistola poscit. Accipe & quidem utilem & salutarẽ, quam te affigere animo uolo. Aliquis uir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante uiuamus, & omnia tanquam illo uidente faciamus. Hoc mi Lucili Epicurus præcepit, custodem nobis & pædagogum dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus, quem ueretur, cuius autoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O felicem, qui sic aliquem uereri potest, ut ad memoriam quoq; eius se componat, atq; ordinet. Qui sic aliquem uereri potest, cito erit uerendus. Elige itaq; Catonem, si hic uidetur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi uirum Lælium, elige eum cuius tibi placuit et uita, & oratio, & ipsius animum ante te ferens & uultus, illum semper tibi ostende, uel custodem, uel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi erigant. Nisi ad regulam, praua non corriges. Vale.

EPIST. XII. De bono senectutis, & commendatione seu excusatione ipsius & quod in necessitate uiuere nulla necessitas est.

QVocunq; me uerto, argumenta senectutis meæ uideo. Veneram in suburbanũ meũ, & querebar de impensis ædificij dilabẽtis. Ait uillicus nõ esse negligẽtiæ suæ uitium, omnia se facere, sed uillam ueterem esse. Hæc uilla inter manus meas creuit. Quid mihi futurum est, si tam putrida sunt ætatis meæ saxa? Iratus illi, proximam occasionem stomachandi arripio. Apparet, inquã, has platanos negligi, nullas habent frondes, quàm nodosi sunt, & retorridi rami, quàm tristes & squalidi trunci. Hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret. Iurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curã suam, sed illas uetulas esse, quod inter nos fit. Ego illas posueram, ego illarũ primum uideram folium. Conuersus ad ianuam, quis est, inquã, iste decrepitus, & merito ad ostiũ admotus, foras enim spectat? Vnde istum nactus es? quid te delectauit alienum mortuum tollere? At ille non cognoscis me, inquit? Ego sum Felicio cui solebas sigillaria afferre, ego sum Philosti uillici filius delitiolum tuum † Perse ete, inquam, iste delirat uetulus, etiam delitiolum meum factus est. Prorsus potest fieri; dentes illi cum maxime cadũt. Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quocunq; auerteram apparuit. Complectamur illam & amemus. Plena est uoluptatis si illa scias uti, gratissima sunt poma cum fugiunt. Pueritiæ maximus in exitu decor est, deditos uino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quę ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimũ hominis uoluptas habet, in finem sui differt. Iucundissima est ætas deuexa iam, non † tantũ præceps, & illam quoq; in extrema † regula stantem, iudico habere suas uoluptates, aut hoc ipsum succedit in locum uoluptatum, nullis egere. Quàm dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse. Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere, Primũ ista tam iuueni ante oculos debet esse quàm seni, Non enim citamur ex censu. Deinde nemo tam senex est, ut non improbe unum diem speret. Vnus autem dies gradus est uitæ, tota ætas partibus constat & orbes habet cir-

al. sigillaritia. al. perfecto.

Summam manum imponit. al. tamen. al. tegula.

li

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet circumductos maiores minoribus. Est aliquis qui omnes complectatur & cingat, hic pertinet à natali ad diem extremum. Est alter qui annos adolescentiæ excludit. Est qui totam pueritiam ambitu suo astringit. Est deinde per se annus, in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione uita componitur. Mensis arctiore præcingitur †cingulo, angustissimum habet dies gyrum, sed & hic ab initio ad exitum uenit, ab ortu ad occasum. Ideo Heraclitus cui cognomen Scotinon fecit, orationis obscuritas, unus, inquit, dies par omni est. Hoc alius aliter accepit, dixit enim parem esse horis, nec mentitur. Nam si dies tempus est uigintiquatuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius, ait, parem esse unum diem omnibus similitudine, nihil enim habet longissimi temporis spaciũ, quod non in uno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi uices. Planeta facit ista, non aliàs cõtractior: aliàs productior dies. Itaq; sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen & consumet atq; expleat uitam. Pacuuius qui Syriam usu suam fecit, cum uino & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut inter † plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur Βιέωμεν βιέωμεν, nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala cõscientia faciebat, nos †in bona faciamus, & in somnũ ituri, læti, hilaresq; dicamus, Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi. Crastinum si adiecerit deus, læti recipiamus. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit uixi, quotidie ad lucrũ surgit. Sed iam debeo epistolã cludere, Sic, inquis, sine ullo ad me peculio ueniet? Noli timere, aliquid secum feret, quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac uoce præclarius, quam illi trado ad te perferendam? Malum est in necessitate uiuere, sed in necessitate uiuere necessitas nulla est. Quid ni nulla, si patent undiq; ad libertatem uiæ multæ, breues, faciles? Agamus deo gratias, quod nemo in uita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet. Epicurus, inquis, dixit, quid tibi cum alieno? Quod uerum est, meũ est. Perseuerabo Epicurum tibi ingerere, ut isti qui in uerba iurant, nec quid dicatur æstimant, sed à quo, sciant, quæ optima sunt esse communia. Vale.

IN EPISTOLAM PRIMAM LIBRI I.

1 *Eripiuntur. eripiuntur quæ ut tolluntur: subducuntur quæ clam. Pro eripiuntur, quidam codices habebant, surripiuntur.*

2 *Quod mortem prospicimus. Prospicimus uentura & quæ procul absunt. At mors iam magna ex parte à tergo est. Aliquis non intelligens argutiam, addidit, non prospicimus.*

3 *Ex qua expellitur quicunq; uult. Argutius est quod habebat codex uetustus, ex qua expellit quencunq; uult. Natura misit in hanc possessionem, sed hac lege ut sit exeundum quandocunq; ult ipsa.*

EPIST. IIII.

4 *Nullum magnum. Aut nullum usurpauit pro nihil, aut deest malum. Nullum magnum malum.*

EPIST. V.

5 *A qua professione nos dissimilitudo separabit, Non dubium quin legendum sit, professionis dissimilitudo, A qua congregatione, dissimilitudo professionis separabit. Vult enim nos intus habere philosophiam, non profiteri. Quod hic præcipit de philosophis, mire quadrat in monachos.*

6 *Sed non agnoscant. Argutius est quod habebat codex uetustus, sed agnoscant. Suspicimus etiam aliena, sed agnoscimus nostra, quæ & ipsi præstare queamus.*

EPIST. VII.

7 *Ordinarijs partibus. Quidam habebant patribus: paribus legendum arbitror. Loquitur de paribus gladiatorũ. Hæc autem uerba, ut in expeditione, uidentur adiecta ab enarratore quopiam.*

8 *Egregie hoc tertium, Ambigua distinctio, Egregie hoc tertium, ut intelligas et nullum sufficere sapienti. Aut ut hoc tertium dixerit Epicurus.*

EPIST. VIII.

9 *Quod habere nos putamus, hæremus, Pro habere quidam habebant, abire, sed mendose, Seneca allusit ad græcas uoces, ἔχομεν est habemus, ἐχόμεθα, hæremus.*

EPIST. IX.

10 *Attalus, quidam habebant. At Thales, sed deprauate. Nam Attalum frequenter citat aliàs.*

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

EPISTOLA XIII. De utilitate exercitationis contra aduersa, de remedijs contra mala fortuita, & quod stultitia semper incipit uiuere.

AVLTVM tibi esse animi scio, nam etiam antequam instruerem te præceptis salutaribus et dura uincentibus, satis aduersus fortunã placebas tibi, & multo magis postquam cum illa conseruisti manum, uiresq; expertus es tuas, quæ nunquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi cũ multæ difficultates hinc & illinc apparuerint, aliquãdo uerò & propius accesserint. Sic uerus ille animus, & in alienum non uenturus arbitriũ probatur. Hæc eius obrussa est, Non potest Athleta magnos spiritus ad certamen adferre, qui nunquam suggillatus est. Ille qui fudit sanguinem suum, cuius dentes crepuerunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinẽ istam prosequar, sæpe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed subsilisti et acrior constitisti. Multum enim adijcit sibi uirtus lacessita. Tamen si tibi uidetur, accipe à me auxilia, quibus munire te possis. Plura sunt Lucili quæ nos terrent, quàm quæ premunt, & sæpius opinione quàm re laboramus. Nõ loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista quæ gemitus mugitusq; exprimunt, leuia esse & contemnenda. Omittamus hæc magna uerba, sed, dij boni, uera. Illud tibi præcipio, ne sis miser ante tempus, cum illa quæ uelut imminentia expauisti, fortasse nunquam uentura sint, certe nunquam uenerint. Quædam ergo nos magis torquent quàm debeant, quædam ante torquent quàm debeant, quædã torquent cum omnino non debeant. Aut augemus dolorẽ, aut fingimus, aut †præcipimus. Primum id, quia res in controuersia est, & litem contestatã habemus in præsentia differatur. Quod ergo leue dixero, tu grauissimum esse contendes, Scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea uidebimus, utrum ista suis uiribus ualeant, an imbecillitate nostra. Illud præsta mihi, ut quoties circumsteterint, qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias, sed quid sentias cogites, & cum patientia tua deliberes, ac te ipse interroges, qui tua optime nosti, quid est, quare isti me complorent? quid est quod trepident, quod contagiũ quoq; mei timeant, quasi transilire calamitas possit? Est aliquid istic mali, an res ista magis infamis est quàm mala? Ipse te interroga, Nunquid sine causa crucior, & mœreo, & quod non est malum facio? Quomodo, inquis, intelligam, si uana sint, an uera quibus angor? Accipe huius rei regulam: Aut præsentibus torquemur, aut futuris, aut utrisq;. De præsentibus facile est iudicium, si corpus tuum liberum est, sanum est, nec ullus ex iniuria dolor est, uidebimus quid futurum est, hodie nihil negocij habet. At enim futurum est. Primum dispice an certa argumenta sint uenturi mali. Plærunq; enim suspicionibus laboramus, & illudit nobis illa quæ conficere bellum solet fama, multo autem magis singulos consicit. Ita est mi Lucili, cito accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt, nec excutimus, sed trepidamus, & sic uertimus terga quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum, exuit castris, aut quos aliqua fabula sine autore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis uana perturbant. uera enim modum suum habent, quicquid ex incerto uenit, coniecturæ & licentiæ pauentis animi traditur. Nulli itaq; tam pernicioſi, tam irreuocabiles quàm lymphatici metus sunt. Cæteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Inquiramus itaq; rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali. Non statim uerum est. Quàm multa non expectata uenerunt, quàm multa expectata nusquam comparuerunt. Etiam si futurum est, quid iuuat dolori suo occurrere? Satis cito dolebit cum uenerit, interim tibi meliora promittere. Quid faciet lucri tempus? Multa interuenient, quibus uicinum periculum uel prope admotũ, aut

id est, odecupamus.

forte, panici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subsistat, aut desinat, aut in alienũ caput transeat, Incẽdium ad fugam patuit, quosdam molliter ruina deposuit, aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est, aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna leuitatẽ, fortasse erit, fortasse non erit, interim nõ est, meliora propone. Nonnunq; nullis apparentibus signis, quæ mali aliquid prænunciẽt, animus sibi falsas imagines fingit, aut uerbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius, aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quàm est, & cogitat non quantum iratus ille sit, sed quantũ liceat irato. Nulla autem causa uitæ est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest. Hic prudentia prosit, hic robore animi, euidentem quoq; metum respue. Si minus, uitio uitium repelle, spe metum tempera. Nihil tam certũ est ex his quæ timentur, ut non certius sit, & formidata subsidere, & sperata decipere. Ergo & spem ac metum examina, & quoties incerta erunt omnia, tibi faue, crede quod mauis: si plures habebit sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina, & perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo uolue, maiorem partem mortaliũ cum illic nec sit quicquam mali, nec pro certo futurum sit, æstuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi cum cœperit impelli, nec timorem suum redigit ad uerum: Nemo dicit uanus autor est, aut finxit, aut credidit. Damus nos referentibus, expauescimus dubia pro certis, non seruamus modum rerum, statim in timorem uenit scrupulus. Pudet me sic tecũ loqui, & tam leuibus te remedijs reuocillare. Alius dicat, fortasse hoc non ueniet, Tu dic, quid porrò si ueniet? Videbimus utrum ueniet, fortasse pro me ueniet, & mors istam uitam honestabit. Cicuta magnum Socratem consecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorque, magnam partem detraxeris gloriæ. Nimium diu te cohortor, cum tibi admonitione magis quàm exhortatione opus sit. Nõ in diuersum te à natura tua ducimus, natus es ad ista, quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge & exorna. Sed iam finem epistolæ faciam, si illi signũ suum impressero, id est, aliquam magnificã uocem perferendam ad te mandauero. Inter cætera mala, hoc quoq; habet stultitia, semper incipit uiuere. Cõsidera quid uox ista significet Lucili uirorum optime, & intelliges quàm fœda sit hominũ leuitas, quotidie noua uitæ fundamenta ponentium, nouas spes etiam in exitu inchoantium. Circunspice tecum singulos, occurrunt tibi senes qui se quàm maxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negociandum parent. Quid est autem turpius quàm senex uiuere incipiens. Non adjicerem autorem huic uoci, nisi esset secretior, nec inter uulgata Epicuri dicta, quæ mihi & laudare, & adoptare permisi. Vale.

EPIST. XIIII. Vt non seruiatur corpori, & qualiter uitanda sit nocitura potentia, & quod is maxime diuitijs fruitur, qui non indiget diuitijs.

FAteor insitam esse nobis corporis nostri charitatem. Fateor nos huius gerere tutelam, non nego indulgendum illi, seruiendum nego. Multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimiũ timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus uiuere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumelijs obijcit, Honestũ ei uile est, cui corpus nimis charũ est. Agatur eius diligẽtissime cura, ita tamen ut cũ exiget ratio, cum dignitas, cum fides, mittendũ in ignem sit. Nihilominus quantũ possumus euitemus incõmoda quæq;, non tantũ pericula, & in tutum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli, quorũ tria, ni fallor, genera sunt. Timetur inopia, timẽtur morbi, timentur quæ per uim potentioris eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit, q̃ quod ex aliena potentia impendet, Magno eñ strepitu & tumultu uenit, Naturalia mala quæ retuli inopiæ atq; morbi, silentio subeũt, nec oculis, nec auribus quicq̃ terroris incutiunt. Ingens alterius mali pompa est, ferrum circa se & ignes habet, & catenas, & turbam ferarum, quam in uiscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & uncum, & adactum per medium hominem, qui per os emergat stipitem, & distracta in diuersum actis curribus membra, illam tunicam, alimentis ignium & illitam & intextam, quicquid aliud præter hæc, cõmenta sæuitia est. Non est itaq; mirum, si maximus huius rei timor est, cuius & uarietas magna, et apparatus terribilis est. Nam quemadmodũ plus agit

agit tortor, quo plura instrumẽta doloris exposuit (Specie enim uincuntur, qui patientia restitissent) ita ex his, quæ animos nostros subigũt & domant, plus proficiunt, quæ habent quod ostendãt. Illæ pestes non minus graues sunt, famem dico & sitim, & præcordiorũ supparationes, & febrẽ uiscera ipsa torrentem, sed latent: Nihil habent quod intendent, quod præferant. Hęc ut magna bella, aspectu paratuq; uicerũt. Demus itaq; operã, abstinemus offensis. Interdũ populus est, quẽ timere debeamus, interdũ si ea ciuitatis disciplina est, ut plurima per senatũ transigũtur, gratiosi timeantur in eo uiri interdũ singuli, quibus potestas populi & in populũ data est. Hos omnes amicos habere operosum est, satis est inimicos nõ habere. Itaq; sapiẽs nunq; potentiũ iras prouocabit, imò declinabit, non aliter quàm in nauigando procellã. Cum peteres Siciliã, traiecisti fretũ, temerarius gubernator cõtempsit austri minas, Ille est enim, qui Siculũ pelagus, interdũ etiam plus quàm timere debeamus, exasperet, & in uertices cogat, Nõ sinistrũ petit littus, sed id, quo propior Charybdis maria conuoluit. At ille cautior, peritos locorũ rogat, quis æstus sit, quę signa dent nubes, & longe ab illa regione uerticibus insami cursum tenet. Idem facit sapiẽs, nociturã potentiã uitat, hoc primũ cauens, ne uitare uideatur. Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professo eam petere. Non est nostræ professionis uulgi fauores appetere, quia quæ quis fugit, damnat. Circũspiciendũ nobis est ergo, quomodo à uulgo tuti esse possimus, Primũ nihil inde concupiscamus, rixa est inter cõpetitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. Quàm minimũ sit in corpore tuo spoliorũ. Nemo ad humanũ sanguinem propter ipsum uenit, aut admodũ pauci, plures cõputant quàm oderint. Nudum latro trãsmittit, etiã in obsessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex præcepto ueteri præstanda sunt, ut uitentur, Odium inuidia, cõemptus. Quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentũ est, uerendumq;, ne in cõemptum nos inuidia & timor transferãt, ne dum calcari nolumus, uideamur posse calcari, Multis timendi attulit causas, timeri posse. Vndiq; nos reducamus, non minus cõremni quàm suspici nocet. Ad philosophiã ergo confugiendũ est. Hæ literæ non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, insularũ loco sunt. Nam forensis eloquẽtia, & quæcunq; alia populum mouent, aduersariũ habent: hæc quieta, & sui negocij, contemni non potest, cui ab omnibus artibus, etiam apud pessimos honor est. Nunq; in tantum cõualescit nequitia, nunquam sic contra uirtutes cõiurabitur, ut non philosophiæ nomen uenerabile & sacrũ maneat. Cæterũ philosophia ipsa tranquille modesteq; tractanda est. Quid ergo inquis? Videtur tibi M. Cato modeste philosophari, qui bellum ciuile sententia sua reprimit, qui furentium principum armis, medius interuenit, qui alius Pompeium offendentibus, alij Cæsarem, simul lacessit duos? Potest aliquis disputare, an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Quid tibi uis M. Cato? iam non agitur de libertate, Olim pessundata est. Quæritur, utrum Cæsar, an Pompeius possideat rem publicam. Quid tibi cum ista contentione? Nullæ partes tuæ sunt, dominus eligitur. Quid tum? alter uincere potest, melior uincere nõ potest. Non potest esse peior qui uicius fuerit, melior qui uicerit. Vltimas partes attigi Catonis, sed ne priores quidẽ anni fuerunt, qui sapientem in illam rapinam reipub. admitterent. Quid aliud quàm uocifératus est Cato, & missit iratas uoces, cũ modo per populi leuatus manus & obrutus sputis, & portandus extra forum traheretur, modo è senatu in carcerẽ duceretur? Sed posteà uidebimus, an sapienti opera perdenda sit. Interim ad hos te Stoicos uoco, qui à re publica excluſi, secesserunt ad colendam uitam & humano generi iura condenda, sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in se uitæ nouitate conuertet, Quid ergo? Vtique erit tutus, qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quàm homini temperanti bonam ualetudinẽ, & tamen facit temperantia bonam ualetudinẽ. Perit aliqua nauis in portu, sed tu quid accidere in medio mari credis? Quanto huic periculũ paratius foret, multa agenti, molientiq;, cui ne ocium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes, quis negat? Nocentes tamen sæpius. Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est. Denicq; initium omnium rerum sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt, de e-

Philosophiæ laus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. Aliquid uexationis affert, ali-
aliàs Nam. quid aduersi, † non damnatur latro, cum occidit. Nunc ad quotidianam stipem manū porrigis, aurea te stipe implebo. Et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodū usus fructusq; eius tibi esse gratior possit. Is maxime diuitijs fruitur, qui minime diuitijs indiget. Aede, inquis, autorem. Vt scias quàm benigni simus, propositū est aliena laudare, Epicuri est, aut Metrodori, aut alicuius ex illa officina. Et quid interest, quis dixerit? Omnibus dixit. Qui eget diuitijs, timet pro illis. Nemo autē solicito bono fruitur. Adijcere illis aliquid studet, dum de incremento cogitat, oblitus est usus, rationes accipit, forum conterit, kalendarium uersat, fit ex domino procurator. Vale.

EPIST. XV. De non saginando uel impinguando corpore, & de ipsius exercitatione, & uocis moderatione, & quare uita stulti ingrata sit.

MOs antiquis fuit, usq; ad meam seruatus ætatem, primis epistolę uerbis adijcere, Si uales, bene est, ego ualeo. Recte & nos dicimus, Si philosopharis, bene est. Valere enim hoc demum est. Sine hoc, æger est animus. Corpus quoq; etiā si magnas habet uires, non aliter quàm furiosi aut phrenetici ualidum est. Ergo hanc ualetudinē præcipue cura, deinde & illam secundam, quæ non magno tibi cōstabit, si uolueris bene ualere. Stulta est enim mi Lucili, & minime cōueniens literato uiro, occupatio exercendi lacertos, et dilatandi ceruicem, ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit, & tori creuerint, nec uires unquam opimi bouis, nec pondus æquabis. Adijce
al. Leditur. nunc, quod maiore corporis sarcina animus † eliditur, & minus agilis est. Itaq; quantum potes, circumscribe corpus tuum, & animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda huic deditos curæ. Primum exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit, & inhabilem intentioni ac studijs acrioribus reddit, Deinde copia ciborum, subtilitas animi impeditur. Accedunt pessimæ notæ mancipia in magisterium recepta, homines inter oleū & uinum occupati, quibus ad uotum dies est actus, si bene desudauerunt, si in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius, ieiuno gutture ingesserunt. Bibere & sudare, uita cardiaci est. Sunt exercitationes & faciles & breues, quæ corpus & sine mora laxent, & tempori parcant, cuius præcipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ, & saltus, uel ille qui corpus in altum leuat, uel ille qui in longum mittit, uel ille, ut ita dicam, saliaris, aut ut contumeliosius dicam, fullonius. Quodlibet ex his elige, usu fit facile. Quicquid facies, cito redi à corpore ad animū, illum diebus ac noctibus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem, nō frigus, non æstus impediet, nec senectus quidem. Id bonū cura, quod uetustate fit melius. Neq; ego te iubeo semper imminere libro, aut pugillaribus. Dandū est aliquod interuallū animo, ita tamen ut non resoluatur, sed ut remittatur. Gestatio & corpus concutit, & studio nō officit, possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil nec ambulatio quidē uetat fieri. Nec tu intensionē uocis cōtempseris, quam ueto te per gradus, & certos modos attollere, deinde deprimere. Quod si uelis deinde quemadmodum ambules discere, admittes istos, quos noua artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet, & buccas edentis obseruet, & intantum procedet, inquātum eius audaciam patientiæ lenitate produxeris. Quid ergo? à clamore protinus & à summa contentione uox tua incipiet? Vsq; adeò naturale est, paulatim incitari, ut litigantes quoq; à sermone incipiant, ad uociferationem transeant. Nemo statim Quiritum fidem implorat. Ergo utcunq; tibi impetus animi suaserit, modo uehementius
al. uicinis. 4 fac † in ciues conuitium, modo lentius, prout uox quoq; te hortabitur & latus, moderata. Cum receperis illam reuocarisq;, descendat, non decidat, moderatoris sui temperamentum habeat, nec indocto & rustico more desæuiat. Non enim id agitur, ut exer-
al. & minus gratus. 5 ceatur uox, sed ut exerceat. Detraxit tibi non pusillum negocium mercedula, & † minus gratum, ad hæc beneficia accedet. Ecce insigne præceptū. Stulti uita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Quis hæc, inquis, dicit? Idem qui supra. Quam tu nunc uitam dici existimas stultam? Babæ & Ixionis? Non ita est, nostra dicitur, quos cæca cupiditas in nocitura, certe nunquam satiatura præcipitat, quibus siquid satis esse posset, fuisset, qui non cogitamus quàm iucundū sit nihil poscere, quàm magnificū sit plenū esse, nec

esse, nec ex fortuna pendere. Subinde itaq; Lucili quàm multa sis consecutus, recordare. Cum aspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si uis gratus esse aduersus deos, & aduersus uitā tuam, cogita q̄; multos anteceſseris. Quid tibi cū cæteris? Teipsum ipse anteceſsisti, finem cōstitue, quem transire ne possis quidē si uelis, discedant aliquando ista insidiosa bona, et sperantibus meliora q̄; assecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando & implerent. Nunc haurientiū sitim concitant, & inuitant speciosi apparatus, et quod futuri temporis incerta sors uoluit. Quare potius à fortuna impetrē, ut det, quàm à me, ne petam? Quare autem petam oblitus fragilitatis humanæ? Congeram, inquit, laborem? Ecce hic ultimus dies, ut non sit, propè ab ultimo est. Vale.

EPIST. XVI. Qualiter ad bonam uitam ueniens in philosophiæ robore solidatur & qui quo ad naturā uiuit, nunq̄; pauper, qui quo ad opinionē nunq̄; diues erit.

LIquere tibi hoc scio Lucili, neminem posse beate uiuere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiæ studio, & beatam uitam perfecta sapientia effici, cæterum tolerabilem etiam inchoata. Sed hoc quod liquet firmandū, & altius quotidiana meditatione figendum est. Plus operis est in eo ut proposita custodias, quàm ut honesta proponas. Perseuerandū est, & assiduo studio robur addendū, donec bona mens sit, quod bona uoluntas est. Itaq; tibi apud me pluribus uerbis haud affirmatis, nec tamē longis intelligo te multum profeciſse. Quæ scribis unde ueniant scio, non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiam, quod iam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoq; idem facias uolo. Non est quod tibi cito & facile credas. Excute te, & uarie scrutare, & obserua. Illud ante omnia uide, utrū in philosophia, an in ipsa uita profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum. Nō in uerbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut aliqua oblectatione cōsumatur dies, ut dematur ocio nausea. Animum format & fabricat, uitam disponit, actiones regit, agēda & omittenda demonstrat, sed ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuātium dirigit cursum, sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigūt, quod ab hac petendum est. Dicet aliquis, Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam & mutari certa nō possunt, & nihil præparari potest aduersus incerta, si aut consiliū meum deus occupauit, decreuitq; quid facerē, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his Lucili, uel si omnia hæc sunt, philosophandum est, siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter deus uniuersi cuncta disponit, siue casus res humanas sine ordine impellit & iactat, philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus, hæc docebit ut deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationē transeundum, quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina, aut subita dominantur. Illò nunc reuertor, ut te moneam & exhorter, ne patiaris animi tui impetū delabi & refrigeſcere. Constitue illum & contine, ut habitus animi fiat quod est impetus. Iam ab initio, si bene te noui, circūspicies quid hæc epistola munusculi attulerit, excute illam & inuenies. Non est quod mireris animū meū, adhuc de alieno liberalis sum. *De alieno liberalis sum.* Quare aūt alienum dixit? quicquid bene dictum est ab ullo, meū est. Sic quoq; quod ab Epicuro dictū est. Si ad naturam uiues, nunq̄; eris pauper, Si ad opiniones, nunq̄; eris diues. Exigūt natura desiderat, opinio immensum. Cōgeratur in te quicquid multi locupletes possederūt, ultra priuatū pecuniæ modū fortuna te prouehat, auro tegar, purpura uestiar, & eo delitiarū opumq̄; perducat, ut terrā marmoribus abscondas, & non tantū habere tibi liceat, sed calcare diuitias. Accedāt statuæ & picturæ, & quicquid ars ulla luxuriæ elaborauit, maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt, ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, nō habent, nullius enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est, error immensus est. Retrahe te à uanis, & cum uoles scire quod petis, utrum naturalem habeat, an cæcam cupiditatē, considera an possit alicubi cōsistere. Si longe progresso, semper aliqd lōgius restat, scito id naturale nō esse. Vale.

EPISTOLA XVII. Quomodo ad philosophiam tendenti paupertas expediat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRoijce omnia iſta, ſi ſapis, imò ut ſapias, & ad bonam mentem magno curſu actis uiribus tende. Si quid eſt quo teneris, aut expedi, aut incide. Moratur, inquis, me res familiaris, ſic illam diſponere uolo, ut ſufficere nihil agenti poſsit, ne aut paupertas mihi oneri ſit, aut ego alicui. Cum hæc dicis, non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni noſſe, & ſummam quidem rei peruides quantū philoſophia proſit, partes autem nondum ſatis ſubtiliter diſpicis, nec dum ſcis quantū ubiq; nos adiuuet, quemadmodū & in maximis (ut Ciceronis utar uerbis) opituletur, & in minima deſcendat. Mihi crede, aduoca illam in conſiliū, ſuadebit tibi, ne ad calculos ſedeas. Nempe hoc quæris, & hoc iſta dilatione uis conſequi, ne tibi paupertas timenda ſit, Quid ſi appetenda eſt? Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ, paupertas expedita eſt, ſecura eſt. Cum claſsicum cecinit, ſcit non ſe peti, cum aliqua conclamatio eſt, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. Aut ſi nauigandum eſt, nō perſtrepunt portus, nec unius comitatu inquieta ſunt littora, non circūſtat illum turba ſeruorū, ad quos paſcendos tranſmarinarum regionum eſt optanda fertilitas, facile eſt paſcere paucos uentres, & bene inſtitutos, & nihil aliud deſiderantes, quàm impleri. Paruo fames conſtat, magno faſtidiū, Paupertas contenta eſt deſideriis inſtantibus ſatisfacere. Quid eſt ergo? quare tu hanc recuſes contubernalem, cuius mores ſanus diues imitatur? Si uis uacare animo, aut pauper ſis, oportet, aut pauperi ſimilis. Non poteſt ſtudium ſalutare fieri ſine frugalitatis cura, frugalitas aūt paupertas uoluntaria eſt. Tolle itaq; iſtas excuſationes, quantum ſat eſt nondum habeo, ſi ad illam ſummam peruenero, tunc me totū philoſophiæ dabo. Atqui nihil prius quàm hoc parandum eſt, quod tu differs, & poſt cætera paras. Ab hoc incipiendum eſt. Parare inquis, unde uiuam uolo. Simul & parare diſce. Siquid te uetat bene uiuere, bene mori non uetat. Non eſt quod paupertas nos à philoſophia reuocet, ne egeſtas quidem, toleranda eſt enim ad hoc properantibus uel fames, quam tolerauêre quidam in obſidionibus. Et quod aliud erat illius patiētiæ præmium, quàm in arbitrium non cadere uictoris? quanto hoc maius eſt quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis, nec dei timor? Et quidem uel eſurienti ad iſta ueniendum eſt. Perpeſsi ſunt exercitus inopiam omniū rerum, uixerunt herbarū radicibus, et dictu fœdam tulerunt famē. Hæc omnia paſsi ſunt pro regno (quo magis mireris) alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatē, ut animū furoribus liberet? Nō eſt ergo prius acquirendum. Licet ad philoſophiā etiam ſine uiatico peruenire. Ita eſt, cum omnia habueris, tunc & ſapientiam habere uoles. Hæc erit ultimum uitæ inſtrumentum, & (ut ita dicam) additamentū. Tu uerò ſiue aliquid habes, iam philoſophare. Vnde enim ſcis, an iam nimis habeas? ſiue nihil, hoc prius quære, quàm quicquam. At neceſſaria deerunt. Primū deeſſe non poterunt, quia natura minimum petit. Naturæ aūt ſe ſapiens accommodat. Sed ſi neceſsitates ultimę inciderint, iam dudum exiliet è uita, & moleſtus ſibi eſſe deſinet. Si uerò exiguū fuerit & anguſtū, quo poſsit uita produci, id boni cōſulet, nec ultra neceſſaria ſollicitus aut anxius, uentri & ſcapulis ſuū reddet, & occupationes diuitū concurſationesq; ad diuitias euntium, ſecurus lætusq; ridebit, ac dicet, quid in longum ipſe te differs? expectabis ne fœnoris quæſtum, aut ex mercede compendium, aut tabulas beati ſenis, cum fieri poſsis ſtatim diues? Repræſentato pes ſapientia, quas cuicunq; fecit ſuperuacuas, dedit. Hęc ad alios pertinent, tu locuples tibus propior es. Sacculum muta, nimis habes. Id eſt, omni ſæculo quod ſat eſt. Poteram hoc loco epiſtolam claudere, niſi te male inſtituiſſem. Reges Parthos non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere, tibi uale dicere non licet gratis. Quid iſtuc? ab Epicuro mutuum ſumam. Multis paraſſe diuitias, non finis miſeriarum fuit, ſed mutatio. Non hoc miror. Non eſt enim in rebus uitium, ſed in ipſo animo. Illud quoq; quod paupertatem nobis grauem fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, quocunq; illum tranſtuleris, morbū ſuum ſecum transferet, ſic nihil refert, utrum animus æger in diuitiis, an in paupertate ponatur, malum ſuum, illum ſequitur. Vale.

EPISTOLA XVIII. Quod ſine luxuria dies feſtus agi debet, & de paupertate ultro petenda, & qualiter immodica ira gignit inſaniam

December

DEcember eſt menſis, quo maxime ciuitas deſudat. Ius luxuriæ publice datum eſt, ingenti apparatu ſonant omnia, tanquā quicq; inter Saturnalia † non interſit, et dies rerum agendarum. Adeò nihil intereſt, ut non uideatur mihi erraſſe, qui dixit, olim menſem decembrem fuiſſe, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid exiſtimares eſſe faciendum, utrū nihil ex quotidiana conſuetudine mouendum, an ne diſſidere uideremur cum publicis moribus, & hilarius cœnandū & exuendum rogam. Nam quod fieri niſi in tumultu & triſti tempore ciuitatis non ſolebat, uoluptatis cauſa ac feſtorum dierum ueſtem mutauimus. Si te bene noui, arbitri partibus functus, nec per omnia nos ſimiles eſſe pileatæ turbæ uoluiſſes, nec per omnia diſſimiles: niſi forte his maxime diebus animo imperādum eſt, ut tunc uoluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuit. Certiſsimum argumentum firmitatis ſuæ capit, ſi ad blanda et in luxuriam trahentia, nec it, nec adducitur. Hoc multo fortius eſt ebrio ac uomitante populo, ſiccum ac ſobrium eſſe. Illud temperantius non excerpere ſe, nec inſigniri, nec miſceri omnibus, & eadem, ſed non eodem modo facere. Licet enim ſine luxuria agere feſtum diem. Cæterū adeò mihi placet tentare animi tui firmitatem, ut ex præcepto magnorum uirorum tibi quoq; præcipiam. Interponas aliquot dies, quibus cōtentus minimo ac uiliſsimo cibo, dura atq; horrida ueſte, dicas tibi, hoc eſt quod timebatur. In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet, & cōtra iniurias fortunæ, inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte, uallū iacit, & ſuperuacuo labore laſſatur, ut ſufficere neceſſario poſsit. Quē in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc ſecuti ſunt, qui omnibus mēſibus paupertatē imitati propè ad inopiam acceſſerunt, ne unq; expaueſcerent, quod ſæpe didiciſſent. Non eſt nunc quod exiſtimes me dicere, ut te admoneas ad cœnas & pauperū cellas, & quid aliud eſt, per quod luxuria diuitiarū tædio ludit. Grabatus ille ſerus ſit, & ſagum & panis durus ac ſordidus. Hoc triduo, & quadriduo fer, interdū pluribus diebus, ut non luſus ſit, ſed experimentū. Tunc mihi crede Lucili exultabis, diſpondio ſatur, & intelliges ad ſaturitatē non opus eſſe fortuna, hoc enim quod neceſsitati ſat eſt, debet etiam irata, Nō eſt tamē quare tu multum tibi facere uidearis, facies enim quod multa milia ſeruorū, multa milia pauperū faciūt. Illo nomine te ſuſpice, quod facies non coactus. Tam facile erit tibi illud pati ſemper, quā aliquādo experiri. Exerceamur ad paululū, & ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, ſi ſcierimus quàm nō ſit graue pauperes eſſe. Certos habebat dies ille magiſter uoluptatis Epicurus, quibus maligne famē extingueret, uiſurus an aliquid deeſſet ex plena & cōſummata uoluptate, uel quantū deeſſet, & an dignū, quod quis magno labore penſaret: hoc certe in his epiſtolis ait, quas ſcripſit Carino, de magiſtratu ad Polienū. Et quidē gloriat̄, nō toto aſſe paſci Metrodorū, qui nondū tantū, præcerit. To to in hoc tu uictu ſaturitatē putas eſſe? Et uoluptas eſt. Voluptas aūt nō illa leuis & fugax, & ſubinde reficienda, ſed ſtabilis & certa. Nō enim iucūda res eſt aqua et polenta, aut fruſtū hordeacei panis, ſed ſumma uoluptas eſt, poſſe capere etiā ex his uoluptatē, & ad id ſe reduxiſſe, quod eripere nulla fortunæ iniquitas poſsit. Liberiora ſunt alimenta carceris, ſepoſitos ad capitale ſupplicium, non tam anguſte qui occiſurus eſt, paſcit. Quanta eſt animi magnitudo, ad id ſua ſponte deſcendere, quod nec ad extrema qui. dem decretis, timendum ſit, hoc eſt præoccupare tela fortunæ. Incipe ergo mi Lucili, ſequi horū cōſuetudinē, & aliquos dies deſtina, quibus ſecedas à tuis rebus, minimoq; te facias familiarem. Incipe cum paupere habere commercium. Aude hoſpes contemnere opes, & te quoq; dignū, Finge deo. Nemo alius eſt deo dignus, quàm qui opes cō tempſit, quarū poſſeſsione tibi nō interdico, ſed efficere uolo, ut illas intrepide poſsideas: quod uno conſequeris modo, ſi te etiam ſine illis beate uicturū perſuaſeris tibi, ſi illas tanquā exituras ſemper aſpexeris. Sed iam incipiamus epiſtolā cōplicare. Prius, inquis, redde quod debes. Delegabo te ad Epicurū, ab illo fiet numeratio. Immodica ira gignit inſaniā. Hoc quàm uerū ſit, neceſſe eſt ſcias, cū habueris ſeruū & inimicū. In omnes perſonas hic exardeſcit affectus, tam ex amore naſcitur, quàm ex odio, nō minus inter ſeria, quàm inter luſus & iocos. Nec intereſt ex quàm magna cauſa naſcatur,

ſed in

† forte, nunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quàm magnus, sed quò incidat. Nam etiam maximũ solida non receperunt, rursus arida & corripi facilia scintillã quoque souent usq; in incendium. Ita est mi Lucili, ingentis iræ exitus, furor est: et ideò ira uitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis. Vale.

EPISTOLA XIX. De secessu in ocium, & de perplexitate concathenantium, seu cupiditate uitanda, & de cœna cum amico habenda.

EXulto quotiẽs epistolas tuas accipio, implent enim me bona spe, iam non promittunt de te, sed spondent. Ita fac oro atq; obsecro, quid enim habeo melius, quod amicũ rogem, quàm quod pro ipso rogaturus sum? Si potes, subduc te istis occupationibus, si minus, eripe. Satis multũ temporis sparsimus, incipiamus in senectute uasa colligere. Nunquid inuidiosum est? in freto uiximus, moriamur in portu. Neq; ego suaserim tibi nomen ex ocio petere, quod nec iactare debes, nec abscondere. Nunc̃q; enim usq; eo te abigã generis humani furore damnato, ut latebrã tibi aliquam parari, & obliuionẽ uelim. Id age, ut ocium tuũ non emineat, sed appareat. Deinde uidebunt de isto quibus integra sunt & propria consilia, an uelint uitam per obscurũ transmittere, tibi liberũ nõ est. In medium te protulit ingenij uigor, scriptorũ elegantia, claræ & nobiles amicitiæ. Tanta notitia te inuasit, ut licet in extrema mergaris, ac penitus condaris, tamẽ priora te monstrabũt, tenebras habere nõ potes. Sequetur prislinę lucis multũ, quo cũq; fugeris, Quietẽ potes uendicare, sine ullius odio, sine desiderio, aut morsu animi tui. Quid enim relinques, quod inuitus relictum à te possis cogitare? clientes? quorum nemo teipsum sequitur, sed aliquid ex te. Amicos? olim amicitia petebatur, nunc præda. Mutabũt testamenta destituti senes? migrabit ad aliud limẽ salutator? nõ potest paruo res magna cõstare. Aestima utrũ te relinquere, an aliquid ex tuis malis. Vtinã tibi quidẽ senescere cõtigisset intra nataliũ tuorũ modũ, nec te in altũ fortuna misisset. Tulit te longe à conspectu uitæ salubris rapida felicitas, prouincia & procuratio, & quicquid ab istis promittitur. Maiora deinde officia te excipient, & ex aliis alia. Quis exitus erit? quid expectas donec desinas habere quod cupias? Nunc̃q; erit tempus. Qualẽ dicimus esse seriẽ causarũ, ex quibus nectitur fatũ, talẽ dicimus esse cupiditatũ. Altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es uitã, quæ nunquã tibi miseriarũ terminũ, ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicẽ iugo, semel illã incidi, quàm semper premi satius est. Si te ad priuata retuleris, minora erunt omnia, & affatim implebunt. At nũc plurima & undiq; ingesta nõ satiant. Vtrum aũt mauis ex inopia saturitatẽ, an ex copia famẽ? Et auida felicitas, est alienæ auiditati exposita. Quamdiu tibi satis nihil fuerit ipse alijs non eris. Quomodo, inquis, exibo? utcũq;. Cogita quàm multa temere pro pecunia, quàm multa laboriose pro honore tentaueris. Aliquid & pro ocio audendũ est, aut in ista sollicitudine procurationũ, & deinde urbanorũ officiorũ senescendũ in tumultu, ac semper nouis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla uitæ quiete cõtingit. Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere uelis? fortuna tua nõ uult. Quid si illi etiã nunc permiseris crescere? quantũ ad successum accesserit, accedet, & metus: uolo tibi hoc loco referre dictũ Mecœnatis. Vera in ipso eculeo docuit. Ipsa enim altitudo attonat summa. Si quæris, in quo libro dixerit, in eo qui Prometheus inscribitur, hoc uoluit dicere, attonita habet summa. Est ergo tanti ulla potentia, ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus uir ille fuit, magnum exemplũ Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum eneruasset felicitas, imo castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahas uela, nisi (quod ille sero uoluit) terram leges. Poteram tecum & hac Mecœnatis sententia parem facere rationem, sed mouebis mihi controuersiam si te noui, nec uoles quod debeo in Aspero & Probo accipere. Vt se res habet, ab Epicuro uersura facienda est. Ante, inquit, circunspiciendũ est, cum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas. Nam sine amico uisceratio, leonis ac lupi ulta est. Hoc non continget tibi, nisi seceseris, alioquin habebis conuiuas, quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. Erat autem qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malũ occupatus homo, & bonis suis obsessus, quàm quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia sua efficatia iudicat, ad cõciliandos † amicos, cum quidã, quo plus

Versura facienda est.

al. animos.

plus debent, magis oderint. Leue æs alienum debitorem facit, graue inimicum. Quid ergo? Beneficia non parant amicitias? Parant, si accepturos licuit eligere, si collocata, non sparsa sunt. Itaq; dum incipis esse mentis tuæ, interim hoc consilio sapientum utere, ut magis ad rem existimes pertinere, quis, quàm quid acceperit. Vale.

IN LIBRVM SECVNDVM EPIST. XIII.

Hinc & illinc, apparauerint: alij aliud habebant, legendum apparuerint, ut opponatur illi, propius accesserint, Apparent & quæ procul absint. 1

Hæc eius probatio obstrusa est. In alijs aliud erat æquè deprauatum. Vetustus codex habebat, Hæc eius obrussa est, Obrussam aliquis interpretatus est, probatio, & hanc uocem infulserunt in contextum. Obryzum autem aurum dicitur probatum. Fortè scriptum erat, obrussatio, pro probatio. Cuius linguæ uox sit obryzum, ambigitur. 2

EPIST. XIIII.

Alter uincere potest, &c. Hic locus mire uariabat in exemplaribus. Vetustus cõdex habebat, Alter uincat, potest melior uincere, non potest non peior esse qui uicerit. Alius, Potest melior uincere, non potest peior esse qui uicerit. Vetus lectio mihi magis arridet. Alter uincere potest, melior non potest: reliqua uidentur adiecta ab interprete. Nempe hæc. Non potest esse peior qui uictus fuerit, melior qui uicerit. In hoc est argutia sententiæ, Non refert uter uincat, quum ambo sint æque mali, Alter uincere potest, quia duo sunt, melior non potest, quia neuter uir bonus. 3

EPIST. XV.

Pro ut uox quoq; te hortabitur in id ualebit. In alijs erat, in id latus modestæ: In alijs, aliud. Nihil horum placet. Conijcio fuisse scriptum, pro ut uox quoq; te hortabitur & latus, modesta, siue moderata, nisi mauis, molesta. Imperitus quispiam qui suspicatus est lateris mentionem absurdè fieri, ubi de pronunciando agitur, corrupit scripturam. 4

Habe & Ixionis. Vide num legendum sit. Babys & Ixionis, ut intelligas Babym Marsiæ fratrẽ, qui ipsum Apollinem ad canendi certamen euocauit, & Ixionem qui nubem pro Iunone constuprauit. Scholium indicauit, Babam & Ixionem, fuisse duos Senecæ temporibus, notæ fatuitatis homines, cui quantum tribuendum sit nescio. 5

EPIST. XVI.

Cæterum to'erabilem, etiam inchoata. Hunc locum non scriba quilibet, sed eruditulus aliquis deprauarat. Sic enim mutarat scripturam, cæterum nec tolerabilem, sine ipsa etiam inchoari. quum Seneca senserit, à sapientia perfecta præstari beatam uitam, ab inchoata, hoc est imperfecta, tolerabilem. 6

Itaq; ubi quod apud me pluribus uerbis haud affirmatis, nec tamen longis intelligo te multum profecisse, Quidam codices pro tamen, habebant tam, pro haud, aut, Videntur aliquot uoces deesse. Itaq; tibi apud me pluribus uerbis opus non est, aut affirmatis, aut tam longis. 7

EPIST. XVII.

Non est nunc quod existimes me dicere te, admoueas cœnas, &c. Sic prior æditio. Alius, me dicere admoneas, Alius ut te moneam: Si expugnas te, & reponas, ut tolerabilis erit sensus, ut admoueas, &c. Item pro grabatus seruus quidam habebant, uerus, forte seruus legendum, ut commendet uigiliam. 8

EPIST. XIX.

In aspero & probo accipere. Considera lector utrum malis Asperum & Probum grammaticos accipere, an ad dere uoculam, nisi in aspero & probo, ut sit allusio ad monetam, Nummus probus est, qui non peccat in materia: asper quum nondum est detritus usu, siquidem moneta recens asperitatem habet. Videntur esse uerba forensia, siue iureconsultorum, nec uoles quod debeo, nisi in aspero & probo accipere. 9

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER TERTIVS.

EPISTOLA XX. De concordia doctrinæ cum uita, & de inæqualitate uitanda, & de pauperratis beneficio, & quod magnus est, qui in diuitijs pauper est, sed securior qui caret eis.

Uales & te dignũ putas, qui aliquando sias tuus, gaudeo. Mea enim gloria erit, si te isthinc ubi sine spe exeũdi fluctuaris, extraxero. Illud aũt mi Lucili te rogo atq; hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, et experimentũ tui profectus capias, nõ oratione nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatũ diminutione, uerba rebus proba. Aliud propositũ est declamantibus & assensionem coronæ captantibus, aliud his qui iuuenum & occisorũ aures disputatione uaria, aut uolubili detinent. Facere docet philosophia, non dicere, & hoc exigit, ut ad legem suam quisq; uiuat, ne orationi uita dissentiat, ut ipsa inter se uita unius, sine omnium actionũ dissensione, coloris sit.

Maximum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maximū hoc est & officium sapientiæ & indicium, ut uerbis opera concordent, ut ipse ubiq; par sibi idēq; sit. Quis hoc præstabit? Pauci, aliqui tamen. Est difficile hoc, nec dico sapientē semper uno iturū gradu, sed una uia. Obserua itaq; nūquid uestis tua dissentiant, Nunquid in te liberalis sis, in tuos sordidos, Nūquid cœnes frugaliter, ædifices luxuriose. Vnā semel ad quā uiuas regulā prende, & ad hanc omnē uitam cum unde sit ista inconstantia, et dissimilitudo rerū consiliorūq;. Nemo proponit sibi quid uelit, nec si proposuit, perseuerat in eo, sed trāsilit, nec tantū mutat, sed redit, & in ea quæ deseruit ac dānauit, reuoluitur. Itaq; ut relinquam definitiones sapiētiæ ueteres & totū complectar humanæ uitæ modū, hoc possum cōtentus esse. Quid est sapientia? Semper idē uelle atq; idem nolle. Licet illā exceptiunculā non adijciā, ut rectū sit quod uelis, nō potest cuiq; semper idē placere, nisi rectū. Nescīt ergo homines quid uelint, nisi illo momento, quo uolunt. In totū nulli uelle aut nolle decretū est. Variatur quotidie iudiciū, & in contrarium uertitur, atq; plerisq; agitur uita per lusum. Preme ergo quod cœpisti, & fortasse perduceris, aut ad summū, aut eò quod summū nondum esse solus intelligas. Quid fiet, inquis, huic turbæ familiariū? Turba ista cū à te pasci desierit ipsa se pascet, aut quod tu beneficio tuo nō potes scire, paupertatis scies. Illa ueros certosq; amicos retinebit, discedit quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autē uel ob hoc unum amanda paupertas, quod à quibus ameris ostendet? O quādo ille ueniet dies, quo nemo in honorē tuū mentiatur. Huc ergo cogitationes tuæ tēdant, hoc cura, hoc opta, omnia alia uota deo remissurus, ut contentus sis temetipso, & ex te nascentibus bonis. Quæ potest esse felicitas propior? Redige te ad parua, ex quibus cadere nō possis, idq; ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributū epistolæ huius, quod statim cōferā. Inuideas licet, etiā nunc libenter pro me dependet Epicurus. Magnificētior (mihi crede) sermo tuus in grabato uidebitur & in panno, non enim dicentur tantū illa, sed probabuntur. Ego certe aliter audio quæ dicit Demetrius noster cū illum, inquit, uidi nudū quāto minus eq; in stramētis incubātem, non præceptor ueri, sed testis est. Quid ergo? Nō licet diuitias in sinu positas contēnere? quid ni liceat? Et ille ingentis animi est, qui illas circūfusas sibi multū diuq; miratus, quod ad se uenerint, ridet, suasq; audit magis esse eq; sentit. Multū est nō corrūpi diuitiarū cōtubernio. Magnus est ille, qui in diuitijs pauper est, sed securior, qui caret diuitijs. Nescio, inquis, quomodo iste paupertatē laturus est, si in illā inciderit. Nec ego Epicuri angelus, si pauper iste cōtempturus sit diuitias, si in illas inciderit. Itaq; in utroq; mens æstimanda est, inspiciendūq; an ille paupertati indulgeat, an hic diuitijs non indulgeat. Alioquin leue argumentū est bonæ uolūtatis grabatus, aut pānus, nisi apparuit aliquē illa nō necessitate pati sed malle. Cęterū magnæ indolis est, ad ista nō properare tanq; ad meliora, sed præparare tanquā ad facilia. Et sunt Lucili facilia, cū uerò multo ante meditatus accesseris, iucūda quoq;. Ineſt illis, sine qua nihil est iucundū, securitas. Necessariū ergo iudico id, quod tibi scripsi magnos uiros sæpe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad ueram, quod eo magis faciendū est, quo delitijs per maduimus, & omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus somno, & uellicādus est animus admonenduſq; naturā nobis minimū constituisse. Nemo nascitur diues, quisquis exit in lucē, iussus est lacte & panno esse cōtentus. Ab his initijs nos regna nō capiūt. Vale.

EPISTOLA XXI. Quod tendentē ad philosophiā impedit mundanæ felicitatis falsa æstimatio. Et quod solū studiosum ingeniū facit aliquē clarū. Et in omni quod habere cupimus, cupiditatibus detrahendū est.

CVm istis negocium tibi esse iudicas, de quibus scripseras? Maximum negocium tecum habes, tu tibi molestus es. Quid uelis nescis, melius probas honesta, quām sequeris. Vides ubi sit posita felicitas, sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autē quod te impediat, quia parum ipse dispicis dicam. Magna hæc esse existimas, quæ relicturus es, & cum proposuisti tibi illam securitatem, ad quam transiturus es, retinet te huius uitæ, à qua recessurus es, fulgor, tanquàm in sordida & obscura casurum. Erras Lucili,

Lucili, ex hac uita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem & lucem, cum hæc certam originem habeat, ac suam, ille niteat alieno, hoc inter hanc uitā & illā. Hęc quia fulgore extrinsecus uenīente percussa est, crassam illi statim umbrā faciet quisquis obstiterit, illa uerò suo lumine illustris est. Studia te tua clarū & nobilē efficient. Exemplū Epicuri referam, cū Idomeneo scriberet, & illum à uita † speciosa, ad fidelem stabilemq; gloriam reuocaret, rigidæ tunc potentiæ ministrū, & magna tractantem. Si gloria, inquit, tangeris, notiorē te epistolæ meæ facient, quàm omnia ista quæ colis, & propter quæ coleris. Nunquid ergo mentitus est? Quis Idomenea nosset nisi Epicurus illū suis literis incidisset? Omnes illos † megistanas & satrapas, & regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, obliuio alta suppressit. Nomē Attici perire Ciceronis epistolæ non sinūt, nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tyberius progener, & Drusus Cæsar pronepos, inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illū applicuisset. Profunda supra nos altitudo temporis ueniet, pauca ingenia caput exerent, & in idē quando q; silentium obitura obliuioni resistent, ac se diu uindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto Lucili. Habeo apud posteros gratiā, possum mecū duratura nomina educere. Vergilius noster duobus memoriam æternam promisit, & præstat. Fortunati ambo siquid mea carmina possunt, Nulla dies unquam memori uos eximet æuo, Dum domus Aeneæ capitoli immobile saxum Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. Quoscunq; in medium fortuna protulit, quicunq; membra ac partes alienæ potentiæ fuerant, horum gratia uiguit, domus frequētata est, dum ipsi steterūt, post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorū crescit dignatio, nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur. Ne gratis Idomeneus in epistolam meam uenerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit, qua hortatur, ut Pythoclea locupletem nō publica, nec ancipiti uia faciat. Si uis, inquit, Pythoclea diuitem facere, nō pecuniæ adijciendū, sed cupiditatibus detrahendum est. Et apertior ista sententia est, quàm ut interpretanda sit, & disertior quàm ut adiuuanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum existimes de diuitijs dictū, quocunq; transtuleris, idem poterit. Si uis Pythoclea honestum facere, non honoribus adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si uis Pythoclea esse in perpetua uoluptate, non uoluptatibus adijciendū est, sed cupiditatibus detrahendum. Si uis Pythoclea senem facere, & implere uitam, non annis adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendū est. Has uoces non est quod Epicuri esse iudices, publicæ sunt. Quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoq; existimo. Cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere sententiam, & sequor. Pro eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut isti qui ad illa confugient, spe mala inducti, qui uelamentum ipsos suorum uitiorum habituros existimant, probent, quocunq; ierint honeste esse uiuendum. Cum adierint hos hortulos & audierint inscriptum hortulis, hospes hic bene manebis, hic summū bonum uoluptas est, paratus erit istius domicilij custos, hospitalis, humanus, & te polenta excipiet, & aquam quoq; large administrabit, & dicet: Ecquid bene acceptus es? Non iritāt, inquit, hi horuli famem, sed extinguunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali et gratuito remedio sedant. In hac uoluptate consenui. De his tecum desiderijs loquor, quæ consolationē non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut deficiant. Nam de illis extraordinarijs quæ licet differre, licet castigare & opprimere, hoc unum commonefaciam, ista uoluptas naturalis est, non necessaria, huic nihil debes. Si quid impendis, uoluntarium est. Venter præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Vale.

EPIST. XXII. Quod occupationes consilio relinquendæ sunt, nō præcipitanter fugiendæ, & de uaria quiete locorū, & quod homines priores moriuntur q; nascantur.

IAm intelligis educendum esse te, ex istis occupationibus speciosis & malis, sed quomodo id consequi possis quæris. Quædam non nisi à præsente monstrantur. Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere, uena † tangenda est. Vetus prouerbium est, Gladiatorem in arena capere consilium. Aliquid aduersarij uultus, ali

i quid

al. uia

al. magistanas.

al. tentanda Gladiator in arena consilium capit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem moner. Quid fieri soleat, quid oporteat in uniuersum, & mandari potest & scribi. Tale consilium non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit, cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantū præsentis, sed uigilantis est occasionem obseruare properantem. Itaq; hanc circumspice, hanc si uideris, prende, & toto impetu, totis uiribus id age, ut te istis officijs exuas. Et quidem quam sententiam feram, attende. Censeo aut ex ista uita tibi, aut è uita exeundum. Sed illud idem existimo, leni eundū uia, ut quod male implicuisti, soluas potius quàm abrumpas, dummodo si alia soluendi ratio non erit, uel abrumpas. Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quàm semel cadere. Interim, quod primū est, impedire te noli, contentus esto negocijs, in quæ descendisti, uel, quod uideri potest maius, incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdas excusationem, & apparebit te non incidisse. Ista enim quæ dici solent, falsa sunt, Non potui aliter. Quid si nollem? necesse erat. Nulli necesse est felicitatē cursu sequi, est aliquid, etiam si non repugnare subsistere, nec instare fortunæ ferenti. Nunquid offenderis, si in consilium non uenio tantum, sed aduoco, & quidem prudentiores quàm ipse sum, ad quos soleo deferre, si quid delibero? Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentem legi, Idomeneo quæ scribitur, quem rogat, ut quantum potest fugiat & properet, antequam aliqua uis maior interueniat, & auferat libertatem recedendi. Idem tamen subijcit, nihil esse tentandū, nisi cum apte poterit, tempestiueq; tentari. Sed cum illud tempus diu captatum uenerit, exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem uetat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum, si nec properemus ante tempus, nec cessemus in tempore. Puto nunc & Stoicam sententiam quæris, non est quod quisquam illos apud te temeritatis infamet, cautiores quàm fortiores sunt. Expectas forsitan, ut tibi hæc dicantur? Turpe est cedere oneri, luctare cum officio, quod semel recepisti. Non est uir fortis & strenuus, qui laborem fugit, uerum ubi crescit illi animus ipsa rerum difficultate, dicentur tibi ista, si operæprecium habebit perseuerantia, si nihil indignū bono uiro faciendum patiendúmue erit, alioquin sordido se & contumelioso labore non conteret, nec in negocijs erit negocij causa. Ne illud quidem quod existimas eum facturum faciet, ut ambitiosis rebus implicitus, earum semper æstus ferat. Sed cum uiderit grauia, in quibus uolutatur, incerta, ancipitia, referet pedem, nec uertet terga, sed sensim recedet in tutum. Facile est autē mi Lucili occupationes euadere, si occupationū præmia contempseris. Illa sunt quę nos morantur & detinent. Quid ergo? Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedā? Nudum erit latus? Incōmitata lectica? Atriū uacuum? Ab his ergo inuiti homines recedunt, & mercedem miseriarū amant, ipsas execrantur. Sic de ambitione, quomodo de amica queruntur. Id est, si uerum affectū eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Excute istos qui quæ cupiere deplorant, & de earū rerum loquuntur fuga, quibus carere nō possunt. Videbis uoluntariā esse illis in eo moram, quod ægre ferre ipsos & misere, loquuntur. Ira est mi Lucili, paucos seruitus, plures seruitutem tenent. Sed deponere illā in animo est, & libertas bona fide placuit, in hoc autem unum aduocationem petis, ut sine perpetua solicitudine id tibi facere contingat, quid ni te tota cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones & Chrysippi moderata, & honesta, & uera suadebunt. Sed si propter hoc tergiuersaris, ut circunspicias, quantum feras tecum, & cp magna pecunia instruas ociū, nunq; exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorē uitā propicijs dijs, sed non sic, quo modo istis propicij sunt, quibus bono ac benigno uultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unū excusati, quod ista quæ urunt, quæ excruciāt, optantibus data sunt. Iam imprimebā epistolæ signum, resoluenda est, ut cum solenni ad te munusculo ueniat, & aliquam magnificam uocem secum ferat, & ecce occurrit mihi nescio utrum uerior, an eloquentior, cuius inquis. Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adorno. Nemo non ita exit è uita tanquā modo intrauerit. Quemcunq; uis occupa, adolescentē, senem, medium, inuenies, æque timidum mortis, æque inscium uitæ, nemo quicquā habet facti. In futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista uoce delectat, quàm quod exprobratur senibus insantis. Nemo

tia. Nemo, inquit, aliter, quàm quomodo natus est, exit è uita. Falsum est, pejores morimur quàm nascimur? Nostrum istud non naturæ uitium est. Illa de nobis cōqueri debet, & dicere, quid hoc est? Sine cupiditatibus uos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, cæterisq; pestibus, quales intrastis, tales exite. Percepit sapientiam, siquis tam securus moritur, quàm nascitur. Nunc uerò trepidamus, cum periculum accessit, non animus nobis, non color constat, lachrymæ nihil profuturæ cadunt. Quid est turpius, quàm in ipso limine securitatis esse solicitum? Causa autem hæc est, quod inanes omnium bonorū sumus, uitæ desiderio laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla subsedit, transmissa est & effluxit. Nemo quàm bene uiuat, sed quandiu curat, cum omnibus possit contingere, ut bene uiuant, ut diu nulli. Vale.

EPIST. XXIII. De solido & inani gaudio, & de malo uitæ principio.

PVtas me tibi scripturum, quàm humane nobiscum hyems egerit, quæ & remissa fuit, & breuis, quàm malignum uer sit, quàm præposterum frigus, & alias ineptias uerba quærentiū. Ego uero aliquid quod & mihi & tibi prodesse possit, scribam. Quid autem id erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentū quod sit, quæris, ne gaudeas uanis. Fundamentum hoc esse dixi, etiam culmen est. Ad summa peruenit, qui scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non posuit. Solicitus est, & incertus sui, quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet illum nunquam sperata deceperint. Hoc ante omnia facmi Lucili, disce gaudere. Existimas me nūc detrahere tibi multas uoluptates, qui fortuita submoueo, qui spes dulcissima oblectamenta deuitandas existimo, Imò contra, nolo tibi unquam deesse læticiam. Volo illam tibi domi nasci. Nascitur, si modo intra teipsum sit. Cæteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leues sunt, nisi forte tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Mihi crede, res seuera est uerum gaudium. An tu existimas quenquam soluto uultu, et ut isti delicati loquuntur, hilari oculo mortem contemnere? paupertati domum aperire? uoluptates tenere sub freno? meditari dolorum patientiam? Hæc qui apud se uersat, in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudij possessione esse te uolo. Nunq; deficiet, cum semel unde petatur inueneris. Leuium metallorū fructus in summo est, illa opulentissima sunt, quorū in alto latet uena, assidue plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac † persuasoriam uoluptatem, & quodcunq; † inuenticiū gaudium est, fundamento caret. Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere solidum est, & quod plus pateat introrsus. Facoro te Lucili charissime, quod unum potest te præstare felicem, dissice & conculca ista, quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio, ad uerum bonum specta, & de tuo gaude. Quid est aūt de hoc tuo? Te ipso & tui optima parte. Corpusculū quoq; etiam sic nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quàm magnam. Vanas suggerit uoluptates, breues, pœnitendas, ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico, in præcipiti uoluptas, ad dolorem uergit, nisi modū teneat. Modum autem tenere in eo difficile est, quod bonū esse credideris. Veri boni auiditas tuta est. Quid sit istud interrogas, aut unde subeat? dicam. Ex bona cōscientia, ex honestis consilijs, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido uitæ, & continuo tenore unam prementis uiam. Nam illi qui ex alijs propositis in alia transiliunt, aut nec transiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurúmue possunt, suspensi & uagi? Pauci sunt qui consilio se suaq; disponāt, cæteri eorum more † qui fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alios leuior unda detinuit, ac mollius uexit, alios uehementior rapuit, alios proximæ ripæ, cursu languescente deposuit, alios torrens impetus deiecit in mare, Ideo constituendū est quid uelimus, & in eo perseuerandum. Hic est locus soluendi æris alieni. Possum enim uocem tibi Epicuri tui reddere, & hanc epistolam liberare. Molestum est semper uitam inchoare, aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, male uiuunt, qui semper uiuere incipiūt. Quare, inquis? desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis imperfecta uita est, Non potest autem stare paratus ad mortem, qui modo incipit

al. perfuncloriam.
al. inuectitium
al. quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuere. Id agendum est, ut satis uixerimus. Nemo hoc putat, qui ordítur cum maxime uitam. Non est quod existimes paucos esse hos, propemodum omnes sunt. Quidam uiuere tunc incipiunt, cum desinendum est: si hoc iudicas mirum, adijciam quod magis admireris, Quidam ante uiuere desierunt, quàm inciperent. Vale.

EPIST. XXIIII. De præmeditatione futurorum periculorum, & de non timenda morte, & de non inconsulte animum inclinando.

SOlicitum te esse scribis de iudicij euentu, quod tibi furor inimici denunciat, & existimas me suasurum, ut meliora tibijpsi proponas, & acquiescas spei blandæ. Quid enim necesse est mala accersere, & satis cito patienda cum uenerint, præsumere, ac præsens tempus futuri metu perderes? Est sine dubio stultũ, quia quandoq; sis futurus miser, esse iam miserum. Sed ego alia te ad securitatem uia ducam. Si uis omnem solicitudinem exuere, quicquid uereris ne eueniat, euenturum utiq; propone, & quodcunq; illud est malum tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa: intelliges profecto aut non magnum, aut non longum esse quod metuis, nec diu exempla quibus confirmeris, colligenda sunt. Omnis illa ætas tulit. In quacunq; partem rerum, uel ciuilium, uel externarum memoriam miseris, occurrent tibi ingenia, aut profectus, aut impetus magni. Nunquid accidere tibi si damnaris potest durius, q̃ ut mittaris in exilium? ut ducaris in carcerem? nunquid ultra quicquam corpori timendum est, q̃ ut uratur? quàm ut pereat? Singula ista constitue, & contemptores eorum cita, qui non quærendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit, tanquam nihil illi molestum esset aliud, quàm quod male iudicaretur. Exilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter. Alter ut rediret Reipub. præstitit, alter reditũ suum Syllæ negauit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates disputauit, & exire (cum essent qui promitterent fugam) noluit, remansitq;, ut duarum rerum grauissimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Mutius ignibus manum imposuit. Acerbum est uri, quanto acerbius, si id te faciente patiaris? Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortẽ, aut dolorem subornatum, militare tantum robore instructum, pœnas à se irriti conatus exigentem: spectator distillantis in hostili foculo dextræ stetit, nec ante remouit nudis ossibus fluentem manum, quàm ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula uirtus, quàm crudelitas ad irrogãda. Facilius Porsenna Mutio ignouit, quod uoluerat occidere, quàm sibi Mutius quod non occiderit. Decantatæ, inquis, in omnibus scholis fabulæ istæ sunt. Iam mihi cum ad contemnendam mortem uentum fuerit, Catonem narrabis. Quid ni ego narrem? Vltima illa nocte Platonis librũ legentem, posito ad caput gladio: duo hæc in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum ut uel let mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus, utcunq; componi fractæ atq; ultimæ poterant, id agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut seruare contingeret, & stricto gladio, quem usq; in illum diem ab omni cæde purum seruauerat, Nihil, inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis obstando, nõ pro mea adhuc, sed pro patriæ libertate pugnaui, nec agebam tanta pertinacia, ut liber, sed ut inter liberos uiuerem, nunc quoniam deploratæ sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum. Impressit deinde mortiferum corpori uulnus, quo obligato à medicis, cum minus sanguinis haberet, minus uirium, animi idem, iam non tantum Cæsari, sed sibi iratus, nudas in uulnus manus egit, & generosum illum contemptoremq; omnis potentiæ spiritũ non emisit, sed eiecit. Non in hoc exempla hæc nunc congero, ut ingenium exerceam, sed ut te aduersus id quod maxime terribile uidetur, exhorter. Facilius autẽ exhortabor, si ostendero non tantum fortes uiros hoc momentũ efflandæ animæ contempsisse, sed quosdam ad alia ignauos, in hac re exæquasse animum fortissimorum: sicut illum Cn. Pompeij socerum Scipionem, qui contrario in Africam uento relatus, cum teneri nauem suam uideret ab hostibus, ferro se transuerberauit, & quærentibus ubi Imperator esset, Imperator, inquit, bene se habet. Vox hæc, illũ parem maioribus fecit, & fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa. Multum fuit Carthaginẽ uincere, sed amplius mortem. Imperator, inquit, bene se habet. An aliter debebat

debebat Imperator, et quidem Catonis, mori? Non reuoco te ad historias, nec ex omnibus seculis contemptores mortis (qui sunt plurimi) colligo. Respice ad hæc nostra tempora, de quorum languore ac delicijs querimur. Omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunæ, omnis ætatis, qui mala sua morte præciderũt. Mihi crede Lucili, adeo mortis timenda non est, ut beneficio eius nihil anteferendum. Securus itaq; inimici minas audi, & quamuis conscientia tua tibi fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam ualent, & quod æquissimum est spera, & ad id te quod est iniquissimum, † compara. Illud autem ante omnia memento, demere rebus tumultũ, ac uidere quid in quaq; re sit, scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem. Quod uides accidere pueris, hoc nobis quoq; maiusculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos uident, expauescunt. Non hominibus tantum, sed & rebus persona demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios et ignes ostendis, & turbam carnificum circa te frementium? Tolle istam pompam sub qua lates, & stultos territas, mors est, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella & eculeos magno apparatu explicas? Quid tu singulis articulis, singula machinamenta, quibus extorqueantur aptas, & mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone ista quæ nos obstupefaciunt, iube cõticescere gemitus & exclamationes, & uocum inter laceratione elisarum acerbitatem. Nempe dolor est quẽ podagricus ille cõtemnit, quem stomachicus ille in ipsis delicijs perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Leuis est si ferre possum, breuis est si ferre non possum. Hæc in animo uoluta, quæ sæpe audisti, sæpe dixisti, sed an uere audieris, an uere dixeris, effectu proba. Hoc enim turpissimum est, quod nobis obijci solet, uerba nos philosophiæ, non opera tractare. Quid tu? Nunc primum tibi mortem imminere scisti, nunc exilium, nunc dolorem? In hæc natus es. Quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. Quod facere te moneo, sed scio certe fecisse. Nunc admoneo, ut animũ tuum non mergas in istam solicitudinem. Hebetabitur enim, & minus habebit uigoris cum exurgendum erit. Abduc illum à priuata causa ad publicam, die mortale tibi, & fragile 4
corpusculũ esse, cui non ex iniuria tantum, aut ex potentioribus uiribus denunciabitur dolor, sed ipsæ uoluptates in tormenta uertuntur. Epulæ cruditatem afferunt, ebrietates neruorum torporem tremoremq; , libidines, pedum, manuũ, articulorũ omnium deprauationes. Pauper uiam? Inter plures ero. Exul fiam? ibi me natum putabo, quò mittar. Alligabor? Quid enim? Nunc solutus sum? Ad hoc me natura graue corporis mei pondus astrinxit: Moriar? Hoc dicis, desinã ægrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus, ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar, & dicam, uanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota uolui, nec saxum humero Sisyphi trudi in aduersum, nec ullius uiscera, & renasci posse quotidie, & carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, & tenebras, & laruarum habitum nudis ossibus cohærentium. Mors nos aut cõsumit, aut exuit, Emissis meliora restant, onere detracto: consumptis nihil restat, bona pariter malaq; submota sunt. Permitte mihi referre hoc loco tuum uersum, si prius admonuero, ut te iudices non alijs scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire, quanto turpius, aliud scribere, aliud sentire? Memini te illum locum aliquãdo tractasse, non repente nos in mortem incidere, sed minutatim procedere. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars uitæ, & tũc quoq; cum crescimus, uita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiã: usq; ad hesternum, quicquid transijt temporis, perit, Hunc ipsum quem agimus diem, cum morte diuidimus. Quemadmodũ clepsydra, non extremum stillicidiũ exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic ultima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam peruenimus, sed diu uenimus. Hæc cum descripsisses quo soles ore, semper quidem magnus, nunquam tamẽ acrior, quàm ubi ueritati commodas uerba, dixisti, Mors non ultima uenit, sed quæ rapit ultima mors est. Malo te legas, quàm epistolam meam. Apparebit enim tibi, hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam, Video quò spectes. Quæris quid huic epistolæ insulserim, quod dictum alicuius animosum, quod præceptum utile. Ex hac ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia quæ in manibus fuit, mittetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quàm eos qui timent, & ait: Ridiculum est currere ad mortem tædio uitæ, cum genere uitæ, ut currendum esset ad mortem, effeceris. Item alio loco dicit, Quid tam ridiculū, quàm appetere mortem, cum uitam tibi inquietam feceris metu mortis? His adijcias & illud eiusdem notæ licet, tantam hominū imprudentiam esse imò dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem. Quicquid horum tractaueris, confirmabis animū, uel ad mortis, uel ad uitæ patientiam. Ac in utrunq; emendi, ac firmandi sumus, & ne nimis amemus uitam, & ne nimis oderimus: etiā cum ratio suadet finire, sed non temerè, nec cum procursu capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet è uita, sed exire. Et ante omnia ille quoq; uitetur affectus, qui multos occupauit, libido scilicet moriendi. Est enim mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio, quæ sæpe generosos atq; acerrimæ indolis uiros corripit, sæpe ignauos incentesq;. Illi cōtemnunt uitam, hi grauantur. Quotidiana subit eadem faciendi uiuendiq; satietas, & uitæ non odium, sed fastidium, in quod prolabimur, ipsa impellente philosophia, dum dicimus, quouisq; eadem? Nempe expergiscar, dormiam, satiabor, esuriam, algebo, æstuabo: nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, fugiunt ac sequuntur: diem nox premit, dies noctem, æstas in autumnum desinit, autumno hyems instat, quę uere compescitur. Omnia transeunt, ut reuertantur, Nihil noui uideo, nihil noui facio. Fit aliquādo & huius rei nausea. Multi sunt, qui non acerbum iudicent uiuere, sed superuacuum. Vale.

Eiusdem notæ.

EPIST. XXV. De corrigendis & non inueterandis uitijs. Et de imaginaria boni uiri præsentia.

QVod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa uia eundum est. Alterius enim ultia emendanda, alterius frangenda sunt. Vtar libertate tota, non amo illum, nil offendo. Quid ergo, inquis? Quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice ætatem eius iam duram & intractabilē, non potest reformari, tenera finguntur. An profecturus sim nescio, malo successum mihi, quàm fidē deesse: nec desperaueris, etiam diutinos ægros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa inuitos & facere cōegeris & pati. Nec de altero quidem satis fiduciæ habeo, excepto eo quod adhuc peccare erubescit: nutriendus est hic pudor, qui quādiu in animo eius duraverit, aliquis erit bonæ spei locus. Cum hoc ueterano parcius agendum puto, ne in desperationē sui ueniat: nec ullum tempus aggrediendi melius fuit, q; hoc dum interquiescit, dum emēdato similis est. Alijs hæc intermissio eius imposuit, mihi uerba nō dat, expecto cum magno fœnore uitia reditura, quæ nunc scio cessare, non deesse. Impendam huic rei dies, & utrum possit aliquid agi, an non possit, experiar. Tu nobis tempus, ut facis, fortem præsta, & *sarcinas contrahe*. Nihil ex his quę habemus necessariū est, ad legem naturæ reuertamur. Diuitiæ paratæ sint. Aut gratuitū est quo egemus, aut uile. Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est, intra quæ quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de felicitate cōtendat, ut ait Epicurus, cuius aliquam locum huic epistolæ inuolua. Sic fac, inquit, omnia tanquam spectet aliquis. Prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidē longe magnificentius est, sic uiuere tanq; sub alicuius boni uiri, ac semper præsentis oculis. Sed ego etiā hoc contentus sum, ut sic facias quæcunq; facies, tanq; spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cū iam profeceris tantū, ut sit tibi etiam tui reuerentia, licebit dimittas pædagogū. Interim te aliquo rū autoritate custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lælius, aut cuius interuentu, perditi quoq; homines uitia supprimerent, dum te efficis eum cū quo peccare non audeas. Cum hæc effeceris, & aliqua cœperit apud te tui esse dignatio, incipiā tibi permittere, quod idem suadet Epicurus, Tunc præcipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba. Dissimilem te fieri multis oportet, dum tibi tutū non sit à te recedere. Circumspice singulos. Nemo est cui non satius sit, cum quolibet esse quàm secum. Tunc præcipue in te ipse secede, cū esse cogeris in turba, si bonus uir, si quietus, si temperans uis esse, alioquin in turbam tibi à te recedendum est. Istic enim malo uiro propius es. Vale.

Sarcinas contrahe.

Epist.

EPIST. XXVI. De non accusando defectum naturæ, & qualiter boni uiri meritum mors excutiat, & quod egregium sit mortem discere.

MOdo dicebam tibi in conspectu esse me senectutis, iam uereor ne senectutē post ne reliquerim. Aliud iam his annis, huic corpori uocabulum conuenit, quoniā quidē senectus lassæ ætatis nō fractæ nomen est. Inter decrepitos me numera, & extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago. Non sentio in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in corpore tantum uitia, & uitiorū ministeria senuerunt. Viget animus & gaudet, non multum sibi esse cum corpore, magnam partem oneris sui deposuit, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute. Hunc ait esse florem suū. Credamus illi, bono suo utatur. Ire in cogitationem iuuat, & dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiæ debeam, quid ætati: et diligenter excutere quæ non possim facere, quæ nolim, profit ne habituro aliquid si quicquid nolim, quicquid nō possim, nō posse me gaudeo. Quæ enim querela est, quod incommodum, si quicquid debet desinere defecit. Incommodum summum est, inquis, minui & deperire, & ut propriè dicam liquescere. Non enim subito impulsi ac prostrati sumus. Carpimur, singuli dies aliquid subtrahunt uiribus. Et quis exitus est melior quàm in finem suum naturæ soluente dilabi? Non quia aliquid mali est ictus, & è uita repentinus excessus, sed quia lenis hæc uia est, subduci. Ego certe uelut appropinquet experimentū, & ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies uenerit, ita me obseruo & alloquor. Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus, aut uerbis exhibuimus, leuia sunt ista & fallacia pignora animi, multisq; inuoluta lenocinijs. Quod profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaq; componor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis, de me pronunciaturus sum, utrum loquar fortia an sentiam, nunquid simulatio fuerit & mimus quicquid contra fortunam iactaui uerborum cōtumacium. Remoue existimationem hominum, dubia semper est, & in partem utramq; diuiditur. Remoue studia, totā uitam tracta, mors de te pronunciatura est. Ita dico, disputationes & literata colloquia, & ex præceptis sapientium uerba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt uerum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages. Accipio conditionem humanam, non reformido iudicium. Hæc mecum loquor, sed tecum quoq; me locutum puta. Iunior es. Quid refert? Non dinumerantur anni. Incertum est quo te loco mors expecter. Itaq; tu illam omni loco expecta. Finire iam uolebam, & manus spectabat ad clausulam, sed conficienda sunt sacra, & huic epistolæ uiaticum dandum est. Putas me non dicere, unde sumpturus sim mutuū. Scis cuius arca utar. Expecta me pusillum & de domo fiet numeratio, interim cōmodabit Epicurus, qui ait, Meditare utrū cōmodius sit, uel mortem transire ad nos, uel nos ad eam. Hic patet sensus. Egregia res est mortem condiscere. Superuacuū forsitan putas id discere quo semel utendū est. Hoc est ipsum quare meditari debeamus. Semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, seruire dedidicit. Supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer, & custodia, & claustra? Liberū ostiū habet. Vna est cathena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ; qui ut nō est abijciendus, ita minuendus est: ut si quando res exiget, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus parati simus, quod quandoq; faciendum est, statim facere. Vale.

EPIST. XXVII. De uoluptatis nocumento, & uirtutis gaudio, ad quod per externū adiutoriū non uenitur, & quod nunq; nimis dicitur, quod non satis discitur.

TVme, inquis, mones, iam enim te ipse monuisti, iam correxisti, ideò alsorū emendationi uacas. Non sum tam improbus, ut curationes æger ob eam, sed tanquam in eodem ualetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia cōmunico. Sic itaq; me audi tanquam mecum loquar, in secretum te meū admitto, & te adhibito, mecum exigo. Clamo mihi ipse, numera annos tuos, & pudebit eadē uelle, quę uolueras puer, eadem parare. Hoc deniq; tibi circa diem mortis præsta, moriantur ante te uitia. Dimitte istas uoluptates turbidas, magno leuandas. Non uenturæ tantum, sed præteritæ nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sint deprehensa cum fierent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent, solicitudo non cum ipsis abijt, ita improbarum uoluptatum, etiam post ipsas pœnitentia est. Non sunt solidæ, non sunt fideles, etiam si non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice, nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus præstat gaudium perpetuum, securũ, etiam si quid obstat, nubium modo interuenit, quæ infra feruntur, nec unquam diem uincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur. Multum restat operis in quod ipse necesse est uigiles, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud literarum genus adiutorium admittit. Clauisius Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenuum. Nunquam uidi hominem beatũ indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi modo nomen Vlyssis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat, q̃ pædagogos nostros nouimus. Nemo uetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam, quàm ille Troianos & Achiuos persalutabat. Nihilominus eruditus uolebat uideri. Hanc itaq; compendiariam excogitauit, magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum. Nouem præterea Lyricis, singulos assignauit. Magno emisse illum non est quod mireris. Non inuenerat, faciendos locauit. Postquam hæc familia illi comparata est, cœpit conuiuas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, à quibus subinde cum peteret uersus, quos referret, sæpe in medio uersu excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorũ diuitum adrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, ut Grammaticos haberet analectos. Cum dixisset Sabinus centenis milibus sibi constare singulos seruos, minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari cœpit, ut luctaretur, hominem ægrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, & quomodo possum? uix uiuo, Noli, obsecro, inquit, istud dicere, Non uides quàm multos seruos ualentissimos habeas? Bona mens nec commodatur nec emitur, & puto si uenalis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo, & uales. Diuitiæ sunt, ad legem naturæ composita paupertas. Hoc sæpe dicit Epicurus aliter atq; aliter. Sed nunquam nimis dicitur, quod nunquã satis discitur, Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Vale.

Clauisius. Sabinus.

EPIST. XXVIII. Quod non loci, sed animi mutatione tristicia tollitur, & de non prouocando discrimine, & quod initium sit salutis notitia peccati.

HOc tibi soli putas accidisse, & admiraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa, & tot locorũ uarietatibus, non discussisti tristitiam grauitatemq; mentis. Animum debes mutare, non cœlũ. Licet uastum traieceris mare, licet (ut ait Virgilius noster) Terræq; urbesq; recedant, sequentur te quocunq; peruenieris, uitia. Hoc idem cuidam querenti Socrates ait, quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Premit te eadem causa quæ expulit. Quid terrarum iuuare nouitas potest? Quid cognitio urbium, aut locorum? In irritum cedit ista iactatio. Quæris quare te fuga ista non adiuuet? tecum fugis, Onus animi deponendũ est. Non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitũ tuum cogita, qualem Virgilius noster uatis inducit, iam concitatæ & instigatæ, multũq; habentis in se spiritus, non sui. Bacchatur uates, magnum si pectore possit Excussisse deum. Vadis huc & illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incõmodius fit, sicut in naui onera immota minus urgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis contra te facis, & motu ipso noces tibi. Aegrum enim cõcutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscunq; sedes erit. Magis quis tuenerit, quàm quò interest, & ideò nulli loco addicere debemus animũ. Cum hac persuasione uiuendum est, non sum uni angulo natus, patria mea totus hic est mundus. Quod si liqueret tibi, non admirareris, nil adiuuari te regionum uarietatibus, in quas subinde priorum tedio migras. Prima enim quæq; placuisset, si omnem tuam crederes. Non peregrinaris, sed erras & ageris, ac locum ex loco mutas, cum

d. ueneris

cum illud quod quæris, bene uiuere, omni loco positum sit. Nunquid tam turbidum fieri potest q̃ forũ? Ibi quoq; licet quiete uiuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoq; & uiciniam fori procul fugiam. Nam ut loca grauia, etiam firmissimam ualetudinem tentant, ita bonæ quoq; menti, nec dum adhuc perfectæ, & conualescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt, & tumultuosam probantes uitam, quotidie cum difficultatibus rerum, magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, nõ eliget, & mallet in pace esse quàm in pugna. Non enim multum prodest uitia sua profecisse, si cum alienis rixandum est. Triginta, inquis, tyranni Socratem circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest quot domini sint? Seruitus una est. Hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est. Tempus est desinere, sed si prius portoriũ soluero. Initiũ est salutis, notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse uidetur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non uult. Deprehendas te oportet, anteq̃ emendes. Quidam uitijs gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua uirtutũ loco numerant? Ideò quantum potes teipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris: aliquando te offende. Vale.

IN EPIST. LIBRVM TERTIVM.

EPISTOLA XX.

Aliter audio quæ dicit Demetrius noster, cum illum uidi nudum, quanto minus quàm in stramentis incubantẽ. Ita prior æditio. Alius codex habebat. Ego certe aliter audio quod dicit Demetrius noster, cum illum uidi nudum. Alius cum in stramentis utilibus incubantem. Neutra caret scrupulo. 1

Nescio quo modo iste paupertatem laturus est, si in illam inciderit. Nec scio ego Epicuri angelus. Alius habebat. Nec ego Epicuri angelus. Alius pro angelus habebat, angulus. 2

EPIST. XXI.

Omnes illos magistratus & satrapas. Ex uetustissimo codice reposui, Megistanas: nam hoc uerbo usus est Suetonius, nos magnates siue primates dicimus. 3

EPIST. XXIIII.

Adduc illũ à prima causa. Sic habebat prior æditio. Et haud scio an scripserit, priua causa, pro priuata, quam uocem lector non agnoscens uerterit in primam. 4

EPIST. XXVII.

In eodem ualetudinario iaceam. Valetudinarium dixit, quod Græci νοσοκομεῖον.

Vt Grammaticos haberet analectos. Quidam habebat analetas, alius analectas, quod magis arridet, ut intelligas eos, qui minutissima quæq; colligunt ex autoribus. Nam ἀναλέκτα dicuntur reliquiæ decidentes è conuiuio. 5 6

LVCII ANNEI SENECAE EPISTOLARVM LIBER QVARTVS.

EPIST. XXIX. Quod licet non omnes monendi sint, tamen, quidam etiam contradicentes uel illudentes docendi sint, & quod sapiens malit sibi placere q̃ populo.

DE Marcellino nostro quæris, & uis scire quid agat. Raro ad nos uenit, nulla alia ex causa q̃ quia audire uerũ timet, à quo periculo iam abest, nulli enim nisi audituro dicendũ est. Ideò de Diogene, nec minus de alijs Cynicis, qui libertate promiscua usi sunt, & quoscunq; obuios monuerũt, dubitari solet an hoc facere debuerint. Quid enim si quis surdos obiurget, aut natura morboue mutos? Quare, inquis, uerbis parcant? Gratuita sunt. Nõ possum scire an ei profuturus sim, quẽ ammoneo. Illud scio, alicui me profuturũ, si multos admonuero. Spargenda est manus, nõ potest fieri, ut nõ aliquando succedat, multa tentanti. Hoc mi Lucili non existimo faciendũ magno uiro, diluitur eius autoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius nõ aliquando ferire debet, sed aliquãdo deerrare. Nõ est ars, quæ ad effectũ casu uenit. Sapientia ars est, certũ petat, eligat profecturos, ab his quos desperauit, recedat, nõ tamẽ cito relinquat, & in ipsa desperatione extrema remedia tenter. Marcellinũ nostrũ ego nõdũ despero, etiamnũ seruari potest, sed si cito illi manus porrigit. Est quidẽ periculũ ne porrigentẽ trahat, magna in illo ingenij uis est, sed iam tendẽtis in prauũ. Nihilominus adibo hoc periculũ, & audebo illi mala sua ostendere. Faciet q̃ solet, aduocabit illas facetias, quæ risũ euocare lugẽtibus possunt, & in se primũ, deinde in nos uocabitur, omnia quæ dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras, & obijciet philosophis

Universidad de Deusto
Biblioteca

philosophis congiaria, amicas, gulam. Ostendet mihi aliũ in adulterio, aliũ in popina,
1 alium in aula: ostendet mihi lepidũ philosophũ Aristonẽ, qui in gestatione disserebat,
hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius secta cũ quæreretur Scaurus,
ait, utiq; peripateticus nõ est. De eodem cũ cõsuleretur Iulius Græcinus uir egregius,
quid sentiret, non possum, inquit, tibi dicere. Nescio enim quid de gradu faciat, tanq;
de essedario interrogaretur. Hos mihi circulatores, qui philosophiã honestius negle-
xissent, quã uendunt, in faciẽ ingeret. Cõstitui tamen cõtumelias perpeti. Moueat ille
mihi risum, ego fortasse illi lachrymas mouebo, aut si ridere perseuerabit, gaudeo tanq;
2 in malis, quod illud genus insaniæ euitare cõtigerit. Sed nõ est illa hilaritas longa, ob-
serua, uidebis eosdẽ intra exiguũ tẽpus acerrime ridere, & acerrime rudere. Propositũ
3 est aggredi illũ, & ostendere quanto pluris fuerit, quũ multis minoris uideretur. Vitia
eius etiam si nõ excidero inhibebo, nõ desinent, sed intermittentur, fortasse aũt & desi
nent, si intermittendi consuetudinẽ fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendũ, quoniam
quidẽ grauiter affectis, sanitatis loco est bona remissio. Dũ me illi paro, tu interim qui
potes, qui intelligis, unde quò euaseris, & ex eo suspicaris, quousq; sis euasurus, cõpo-
ne mores tuos, attolle animũ, aduersus formidata consiste, numerare eos noli, qui tibi
metũ faciunt. Nónne uideatur stultus, si quis multitudinẽ timeat eo loco, per quẽ tran
situs singulis est? Aeque ad tuam mortẽ multis aditus non est, licet illam multi minen-
tur. Sic istud natura disposuit. Spiritũ tibi tam unus eripiet, quàm unus dedit. Si pudo-
rem haberes, ultimã mihi pensionem remisisses. Sed ne ego quidẽ me fordide geram,
in fœnore æris alieni, & tibi quod debeo impingam. Nunquam uoluí populo placere.
Nam quæ ego scio, non probat populus, quæ probat populus ego nescio. Quis hoc,
inquis? tanq; nescias cui imperem. Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo
cõclamabunt Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest popu-
lo, cui placet uirtus? Malis artibus popularis fauor quæritur, similem te illis facias opor
tet. Non probabunt, nisi agnouerint. Multo aũt ad rem magis pertinet, qualis tibi ui-
dearis, quàm qualis alijs. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid
ergo illa laudata, & omnibus præferenda artibus rebusq;, philosophia præstabit? scili-
cet ut malis tibi placere, quàm populo, ut æstimes iudicia, non numeres, ut sine meru
deorum hominumq; uiuas, ut aut uincas mala aut finias. Cæterũ si te uidero celebrem
secundis uocibus uulgi, si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta ob-
strepuerint, si tota ciuitate te fœminæ pueriq; laudauerint, quid ni ego tui misereat,
cum sciam quæ uia ad istum fauorem ferat? Vale.

EPIST. XXX. Quod nihil habet de spe uitæ, quem senectus ducit ad mortem, & quod mors timenda non sit uarias ob causas.

BAssum Aufidiũ uirũ optimum uidi quassum, ætati obluctantẽ. Sed iam plus illã
degrauat, quàm quod possit attolli. Magno senectus & uniuerso pondere incu-
buit. Scis illum semper infirmi corporis & exucci fuisse, diu illud cõtinuit, & ut uerius
dicam, concinnauit, subito deficit. Quemadmodũ in naue quæ sentinam trahit, uni ri-
mæ aut alteri obsistitur, ubi plurimis locis laxari cœpit & cedere, succurri non potest
nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri po-
al. diducitur. test, ubi tanquam in putri ædificio omnis iunctura † dilabitur, & dũ alia excipitur, alia
discinditur, circũspiciendũ est quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est,
hoc philosophia præstat, in quocunq; corporis habitu fortẽ, in conspectu mortis, hila-
rem, lætũq;, nec deficientẽ quamuis deficiat. Magnus gubernator & scisso nauigat ue-
4 lo, & si exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster, &
eo animo uultuq; finem suum spectat, quo alienum spectare nimis securi esse putares.
Magna res est hæc Lucili, & diu discenda, cum aduentat hora illa ineuitabilis, æquo
animo abire. Alia genera mortis, spei mixta sunt. Desinit morbus, incendiũ extingui-
tur, ruina quos uidebatur oppressura deposuit, mare quos hauserat, eadẽ ui qua sorbe
bat, eiecit incolumes, Gladiũ miles ab ipsa periturí ceruice reuocauit. Nil habet quod
speret quem senectus ducit ad mortẽ. Huic uni intercedi nõ potest. Nullo genere ho-
mines mollius moriuntur, sed nec diutius. Bassus noster uidebatur mihi prosequi se &
compo-

cõponere & uiuere tanq; superstes sibi, & sapienter ferret decidium sui. Nam de mor-
tẽ multa loquitur, & id agit sedulo, ut nobis persuadeat, si quid incommodi, aut metus al. desiderium.
in hoc negocio est, morientis uicium esse non mortis, nec magis in ipsa quicq; esse mo-
lestiæ quàm post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod nõ est passurus, quàm
qui timet quod non est sensurus. An quisq; hoc futurum credit, ut per quam fit, ut nihil
sentiatur, ea sentiatur. Ergo, inquit, mors adeò extra omne malum est, ut sit extra om-
nem malorum metũ. Hæc ego scio & sæpe dicta, & sæpe dicenda, sed neq; cũ legerem
æque mihi profuerunt, neq; cũ audirem his dicentibus, qui negabant timenda à quo-
rum metu aberant. Hic uerò plurimũ autoritatis habuit, cum loqueretur de morte ui-
cina. Dicam enim quid sentiam. Puto etiam fortiorem eum esse qui in ipsa morte est,
quam qui circa mortem est. Mors enim admota, etiam imperitis animũ dedit, non ui-
tandi ineuitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus iugulum aduersario præstat,
& errantem gladium sibi attemperat. At illa quæ in propinquo est, utiq; uentura, desi
derat lentam animi firmitatem, quæ est rarior, nec potest nisi à sapiente præstari. Liben
tissimè itaq; illũ audiebã quasi serentẽ de morte sententiam, & qualis esset eius natura,
uelut propius inspectæ indicantem. Plus, ut puto, fidei haberet apud te, plus ponderis,
si quis reuixisset, & in morte nihil mali esse narraret expertus, accessus mortis quã per-
turbationem afferat. Optime hij tibi dicent qui secundũ illam steterũt, qui uenientem
& uiderunt & receperunt. Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit. Is,
ait, tam stultũ esse qui mortem timeat, cq; qui senectutem. Nam quemadmodum sene-
ctus adolescentiã sequitur, ita mors senectutẽ. Viuere noluit, qui mori non uult. Vita
enim cũ exceptione mortis † data est, ad hanc itur, quam ideò timere dementis est, quia al. donata
certa expectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatẽ habet æquã & inuictam. Quis
queri potest in ea conditione se esse, in qua nemo non est? Prima enim pars æquitatis
est æqualitas. Sed nunc superuacuũ est naturæ causam agere, quæ non aliam uoluit le-
gem nostram esse cq; suam. Quicquid cõposuit, resoluit, & quicquid resoluit componit
iterũ. Iã uerò si cui cõtigit ut illũ senectus leniter emitteret, nõ repente auulsum uitæ, 5
sed minutatim subductum, nónne ille gratias agere dijs omnibus debet, quod satiatus
ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est? Vides quosdã optantes
mortem, & quidem magis cq rogati solet uita. Nescio utros existimem maiorem nobis
animũ dare, qui deposcũt mortem, an qui hilares eam † quietiq; operiuntur: quoniam al. lætiq;
illud ex rabie interdũ ac repentina indignatione fit, hæc ex iudicio certa tranquillitas
est. Venit aliquis ad mortem iratus, mortem uenientẽ nemo hilaris excipit, nisi qui se 6
ad illam diu cõposuerat. Fateor ergo ad hominẽ mihi charũ, ex pluribus me causis fre-
quentius uenisse, ut scirem an illũ toties eundem inuenirem, nunquid cũ corporis ui-
ribus minueretur animi uigor, qui sic crescebat illi, quomodo manifestior notari solet
agitatorũ lætitia, cum septimo spacio palmæ appropinquant. Dicebat quidem ille Epi
curi præceptis obsequens, primũ sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhe
litu, si tamen esset, haberet aliquantulum in ipsa breuitate solatij. Nullum enim dolorẽ
longum esse qui magnus est. Cæterũ succurrũ sibi etiam in ipsa distractione animæ
corporisq;, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem, se dolere non posse. Non du-
bitare autem se quin senilis anima in primis labris esset, nec magna ui distraheretur à
corpore. Ignis qui ualentẽ materiam occupauit, aqua & interdũ ruina extinguendus
est. Ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit. Libenter hæc mi Lucili audio non
tanq; noua, sed tanq; in rem præsentem perductus. Quid ergo nõ multos spectaui ab-
rumpentes uitã? imò uerò uidi, Sed plus momenti apud me habent, qui ad mortẽ ue-
niunt sine odio uitæ, & admittunt illam, non attrahunt. Illud quidẽ aiebat tormentũ,
nostra nos sentire opera, quod tũc trepidamus cũ propè à nobis esse credimus mortẽ.
A quo enim propè non est, parata omnibus locis, omnibusq; momentis? Sed conside-
remus, inquit, tunc cũ aliqua causa moriendi uidetur accedere, quanto aliæ propiores
sint quæ nõ timentur. Hostis alicui mortẽ minabatur, hãc eruditas occupauit. Si distin
guere uoluerimus causas metus nostri, inueniemus alias uideri. Non mortẽ timemus,
sed cogitationẽ mortis, ab ipsa eñ semper tantundẽ absumus. Ita si timenda mors est, 7
semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper timenda est. Quod enim tempus morti exemptum est? Sed uereri debeo, ne tam longas epistolas peius quàm mortem oderis, itaq; finem faciam, Tu tamen mortem ut nunc̃ timeas, semper cogita. Vale.

EPIST. XXXI. De assentatione seu adulatione uitanda, & de contemptu laboris, & excellentia uirtutis & animi.

AGnosco Lucilium meum, incipit quem promiserat exhibere. Sequere illum impetum animi, quo ad optima quæq; calcatis popularibus bonis, sbas. Non desidero maiorem meliorem̃q; te fieri quàm moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupauerunt. Tantum effice quantũ conatus es, & illa quæ tecum in animo tulisti tracta. Ad summam, sapiens eris, si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere. Firmiori spissamento opus est, quàm usum in socijs Vlyssem ferũt. Illa uox quæ timebatur erat blanda, non tamen publica. At hæc quæ timenda est, non ex uno scopulo, sed ex omni parte terrarum circumsonat. Præteruehere itaq; non unum locum insidiosa uoluptate suspectum, sed omnes urbes, surdũ te amantissimis præsta. Bono animo male precantur. Et si uis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quæ optantur eueniat. Non sunt ista bona quæ in te isti uolunt congeri, unum bonum est, quod beatæ uitæ causa, & firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor, & in eorum numero habitus, quæ neq; bona sunt, neq; mala. Fieri enim non potest, ut una res modo mala sit, modo bona, modo leuis & perferẽda, modo expauescenda. Labor bonum non est. Quid ergo est bonum? Laboris cõtemptio. Itaq; inuanum
8 operosos culpauerim, rursus ad honesta nitentes quanto magis incubuerint, minusq; sibi uicia respirare permiserint, admirabor & clamabo, tanto melior surge, & respira, & cliuum istum (uno si potes spiritu) exupera. Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo ueteri uoto parentum tuorum eligas, quid contingere tibi uelis, quid optes, & in totũ iam per maxima acto uiro turpe est, & nunc deos fatigare. Quid
9 uotis opus est? Fac te ipse felicẽ, facies aũt, si intellexeris bona esse, quibus admixta est uirtus, turpia, quibus malicia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum, nisi quod tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri: quemadmodum sine adiutorio ignis, nihil calidum est, nihil sine aëre frigidum: ita honesta & turpia uirtutis & malicíæ societas efficit. Quid ergo est bonum? rerum scientia. Quid malum est? rerum imperitia. Ille prudens atq; artifex pro tempore quæq; repellet aut eliget. Sed nec quæ nec repellit timet, nec miratur quæ eligit, si modo magnus illi & inuictus animus est. Submitti te ac deprimi ueto, laborem si non recuses, parum est posse. Quis ergo, inquis, labor friuolus & superuacuus est? In quem humiles causæ uocauerint, non est malus, non magis quàm ille qui pulchris rebus impenditur; quoniam animi est ipsa tolerantia, quæ se ad dura & aspera hortatur, & dicit: quid cessas? Non est uiri timere sudorem. Huic & illud accedat, ut perfecta uirtus sit æqualitas, ac tenor uitæ per omnia consonans sibi, quod non potest esse nisi rerum scientia contingat & ars, per quam diuina & humana noscantur. Hoc est summum bonum, quod si occupas, incipis deorum esse socius nõ supplex. Quomodo, inquis, isto peruenitur?
10 Non per Apenninum Graiumúe montem, nec per deserta Candauiæ, nec Sirtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis adeundæ sunt, quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ precio. Tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par deo surges, Parem autem deo pecunia non faciet. Deus nihil habet. Prætexta non faciet. Deus nudus est. Fama non faciet, nec ostentatio tui, & in populos nominis dimissa notitia. Nemo nouit deum, multi de illo male existimant & impune. Non turba seruorum, lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantiũ.
al. beatum Deus ille maximus potentissimusq; ipse uehit omnia. Ne forma quidem, & uires? bonum te facere possunt, nihil horum non patitur uetustatem. Quærendũ est ergo quod non fiat indies deterius, cui non possit obstari, quo nõ melius possit optari. Quid hoc est? animus sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud uoces hunc, quàm deum in humano corpore hospitem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinũ, quàm in seruum potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus?

Nomina

Nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata. Subsilire in cœlũ, ex angulo licet. Exurge modo, & te quoq; dignũ finge Deo: finges aũt, non auro, non argento. Non potest ex hac materia imago Deo exprimi similis. Cogita illos cum propiũ essent, fictiles fuisse.

EPIST. XXXII. Commendat secessum à turba, & ammonet huius uitæ cursum percurrendum esse.

INquiro à te & ab omnibus scisciter, qui ex ista regione ueniunt, quid agas, ubi, & 11
cum quibus moreris. Verba dare non potes tecũ sum. Sic uiue tanq; quid facias auditurus sim, imò tanq; uisurus. Quæris quid me maxime ex his quæ de te audio, delectet? Quod nihil audio, quod plerisq; ex his quos interrogo nesciũt, quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus: habeo quidem fiduciam non posse te torqueri, mansurumq; in proposito etiam si solicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne immutent te, timeo ne impediant. Multũ aũt nocet, & qui moratur, utiq; in tanta breuitate uitæ, quam breuiorẽ inconstantia facimus, aliud eius subinde atq; aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac lanciamus. Propera ergo Lucili charissime & cogita, quantum celeritati additurus fueris, si à tergo hostis instaret, si equitem aduentare suspicarẽris, ac fugientium premere uestigia. Fit hoc, premeris, accelera, & euade, perduc te in tutũ, & subinde cõsidera, quàm pulchra res sit consummare uitam ante mortem, deinde expectare securũ reliquã temporis sui partem, nihil sibi in possessione beatæ uitæ politũ, quæ beatior non fit, si longior. O quando uidebis illud tempus? quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusq; eris, & crastini negligens, & in summa tui satietate. Vis scire quid sit quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contigit. Optauerũt itaq; tibi alia parentes tui, sed ego tibi contrà, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. Quicquid ad te transferunt, alicui detrahendum est. Opto tibi tui facultatem, ut uagis cogitationibus agitata mens, tandem resistat, & certa sit: ut placeat sibi, & intellectis ueris bonis quæ simul intellecta sunt, possideantur, ætatis adiectione non egeat. Illle demũ necessitates supergressus est, *Simul pro simul ac.*
& exautoratus ac liber, qui uiuit uita peracta. Vale.

EPIST. XXXIII. Quomodo omnia philosophiæ uerba pondus habent, & quàm turpe sit semper ex commentario sapere.

DesIderas his quoq; epistolis sicut prioribus, ascribi aliquas uoces nostrorũ procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati, totus contextus illorũ uirilis est. Inæqualitatem scias esse, ubi quæ eminent notabilia sunt. Non est admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinẽ tota sylua surrexit. Eiusmodi uocibus referta sunt carmina, refertæ historiæ. Itaq; nolo Epicuri illas esse existimes, publicæ sunt, & maxime nostræ. Sed in illo magis annotantur, quia raræ interim interueniũt, quia insperatæ, quia mirũ est aliquid fortiter dici ab homine molliciem professo. Ita enim plerisq; iudicant. Apud me uerò Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit. Fortitudo, & industria, & ad bellũ prompta mens, tam in Persas quàm in alte cinctos cadit. Non est ergo quod exigas excerpta & repetita. Continuũ est apud nostros, quicquid apud alios excerpitur. Nõ habemus itaq; ista odorifera, nec emptorẽ decipimus, nihil inuenturum cum intrauerit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde uelint sumere exemplaria. Putas nos uelle singulares sententias ex turba separare? Cui illas assignabimus? Zenoni, an Cleanthi, an Chrysippo, an Panætio, an Posidonio? Nõ sumus sub rege, sibi quisq; se uendicat: apud istos quicquid dicit Hermacus, quicquid Metrodorus, ad unũ refertur. Omnia quæ quisq; in illo contubernio locutus est, unius ductu & auspicijs dicta sunt. Non possumus, inquam, ex tanta rerũ æqualiũ copia, licet tentemus aliquid educere. Pauperis est numerare pecus. Quocunq; miseris oculum, id tibi occurret quod eminere posset, nisi inter paria legeretur. Quare depone istam spem, posse te summatim degustare ingenia maximorum uirorum. Tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur, et per liniamenta sua ingenij opus nectitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso quo minus singula membra, dummodo in ipso homine cõsideres. Non est formosa mulier, cuius crus laudatur aut brachiũ, sed illa cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

uniuersa facies admirationē singulis partibus abstulit. Si tamē exegeris, nō tam † men- *aliter, modice*
dice tecū agam, sed plena manu fiet. Ingens eorum turba est passim iacentiū. Sumēda *Plena manu.*
erūt non colligenda. Non enim excidunt, sed fluunt perpetua, & inter se cōnexa sunt. Nec dubito quin multū conferant, rudibus adhuc & extrinsecus auscultantibus. Facilius enim singula insidunt circumscripta, & carminis modo inclusa. Ideò pueris & sententias ediscendas damus, & has quas Græci Chrias uocant, quia complecti eas puerilis animus potest, qui plus adhuc non capit certi profectus. Viro captare flosculos turpe est, & fulcire se notissimis & paucissimis uocibus, & memoria stare. Sibi iā innitatur, dicat ista, non teneat. Turpe est enim seni aut prospicienti senectutē ex cōmentario sapere. Hoc Zenon dixit. Tu quid? Hoc Cleanthes, tu quid? quousq; sub alio moueris? Et impera & dic, quod memoriæ tradatur, aliquid & de tuo profer. Omnes itaq; istos nunq; autores, semper interpretes, sub aliena umbra latentes, nihil puto habere generosi, nunquam ausos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoriā in alienis exercuerunt. Aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem cōmissam memoriæ custodire. At contrà scire, est & sua facere quenq;, nec ab exemplari pendere, & toties ad magistrū respicere, hoc dicit Zenon, hoc Cleanthes. Aliquid interfit inter te & librū quousq; discas? iam & præcipe. Quid est, quare audiam quod legere possum? Multum, in- *Viua uox.*
quit, uiua uox facit. Non quidem hæc quæ alienis uerbis commendatur, & actuarij uice fungitur. Adijce nunc, quod isti qui nunquam tutelæ suæ fiunt, primum in ea re sequuntur priores, in qua nemo non à priore desciuit, deinde in ea re sequuntur quæ adhuc quæritur. Nūquam autem inuenietur, si contenti fuerimus inuentis. Præterea qui aliud sequitur, nihil inuenit, imò nec quærit. Quid ergo? non ibo per priorū uestigia? 12
Ego uerò utar uia ueteri, sed si priorem planioremq; inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus ueritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est. Vale.

EPIST. XXXIIII. Quomodo magistrum delectat profectus discipuli, & quod magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.

CResco, & exulto, & discussa senectute recalesco, quoties ex his quæ agis et scribis intelligo quantum te ipse (nam turbam olim reliqueras) supergrederis. Si agri- 13
colam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fœtu gregis sui capit uoluptatem, si alumnum suum nemo aliter intuetur, quàm ut adolescentiam illius suam iudicet, quid euenire credis his, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formauerūt, adulta subito uident? Affero te mihi, meū opus es. Ego cum uidissem indolem tuam, inieci manū, exhortatus sum, addidi stimulos, nec lente ire passus sum, sed subinde incitaui, *Currentem hortor.*
& nunc idem facio. Sed iam currentem hortor, & inuicē hortantē. Quid aliud, inquis, adhuc uoles? In hoc plurimū est. Non sic quomodo principia totius operis dimidiū occupare dicuntur, ita res animo constat. Itaq; pars magna bonitatis est, uelle fieri bonū. Scis quem dicam bonum? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla uis, nulla necessitas possit. Hunc in te prospicio, si perseueraueris & incubueris, & id egeris ut omnia facta dictaq; tua inter se congruant, ac respondeant sibi & una forma percussa sint. Non est huius animus in recto, cuius acta discordant. Vale.

EPIST. XXXV. De differentia amicitiæ, & amoris, & animi constantis.

CVm te tam obnixe rogo ut studeas, meū nēgociū ago, habere amicū uolo, quod contingere mihi (nisi pergas excolere te ut cœpisti) non potest. Nunc enim amas me, amicus non es. Quid ergo? hæc inter se diuersa sunt? imò dissimilia. Qui amicus est, amat, qui amat, non utiq; amicus est. Itaq; amicitia semper prodest. Amor etiam aliquando nocet. Si nihil aliud, ob hoc profice, ut amare discas. Festina ergo dum mihi proficis, nec istuc alteri didiceris. Ego quidem percipio iam fructum, cum mihi fingo uno nos animo futuros, & quicquid ætati meæ uigoris abfuerit, id ad me ex tua, quam quā non multū abest, rediturū. Si tamen re quoq; ipsa lætus esse uolo, uenit ad nos ex his quos amamus etiam absentibus gaudiū, sed id leue et euanidū, Conspectus, et præsentia, & cōuersatio aliquid habet uiuæ uoluptatis, utiq; si non tantum quem uelis, sed qualem uelis uideas. Affer itaq; te mihi ingens munus, & quo magis instes, cogita me senem

senem esse, te mortalē. Propterea ad me, sed ad te prius profice, & ante omnia hoc cura, 14
ut constes tibi. Quoties experiri uoles, an aliquid actum sit, obserua an eadem uelis hodie quæ heri. Mutatio uoluntatis indicat animum natare aliubi, atq; aliubi apparēre, prout tulit uentus. Non uagatur quod est fixum & fundatum. Istud sapienti † perfecte *al. perfecto*
cōtingit, aliquatenus & proficienti prouectoq;. Quid ergo interest? Hic cōmouetur quidem non tamen tranlit, sed suo loco nutat, ille nec cōmouetur quidem. Vale.

EPIST. XXXVI. De inquietæ felicitatis horriditate, & quod propria animi meditatio sit contemptus mortis.

AMicum tuum hortare, ut istos magno animo contemnat, qui illum obiurgant, quod umbram & ociū petierit, quod dignitatē suam destituerit, & cum plus consequi posset, prætulerit quietem omnibus. Quàm utiliter negociū suum gesserit, quoti die illis ostentet. Hi quibus inuidetur, non desinent trāsire. Alij elidentur, alij cadent. Res est inquieta felicitas. Ipsa se exagitat, mouet cerebrum, non uno genere. Alios in aliud iritat, hos in potentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit & totos resoluit. At bene aliquis illam fert, sic quomodo uinum. Itaq; non est quod tibi isti persuadeant eum esse felicem, qui à multis obsidetur. Sicad illū quemadmodū ad lacū concurritur, quem exhauriunt & turbant. Nugatorium et inertem uocant. Scis quosdam peruerse loqui, & signare cōtraria, felicem uocabant. Quid ergo? Erat? Ne illud quidē curo quod quibusdā nimis horridi animi uidetur & tetrici. Aristo aiebat, malle se adolescentem tristem, quàm hilarem & amabilem turbæ. Vinum enim fieri bonū quod recens durū & asperū uisum est, non pati ætatē quod in dolio placuit. † Sin eum tristē appellent & *al. Sine*
inimicū processibus suis, bene se dabit in uetustate ipsa tristicia, perseueret modo colere uirtutē, † perhibere liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed hæc quibus *al. perhibere*
tingendus est animus. Hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquod est, quo non sit di- *al. prendere*
scendum? Minime. Sed quemadmodū omnibus annis, studere honestū est, ita non omnibus institui, Turpis & ridicula res est elemētarius senex, Iuueni parandū, seni utendum est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illum quàm optimū feceris. Hæc aiunt beneficia esse expetenda tribuendaq; nō dubie primæ sortis, quæ tam prodest dare quàm accipere. Deniq; nihil illi iam liberum est. Spopondit. Minus autem turpe est creditori, quàm spei bonæ decoquere. Ad illud æs alienum soluendū, opus est negocianti nauigatione prospera, agrum colenti ubertate eius quam colit terræ, & cœli fauore. Ille quod debet sola potest uoluntate persoluere. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat, ut quàm tranquillissimus ille animus ad perfectum ueniat, qui nec ablatum sibi quicquam sentit, nec adiectū, sed in eodem habitu est, quocunq; res cadunt. Cui siue aggeruntur uulgaria bona, supra res suas eminet, siue aliquid ex istis uel omnia casus excussit, minor non fit. Si in Parthia natus esset, arcū infans statim tenderet. Si in Germania, protinus puer tenerum hastile uibraret, Si auorū nostrorū temporibus fuisset, equitare & hostē cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet & imperat. Quid ergo? huic meditandum est, quod aduersus omnia tela, quod aduersus omne hostium genus bene facit, mortem contemnere: quæ quin habeat in se aliquid terribile, ut et animos nostros (quos in amorem sui natura formauit) offendat, nemo dubitat: nec necesse esset in id comparari & acui, in quod instinctu quodam uoluntario iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationē sui. Nemo discit, ut si necesse fuerit, æquo animo in rosa iaceat, sed in hoc duratur, ut tormentis non submittat fidem, ut si necesse fuerit, stans etiam aliquando saucius pro uallo perstet, & ne pilo quidem incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliquod amminiculum reclinatis. Mors nullum habet incommodum. Esse enim debet aliquid cuius sit incommodum. Quod si tanta cupiditas longioris æui te tenet, cogita nihil eorum quæ ab oculis abeūt, & in rerum naturā, ex qua prodierunt ac mox processura sunt reconduntur, consumi: desinunt ista non pereunt. Et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit uitam non eripit: ueniet iterū qui nos in lucem reponat dies, quam multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo, omnia quæ uidentur perire, mutari. Aequo animo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remeantiū, uidebis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc mũdo nihil extingui, sed uicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed alter annus illam adducit: hyems cecidit, referent illam sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarũ iste discursus quicquid præterierit repetit, pars cœli leuatur assidue, pars mergitur. Deniq; finem faciam, si hoc unum adiecero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem. Et esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit. Vale.

EPIST. XXXVII. De duplice magnanimitate, & quomodo ad ueram libertatem philosophia perducat.

QVod maximũ uinculum est ad bonam mentem, promisisti uirum bonũ. Sacramento ligatus es. Deridebit si quis tibi dixerit, mollẽ esse militiã & facilẽ. Nolo te decipi. Eadẽ honestissimi huius & illius turpissimi, autoramenti uerba sunt, uri, uinciri, ferroq; necari. Ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibũt, quæ per sanguinem reddant, cauetur ut ista uel inuiti patiantur, à te, ut uolens libensq; patiãris. Illis licet arma submittere, misericordiã populi tentare. Tu neq; submittes, nec uitã rogabis. Recto tibi inuictoq; moriendũ est. Quid porro prodest paucos dies, aut annos lucrifacere? Sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me expediã? Effugere nõ potes necessitates, potes uincere. Fiat uia, & hanc tibi uiã dabit philosophia: ad hanc te confer, si uis saluus esse, si securus, si beatus. Deniq; si uis esse (quod est maximũ) liber. Hoc cõtingere aliter non potest. Humilis res est stultitia abiecta, sordida, seruilis, multis affectibus & sæuissimis subiecta. Hos tam graues dominos, interdũ alternis uicibus imperantes, interdum pariter, dimittit à te sapientia, quæ sola libertas est. Vna ad hãc fert uia, & quidẽ recta. Non aberrabis, uade certo gradu. Si uis tibi omnia subijcere, te subijce rationi, multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces quid, & quemadmodũ aggredi debeas, non incides rebus. Neminem mihi dabis, qui sciat quomodo quod uult cœperit uelle. Non cõsilio adductus ullo, sed impetu impactus est. Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quàm nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri, & subito in medio turbine rerum stupentem quærere, huc ego quemadmodum ueni? Vale.

EPIST. XXXVIII. De utilitate familiaritatis breuis & inelaborati sermonis.

MErito exigis ut hoc inter nos epistolarũ commercium frequentemus. Plurimũ proficit sermo, qui minutatim irrepserit animo. Disputationes præparatæ & effusæ audiente populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est. Cõsilium nemo clare dat. Aliquando utendum est & illis (ut ita dicam) concionibus, ubi qui dubitat, impellendus est. Vbi uerò non hoc agendum est, ut uelit discere, sed ut discat, ad hæc submissiora uerba ueniendum est. Facilius intrant, sed hærent. Nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt, quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, uires suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Idẽ facit ratio, non late patet, si aspicias, in opere crescit. Pauca sunt quæ dicuntur, sed si illa animus bene exceperit, conualescunt & exurgunt. Eadem est, inquam, præceptorum conditio quæ seminum. Multum efficiunt, & si angusta sunt, tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa, & in se trahat. Multa inuicem & ipsa generabit, & plus reddet, quàm acceperit. Vale.

EPIST. XXXIX. De differentia ordinariæ orationis & breuiarij, & quod sit proprium generosi animi ad excelsa citari, & quatinus superfluitas noceat.

COmmentarios quos desideras diligenter ornatos, & in angustum coactos, ego uerò componam, sed uide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quam hæc quæ nunc uulgo breuiariũ dicitur. Olim cum latine loqueremur, summariũ uocabatur. Illa res discẽti magis necessaria est, hæc scienti. Illa enim docet, hæc ammonet. Sed utriusq; rei tibi copiam faciam. Tu à me non est quod illum aut illum exigas. Qui † notorem dat, ignotus est. Scribam ergo quod uis, sed meo more, Interim multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum. Hęc ipsa res expergisci te coget. Si uideris quàm multi tibi laborauerint, concupisces & ipse ex illis unus esse. Habet enim hoc in se generosus animus, quod concitatur ad honesta, Neminem excelsi ingenij uirum humilia delectant & sordida, magnarum rerum species ad se uocat

al. uocatorem.

se uocat & extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, sacere ac deprimi non potest, non magis quàm quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior & actuosior, quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit. Ponet se extra ius ditionemq; fortunæ, Secunda temperabit, aduersa comminuet, & alijs admiranda despiciet. Magni animi est magna cõtemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Illa enim utilia uitaliaq; sunt, at hæc eo quo superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, Sic ad maturitatem non peruenit nimia fœcunditas. Idem animis quoq; euenit, quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantũ in aliorum iniuriam, sed etiam in suam † uertuntur. Quis hostis in quenquam tam contu melioſus fuit, quàm in quosdam uoluptates suæ sunt, quorum impotentiæ atq; insanæ libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quæ fecere patiuntur? Nec immerito hic illos furor uexat. Necesse est enim in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modum trãsilijt. Ille enim habet suum finem, inania & ex libidine orta sine termino sunt. Necessaria metitur utilitas, superuacua quo redigis? Voluptatibus utiq; se immergũt, quibus in cõsuetudinem adductis carere non possunt, & ob hoc miserrimi sunt, quod eò peruenerunt, ut illis quæ superuacua fuerant, facta sint necessaria. Seruiunt utiq; uoluptatibus suis non fruuntur, & mala sua (quod malorum ultimum est) amant. Tunc autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiã placent: & desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant uitia, mores sunt. Vale.

al. utuntur.

al. itaq;

EPIST. XL. Docet pronunciationem moderandam, & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum.

QVod frequenter mihi scribis, gratias ago. Nam quo uno modo potes, te mihi ostendis. Nunq; epistolã tuam accipio, ut non protinus unà simus. Si imagines nobis amicorum absentium iucundæ sunt, quæ memoriam renouant & desiderium absentiæ, falso atque inani solatio leuant: quanto iocundiores sunt literæ, quæ uera amici absentis uestigia, ueras notas afferunt? Nam quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistolæ impressa præstat agnoscere. Audisse te scribis Serapionem philosophum, cum istuc applicuisset, solere magno cursu uerba conuoluere, quæ non effundit unà, sed premit & urget. Plura enim ueniunt, quàm quibus uox una sufficiat: hoc non probo in philosopho, cuius pronunciatio quoque sicut uita debet esse composita. Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata, & sine intermissione in morem niuis superueniens, oratori data est, & melle dulcior seni profluit. Sic itaque habe ut istam uim dicendi rapidam, atque abundantem, aptiorem esse circulanti iudices quàm agenti rem magnam ac seriam, docentiq;. Aeque stillare illam nolo, quàm currere. Nec extendat aures, nec obruat. Nam illa quoque inopia & exilitas minus intentum auditorem habet, redijo interruptæ tarditatis. Facilius tamen insidit quod expectatur, quàm quod præteruolat. Denique tradere homines discipulis præcepta dicuntur. Non traditur quod fugit. Adijce nunc quod quæ ueritati operam dat oratio, incomposita debet esse & simplex. Hæc popularis nihil habet ueri, mouere uult turbam, & inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non præbet, aufertur. Quomodo autem regere potest, quæ regi non potest? Quid quod hæc oratio quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet? Remedia non prosunt, nisi immorentur. Multum præterea habet inanitatis & uani, plus sonat quàm ualet. Lenienda sunt quæ me exterrẽt, compescenda quæ iritant, discutienda quæ fallunt, Inhibenda luxuria, corripienda auaritia. Quid horum raptim potest fieri? Quis medicus ægros in transitu curat? Quid quod ne uoluptatem quidem ullam habet, talis uerborum sine delectu ruentium strepitus? Sed ut pleraque quæ fieri posse non crederes, cognouisse satis est, sic istos qui uerba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari uelit, quid de eorum animo iudicet, quorum oratio perturbata & † immissa est, nec potest reprimi? Quemadmodum per procliue currentium, non ubi uisum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit ac longius quàm uoluit effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiæ, quæ ponere

forte, admissa

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet uerba non proſcere, & pedetentim procedere. Quid ergo? non aliquando & inſurget? Quid ni? ſed ſalua dignitate morum, quam uiolenta iſta & nimia uis exuit. Habeat uires magnas, moderatas tamen, perennis ſit nuda, non torrens. Vix oratori permiſerim talem dicendi uelocitatem, irreuocabilem, ac ſine lege uadentem. Quemadmodum enim iudex ſubſequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rudis: tum quoque cum illum aut oſtentatio abſtulerit, aut affectus impetus ſui, tantum feſtinet, atque ingerat, quantum aures pati poſſunt. Recte ergo facies, ſi non uideris iſtos, qui quantum dicant, non quemadmodum quærunt, & ipſe malueris aliquando ſi neceſſe eſt,
15 uel iuxta Publium Vinicium dicere, qui cum quæreretur quomodo Publius Vinicius diceret, Aſellius ait, tractim. Nam Geminus Varius ait, quomodo iſtum diſertum dicatis, neſcio, tria uerba non poteſt iungere. Quid ni malis tu ſic dicere quomodo Vinicius? Aliquis tam inſulſus interuenerit, qui illi ſingula uerba uellenti, tanquam di-
aliàs Aterij ctaret non diceret, ait, Dic uel nunquam dicas. Namq; † Echeri curſum ſuis temporibus oratoris celeberrimi, longe abeſſe ab homine ſano uolo. Nunquã dubitauit, nunquam intermiſit, ſemel incipiebat, ſemel deſinebat, quædam tamen & nationibus puto magis aut minus conuenire. In Græcis hanc licentiam tuleris. Nos etiam cum ſcribimus interpungere conſueuimus. Cicero quoque noſter (à quo Romana eloquentia exiliuit) gradarius fuit. Romanus ſermo magis ſe circũſpicit, & æſtimat, & præbet æſtimandum. Fabianus uir egregius & uita & ſcientia, & (quod poſt iſta eſt) eloquentia quoque, diſputabat expedite magis, quàm concitate, ut poſſes dicere facilitatem eſſe illam non celeritatem. Hanc ego in uiro ſapiente recipio, nõ exigo, ut oratio eius ſine impedimento exeat, proferatur tamen malo, quàm profluat. Eo aute magis te deterreo ab iſto morbo, quod non poteſt tibi iſtares contingere aliter, quàm ſi te pudere de
Perfrices fron fierit. Perfrices frontem oportet, & ipſe te non audias. Multa enim inobſeruatus ille tem curſus feret quæ reprehendere uelis. Non poteſt, inquam, tibi contingere res iſta, ſalua uerecundia. Præterea exercitatione opus eſt quotidiana, & à rebus ſtudium transferendum eſt ad uerba. Hæc autem etiam ſi aderunt, & poterunt ſine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda ſunt. Nam quemadmodum ſapienti uiro inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio preſſa, non audax. Summa ergo ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe iubeo. Vale.

EPIST. XLI. Quomodo in uno quoq; bonorum uirorum deus habitat, & quod homo laudandus eſt, pro his quæ habet intus.

FAcis rem optimam, & tibi ſalutarẽ, ſi (ut ſcribis) perſeueras ire ad bonam mentem & quàm ſtultum eſt optare, cum poſsis à te impetrare? Non ſunt ad cœlum eleuandæ manus, nec exorãdus ædituus, ut nos ad aures ſimulachri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat. Prope eſt à te deus, tecum eſt, intus eſt. Ita dico Lucili, ſacer intra noſ ſpiritus ſedet, malorũ bonorumq; noſtrorũ obſeruator & cuſtos, hic prout à nobis tractatus eſt, ita nos ipſe tractat. Bonus uir ſine deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fordi. erecta tunam niſi ab illo adiutus exurgere? Ille dat conſilia magnifica, & † recta. In unoquoq; uirorum bonorum quis deus, incertũ eſt, habitat tamen deus. Si tibi occurrit uetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & cõſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmouens, illa proceritas ſyluæ, & ſecretũ loci & admiratio umbræ, in aperto tam denſæ atq; cõtinuæ, fidem tibi numinis facit. Et ſi quis ſpecus ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit, non manufactus, ſed naturalibus cauſis in tantã laxitatem excauatus, animum tuum quadam religionis ſuſpicione percutiet. Magnorum fluminum capita ueneramur, ſubita ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quædam, uel opacitas, uel immenſa altitudo ſacrauit. Si hominẽ uideris interritũ periculis, intactum cupiditatibus, inter aduerſa felicem, in mediis tempeſtatibus placidum, ex ſuperiore loco homines uidentem, exæquo deos, non ſubibit te ueneratio eius? Non dices, iſta res maior eſt altiorq; quàm ut credi ſimilis huic, in quo eſt, corpuſculo poſsit? Vis iſtuc diuina deſcendit, animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora tranſeuntẽ, quicquid timemus optamusq; ridentem, cœleſtis potentia agitat. Non poteſt res tanta ſine

adminiculo

adminiculo numinis ſtare. Itaq; maiore ſui parte illic eſt unde deſcendit. Quemadmodum radij ſolis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt unde mittuntur: ſic animus magnus & ſacer, & in hoc demiſſus ut propius quidem diuina noſſemus, cõuerſatur quidem nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ. Illinc pendet, illuc ſpectat ac nititur, noſtris tanquam melior intereſt. Quis eſt ergo hic animus? qui nullo bono niſi ſuo nitet. Quid enim eſt ſtultius, quàm in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea miratur, quæ in aliũ protinus trãsferri poſsint? Non faciũt meliorẽ equũ aurei freni. Aliter leo 16
aurata iuba niter, dum contrectatur, et ad patientiã recipiendi ornamenta cogitur fatigatus, aliter incultus, integri ſpiritus. Hic ſcilicet impetu acer, qualẽ illũ eſſe natura uoluit, ſpecioſus ex horrido, cuius hic decor eſt, nõ ſine timore aſpici, præfertur illi lagui-
tudo, & bracteato. Nemo gloriari niſi ſuo debet. Vitẽ laudamus, ſi fructu palmites onerat, ſi ipſa ad terram, pondere eorũ quæ tulit, adminicula deducit. Num quis huic illam præferret uitẽ, cui aureæ uuæ, aurea folia dependent? Propria uirtus eſt in uite ſeritas. In homine quoq; id laudandũ eſt, quod ipſius eſt. Familiam pulchrã habet, & domum pulchrã, multum ſerit, multum fœnerat, nihil horum in ipſo eſt, ſed circa ipſum. Lauda in ipſo, quod nec eripi poteſt, nec dari. Quod propriũ eſt hominis, quæris quid ſit? Animus, & ratio in animo perfecta. Rationale enim animal eſt homo. Cõſummatur itaq; eius bonũ, ſi id adimpleuit cui naſcitur. Quid eſt autem quod ab illo ratio hæc exigit? Rem facillimam, ſecundum naturam ſuam uiuere: ſed hanc difficilem facit communis inſania. In uitia alter alterum trudimus. Quomodo autem ad ſalutem reuocari poſſunt, quos nemo retinet, populus impellit? Vale.

EPIST. XLII. Vota eorum qui de potentibus male æſtimant, & de remedio contra damna bonorum fortuitorum.

IAm tibi iſte perſuaſit, ſe uirum bonũ eſſe. Atqui uir bonus tam cito nec fieri poteſt, nec intelligi. Scis quem nunc uirum bonũ dicam, huius ſecundæ notæ. Nam ille alter fortaſſe tãquam phœnix ſemel anno quingenteſimo naſcitur, nec eſt mirum ex interuallo magna generari. Mediocria & in turbã naſcentia, ſæpe fortuna producit, exi-
mia uerò, ipſa raritate commendat. Sed iſte multũ adhuc abeſt ab eo quod profitetur, 17
& ſi ſciret quid eſſet uir bonus, nondum ſe eſſe crederet, fortaſſe etiam fieri poſſe deſperaret. At male exiſtimat de malis. Hoc etiã mali faciunt, nec ulla maior pœna nequitiæ eſt, quàm quod ſibi ac ſuis diſplicet. At odit eos, qui ſubita & magna potentia inſolẽter utuntur. Idem faciet, cum idem poterit. Multorũ quia imbecillia ſunt, latent uitia, non minus auſura cum illis uires ſuæ placuerint, quàm illa quæ iam felicitas aperuit. Inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt. Sic tuto ſerpens etiã peſtifera tractatur, dũ riget frigore. Nõ deſunt tunc illi uenena, ſed torpent. Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria peſsimis audeat, fortunæ fauore deficitur. Eadem uelle eos cognoſces, da poſſe quantum uolunt. Meminiſti cum quendam affirmares eſſe in tua poteſtate, dixiſſe me, uolaticum eſſe ac leuem, & te non pedem eius tenere, ſed pennam. Mentitus ſum, pluma tenebatur, quam remiſit & fugit. Scis quos poſtea exhibuerit tibi ludos, quàm multa in caput ſuum caſura tentauerit. Non uidebat ſe per aliorum periculà in ſuum ruere, non cogitabat quàm onerosa eſſent quæ petebat, etiam ſi ſuperuacua non eſſent. Hoc itaq; in his quæ affectamus, atq; labore magno contendimus, inſpicere debemus, aut nihil in illis commodi eſſe, aut plus incommodi. Quædam ſuperuacua ſunt, quædã tanti non ſunt. Sed hæc non peruidemus, & gratuita nobis uidentur, quæ chariſsime conſtant. Ex eo licet ſtupor noſter appareat, quod ea ſola putamus emi, pro quibus pecuniã ſoluimus, ea gratuita uocamus, pro quibus noſipſos impẽdimus: quæ emere nollemus, ſi domus nobis noſtra pro illis eſſet danda, ſi amœnum aliquod fructuoſum ue prædiũ, ad ea parati ſumus peruenire cum ſolicitudine, cum periculo, cũ iactura pudoris, & libertatis & temporis. A deo nihil eſt cuiq; ſe uilius. Idem itaq; in omnibus cõſilijs rebusq; faciamus, quod ſolemus facere, quoties ad inſtitorem alicuius mercis acceſsimus, uideamus hoc quod concupiſcimus quanti deferatur. Sæpe maximum precium eſt, pro quo nullum datur. Multa poſſum tibi oſtendere, quæ acquiſita acceptaq;, libertatem nobis extorſerunt. Noſtri eſſemus, ſi iſta noſtra non eſſent. Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo tecum ipse uersa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam de iactura. Hoc periturum est. Nempe aduenticium fuit, tam facile sine isto uiues quàm uixisti. Si diu illud habuisti, perdidisti postq; satiatus es. Si non diu, perdis antequã assuescas. Pecuniam minorem habebis, nempe & molestiam: gratiã minorem, nempe & inuidiam. Circumspice ista quæ nos agunt in insaniam, quæ cũ plurimis lachrymis amittimus. Scies non damnũ in his molestũ esse, sed opinionẽ damni. Nemo illa perisse sentit, sed cogitat. Qui se habet, nihil perdidit. Sed quoto cuiq; habere se contigit? Vale

EPIST. XLIII. Quomodo comparationis modus fere omnia magna facit, & minima, & quod praua uita quærit abscondi à publico sensu.

Quomodo hoc ad me peruenerit quæris, quis mihi id te cogitare narrauerit, quod tu nulli narraueras. Is qui scit plurimũ rumor. Quid ergo, inquis, tantus sum, ut possim excitare rumorẽ? Non est quod te ad hunc locũ respiciens metiaris, ad istũ respice, in quo moraris. Quicquid inter uicina eminet, magnũ est illic ubi eminet. Nam magnitudo habet certũ modũ, cõparatio illam aut tollit, aut deprimit. Nauis quæ in flumine magna est, in mari paruula est. Gubernaculũ quod naui alteri magnũ, alteri exiguum est. Tu nunc in prouincia, licet cõtemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodũ cœnes, quemadmodũ dormias, quæritur, scitur. Eo tibi diligentius uiuendum est. Tunc felicẽ te esse iudica, cum poteris in publico uiuere, cum te parietes tui tegent, non abscondent, quos plerunq; circũdatos nobis iudicamus, nõ ut tutiu uiuamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam, ex qua mores æstimes nostros, uix quenquã inuenies, qui possit aperto ostio uiuere. Ianitores conscientia nostra, nõ superbia opposuit. Sic uiuimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid aũt prodest recondere se, & oculos hominum aures q; uitare? bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atq; solicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant. Si turpia, quid refert neminem scire, cum tu sciasˢ? O te miserum, si contemnis hunc testem. Vale.

aliàs nõ habet

EPIST. XLIIII. Quod quilibet potest fieri uere nobilis, si uelit. Et quod multi errant in optando uitam beatam.

ITerum tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam prius de fortunam, cum posis te eximere uulgo, & ad felicitatem hominum maximam emergere. Siquid aliud est in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Omnes si ad primam origenem reuocentur, à dijs sunt. Eques Romanus es, & ad hunc ordinẽ tua te perduxit† industria. At me hercules multis quatuordecim gradus sunt clausi. Non omnes curia admittit. Castra quoq; quos ad laborẽ & periculũ recipiunt, fastidiose legũt. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reiecit quẽpiam philosophia, nec eligit, omnibus lucet. Patricius Socrates nõ fuit Cleanthes aquã traxit, & rigando hortulo locauit manus. Platonem non accepit nobilem philosophia sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris, à nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt, nullius non origo ultra memoriã iacet. Plato ait, Neminem regem non ex seruis esse oriundũ, neminẽ nõ seruũ ex regibus. Omnia ista longa uarietas miscuit, & sursum deorsum fortuna uersauit. Quis ergo generosus? Ad uirtutem bene à natura compositus. Hoc unum est intuendũ. Aliqui si ad uetera te reuocas, nemo nõ inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu usq; in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisq; alternata series. Non facit nobilem, atrium plenũ fumosis imaginibus. Nemo in nostrã gloriã uixit, nec quod ante nos fuit nostrũ est. Animus facit nobilem, cui ex quacunq; conditione supra fortunam licet surgere. Puta itaq; te non esse equitem Romanũ, sed libertinum, potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo inquis? Si mala bonaq; nõ populo auctore distinxeris. Intuendum est, nõ unde ueniant, sed quo eant. Si quid est quod beatã uitam potest facere, id bonũ est suo iure, deprauari enim in malũ non potest. Quid est ergo in quo erratur? Cum omnes beatam uitã optant, quod instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum petunt, fugiunt. Nam cum summa beatæ uitæ sit solida tranquillitas, & eius incõcussa fiducia, solicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter uitæ non

al. cura

Sursum deorsum.

non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper abscedunt, & quo plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retro, quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos uelocitas implicat. Vale.

IN EPIST. LIB QVARTVM ET QVINTVM EPISTOLA XXIX.

Ostendet mihi lepid. phil. Quidam habebat Marci Lepidi philosophũ, sed altera mihi magis probatur. 1
Quidam sic habebat, quod illi genus insaniæ hilare contigerit. Nec dubium quin hæc germana sit lectio. Eam lectionem Rodulphus Agricola sua manu notárat. 2
Acerrime ridere, & accerrime tabere. Pro tabere quidam habebant, rabere, quidam rubere, quidam rabire. Pro rubere puto scribendum rudere. Lusit enim Seneca uocum affinitate, quæ est in ridere et rudere. Rident qui gaudent, rudunt irati. Vnde illud Persij: Pecuaria rudere dicas. 3
Quidam habebat annotatũ, & si exarmauerit eum tempestas. Alioquin uidetur exarmare positiũ neutraliter. 4
Nonne, alius, n.e. & sane elegantius. 5
Quidam habebat, iratus morti. EPISTOLA XXX. 6
Inueniemus aliàs uideri. Consentiebant exemplaria. Videtur aliquid deesse, misi hoc sentit, discrimen non esse in re, sed in opinione. Quidam habebat aliàs esse alias uideri. EPIST. XXXI. 7
Quanto magis incubuerint, minusq; sibi uinci ac strigare permiserint. Ita prior æditio. Alius sic habebat, magis incubuerint, minusq; sibi uicia consurgere permiserint. Quæ lectio placet, nisi quod obstrepit pronomẽ, sibi. pro ipsi positum. Quod tamen Seneca frequenter, durius usurpat. Variabat & aliter in alijs scripturis, sed nihil satis fecit. 8
Quidam habebant pro strigare restrigare, opinor fuisse scriptum respirare. Nam mox acclamat, respira.
Pro iam per maxima, Rodulphus diuinauit, impar maximo. Id si recipimus, ita legendũ est, et in totũ impar maximo uiro optio est, turpe etiã nũ deos fatigare. Prior lectio mihi magis arridet, nisi quod pro et nũc legẽdũ est etiãnũ. 9
Graium montem. Graias alpes indicat. Quidam scholiastes hic ascripserat, Graium, id est, Græcum & adiecit montem Olympum significari. 10
Inquiro in te. rectius habebatur, quàm à te.
Pro priorem quidam habebat apertiorem. Forte potiorem, aut proniorem erat initio scriptum. 11
Perducta rectius. 12
Propterea ad me, &c. Codex quidam ita legebat: Propera ad me, sed ad te prius, profice & ante, &c. 13

EPISTOLA XL. 14

Publium Vinicium dicere. Quidam habebant discere, sed dispicet. Videtur deesse præpositio, iuxta: nisi forte sic locutus est Seneca, Publium dicere, quemadmodum Vergilius dixit, uox non sonat hominem. Deindeq; itaq; supereſt. 15

EPISTOLA XLI.

Aliter leo aurata iuba innititur. Ita prior æditio: In alijs erat innititur, in alijs dimittitur. Forte legendum erat nitet. Agit enim de decore natiuo.
Ipsa raritate cõmendat. Aut legendũ est cõmendantur, aut quod in quodam repperimus. Ipsa se raritate cõmendãt. 16 17

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIB. VI.

EPIST. XLV. De modo eligendi commentarios, de acie ingenij, non in uerbis, sed in rebus exercenda, et quis sit uerè beatus.

LIbrorũ istic inopiam esse quereris. Non refert q; multos, sed quàm bonos habeas. Lectio certa prodest, uaria delectat. Qui quò destinauit, peruenire uult, unam sequatur uiam, non per multas uagetur. Non ire istud, sed errare est. Vellem, inquis, magis consilium mihi quàm libros dares. Ego uerò quoscunque habeo mittere paratus sum, & totum horreum excutere, me quoq; isto si possem, transferrem, & nisi mature te finem officij sperarem † impetraturum, hanc senilem expeditionem indixissem mihi: nec me Charybdis, et Scylla, & fabulosum istud fretũ deterrere potuisset. Transnatassem ista, nõ solũ traiecissem, dũmodo te cõplecti possem, & præsens æstimare quantũ animo creuisses. Cæterum quod libros meos tibi mitti desideras, non magis ideò me disertum puto, quàm formosum putarẽ, si imaginem meam peteres. Indulgentiæ scio istud esse non iudicij, & si modo iudicij est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescunq; sunt, tu illos sic lege tanq; uerum quæram adhuc, non sciam, & contumaciter quæram. Nõ enim me cuiquã mancipaui, nullius nomen fero: multum magnorum uirorum iudicio credo, aliquid & meo uendico? Nam illi quoq; non inuenta, sed quærenda nobis reliquerunt, & inuenissent forsitan necessaria

al. impleturũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessaria, nisi & superflua quæsissent. Multum illis temporis uerborum cauillatio eripuit, & capitosæ disputationes, quæ acumen irritum exercēt. Nectimus nodos, & ambiguam significationem uerbis alligamus, deinde dissoluimus, ac tantū nobis uacat, iam uiuere, iam mori scimus. Tota illò mente pergendum est, ubi prouideri debet, ne res nos nō uerba decipiant. Quid mihi uocum similitudines distinguis, quibus nemo unquam nisi† qui disputat captus est? Res fallunt, illas discerne. Pro bonis mala amplectimur. Optamus contra id quod optauimus, pugnant uota nostra cum uotis, consilia cum consilijs. Adulatio quàm similis est amicitiæ? Non imitantur tantum illam, sed uincit & præterit, apertis ac propitijs auribus recipitur, & in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa quo lædit. Doce quemadmodū hanc similitudinem dinoscere possim: uenit ad me pro amico blandus inimicus, uicia nobis sub uirtutum nomine obrepūt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderatio uocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur, his certas notas imprime. Cæterum qui interrogatur, an cornua habeat, non est tam stultus, ut frontem suam tentet, nec rursus tam ineptus aut hebes, ut non habere se nesciat, quod tu illi subtilissima collectione persuaseris. Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorū acetabula & calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice ut quomodo fiat intelligam, perdidi usum. Idem de istis captionibus dico, quo enim nomine potius sophismata appellem? nec ignoranti nocent, nec scientem iuuant. Si uis utiq; uerborum ambiguitates diducere, hoc nos doce, beatum eum non esse, quem uulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum cui bonum omne in animo est, erectum, & excelsum, et mirabilia calcantem, Qui neminem uidet, cum quo se commutatum uelit, Qui hominem ea sola parte æstimat, qua homo est, Qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, sic uiuit, quomodo illa præscripsit: cui bona sua nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit, certus iudicij, inconcussus, intrepidus: quem aliqua uis mouet, nulla perturbat, quem fortuna cum in eum quod habuit telum nocentissimum ui maxima intorsit, pungit, non uulnerat, & hoc raro. Nam cætera eius tela (quibus genus humanum debellatur) grandinis more dissultant, quæ incussa tectis, sine ullo habitatoris incommodo crepitat, ac soluitur. Quid me detines in eo, quē tu ipse pseudomenon appellas, de quo tantum librorum compositum est? Ecce tota mihi uita mentitur, hanc coargue, hanc ad uerum (si acutus es) redige. Necessaria iudicat, quorum magna pars superuacua est, etiā quæ nō est superuacua, nihil in se momenti habet in hoc, ut possit fortunatū beatumq; præstare. Non enim statim bonum est, siquid necessarium est. At proijcimus bonū, si hoc nomē pani aut polentæ damus, et cæteris sine quibus uita non ducitur. Quod bonum est, utiq; necessarium est, quod autem necessarium est, non statim bonum est, quoniam quædā necessaria sunt, eadē uilissima. Nemo usq; eò dignitatem boni ignorat, ut illud ad hæc in diem utilia demittat. Quid ergo? non eò potius curā transferes, ut ostendas omnibus magno temporis impendio quæri superuacua, & multos transisse uitā, dum uitæ instrumenta conquirunt? Recognosce singulos, & cōsidera uniuersos, nullius nō uita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali, quæris? Infinitum, nō enim uiuunt, sed uicturi sunt: omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos uita præcurreret: nūc uerò cunctantes quasi aliena transcurrit, & ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistolæ modū excedam, quæ nō debet sinistram manū legentis implere, in aliū diē hanc litem cū dialecticis differam, nimiū subtilibus, & hoc solū curantibus, nō & hoc. Vale.

al. dum

t. mentientem

EPIST. XLVI. Laudat uoluminis sibi missi dulcedinem, ubi docet, quod in dictando fertilis eligenda est materia.

Librum tuum quem mihi promiseras, accepi, & tanquam lecturus ex commodo adaperui, ac tantum degustare uolui. Deinde blanditus est ipse, ut procederē longius, qui quàm disertus fuerit ex hoc intelligas licet, leuis mihi usus est, cum esset, nec mei, nec tui tēporis, sed qui primo aspectu, aut Titi Liuij, aut Epicuri posset uideri: tanta autem dulcedine me tenuit & traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerem. Sol me inuitabat, fames admonebat, nubes minabantur, tamen exhausi totum. Non tantū delectatus, sed gauisus sum. Quid ingenij iste habuit, quid animi dicerem, quid impetus, si inter-

si interquieuisset, si interuallo surrexisset. Nunc non fuit impetus, sed tenor, compositio uirilis & sancta. Nihilominus interueniebat dulce illud & loco lene. Grandis erectus es, hoc te uolo tenere, sic ire. Fecit aliquid et materia. Ideò eligenda est fertilis, quę capiat ingeniū, quæ excitet. De libro tuo plura scribam, cum illum retractauero, nunc uerò parum mihi sedet iudicium, tanquam audierim illa, non legerim. Sine me & inquirere. Non est quod uereris, uerum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes, propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur, nisi quod etiam ubi causa subla ta est, mentimur & consuetudinis causa. Vale.

EPIST. XLVII. De familiaritate habenda cum seruis, & ipsos diligendos esse.

Libenter ex his qui ad te ueniūt cognoui, familiariter te cum seruis tuis uiuere: hoc prudentiā tuam, hoc eruditionē decet. Serui sunt? imò homines. Serui sunt? imò contubernales. Serui sunt? imò humiles amici. Serui sunt? imò conserui, si cogitaueris tantundem in utroscę licere fortunæ. Itaq; rideo istos, qui turpe existimant cum seruo suo cœnare. Quarer? nisi quia superbissima cōsuetudo† cœnantē dominum stantiū seruorū turba circumdedit? Est ille, plus quàm capit, & ingenti auiditate onerat distentū uentrē, ac desuetum iam uentris officio, ut maiore opera omnia egerat cę ingessit. At infelicibus seruis mouere labra, ne in hoc quidē, ut loquantur, licet: uirga murmur omne cōpescitur: et ne fortuita quidem uerberibus excepta sunt, tussis, sternutamenta, singultus: magno malo ulla uoce interpellatum silentium luitur, nocte tota ieiuni, mutiq; perstant. Sic fit ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illis quibus nō tantū corā dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorū os nō consuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem, periculum imminens, in caput suū auertere. In conuiuijs loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantiæ prouerbium iactatur, Totidem esse hostes, quot seruos. Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia & inhumana prætereo, quod nec tanq; hominibus qui dem, sed tanq; iumentis abutimur: qui cū ad cœnandū discumbimus, alius sputa detergit, alius reliquias temulentorū subditus colligit, alius preciosas aues scindit per pectus & clunes certis ductibus circūferens erudita manu frusta excutit. Infelix qui huic uni rei uiuit, ut altilia decenter secet, nisi quod miserior est, qui hoc uoluptatis causa docet, quàm qui necessitatis discit. Alius uini minister in muliebrem modū ornatus, cū ætate luctatur. Non potest effugere pueritiam, sed retrahitur. Lamq; militaris habitus glaber † restrictis pilis, aut penitus euulsis, tota nocte perui gilat, quam inter ebrietatē domini ac libidinem diuidit, & in cubiculo uir, & in conuiuio puer est. Alius cui conuiuarum † censura permissa est, perstat infelix & expectat, quos adulatio, & intēperantia, aut gula, aut linguæ reuocet in crastinū. Adijce obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius rei illum sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cū his cœnare nō sustinet, & maiestatis suæ diminutionē putat, ad eandem mensam cum seruo suo accedere. Dij melius, quod ex istis dominos habent. Stare ante limen Calixti dominum suum uidi, & eum qui illi impegerat titulū, qui inter ridicula mancipia produxerat, alijs intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus. Ille in primam decuriam delectus, in qua uocem pręco experitur, & ipse illum inuicē † apologauit, & ipse non iudicauit domo sua dignum. Dominus Calixtū uendidit, sed domino quammulta Calixtus. Vis tu cogitare istum, quem seruum tuum uocas, ex hisdem seminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè spirare, æquè uiuere, æquè mori? Tu tam illum ingeniū uidere potes, quàm ille te seruum. Mariana clade quàm multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit, alium ex illis pastorē, aliū custodem casæ fecit. Contemne nunc eius fortunæ hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum immittere, & de usu seruorum disputare, in quo superbissimi, crudelissimi, & contumeliosissimi sumus. Hæc tamen præcepti mei summa est, Sic cum inferiore uiuas, quemadmodū tecum superiorem uelis uiuere. Quoties in mentem uenerit, quantum tibi in seruū liceat, ueniat in mentem, tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominū. Bona ætas est

al. cœnanti dominо.

Quot seruos habemus, totidē habemus hostes.

al. retritis

aliter, cura

forte, ablegauit.

forsitan

Universidad de Deusto
Biblioteca

forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit, qua Crœsus, qua Darij ma-
3 ter, qua Plato, qua Diogenes? Viue cum seruo clementer. In iter quoq; & in sermonē admitte, & in consilium, & in conuictum. Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum, Nihil hac re humilius, nihil turpius. Hos ego eosdē deprehendā, alienorum seruorum osculantes manū. Ne illud quidem uidetis, quam omnē inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliā seruis detraxerint? Dominū patrem familiæ appellauerunt, seruos (quod etiā in mimis adhuc durat) familiares. Instituerunt diem festū, non quo solū cum seruis domini uescerentur, sed quo utiq; honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt, & domū pusillam rempublicā esse iudicauerunt. Quid ergo? Omnes seruos admouebo mensæ meæ? Non magis q̄ omnes liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operæ reiecturum, ut puta illum mulionē, & illū bubulcum. Non ministerijs illos æstimabo, sed moribus. Sibi quisq; dat mores, ministeria casus assignat. Quidam cœnēt tecū, quia digni sunt, quidā ut sint. Si quid enim in illis ex sordida conuersatione seruile est, honestiorum conuictus excutiet. Non est mi Lucili, quod amicum tantum in foro & in curia quæras, si diligenter attenderis, & domi inuenies. Sæpe bona materia cessat sine artifice. Tenta & experire. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex ueste, aut ex conditione, quæ uestis modo nobis
4 circumdata est, æstimat. Seruus est, sed fortasse liber animo. Seruus est, hoc illi non nocebit. Ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auariciæ, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem aniculæ seruientem. Dabo anicillulę diuitem. Ostendam nobilissimos iuuenes mancipia Pantomimorū, nulla seruitus turpior est, quàm uoluntaria. Quare non est quod fastidiosi te deterreant, quo minus seruis tuis hilarem te præstes, & non superbe superiorem. Colant potius te, quàm timeant. Dicet nunc aliquis me uocare ad pileum seruos, & dominos de fastigio suo deijcere, quod dixi, colant potius dominum, quàm timeant. Itaq;, inquit, prorsus colant tanq; clientes, tanquam salutatores. Hoc qui dixerit, obliuiscetur, id dominis parum esse quod deo satis est, qui colitur et amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo te facere iudico quod timeri à seruis tuis nō uis, quod uerborum castigatione uteris. Verberibus mul-
5 ta admonentur, non quicquid nos offendit, & lædit. Sed ad rabiem cogunt uenire delicię, ut quicquid non ex uoluntate respondit, iram prouocet. Regum nobis induimus animos. Nam illi quoq; obliti, & uirium suarum, & imbecillitatis alienæ, sic exardescunt, sic sæuiunt, quasi iniuriam acceperint, à cuius rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos præstat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant, quærendo acceperunt iniuriam, ut facerent. Diutius te me morari nolo. Non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi & permanent: leuis est malicia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud. Vale.

Vocare ad pileum.

EPIST. XLVIII. Longiore mora opus esse in solutione quàm propositione quæstionis, & quod amicitia omnia communicat.

AD epistolam quam mihi ex itinere misisti, tam longā, quàm ipsum iter fuit, postea rescribam, Seducere me debeo, & quid suadeam circumspicere. Nam tu quoq; qui consulis, diu an consuleres cogitasti, quanto magis hoc mihi faciendum est, cū longiore mora opus sit, ut soluas quæstionē, q̄ ut proponas? Vtiq; cū aliud tibi expediat, aliud mihi, iterū ego tanq; Epicureus loquor. Mihi uerò id expedit, quod tibi, aut non sum amicus, nisi quicquid agitur ad te pertinens, meum est. Cōsortium rerū omnium inter nos facit amicitia, nec secundi quicquam singulis est, nec aduersi. In commune uiuitur. Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas conuertit. Alteri uiuas oportet, si uis tibi uiuere. Hæc societas diligenter et sancte obseruanda est, quæ nos omnes hominibus miscet, & indicat aliquod esse cōmune ius generis humani, plurimum ad illam quoq; (de qua loquebar) interiorē societatem amicitiæ colendam proficit. Omnia enim cum amico communia habebit, qui multa cum homine. Hoc Lucili uirorum optime mihi ab istis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare debeā, quid homini, quàm quot modis amicus dicatur, et homo quàm multa

multa significet in diuersum. Ecce sapientia & stultitia dissident, cui accedo? in utram ire partem iubes? Illi homo pro amico est. Huic amicus non est pro homine: ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi uerba distorques, & syllabas digeris. Scilicet nisi interrogationes uaferrimas struxero, & conclusione falsa à uero nascens mendacium adstruxero, non potero à fugiendis petenda secernere. Pudet me, quod in re tam seria senes ludimus. Vale.

EPIST. XLIX. Notat eos, qui in tanta temporum ægestate pueriles sophismatibus indulgent.

MVs syllaba est, mus autem caseum rodit, syllaba ergo caseū rodit. Puta nunc me istud non posse soluere, quod mihi ex ista sententia periculum imminet quod incommodum? Sine dubio uerendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne quando si negligentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte acutior est illa collectio, Mus syllaba est, Syllaba autem caseum non rodit, mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias, in hoc supercilia subduximus, in hoc barbā demisimus, hoc est, quod tristes docemus & pallidi? Vis scire quod philosophia promittat generi humano consilium? Alium mors uocat, alium paupertas urit, alium diuitiæ, uel alienæ torquēt, uel suæ. Ille malam fortunam horret, hic se felicitati suæ subducere cupit, hunc homines male habent, illum dij. Quid mihi lusoria ista proponis? non est iocandi locus ad miseros aduocatus es. Opem te laturum naufragis, captis, ægris, egentibus, intentæ securi subiectum præstantibus caput, pollicitus es. Quo diuerteris? quid agis? hic cum quo ludis, timet. Succurre, quisquis eloquentior es pereuntium pœnis. Omnes undiq; ad
7 te manus tendunt, perditæ uitæ, perituræq; auxilium aliquod implorant, in te spes opesq; sunt. Rogant ut ex tanta illos uoluptatione extrahas, ut dissectis & errantibus clarum ueritatis lumē ostendas. Dic quid natura necessarium fecerit, quid superuacuum, quàm faciles † leges posuerit, quàm iucunda sit uita, quàm expedita illas sequentibus, quàm acerba & implicita eorum, qui opinioni plus quàm naturæ crediderūt. Si prius docueris, † quæ partem eorum leuatura sint. Quid istorū cupiditates demit, quid temperat? Vtinam tantum prodessent, quantum nocent. Hoc tibi cum uoles manifestissimum faciam, & cōminui et debilitari generosam indolem in istas argutias coniectam.
8 Pudet dicere contra fortunam militaturis, quæ porrigant tela, quemadmodum illos subornent. Hac ad summum bonum itur, per istud philosophiæ sunt nigræ, & turpes, infames q̄ etiam ab album sedentibus, exceptiones. Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm ut formula cecidisse uideatur? Sed quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Quid discreditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti effecturos uos, ut non magis auri fulgor, quàm gladij perstringat oculos meos, ut ingenti constantia, & quod omnes optant, & quod omnes timent calcem, ad Grāmaticorum elementa descenditis? Quid dicitis? sic itur ad astra? hoc enim est quod philosophia mihi promittit, ut me parē deo faciat, ad hoc inuitatus sum, ad hoc ueni, fidem præsta, quantum potes. Ergo mi Lucili reduc te ab istis exceptionibus & præscriptionibus philosophorum. Aperta decent & simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset ætatis, parce iam dispensandum erat, ut sufficeret necessarijs. Nunc quæ dementia est superuacua discere in tanta temporis egestate? Vale.

al. necessitates

al. quàm

EPIST. L. De uelocitate temporis, non in quæstionibus puerilibus expendenda, sed exhortatione uirtutis redimenda.

EST quidem mi Lucili supinus & negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur, tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria euocant, nec extinctam memoriam reddunt, sed quiescentem irritant: sicut dolorem lugentiū, etiam si mitigatus est tempore, aut seruuli familiaris amissio, aut uestis, aut domus renouat. Ecce Campania, & maxime Neapolis, ad Pompeiorum tuorum conspectum incredibile est, quàm recens desideriū tui fecerit. Totus mihi in oculis es, cum maxime à te discedo, uideo lachrymas conbibentem, & affectibus tuis inter ipsam coërtionem exeuntibus † nobis, satis resistentem. Modo amisisse te ui-

al. nouis

Universidad de Deusto
Biblioteca

deor. Quid enim non modo est, si recorderis. Modo apud Socionem philosophum puer sedi, modo causas agere cœpi, modo desij uelle agere, modo desij posse. Infinita est uelocitas temporis, quæ magis apparet respicientibus. Nam ad præsentia intentos fallit, adeo præcipitis fugæ translitus leuis est. Causam huius rei quæris? quicquid temporis transijt, eodem loco est, pariter aspicitur, una iacet, omnia inde in profundum cadunt, & alioquin nō possunt longa interualla esse in ea re, quæ tota † uix est, Punctum est quod uiuimus, & adhuc puncto minus, sed hoc minimum specie quadam longioris spacij natura diuisit. Aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quandam ab adolescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto quot gradus posuit. Modo te prosecutus sum, & tamen hoc modo, ætatis nostræ portio est, cuius breuitatem aliquando futuram cogitemus. Non solebat mihi tam uelox tempus uideri. Nunc incredibilis cursus apparet, siue quia admoueri lineas sentio, siue quia attendere cœpi & computare damnum meum, eo magis utiq; indignor aliquos ex hoc tempore (quod sufficere nec ad necessaria quidē potest, etiam si custoditum diligentissime fuerit) in superuacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplicetur tibi ætas habiturum se tempus quo legat Lyricos, eodem modo Dialecticos. Tristius inepti sunt. Illi ex professo lasciuiunt, hi agere seipsos aliquid existimant: nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum, & à limine salutanda, in hoc unum, ne uerba nobis dentur, & aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse, quàm soluere? Securi est & ex cōmodo migrantis minuta conquirere. Cum hostis instat à tergo, & mouere se iussus est miles, excutit necessitas quicquid pax otiosa collegerat. Non uacat mihi uerba dubie cadentia consectari, & uafriciam in illis meam experiri. Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis Ferrum acuant portis. Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiendus est. Demens omnibus merito uiderer, si cum saxa in munimentum murorum senes fœminæq; congererent, cum iuuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut poscerer, cum hostilia in portis tela uibrarent, & ipsum solum suffossionibus & cuniculis tremeret, sederem otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponens: quod non perdidisti habes, cornua autem non perdidisti, cornua ergo habes, aliaq; ad exemplum huius acutæ delirationis concinnata. Arguí æque licet demens tibi uidear, si istis impendero operam. Et nunc obsideor, tunc tamen periculum mihi obsesso externū immineret, murus me ab hoste secerneret. Nunc mortifera mecum sunt. Nunc uaco ad istas ineptias. Ingens negocium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit uita, aduersus hæc me doce, aliquid affer, ne mortem fugiam, uita me non effugiat. Exhortare aduersus difficilia de æquanimitate, aduersus ineuitabilia, angustias temporis mei laxa, doce non esse positum bonum uitæ in spacio eius, sed in usu, posse fieri, imò sæpe fieri, ut qui diu uixit, parū uixerit. Dic mihi dormituro, potes non expergisci, dic experrecto, potes non dormire amplius. Dic exeunti, potes non reuerti. Dic redeunti, potes non exire. Eras si in nauigatione tantum existimas minimum esse, quo morte uita diducitur. In omni loco æque tenue interuallū est. Non ubiq; se mors tam prope ostendit, ubiq; tam propè est. Has tenebras discute, & facilius ea trades, ad quæ præparatus sum. Dociles natura nos ædidit, & rationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset, De iusticia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraq;, & illa cui alieni corporis abstinentia est, & hac, cui sui cura. Si me uolueris per deuia ducere, facilius ad id quò tendo perueniam. Nam (ut ille ait Tragicus) Veritatis simplex oratio est. Ideoq; illam implicare non oportet, nec enim quicquam minus conuenit, quàm subdola ista callidi-
tas, animis conantibus magna. Vale.

al. breuis

Veritatis simplex oratio.

EPIST. LI. De falsa excusatione peccantium, & qualiter possit prauitas etiam indurata corrigi, & quod uirtutes sunt quasi bona naturalia.

EPistolam tuam accepi post multos menses, quàm miseras, superuacuum itaq; putaui ab eo qui afferebat, quid ageres, quærere. Valde enim bonæ memoriæ est, si meminit, & tamen spero te sic iam uiuere, ut ubicunq; eris, sciam quid agas. Quid enim aliud

aliud agas, quàm ut meliorem te ipse quotidie facias, ut aliquid ex † erroribus ponas, ut intelligas tua uitia esse, quæ putas rerum? Quædam enim locis & temporibus ascribimus. At illa quocunq; transierimus secutura sunt. Harpasten uxoris meæ fatuā, scis hæreditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim † auariſſimus ab istis prodigijs sum, si quando fatuo delectari uolo, non est mihi longe quærendus, me rideo. Hæc fatua subito desijt uidere. Incredibilē tibi narro rem, sed ueram, nescit esse se cæcam, sub inde pædagogū suum rogat, ut migret, ait domum tenebrosam esse. Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi. Nemo se auarū esse intelligit, nemo cupidum. Cæci tamen ducem quærunt, nos sine duce erramus, & dicimus, non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romæ potest uiuere. Nō ego sumptuosus, sed urbs ipsa magnas impēsas exigit. Non est meum uitium quod iracundus sum, quod nondū constitui certum genus uitæ, adolescētia hæc facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum, intra nos est, in uisceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus, Si † scrutari cœperimus, quādo tot morbos, tantasue † ægritudines discutiemus? Nunc uero nec quærimus quidem medicū, qui minus negocij haberet, si adhiberetur ad recens uitium. Sequerentur teneri & rudes animi, recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentē. At me hercules, turpe est magistrū huius rei quærere. Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere, laborandum est, & (ut uerū dicam) ne labor quidē magnus est, si modo (ut dixi) ante animū nostrū formare incipimus, & recorrigere, q̄ indurescat prauitas eius, sed nec indurata despero: Nihil est quod non expugnet pertinax opera & intenta ac diligēs cura. Robora in rectum, quamuis flexa, reuocabis. Curuatas trabes calor explicat, & aliter natæ, in id finguntur, quod usus noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obsequentior? Quid enim aliud est animus, q̄ quodam modo se habens spiritus? Vides aūt tanto spiritū esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est. Illud mi Lucili non est quod te impediat, quo minus de nobis bene speres, quod malitia iam nos tenet, quod diu in possessione nostri est. Ad neminē ante bona mens uenit, q̄ mala. Omnes præoccupati sumus, uirtutes discere, uitia dediscere, sed eo maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quo semel traditi boni perpetua possessio est. Non dediscitur uirtus. Contraria enim mala in alieno hærent. Ideo expelli & † extirpari possunt: fideliter sedent, quæ in locum suum uenīūt: uirtus secundū natura est, uitia inimica & infesta sunt. Sed quemadmodum uirtutes † retentæ exire non possunt, facilisq; earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum: quia hoc primum imbecillæ mētis atq; ægræ est formidare inexperta. Itaq; cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est acerba medicina: protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remedi orum post sanitatem uoluptas est, philosophia pariter & salutaris & dulcis est. Vale.

al. alieniſſ. 10

al. curari al. res

al. exturbari al. recte, aut receptæ.

LIBRI SEXTI.

EPIST. XLVI.

Dulce illud & loco lene. In quibusdam erat leue. Loco dixit pro in tempore: Interueniebat lenitas, sed in loco. 1

EPIST. XLVII.

Frustra excutit. Alius habebat in frusta, alius frusta, omissa præpositione. Opinor legendum, erudita manu frusta excutit, quod & hodie faciunt aulicorum ministri in quadris panarijs. 2

Mus syllaba est. Hæc pars est epistolæ superioris. Erroris causam fuisse suspicor, quod doctus aliquis annotarat argumentum loci. Notat eos qui in tanta, &c. & ideò putauit esse initium nouæ epistolæ.

In iter, quidam habebat, comiter, & placet, quamq; altera quoq; tolerabilis. 3

Sic erat in quodam, Seruus est, hoc illi, alijs non nocebit. sed non admodum placet. 4

Sic legebatur in quodam, non quod nos offendant quod lædant, sed ad. &c. 5

Rectius ita scriptum erat in quodam, uis scire quid philosophia promittat generi humano? Consilium. 6

EPIST. XLIX.

Succurre, quid quod laqueati respondent in pœnis. In alijs erat, Quisquis eloquentior es in pœnis: quicquid laqueati respondentium pœnis. Vnus codex Anglicus habebat, quisquis eloquentior es pereuntium pœnis, quod sequuti sumus: non quod per omnia satisfaciat, sed quod minimum displiceat. Si pro respondent legas: despondent, pro desperant, tolerabilis erit lectio. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Rectius habebatur in quodam, Vtinam tantum non prodesſent. Nocent. uim enim coniunctionum ſupplet pronunciatio: poſt ſilentium acutiore uoce accinitur, nocent.

9 Pro Nunc uaco, rectius erat Non uaco. Quanquam alterius lectionis idem eſt ſenſus, ſi legatur per interrogationem.

EPIST. L.

10 Ipſe enim auariſſimus ab iſtis prodigijs ſumpſi. Conſentiebant exemplaria: Suſpicor tamen legendum, Ipſe enim alieniſſimus ab iſtis prodigijs ſum. Rodolphus notaret, auerſiſſimus, & placet.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER SEPTIMVS.

EPIST. LII. Amœnas regiones uitandas eſſe rationibus, & exemplis docet.

QVomodo quiſq; poteſt mi Lucili, tu iſtic habes Aetnam, & illū nobiliſſimū Siciliæ montē, quē quare dixerit Meſſala unicū, ſiue Valgius (apud utrūq; enim legi) nō reperio, cū plurima loca euomāt ignem, non tantū ædita, quod crebrius euenit, uidelicet quia ignis in altiſſimū effertur, ſed etiā iacentia. Nos utcunq; poſſumus, cōtenti ſumus Baijs, quas poſtero die, quā attigerā, reliqui, locū ob hoc deuitandū, cū habeat quaſdā naturales dotes, quia ſibi illū celebrandū luxuria deſumpſit. Quid ergo? ulli loco indicendū eſt odium? minime. Sed quemadmodū aliqua ueſtis ſapienti ac probo uiro magis cōuenit q̄ alia, nec ullū colorē ille odit, ſed aliquē putat parū aptum eſſe frugalitatē profeſſo: ſic regio quoq; eſt, quā ſapiens uir, aut ad ſapientiā tendens declinet, tanq̄ alienam bonis moribus. Itaq; de ſeceſſu cogitans, nunq̄ Canopū elidet, quamuis neminē Canopus eſſe frugi uetet. Ne Baias quidē. Diuerſoriū uitiorū eſſe cœperūt. Illic ſibi plurimū luxuria permittit, Illic tanq̄ aliqua licētia debeatur loco, magis ſoluitur. Non tantū corpori, ſed etiā moribus ſalubrem locū eligere debemus. Quemadmodū inter tortores habitare nolim, ſic nec inter popinas quidē. Videre ebrios per littora errantes, & comeſſationes nauigantiū, & ſymphoniarū cantibus perſtrepentes lacus, & alia quæ uelut ſoluta legibus luxuria, non tantū peccat, ſed publicat, quid neceſſe eſt? Id agere debemus, ut iritamenta uitiorū q̄ longiſſime profugiamus. Indurandus eſt animus, & à blandimētis uoluptatū procul abſtrahendus. Vina Hannibalē hyberna ſoluerunt, & indomitū illum niuibus atq; Alpibus uirū eneruauerunt fomenta Campaniæ. Armis uicit, uitijs uictus eſt. Nobis quoq; militandū eſt, & quidē genere militiæ, quo nunq̄ quies, nunquā ocium datur. Debellandæ ſunt in primis uoluptates quæ (ut uides) ſæua quoq; ad ſe ingenia rapuerūt. Si quis ſibi propoſuerit, quantū operis aggreſſus ſit, ſciet nihil delicate, nihil molliter eſſe faciendū. Quid mihi cū iſtis calentibus ſtagnis? quid cū ſudatorijs, in quæ ſiccus uapor corpora exhauſturus includitur? Omnis ſudor per laborem exeat. Si faceremus quod fecit Hannibal, ut interrupto curſu rerū, omiſſoq; bello, fouendis corporibus operā daremus, nemo non intempeſtiuā deſidiā, uictori quoq; nedū uincenti periculoſam, merito repræhēderet. Minus nobis q̄ illis punica ſigna ſequentibus licet. Plus periculi reſtat cedentibus, plus operis etiam perſeuerantibus, fortuna mecū bella gerit. Non ſum imperata facturus. Iugū non recipio, imò (quod maiore uirtute faciendū eſt) excutio. † Non eſt emolliendus animus. Si uoluptati ceſſero, cedendū eſt dolori, cedendū labori, cedendū eſt paupertati. Idem ſibi in me iuris eſſe uolet, & ambitio, & ira. Inter tot affectus diſtrahar, imò diſcerpar, libertas propoſita eſt, ad hoc præmiū laboratur. Quæ ſit libertas, quæris? Nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, fortunā in æquū deducere, quo die intellexero illā plus poſſe, nil poterit. Ego illā feram, cū in manu mors ſit? His cogitationibus intentū, loca ſeria ſanctaq̄ eligere oportet. Effœminat animos amœnitas, † Amœna ſine dubio alia quid ad corrumpendū uigorē poteſt regio. Quamliber uiā iumenta patiuntur, quorū durata in aſpero ungula eſt, In molli paluſtriq̄ paſcuo ſaginata cito ſubterūtur. Et fortior miles ex confragoſo uenit. Segnis eſt urbanus & uerna. Nullū laborē recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. In primo deficit puluere ille unctus & nitidus. Seuerior loci diſciplina firmat ingeniū, aptumq̄ magnis conatibus reddit. Literi honeſtius Scipio q̄ Baijs exulabat. Ruina eius non eſt tam molliter collocanda. Illi quoq; ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes tranſtulit, C. Marius, & Cn. Pompeius, & Cæſar extruxerunt quidem uillas in regione Baiana, ſed illas impoſuerunt

al. non eſt emoti iudicij animus.

al. Inimica nec dubie.

1

2

fuerunt ſummis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito ſpeculari late longeq̄ ſubiecta. Aſpice quam poſitionem elegerunt, quibus edificia excitauerunt locis, & qualia, ſcias non uillas eſſe, ſed caſtra. Habitaturū tu putas unquam fuiſſe in Vtica Catonem, ut præternauigantes adulteras dinumeraret, & aſpiceret, tot genera cymbarum uarijs coloribus picta, & † fluctuantem toto lacu roſam, ut audiret canentium nocturna † conuiuia, nōne manere ille intra uallum maluiſſet, quàm ibi unam noctem anxius ipſe duxiſſet? Quid ni malit quiſquis uir eſt, ſomnum ſuum claſſico quàm ſymphonia rumpi? Sed ſatis diu cum Baijs litigauimus, nunq̄ ſatis cū uitijs, quæ oro te mi Lucili perſequere, ſine modo, ſine fine, nam illis quoq; nec finis eſt nec modus. Proijce quęcunq; cor tuum laniant, quæ ſi aliter extrahi nequirēt, cor ipſum cum illis reuellendum erat. Voluptates præcipue exturba, & inuiſiſſimas habe latronum more quos Philiſtas Aegyptij uocant. In hoc nos amplectuntur, ut ſtrangulent. Vale.

al. fluitantem
al. conuicia

EPIST. LIII. De tribus hominum generibus ad philoſophiam uenientium, & quis in hac uita ſit eligendus adiutor.

QVid eſt hoc Lucili, quod nos aliò tendentes, aliò trahit, & eò unde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cū animo noſtro, nec permittit nobis quicq̄ ſemel uelle? fluctuamus inter uaria conſilia, nihil libere uolumus, nihil abſolute, nihil ſemper. Stulticia, inquis, eſt, cui nihil conſtat, nihil diu placet. Sed quomodo nos, aut quādo nos ab illa reuellemus? Nemo per ſe ſatis ualet, ut emergat, oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quoſdam ait Epicurus ad ueritatē ſine ullius adiutorio exiſſe, feciſſe ſibi ipſos uiam, Hos maxime laudat, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſeipſos protulerunt: quoſdam indigere ope aliena, non ituros ſi nemo præceſſerit, ſed bene ſecuturos, Ex his Metrodorum ait eſſe. Egregium hoc quoq;, ſed ſecundæ ſortis ingenium. Nos ex illa prima nota non ſumus, bene nobiſcum agitur, ſi in hanc ſecundam recipimur. Nec hunc quidem contempſeris hominem, qui alieno beneficio eſſe ſaluus poteſt, & hoc multum eſt, uelle ſeruari. Præter hæc adhuc inuenies aliud genus hominum, ne ipſum quidem faſtidiendum, eorum qui cogi ad rectum compelliq̄ poſſunt, quibus non duce tantum opus ſit, ſed adiutore, & ut ita dicam, coactore. Hic tertius color eſt. Si quæris huius exemplar, Hermacum ait Epicurus talem fuiſſe. Itaq; alteri magis gratulatur, alterum magis ſuſpicit. Quamuis enim ad eundem finem uterq; peruenerit, tamen maior eſt laus idem effeciſſe in difficiliore materia. Puta enim duo ædificia excitata eſſe, ambo paria, æque excelſa atq; magnifica, alterum puram aream accepit, illic protinus opus creuit, alterius fundamenta laſſauerunt, in mollem ac fluidam demiſſa humum, multumq̄ laboris exhauſtum eſt, dum peruenitur ad ſolidum. Apparet in altero, quicquid factum eſt, alterius magna pars & difficilior latet. Quędam ingenia facilia & expedita, quædam manu (quod aiunt) facienda ſunt, & in fundamentis ſuis occupanda. Itaq; ego illū feliciorem dixerim, qui nihil negocij ſecū habuit. Hunc quidem de ſe melius meruiſſe, qui malignitatem naturæ ſuæ uicit, & ad ſapientiam ſe non perduxit, ſed extraxit. Hoc durum & laborioſum † negocium nobis datum ſcias, ſcilicet imus per obſtantia. Itaq; pugnemus, aliquorum inuocemus auxilium. Quem inquis, inuocabo? hunc aut illum. Tu uero etiam ad priores reuertere qui uacant, Adiuuare nos poſſunt non tantum qui ſunt, ſed & qui fuerunt. Ex hijs autem qui ſunt eligamus non eos, qui uerba magna celeritate præcipitant & communes locos uoluunt & in priuato circulantur: ſed eos qui uitam docent, qui cum dixerint quid faciendum ſit, probant faciendo, qui docent quid uitandū ſit, nec unquam in eo quod fugiendum dixerint, depræhenduntur. Eum elige adiutorem, quem magis admireris cum uideris quàm cum audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoq; audire, quibus cōſuetudo eſt admittere populum ac diſſerere, ſi modo hoc propoſito in turbam prodeunt ut meliores fiant, faciantq̄ meliores, ſi non ambitionis hoc cauſa exercent. Quid enim turpius philoſophia captante clamores? Nunquid æger laudat medicum ſecantem? Tacete, facturo uitiorum ueſtrorum ingemiſcatis. Teſtari uultis attendere uos moueriq̄ rerum magnitudine, ſanè liceat: ut quidem iudicetis & feratis de meliore ſuffragium, quid ni

al. ingenium

1 3 non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non permittam? Apud Pythagoram discipulis quinq; annis tacendum erat. Nunquid ergo existimas statim illis & loqui & laudare licuisse? Quanta autem demētia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid lætaris quod ab hominibus ijs laudaris, quos non potes ipse laudare? Disserebat populo Fabianus: sed audiebatur modeste. Erumpebat interdum magnus clamor laudantiū, sed quem magnitudo rerum euocauerat, non sonus inoffensæ ac molliter orationis elapsæ. Interest aliquid inter clamorem theatri & scholæ. Est aliqua & laudandi licētia. Omnia rerum omnium si obseruentur indicia sunt, & argumentum morum ex minimis quoq; licet capere. Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, ut unum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum risus, insanum uultus habitusq; demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis quisq; sit scies si quemadmodum laudetur aspexeris. Hinc atq; illinc philosopho manus auditor intentat, & super ipsum caput mirantium turba consistit. Non laudatur ille nunc si intelligas, sed conclamatur. Relinquantur istæ uoces illis artibus, quæ propositū habent placere populo, philosophia adoretur. Permittendum erit aliquando iuuenibus sequi impetum animi. Tunc autem hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus, & animos adolescentium extimulat. Ad rem commoueantur, non ad uerba composita. Alioquin nocet illis eloquentia, si non rerū cupiditatem facit sed sui. Differam hoc in præsenti. Desiderat enim propriam & longam executionem, quemadmodum populo differendū, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam, non erit dubium postquam prostituta est, sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non institorem sed antistitem nacta est.

EPIST. LIIII. De tempestate & nausea, quam passus est in mari, summit tens differentiam inter corporalia & spiritalia.

QVid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut nauigarē? Soluī mari languido, erat sine dubio cœlū graue sordidis nubibus, quæ ferè aut in aquam aut in uentum resoluuntur: sed putaui tam pauca milia à Parthenope tua usque Puteolos surripi posse, quamuis dubio impendente cœlo. Itaq; quo celerius euaderem protinus per altum ad Nesida direxi, præcisurus omnes sinus. Cum iam eò processissem ut mea nihil interesset, utrum irem an redirem, primum æqualitas illa quæ me corruperat perijt. Nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris ac subinde crebrior fluctus. Cœpi gubernatorem rogare ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille aspera esse & importuosa, nec quicquam se æque in tempestate timere q̄ terram. Peius autem † ferebar, quàm ut periculum mihi succurreret. Nausea enim me segnis hæc & sine exitu torquebat, quæ bilem mouet nec effundit. Instiri itaq; gubernatori, & illum uellet nollet coēgi ut peteret littus. Cuius ut uiciniam attigimus, non expecto ut quicquam ex præceptis Virgilij fiat. Obuertant pelago proras, aut anchora de prora iaciatur: sed memor artificij mei ueteris, frigidæ cultor, mitto me in mare quomodo psychrolutā decet gausapatus. Quę putas me passum, dum per aspera † eripior, dum uiam quęro, dum facior? Intellexit non immerito nautis terrā timeri. Incredibilia sunt quæ tulerim cum me ferre non possem. Illud scito Vlyssem nō fuisse tam irato mari natum, ut ubiq; naufragia faceret. Nauseator erat. Et ego quocunq; nauigare debuero, uicesimo anno perueniā.

5 Vt primum stomachum, quem scis non cum maris nausea effugere, collegi, ut corpus unctione recreaui, occœpi mecum cogitare, quanta nos uitiorum nostrorum sequeretur oblíuio, etiam corporalium quæ subinde admonent sui, nedum illorum quæ eo magis latent quo maiora sunt. Leuis † saltem motiuncula decipit, sed cum creuerit & 6 uera febris exarserit, etiam duro & perpessitio confessionem accepit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus, & aut talū extorsisse nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio & incipiente morbo, quæritur nomen, 7 qui ut talaria cœperit intendere, & utroscp dextros pedes ferierit, necesse est podagrā fateri. Contra euenit in ijs morbis, quibus afficiuntur animi, quo quis peius se habet, minus sentit. Non est quod mireris Lucili charissime. Nam qui leuiter dormit, & species secun-

al. uexabar

al. crepo

al. aliquem

ties secundum quietem capit, aliquando dormire se dormiens cogitat. Grauis somnus etiam somnia extinguit, animumq; altius mergit, q̄ ut uti ullo intellectu sinat. Quare uitia sua nemo cōfitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare uigilantis est, & uitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo ut errores nostros coarguere possimus. Sola aūt nos philosophia excitabit, sola somnum excutiet grauem. Illi te totum dedica, dignus illa es, illa te digna est. Ite in complexum, alter alterius, omnibus alijs te nega, fortiter, aperte. Non est quod precario philosopheris. Si æger esses curam intermisisses rei familiaris, & forensia tibi negotia excidissent, nec quenq; tanti putares, cui aduocatus in causam descenderes. Toto animo id ageres, ut quàm primū morbo liberareris. Quid ergo? Non & nunc idē facies? Omnia impedimenta dimitte & uaca bonæ menti. Nemo ad illam peruenit occupatus. Exercet philosophia regnū suum, dat tempus non accipit. Non est res subsiliua. Ordinaria est, domina est, adest et iubet. Alexander cuidam ciuitati partem agrorum & dimidium rerum omnium promittenti, eo, inquit, proposito ueni in Asiam, ut non id acciperem quod dedisseris, sed ut id haberetis quod reliquissem. Idem philosophia rebus omnibus, non sum id tempus acceptura, quod uobis superfuerit: sed id habebitis quod ipsa redegero erogauero q̄. Totam huc conuerte mentem, huic asside, hanc cole, ingens interuallum inter te & cæteros fiat. Omnes mortales multos antecedes, non multo te dij antecedent. Quid inter te & illos † interim futurum sit quæris? Diutius erunt. At me hercule magni artifi cis est clausisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum deo omnis ætas patet. Est aliquid quo sapiens antecedat deum. Ille naturæ beneficio non timet, suo sapiens. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem dei. Incredibilis uis philosophiæ est ad omnem fortuitam uim retundendam. Nullum telum in corpore eius sedet, munita est solidaq; quædam defatigat, & uelut leuia tela laxo sinu eludit: quædam discutit, & in eum usq; qui miserat respuit. Vale.

al. interfuturum.

EPIST. LV. De morbo suspirij uel anhelitus, ubi mirabile documentum de morte subiungit, & q̄ sapiens de uita exit, non eiicitur.

LOngum mihi comitatum dederat, mala ualetudo, repente me inuasit. Quo genere inquis? prorsus merito interrogas, adeò nullum mihi ignotum est. Vni tamen morbo quasi assignatus sum, quem quare græco nomine appellem nescio. Satis enim apte dici suspirium potest. Breuis aūt ualde & procellæ similis impetus est, intra horā ferè desinit. Quis enim diu expirat? Omnia corporis aut incommoda aut pericula permeare transierūt. Nullū mihi uidetur molestius. Quid ni? Aliud enim quicquid est ægrotare est, hoc est animam agere. Itaq; medici hanc meditationem mortis uocant. Facit aliquando spiritus ille, qd sæpe conatus est. Hilarē me putas hæc tibi scribere, quia effugi? Si hoc fine quasi bona ualetudine delector, tā ridicule facio, q̄ ille quisquis se uicisse putat cum uadimonium distulit. Ego uerò & in ipsa suffocatione non desi cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est, inquā, tam sæpe mors experitur me? faciat. At ego illam diu expertus sum. Quando, inquis? Anteq; nascerer. Mors est nō esse. Id quale sit iam scio, hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est & fuisse anteq; prodiremus in lucem. Atqui nullam sensimus tunc uexationem. Rogo nō stultissimum dicas, si quis existimet lucernæ peius esse cum extincta est, q̄ antequam accenderetur? Nos quoq; & accendimur & extinguimur, medio illo tempore aliquid patimur. Vtrunq; uerò alta securitas est. In hoc enim mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, quum illa & præcesserit & secutura sit. Quicquid ante nos fuit, mors est. Quid enim refert, utrum non incipias, an desinas, cum utriusq; rei hic sit effectus, non esse. His & huiusmodi exhortationibus tacitis (nam uerbis locus nō aderat) alloqui me † detij: deinde paulatim suspiriū illud, quod esse iam anhelitus cœperat, interualla maiora fecit, & retardatum est ac remansit. Nec adhuc quamuis desierit ex natura fluit spiritus. Sentio hæsitationem quandam & eius moram. Quomodo uolet, dū modo nō ex animo suspirem: hoc tibi de me recipe, non trepidabo ad extrema, iā præparatus sum, nihil cogito de die toto. Illū lauda & imitare, quē non piget mori, cum iuuet uiuere. Quæ enim uirtus est, cum ejiciaris exire? tamen

al. non desi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men est & hic uirtus. Eijcior quidem, sed tanquam exeam. Et ideò nunquam eijcitur sapiens, quia eijci est inde expelli, unde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens, necessitatem effugit, quia uult quod ipsa coactura est. Vale.

EPIST. LVI. De uilla Vaciæ, & eius dispositione, & de ignaui uitio uitando, & quod solus sapiens nulla re sollicitus scit sibi uiuere.

AGestatione cum maximè uenio, non minus fatigatus, q̃ si tantum ambulassem, quantũ sedi: labor est enim diu ferri, ac nescio an eo maior, quia cõtra naturã est, quæ pedes dedit, ut per nos ambularemus, oculos, ut per nos uideremus. Debilitatem nobis induxere delitiæ, & quod diu noluimus, posse desiuimus. Mihi tamen necessarium erat concutere corpus, ut siue bilis insederat faucibus discuteretur, siue ipse ex alia qua causa spiritus densior erat, extenuaret illũ iactatio, quam profuisse mihi sensi. Ideò diutius uehi perseueraui, inuitãte ipso littore, quod inter Cumas & Seruilij Vaciæ uillam curuatur, & hinc mari, illinc lacu, uelut angustũ iter claudit. Erat enim à recenti tempestate maris spissius. Fluctus autẽ illud (ut scis) frequens & cõcitatus exæquat, longior tranquillitas soluit, cum arenis quæ humore alligantur succus abscessit. Ex eõ suetudine tamen mea circunspicere cœpi, an aliquid illic inuenirem, quod mihi bono posset esse, & direxi oculos in uillam, quæ aliquando Vaciæ fuit. In hac ille prætorius diues, nulla alia re quàm ocio notus, cõsenuit, & ob hoc unum felix habebatur. Nam quoties aliquos amicitiæ Asinij Galli, quoties Seiani odiũ, deinde amor merserat (æque enim offendisse illũ, q̃ amasse periculosum fuit) exclamabant homines, O Vacia solus scis uiuere. At ille latere sciebat, non uiuere. Multum autem interest, utrum uita tua ociosa sit, an ignaua. Nunq̃ aliter hanc uillam Vacia uiuo prꝛteribam, q̃ ut dicerẽ, Vacia hic situs est. Sed adeò mi Lucili philosophia sacrum quiddam est, & uenerabile, ut etiam si quid illi simile est, mendacio placeat. Ociosum enim hominem seductũ existimat uulgus & securum, & se contentum, sibiq̃ uientem, quorum nihil ulli contingere, nisi sapienti potest. Ille quidẽ nulla re sollicitus scit sibi uiuere. Ille enim (quod est primum) scit uiuere. Nam qui res & homines fugit, quem cupiditatũ suarũ infelicitas relegauit, qui alios feliciores uidere non potuit, qui uelut timidum atq̃ iners animal metu oblituit, ille sibi non uiuit, sed (quod est turpissimũ) uentri, somno, libidini. Non continuo sibi uiuit, qui nemini. Adeò tamen magna res est constantia, & in proposito suo perseuerantia, ut habeat autoritatem inertia quoq̃ pertinax. De ipsa uilla nihil possum tibi certi scribere, frontem enim eius tantum noui, & exposita, quæ ostendit etiam transeuntibus. Speluncæ sunt duæ magni operis, laxo atrio, † paries manu factus, quarum altera solem non recipit, & altera usq̃ in occidentem tenet. Prata bona, medius riuus & à mari & ab Acherusio lacu receptus Euripi modo diuidit, alendis piscibus (etiam si assiduo exhauriatur) sufficiens. Sed illi cũ mare patet, parcitur: cũ tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen est cõmodissimũ in uilla, quod Baias trans parietem habet, incõmodis illarũ caret, uoluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse noui, † nunc esse illas totius anni credo. Occurrit enim Fauonio, & illũ adeò excipit, ut Baias neget. Non stulte uidetur eligisse hũc locũ Vacia, in quẽ ociũ suũ pigrũ iam & senile conferret. Sed non multũ ad tranquillitatẽ locus confert, animus est, qui sibi cõmendat omnia, Vidi ego in uilla hilari & amœna mœstos, uidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes, ideò parum bene cõpositũ esse te, q̃ in Campania nõ es. quare aũt nõ es? hucusq̃ cogitationes tuas mitte. Cõuersari cũ amicis absentibus licet, & quidẽ quoties uelis, quãdiu uelis, magis hac uoluptate, quæ maxima est fruimur, dũ absumus. Præsentia enim nos delicatos facit, & quia aliquando unà loquimur, ambulamus, cõsedimus, cũ diducti sumus, nihil de his quos modo uidimus, cogitamus: & ideò æquo animo ferre debemus absentiã, quia nemo non multũ etiam præsentibus abest. Pone hic primũ noctes separatas. Deinde occupationes utrinq̃ diuersas, deinde studia secreta, suburbanas profectiones, ut debis non multum esse, quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est, Hic aũt nunq̃ abest, quemcunq̃ uult, † quotidie uidet. Itaq̃ mecum stude, mecum cœna, mecum ambula. In angusto uiueremus, si quicq̃ esset cogitationibus clausum. Video

al. pares manu factæ.

al. esse illam totius amœnitatis credo.

al. cogitat

Videò te mi Lucili, cum maxime audio, adeò tecũ sum ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed codicillos tibi scribere. Vale.

EPIST. LVII. Notat tumultuosam balneorum luxuriam, & quod omnia uitia animi in aperto leuiora sunt.

PEream, si est tam necessarium quàm uidetur silentium in studia sepositò. Ecce uarius clamor undiq̃ me circumsonat, supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera uocum, quæ in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur, & manus plumbo graues iactant, cum aut laborant, aut laborantem imitãtur, gemitus audio, quoties † recentem spiritum remiserunt, sibilos & acerbissimas respirationes: cum in aliquem inertem, & hac plebeia functione contentum incidi, audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana peruenit, aut concaua, ita sonũ mutat, Si uerò pellicrepus superuenerit, & numerare cœperit pilos, actum est. Adijce nunc Sordalum, & furem deprehensum, & illum cui uox sua in balneo placet. Adijce nunc eos, qui in piscinam cum ingenti impulsæ aquæ sono saliunt. Præter istos, quorum, si nihil aliud, rectæ uoces sunt, † alipidum cogita, tenuem & stridulam uocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi dum uellit alas, & aliũ pro se clamare cogit. Iam libarij uarias exclamationes, & botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores, mercem sua quadam & insignita modulatione uendentes. O te, inquis, ferreum, aut surdum, cui mens inter tot clamores, tam uarios, tam dissonos, constat, cum Chrysippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem. At me hercules, ego istum fremitũ non magis curo, q̃ fluctum aut deiectũ aquæ. Quãuis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam, urbem suam transferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi uox auocare uidetur, q̃ crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac uerberat. In his quæ me sine auocatione circũstrepunt, essedas transcurrentes pono, & fabrum inquilinum, & serrarium uicinũ, aut hunc qui ad metam sudãtem tabulas experitur & tibias, nec cantat, sed exclamat. Etiam molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde q̃ qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duraui, ut audire uel pausarium possim, uoce acerbissima remigibus modos dantem. Animum non cogo sibi intentũ esse, nec auocari ad externa: omnia licet foris resonent, dũ intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas & timor, dum auaricia luxuriaq̃ nõ dissideant, nec altera alterã uexet. Nã quid prodest totius regionis silentiũ, si affectus fremunt? Omnia noctis erant tacita composita quiete. Falsum est, nulla placida quies est, nisi quam ratio composuit. Nox exhibet molestiam, nõ tollit, & sollicitudines mutat. Nam dormientium quoq̃ insomnia tam turbulenta sunt, q̃ dies. Illa tranquillitas uera est, in quã bona mens explicatur. Aspice illũ cui somnus laxæ domus silentio quæritur, cuius aures ne quis agitet sonus, omnis seruorum turba conticuit, & suspensum, accedentium propius, uestigiũ ponitur. Huc nempe uersatur atq̃ illuc, somnũ inter ægritudines leuẽ captãs, quæ nõ audit, audisse se queritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstrepit, hic placandus est, huius cõpescenda est seditio, quem nõ est quod existimes placidũ, si iacet corpus. Interdũ quies inquieta est. Et ideò ad rerum actus exercitandi ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties nos male habet inertia sui impatiens. Magni imperatores cum male parere militem uident, aliquo labore compescunt, & expeditionibus detinent. Nunq̃ uacat lasciuire districtis, nihilq̃ tam certũ est, q̃ ocij uitia negocio discuti. Sæpe uidemur tedio rerum ciuilium, & infelicis atq̃ ingratæ stationis pœnitentia secessisse, tamen in illa latebra, in quam nos timor et lassitudo coniecit, interdum recrudescit ambitio. Non enim excisa desijt, sed fatigata, aut etiam abiecta, rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico, quæ uidetur aliquando cessisse, deinde frugalitatẽ professos sollicitat, atq̃ in media parsimonia uoluptates non dãnatas, sed relictas petit, & quidẽ eo uehemẽtius, quo occultius. Omnia enim uitia in aperto leuiora sunt, morbi quoq̃ tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac uim suam proferunt. Et auaritiam itaq̃ & ambitionem & cætera mala mentis humanæ, tunc perniciosissima scias esse, cũ simulata sanitate subsidunt. Ocioſi uidemur, & non sumus. Nã si bona fide sumus,

al. retentum.

9
10
al. scordalum.
11
al. alipilum.
12
13

14

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, si receptui cecinimus, si speciosa contempsimus, ut paulo ante dicebam, nulla res nos auocabit, nullus hominū auium̄q; concentus interrumpet cogitationes bonas, solidas q; & iam certas. Leue illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad uocem ex accidenti erigitur. Habet intus aliquid solicitudinis, & habet aliquid concepti pauoris, quod illum curiosum facit, ut ait Virgilius noster, Et me quem dudum non ulla iniecta mouebant Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Graij, Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis Suspensum, & pariter comitiq; onericq; timentē. Prior
15 ille sapiens est, quem non tela uibrantia, non arietata in arma agminis densi, nō urbis impulsæ fragor, territat. Hic alter imperitus est, rebus suis timet, ad omnem crepitum expauescens, quem una quælibet uox pro fremitu accepta deiecit, quem motus leuissimi exanimant. Timidum illum sareinę faciunt. Quemcunq; ex istis felicibus elegeris, multa trahētibus, multa portantibus, uidebis illum comitiq; onericq; timentem. Tunc ergo te scito esse cōpositum, cū ad te nullus clamor pertinebit, cū te nulla uox tibi excu
al. uana. tiet, non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono † uaria circumstrepet. Quid ergo? non aliquando commodius est, & carere conuicio? fateor, Itaq; ego ex hoc loco migrabo, & experiri & exercere me uolens. Quid necesse est diutius torqueri, cū tam facile remedium Vlysses socijs etiam aduersus Sirenas inuenerit. Vale.

EPIST. LVIII. De reditu suo ad Neapolitanam ciuitatem. Et quod non timor, sed horror cadit in sapientem, & quod anima hominis corporis angustijs teneri non potest.

CVm Baijs deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterū nauem experirer, Et tantum luti tota uia fuit, ut possem uideri nihilominus nauial. Haphe. gasse. Totū athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit. A ceromate nos † aphe excepit in Cypta Neapolitana. Nihil illo carcere lōgius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut nos per tenebras uideamus, sed ut ipsas. Cæterum etiam si locus haberet lucē, puluis auferret, in aperto quoq; res grauis & molesta: quid illic, ubi in se uolutatur, & cum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos à quibus incitatus est recidit. Duo incōmoda inter se contraria simul pertulimus, quia eadem uia, eodem die, & luto, & puluere laborauimus. Aliquid tamen mihi illa obscuritas, quod cogitarem dedit. Sensi quendam ictum animi, & sine metu mutationem, quam insolitæ rei nouitas simul ac fœditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multū ab homine tolerabili, nedū à perfecto absum, sed de illo in quem ius fortuna perdidit, huius quoq; ferietur animus, mutabitur color. Quædam enim sunt mi Lucili, quæ nulla uirtus effugere potest, ammonet illam natura mortalitatis suæ. Itaq; & uultū adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si uastā altitudinē in crepidine eius constitutus despexerit. Nō est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam & paratissimi fundere suum sanguinem, alienum uidere non possunt, quidam ad uulneris noui, quidam ad ueteris, & purulenti tractationē inspectionemq; succidunt & liquuntur animo, alij gladium facilius recipiunt, qua uident. Sensi ergo (ut dicebam) quandam nō quidem perturbationē, sed mutationē. Rursus ad primū conspectū redditæ lucis, alacritas incogitata redijt & iniussa. Illud deinde mecum loqui cœpi, ēp inepte quædam magis ac minus timeremus, cū omniū idem finis esset,
16 Quid enim interest utrū supra aliquē uigiliariū ruat, an mons, aut turris? Nil inuenies. Erunt tamē qui hanc ruinā magis timeant, cuius utraq; mortifera æque sint. Adeò nō effectus, sed efficientiam timor spectat. Nunc me putas de stoicis dicere, qui existimāt animam hominis magno pondere extriti permanere non posse, & statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber. Ego uerò non facio. Qui hoc dicunt uidentur mihi errare. Quemadmodū flamma non potest opprimi, nā circa id diffugit, quo urgetur, quemadmodū aër uerbere aut ictu nō lædit, nec scinditur quidē, sed circa id cui cessit refunditur: sic animus qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi: sed beneficio subtilitatis suæ per ipsa quibus premitur erumpit. Quomodo fulmint etiam cum latissimē † percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus, sic animo qui
al. percucurrit adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaq; de illo quærendum est, an possit

possit immortalis esse. Hoc quidem certum habe, si superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse perire, propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quicquam noxium æterno est. Vale.

LIBRI SEPTIMI.

Rectius habebatur. Effœminat animos amœnitas nimia: nec dubie aliquid &c. 1

Ad quos primos fortuna publica reipublicæ opes &c. sed altera lectio magis probatur. Item in media epistola, scribe Hermachum, siue Hermarchum. EPIST. LIII. 2

In huius epistolæ medio, deerat huius epistolæ finis, tum aliæ duæ integræ, quarum posterioris finis erat. Quid enim refert, &c. 3

Pro lassauerunt, erat sapabunda, quod Rodolphus annotarat, lapsabunda. Nam lassauerunt sine dubio uox est supposititia. 4

Rectius erat, non cum mari nauseam effugere. 5

Pro accepit, excipit, pro quo Rodolphus notarat, exprimit. Ac mihi sanè probatur. 6

Pro talaria, erat calcaria, pro ferierit, fecit. Nam grammaticorum filij negant ferio habere præteriti uocem. 7
Podagra uerò ioco dicitur utrunq; pedem feciſſe dextrum, quod sic æquasset, ut nihil interesset.

Pro Idem erat Itidē ab Agricola annotatū. Primū erat, id est, uer. proxime sequenti erat, quod ipsa erogauero. 8

EPISTOLA LVII.

Si uerò pelicrepus superuenerit. Quidam habebat pellicrepus. Cœlius Rhodiginus putat legendum esse pilicrepus, & quod adfert probabile est. Annotationem apud illum reperies lib. 16. cap. 47. Neq; enim est quisquam sua laude fraudandus, & nobis hæc obiter agentibus sat est indicasse locum, Mox pro pilos, putat legendum pilas, Nam à pila dictum existimat pilicrepus non à pilo. 9

Sordalus. Scholium quoddam indicabat sordalum dici qui sordes efferret è balneo, aut qui sordidaret balneum. 10
Huic commentulo quantum tribuendum sit nescio. Omnino significat aliquē molestum lauantibus, quandoquidem mox adijcit furem deprehensum. Forte balneari uerbo scordalus dicebatur, qui oleret alliū, quasi scorodalus. Sic usurpare uidetur epistola 84. quanquam Græcis σκῶρ sonat stercus. Sed probabilius est, ut mutata literula legamus scordylum siue scordulum, ut cōuicium sit in hominē ingrati odoris posteaquam incaluit, quod accidit pisci scordulo.

Alipedum, Cœlius contendit legendum alipilum, inde ductum quod uellat pilos alarum. Reperies eodem loco 11
quem mox indicaui.

Iam librare. Sic habebant quidam, alij liberi, alij aliud, sed probabilius est quod diuinat Cœlius, Librarij, pro his 12
qui libra uendunt: quemadmodū & botularium dixit, qui botulos, id est farciminis genus, uendebat: & crustularium qui crustula uendebat.

Suam quadam & insignita modulatione uendentes. Sic prior æditio, In alijs erat. Suam quandā insignita mod. 13
uen. Non dubito quin legendum sit, Sua quadam & insignita. Agnoscunt qui Lutetiæ uiuunt, ex uoce, quid quis habeat uenale, quum innumeræ sint uoces.

Pausarium, ipse interpretatur, qui uoce temperat impetum remigantium. Notatum est ab eruditis, & hoc in 14
Seneca, quod à uocabulis sordidioribus interdum non abstinuerit. Quo de genere uidentur ex his esse quædam.

Commodius erat, agitata inter se arma. 15

Aut turris, non erat. Et hæ duæ uoces officiunt sensui. mox pro æque sint. rectius erat æque sit. Mox proximo 16
pro efficientiam, melius erat, efficientia, hoc est ea quæ adferunt exitium.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS.

EPIST. LIX. De multiplici diuisione rerum ubi exemplo Platonis ostendit qualiter parsimonia ad senectutem ducat.

QVANTA uerborū nobis paupertas, imò egestas sit, nunq; magis ēp hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, cū forte de Plarone loqueremur, quæ nomina desiderarent, nec haberent, quædam uerò cū habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis aūt ferat in egestate fastidium? Hunc quem græci Oestrum uocant pecora peragentem, & totis saltibus dissipantem, Asylum nostri uocabant, hoc Vergilio licet credas. Erit lucum Silari iuxta ilicibusq; uirentem Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen asylo Romanum est, œstrum Græci uertere uocantes, Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta. Puto intelligi istud uerbum interisse. Ne te longe differam, quædam simplicia in usu erant, sicut cernere ferro inter se dicebant. Idem Virgilius hoc probabit tibi. Stupet ipse Latinus, Ingentis genitos diuersis

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersis partibus orbis Inter se coijsse uiros, & cernere ferro, quod nunc decernere dicimus. Simplicis illius uerbi usus amissus est. Dicebant antiqui si iusso, id est, si iussero. Hoc nolo mihi credas, sed fideli Vergilio. Cætera qua iusso mecum manus inserat arma. Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam quantum tempus apud grammaticum perdiderim, sed ut ex hoc intellígas, quantum apud Ennium & Actium uerborum, situs occupauerit, cum apud hũc quoq; qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint. Quid, inquis, sibi ista uult præparatio? quò spectat? Non celabo te, cupio si fieri potest propitijs auribus tuis, quid sentiam dicere. Sin minus, dícam & iratis. Ciceronem autorem huius uerbi habeo, puto locupletem. Si recentiorem quæris, Fabianũ
al. elegantem dísertum & †eloquentem, orationis, etiam ad nostrum fastidium, nitidæ. Quid enim fiet mi Lucili? quomodo dicetur οὐσία, res necessaria natura, continens fundamentum omnium? Rogo itaq; permittas mihi hoc uerbo uti, nihilominus dabo operam, ut ius à te datum parcissime exerceam, fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, cũ ecce id nullo modo latine exprimere possim, propter quod linguæ nostræ cõuitium feci? Magis damnabis angustias Romanas, si scieris unã syllabam esse quam mutare non possim. Quæ hæc sit quæris? τὸ ὄν. Duri tibi uideor ingenij, in medio posse tam posse sic transferri, ut dicam, quod est. Sed multum interesse uideo, cogor uerbum pro uocabulo ponere. Sed id si necesse est ponam, quod est. Sex modis hoc à Platone dici amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicauero, esse aliquid genus. Nunc enim primum illud genus quærimus, ex quo cæteræ species suspensæ sunt, à quo nascatur omnis diuisio, quo uniuersa comprehensa sunt. Inuenietur autẽ si cœperimus singula † recolligere. Sic enim perducemur
al. retro legere. ad primum. Homo species est ut Aristoteles ait. Equus species est, canis est species, ergo cõmune aliquod quærendum est his omnibus uinculum, quod illa complectatur, & sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo genus esse cœpit omnium horũ, quæ modo retuli, hominis, equi, canis, animal. Sed sunt quædam quæ animam habent nec sunt animalia. Placet enim satis & arbustis animam inesse. Itaq; & uiuere illa & mori dicimus. Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia & animalia in hac forma sunt & fata. Quædam anima carent, ut saxa. Itaq; aliquid erit animantibus antiquius scilicet corpus: hoc si diuidam, ut dicam corpora omnia, aut animata esse, aut inanimata. Etiam nũc est aliquid superius, quàm corpus. Dicimus enim quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Quid ergo erit ex quo hæc diducantur? Illud cui nomen modo parũ proprium imposuimus, quod est. Sic enim in species secabitur, ut dicamus, quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum & antiquissimum, & (ut ita dicam) generale. Cætera genera quidem sunt, sed specialia, tanquam homo
Genus et species accipit largo more. genus est. Habet enim in se nationum species, Græcos, Romanos, Parthos, Coloris, albos, nigros, flauos: habet singulos, Catonem, Ciceronẽ, Lucretium. Itaq; quia multa continet, in genus cadit: quia sub alio est, in speciem. Illud genus quod est generale, supra se nihil habet. Initium rerum est, omnia sub illo sunt. Stoici uolunt superponere huic etiam aliud genus magis principale, de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docuero, cũ sit rerũ omnium capax. Quod est, in has species diuido, ut sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertiũ est. Corpus quomodo diuido? ut dicã, aut animantia sunt, aut inanimata. Rursus animantia quemadmodum diuido? ut dicam quædam animum habent, quædam tantum animam: aut sic, quædam impetum habent, incedunt, transeunt, quædam solo affixa, radicibus alũtur & crescũt. Rursus animalia in quas species seco? aut mortalia sunt, aut immortalia. Primũ genus Stoicis quibusdam uidetur, sed quare uideatur subijciam. In rerum (inquiunt) natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt, tanq; Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamuis non habeat substantiam. Nunc ad id quod tibi promisi reuertor, quomodo quæcunq; sunt in sex modos Plato partiatur. Primũ illud quod est, nec uisu nec tactu, nec ullo sensu comprehenditur. Cogitabile est, quod generaliter est, tanquam homo generalis sub oculos

oculos nõ uenit, sed specialis uenit, ut Cicero & Cato. Animal non uidetur, sed cogitatur, uidetur autem species eius equus & canis. Secundum ex his quæ sunt ponit Plato, quod eminet & exuperat omnia. Hoc ait per excellentiam esse, ut poëta communiter dicitur, omnibus enim uersus facientibus hoc nomen est, sed iam apud Græcos in unius notam cessit. Homerum intelligas cum audieris poëtam. Quid ergo hoc est? Deus, scilicet maior ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum quæ proprie sunt, innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quæ sunt interrogas? proprie Plato Ideas uocat, & ex quibus omnia quæ sunt fiunt, & ad quas cuncta formantur? Hæ immortales, immutabiles, inuiolabiles sunt. Quid sit Idea, id est, quid Platoni esse uideatur audi, Idea est eorum quæ naturaliter fiunt exemplar æternum. Adijciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere, exemplar picturæ tuæ habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra, quem operi suo imponat. Ita illa quæme docet & instruit facies à qua petitur imitatio, Idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcunq; fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum locum habebit εἶδος. Quid sit hoc εἶδος attendas oportet, & Platoni imputes non mihi hanc rerum difficultatem. Nulla est aũt sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar. Ille cũ reddere Vergilij coloribus uellet, ipsum intuebat, Idea erat Vergilij facies futuri operis exemplar, ex hac quod artifex trahit & operi suo imposuit εἶδος est. Quid intersit quæris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta & operi imposita. Altera artifex imitatur, alterã facit. Habet aliquam faciem statua, hæc est idos. Habet aliquam faciem exemplar ipsum quod intuens opifex, statuam figurauit, hæc Idea est. Etiamnum aliam desideras distinctionem, Idos in opere est, Idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus. Quintum genus est eorum quæ cõmuniter sunt, hæc incipiunt ad nos pertinere, hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorũ est quæ quasi sunt: tanquam inane, tanquam tempus. Quæcunq; uidemus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat, Fluunt enim & assidua diminutione atq; adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuuenis. Nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminũ more, quicquid uides currit cum tempore. Nihil ex his quæ uidemus manet. Ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus. In idem flumen bis descendimus, & nõ descendimus. Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quàm in homine. Sed nos quoq; non minus uelox cursus præteruehit, & ideo admiror dementiam nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimã, corpus, timemusq; nequãdo moriamur, cum omne momentum, mors prioris habitus sit. Vis tu timere ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi, fluida materia & caduca, & omnibus obnoxia causis, Mundus quoq; æterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet. Quamuis enim omnia in se habeat quæ habuit, aliter habet, quàm habuit, ordinẽ mutat. Quid inquis, ista subtilitas mihi proderit? si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille celator oculos diu intentos, ac fatigatos, remittit atq; auocat, & (ut dici solet) pascit, sic nos animum aliquando debemus relaxare, & quibusdam oblectamentis reficere, sed ipsa oblectamẽta opera sint, ex his quoq; si obseruaueris † inuenies, quod
al. sumes. posit fieri salutare. Hoc ego mi Lucili soleo facere ex omni uacatione (etiam si à philosophia longissime auersa est) eruere aliquid conor, & utile efficere. Quid de istis capiam quæ modo tractauimus, remotis à reformatione morum? Quomodo meliorem me facere Ideæ Platonicæ possunt? Quid ex istis traham, quod cupiditates meas comprimat? uel hoc ipsum quod omnia ista quæ sensibus seruiunt, quæ nos accendunt & irritant, negat Plato ex his esse quæ uere sint. Igitur ista imaginaria sunt, & ad tempus aliquam faciem ferunt, nihil horum stabile nec solidum est, & nos tamen cupimus tam quam semper futura, ac semper habituri, imbecilli fluidiq; per interualla cõstituimus. Mittamus animum ad illa quæ æterna sunt, miremur in sublime uolitantes rerum omnium formas, deumq; inter illa uersantem, & hoc prouidentem, quemadmodum quæ immortalia facere non potuit (quia materia prohibeat) defendat à morte, hac ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitium corporis uincat. Manent enim cuncta nō quia æterna sunt, sed quia defendun
tur cura regentis. Immortalia tutore non egent. Hæc conseruat artifex, fragilitatē ma-
teriæ ut sua uincens. Contemnamus omnia quæ adeo preciosa non sunt, ut an sint o-
mnino, dubium sit. Illud simul cogitemus, si mundum ipsum non minus mortalem,
quàm nos sumus, prouidentia periculis eximit, potest tamen aliquatenus nostra quo-
que prouidentia longiorem prorogare huic corpusculo moram, si uoluptates quibus
pars maior perit potuerimus regere & coërcere. Plato ipse ad senectutem se diligentia
pertulit. Erat quidem corpus ualidum ac forte fortitus, & illi nomen latitudo pectoris
fecerat, sed nauigationes ac pericula multum detraxerunt uiribus, parsimonia tamen,
& eorum quæ auiditatem euocant modus, & diligens sui tutela, perduxit illum ad se-
nectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis puto Platoni diligentiæ suæ be-
neficio contigisse, quod natali suo decessit, & annum unum atq; octogesimū impleuit
sine ulla deductione. Ideo Magi qui forte Athenis erant immolauerunt defuncto, am
plioris fuisse sortis quàm humanæ rati, quia consummasset perfectissimum numerum
quem nouem nouies multiplicata componunt. Non dubito quin paratus esset paucos
dies ex ista summa & sacrificiū remittere. Potest frugalitas producere senectutē, quam
ut non puto concupiscendā, ita ne recusandam quidem. Iucundū est esse secum quàm
diutissime, cum quis se dignum quo frueretur effecit. Itaq; de isto feremus sententiam,
an oporteat fastidire senectutis extrema, & finem non operiri, sed manu facere. Prope
est à timente, qui fatum segnis expectat, sicut ille ultra modū deditus uino est, qui am-
phoram exiccat, & fecem quoq; exorbet. De hoc tamen quæramus, pars summa uitæ,
utrum fex uitæ hæc sit, an liquidissimum ac purissimum quiddam, si modo mens sine
iniuria est, & integri sensus animum iuuant, nec defectū & præmortuū corpus est. Pri-
mum enim refert uitam aliquis extendat an mortem. At si inutile ministeriis est cor-
pus, quid ni oporteat educere animum laborantem? & fortasse paulò anteq; debet faci
endum est, ne cum fieri debeat facere non possis: & cum maius periculū sit male uiuen
di, quàm cito moriendi, stultus est qui nō exigua temporis mercede, magnæ rei aleam
redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit. Multis iners uita
sine usu iacuit sui, Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex uita perdidisse, quàm
finiendam? Noli me inuitus audire tanq; ad te iam pertineat ista sententia, sed quid dici
æstima. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reseruabit, Totum autem ab il-
la parte meliore. At si cœperit concutere mentem, si partes eius cōuellere, si mihi non
uitam reliquerit, sed animam, profiliam ex ædificio putrido ac ruenti. Morbum morte
non fugiam duntaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferā mihi manus pro-
pter dolorem, sic mori, uinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum,
exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est, ad omne propter
quod uiuitur. Imbecillus est & ignauus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui do-
loris causa uiuit. Sed in longum exeo. Est præterea materia quæ ducere diem possit.
Et quomodo finem uitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo, quod
libentius quàm † mortis moras lecturus es. Vale.

aliter, mortes meas

EPIST. XL. De uero & inani gaudio. Et quomodo sapientem oporteat in
periculo huius uitæ semper esse uirtutibus communitum.

MAgnam ex epistola tua percepi uoluptatem, permitte enim mihi uti uerbis pu-
blicis, nec illa ad significationem Stoicam reuoca. Vitium esse uoluptatem cre-
dimus, Sit sanè, ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hilarem affe-
ctionem. Scio, inquam, & uoluptatem (si ad nostrum aluum uerba dirigimus) rem in-
famem esse, & gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis
uiribusq; fidentis: uulgo tamen sic loquimur, ut dicamus magnum gaudium nos ex il-
lius cōsulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu uxoris percepisse, quæ adeo non sunt gaudia,
ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint. Gaudio autem iunctum est non desinere, nec in con-
traria uerti. Itaq; cum dicat Vergilius noster, Et mala mentis gaudia, diserte quidem di-
cit, sed parum proprie: nullum enim malum gaudiū est. Voluptatibus hoc nomen im-
posuit, & quod uoluit expressit: significauit enim homines malo suo lætos: tamen ego
non im-

non immeritò dixeram, cœpisse me magnam ex epistola tua uoluptatem. Quamuis e-
nim ex ista causa imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius impotentem, & in di-
uersa statim inclinaturum, uoluptatem uoco, opinione falsi boni, immoderatam & im
modicā. Sed ad propositū reuertar, audi qui me in epistola tua delectauerit: habes uer-
ba in potestate, nō effert te oratio, nec longius quàm destinasti trahit. Multi sunt qui ad
id quod non proposuerāt scribere, alicuius uerbi decore placentis uocentur: quod tibi
non euenit, pressa sunt omnia & rei aptata. Loqueris quantum uis, & plus significas
quàm loqueris. Hoc maioris rei indicium est, apparet animum quoq; nil habere super
uacui, nil tumidi. Inuenio tamen translationes uerborū, ut non temerarias, ita non in-
decoras, † ita quæ periculū sui fecerint. Inuenio imagines, quibus si quis nos uti uetat, *al. nec*
& poëtis illas solis iudicat esse concessas, neminē mihi uidetur exantiquis legisse, apud
quos nondū captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & demonstrandæ rei cau
sa eloquebantur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causā
qua poëtis, sed ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, & ut discentem & audientē in
rem præsentem adducant. Sextiū cum maxime lego uirum acrem, Græcis uerbis, Ro-
manis moribus philosophantem, mouit me imago ab illo posita, ire quadrato agmine
exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnæ paratū. Idē, inquit, sapiens fa-
cere debet, omnes uirtutes suas undiq; expandat, ut ubicunq; infesti aliquid oritur, il-
lic parata præsidia sint, & ad nutum regentis sine tumultu respondeant: quod in exer-
citibus his quos imperatores magni ordinant fieri uidemus, ut imperium ducis simul
omnes copiæ sentiant, sic dispositæ ut signum ab uno datū, peditem simul equitemq;
percurrat: hoc aliquanto magis necessarium esse nobis, Sextius ait, Illi enim sæpe ho-
stem timuere sine causa, tutissimumq; illis iter, quod suspectissimum fuit. Nil stulticia
pacatū habet. Tam superne illi metus est, quàm infra. Vtrunq; trepidat latus. Sequun-
tur pericula & occurrunt, ad omnia pauet, imparata est, & ipsis terretur auxilijs. Sapi-
ens autem ad omnem incursum munitus & intentus, non si paupertas, non si luctus,
non si ignominia, non si dolor impetū faciat, pedem referet. Interritus & contra illa i-
bit, & inter illa: nos multa alligant, multa debilitāt, diu in istis uicijs iacuimus, elui dif-
ficile est. Non enim inquinati sumus sed infecti, ne ab alia imagine ad aliā transeamus.
Hoc queram quod mecum sæpe dispicio, quid ita nos stulticia tam pertinaciter teneat.
Primo quia non fortiter illam repellimus, nec toto ad salutem impetu nitimur, deinde
quia illa quæ à sapientibus uiris reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus
haurimus, leuiterq; tam magnæ rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis
quantum satis est, aduersus uitia discere, qui quantū à uitijs uacat, discit? Nemo nostrū
in altum descendit, summa tantum decerpsimus, & exiguū temporis impendisse phi-
losophiæ, satis abundeq; occupatis fuit. Illud præcipue impedit, quod cito nobis place
mus, si inuenimus qui nos bonos uiros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus.
Non sumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine pudore cōgef-
sit, tanquam debitum prēdimus, optimos nos esse, sapientissimos affirmantibus assen-
timur, cum sciamus illos sæpe multa mentiri. Adeò quoq; indulgemus nobis, ut lauda
ri uelimus in id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppli-
cijs audit, in rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum.
Sequitur itaq;, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. Alexander cū
iam in India uagaretur, & gentes ne finitimis quidem satis notas, bello uastaret, in obsi
dione cuiusdam urbis dum circuit muros, & dum imbecillissima mœnium quærit, sa-
gitta ictus, diu perstitit in re, & incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso san-
guine sicci uulneris dolor cresceret, & crus equo suspensum paulatim obtorpuisset,
coactus absistere, omnes, inquit, iurant me Iouis esse filium, sed uulnus hoc hominem
esse me clamat. Idem nos faciamus, cum pro sua quenq; portione adulatio infatuat, di-
camus, uos quidem me dicitis prudentem esse. Ego autem uideo quàm multa inutilia
concupiscam, nocitura optem, ne hoc quidē intelligo, quod animalibus satietas mon-
strat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus, quātum capiam adhuc nescio. Iam do-
cebo, quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille est qui plenus gau-
dio, hilaris

Universidad de Deusto
Biblioteca

dio hilaris & placidus, inconcussus cum dijs ex pari uiuit. Nunc ipse te consule, si nun-
quam mœstus es, nulla ipes animum tuum futuri expectatione solicitat, si per dies no-
ctesq; par & æqualis animi tenor erecti & placentis sibi est, peruenisti ad humani boni
summam. Sed si appetis uoluptates, & undiq; et omnes, scito tantum tibi ex sapientia,
quantū ex gaudio deesse: ad hoc cupis peruenire, sed erras, qui inter diuitias illuc uen-
turum esse te speras. Inter honores idem gaudium, inter solicitudines quæris? Ista quæ
sic petis tanquam datura lætitiam ac uoluptatem, causæ dolorum sunt. Omnes inquā,
illi tendunt ad gaudiū, sed unde stabile magnumq; consequantur ignorant. Ille ex con
uiuijs & luxuria. Ille ex ambitione & circumfusa clientium turba. Ille ex amica, alius
ex studiorū liberalium uana ostentatione, & nihil sanantibus literis. Omnes istos oble
ctamenta fallacia & breuia decipiūt, sicut ebrietas quæ unius horæ hilarem insaniam,
longi temporis tedio pensat: sicut plausus & acclamationis secundæ fauor, qui magna
sollicitudine & partus est, & expiandus. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientiæ effectū,
hanc gaudij qualitatem. Talis est sapientis animus, qualis mundi status super lunam.
Semper illic serenum est. Habes ergo quare uelis sapiens esse, quia nunquam sine gau-
dio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex uirtutum conscientia. Non potest gaudere,
nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. Quid ergo inquis? stulti ac mali non gaudent?
Non magis quàm prædam nacti leones. Cum fatigauerunt se uino & libidinibus, cum
illos nox inter † uitia defecit, cum uoluptates angusto corpori ultra quàm capiebat in-
gestæ † suppurare cœperūt, tunc exclamant miseri Vergilianum uersum illum. Nam-
que ut supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus. Nosti eos totam luxuriari no-
ctem inter falsa gaudia, & quidem tanquam supremam agunt. Illud gaudium (quod
deos deorumq; æmulos sequitur) non interrumpitur non desinit, desineret, si sumpti
esset aliunde. Sed quia nō est alieni muneris, nec arbitrij quidem alieni est. Quod non
dedit fortuna, non eripit. Vale.

al. uina
al. superare.

EPIST. LXI. Quod à parentibus filijs superfluitas ambi-
tiosa optatur. Et de continentia.

al. etiam num

QVeror, litigo, irascor. † Etiam nunc optas quod tibi optauit nutrix tua, aut pæ-
dagogus, aut mater. Nondum intelligis quantū mali optauerint. O quam ini-
mica nobis sunt uota nostrorum, eo quidem inimiciora, quo cessere felicius. Iam non
admiror si omnia nos à prima pueritia mala sequuntur, inter execrationes parentum
creuimus. Exaudiunt dij quoq; nostram pro nobis uocem gratuitam. Quousq; posce-
mus aliquid deos, quasi ita nondum ipsi alere nos possimus? Quam diu sationibus im-
plebimus magnarum urbium campos? quàm diu nobis populus metet? quàm diu ue-
nius mensæ frumentum multa nauigia, & quidem non ex uno mari, subuehent? Tau-
rus pauciss imorum iugerum pascuis impletur, una sylua elephantis pluribus sufficit,
homo & terra pascitur & mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura aluum de-
dit, cum tam modica corpora dedisset, ut uastissimorum edaciss imorum q; animalium
auiditatem uinceremus? Minime. Quantulum est enim quod naturæ datur. Paruo de-
la dimittitur. Non fames nobis uentris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaque
(ut ait Sallustius) uentri obedientes, animalium loco numeremus non hominū, quos-
dam uerò ne animalium quidem, sed mortuorum. Viuit is, † qui se utitur. Qui uerò la-
titant & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditiuo. Horum licet in limine ipso
nomen marmori inscribas, mortem suam antecesserunt. Vale.

al. qui multis usui est.

EPIST. LXII. Quomodo sapiens semper debet habere
animum paratum ad mortem.

DEsinamus quod uolumus uelle. Ego certe id ago senex, eadem uelle, quæ puer
uolui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, hæc cogitatio,
imponere ueteribus malis finem. Id ago, ut mihi instar totius uitæ, sit dies. Nec me ho-
cules tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse uel ultimus possit.
Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam maxime scribentem mors euocatura
sit. Paratus exire sum, & ideo fruor uita, quia quàm diu futurum hoc sit, non † mino
pendo? Ante senectutem curaui, ut bene uiuerem, in senectute, ut bene moriar. Bene

forte nimis.

autem mori est libēter mori. Da operam, ne quid unquam inuitus facias, quicquid ne-
cesse futurum est. Repugnanti non uolenti necessitas est, in uolente necessitas non est.
Ita dico, qui imperia libēs excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod
nolit. Non qui iussus aliquid facit, miser est, sed qui inuitus facit. Itaq; sic animum com
ponamus, ut quicquid res exiget, id uelimus, & in primis finem nostri sine tristitia co-
gitemus, ante ad mortem quam ad uitam præparādi sumus. Satis instructa uita est, sed
nos instrumentorum eius auidi sumus. Deesse nobis aliquid uidetur, et semper uidebi
tur. Vt satis uixerimus, nec anni nec dies faciunt, sed animus. Vixi Lucili charissime
quantum satis erat, mortem plenus expecto.

EPIST. LXIII. De simulata & affectata occupatione. Et quod breuis-
sima ad diuitias per diuitiarum contemptum uia est.

MEntiūtur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negociorum uideri uolunt.
Simulant occupationes & augent, & ipsi se occupant. Vaco mi Lucili uaco, &
ubicunque sum, meus sum. Rebus enim non me trado, sed commodo, nec conse-
rendi temporis causas, & quocunq; constiti loco ibi cogitationes meas tracto, &
aliquid in animo salutare uerso. Cum me amicis dedi, nō tamen mihi abduco, nec cum
illis moror, quibus me tempus aliquod congregauit, aut causa ex officio nata, sed cum
optimo quoq; sum, ad illos in quocunque loco, in quocunq; seculo fuerint, animum
meum mitto. Demetrium uirorum optimum mecum circumfero, & relictis conchy-
liatis, cum illo seminudo loquor, illum admiror. Quid ni admirer? uidi nihil ei deesse.
Contemnere omnia aliquis potest, omnia habere nemo potest. Breuissima ad diuitias
per contemptum diuitiarum usa est. Demetrius autem noster sic uiuit, non tanquam
contempserit omnia, sed tanquam alijs habenda permiserit.

EPIST. LXIIII. Consolatio de amico defuncto.

MOleste fers decessisse Flaccum amicum tuum, plus tamen æquo dolere te nolō;
Illud, ut non doleas, uix audebo exigere, & esse melius scio. Sed cui ista firmitas
animi continget, nisi iam multū supra fortunā elato? Illum quoq; ista res uellicabit, sed
tātum uellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lachrymas, si non nimie de-
currerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant. Lachry
mandum est, non plorandum. Duram tibi legem uideor ponere, cum poëtarum Grę
corum maximus ius flendi dederit in unum duntaxat diem, cum dixerit etiam Nio-
ben de cibo cogitasse. Quæris unde sint lamentationes, unde immodici fletus? per la-
chrymas argumenta desiderij quærimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus.
Nemo tristis sibi est. O infelicem stultitiam. Est aliqua & doloris ambitio. Quid ergo,
inquis, obliuiscar amici? Breuem illi apud te memoriam promittis, si cum dolore mā
sura est. Iam istam frontem ad risum quælibet fortuita res transferet. Nō differo in lon-
gius tempus, quo desiderium omne mulceatur, quo etiam acerrimi luctus recidunt.
Cum primum te obseruare desieris, imago ista tristitiæ discedet. Nunc ipse custodis do
lorem tuum, sed custodienti quoq; elabitur, eoq; citius, quo est acrior, desinit. Id aga-
mus ut iucunda fiat nobis amissorum recordatio. Nemo libenter ad id redit, quod non
sine tormēto cogitaturus est. Sic tamen illud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis mor-
su, amissorum quos amauimus nomen occurrat. Sed hic quoq; morsus habet suam uo-
luptatem. Nam ut dicere solebat Attalus noster, Sic amicorum defunctorum memo-
ria iucunda est, quomodo in uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo delectat, quomodo
poma quædam sunt suauiter aspera: cum uero interuenit spacium, omne quod ange-
bat extinguitur, et pura ad nos uoluptas uenit. Si illi credimus, amicos incolumes cogi
tare, melle ac placēta frui est, eorū qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quadam
iuuat. Quis autē negauerit hæc acria quoq; & habentia austeritatis aliquid, stomachū
excitare? Ego non idem sentio, mihi amicorum defunctorum cogitatio, dulcis ac blan
da est: habui enim illos tanq; amissurus, amisi tanq; habeam. Fac ergo mi Lucili quod
tuam æquitatem decet. Desine beneficiū naturæ male interpretari, abstulit, sed dedit.
Ideo amicis auide fruamur, quia quamdiu contingere hoc possit, incertum est. Cogite-
mus quàm sæpe illos reliquerimus, in aliquam peregrinationem longinquam exituri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm sæpe eodem morantes loco nō uiderimus, intelligemus plus nos temporis perdidisse in uiuis. Feras autem hos, qui cum negligentissime amicos habeant, miserrime lugent, nec amant quenquam, nisi quum perdiderint. Ideóque tunc effusius mœrent. Quia uerentur ne dubium sit an amauerint, sera indicia affectus sui quærunt. Si alios habemus amicos, male de his & meremur et existimamus, quia parum ualent in unius elati solatium: si non habemus, maiorem ipsi nobis iniuriam fecimus, quam à fortuna accepimus. Illa unum abstulit, nos quenquam nō fecimus. Deinde ne unum quidem nimis amauit, qui plus quàm unum amare non potuit. Si quis dispoliatus, amissa una ca tunica, cōplorare se malit, cp circumspicere quomodo frigus effugiat, & aliquid inueniat quo tegat scapulas, non ne ubi uideatur stultissimus? Quē amabas extulisti, quære quem ames. Satius est amicum reparare quàm flere. Scio pertritū iam hoc esse quod adiecturus sum, non tamen ideo prætermittam, quia ab hominibus dictum est, finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore inuenit. Turpissimū autem est in homine prudēte, remedium mœroris, lassitudo mœrendi. Malo relinquas dolorē quàm ab illo relinquaris, & quamprimum id facere desiste, quod si etiam uoles, diu facere nō poteris. Annum fœminis ad lugendum constituere maiores, non ut tamdiu lugerent, sed ne diutius: uiris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quamtamen mihi ex illis mulierculis dabis, uix retractis à rogo, uix à cadauere reuulsis, cui lachrymæ in totum mensem durauerint? Nulla res citius in odium uenit, quàm dolor: qui recens, consolatorem inuenit, & aliquos ad se adducit, inueteratus uero deridetur: nec immerito, aut enim simulatus, aut stultus est. Hæc tibi scribo, is qui Anneum Serenum charissimū mihi tam immodice fleui, ut (quod minime uelim) inter exempla sim eorum quos dolor uicit: hodie tamen factum meum damno, et intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquā cogitaueram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat, minorem esse, & multo minorem, tanquam ordinem fata seruarent. Itaque assidue cogitemus, tam de nostra quàm omnium quos diligimus, mortalitate. Tunc ego dicere debui, minor est Serenus meus, quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest: quia non feci, imparatum subito fortuna percussit: nunc cogito omnia et mortalia esse, & incerta: lege mortali hodie fieri potest, quicquid unquam potest. Cogitemus ergo Lucili charissime cito nos eò peruēturos, quò illum peruenisse mœremus. Et fortasse (si modo sapientium uera fama est, recipitcp nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est. Vale.

EPIST. LXV. De efficacia sermonis boni uiri, & de augenda doctrina priorum, & eorum ueneratione.

FVisti heri nobiscum. Potest queri, si heri tantum: ideo adieci nobiscum, mecum enim semper es. Interuenerant quidam amici, propter quos maior fumus fieret, nō hic qui erumpere ex lautorum culinis, & terrere uigiles solet, sed hic modicus qui hospites uenisse significaret. Varius nobis sermo fuit, ut in conuiuio, nullam rem usqp ad exitum adducens, sed aliunde aliò transiliens: lectus est deinde liber Quinti Sextij Patris, magni (si quid mihi credis) uiri, & (licet negent) Stoici. Quantum in illo, dij boni, uigoris est, quantum animi: hoc non in omnibus philosophis inuenies. Quorundam scripta clarum habent tantum nomen, cætera exanguia sunt. Instituunt, disputant, cauillantur. Non faciunt animum, quia non habent. Cum legeris Sextiū, dices, uiuit, uiget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. In quacunqp positione mentis sim, cum lego hunc (fatebor tibi) libet omnes casus prouocare, libet exclamare, Quid cessas fortuna, congredere, paratum uides. Illius animū induo, qui quærit ubi se experiatur, ubi uirtutem suam ostendat, Spumantemcp dari pecora inter inertia uotis, Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonē, libet aliquid habere quod uincam, cuius patientia exercear. Nam hoc quoqp egregium Sextius habet, quod & ostendet tibi beatæ uitæ magnitudinem, & desperationē eius nō faciet. Scies illam esse in excelso, sed uolenti penetrabilem: hoc quidem uirtus tibi ipsa præstabit, ut illam admireris, & tamen speres: mihi certe temporis multum auferre solet contemplatio ipsa sapientiæ. Non aliter illam intueor obstupefactus, quàm ipsum interim mundum,

dum, quem sæpe tanquam spectator nouus uideo. Veneror itaqp inuenta sapientiæ, inuentoresqp adire tanquam multorum hæreditatem iuuat. Mihi ista acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familiæ, faciamus ampliora quæ accepimus, maior ista hæreditas à me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumqp restabit, nec ulli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adhuc adjciendi. Sed etiam si omnia à ueteribus inuenta sunt, hoc semper nouum erit, usus, & inuentorum ab alijs scientia & dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi. Non opus est mihi alia quærere, sed hæc tantum morbis & temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum conleuatur, hoc palpebrarum crassitudo tenuatur, hoc uis subita & humor auertitur, hoc acuitur usus. Teras ista oportet, & eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inuenta sunt ab antiquis, quomodo autem admoueantur, aut quando, nostri operis est quærere. Multū egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerūt. Suspiciendi tamen sunt, & ritu deorum colendi. Quid ni ego magnorum uirorum & imagines habeam, incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honoris causa semper appellem? Quam uenerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem uidero aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem utrunque, & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem, Cleanthemcp in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego uerò illos ueneror, & tantis nominibus semper assurgo. Vale.

EPIST. LXVI. De numero causarum mundi secundum uarias sententias, & quod humanus animus non hæc, sed diuina perspectare debet.

HEsternum diem diuisi cum mala ualetudine, antemeridianum illa sibi uendicauit, postmeridianum mihi cessit. Itaqp lectione primum tentaui animum. Deinde cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, imò permittere: aliquid scripsi, & quidem intentius, quàm soleo, dum cum materia difficili contendo, & uinci nolo, donec interuenerunt amici qui mihi uim afferrent, & tanquam ægrum intemperantem coercerent. In locum stili sermo successit, ex quo eam partem ad te perferā, quæ in lite est, te arbitrum adduximus, plus negocij habes, quàm existimas. Triplex causa est, dicunt, ut scis Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam & materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moueat. Causa autem id est ratio, materiam format, & quocunqp uult uertat, ex illa uaria opera producit. Esse debet ergo unde aliquid fiat, deniqp à quo fiat: hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturæ, itaqp quod de uniuerso dicebam, adhæc transfer quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiam habuit quæ pateretur artificium, & artificē qui materiæ daret faciem. Ergo in statua materia æs fuit, causa artifex. Eadem conditio rerum omnium est, ex eo constat quod fit, & ex eo quod facit. Stoicis placet unam causam esse, id quod facit. Causam Aristoteles putat tribus modis dici, Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia forma, quæ unicuique operi imponitur, tanquam statuæ. Nam hanc Aristoteles idos uocat. Quarta quoqp, inquit, his accedit, propositum totius operis. Quid sit hoc, aperiam. Aes prima statuæ causa est, nunqp enim facta esset, nisi fuisset id ex eo quo funderetur, duceretúrue Secunda causa artifex est, non potuisset enim æs illud in habitum statuæ figurari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est forma, neque enim statua ista Doriphoros aut Diadumenos uocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propositum, nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est propositum? quod inuitauit artificem, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc, si uenditurus fabricauit, uel gloria, si laborauit in nomen, uel religio, si donum templo parauit. Ergo & hæc causa est propter quam fit. An non putas inter causas facti operis numerandum, quo remoto factum nō esset? His quintam Plato adijcit exemplar, quam ipse Ideam uocat, hoc est eam ad quod respiciens artifex, id quod destinabat efficit. Nihil autem ad rem pertinet, utrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos: an intus, quod ibi ipse concepit & posuit.

Causæ sunt quatuor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuit. Hæc exemplaria rerũ omniũ deus intra se habet, numerosq; uniuersorum quæ agẽda sunt, & modos mẽte cõplexus est, plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaq; homines quidẽ pereunt, ipsa autẽ humanitas ad quã homo effingitur, permanet, & hominibus laborantibus, intereũtibus, illa nil patitur. Quinq; ergo causæ sunt, ut Plato dicit. Id ex quo, id à quo, id in quo, id ad quod, id propter quod. Nouissime id quod ex his est: tanquã statua (quia de hac loqui cœpimus) Id ex quo, æs est, Id à quo artifex est, Id in quo, forma est, quæ aptatur illi, Id ad quod, exemplar est quod imitatur is qui facit, Id propter quod, facientis propositum est. Id quod ex istis est, ipsa statua. Hæc omnia mũdus quoq; (ut ait Plato) habet. Faciens hic deus est: ex quo fit, hæc materia est: forma hæc est habitus, et ordo mundi quem uidemus. Exemplar scilicet ad quod deus hanc magnitudinẽ operis pulcherrimi fecit: propositum propter quod fecit. Quæris quid sit propositũ deo? Bonitas, Ita certe Plato ait, quæ deo faciendi mundum causa fuit? bonus est, bona fecit, bono nulla cuiusquam boni inuidia est. Fecit itaq; quamoptimum potuit. Fer ergo iudex sententiam, & pronuncia, quis tibi uerisimillimum uideatur dicere, non quis uerum dicat. Id enim tam supra nos est, quàm ipsa ueritas. Hæc quæ ab Aristotele & Platone ponitur, turba causarum, aut nimium multa, aut nimiũ pauca comprehendit. Nam si quo cunq; remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. ponant inter causas tempus, nil sine tempore potest fieri, ponant locũ, si nõ fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem: ponant motũ, nil sine hoc nec fit nec perit, nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primã & generalem causam quærimus, hæc simplex esse debet. Nam & materia simplex est. Quærimus quid sit causa, Ratio faciens, id est deus. Ita enim quæ nunc retuli, nõ sunt multæ & singulæ causæ, sed ex una pendẽt, ex ea quæ facit. Formam dicis causam esse, hanc imponit artifex operi, pars causæ est, non causa. Exemplar quoq; non est causa, sed instrumentũ causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici, quomodo scalprum, quomodo lima, sine his procedere ars non potest, non partes tamen hæc artis, aut causæ sunt. Propositum, inquit, artificis propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est: ut sit causa, non est efficiens causa, sed superueniens. Hæ autem innumerabiles sunt, nos de causa quærimus generali. Illud uerò non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum et consummatum opus causam esse, multum enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententiã, aut (quod facilius in eiusmodi rebus est) nega tibi liquere, et nos reuerti iube. Quid te, inquis, delectat tempus inter ista conterere, quæ tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatẽ abigunt? Ego quidem priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus, & me prius scrutor. Deinde hunc mundũ, Ne hoc quidem tempus (ut existimas) perdo. Ista enim omnia si non concidantur, nec in hanc subtilitatẽ inutilem distrahantur, attollunt & leuant animum, qui graui sarcina pressus, explicari cupit, & reuerti ad illa quorũ fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pœna est, premente illo urgetur, in uinculis est nisi accessit philosophia, & illum respirare rerum naturæ spectaculo iussit, & à terrenis dimisit ad diuina. Hæc libertas eius est, hæc euagatio, subducit interim se custodiæ in qua tenetur, & cœlo reficitur. Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris intentione quæ oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos liberalius delectant: sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clusus, quoties potest apertum petit, & in rerũ naturæ contemplatione requiescit. Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, & cogitationes suas ad sublimia intendit, & uelut sacramento ligatus, hoc quod uiuit stipendium putat, & ita formatus est, ut illi nec amor uitæ nec odium sit, patiturq; mortalia, quãuis sciat ampliora superesse. Interdices mihi inspectionem rerũ naturæ, ac toto abductum rediges in parietem? Ego non quæram quæ sint initia uniuersorum, quis rerum formator, quis omnia in † uno mersa, & materia inerti conuoluta discreuerit? Non quæram quis sit artifex huius mundi, qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem uenerit, quis sparsa collegerit, confusa distinxerit, † nimia deformitate latentibus faciẽ diuiserit: unde lux tanta

al. imo.
al. in una

tanta fundatur, ignis sit, an aliquid igne lucidius? Ego ista nõ quæram? ego nescia unde descẽderim? semel hæc mihi uidenda sunt, an sæpe nascẽdũ? quo hinc iturus sim? quę sedes expectat animam solutam legibus seruitutis humanæ? Veras me cœlo intereſſe, id est iubes me uiuere capite demisso? Maior sum & ad maiora genitus, quàm ut mancipium sim mei corporis: quod equidem non aliter aspicio quàm uinculum libertati meæ circundatum. Hoc itaq; oppono fortunæ, in quo reſistat, nec per illud ad me ullũ transire uulnus sino. Quicquid in me potest iniuriã pati, hoc est in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat, nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simulationem, nunquam in honorẽ huius corpusculi mentiar. Cum uisum fuerit distrahã cum illo societatẽ, & nunc cũ hæremus, non erimus æquis partibus socij, animus ad se omne ius ducet. Contẽptus corporis sui, certa libertas est. Vt ad propositum reuertar, huic libertati multum cõferet, & illa de qua modo loquebamur, inspectio. Nempe uniuersa ex materia & ex deo constant. Deus ista temperat quæ circumfusa rectorẽ sequuntur, & ducem. Potentius autem est quod facit, quod est deus, quàm materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id in nobis corpus est, Seruiant ergo deteriora melioribus, fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias, non uulnera, non uincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis est, aut transitus: nec desinere timeo, idem est enim quod non cœpisse: nec transire, quia nusq; tam anguste ero. Vale.

IN LIB. OCTAVVM ANNOT.

Pro moras, habebat consulta, an recte uide. 1

Pro, ad nostrum aluum, Rodulphus legendum putat, ad nostrum album, ut intelligas ad iudicium Stoicorum. Et magnopere placet Rodulphi sententia. 2

Pro eadem uelle, erat. ne eadem uelle uideat. In idem uer. 5. pro maxime, cum maxime. 3

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER NONVS.

EPIST. LXVII. Notat eos qui tres gradus bonorum faciunt, dicens tantum unum bonum absolutum esse, scilicet uirtutem incapacem augmenti uel decrementi, ex qua bona sunt paria.

Laranũ condiscipulũ meũ uidi post multos annos, non puto expectatus ut adiicia senẽ, sed me hercules uiridẽ animo ac uigentẽ, & cũ corpusculo suo colluctantẽ. Iniquè emi se natura gessit, erga illum animũ male collocauit: aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingeniũ fortissimũ ac beatissimũ sub qualibet cute latere. Vicit tamẽ omnia impedimẽta, et ad cętera cõtemnẽda à cõremptu sui uenit. Errare mihi uisus est qui dixit: Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus. Nullo em honestamẽto eget, ipsa et magnũ sui decus est, et corpus suũ cõsecrat. Certè Claranũ nostrũ cœpi intueri, formosus mihi uidetur, et tã rectus corpore cũ q; est animo. Potest ex casa uir magnus exire, potest et ex deformi humilique corpusculo, formosus animus ac magnus. Quosdã itaq; uidetur mihi in hoc natura tales generare, ut approbet uirtutẽ omni loco nasci. Si posset per se nudos ædere animos, fecisset, nunc quod amplius est facit: quosdã enim ędit corporibus impeditos, sed nihilominus perrũpentes obstantia. Claranus mihi uidetur in exemplar æditus, ut scire possemus nõ deformitate corporis fœdari animũ, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quamuis aũt paucissimos unà fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram et ad te permittam. Hoc primo die quæsitum est, quomodo possint tria bona esse, si triplex eorum conditio est? Quædam (ut nostris uidetur) prima bona sunt, tanquam gaudium, pax, salus patriæ. Quædam secunda in materia infelici expressa, tanquam tormentorum patientia, & in morbo graui temperantia. Illa bona directo optamus nobis, hæc si necesse erit. Sunt adhuc tertia, tanquam modestus incessus & compositus, ac probus uultus, & conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista † inter se tria esse possint, cum alia optanda sint, alia auersanda? Si uolumus ista distinguere, ad primũ reuertamur, & cõsideremus id quale

al. utraq; bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

id quale sit. Animus intuẽs uera, peritus fugiendorũ ac petendorũ, nõ ex opinione sed ex natura precia rebus imponẽs, toti se inserens mundo, et in omnes eius actus contẽplationẽ tuam mittens, cogitationibus actionibusq; intentus, ex æquo magnus ac uehemens, asperis blandisq; pariter inuictus, neutri se fortunæ submittens, supra omnia quæ contingunt acciduntq;, eminens, pulcherrimus cum decore, cum uiribus sanus ac siccus, imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat, quem nec attollant fortuita nec deprimant. Talis animi uirtus est, hæc eius facies, si sub unum ueniat aspectum, & semel tota se ostendat. Cæterum multæ eius species sunt, quæ pro uitæ uarietate & pro actionibus explicantur, nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest, nec uirtuti ire retro licet: sed in alias atq; alias qualitates conuertitur: ad rerum quas actura est habitum figurata, quicquid attingit, in similitudinem
al. tingit. sui adducit & cingit: actiones, amicitias, interdum domus totas, quas intrauit dispositq;, condecorat: quicquid tractauit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaq; uis eius & magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementũ maximo non est. Nihil inuenies rectius recto, non magis quàm uerius uero, quàm temperato temperatius: omnis in modo est uirtus, modus certa mensura est. Constantia non habet quò procedat, non magis quàm fiducia, aut ueritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? Nihil. Aut perfectum non erat, cui accessit. Ergo ne uirtuti quidem, cui si quid adijci potest, desuit. Honestum quoq; nullam accessionem recipit, honestum est enim propter quod illa quæ retuli. Quid porro decorum, & iustum, & legitimum? non eiusdem esse formæ putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse imperfectæ rei signũ est, bonum omne in eadem cadit leges, iuncta est priuata & publica utilitas, tam mehercules, quàm inseparabile est, laudandũ petendumq;. Ergo uirtutes inter se pares sunt, & opera uirtutum, et omnes homines quibus illa contigere. Satorum uerò animaliũq; uirtutes, cum mortales sint, fragiles quoq; caducæq;, & incertæ, exiliunt residuntq;, & ideo non eodẽ precio æstimantur, quia una inducitur humanis uirtutibus regula, una enim est ratio recta simplexq;. Nihil est diuino diuinius, cœlesti cœlestius. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriũtur, implentur. Itaq; illis in tam incerta sorte inæqualitas est. Diuinorum una natura est. Ratio autẽ nihil aliud est, quàm in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio diuina est, nullum autẽ bonum sine ratione est, bonum omne diuinũ est. Nullum porro inter diuina discrimẽ est, ergo nec inter bona. Paria itaq; sunt, & gaudium, & fortis atq; obstinata tormentorum pessio. In utroq; enim eadem est animi magnitudo, sed in altero remissa & laxa, in altero pugnax & intenta. Quid tu non putas, parem esse uirtutem eius qui fortiter hostiũ mœnia expugnat, & eius qui obsidionẽ patientissime sustinet? Et magnus Scipio qui Numantiam claudit & comprimit, cogitq; inuictas manus in exitiũ ipsas sui uerti: & magnus ille obsessorũ animus, qui scit non esse clausum, cui mors aperta est, & in complexu libertatis expirat. Aeque reliqua quoq; inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, libertas, constantia, æquanimitas, tolerantia, omnibus enim istis una uirtus subest, quæ animum rectum & indeclinabilẽ præstat. Quid ergo? nihil interest inter gaudiũ, & dolorem inflexibilemq; patientiam? Nihil, quantũ ad ipsas uirtutes: plurimũ quantum ad illa, in quibus uirtus utraq; ostenditur. In altero nanq; naturalis animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaq; media sunt hæc, quæ plurimum interualli recipiunt. Virtus in utraq; par est. Virtutem materia non mutat, nec peiorẽ facit dura & difficilis, nec meliorẽ hilaris & læta. Necesse est ergo æqualia sint bona utraq;, quia nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in illis cruciatibus: duo uerò quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam si quæ extra uirtutem posita sunt, aut minuere illam, aut augere possunt, desinit unum bonũ esse, quod honestum est. Si hoc cõcesseris, omne honestũ perit. Quare? dicã, quia nihil honestũ est, quod inuito, quod à coacto fit. Omne honestũ uoluntariũ est. Admisce illi pigriciã, querelã, tergiuersationem, metũ, quod habet in se optimum perdidit, sibi placere. Nõ potest honestum esse, quod non est liberum. Nam quod timet, seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est. Si recusat aliquid, si complorat, si malum iudicat, perturbationem recipit,

recipit, & in magna discordia uolutatur. Hinc enim species recti uocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaq; qui honeste aliquid facturus est, quicquid opponitur, id etiamsi incommodum putat, malum non putat, uelut libens faciat. Omne honestum iniussum, incoactumq; est, syncerum, & nullo malo mixtum. Scio quid mihi hoc loco respõderi possit, hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse, utrũ aliquis in gaudio sit, an in eculeo iaceat, & tortorem suum lasset. Poteram respondere quod Epicurus ait, Sapientẽ si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturũ, dulce est, & ad me nil pertinet. Quid miraris, si ego paria bona dico, alterius in gaudio positi, alterius inter tormenta fortissime stantis, cũ (quod incredibilius est) dicat Epicurus, dulce esse torqueri. Et hic respondeo plurimũ interesse inter gaudiũ & dolorem. Si quæratur electio, alterũ petam, alterum uitabo. Illud secundũ naturam est, hoc contra. Quamdiu sic æstimantur, magno inter se dissident spacio. Cum uerò ad uirtutẽ uentum est, utraq; par est, & quæ per læta procedit, & quæ per tristia. Nullum habent momentũ uexatio & dolor, & quicquid aliud incommodi est, uirtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lumina claritas solis
al. minora obscurat, sic dolores, molestias, iniurias, uirtus magnitudine sua elidit, atq; opprimit, & quocunq; affulsit, ibi quicquid sine illa apparet, extinguitur, nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in uirtutem inciderint, q; in mari nimbus. Hoc scias ita esse ad omne pulchrum, uir bonus sine ulla cunctatione percurret, stet illic licet carnifex, stet tortor atq; ignis, perseuerabit, nec quid passurus, sed quid facturus sit aspiciet, & se honestæ rei tanquam bono uiro credet, utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem ergo locũ habebit apud illum honesta res, sed tristis atq; aspera, quem uir bonus, pauper, aut exul, ac pallidus. Agedum pone ex alia parte uirum bonum, diuitijs abundantem, ex altera nihil habentẽ, sed in se omnia, uterq; æquè bonus uir erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem (ut dixi) in rebus iudiciũ est, quod in hominibus. Aequè laudabilis est uirtus in corpore ualido ac libero posita, quàm in morbido ac uincto. Ergo tuam quoq; uirtutem non magis laudabis, si corpus illæsum tibi & integrum fortuna præstiterit, quàm si ex aliqua parte mutilatum. Alioqui hoc erit, ex seruorum habitu dominũ æstimare. Omnia enim ista in quæ dominũ casus exercet, seruilia sunt, pecunia & corpus, & honores, imbecilla, fluida, mortalia, possessiones incertæ. Illa rursus libera & inuicta opera uirtuti, quæ non ideò magis appetenda sunt, si benignius à fortuna tractantur, nec minus si aliqua rerum iniquitate premũtur. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio est. Non puto magis amares uirum bonum locupletem, quàm pauperem, nec robustum & lacertosum, quàm gracilem & languidi coloris. Ergo ne rem quidem magis appetes hilarem aut pacatam, quàm distractam & operosam: & si hoc est, magis diliges ex duobus æquè bonis uiris nitidum & unctum, quàm puluerulentum et horrentẽ. Deinde hucusq; peruenies, ut magis diligas integrũ omnibus membris & illæsum, quàm debilem aut luscum. Paulatim fastidiũ tuum illo usq; procedet ut ex duobus æquè iustis ac prudentibus comatum & crispulũ malis, q; recaluastrum. Vbi par est in utroq; uirtus, non comparet aliarum rerum inæqualitas. Omnia enim alia, non partes, sed accessiones sunt. Nam quis tam iniquã censurã inter suos agit, ut filium sanum quàm ægrum magis diligat? procerumue & excelsum, quàm breuem aut modicum? Fœtus suos non distinguunt feræ, & se in alimentum pariter omnium sternunt. Aues ex æquo partiuntur cibos. Vlysses ad Ithacæ suæ saxa tiè properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam (quia magna est) amat, sed quia sua. Quorsus hæc pertinent? ut scias uirtutem omnia opera sua, uelut fœtus suos ijsdem oculis intueri, æquè indulgere omnibus et quidem impensius, laborantibus. Quoniã quidem etiã parentũ amor, magis in ea quorũ miseretur inclinat. Virtus quoq; opera sua quæ uidet affici & premi non magis amat, sed parentũ bonorum more, magis cõplectitur ac fouet. Quare non est ullum bonũ altero maius? quia nõ est quicq; apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere, hoc magis par est alicui quàm illud, ergo nec honesto honestius quicq; est. Quod si par omniũ uirtutum natura est, tria genera bonorum in æquo sunt. Ita dico, in æquo est, moderate gaudere, & moderate dolere. Lætitia illa non uicit hanc animi firmitatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub tortore gemitus deuorantē. Illa bona optabilia sunt, hęc mirabilia, utraq; nihilomi
nus paria, quia quicquid incōmodi est, uelamento maioris boni tegitur. Quisquis hæc
imparia iudicat, ab ipsis uirtutibus auertit oculos, & exteriora circumspicit. Bona uera
idē pendent, idē patent, falsa multū habent uani. Itaq; speciosa & magna contra utsen-
tibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est mi Lucili quicquid uera ratio com-
mendat, solidum & æternum est, firmat animum, attollitq;, semper futurum in excel-
so. Illa quæ temerè laudantur, & uulgi sententia bona sunt, inflant inanibus lætos. Rur
sus ea quæ timentur tanquam mala, injiciunt formidinē mentibus, et illas non aliter q̄
animalia species periculi agitāt. Vtraq; res ergo sine causa animū & diffundit & mor-
det, nec illa gaudio, nec hæc metu digna est, sola ratio immutabilis & iudicij tenax est.
Nō enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectū recto, ergo et uir
tus nō aliud q̄ recta ratio. Omnes uirtutes rationes sunt. Rationes sunt, si rectæ sunt.
Si rectæ sunt, et pares sunt. Qualis ratio est tales et actiones sunt, ergo oēs pares sunt.
Nam cū similes rationi sint, similes & inter se sunt: pares aūt actiones inter se esse dico,
quia rectæ sunt & honestæ. Cæterū magna habebūt discrimina, uariante materia, quæ
modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis, modo ad multos per-
tinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis, id quod optimum est, par est, tanquā
uiri boni, omnes pares sunt, qui boni sunt, sed habent differentias ætatis, alius senior,
alius iunior. Habent corporis, alius formosus, alius deformis est. Habent fortunæ, ille
diues, hic pauper est, Ille gratiosus, potens, urbibus notus & populis: ignotus hic ple-
risq; & obscurus. Sed per illud quod boni sunt, pares sunt. De bonis ac malis sensus nō
iudicat, quid utile sit, quid inutile ignorat. Nō potest ferre sententiam, nisi in rem præ
sentem perductus est, nec futuri prouidus est, nec præteriti memor, quid sit cōsequens
nescit. Ex hoc autem rerum ordo seriesq; contexitur, & unitas uitæ in perfectū itura.
Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum, aliena & externa pro utilibus habet, &
quæ neq; bona sunt neq; mala, accessiones minimas ac leuissimas iudicat, omne illi bo
num in animo est. Cæterum bona quædam prima existimat, ad quæ ex proposito tie-
nit, tanquam uictoriam, bonos liberos, patriæ salutem: quædam secunda, quæ non ap-
parent nisi in rebus aduersis, tanquam æquo animo pati morbum magnum, exilium.
Quædam media, quæ nihilo magis secundum naturam sunt, quàm contra naturam,
tanquam prudenter ambulare, composite sedere. Non enim minus secundum naturā
est sedere, quàm aut stare aut ambulare. Duo illa superiora bona diuersa sunt. Prima e-
nim secundum naturam sunt, gaudere liberorum pietate, patriæ incolumitate. Secun-
da contra naturam sunt, fortiter obstare tormentis, & sitim perpeti, morbo urente pra-
cordia. Quid ergo, aliquid contra naturam bonū est? Minime. Sed illud aliquando cō-
tra naturam est, in quo bonum illud existit: uulnerari enim, & subiecto igne tabescere,
& aduersa ualetudine affligi, contra naturam est, sed inter ista seruare animum insatia-
bilem, secundum naturam est. Et ut quod uolo exprimā breuiter, materia boni aliquā-
do contra naturam, at bonum nunquam: quoniam bonum sine ratione nullum est, se-
quitur autem ratio naturam. Quid est ergo ratio? naturæ imitatio. Quid est summum
hominis bonum? ex naturæ uoluntate se gerere. Non est, inquit, dubium, quin felici-
or pax sit nunquam lacessita, quàm multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit,
quin felicior sit inconcussa ualetudo, quàm ex grauibus morbis & extrema minitanti-
bus in tutum ui quadam & patientia educta. Eodem modo non erit dubium, quin ma
ius bonum sit gaudium, quàm obnoxius animus ad perpetiēdos cruciatus uulnerum
aut ignium? Minime, illa enim quæ fortuita sunt, plurimum discriminis recipiunt, refil
mantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est, cōsentire naturę.
Hoc contingere in omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, nō
potest dici, ille magis assentitur quàm ille, ab omnibus in eandem sententiā itur. Idem
de uirtutibus dico, omnes naturæ assentiūtur. Idem de bonis dico, omnia naturæ assen
tiūtur. Alter adolescens decessit, alter senex, aliquis præter hos infans, cui nihil ampli
us contigit, quàm prospicere uitam. Omnes hi æque fuere mortales, etiam si mors alio
rum longius uitam passa est procedere, aliorū in medio flore precidit, aliorū interrupit
principia

principia. Alius inter cœnandum solutus est, alterius continuata mors somno est, ali-
quem concubitus extinxit. His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum
morsu, aut fractos ruina, aut per longam neruorum contractionem extortos minuta-
tim. Aliquorum melior dici, aliquorum potest peior exitus, mors quidem omniū par
est: per quę uenit, diuersa sunt, id in quod desinunt, unum est: mors nulla maior aut mi
nor est, habet enim eundem in omnibus modum, finisse uitam. Idem tibi de bonis dí-
co, hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia & acerba, illud fortunæ in-
dulgentiam rexit, hoc uiolentiam domuit, utrunq; æque bonum est, quamuis illud pla
na emolliuerit, hoc aspera. Idem finis omnium est, bona sunt, laudanda sunt, uirtutem
rationemq; comitantur, uirtus æquat inter se, quicquid agnoscit. Nec est quod hoc in-
ter nostra placita mireris, apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summū illud bea-
tumq; componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Hæc bona
non crescunt, si plena sunt. Quo enim crescet, quod plenum est? Dolore corpus caret,
quid ad hanc accedere indolentiā potest? Animus constat sibi, & placidus est, quid ac-
cedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas cœli non recipit ma
iorem adhuc claritatem, in syncerissimum nitorem repurgata: sic hominis corpus ani-
mumq; curantis, & bonum suum ex utroq; nectentis, perfectus est status, & summam
uoti sui inuenit, si nec æstus animo est, nec dolor corpori. Si quæ extra blandimēta con
tingunt, non augent summum bonum, sed (ut ita dicam) condiunt & oblectant: ab-
solutum enim illud humanæ naturæ bonum, corporis & animi pace contentum est. Da-
bo apud Epicurum tibi etiam nunc simillimam huic nostræ diuisionem bonorum. A-
lia enim sunt apud illum, quæ malit contingere sibi, ut corporis quietem ab omni in-
commodo liberam, & animi remissionem, bonorum suorū contemplatione gauden-
tis. Alia sunt, quæ quamuis nolit accidere, nihilominus & laudat & comprobat, tan-
quam illam, quam paulo ante dicebam, malæ ualetudinis, & dolorum grauissimorum
perpessionem, in qua Epicurus fuit illo summo ac † fortissimo die suo: ait enim se uesi- *al. fortunatissimo*
cæ & exulcerati uentris tormenta tolerare, ulteriorem doloris accessionem non reci-
pientia, esse nihilominus sibi illum beatum diem: beatum autem agere, nisi qui est in
summo bono, non potest. Ergo & apud Epicurum sunt hæc bona, quæ malles nō ex-
periri, sed quia ita res tulit, & amplexanda & laudanda & exæquanda summis sunt.
Non potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ uitæ clausulam impo-
suit, cui Epicurus extrema uoce gratias egit. Permitte mihi mi Lucili, uirorū optime,
aliquid audacius dicere, si ulla bona maiora esse aliis possunt, hęc ego quæ tristia uiden
tur, mollibus illis & delicatis prætulissem. Maius est enim † perstrinxisse difficilia, q̄ læ *al. perfringere*
ta moderari. Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem bene, & ut calamitatem forti-
ter, ferat. Aeque fortis esse potest, qui pro uallo securus excubuit, nullis hostibus castra
tentantibus: & qui succisis poplitibus in genua se excepit, nec arma dimisit? Macte uir
tute esto, sanguinolentis & ex acie redeuntibus, dicitur. Itaq; hæc magis laudauerim
bona exercitata & fortia, & cum fortuna rixata. Ego non dubito, quin magis laudem
truncam illam & retorridam manum Mutij, quàm cuiuslibet fortissimi saluam. Stetit
hostium flammarumq; cōtemptor, & manum suam in hostili foculo distillantem per-
spectauit, donec Porsenna, cuius pœnæ fauebat, gloriæ inuidit, & ignem inuito eripi
iussit. Hoc bonum quid ni inter prima numerem, tantoq; maius putem, quàm illa secu
ra & intentata fortunæ, quanto rarius est hostem amissa manu uixisse, quàm armata?
Quid ergo, inquis, hoc bonum tibi optabis? Quid ni? hoc enim, nisi qui potest & opta
re, non potest facere. An potius optē ut male laxandos articulos exoletis meis porrigā, a
ut muliercula, aut aliquis in mulierculam ex uiro uersus, digitulos meos ducat? Quid
ni ergo feliciorem putem Mutium, qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tracta-
tori præstitisset? In integrum restituit, quicquid erraverat. Confecit bellum inermis ac
mancus, & illa manu trunca reges duos uicit. Vale.

EPIST. LXVIII. Quomodo omne bonum est optabile.

VT à communibus initium faciam, Ver aperire se cœpit, sed iam inclinatū in æsta-
tē, quo tempore calere debebat, intepuit, nec adhuc illi fides est, sæpe enim in hye

Universidad de Deusto
Biblioteca

mem reuoluitur. Vis scire quàm dubium adhuc sit, nondum me committo frigido ne
al. adhuc rigorem eius infringo. ri, † adhuc uigor est eius in frigore. Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Ita est mi Lucili, iam ætas mea cõtenta est suo frigore, uix media regelatur æstate. Itaq; maior pars in uestimẽtis degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? Quicquid debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando interueniunt epistolæ tuæ, tecum esse mihi uideor, ex sic afficior animo, tanquam tibi non rescribam, sed respondeam. Itaq; & de hoc quod quæris, quasi colloquor tecum quale sit, unà scrutabimur. Quæris an omne bonũ optabile sit: si bonum est, inquis, fortiter torqueri, & magno animo uri, & patienter ægrotare, sequitur ut ista optabilia sint. Nihil autem uideo ex istis uoto dignum. Neminem certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse, quod flagellis cæsus esset, aut podagra distortus, aut eculeo longior factus. Distingue mi Lucili ista, & intelliges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse à me uelim, sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum, sed si inciderit, ut uulnera, ut famem, & omnia quæ bellorum necessitas affert, generose ferram, optabo. Non sum tam demens, ut ægrotare cupiam, sed si ægrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effœminate faciam, optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed uirtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex nostris existimant omnium
al. asperorum † nostrorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed nec abominandam quidem, quia uoto purum bonum peti debet, & tranquillũ, & extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde si uirtus optabilis est, nullum autem sine uirtute bonum, &
al. non est, etiamnum omne bonum optabile. Deinde etiam si tormentorum fortis patientia optabilis † est. Etiamnum interrogo, nõne fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit & prouocat. Pulcherrima pars eius maximeq; mirabilis illa est, non cedere ignibus, obuiam ire uulneribus. Interdum tela ne uitare quidem, sed pectore excipere; Si fortitudo optabilis est, & tormenta patienter ferre optabile est, nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est. Hoc enim, fortitudinis pars est. Sed separa ista (ut dixi) nihil erit quod ibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto fortiter, quod est uirtus, quis tamen unquam hoc sibi optabit? Quædã uota aperta & professa sunt, cum particulatim fiunt: quædam latent, cum uno uoto multa comprehensa sunt. Tanquam opto mihi uitam honestam, uita autem honesta actionibus uarijs constat. In hac est Reguli arca, Catonis scissum manu sua uulnus, Rutilij exilium, calix uenenatus, qui Socratem transtulit è carcere in cœlum. Ita cum optaui mihi uitam honestam, & hæc optaui, sine quibus interdũ honesta nõ potest esse. O terq; quaterq; beati, Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. Quid interest, optes hoc alicui, an optabile fuisse fatearis? Decius se pro Repub. deuouit, et in medios hostes concitato equo mortem petens irruit. Alter post hunc paternæ uirtutis æmulus, conceptis solennibus ac iam familiaribus uerbis, in aciem confertissimam incurrit,
3 de hoc solicitus tantum ut litaret, optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo an optimum sit memorabilem mori, & in aliquo opere uirtutis? Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus uirtutibus utitur, fortasse cum una in promptu sit, & maxime appareat patientia. Cæterum illic est fortitudo, cuius patientia & perpessio, et tolerantia rami sunt. Illic est prudentia, sine qua nullum initur consilium, quæ suadet quod effugere non possis, quam fortissime ferre. Illic est cõstantia, quæ deijci loco non potest, & propositum nulla ui extorquente dimittit, Illic est indiuiduus ille comitatus uirtutum. Quicquid honeste fit, una uirtus facit, sed ex consilij sententia. Quod autem ab omnibus uirtutibus cõprobatur, etiam si ab una fieri uidetur, optabile est. Quid tu existimas ea tantum optabilia esse, quæ per uoluptatem & ocium ueniunt? quæ excipiuntur foribus ornatis? Sunt quædam tristes uoluptates, sunt quædam uota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium uenerantiumq; celebrantur. Ita tu non putas Regulum optasse, ut ad Pœnos perueniret? Indue magni uiri animũ, & ab opinionibus uulgi secede paulisper, cape quantam debes uirtutis pulcherrimæ ac magnificentissi-

mæ speciem, quæ nobis non fertis, sed sudore & sanguine colenda est: aspice Marcum Catonem, sacro illi pectori purissimas manus admouentem, & uulnera parum demissa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es, uellem quæ uelles, & molestè fero, an feliciter, quod agis? Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui uitam securam, & sine
4 ullis fortunæ incursionibus mare mortuum uocat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione & incursu firmitatẽ animi tui tentes, sed in ocio inconcusso iacere non est tranquillitas, malacia est. Attalus Stoicus dicere solebat, Malo me fortuna in castris suis quàm in delitijs habeat: torqueor, sed fortiter, bene est: occidor, sed fortiter, bene est. Audi Epicurum, dicet & dulce est. Ego tam honestæ rei ac seueræ nunquã molle nomen imponam. Vror, sed inuictus. Quid ni optabile sit, non quod urit me ignis, sed quod non uincit? Nihil est uirtute præstantius, nihil pulchrius, & bonum est, & optabile, quicquid ex huius geritur imperio. Vale.

Mortuum mare uita securа est.

5 EPIST. LXIX. Quomodo sit colendum ocium, & quid in eo tractandum.

COnsilio tuo accedo, absconde te in ocio, sed & ipsum ocium absconde. Hoc te facturum Stoicorum etiamsi non præcepto, ad exemplum licet scias, sed ex præcepto quoq; facias, & tibi cum uoles, approbabis. Nec ad omnem Rempub. mittimus, nec semper, nec sine ullo fine. Præterea cum sapienti Rempub. ipso dignam dedimus, id est, mundum, non est extra Rempub. etiam si recesserit, imò fortasse relicto uno angulo, in maiora atq; ampliora transit, & cœlo impositus, intelligit, cum sellam aut tribunal ascenderit, quàm humili loco sederit. Depono hoc apud te, nunquam plus agere sapientem, quàm cum in conspectum eius diuina atq; humana uenerunt. Nunc ad illud reuertor, quod suadere tibi cœperam, ut ocium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam. Atq; etiam aliud proposito tuo nomen impone, ualetudinem, & imbecillitatem, uocato desidiam, Gloriari ocio, iners ambitio est. Animalia quædam ne inueniri possint, uestigia sua circa cubile ipsum confundunt. Idem tibi faciendum est, alioquin non deerunt qui persequantur: multi aperta transeunt, condita et obstrusa rimantur, furem signata solicitãt. Vile uidetur quicquid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisq;, in secreta irrumpere cupit. Optimum itaq; est, non iactare ocium suum. Iactandi autem genus est, nimis latere, & à conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis non transit domus suæ limen. Cõuocat turbam, quisquis ocio suo aliquam fabulam imposuit. Cum secesseris, nõ est agendum hoc, ut de te homines loquantur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autem tecum loquaris? Quod homines de alijs libentissime faciunt, de te apud te male existima. Assuesce & dicere uerum, & audire. Id autem maxime tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet quisq; sui corporis uitia. Itaq; alius uomitu leuat stomachum, alius frequenti cibo fulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit & purgat. Hi quorum pedes dolor repetit, aut uino aut balneo abstinent, in cætera negligentes, huic, à quo sæpe infestantur, occurrũt. Sic in animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibẽda curatio est. Quid in ocio facio? ulcus meũ curo. Si ostenderem tibi pedem turgidũ, liuidam manũ, aut contracti cruris aridos neruos, permitteres mihi uno loco iacere, & fouere morbũ meum. Maius malum est hoc, quod non possum tibi ostendere. In pectore tuo collectio & uomica est. Nolo laudes, nolo dicas, O magnum uirum, contempsit omnia, & damnatis humanæ uitæ furoribus fugit. Nihil damnaui nisi me, non est quod proficiendi causa uenire ad me uelis. Erras qui hinc aliquid auxilij speras. Non medicus, sed æger hic habitat. Malo illa cum discesseris dicas, Ego istum beatum hominem putabam & eruditum, erexeram aures, destitutus sum, nihil uidi, nihil audiui quod concupiscerem, ad quod reuerterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectũ est. Malo ignoscas ocio meo, quàm inuideas. Ocium, inquis, Seneca mihi commendas? ad Epicureas uoces dilaberis. Ocium tibi commendo, in quo maiora agas & pulchriora, quàm quæ reliquisti. Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in literam senes orbos, plurimum in foro posse, inuidiosa potentia ac breuis est, & (si uerum æstimes) sordida. Ille me gratia forensi longe antecedit. Ille stipendijs militaribus & quæsita per hoc dignitate. Ille cli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

entum turba: tanti est ab hominibus uinci, dū à me fortuna uincatur, cuius turbæ par esse non possum, plus habeo gratiæ. Vtinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi, utinā de uita beata non in conspectu mortis ageremus, sed nunc quoq; non moremur. Multa enim quæ superuacua esse & inimica crediturí fuimus rationi, nunc experientiæ credimus. Quod facere solent qui serius exeunt, & uolunt tempus celeritate reparare, calcar addamus: hęc ætas optime facit ad hęc studia. Iam disputauit, iam uitia primo feruore adolescentiæ indomita lassauit, non multum superest ut extinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud, quod in exitu discis, aut in quam rem in hanc, ut exeam melior. Non est tamen quod existimes ullam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, quàm quæ se multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia domuit, quæ ad salutaria, mitigatis affectibus, uenit. Hoc est breuis huius boni tempus, quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis † peruenit. Vale.

al. prævenitur

EPIST. LXX. De uaria locorum mutatione uitanda, & redimenda breuitate temporis.

MVtare te loca, & in alium de alio transilire nolo. Primum, quia tam frequens migratio instabilis animi est, coalescere ocio non potest, nisi desinat circumspicere & errare. Vt animū possis continere, prius corporis tui fugam siste, deinde plurimum remedia continuata proficiunt. Interrumpenda non est quies, & uitæ prioris oblitio. Sine dediscere oculos tuos, sine aures assuescere sanioribus uerbis, quoties processeris in ipso transitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas, tibi occurrent: quemadmodum ei qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis, nihil enim facilius quàm amor recrudescit, Ita qui deponere uult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Citò rebellat affectus, quocunq; se uerterit, precium aliquod præsens occupationis suæ inueniet.

Nullum sine autoramēto malum est. Auaricia pecuniam promittit, luxuria multas uarias uoluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiā, & quicquid potentia potest. Mercede te uicia solicitant, hic tibi gratis uiuendum est. Vix effici toto seculo potest, ut uitia tam longa licentia tumida subigantur, et iugum accipiant, ne dum, si tam breue tempus per interualla discindimus. Vnam quamlibet rem uix ad perfectum adducit assidua uigilia & intentio. Si me quidem uelis audire, hoc meditare, exerce te, ut mortem & excipias, & si ita res suadebit, accersas. Interest nihil, an illa ad nos ueniat, an ad illam nos. Illud imperitissimi cuiusq; uerbum falsum esse ipse tibi persuade, Bella res est mori sua morte. Illud præterea tecum licet cogites, Nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore. Nam quod relinquis, alienum est. Vale.

IN LIBRVM NONVM ANNOTAT.

1 Erat, quia boni sunt. Scribendum arbitror, qua boni sunt, ut qua sit pro quatenus.
2 Pro male laxandos, Rodolphus notarat, malacizandos. Et placet uehementer.
3 Optabilem rem putas mortem?
4 Nollem quæ uelles.
5 Quod nos diuinauimus de malicia, idem annotarat Rodolphus, addens Cæsarem in commentarijs belli gallici hac uoce notare segnem & immotum maris torporem.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER DECIMVS.

EPIST. LXXI. Quomodo immaturæ mortis stultis querela sit, & quando sera mors præoccupanda sit, & quando differenda.

POst longum interuallum Pompeios tuos uidi, in conspectum adolescentiæ meæ reductus sum, quicquid illic iuuenis feceram, uidebar mihi facere adhuc posse, & paulò ante fecisse. Prænauigauimus Lucrinum, & quemadmodum Vergilius noster ait, in mari Terræq; urbesq; recedunt, sic, cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem & senem medium in utriusq; confinio positum, Deinde ipsius senectutis optimos annos. Nouissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum

esse illum putamus? Clementissimus portus est, aliquando petendus, nunquam recusandus. In quem si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet, quàm qui cito nauigauit. Alium enim, ut scis, uenti segnes ludunt ac detinent, & tranquillitatis lentissimo tædio lassant, alium pertinax flatus celerrime pertert. Idem euenire nobis puta, alios uita uelocissime adduxit, quò ueniendum erat etiam cunctantibus, alios macerauit & coxit, quæ, ut scis, non semper retinenda est. Non enim uiuere bonum est, sed bene uiuere. Itaq; sapiens uiuit, quantum debet, non quantum potest. Vidit ubi uicturus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat semper qualis uita, non quanta sit. Sed si multa occurrunt molesta, & tranquillitatem turbantia, emittit se: nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi cœperit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illo desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem, an accipiat, tardius fiat an citius. Non tanquam de magno detrimento timet. Nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori uel tardius, ad rem non pertinet: bene mori aut male, ad rem pertinet: bene autem mori est effugere male uiuendi periculum. Itaq; effœminatissimam uocem illius Rhodij existimo, qui cum incauecam coniectus esset à tyranno, & tanquam ferum aliquod animal alereatur, suadenti cuidam ut abstineret cibo, Omnia, inquit, homini dum uiuit sperāda sunt. Vt sit hoc uerū, non omni precio uita emēda est. Quædā licet magna, licet certa sint, tamē ad illa turpi infirmitatis confessione non ueniam. Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse fortunam, potius quàm cogitem in eo qui scit mori nihil posse fortunam? Aliquando tamen etiam si certa mors instabit, & destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit pœnæ suæ manum. Stultitia est timore mortis mori. Venit qui occidat. Expecta, quid occupas? quare suscipis alienæ crudelitatis procurationem? Vtrum inuides carnifici tuo an parcis? Socrates potuit abstinentia finire uitam, & inedia potius quàm uenono mori, triginta tamen dies in carcere & inexpectatione mortis exegit: non hoc animo tanquam omnia fieri possent, tanquām multas spes tam longum tempus reciperet, sed ut præberet se legibus, ut fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultius quàm mortem contemnere, uenenum timere? Scribonia grauis fœmina, amita Drusij Libonis fuit, adolescentis tam solidi, quàm nobilis, maiora sperantis, quàm illo seculo quisquam sperare poterat. At ipse cum æger à senatu in lectica relatus esset, non sanè frequentibus obsequijs, omnes enim necessarij deseruerant impie, iam non reum sed funus, habere cœpit consilium, utrum conscisceret mortem, an expectaret. Cui Scribonia, Quid te, inquit, delectat alienū negociū agere? Nō persuasit illi. Manus sibi attulit, nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si uiuit, alienum negocium agit. Non possis itaq; de re in uniuersum pronūciare, cum mortem uis externa denunciat, occupanda sit an expectanda. Multa enim sunt, quæ in utramq; partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex & facilis est, quid ni huic inijcienda sit manus? Quemadmodum nauim eligam nauigaturus, & domum habitaturus, ita mortem utiq; qua sum exiturus è uita meliorem. Præterea quemadmodum non utiq; melior est longior uita, sic peior utiq; mors longior. In nulla re magis, quàm in morte morem animo gerere debemus. Exeat quà impetum cepit, siue ferrum appetit, siue laqueum, siue aliquam potionem uenas occupantem, pergat, & uincula seruitutis abrumpat. Vitā & alijs approbare quisq; debet, mortem sibi, optima est quæ placet. Stulte hæc cogitantur, Aliquis dicet me parum fortiter fecisse, aliquis nimis temerè, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Vis tu cogitare, id in manibus esse consilium, ad quod fama non pertinet? Hoc unum intuere, ut te fortunæ quàm celerrime eripias. Alioquí aderunt qui de facto tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapientiā, qui uim afferendam uitæ suæ negent, & nephas iudicent ipsum interemptorem sui fieri. Expectandum esse exitum, quem natura decreuit. Hoc qui dicit, nō uidet se libertatis uiam claudere. Nihil melius æterna lex fecit, quàm quod unum introitū nobis ad uitam dedit, exitus multos. Ego expectem uel morbi crudelitatem, uel hominis, cum possim per media exire tormenta, & aduersa discutere? Hoc est unum cur de uita non possimus queri, neminem tenet. Bono lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

co res humanæ sunt, quod nemo nisi uitio suo miser est. Placet, uiue, si non placet, licet eò reuerti unde uenisti. Vt dolorem capitis leuares, sanguinem sæpe emisisti, ad extenuandũ corpus uena percutitur. Non opus est uasto uulnere diuidere præcordia, scalpello aperitur ad illam magnam libertatem uia, & puncto securitas constat. Quid ergo est, quod nos facit pigros inertesq; Nemo nostrum cogitat, quandoq; sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgentia loci & consuetudo, etiam iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? Tanquam migraturus habita, propone tibi quandoq; hoc contubernio carendum, fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in mentem, omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercent fortasse in superuacuum: aduersus paupertatem præparatus est animus, permansere diuitiæ: ad contemptũ nos doloris armauimus, nunquam à nobis exiget huius uirtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis: ut fortiter amissorum desideria pateremur, præcepimus nobis, omnes quos amabamus, superstites fortuna seruauit: huius unius rei usum qui exigat dies, ueniet. Non est quod existimes, magnis tantum uiris hoc robur fuisse, quo seruitutis humanæ claustra perrumperent: non est quod iudices, hoc fieri nisi à Catone non posse, qui quam ferro nõ emiserat animam, manu extraxit: cum uilissimæ sortis homines ingenti impetu in tutum euaserint, cumq; commodo mori non licuisset, nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obuia quæq; rapuerunt, & quæ natura non erant noxia, ui sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus è Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi datum est sine custode secretum. Ibi lignum id quod ad emundanda obscœna adhærẽte spongia positum est, totum in gulam farsit, & in præclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere, ita prorsus, parum munde & parum decenter. Quid est istud tius quàm fastidiose mori? O uirum fortem, ò dignum, cui fati daretur electio: quàm fortiter ille gladio usus esset, quàm animose in profundam se altitudinem maris, aut abscisæ rupis immisisset? Vndiq; destitutus inuenit, quemadmodum & mortem sibi deberet, & telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse, quàm uelle. Existimetur de facto hominis acerrimi, ut cuiq; usum erit, dum hoc constet, præferendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimæ. Quoniam cœpi sordidis exemplis uti, perseuerabo: plus enim à se quisq; exiget, si uiderit hanc rem etiam à contemptissimis posse contemni: Catones, Scipionesq;, & alios, quos audire cum admiratione consuemus, supra imitationem positos putamus. Iam ego istam uirtutẽ habere tam multa exempla in ludo bestiario, quàm in ducibus belli ciuilis ostendam. Cum aduehereturnuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculũ missus, tanquam somno prementenutaret, caput usq; eò demisit, donec radijs insidereret, & tamdiu se in sedili suo retinuit, donec ceruicem circumactu rotæ frangeret: eodem uehiculo quo ad pœnam ferebatur, pœnam effugit. Nihil obstat, erumpere & exire cupienti. In aperto nos natura custodit. Cui permittit necessitas sua, circumspiciat exitum mollem. Cui ad manũ plura sunt, per quæ sese asserat, is delectum agat, & quà potissimum liberetur, consideret. Cui difficilis occasio est, is proximam quamq; pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingeniũ, cui nõ defuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoq; mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitẽtur, & intentissimas custodias fallant. Ille uir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperauit, sed inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secũdo Naumachiæ spectaculo unus è barbaris lanceam, quam in aduersarios acceperat, totam iugulo suo immersit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium iam dudum effugio? Quare ego mortem armatus expecto? Tanto hoc speciosius spectaculum fuit, quanto honestius mori discunt homines, quàm occidere. Quid ergo? quod animi perditi, noxiosiq; habent, non habebũt illi, quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio, & magistra rerum omniũ ratio? Illa nos docet fati uarios esse accessus, finem eundem. Nihil autem interesse, unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio monet, ut si licet, moriaris sine dolore. Sin autẽ non potest, fac quemadmodũ potes, & quicquid obuenerit ad uim afferendã tibi, inua-

tibi, inuadas. Iniuriosum est rapto uiuere, at contra pulcherrimum mori rapto. Vale.

EPIST. LXXII. De consilio ex summa uitæ captando. Et quomodo mors honesta res sit. Et de animi fortitudine.

SVbinde me de rebus singulis consulis, oblitus uasto nos mari diuidi: cum magna pars consilij sit in tempore, necesse est euenire, ut de quibusdã rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur, res nostræ feruntur, imò uoluuntur. Ergo consilium sub die nasci debet, & hoc quoq; tardum est nimis, sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum aũt inueniatur ostendam. Quotes quid fugiendum sit, aut quid petendum uoles scire, ad summũ bonum, & propositum totius uitæ respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus: non disponet singula, nisi cui iam uitæ suæ summa proposita est. Nemo, quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam cõstet quid uelit pingere. Ideò peccamus, quia de partibus uitæ omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui sagittam uult mittere, & tunc dirigere, & moderari manu telum. Errãt consilia nostra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portũ petat, nullus suus uentus est. Necesse est multum in uita nostra casus possit, quia uiuimus casu. Quibusdam autem euenit ut quædam scire se nesciant: quemadmodum quærimus sæpe eos, cum quibus stamus, ita plerunq; finem summi boni ignoramus appositum, nec multis uerbis, nec circuitu longo, quid sit summum bonum colligis, digito (ut ita dicam) demonstrandum est, nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere, cum possis dicere summum est, quod honestum est? & quod magis admireris, unum bonum est, quod honestum est. Cætera falsa & adulterina bona sunt. Hæc si persuaseris tibi, & uirtutem adamaueris (amare enim parum est) quicquid illa contigerit, id tibi qualecunq; alijs uidebitur, faustum felixq; erit, & torqueri, si modo facueris ipso torquente securior, & ægrotare si non maledixeris fortunæ, si non cesseris morbo. Omnia denicq; quæ cæteris uidentur mala, & mansuescent, & in bonũ abibunt, si super illa eminueris: hoc liqueat nihil esse bonum, nisi honestum, & omnia incommoda suo iure bona uocabuntur, quæ modo uirtus honestauerit. Multis uidemur maiora promittere, quàm recipit humana conditio: non immerito, ad corpus enim respiciunt: reuertantur ad animum, iam hominẽ deo metientur. Erige te Lucili uirorũ optime, & relinque istum ludum literarium philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas uocant, qui animum minuta docendo dimittunt & conterunt, fies similis illis, qui inuenerunt ista, non qui docent, & id agunt, ut philosophia potius difficilis quàm magna uideatur. Socrates, qui totam philosophiam reuocauit ad mores, & hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaq; distinguere, Sequere, inquit, illos, si quid apud te habeo autoritatis, ut sis beatus, & te alicui stultum uideri sine: quisquis uoler tibi cõtumeliam facere, faciat & iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus. Si uis, inquit, beatus esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc nemo præstabit, nisi qui omnia bona exequauerit, quia nec bonum sine honesto est, & honestum in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter præturam Catonis & repulsam? Nihil interest utrũ Pharsalica acie Cato uincatur, an uincat? Hoc eius bonũ, quo uictis partibus non potest uinci, par erat illi bono, quo uictor rediret in patriam, & componeret pacem? Quid ni par sit? eadẽ enim uirtute & mala fortuna uincitur, & ordinatur bona, uirtus autem nõ potest maior aut minor fieri. Vnius staturæ est. Sed Cn. Pompeius amittet exercitum, sed illud pulcherrimum reipublicæ prætextum optimates, & prima acies Pompeianarũ partium senatus ferens arma uno prælio profligabuntur, & tam magni ruina imperij, in totum dissiliet orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet, ne hoc quidem miseræ reipublicæ contingeret, semel ruere. Omnia licet fiant, Iubam in regno suo, non locorũ notitia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima, Vticensium quoq; fides malis fracta deficiat, & Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat, olim prouisum est, ne quid Cato detrimenti capiat. Victus est tamẽ. Et hoc numera inter repulsas Catonis, tam magno animo feret aliquid sibi ad uictoriam, quàm ad præturam

Sub manu nasci.

Digito demonstrare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua nocte periturus fuit, legit. Eodē loco habuit, prætura & uita excedere: omnia quæ acciderent, ferenda esse persuaserat sibi. Quid ni ille mutationem reipublicæ forti & æquo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non cœlum, non totus hic rerum omniū cōtextus, quamuis deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet. Certis eunt cuncta tēporibus, nasci debent, crescere, extingui. Quæ cunq; uides supra nos currere, & hæc quibus innixi atq; impositi simus, ueluti solidissimis, carpentur ac desinent. Nulli nō senectus sua est, Inæqualibus ista spatijs eodem natura demittit: quicquid est, non erit, nec peribit, sed resoluetur. Nobis solui perire est. Proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes, & quæ se corpori addixerit: alioqui fortius finem sui suorumq; pateretur, si speraret omnia illa sicuti uitam mortemq; per uices ire, & composita dissolui, dissoluta componi, In hoc operæternam artem cuncta temperantis dei uerti. Itaq; Cato cum æuum animo percurrerit, dicet: Omne humanū genus est, quodq; est, quodq; erit, morte damnatū est, omnes quæ usquam rerum potiuntur urbes, quæq; alienorum imperiorum magna sunt & decora, ubi fuerint aliquando quæretur, & uario exitij genere tollentur: alias destruent bella, alias desidia, paxq; ad inertiam uersa consumet, & magnis opibus exitiosa res luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio abscondet, aut in subtam cauernā cōsidentis soli lapsus abducet, Quid est ergo, quare indigner, aut doleā, si exiguo momento publica fata præcedo? Magnus animus deo pareat, & quicquid lex uniuersi iubet, sine cunctatione patiatur: aut in meliorē emittitur uitam, lucidum tranquillius q; inter diuina mansurus, aut certe sine ullo futurus incommodo, naturæ suæ remiscebitur & reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita, quàm mors honesta, quoniam non intenditur uirtus. Idem esse dicebat Socrates ueritatem & uirtutem, quomodo illa non crescit, sic nec uirtus quidem. Habet numeros suos, plena est. Non est itaq; quod mireris paria esse bona, & quæ ex proposito sumenda sunt, & quæ subita res tulit. Nam si hanc inæqualitatem receperis, utiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiā in malis, & infelicē Socratem dices in carcere, infelicē Catonē uulnera sua animosius quàm fecerat, retractantē. Calamitosissimum omnium Regulum fidei pœnas etiam hostibus seruatæ pendentē. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem, ausus est. Negant enim illum esse beatum, sed tamen negāt miserum. Academici ueteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum, nec ad plenum, quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum bonum est, supra se gradum non habet: si modo illi uirtus ineſt, si illam aduersa non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis, manet autem. Virtutem enim intelligo animosam & excelsam, quam incitat, quicquid infestat. Hunc animum quem sæpe induunt generosæ indolis iuuenes, quos alicuius honestæ rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia infundet & tradet, persuadebit unum bonum esse quod honestum. Hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quàm regula, quæ rectū probari solet. Quam si flectes, quicquid ex illa mutaueris, iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus, & hæc recta est. Flexuram non recipit, rigidari quidem, amplius intendi non potest. Hæc de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, nec quæ illa quidem fiunt, alia alijs rectiora sunt. Huic enim necesse est respondeant, ita paria sunt. Quid ergo inquis? iacere in conuiuio & torqueri, paria sunt? Hoc mirum uidetur tibi? Illud licet magis admireris, Iacere in conuiuio malum est, torqueri in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit: bona ista aut mala non efficit materia, sed uirtus. Hæc ubicunq; apparuit, omnia eiusdem mensuræ & precij sunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille, qui omnium animum æstimat ex suo, quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis, & prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius qui triumphat, & eius qui ante currum uehitur inuictus animo. Non putant enim fieri, quicquid facere non possunt, ex infirmitate sua de uirtute ferunt sentētiam. Quid miraris, si uri, uulnerari, occidi, alligari iuuat aliquando

forte, abdet.

aliquando etiam libet? Luxurioso frugalitas pœna est, pigro supplicij loco labor est, delicatus miseretur industrij, desidioso studere torqueri est. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atq; intoleranda credimus, oblitī quàm multis tormentū sit uino carere, aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi & enerues. Magno animo de rebus magnis iudicandum est, alioqui uidebitur illarū uitium esse, quod nostrum est. Sic quædam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curui præfractiq; uisentibus reddunt. Non tantū quid uideas, sed quemadmodū refert. Animus noster ad uera perspicienda caligat. Da mihi adolescentem incorruptū & ingenio uegetum, dicit fortunatiorem sibi uideri, qui omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollit, qui supra fortunam extat. Non mirum est in tranquillitate non concuti. Illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in alijs quæ aduersa appellamus mali? ut opinor succidere mentem, & incuruari, & succumbere, quorum nihil sapienti uiro potest euenire. Stat rectus, sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit, nihil illi eorum quæ ferenda sunt, displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur, uires suas nouit, scit se esse oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoueo. Memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis, hæc mordetur, uritur, dolet. Altera rationalis, hæc inconcussas opiniones habet, intrepida est, & indomita. In hac positum est summum illud hominis bonum, quod antequam impleatur, incerta mentis uolutatio est, cum uerò perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaq; inchoatus ad summa procedens, cultorq; uirtutis, etiam si appropinquat perfecto bono, sed ei nondum summam manum imposuit, ibi interim cessabit & remittet aliquid ex intentione mentis: nondum enim incerta transgressus est, etiam nunc uersatur in lubrico: beatus uerò & uirtutis exactæ tūc se maxime amat, cum fortissime expertus est: & metuenda cæteris, si alicuius honesti officij precia sunt, non tantum fert, sed amplexatur, multoq; audire mauult, tanto melior quàm felicior. Venio nunc illo quo me uocat expectatio tua: ne extra rerum naturam uagari uirtus nostra uideatur, & tremet sapiens & dolebit, & expalluscet, hi enim omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo est origo calamitatis, ubi illud malum uerum est? illic scilicet si ista animum detrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi pœnitentiam sui faciunt. Sapiens quidem uincit uirtute fortunam, at multi professi sapientiam leuissimis nonnunquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrū uitium est, qui quod dicitur de sapiente, exigimus & à proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quæ laudo, nōdum persuadeo: etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem, aut tam exercitata, ut ad omnes casus procurrerem. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sæpius macerata & recocta, non perbibit: sic alias disciplinas ingenia cū accepere, protinus præstant, hæc nisi alte descendit, & diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quæ promiserat, præstat. Cito hoc potest tradi & paucissimis uerbis, unum bonum esse uirtutem. Nullum certe sine uirtute, & ipsam uirtutem in parte nostri meliore, id est rationali positam. Quid erit hæc uirtus? iudicium uerum & immotum, ab hoc enim impetus ueniet mentis, ab hoc omnis species quæ impetum moueat, redigetur ad liquidum. Huic iudicio cōsentaneum erit, omnia quæ uirtute cōtracta sunt, & bona iudicare, & inter se paria. Corporū autem bona, corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona. His precium quidem erit aliquod, cęterum dignitas non erit: magnis inter se interuallis distabunt, alia maiora, alia minora erunt. Et in ipsis sapientiam sectātibus magna discrimina esse fateamur necesse est: alius iam intantum profecit, ut contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter, cedunt enim nimio splendore præstricti: alius intantum, ut possit cum illa conferre uultum, si iam peruenit ad summum, & fiduciæ plenus est. Imperfecta necesse est labent, & modo prodeant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire & niti perseuerauerint, si quicquā ex studio & fideli intentione laxauerint, retro eundū est. Nemo profectū ibi inuenit, ubi reliquerat. Instemus itaq; & perseueremus, pluscq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

profligauimus reſtat, ſed magna pars eſt profectus, uelle proficere. Huius rei conſcius mihi ſum, uolo, & tota mente uolo, te quoq; inſtinctū eſſe, & magno ad pulcherrima properare impetu uideo. Properemus, ita demum uita beneficium erit, alioqui mora eſt, & quidem turpis inter fœda uerſantibus. Id agamus, ut noſtrum omne tempus ſit. Non erit autem, niſi prius nos noſtri eſſe cœperimus. Quando continger cõtemnere utrumq; fortunam? quando continget omnibus oppreſſis affectibus, & ſub arbitrium adductis, hanc uocem emittere? uici. Quem uicerim quæris? Non Perſas, nec extrema Medorum, nec ſiquid ultra Dacas bellicoſum iacet, ſed auariciam, ſed ambitionem, ſed metum mortis, qui uictores gentium uicit. Vale.

EPIST. LXXIII. Quod excluſis occupationibus continuato ſtudio philoſophandum ſit, & quod ſolius ſapientis ſit perpetuum gaudium.

al. ediſcerem.

QVod quæris à me, liquebat mihi, ſi rem † edicerē per ſe, ſed diu nō retētauit memoriā meā. Itaq; nō facile me ſequitur: quod euenit libris, ſitu cohærētibus hoc euenire mihi ſentio: explicandus eſt animus, & quæcunq; apud illum depoſita ſunt, ſubinde excuti debēt, ut parata ſint quoties uſus exegerit. Ergo hoc in præſentia differamus, multū enim operæ, multum diligentiæ poſcit. Cū primū longiorē eodem loco ſperauero morā, tunc in manus ſumā. Quædam enim ſunt, quæ poſſes & † incedendo ſcribere: quædam lectum, & ocium, & ſecretum, deſiderāt: nihilominus his quoq; occupatis diebus agatur aliquid, & quidem totis, nunquam enim non ſuccedent occupationes nouæ, ſcimus illas: itaq; ex una exeunt plures: deinde ipſi nobis dilationem damus. Cum hoc peregero, toto animo incumbam, & ſi hanc rem moleſtam cōpoſuero, ſtudio me dabo. Non cum uacaueris, philoſophandum eſt: omnia alia negligenda, ut huic aſſideamus, cui nullum tempus ſatis magnum eſt, etiam ſi à pueritia uſq; ad lōgiſſimos humani æui terminos uita protenditur. Non multum refert, utrum omittas philoſophiam, an intermittas. Non enim ubi interrupta eſt manet, ſed eorum more, quæ intenta diſſiliunt, uſq; ad initia ſua recurrit, quod à cōtinuatione ſua diſceſſit. Relictendum eſt occupationibus, nec explicandæ, ſed ſubmouendæ ſunt. Tempus quidē nullū eſt parum idoneum ſtudio ſalutari, atqui multi inter illa non ſtudent, propter quæ ſtudendum. Incidet aliquid quod impediat, non equidem eum, cuius animus in omni negotio lætus atq; alacer eſt. Imperfectis adhuc interſcinditur lætitia. Sapientis uerò contexitur gaudium, nulla rumpitur fortuna, ſemper & ubiq; tranquillum eſt. Non enim ex alieno pendet, nec fauorem fortunæ, aut hominis expectat: domeſtica illi felicitas eſt, exiret ex animo, ſi intraret: ibi naſcitur. Aliquando extrinſecus, quo admoneatur mortalitatis interuenit, ſed id leue, & quod ſummā cutem ſtringat. Aliquo, inquam, incommodo † afflatur maximus is, illud bonū eſt fixum. Ita dico, extrinſecus aliqua ſunt incommoda, uelut in corpore interdum robuſto ſolidoq; eruptiones quędam puſtularum & ulcuſcula, nullum in alto malum eſt. Hoc, inquam, intereſt inter conſummatæ ſapientiæ uirum, & alium procedentis, quod inter ſanum & ex morbo graui ac diutino emergentem, cui ſanitatis loco, eſt leuior acceſſio. Hic niſi attendit ſubinde grauatur, & in eadem reuoluitur. Sapiens recidere non poteſt, ne incidere quidem amplius. Corpori enim ad tempus bona ualetudo eſt, quam medicus etiam ſi reddidit, nō præſtat. Sæpe ad eundem quem aduocauerat excitatur, ſemel in totum ſanatur. Dicā quomodo intelligas ſanum. ſi ſe ipſe contentus eſt, ſi confidit ſibi, ſi ſcit omnia uota mortalium, omnia beneficia quæ dantur petunturq;, nullū in beata uita habere momētum. Nam cui quid accedere poteſt, id imperfectum eſt. Cui quid abſcedere non poteſt, id imperpetuum eſt, cuius perpetua futura lætitia eſt, is ſuo gaudeat. Omnia autem quibus uulgus inhiat, ultro citroq; fluunt. Nihil dat fortuna mancipio, ſed hæc quoq; fortuita tunc delectant, cum illa ratio temperauit ac miſcuit, hæc eſt etiam quæ æterna cōmendet, quorum auidus uſus ingratus eſt. Solebat Attalus hac imagine uti, Vidiſti ali quādo canē, miſſa à domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantē? quicquid excepit protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Idem euenit nobis, quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine ulla uoluptate demittimus, ſtatim ad rapinam alterius erecti & attoniti. Hoc ſapienti nō euenit, plenus eſt, etiam ſi quid obuenit,

al. afflatur max. eius bon.

uenit, ſecure excipit, ac reponit, lætitia fruitur maxima, cōtinuā, ſua. Habet aliquis bonam uoluntatem, habet profectū, ſed cui multum deſit à ſummo, hic deprimitur alternis & extollitur, ac modo in cœlum alleuatur, modo defertur ad terram. † Impeditis ac rudibus nullus præcipitationis finis eſt. In Epicureum illud chaos decidunt, inane ſine termino eſt. Adhuc eſt genus tertium eorum, qui ſapientiæ alludunt, quam non quidem attigerunt, in conſpectu tamen & (ut ita dicam) ſub ictu habent: hi non concutiuntur, ne defluunt quidem, nondum in ſicco, iam in portu ſunt. Ergo cum tam magna ſint inter ſummos imoſq; diſcrimina, cum medios quoq; ſequatur fructus ſuus, ſequatur ingens periculum ad deteriora redeundi, non debemus occupationibus indulgere, excludendæ ſunt, ſi ſemel intrauerint, in locum ſuum alias ſubſtituent. Principijs illarum obſtemus, melius non incipient quàm deſinent. Vale.

al. imperitis.

EPIST. LXXIIII. Quod nulli debent eſſe gratiores principibus quàm philoſophiæ ſtudentes, & de excellentiſſima boni uiri potentia.

ERrare mihi uidentur, qui exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe, ac refractarios, & cōtemptores magiſtratuum, ac regum, eorumúe per quos publica adminiſtrantur. E contrario enim nulli aduerſus illos gratiores ſunt, nec immerito. Nullis enim plus præſtant, q̄ quibus frui tranquillo ocio licet, Itaq; hi quibus ad propoſitū bene uiuendi aditū confert ſecuritas publica, neceſſe eſt autorem huius boni, ut parentem colant: multo quidem magis quàm illi inquieti, & in medio poſiti, qui multa principibus debent, ſed multa & imputant: quibus nunquam tam plene occurrere ulla liberalitas poteſt, ut cupiditates illorum quæ creſcunt, dum implētur exatiet. Quiſquis autem de accipiendo cogitat, oblitus accepti eſt. Nec ullum habet malum cupiditas maius, quàm quod ingrata eſt. Adijce nunc quod nemo eorum qui in Repub. uerſantur, quos uincat, ſed à quibus uincatur, aſpicit: & illis non tam iucundum eſt multos poſt ſe uidere, quàm graue aliquem ante ſe. Habet hoc uitium omnis ambitio, nō reſpicit: nec ambitio tantum inſtabilis eſt, uerum cupiditas omnis, quia incipit ſem per à fine. At ille uir ſyncerus ac purus, qui relinquit & curiam, & forum, & omnem adminiſtrationem Reipub. ut ad ampliora ſecederet, diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet, ſolumq; illis gratuitum teſtimoniū reddit, & magnam rem neſcientibus debet. Quemadmodum præceptores ſuos ueneratur ac ſuſpicit, quorum beneficio illis in uijs exit, ſic † & his ſub quorum tutela poſitus exercet artes bonas. Verū alios quoq; rex uiribus ſuis protegit. quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere ſe iudicat ex his qui eadem tranquillitate uſi ſunt, qui plura & precioſiora illo mari uexit, animoſius à mercatore quàm à uectore ſoluitur uotum, & ex ipſis mercatoribus effuſius gratus eſt, qui odores ac purpuras & auro penſanda portabat, quàm qui uiliſſima quæq; & ſaburræ loco futura congeſſerat: ſic huius pacis beneficium ad omnes pertinens, altius ad eos peruenit, qui illa bene utuntur. Multi enim ſunt ex his togatis, quibus pax operoſior bello eſt. An idem exiſtimas pro pace debere eos, qui illā ebrietati aut libidini impendunt, aut alijs uitijs, quæ uel bello rumpenda ſunt, niſi forte tam iniquum putas eſſe ſapientem, ut nihil uiritim ſe debere pro communibus bonis iudicet? Soli lunæq; plurimum debeo, & non uni mihi oriuntur: anno temperantiq; annū deo priuatim obligatus ſum, quamuis non in meum honorem deſcripta ſint, & ſtulta auaricia mortalium poſſeſſionem proprietatemq; diſcernit, nec quicquā ſuum credit eſſe, quod publicum eſt? At ille ſapiens nihil iudicat ſuum magis, quàm cuius illi cum humano genere conſortium eſt. Nec enim eſſent iſta communia, niſi pars illorum pertineret ad ſingulos. Socium efficit etiam quod ex minima portione cōmune eſt, Adijce nunc quod magna & uera bona, non ſic diuiduntur, ut exiguum in ſingulos cadat, ad unumquemq; tota perueniunt. Ex congiario tantum ferunt homines, quantum in capita promiſſum eſt. Epulum & uiſceratio, & ſi quid aliud capitur manu, diſcedit in partes. At hæc indiuidua bona, pax et libertas, tam omnium tota, quàm ſingulorum ſunt. Cogitat itaq; ſapiens per quem ſibi horum uſus fructusq; contingat, per quem non ad arma illum, nec ad ſeruandas uigilias, nec ad tuenda mœnia, & multiplex belli tributum, publica neceſſitas uocet, agitq; gubernatori ſuo gratias. Hoc docet philoſophia, præcipue

al. inuitis exit. Red. al. & bon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipue bene debere, beneficia bene soluere. Interdum autem solutio, est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere ei, cuius administratione ac prouidentia contingit illi pingue ocium, & arbitrium sui temporis, & imperturbata publicis occupationibus quies. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit.
Nanq; erit ille mihi semper deus. Si illa quoq; ocia multum autori suo debent, quorum munus hoc maximum est, Ille meas errare boues (ut cernis) & ipsum Ludere quæ uellem, calamo permisit agresti, quanti æstimamus hoc ocium, quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico Lucili, & te in cœlum compendiario uoco. Solebat Sextius dicere Iouem plus nõ posse quàm bonum uirum. Plura Iupiter habet quæ præstet hominibus, sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior: non magis quàm inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris cui maius speciosiusq; nauigium est. Iupiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quod uirtutes eius spacio breuiore claudantur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cuius intra pauciores annos terminata uirtus est: sic deus non uincit sapientem felicitate, etiam si uincit ætate. Non est uirtus maior quæ longior, Iupiter omnia habet, sed nempe alijs tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi etiam omnibus causa est. Sapiens tam æquo animo omnia apud alios uidet, contemnitq; quàm Iupiter, & hoc se magis suspicit, quod Iupiter uti illis non potest, sapiens non uult. Credamus itaq; Sextio monstranti pulcherrimum iter & clamanti, hac itur ad astra, hac secundum frugalitatem, hac secundum temperantiam, hac secundum fortitudinem. Non sunt dij fastidiosi, non inuidi, admittunt, & ascendentibus manum porrigunt. Miraris hominem ad deos ire? deus ad homines uenit, imò (quod propius est) in homines uenit. Nulla sine deo mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, & paria his ex quibus orta sunt, surgunt. Si malus, non aliter quàm humus sterilis ac palustris necat, ac deinde creat purgamenta pro frugibus. Vale.

EPIST. LXXV. De inani metu, & ex quibus causis oriatur, & quibus purgetur remedijs, & quod ea quæ uulgus probat, bona non sunt.

EPistola tua delectauit me, & marcentem excitauit, memoriam quoq; meam (quæ iam mihi segnis ac lenta est) euocauit. Quid ni tu mi Lucili maximum putes instrumentũ beatæ uitæ hanc persuasionem, unum bonũ esse quod honestum est? Quid omne bonũ honesto circumscripsit, intra se felix est. Nam qui alia bona iudicat, in fortunæ uenit potestatem, alieni arbitrij fit. Hic amissis liberis mœstus, hic solicitus ægris, hic turpibus & aliquam passis infamiam tristis. Illum uidebis alienæ uxoris amore cruciari, illum suæ, Nõ deerit, quem repulsa distorqueat, erunt quos honor ipse uexet. Illa uerò maxima est ex omni mortalium populorum turba, miserorum, quam expectatio mortis exagitat undiq; impendens. Nihil enim est, unde non subeat. Itaq; ut in hostili regione uersantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitũ circumagẽda ceruix, nisi hic timor è pectore eiectus est, palpitantibus præcordijs uiuitur. Occurrent acti in exilium, & euoluti bonis, occurrent (quod genus egestatis grauissimũ est) in diuitijs inopes, occurrent naufragi, similiaue naufragijs passi, quos aut popularis ira, aut inuidia, pernicioſum optimis telum, inopinantes securosq; disiecit, procellæmore, quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere, aut fulminis subiti, ad cuius ictum etiam uicina tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstupuit: sic in his per aliquam uim accidentibus unum calamitas opprimit, cæteros metus, paremq; passis tristitiam facit, pati posse, Omnium animos mala aliena ac repentina solicitant: quemadmodum aues etiam inanis fundæ sonus territat, ita nos non ad ictum tantũ exagitamur, sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse, qui huic se opinioni credidit. Non enim beatum est, nisi quod intrepidum. Inter suspecta male uiuitur. Quisquis se multũ fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis & inexplicabilem fecit. Vna hæc uia est ad tuta uadenti, & externa despicere, & honesto contentum esse. Nam qui aliquid uirtute melius putat, aut ullum præter illam bonum,

bonum, ad hæc quæ à fortuna sparguntur sinum expandit, et solicitus missilia eius expectat. Hanc imaginem animo tuo propone, Ludos facere fortunam, & in hunc mortalium cœtum honores, diuitias, gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infida societate diuisa, alia magno detrimento eorum in quos deuenerant prensa: ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt, quædam quia nimis captabantur amissa, & dum auide rapiuntur, expulsa sunt. Nulli uerò etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. Itaq; prudentissimus quisq; cum primum induci uidet munuscula, à theatro fugit, & scit magno parua constare. Nemo manum conserit cum excedente, nemo exeuntem ferit. Circa præmium rixa est. Idem in his euenit, quæ fortuna desuper iactat. Æstuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus: modo in illam respicimus, nimis tarde nobis mitti uidentur, quæ cupidi tates nostras iritant, ad paucos peruentura, expectata omnibus. Ire obuiam cadentibus cupimus, gaudemus si quid inuasimus, † aliquos spes uana delusit, uilem prædam magno aliquo incommodo luimus, aut inde fallimur. Secedamus itaq; ab istis ludis, & demus raptoribus locum. Illi spectent bona ista pendentia, & ipsi magis pendeant. al. inuidentiq; alij quos. 4
Quicunq; beatum esse se cõstituit, unum esse bonum putet, quod honestum est. Nam si ullum aliud existimat, primum male de prouidentia iudicat, quia multa incommoda iustis uiris accidũt, & quia quicquid nobis dedit breue est & exiguũ, si cõpares mundi totius æuo, Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati diuinorũ interpretes simus. Queramur, quod non semper, & quod pauca nobis, & incerta, & abitura, contingant. Inde est quod nec uiuere, nec mori uolumus, † & uitæ nos odiũ tener, timor mortis. † Nutat omne consilium, nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est, quod non peruenimus ad illud bonum immensum & insuperabile, ubi necesse est resistat uoluntas nostra, quia ultra summum non est locus. Quæris quare uirtus nullo egeat? præsentibus gaudet, non concupiscit absentia. Nihil non illi magnum est, quia satis. Ab hoc discede iudicio, non pietas constabit, non fides: multa utranq; præstare cupienti patienda sunt, ex his quæ mala appellantur, multa impendenda sunt, ex his quibus indulgemus tanquam bonis. Perit fortitudo, quæ periculum facere debet sui, perit magnanimitas, quæ non potest eminere, nisi omnia uelut minuta contempserit, quæ † proximis uulgus optat: perit gratia & relatio gratiæ. Æstimatur labor si quicquam precioſius fide nouimus, si non optima spectamus. Sed ut illa præterea, aut ista bona non sunt quæ uocantur, aut homo felicior deo est. Quoniamquidem quæ parata nobis sunt, non habet in usu deus: nec enim libido ad illum, nec epularum lauticia, nec opes, nec quicq; ex his hominem inescantibus, & utili uoluptate ducentibus pertinet. Ergo aut incredibile est bona deo deesse, aut hoc ipsum argumentum est, bona non esse, quæ deo desunt. Adijce quod multa quæ bona uideri uolunt, animalibus quàm homini pleniora contingunt. Illa cibo auidius utuntur, Venere non æque fatigantur. Virium illis maior est, & æquabilior firmitas. Sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt: fruuntur uoluptatibus, quas & magis capiunt, & ex facili sine ullo pudoris, aut pœnitentiæ metu. Cõsideratu itaq; an id bonum uocandum sit, quo deus ab homine uincitur. Summum bonum in animo constituamus, obsolescit si ab optima nostri parte ad pessima transit, & transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostræ in carne ponenda. Bona illa sunt uera quæ ratio dat, solida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrescere quidem aut minui. Cætera opinione bona sunt, & nomen quidem habent commune cum ueris, proprietas in illis boni non est. Itaq; commoda uocentur, & (ut nostra lingua loquar) producta: cæterum sciamus mancipia nostra esse non partes, & sint apud nos, sed ita, ut meminerimus extra nos esse. Etiam si apud nos sint, inter subiecta & humilia numerentur, propter quæ nemo se attollere debeat. Quid enim stultius, quàm aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non hæreant, si abducantur, sine ulla nostri laceratione discedãt. Vtamur illis, non gloriemur, & utamur parce, tanquã depositis apud nos, et abituris. Quisquis illa sine ratione possedit, nõ diu tenuit. Ipsa enim felicitas se nisi temperatur premit: si fugacissimis bonis credidit, cito

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, cito deseritur, et ut deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem molliter licuit
al. ut non cæteri cum his inter quæ eminuere labuntur, & illos degrauant ipsa, quæ extulerant.
Ideo adhibebitur prudentia, quæ modum illis ac parsimoniam imponat: quoniam qui
dem licentia opes suas præcipitat atq; urget, nec unquam immodica durarunt, nisi illa
al. quarum moderatrix ratio compescuit. Hoc multarum tibi urbium ostendet euentus, † quæ in
ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt, & quicquid uirtute erat partum, intemperan-
tia corruit. Aduersus hos casus muniendi sumus. Nullus autem contra fortunam inex
pugnabilis murus est. Intus instruamur. Si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi
non potest. Quod sit hoc instrumentum scire desideras? Nihil indigneturſibi accide-
re, sciatq; illa ipsa quibus lædi uidetur, ad conuersationem uniuersi pertinere, & ex his
esse quæ cursum mundi officiũq; consummant. Placeat homini, quicquid deo placuit,
ob hoc seipsum suaq; miretur, quod nõ potest uinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod
ratione, qua ualentius nihil est, casum doloremq; & iniuriam subigit. Ama rationem,
huius te amor cõtra durissima armabit. Catulorum amor in uenabula impingit feras,
quas feritas & inconsultus impetus præstat indomitas. Iuuenilia nonnunq; ingenia cu
pido gloriæ in contemptum tam ferri quàm ignium misit. Species quosdam atq; umbra uirtutis in mortem uoluntariã trudit. Quanto his omnibus fortior ratio est, quan-
to constantior, tanto uehementior per metus ipsos & pericula exibit. Nihil agitis, in-
al. munitio quit, quod negatis ullum esse aliud honesto bonum. Non faciet uos hæc † mutatio tu-
tos à fortuna & immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pios, & bene moratam
patriam, & parentes bonos: horum pericula non potestis spectare securi, perturbabit
uos obsidio patriæ, liberorum mors, parentum seruitus. Quid aduersus hos pro nobis
responderi soleat, ponam. Deinde tunc adhĩciam quid præterea respõdendum putem.
Alia conditio est in his quæ ablata in locũ suum aliquid incommodi substituunt, tanq;
bona ualetudo uiciata in malam transfertur, acies oculorum extincta, cœcitate nos affi
cit. Non tantum uelocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subit, hoc non
est periculum in his quæ pauloante retulimus. Quare si amicum bonum amisi, non est
mihi pro illo perfidia patienda, nec si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas
succedit. Deinde non amicorum illis aut liberorum interitus, sed corporum est. Bonũ
autem uno modo perit, si in malum transit, quod natura nõ patitur, quia omnis uirtus
& opus omne uirtutis incorruptum manet. Deinde etiam si amici perierunt, etiam si
probati respondentes ꝓ uoto patris liberi, est quod illorũ expleat locum. Quod si quæ
ris, quid illos quoq; bonos fecerat, uirtus. Hæc nihil uacare patitur loci, totũ animum
tener, desiderium omnium tollit, sola satis est. Omnium enim bonorum uis et origo in
ipsa est. Quid refert an aqua decurrens intercipiatur atq; abeat, si fons ex quo fluxerat
al. uirum. forte col= laudatio. saluus est? Non dices † uitam iustiorem saluis liberis, quàm amissis, nec ordinatiorem,
nec prudentiorem, nec honestiorem, ergo nec meliorem quidem. Nõ facit † collectio
amici sapientiorem, non facit stultiorem detractio, ergo nec beatiorem aut miseriorẽ,
quamdiu uirtus salua fuerit non senties quid abscesserit. Quid ergo? Non est beatior
& amicorum et liberorum turba succinctus? Quid ni non sit? Summum enim bonum
nec infringitur, nec augetur, in suo modo permanet: utcunq; fortuna se gesserit, siue illi
senectus longa contigit, siue circa senectutem finitus est, eadem mensura summi boni
est, quamuis ætatis diuersa sit. Vtrum maiorem an minorem circulum scribas, ad spa-
cium eius pertinet, non ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris,
& in eum in quo scriptus est puluerem solueris, in eadem utercq; forma fuit. Quod re-
ctum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore, non magis produci,
quàm contrahi potest. Honestam uitam ex centum annorum numero inquantum uo-
les corripe, & in unũ diem coge, æque honesta est: modo latius uirtus funditur, regna,
urbes, prouincias, tẽperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosq; dispen-
sat officia: modo arto fine circundatur paupertatis, exilij, orbitatis: non tamen minor
est, si ex altiore fastigio in priuatum, ex regio in humilem subducitur, ex publico et spa
cioso iure in angustias domus uel anguli coit. Aeque magna est, etiam si in se recessit,
undiq; excluſa. Nihilominus enim magni spiritus est & erecti, exactæ prudẽtiæ, inde-
clinabilis

clinabilis iustitiæ, ergo æque beata est. beatũ enim illud in uno loco positum est, in ipsa
mente, stabile, grande, tranquillum, quod sine scientia diuinorum humanorumq; non
potest effici. Sequitur illud quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur sapiens
liberorũ amissione, non amicorum, eodem enim animo fert illorũ mortem, quo suam
expectat. Non magis hanc timet, quàm illam dolet. Virtus enim conuenientia constat,
omnia opera eius cum ipsa concordant, & congruunt. Hæc concordia perit, si animus
quem excelsum oportet esse, luctu aut desiderio submittitur. Inhonesta est omnis trepi
datio & solicitudo, & nullo actu pigritia. Honestum enim securum & expeditum est,
interritum est, in procinctu stat. Quid ergo? nõ aliquid perturbationi simile patietur?
non & color eius mutabitur, & uultus eius agitabitur, & artus retrigescẽt? & quicquid
aliud, non ex imperio animi, sed inconsulto quodam naturæ impetu geritur. Fateor,
sed permanebit illi persuasio eadem, nihil illorum malum esse, nec dignum, ad quod
mens sana deficiat. Omnia quæ faciendà erunt, audacter facit & prompte. Hoc enim
stultitiæ proprium quis non dixerit, ignaue & cõtumaciter facere quæ facit, & aliò cor
pus impellere, aliò animum, distrahiq; inter diuersissimos motus. Iam propter illa ipsa
quibus extollit se miraturq;, contempta est, & ne illa quidem quibus gloriatur libenter
facit. Si uero aliquod timetur malum, eo perinde dum expectatur quasi uenisset urge-
tur, & quicquid ne patiatur timet, iam metu patitur. Quemadmodum in corporibus
futuri languoris signa præcurrunt, quædam enim segnitia neruis inest, & sine labore
ullo lassitudo & oscitatio, & horror membra percurrẽs: sic infirmus animus multo an-
tequam opprimatur malis quatitur. Præsumit illa, & ante tempus cadit. Quid demen-
tius autem quàm angi futuris, nec se tormento reseruare, sed accersere sibi miserias, &
admouere, quas optimũ est differre, si discutere non possis? Vis scire, futuro neminem
debere torqueri? quicunq; audierit post quinquagesimum annum sibi patienda sup-
plicia, non perturbatur, nisi si medium spatium transilierit, & se in illam seculo post fu-
turam solicitudinem immiserit. Eodem modo fit ut animos libenter ægros & captan-
tes causas doloris, uetera atq; obliterata contristent: & quæ præterierunt, & quæ futu-
ra sunt, absunt, neutra sentiamus. Non est autem, nisi ex eo quod sentias, dolor.

EPIST. LXXVI. Quod uerba philosophi, nec accurata debent esse, nec arida, & de tribus generibus in philosophia proficientium.

MInus tibi accuratas à me epistolas mitti quereris. Quis enim accurate loquitur,
nisi qui uult putide loqui? Qualis sermo meus esset, si unà sederemus, aut ambu-
laremus, illaboratus & facilis: tales esse epistolas meas uolo, quæ nihil habeant accersi-
tum, nec fictum. Si fieri posset, quid sentiã, ostendere quàm loqui mallem. Etiam si di-
sputarem, nec supploderem pedem, nec manum iactarẽ, nec attollerem uocem, sed istã
oratoribus reliquissem, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornassem,
nec abiecissem: hoc unum plane tibi approbare uellem, omnia me illa sentire quæ dice
rem, nec tantum sentire, sed amare. Aliter homines amicã, aliter liberos osculantur, ta-
men in hoc quoq; amplexu tam sancto & moderato, satis apparet affectus. Nõ me her
cules ieiuna esse & arida uolo, quæ de rebus tam magnis dicentur. Neq; enim philoso-
phia ingenio renunciat, multũ tamen operis impendi uerbis non oportet. Hæc sit pro-
positi nostri summa, quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus. Concordet
sermo cum uita. Ille promissum suum impleuit, qui & cum uideas illũ, & cum audias,
idem est. Videbimus qualis sit, quantus sit, an unus sit. Non delectẽt uerba nostra, sed
prosint. Si tamen contingere eloquentia non solicito potest, si aut parata est, aut paruo
constat, adsit, & res pulcherrimas prosequatur. Sit talis, ut res potius quàm se ostendat.
Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent, hic animi negocium agitur. Non quærit æger
medicum eloquentem, sed sanantem: sed si ita competit, ut idem ille qui sanare potest,
compte de his quæ facienda sunt disserat, boni consulet: non tamen erit, quare gratule-
tur sibi, quod inciderit in medicum etiam disertum. Hoc enim tale est, quale si peritus
gubernator etiam formosus est. Quid aures meas scalpis? Quid oblectas? Aliud agi-
tur, Vrendus, secandus, abstinendus sum. Ad hæc adhibitus es, curare debes morbum
uetcrem, grauem, publicum. Tantum negocij habes, quantum in pestilentia medicus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circa uerba occupatus es? Iamdudum gaude, si sufficis rebus. Quando multa discés? quando quæ didiceris affiges tibi, ita ut excidere non possint? quando illa experieris? Non enim ut cætera memoriæ tradidisse satis est. In opere tentanda sunt. Non est beatus qui scit illa, sed qui facit. Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim ad sapientiam præceps est? Non existimo. Nam qui proficit, in numero quidem stultorum est, magno tamen interuallo ab illis diducitur, inter ipsos quoq; proficientes sunt magna discrimina. In tres classes (ut quibusdam placet) diuiduntur: primi sunt, qui sapientiã nõdum habent, sed iam in uicinia eius constiterunt, tamen etiam quod prope est, † exhora est. Qui sint hi quæris? qui omnes iam affectus, ac uitia posuerunt, quæ erant complectenda didicerunt. Sed illis adhuc inexperta fiducia est, bonum suum nondum in usu habent. Iam tamen in illa quæ fugerunt, decidere non possunt. Iam ibi sunt unde non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondũ liquet, & quod in quadã epistola scripsisse me memini, scire se nesciunt. Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere. Quidã hoc proficientiũ genus, de quo locutus sum ita complectuntur, ut illos dicant iam effugisse morbos, animi affectus nondum, & adhuc in lubrico stare, quia nemo sit extra periculum maliciæ, nisi qui totam eam excusit, Nemo autem illam excusit, nisi qui pro illa sapientiam assumpsit. Quid inter morbos animi interlit & affectus, sæpe iam dixi. Nunc quoq; te admonebo. Morbi sunt inueterata uitia, & dura, ut auaricia, ut ambitio nimia, postquam hæc animum implicuerũt, & perpetua eius mala esse cœperunt. Vt breuiter finiam, morbus est iudicium in prauo pertinax, tanquam ualde expetenda sint, quæ leuiter expetenda sunt: uel si mauis ita finiamus, Nimis imminere leuiter petendis, uel ex toto non petendis, aut in magno precio habere in aliquo habenda, uel in nullo. Affectus sunt motus animi, improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes negligiq; fecere morbum: sicut distillatio una, nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua et uetus ptysim. Itaq; qui plurimum profecere, extra morbos sunt, affectus adhuc sentiunt, perfecto proximi. Secũdum genus est eorum, qui & maxima animi mala & affectus deposuerunt, sed ita, non sit illis securitatis suæ certa possessio, possunt enim in eadem relãbi. Tertium illud genus extra multa & magna uitia est, sed non extra omnia. Effugit auaritiam, sed iram adhuc sentit. Iam nõ sollicitatur libidine, sed habet etiamnum ambitionem: iam non concupiscit, sed adhuc timet: & in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam cedit, mortem contemnit, dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus, bene nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturæ, magnaq; et assidua intentione studij, secundus occupatur gradus: sed nec hic quidem contemnendus est color tertius. Cogita quantum circa te uideas malorum, aspice quàm nullum sit nephas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quantum publice priuatimq; peccetur, intelliges satis nos conse qui, si inter pessimos non sumus. Ego uerò, inquis, spero me posse & amplioris ordinis fieri. Optauerim hoc nobis, magis quàm promiserim: præoccupati sumus, ad uirtutem contendimus, inter uitia districti: pudet dicere, honesta colimus quantum uacat. At quàm grande præmium nos expectat, si occupationes nostras & mala tenacissima abrumpimus. Non cupiditas nos, nõ timor pellet, inagitati terroribus, incorrupti uoluptatibus, nec mortem horrebimus nec deos: sciemus mortem malũ non esse, deos malos non esse. Tam imbecillum est, quod nocet, quàm cui nocetur. Optima & noxa carentia expectant nos, si ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime & excelsum. Tranquillitas animi est, expulsis erroribus absoluta libertas. Quæris quæ sit ista? non homines timere, non deos, nec turpia uelle, nec nimia, in seipsum habere maximã potestatem. Inæstimabile bonum est, suum fieri. Vale.

al. extra est.

EPIST. LXXVII. Quod etiam in senectute discendum est, & quod proprium & uerum hominis bonum est ratio tantum uel uirtus.

INimicitias mihi denuntias, si quicquam ex his quæ quotidie facio ignoraueris. Vide quàm simpliciter tecum uiuam, hoc quoq; tibi committam. Philosophũ audio, & quidem quintum iam diem habeo, ex quo in scholam eo, & ab octaua disputantem audio. Bona, inquis, ætate. Quid ni bona? quid autem stultius est, quàm quia diu non diceris,

diceris, non discere? quid ergo? idem faciam quod trossuli & iuuenes? Bene mecum agitur si hoc unum senectutem meam decet. Omnis ætatis homines hæc schola admittit, in|† hoc senescamus, † ut iuuenes sequamur, In theatrum senex ibo, & in circũ deferar, & nullum par sine me depugnabit, ad philosophũ ire erubescam? Tam diu discendum est, quàm diu nescias, & si prouerbio credimus, quàm diu uiuas. Nec ulli hoc rei magis conuenit, quàm huic, tam diu discendum est quemadmodum uiuas, quàm diu uiuis. Ego tamen hic aliquid & doceo. Quæris quid doceam? Etiam seni esse discendum. Pudet autem me generis humani, quoties scholam intraui, præter ipsum theatrũ Neapolitanorum (ut scis) transeundum est † metronactis petenti domum. Illud quidem factum est, & hoc ingenti studio, † quis sit? Pitaules bonus iudicatur. Habet tibicen quoque græcus & præco concursum: at in illo loco in quo uir bonus discitur, paucissimi sedent, & hi pleriq; uidentur nihil boni negocij habere quod agant, inepti & inertes uocantur. Mihi contingat iste derisus. A equo animo audienda sunt imperitorum conuitia, & ad honesta uadenti, contemnendus est iste contemptus. Perge Lucili & propera, ne tibi accidat quod mihi, ut senex discas, imo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod perdiscere uix senex possis. Quantũ, inquis, proficiam? quantũ tentaueris. Quid expectas? Nulli sapere casu obtigit. Pecunia ueniet ultro, honor affertur, gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi, uirtus in te non incidet, ne ieuni quidem opera aut paruo labore cognoscitur: sed est tanti laborare, omnia bona semel occupaturo. Vnum est bonum quod honestum, In illis nihil inuenies ueri, nihil certi, quæcunq; famæ placent. Quare hoc unum sit bonum, quod honestum, dicam, quoniam me parum executum priore epistola iudicas, magisq; hãc rem tibi laudatam quàm probatam putas: & ut in arctum quæ dicta sunt, contraham, Omnia suo bono cõstant, uitem fertilitas commendat, & sapor uinum, uelocitas ceruum. Quare fortia dorso iumenta sint quæris, quorũ hic unus est usus sarcinam ferre. In cane sagacitas prima est si inuestigare debet feras, cursus, si consequi, audacia, si mordere & inuadere. Id in quoq; optimum est cui nascitur, quo censetur. In homine optimum quid est? Ratio, hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est, cætera illi cum animalibus satisq; cõmunia sunt. Valet, & leones, formosus est, & pauones, uelox est, & equi, non dico, in his omnibus uincitur. Non quæro quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet, & arbores: habet impetũ, & motũ uoluntarium, & bestiæ & uermes: habet uocem, sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, grauiorẽ tauri, dulciorẽ, mobiliorem q; lusciniæ. Quid in homine propriũ? Ratio, hæc recta & consummata, felicitatẽ hominis impleuit. Ergo si omnis res cum bonum suum perfecit, laudabilis est, & ad finem naturæ suæ peruenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit, laudabilis est, & finem naturæ suæ attigit: hæc ratio perfecta, uirtus uocatur, eademq; honestũ est. Id itaq; unum bonum est in homine, quod unum hominis est. Nunc enim non quærimus quid sit bonum, sed quod sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis, quàm ratio, hæc erit unum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus, puto improbabitur, si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine proprium solumq; est, quo & probatur, & improbatur. Nõ dubitas an hoc sit bonum, dubitas an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, ualetudinẽ, diuitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso sit, improbabis illum. Item si quis nihil quidem illorũ quæ retuli habeat, deficiatur pecunia, clientum turba, nobilitate, & auorum proauorumq; serie, sed ex confesso bonus sit, probabis illum. Ergo est unum bonum hominis, quod qui habet, etiam si alijs destituitur, laudandus est: quod qui non habet in omnium aliorũ copia damnatur ac reijcitur. Quæ conditio rerum, eadem & hominum est. Nauis bona dicitur, non quæ preciosis coloribus picta est, nec cui argenteum rostrum est, nec cuius tutela ebore celata est, ne quæ fiscis ac opibus regijs pressa est: sed stabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendũ incursum maris solida, gubernaculo parens, uelox, & non sentiens uentum. Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, nec cui uagina gemmis distinguitur, sed cui & ad secandum subtilis acies, & mucro munimentum omne rupturus. Re-

al. hac a.. hanc iuniores seq. παροιμία

al. necronactis s 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus. Regula non quàm formosa, sed quàm recta sit quæritur, Eo quodque laudatur cui comparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoq; nihil ad rem pertinet quantum aret, quantū sœneret, à quàm multis salutetur, quàm precioso incūbat lecto, quàm perlucido poculo bibat, sed quàm bonus sit. Bonus autem est, si ratio explicita & recta est, & ad naturæ suæ uoluntatem accommodata. Hæc uocatur uirtus, hoc est honestū & unicum hominis bonū. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum facit. Hoc autem unū hominis bonū est, quo uno beatus efficitur. Dicimus & illa bona esse, quæ à uirtute profecta contractaq; sunt, id est opera eius omnia. Sed ideo unū ipsa bonū est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonū est, quicquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est: ualidiorem autem animum, & excelsiorem, & ampliorē, facit uirtus: nam cætera quæ cupiditates nostras irritant, deprimunt quoq; animum & labefaciunt, & cum uidentur attollere inflant, ac multa uanitate deludunt. Ergo unum id bonū est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius uitæ honesti ac turpis respectu temperantur: ad hæc faciendi & non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam, Vir bonus quod honeste se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit, faciet, etiamsi damnosum erit, faciet, etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam affert, etiam si uoluptatē, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur. Ergo si honestū utiq; secuturus est, turpe utiq; uitaturus, & in oīni actu uitæ spectaturus hæc duo, nullū aliud bonum quàm honestū, nec aliud malum quàm turpe. Si una indepraua ta uirtus est, & sola permanet tenoris sui, unum est bonum uirtus, cui iam accidere ut non sit bonum non potest, mutationis periculū effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stultitiā non reuoluitur. Dixi si forte meministi, cōcupita uulgo & formidata inconsulto impetu, pleroscp calcasse: inuentus est qui flammis imponeret manum, cuius risum nō interrumperet tortor, qui in funere liberorum lachrymam non mitteret, qui morti intrepidus occurreret: amor, ira, cupiditas pericula depoposcerunt. Quod si hoc potest breuis obstinatio animi, aliquo stimulo excitata, quanto magis uirtus, quæ non ex impetu, nec subito sed æqualiter ualet, cui perpetuū robur est? Sequitur, ut quæ ab insultis sæpe contemnuntur, à sapientibus semper, ea nec bona sint, nec mala. Vnum ergo bonum ipsa uirtus est, quæ inter hanc fortunam & illam superba incedit, cum magno utriusq; contemptu. Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse præter honestum, nulla non uirtus laborabit. Nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex qua uirtutes sunt, & ueritati, quæ sine ratione non est. Quæcunq; autem opinio ueritati repugnat, falsa est. Virum bonum cōcedas necesse est summæ pietatis erga deos esse. Itaq; quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim id accidisse lege diuina, qua uniuersa procedūt. Quod si est, unū illi bonum erit, quod honestum: in hoc enim positum est & parēre dijs, nec excādescere ad subita, nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum, & facere imperata. Si ullum aliud est bonum quàm honestum, sequetur nos auiditas uitæ, auiditas rerum uitam instruentium, quod est intolerabile, infinitū, uagum, Solum ergo bonum est honestum, cui modus est. Diximus hominum futuram feliciorem uitam quàm deorum, si ea bona sint quorum nullus dijs usus est, tanquam pecunia & honores. Adiice nunc, quod si modo solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat, quàm est dum uersatur in corpore. Atqui si ista bona sunt quibus per corpora utimur, emissis erit peius: quod contra fidem est, feliciores esse liberis & in uniuersum datis, clausis & obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea quæ tam homini contingunt quàm mutis animalibus, & muta animalia beatam uitam actura, quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patienda sunt, quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum quàm honestum. Hæc quamuis latius executus essem priore epistola, constrinxi & breuiter percurri. Nunquam autem uera tibi opinio talis uidebitur, nisi animum alleues, & teipsum interroges: si res exegerit, ut pro patria moriaris, & salutem omnium ciuium tua redimas, an porrecturus sis ceruicem, non tantū patienter, sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, ut hoc habeas. Vide quanta

quanta uis honesti sit. Pro Rep. morieris, etiam si statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore breui ac exiguo capitur: & quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumq; rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & uir fortis & iustus cū mortis suæ precia ante se posuit, libertatem patriæ, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa uoluptate est, & periculo suo fruitur. Sed ille quoq; cui etiā hoc gaudiū eripitur, quod tractatio operis maximū & ultimum præstat, nihil cunctatus dilsiliet in mortem, facere recte, pieq; contentus. Oppone etiam nunc illi multa quæ dehortentur. Dic, factum tuum matura sequetur obliuio, & parum grate existimatio ciuium respondebit tibi. Ista omnia extra opus meum sunt, ego ipsum contemplor, hoc esse honestū scio. Itaq; quocūq; ducit ac uocat, uenio. Hoc ergo unū bonū est, quod non tantū perfectus animus, sed generosus quoq; & indolis bonæ sentit, cætera leuia sunt, mutabilia. Itaq; solicite possidentur, etiā si fauente fortuna in unū cōgesta sunt, dominis suis† incumbunt grauia, & illos semper premunt, aliquando & †illudūt. Nemo ex isiis quos purpuratos uides felix est, nū magis quàm ex illis quibus sceptrum & chlamydem in scena fabulæ assignant: cum præsente populo elati incesserunt, & cothurnati, simul exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt. Nemo istorū quos diuitiæ honoresq; in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus uidetur? Cū basi illū sua metiris: paruus pumilio, licet in monte cōstiterit, Colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem æstimamus eo quo est, sed adijcimus illi & ea quibus adornatus est. Atqui cum uoles ueram hominis æstimationem inire, & scire qualis sit, nudum inspice: ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere qualis quantusq; sit, alieno an suo magnus: si erectis oculis gladios micantes uider, & si scit sua nihil interesse, utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum uoca. Si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta, & quæ casu ueniunt, & quæ potentioris iniuria, si uincula & exilia, & uanas humanarū formidines mentium, securus audit, & dicit, Non ulla laborū O uirgo noua mi facies inopina ue surgit, Omnia præcepi atq; animo mecū ipse peregi. Tu hodie ista denū tias, ego semper denuntiaui mihi hominem parauī ad humana, præcogitati mali mollis ictus uenit. At stultis & fortunæ credentibus, omnis uidetur noua rerum & inopinata facies. Magna autem pars est apud imperitos mali, nouitas. Hoc ut scias, ea quæ putauerunt aspera, cum assueuere, patiūtur, Ideò sapiens assuescit futuris malis, & quæ alij diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus aliquando uoces imperitorum dicentium: Sciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare, quicquid factum est, dicit, sciebam. Vale.

al. incubant.
al. elidunt.
Simul proposſ quam.

IN LIB. DECIMVM ANNOT.

EPISTOLA. LXXII.

1 *Scit se esse natum oneri ferendo. Ita uetus editio. In priscis exemplaribus non habebatur, natum. Ita dixit, esse oneri ferendo, quemadmodum dicimus, est soluendo.*

EPISTOLA LXXIII.

2 *Quæ posiis & incise scribere. In alijs erat, incedendo scribere, forte scriptum erat, incessim scribere, quemadmodum dicimus cursim, nisi incise dicitur scribi, quod ex interuallo scribitur.*

EPISTOLA LXXIIII.

3 *Vsus fructusq;. Verba iureconsultorum sunt, quæ illi solent absque coniunctione proferre. Vsus fructus, uti frui, nec aliter arbitror fuisse scriptum à Seneca.*

EPISTOLA LXXV.

4 *Aliquos spes uana delusit, pro aliquos, alij quos, nonnulli codices habebant, inuidentq; alij quos spes, &c.*

EPISTOLA LXXVII.

5 *Quis sit? Pitaules. In alijs erat, quid sit? Nam subaudiendū est quæris. Non enim quæritur quis homo sit, sed quid rei, cuius gratia fictus sit concursus. Et quum de hominis artificio percontamur, non dicimus quis est, sed quid est & respondetur musicus est.*

6 *Pitaules. In alijs erat, Pytholaus, forte legendum, Physaules, ab instandis tibijs.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER VNDECIMVS.

EPIST. LXXVIII. Exemplis & rationibus docet de morte non esse curandum.

aliâs pyris.

SVBITO nobis hodie Alexandrinæ naues apparuerunt, quæ præmitti solent, & nunciare secuturæ classis aduentum, tabellarias uocant. Gratus illarum Campaniæ aspectus est. Omnis in † pilis Puteolorum turba consistit, & ex ipso genere uelorum Alexandrinas, quamuis in magna turba nauium, intelligit. Solis enim licet suppararum intendere quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res æquè adiuuat cursum, quàm summa pars ueli: illinc maximè nauis urgetur. Itaq; quoties uentus increbuit, maior q; est quàm expedit, antemna submittitur. Minus habet uirium flatus ex humili. Cum intrauêre Capreas & promontorium, ex quo Alta procelloso speculatur uertice Pallas, cæteræ uelo iubentur esse contentæ, supparum Alexandrinarum insigne indicium est. In hoc omnium discursu propè rantiũ ad littus, magnam ex pigritia mea sensi uoluptatem, quod epistolas meorũ acceperus, non properaui scire, quis illic esset rerum mearum status, quid afferrent. Olim iam nec perit quicquã mihi, nec acquiritur. Hoc etiam si senex non essem, fuerat sentiendum. Nunc uerò multo magis, quia quantulumcunq; haberem, tamen plus iam mihi superesset uiatici, quàm uiæ, præsertim cum eam uiam simus ingressi, quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in media parte, aut citra petitum locum steteris. Vita non est imperfecta, si honesta est. Vbicunq; desines, si bene desinis, tota est. Sæpe autem & fortiter desinendum est, & non ex maximis causis. Nam nec hæ maximæ sunt, quæ nos tenent. Tullius Marcellinus (quem optime noueras) adolescẽs quietus & cito senex, morbo, & non insanabili correptus, sed longo & molesto & multa imperante, cœpit deliberare de morte: conuocauit complures amicos: unusquisq; aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suasisset: aut quia adulator & blandus, id consilium dabat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus homo egregius, & ut uerbis illũ quibus laudari dignus est laudẽ, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optime illum cohortatus. Sic enim cœpit. Noli mi Marcelline torqueri, tanquam de re magna deliberes. Non est res magna uiuere, omnes serui tui uiuunt, omnia animalia. Magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quàm diu tam idem facias. Cibus, somnus, libido. Per hunc circulum curritur. Mori uelle non tam prudens, & fortis aut miser, sed etiam fastidiosus potest. Non opus erat suasore illi, sed adiutore. Serui parere nolebant. Primum detraxit illis metum, & indicauit tunc famiam periculum adire, cum incertum esset, an mors domini uoluntaria fuisset, alioquin tam mali exempli esset prohibere dominum, quàm occidere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit non esse inhumanũ, quemadmodũ cœna peracta reliquiæ circumstantibus diuiduntur: sic peracta uita aliquid porrigi his, qui totius uitæ ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi & liberalis, etiam cum de suo fieret. Minutas itaq; summulas distribuit flentibus seruis, & illos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine. Triduo abstinuit, & in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit. Solium deinde illatum est, in quo diu iacuit, & calida subinde suffusa paulatim defecit, ut ateba t, non sine quadam uoluptate, quam afferre solet leuis dissolutio animi, non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus. In fabellam excessi non ingratam tibi, exitum enim amici tui cognosces, nõ difficilem nec miserum. Quamuis enim mortem sibi cõsciuerit, tamen mollissime excessit, & uitæ elapsus est. Sed ne inutilis quidem hæc fabella fuerit. Sæpe enim talia exempla necessitas exigit. Sæpe debemus mori nec uolumus, morimur nec uolumus. Nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoque moriendum, tamen cum propè accesserit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi uidebitur stultissimus omnium, qui fleuerit quod ante annos mille non uixerat? Aequè stultus est, qui flet, quod post annos mille non uiuet. Hæc paria sunt, non eris, nec fuisti. Vtrunq; tempus alienum est. In hoc punctum cõiectus es, quod ut extendas, quousq;

extendes

extendes? Quid fles? quid optas? Perdis operam. Desine fata deûm flecti sperare precando, rata & fixa sunt, atq; magna & æterna necessitate ducũtur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi nouũ est? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta et nulla mutabilis ope, illigat ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur? Fortior, ut opinor, esses, si multa milia tibi commorerentur. Atqui multa milia hominum & animalium hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam uarijs generibus emittunt. Tu autem non putabas te aliquando peruenturum ad id, ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est. Exempla nunc magnorum uirorum me tibi iudicas relaturum? Puerorum referam. Lacon ille memoriæ traditur impubes adhuc, qui captus clamabat, non seruiam, sua illa dorica lingua, & uerbis fidem imposuit, Vt primum iussus est fungi seruili & contumelioso ministerio, afferre enim uas obscœnum iubebatur, illisum parieti caput rupit. Tam propè libertas est, & seruit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles, quàm per inertiam senem fieri? Quid ergo est, cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta te nolle sequi, duceris. Fac tui iuris, quod alieni est. Non sumes pueri spiritum, ut dicas, non seruio? Infelix, seruis hominibus, seruis rebus, seruis uitæ. Nam uita, si moriendi uirtus abest, seruitus est. Et quid habes propter quod expectes? Voluptates ipsas quæ te morãtur ac retinẽt, cõsumpsisti, nulla tibi noua est, nulla non iam odiosa ipsa satietate: quis sit uini, quis mulsi, sapor scis, nihil interest, centum per uesicam tuam an mille amphoræ transeant, saccus est. Quid sapiet ostreum, quid mullus optime nosti, nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reseruauit. At qui hæc sunt à quibus inuitus diuelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas? † Amicos & patriam? Tanti enim illam putas, ut tardius cœnes, solemq; si posses, extingueres? Quid enim unquam feciſti luce dignum? confitere non curiæ te, non fori, non ipsius naturæ rerum desiderio, tardiorem ad moriendum fieri. Inuitus relinquis macellũ, in quo nihil reliquisti. Mortẽ times, at quomodo illam media oblectatione contemnis? Viuere uis, scis enim, mori times. Quid porrò ista uita non mors est? Cæsar, cum illum transeuntem per latinam uiam, unus ex custodiarum agmine demissa usq; in pectus uetere barba, rogaret mortem, nunc enim, inquit, uiuis? Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est. Mori times? nunc enim uiuis? Sed ego (inquit) uiuere uolo, qui multa honeste facio. Inuitus relinquo officia uitæ, quibus fideliter, & cum industria fungor. Quid? tu nescis unum esse ex uitæ officijs & mori? Nullum officium relinquis. Non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla uita est non breuis. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Statiliæ breuis est, quæ inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta nouem uixisse. Vides aliquam gloriari senectute longa, quis illam ferre potuisset, si cõtigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic uita, non quamdiu, sed quàm bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas, quocunq; uoles, desine tantum bonam clausulam impone. Vale.

aliâs, amicus esse patriæ.

Vide Plinium, lib. 7. cap. 54.

EPIST. LXXIX. Quod multum ad bonam ualitudinem amicorum præsentia & mollis exercitatio prosunt. De tribus incommodis infirmitatis & eorum remedijs.

VExari te distillationibus crebris ac febriculis, quæ longas distillationes & in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus ualitudinis, quod inter initia contẽpsi. Poterat adhuc adolescẽtia iniurias ferre, & se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eò perductus sum, ut ipse distillarem. Ad summam maciem deductus, sæpe impetum cœpi abrumpendæ uitæ, patris mei indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim non quàm fortiter ego mori possem, sed quàm ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperaui mihi ut uiuerem, aliquando enim & uiuere, fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerint solatio dicam: si prius hoc dixerim, hæc ipsa quibus acquiescebam, medicinæ uim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia, & quicquid animũ erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostro saluti fuerunt, philosophiæ acceptum fero quod surrexi, quod conualui

Universidad de Deusto
Biblioteca

conualui: illi uitam debeo, & nihil illi minus debeo. Multum mihi ad bonam contule-
runt ualitudinem amici, quorum adhortationibus, uigilijs, sermonibus, alleuabar. Ni-
hil æquè Lucili uirorū optime ægrū reficit atq; adiuuat, quàm amicorū affectus, nihil
æquè expectationem mortis ac metum surripit. Non iudicabam me, cum illos super-
stites relinquerem, mori: putabam inquam, me uicturum, nō cum illis, sed per illos: nō
al. ad uiuendū. effundere spiritum mihi uidebar, sed trahere. Hæc mihi dederūt uoluntatē † adiuuandi
me, & patiendi omne tormentū: alioquī miserrimū est, cū animū moriendi proiecerīs,
nō habere uiuendi. Adhæc ergo remedia te cōser, medicus tibi quantū ambules, quan-
tum exercearis, mōstrabit, Ne indulgeas ocio, ad quod uergit iners ualetudo, ut legas
clarius, & spiritū, cuius iter et receptaculū laborat, exerceas: ut nauiges, et uiscera molli
iactatione cōcutias: quibus cibis utaris: uinū quādo uiriū causa aduoces, quando inter-
mittas, ne irriter, & exasperet tussim. Ego tibi illud præcipio, quod nō tantū huius mor-
bi, sed totius uitæ remediū est. Contemne mortē. Nihil triste est, cū huius metū effugi-
mus. Tria hæc in omni morbo grauia sunt, metus mortis, dolor corporis, intermissio
uoluptatū. De morte satis dictū est, hoc unū dicā, nō morbi hunc esse sed naturæ metū:
multorū mortē distulit morbus, & saluti illis fuit, uideri perire. Morieris nō quia ægro-
tas, sed quia uiuis. Ista te res & sanatum manet: cū cōualueris, nō mortē sed ualitudinē
effugies. Ad illud nunc proprium incōmodum reuertamur, magnos cruciatus habet
morbus, sed hos tollerabiles interualla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit fi-
nem. Nemo potest ualde dolere, et diu: sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut
dolorē aut tollerabilē aut breuem faceret. Maximi dolores cōsistūt in macerrimis cor-
poris partibus. Nerui, articuliq;, & quicquid aliud exile est, acerrime sæuit, cum in ar-
cto uitia conceperit. Sed cito hæ partes obstupescunt, & ipso dolore sensum doloris
amittunt, siue quia spiritus naturali prohibitus cursu, & mutatus in peius, uim suam
qua uiget admonetq; nos, perdit: siue quia corruptus humor cum desijt habere quo ef-
fluat, ipse se elidit, & his quæ nimis impleuit, excutit sensum. Sic podagra & chiragra
& omnis uertebrarum dolor, neruorumq; interquiescit, cum illa quæ torquebat hebe-
tauit: omnium istorū prima uerminatio uexat, impetus mora extinguitur, & finis do-
lendi est obtorpuisse. Dentium, oculorum, auriū dolor ob hoc ipsum acutissimus est,
quod inter angusta corporis nascitur. Non minus me hercule quàm capitis ipsius, sed
quo incitatior est, eo citius in alienationem stuporemq; conuertitur. Hoc itaq; solatij
uasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis sensei is. Illud autem est
quod imperitos in uexatione corporis male habet, non assueuerunt animo esse cōten-
ti, multum illis cum corpore fuit. Ideo uir magnus ac prudens animum deducit à cor-
pore, & multū cum meliore & diuina parte uersatur, cum hac querula ac fragili quan-
tum necesse est, Sed molestū est, inquis, carere assuetis uoluptatibus, abstinere cibo, si-
tire, esurire. Hæc prima abstinentia grauia sunt, deinde cupiditas relanguescit, ipsa
per se quæ cupimus fatigatis, ac deficientibus. Inde morosus est stomachus, inde qui-
bus fuit auiditas cibi, odiū est, desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum care-
re eo, quod cupere desieris. Adijce, quod nullus nō intermittitur dolor, aut certe remi-
titur. Adijce, quod licet & cauere uenturum, & obsistere imminenti remedijs. Nullus
enim nō signa præmittit, utiq; qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patien-
tia, si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauio-
ra, & te querelis onerare: leuis dolor est, si nihil illi opinio adiecerit. Cōtra si exhortari
te cœperis ac dicere, nihil est, aut certe exiguum est, duremus, iam desinet, leuem illum,
dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt, non ambitio tantum, ad illam re-
spicit, & luxuria & auaritia. Ad opinionē dolemus, tā miser est quisq;, cui credidit. De
trahendas præteritorū dolorum cōquestiones puto, & illa uerba, nulli unq; fuit peius,
quos cruciatus, quanta mala pertulit? Nemo me resurrecturum putauit. Quoties depło-
ratus sum à meis, quoties à medicis relictus? In eculeum impositi nō sic distrahuntur.
Etiam si sunt uera ista, transierunt. Quid iuuat præteritos dolores retractare, et miserū
esse, quia fueris? Quid quod nemo nō multum malis suis adiecit, & sibi ipse mentitur?
Deinde quod acerbum fuit, retulisse iucundum est. Naturale est mali sui fine gaudere.

Circumci-

Circūcidenda ergo duo sunt, & futuri timor, & ueteris incōmodi memoria: hoc ad me
iam non pertinet, illud nondū. In ipsis positus difficultatibus dicat, Forsan & hæc olim
meminisse iuuabit. Toto contra illum pugnet animo, uincetur si cesserit, uincet si se
contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerisq; faciunt, attrahunt in se ruinam, cui
obstandum est. Istud quod premit, quod impendet, quod urget, si subducere te cœpe-
ris, sequetur & grauius incumbet: si contra steteris & obniti uolueris, repelletur. Ath-
letæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne
tormentum gloriæ cupiditate: nec tantum quia pugnant ista patiuntur, sed ut pugnēt,
exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoq; euincamus omnia, quorum præmiū non
corona, nec palma est, nec tubicē prædicationi nominis nostri silentiū faciens, sed uir-
tus & firmitas animi & pax in cæterū parta, si semel in aliquo certamine debellata for-
tuna est. Dolorē graue sentio. Quid ni sentias? si illū muliebriter tuleris. Quemadmo-
dum pernicios ior est hostis fugientibus, sic omne fortuitū incommodū magis instat ce-
denti & auerso. Sed graue est, quid? nos ad hoc fortes sumus ut leuia portemus? Vtrū
uis longū esse morbū, an concitatum & breuē? Si longus est habet intercapedinē, dat
refectioni locum, multū temporis donat, necesse est ut exurgat & deficiat. Breuis mor-
bus ac præceps alterutrū faciet, aut extinguetur, aut extinguet. Quid aūt interest non
sit, aut non sim? In utroq; finis dolendi est. Illud quoq; proderit, ad alias cogitationes a-
uertere animum, & à dolore discedere. Cogita quid honeste, quid fortiter feceris, bo-
nas partes tecum ipse tracta, memoriam in ea, quæ maxime miratus es, sparge, tunc ti-
bi fortissimus quisq; & uictor doloris occurrat. Ille qui dum uarices exsecandas præ-
beret, legere librū perseuerauit. Ille qui non desijt ridere, cū hoc ipsum mirati tortores
omnia instrumenta crudelitatis experirentur, Non uincetur dolor ratione, qui uictus
est risu? Quicquid uis nunc licet dicas, distillationes & uim continuæ tussis egerentem
uiscerum partes, & febrem præcordia ipsa torrentem, & sitim, & artus in diuersum ar-
ticulis exeuntibus tortos: plus est flamma, & eculeus, & lamina, & uulneribus ipsis in
tumescentibus, quod illa renouaret & altius urgeret impressum, inter hæc tamen ali-
quis non gemuit: parum est, non rogauit, parum est, non respondit: parum est, risit, &
quidem ex animo: uis tu post hoc dolorem deridere? sed nihil, inquit, agere sinit mor-
bus, qui me omnibus abduxit officijs. Corpus tuum ualitudo tenet † nō animum. Itaq; al. non ex an.
curforis morantur pedes, sutoris ac fabri manus impediet. Si animus tibi esse in usu so-
let, suadebis, docebis, audies, discēs, quæres, recordaberis. Quid porrò nihil agere te
credis, si temperans æger sis? Ostendes morbum posse superari, uel certe sustineri. Est,
mihi crede, uirtuti etiam in lectulo locus. Non tantum arma & acies dant argumenta
alacris animi indomitiq; terroribus, & in uestimentis uir fortis apparet. Habes quod
agas, bene luctare cum morbo, si nihil te coēgerit, si nihil exorauerit, insigne prodis ex
emptum. O quàm magna erat gloriæ materia, si spectaremur ægri. Ipse te specta, ipse
te lauda. Præterea duo sunt genera uoluptatum, corporales morbus inhibet, nō tamen
tollit, imò (si uerum æstimes) incitat, magis iuuat bibere sitientem, gratior est esuri-
enti cibus. Quicquid ex abstinentia contigit, auidius excipitur. Illas uerò animi uolu-
ptates, quæ maiores certioresq; sunt, nemo medicus ægro negat, has quisquis sequitur
& bene intelligit, omnia sensuum blandimenta contemnit. O infelicem ægrum, qua-
re? quia non uino niuem diluit, quia non rigorem potionis suæ quam capaci scypho
miscuit, renouat fracta insuper glacie, quia non ostrea illi lucrina in ipsa mensa aperi-
untur, quia non circa cœnationem eius tumultus cocorum est, ipsos cum obsonijs fo-
cos transferentium, hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis intepescat cibus, ne
quid palato iam calloso parū ferueat, cœnam culina prosequitur. O infelicem ægrum,
edet quantum concoquat, non iacebit in conspectu aper, ut uilis caro, à mensa relega-
tus, nec in repositorio eius pectora auium (totas enim uidere fastidium est) cōgesta pe-
nentur. Quid tibi mali factum est? Cœnabis tanquam æger, imò aliquando tanquam
sanus. Sed omnia ista facile perferemus, sorbitionem, aquam calidam, & quicquid a-
liud intolerabile uidetur delicatis & luxu fluentibus magisq; animo quàm corpore
morbidis, tantum mortem desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac

malorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

malorum cognouerimus. Ita demum nec uita tedio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare satietas sui non potest, tot res, uarias, magnas, diuinas percensentem, in odiū illam sui adducere solet iners ocium. Rerum naturam peragenti nunquā in fastidium ueritas ueniet, falsa satiabunt. Rursus si mors accedit & uocat, licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatem, perceptus longissime fructus est. Cognita est illi ex magna parte natura, scit tempore honesta non crescere: hijs necesse est uideri omnem uitam breuem, qui illam uoluptatibus uanis & ideo infinitis metiuntur. Hijs te cogitationibus recrea, & interim epistolis nostris uacando: ueniet aliquod tempus quod nos iterū iungat ac misceat, quantumlibet sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam ut Possidonius ait, unus dies hominum eruditorum plus patet, quàm imperiti longissima ætas. Interim hoc tene, hoc morde, aduersis non succumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quicquid potest facere, factura sit. Quicquid expectatum est diu, leuius accedit. Vale.

EPIST. LXXX. De Scylla & Charybdi & Aetna. Aequale in omnibus esse quod beatum facit.

EXpecto epistolas tuas, quibus mihi indices circumitus Siciliæ totius, quid tibi nocui ostenderit, & omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam saxum esse, & quidem †nō terribile nauigantibus optime scio. Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si forte obseruaueris (dignū est autem ut obserues) fac nos certiores, utrū uno tantum uento agatur in uortices, an omnis tempestas atq; mare illud contorqueat: & an uerum sit quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa milia trahi conditum, & circa Tauromenitanum litus emergere. Si hæc mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare, ut in honorem meum Aetnam quoq; ascendas, quam consumi & sensim subsidere, ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius nauigantibus soleat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit, sed quia ignis euanuit, et minus uehemens ac largus effertur, ob eandem causam fumo quoque per diem segnior. Neutrum autem incredibile est, nec montē qui deuoretur quotidie minui, nec ignem manere eundem, quia nō ipse ex se est, sed in aliqua inferna ualle conceptus exæstuat, & alijs pascitur, in ipso monte non alimentum habet, sed uiam. In Lycia regio notissima est, Hephestion incolæ uocant, foratū pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circuit. Læta itaque regio est, & herbida, nil flammis adurentibus, sed tantum ui remissa ac languida refulgentibus. Sed reseruamus ista, tunc quæsituri, cum tu mihi scripseris, quantum ab ipso ore montis niues absint, quas ne æstas quidem soluit, adeo tutæ sunt ab igne uicino. Non est autem quod istam curam imputes mihi, morbo enim tuo daturus eras, etiam si nemo quid mandaret tibi, donec Aetnam describas in tuo carmine, † & hunc solennem omnibus Poetis locū attingas, quem quo minus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Vergilium impleuerat, ne Seuerū quidem Cornelium uterq; deterruit. Omnibus præterea felicior hic locus se dedit, & qui præcesserant, non præripuisse mihi uidentur quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, utrum ad consumptam materiā, an ad subactam accedas, Crescit indies, & inuenturis inuenta non obstant. Præterea cōditio optima est ultimi. Parata uerba inuenit, quæ aliter instructa nouam faciem habent, nec illis manus injicit tanquam alienis. Sunt enim publica, Iurisconsulti negant quicquā publicum usu capi. Aut ego te non noui, aut Aetna tibi saliuam mouet. Iam cupis grande aliquid, & par prioribus scribere. Plus em̄ sperare modestia tibi tua non permittit, quanta in te est, ut uidearis mihi retractaturus ingenij tui uires, si uincendi periculū sit. tanta tibi priorum reuerentia est. Inter cætera hoc habet boni sapientia. Nemo ab altero potest uinci, nisi dum ascenditur, dum ad summum peruenieris, paria sunt. Non est incremento locus, statur. Num quid sol magnitudini suæ adijcit? Num quid luna ultra quàm solet procedit? Maria non crescunt, mundus eundem habitum ac modum seruat. Extollere se, quæ iustam magnitudinem impleuere non possunt. Quicunq; fuerint sapientes, pares erunt & æquales, habebit unusquisq; ex his proprias dotes. Alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior. Illud de quo

nō uideturredundare.

aliâs ne.

quo agitur quod beatum facit, æquale est in omnibus. An Aetna tua possit sublabi & in se ruere, an hoc excelsum cacumen & conspicuū per uasti maris spacia detrahat assidua uis ignium, nescio: uirtutem, non flamma, non ruina inferius adducet. Hæc una maiestas deprimi nescit, nec proferri ultra, nec referri potest. Sic huius, ut cœlestium, stata magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere, iam multum operis effectum est, imò si uerum fateri uolo, non multum. Nec enim bonitas est, pessimis esse meliorem. Quis oculis glorietur, qui suspicentur diem, quibus sol per caliginē splendet, licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis. Tūc animus noster habebit quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris, in quibus uolutatur, non tenui uisu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, & redditus cœlo suo fuerit, cum receperit locum, quem occupauit sorte nascendi. Sursum uocāt illum initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac custodia exoluatur, cum uitia discesserit, purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Hoc nos oportet agere Lucili charissime, in hoc ire impetu toto, licet pauci sciant, licet nemo † uiuat. Gloria umbra uirtutis est, etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur uel à tergo est, ita gloria aliquando ante nos est, uisendamq; se præbet, aliquando in auerso est, maiorq; quo serior, ubi inuidia secessit. Quandiu uidebatur furere Democritus? uix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem ciuitas ignorauit, respuit, nec intellexit, nisi cum perdidit. Rutilij innocentia ac uirtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum uiolatur, effulsit. Nunquid non sorti suæ gratias egit, & exilium suum complexus est? De his loquor, quos illustrauit fortuna, dum uexat. Quàm multorum profectus in noticiam euasere post ipsos? quàm multos fama non excepit, sed eruit? Vides Epicurum, quantopere non tantum eruditiores, sed hæc quoq; imperitorum turba miretur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. Multis itaq; iā annis Metrodoro suo superstes, in quadam epistola, cum amicitiam suam † & Metrodori grata commemoratione ceciniſſet, hoc nouissime adiecit, nihil sibi & Metrodoro inter bona tāta nocuisse, quod ipsos illa nobilis Græcia non ignotos solū habuisset, sed penè inauditos. Nunquid ergo non posteaquam esse desierat, inuentus est? Nunquid non opinio eius emicuit? Hoc Metrodorus quoq; in quadam epistola confitetur, se & Epicurum non satis † emicuisse, sed post se & Epicurum, magnū paratumq; nomen habituros, qui uoluissent per eadem ire uestigia. Nulla uirtus latet, & latuisse, non ipsius est damnum. Veniet qui conditam & seculi sui malignitate compressam dies publicet. Paucis natus est, qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum milia, multa populorum superuenient. Ad illa respice, etiā si omnibus tecum uiuentibus silentiū liuor indixerit, uenient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est precium uirtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo, tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non uirtus & uiuo & mortuo retulit gratiam, si modo illam bona secutus est fide, si se non exornauit & pinxit, sed idem fuit, siue ex denunciato uidebatur, siue imparatus ac subito. Nihil simulatio proficit, paucis imponit leuiter extrinsecus inducta facies, ueritas in omnem partem sui semper eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris. Vale.

al. uideat

forte cum

al. emituisse

EPIST. LXXXI. De exercendo in philosophia ingenio. Et quod uera libertas excusso mortis metu, & paupertatis acquiritur.

HOdierno die non tantum meo beneficio mihi uaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphæromachiam auocauit. Nemo irrumpit, nemo cogitationem meam impedit, quæ hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde hostium, non alleuabatur uelum, licebit † uno uadere, quod magis necessarium est per se eunti, & suam sequenti uiam. Non ergo sequor priores: facio, sed permitto mihi & inuenire aliquid, & mutare, & relinquere. Non seruio illis, sed assentior. Magnum tamen uerbum dixi, qui mihi silentiū promittebam, & sine interpellatore secretum. Ecce ingens clamor ex stadio profertur, & me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecum quàm multi corpora exerceant, quàm ingenia pauci, quantus ad spectaculum non fidele & lusorium fiat cōcursus, quanta sit circa artes bonas solitu

Vide num legendum sit uni

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas solitudo, quàm imbecilli animo sint, quorum lacertos humerosq; miramur. Illud maxime reuoluo mecum, si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimũ in ferentissimo puluere sustinens aliquis, & sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus inuictus excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exurgat. Corpus enim multis eget rebus, ut ualeat. Animus ex se crescit, seipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa deniq; opera, tibi cõtinget uirtus sine apparatu, sine impensa. Quicquid facere te potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? uelle. Quid autem melius potes uelle, quàm eripere te huic seruituti, quæ omnes premit, quam mancipia quoq; conditionis extremæ, & in his sordibus nata, omni modo exuere conantur, peculium suum, quod comparauerunt uentre fraudato, pro capite numerant. Tu non concupisces quanticunq; ad libertatem peruenire, qui te putes in illa natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaq; in tabellas uanum conijcitur nomen libertatis, quam nec qui emerũt habent, nec qui uendiderũt. Tibi des oportet istud bonũ, à te petas. Libera te primum metu mortis, illa nobis primum iugum imponit. Deinde metu paupertatis. Si uis scire quàm nihil in illa mali sit, compara inter se pauperum & diuitum uultus. Sæpius pauper & fidelius rider, nulla sollicitudo in alto est, etiam si qua incidit cura, uelut nubes leuis transit: horum qui felices uocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & suppurata tristitia: & quidem grauior, quia interdum non licet palàm esse miseros, sed inter erumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Sæpius hoc exemplo mihi utendum est, nec enim ullo efficacius exprimitur, hic humanæ uitæ mimus, qui nobis partes, quas male agamus, assignat. Ill- qui in scena † latius incedit, & hæc resupinus dicit,

al. elatus

Impero Argis, regna mihi liquit Pelops,
Qua ponto ab Helles atq; ab Ionio mari

Vrgetur Isthmos, seruus est, quinq; modios accepit, & quinq; denarios. Ille qui super bus atq; impotens, & fiducia uirium tumidus, ait,

al. centunculo

Quod nisi quieris Menelae hac dextra occides, diurnum accipit, in † cœnaculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas, quos supra capita hominũ, supraq; turbam delicatos lectica suspendit. Omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si dispoliaueris. Equum empturus solui iubes stratum, detrahis uestimenta uenalibus, ne qua uitia corporis lateant, hominem inuolutum æstimas? Mangones, quicquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt, itaq; ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt, siue crus allígatum, siue brachium aspiceres, nudari iuberes & ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ Sarmatiæ ue regem insigni capitis decorum, si uis illum æstimare, totumq; scire qualis sit, fasciam solue, multum mali sub illa latet. Quod de alijs loquor, si perpendere te uoles, sepone pecuniã, domum, dignitatem, intus te ipse considera. † Nunc qualis sis alijs credis. Vale.

aliter, non qualis sis, alijs credens

EPIST. LXXXII. Quod propter ingratitudinem non est à beneficio cessandum. De compensatione iniuriæ & beneficij, quod nemo scit referre gratiam, nisi sapiens.

QVereris incidisse te in hominem ingratum. Si hoc nunc primum, age aut fortunæ, aut diligentiæ tuæ gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignum. Nam si hoc periculũ uitare uolueris, nõ dabis beneficia. Ita ne apud alium pereant, apud te peribunt? Non respondeant potius, quàm nõ dentur. Et post malam segetem serendum est. Sæpe quicquid perierat assidua infelicis soli sterilitate, unius anni restituit ubertas. Est tanti ut gratum inuenias, experiri & ingratos. Nemo habet tam certam in beneficijs manũ, ut non sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquando hæreant. Post naufragium maria tentantur, fœneratorem non fugat à foro coactor. Cito inerti ocio uita torpebit, si relinquendum est quicquid offendit. Te uero benigniorẽ hæc ipsa res faciat. Nam cuius rei euentus incertus est, id, ut aliquando procedat, sæpe tentandum est. Sed de isto satis multa in his libris locuti sumus, qui de Beneficijs inscribũtur. Illud magis quærendum uidetur, quod non satis (ut existimo) explicatum est, an is qui profuit

fuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, & nos debito soluerit. Adijce si uis & illud, multo plus postea nocuit, quàm ante profuerat. Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quæris, alterũ ab altero absoluetur, & dicet, quãuis iniuriæ præponderent, tamen beneficijs donetur, cũ quod ex iniuria supereſt plus nocuit, sed prius profuit. Itaq; habeatur & temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt quàm ut admoneri debeas, quẽrendum esse quàm libenter profuerit, quàm inuitus nocuerit, quoniã animo & beneficia & iniuriæ constant. Nolui beneficiũ dare, uictus sum aut uerecundia, aut instantis pertinacia, aut spe. Eo animo quidq; debetur, quo datur, nec quantum sit, sed à quali profectum uoluntate perpenditur. Nunc cõiectura tollatur. Et illud beneficiũ fuit & hoc quod modũ beneficij prioris excessit, iniuria est. Vir bonus utroq; calculos sic ponit, ut se ipse circũscribat, beneficio adijcit, iniuriæ demit. Ille alter remissior iudex (quem esse me malo) iniuriæ obliuisci debebit, officij meminisse. Hoc certe, inquã, iustitiæ cõuenit, suum cuiq; reddere, beneficio gratiam, iniurię talionem, aut certe malã gratiam. Verum erit istud, cum alius iniuriam fecerit, alius beneficiũ dederit. Nam si idem est, beneficio uis iniuriæ extinguitur. Nam cui etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia lædenti, plus quàm uenia debetur. Non pono utriq; par precium, pluris æstimo beneficiũ cũ iniuriam. Non omnes grati sciũt debere beneficium. Potest etiã imprudẽs, & rudis, & unus è turba, utiq; dum † prope sibi est, reddere beneficiũ, † & pensare ab accepto, ignorat aũt quantũ pro re debeat. Vni sapiẽti notum est, quanti res quæq; taxanda sit. Nam ille de quo loquebar modo, stultus etiã si bonæ uoluntatis est, aut minus cũ debeat, aut tempore, aut quo non debeat loco, reddit, id quod referendũ est, effundit atq; abijcit. Mira in quibusdam rebus uerborũ proprietas est, & consuetudo sermonis antiqui, quædã efficacissimis & officia docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui. Ille illi gratiã retulit. Referre est ultro quod debeas afferre. Nõ dicimus, gratiã reddidit. Reddunt enim, & qui reposcuntur, & qui inuiti, & qui ubilibet, & qui per aliũ. Non dicimus, reposuit beneficiũ, aut soluit, nullũ enim nobis placuit, quod æri alieno conuenit uerbum. Referre est, ad eum à quo acceperis, rem ferre. Hæc uox significat uoluntariã relationẽ. Qui retulit, ipse se appellauit. Sapiens omnia examinabit secũ, quantũ acceperit, à quo, quando, ubi, quemadmodũ. Itaq; negamus quenq; scire gratiã referre, nisi sapientẽ. Non magis cũ beneficiũ dare quisquã scit, nisi sapiens, hic scilicet qui magis dato gaudet, cũ alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quæ uidemur inopinata omnibus dicere, παραδόξα Græci uocãt: & ait, Nemo ergo scit præter sapientẽ referre gratiã? ergo nec quod debet creditori suo, reponere quisq; scit alius? nec cũ emit aliquã rem, preciũ uẽditori persoluere? Sed ne nobis fiat inuidia, scito idem dicere Epicurũ. Metrodorus certe ait, solũ sapientẽ referre gratiã scire. Deinde idem admiratur, cũ dicimus, solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est. Atqui & amoris & amicitiæ pars est referre gratiã, imò hoc magis uulgare est, & in plures cadit, cũ uera amicitia. Deinde idem admiratur quod dicimus, fidẽ nisi in sapiente non esse, tanq; non ipse idem dicat. An tibi uidetur fidẽ habere, qui referre gratiã nescit? Desinant itaq; infamare nos tanquã incredibilia iactantes, & sciant apud sapientẽ esse ipsa honesta, apud uulgum simulacra rerum honestarũ & effigies. Nemo referre gratiã scit, nisi sapiens. Stultus quoq; utcunq; scit, & quemadmodũ potest referat, scientia illi potius cũ uolũtas desit, uelle non discitur. Sapiens intra se omnia cõparabit. Maius enim aut minus fit (quamuis idem sit) tempore, loco causa. Sæpe enim hoc non potuere diuitiæ in domũ infusæ, quod oportune dati mille denarij. Multũ enim interest, donaueris, an succurreris: seruauerit illum tua liberalitas, an instruxerit. Sæpe quod datur, exiguum est: quod sequitur ex eo, magnũ. Quãtum aũt existimas interesse, utrum aliquis † quod dederat, receperit, uel quod præstauit, sumpserit, an beneficiũ acceperit, ut daret? Sed ne in eadem quæ satis scrutati sumus reuoluamur, in hac cõparatione beneficij & iniuriæ uir bonus iudicabit quidẽ quod erit æquissimũ, sed beneficio fauebit, in hãc erit partem procliuior. Plurimũ autem momenti persona solet afferre in rebus eiusmodi. Dedisti mihi beneficiũ in seruo, iniuriam fecisti in patre: seruasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps per quæ procedit omnis collatio prosequetur. Et si id pu

Vide num legendum sit probæ fidei. Hæc in quibusdam nõ addũntur

al. & nisi fallor uere, de rata quod præstaret, sumpserit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sillum erit quod interſit, diſſimulabit: etiam ſi multum fuerit, ſed ſi id donari ſaluta pietate ac fide poterit, remittet, id eſt, ſi ad ipſum tota pertinebit iniuria. Summa rei hæc eſt: facilis erit in cõmutando, patietur plus imputari ſibi, inuitus beneficiũ per compenſationem iniurię ſoluet: in hanc partem inclinabit, huc uerget, ut cupiat debere gratiã, cupiat referre. Errat enim ſi quis beneficiũ libentius accipit q̃ reddit. Quanto hilarior eſt qui ſoluit quàm qui mutuatur, tãto debet lætior eſſe, qui ſe maximo ære alieno accepti beneficij exonerat, q̃ qui cum maxime obligatur. Nam in hoc quoq; fallũtur ingrati, quod creditori quidem præter ſortem extra ordinem numerant, beneficiorũ aũt uſum eſſe gratuitũ putant: & illa creſcunt mora, tantoq; plus ſoluendũ eſt, quãto tardius. Ingratus eſt, qui beneficiũ reddit ſine uſura. Itaq; huius quoq; rei habebitur ratio, cũ conferentur accepta & expenſa. Omnia facienda ſunt, ut quàm gratiſſimi ſimus. Noſtrum enim in hoc bonũ, quemadmodũ iuſtitia, non eſt, ut uulgo creditur, ad alios pertinẽs, maxima pars eius in ſe redit. Nemo non cum alteri prodeſt, ſibi profuit. Non eo nomine dico, quo uolet adiuuare adiutus, protegere defenſus, quod bonum exemplum circuitu ad facientẽ reuertitur: ſicut mala exempla recidunt in autores, nec ulla miſeratio contigit his, qui patiuntur iniurias, quas poſſe fieri, faciendo docuerunt: ſed quod uirtutum omniũ precium in ipſis eſt. Non enim exercentur ad præmiũ, recte facti, feciſſe merces eſt. Gratus ſum, non ut alius mihi libentius præſtet priori iritatus exemplo, ſed ut rem iucundiſſimam ac pulcherrimã faciam. Gratus ſum, non quia expedit, ſed quia iuuat. Hoc ut ſcias ita eſſe, ſi gratũ eſſe nõ licebit, niſi ut uidear ingratus, ſi reddere beneficiũ non aliter q̃ per ſpeciem iniuriæ potero, æquiſſimo animo ad honeſtũ conſilium per mediam infamiam tendam. Nemo mihi uidetur pluris æſtimare uirtutẽ, nemo illi magis eſſe deuotus, quàm qui boni uiri famã perdidit, ne conſcientiã perderet. Itaq; ut dixi, maiore tuo q̃ alterius bono gratus es. Illi enim uulgaris & quotidiana res cõtigit, recipere quod dederat: tibi magna & ex beatiſſimo animi ſtatu profecta, gratũ fuiſſe. Nam ſi malicia miſeros facit, uirtus beatos, gratum aũt eſſe uirtus eſt, rem uſitatã reddidiſti, inæſtimabilem conſecutus es, conſcientiã grati, quæ niſi in animũ diuinum, fortunatumq; non peruenit. In contrariũ autem huic affectum ſumma infelicitas urget. Nemo ſi ingratus eſt, non miſer erit, non differo illũ, ſtatim miſer eſt. Itaq; ingrati eſſe uitemus, nõ aliena cauſa, ſed noſtra. Minimũ ex nequitia leuiſſimumq; ad alios redundat, quod peſſimũ ex illa eſt, & (ut ita dicam) ſpiſſiſſimũ, domi remanet, & premit habentẽ: quemadmodũ Attalus noſter dicere ſolebat, Malicia ipſa maximã partem ueneni ſui bibit. Illud autem uenenũ quod ſerpentes in alienam perniciem proferũt, ſine ſua continent, nõ eſt huic ſimile, hoc habentibus peſſimũ eſt. Torquet ingratus ſe & macerat, odit quę accepit, quia redditurus eſt, & extenuat, iniurias uero dilatat atq; auget. Quid autem eo miſerius, cui beneficia excidũt, hærent iniuriæ? At contra ſapientia exornat omne beneficiũ, ac ſibi ipſa cõmendat, & ſe aſſidua eius cõmemoratione delectat. Malis una uoluptas eſt, & hæc breuis, dum accipiũt beneficia, ex quibus ſapienti longum gaudium manet, ac perenne. Non enim illũ accipere, ſed accepiſſe delectat, quod immortale eſt & aſſiduũ. Illa contemnit, quibus læſus eſt, nec obliuiſcitur per negligentiam, ſed uolens. Non uertit omnia in peius, ſed nec quærit cui imputet caſum, & peccata hominũ ad fortunam potius refert. Non calumniatur uerba, nec uultus: quicquid accidit, benigne interpretãdo leuat: nec offenſæ potius, quàm beneficij meminit, quantum poteſt in priore ac meliore ſe memoria detinet: nec mutat animum aduerſus bene meritos, niſi multum malefacta præcedant, & manifeſtum etiam conniuenti diſcrimen eſt: tunc quoq; in hoc duntaxat, ut talis ſit poſt maiorem iniuriam, qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par eſt iniuria, aliquid in animo beneuolentiæ remanet. Quemadmodum reus ſententijs paribus abſoluitur, & ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius: ſic animus ſapientis, ubi paria maleficijs merita ſunt, deſinet quidem debere, ſed non deſinet uelle debere: & hoc facit quod qui poſt tabulas acepto quidẽ præſtauerant uſurã, uel hi remittunt, uel tabulas nouas ſoluunt. Nemo autem gratus eſſe poteſt, niſi contempſerit iſta, propter quæ uulgus inſanit. Si referre uis gratiam, & in exilium eundum eſt, & effundendus ſanguis, & ſuſcipienda egeſtas, & ipſa

ipſa innocentia ſæpe maculanda, indigniſq; obijcienda rumoribus. Non paruo ſibi conſtat homo gratus. Nihil charius æſtimamus, quàm beneficiũ, quamdiu petimus: nihil uilius, cum acceperimus. Quæris quid ſit quod obliuionem acceptorum nobis faciat? Cupiditas accipiendorum. Cogitamus nõ quid impetratum, ſed quid petendum ſit. Abſtrahunt à recto, diuitiæ, honores, potentia, & cætera, quæ opinione noſtra chara ſunt, precio ſuo uilia. Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum rerum natura deliberandũ eſt. Nihil habent iſta magnificũ, quo mentes in ſe noſtras trahant, præter hoc, quod mirari illa conſueuimus. Non enim quia concupiſcenda ſunt laudantur, ſed concupiſcuntur, quia laudata ſunt: & cum ſingulorum error publicum fecerit, ſingulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credidimus, ſic & hoc populo † demus, nihil eſſe grato animo honeſtius. Omnes hoc urbes, omnes etiã ex barbaris regionibus gentes, conclamabunt. In hoc bonis maliſq; conueniet. Erunt qui uoluptates laudent, erunt qui labores malint: erunt qui dolorem maximũ malum dicant, erunt qui ne malũ quidem appellent: diuitias aliquis ad ſummũ bonum admittet, alius illas dicet humanæ malo uitæ repertas, nihil eſſe eo locupletius, cui quod donet fortuna nõ inuenit. In tanta iudiciorũ diuerſitate, referendã bene merentibus gratiam, omnes uno tibi (quod aiunt) ore affirmabunt: in hoc tã diſcors turba conſentiet, cum interim iniurias pro beneficijs reddimus. Et prima cauſa eſt, cur quis ingratus ſit, ſi ſatis gratus eſſe non potuit. Eò perductus eſt furor, ut † pernicioſiſſima res ſit, beneficia in aliquem magna conferre. Nam quia putat turpe non reddere, non uult eſſe cui reddat. Tibi habe quod accepiſti, non repeto, non exigo, profuiſſe tutum ſit. Nullum eſt odium perniciоſius, quàm me beneficij uiolati pudere. Vale.

al. credamus

Vno ore

aliter, periculoſiſſima

EPIST. LXXXIII. De inerti quiete uel ocio, & de morte, quod licet ſpeciẽ habeat mali, non tamen eſt malum, neq; bonum.

DEſij iam de te eſſe ſolicitus. Quem, inquis, deorum ſponſorem accepiſti? eum ſcilicet qui neminem fallit, animum, recti ac boni amatorẽ. In tuto pars tui melior eſt, poteſt fortuna tibi iniuriam facere, quod ad rem magis pertinet, nõ timeo ne tu facias tibi. I, qua cœpiſti, & in iſto te uitæ habitu compone, placide, non molliter. Male mihi eſſe malo, quàm molliter. Nunc ſic excipe quemadmodum à populo ſolet dici, dure, aſpere, laborioſe. Audire ſolemus ſic quorundã uitam laudari, quibus inuideatur. Molliter uiuit, hoc dicunt mollis eſt. Paulatim enim effœminatur animus, atq; in ſimilitudinem ocij ſui & pigritiæ, in qua iacet, ſoluitur. Quid ergo? uiro non uel obrigeſcere ſatius eſt? Deinde delicati timent mortem, cui uitam ſuam facere ſimilem. Multũ intereſt inter ociũ, & conditiuũ. Quid ergo, inquis, non ſatius eſt uel ſic iacere, quàm & iſtis officiorum uorticibus uolutari? Vtraq; res deteſtabilis eſt, & contractio, & torpor. Puto æque qui in odoribus iacet, mortuus eſt, quàm qui rapitur unco. Ocium ſine literis mors eſt, & hominis uiui ſepultura. Quid deniq; prodeſt ſeceſſiſſe, tanquam non tranſmaria nos ſolicitudinum cauſæ perſequantur? Quæ latebra eſt, in quam non intret metus mortis? Quæ tam emunita & in altum ſubducta uitæ quies, quam non dolor territet? Quocunq; te abdideris, mala humana circumſtrepent. Multa extra ſunt, quæ circumeũt nos, quæ aut fallant, aut urgeant. Multa intus, quæ etiam in media ſolitudine exæſtuant. Philoſophia circumdanda eſt inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis laceſſitum non tranſit. Inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit, & arce ſe ſua uendicat, infra illũ omne telum cadit. Non habet (ut putamus) fortuna longas manus, neminem occupat, niſi hærentem ſibi. Itaq; quantum poſſumus, ab illa reſiliamus, quod ſola præſtabit ſui naturæq; cognitio. Sciat quò iturus ſit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum ſit, quid petat, quid deuitet: quæ ſit illa ratio, quæ appetenda ac fugienda diſcernat, qua cupiditatũ manſueſcit inſania, timorum ſæuitia compeſcitur. Hæc quidam putant ipſos etiam ſine philoſophia repreſſiſſe, ſed cum ſecuros aliquis caſus expertus eſt, exprimitur ſera confeſſio. Magna uerba excidunt, cum tortor popoſcit manũ, cum mors propius acceſſit, poſſis illi dicere, facile prouocabas mala abſentia. Ecce dolor, quem tolerabilẽ eſſe dicebas: Ecce mors, contra quam multa animoſe locutus es, ſonant flagella, gladius micat. Nunc animis opus Aenea, nunc pectore

μανθάνω ἄρα μᾶλλον ἢ ἐθίμην. Epictetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctore firmo. Faciet autem illud firmum assidua meditatio, si non uerba exercueris, sed animum, si contra mortem te præperaueris, aduersus quam non exhortabitur, nec attollet, qui cauillationibus tibi persuadere tentauerit, mortem malum non esse. Libet enim Lucili uirorum optime ridere ineptias Græcas, quas nondum, quamuis mirer, excussi. Zeno noster hac collectione utitur. Nullum malũ glorioſum est, mors autem glorioſa est, mors ergo non est malum. Profeciſti, liberatus ſum metu. Poſt hęc non dubitabo porrigere ceruicem. Nõ uis ſeuerius loqui, † ſed morituro riſum mouere. Non me hercule facile tibi dixerim, utrum ineptior fuerit, qui ſe hac interrogatione iudicauit, mortis metum extinguere, an qui hoc tanquam ad rem pertineret, conatus eſt ſoluere. Nam & ipſe interrogationem contrariam oppoſuit, ex eo natam, quod mortem inter indifferentia ponimus, quæ ἀδιάφορα Græci uocant. Nihil, inquit, indifferens glorioſum est, Mors autem glorioſum est, ergo mors non indifferens. Hæc interrogatio uides ubi obrepat, mors non est glorioſa, ſed fortiter mori glorioſum est: & cum dicit, indifferens nihil glorioſum est, concedo tibi, ita ut dicam, nihil glorioſum eſſe, niſi circa indifferentia: indifferentia autem eſſe dico, nec bona nec mala, tanquam morbum, dolorem, paupertatẽ, exilium, mortem: nihil horum per ſe glorioſum est, nihil tamen ſine his. Laudatur enim non paupertas, ſed is quem non ſubmittit nec incuruat. Laudatur non exiliũ, ſed qui hoc non doluit. Laudatur non dolor, ſed ille quem nihil coëgit dolor. Nemo mortem laudat, ſed eum cui mors ante abſtulit animũ, quàm conturbauit. Omnia iſta per ſe nõ ſunt honeſta, nec glorioſa, ſed quicquid uirtus ex illis adĳt, tractauitq́, honeſtũ & glorioſum facit, illa in medio poſita ſunt. Intereſt, utrũ malicia illi an uirtus manũ admouerit. Mors enim illa quę in Catone glorioſa est, in Bruto ſtatim turpis est & erubeſcenda. Hic est enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandũ uentrem ſeceſſit, & euocatus ad mortẽ, iuſſuſq́ prębere ceruicem, Præbebo, inquit, ita uiuã. Quæ dementia est fugere, cum retroire non poſſis. Præbebo, inquit, ita uiuã, penè adiecit uel ſub Antonio. O hominẽ dignũ, qui uitæ dederetur. Sed, ut cœperã dicere, ut des ipſam mortem nec malũ eſſe nec bonũ, Cato illa honeſtiſſime uſus est, turpiſſime Brutus. Omnis res, quod non habuit decus, uirtute addita ſumit. Cubiculum lucidũ dicimus, hoc idem obſcuriſſimũ est nocte. Dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic iſtis quæ à nobis indifferẽtia ac media dicuntur, diuitĳs, uiribus, formæ, honoribus, regno, & cõtra morti, exilio, malæ ualetudini, doloribus, quæq́ alia aut minus aut magis pertimuimus, aut malicia, aut uirtus dat boni uel mali nomẽ. Maſſa per ſe nec calida nec frigida est. In fornacẽ cõiecta concaluit. In aquã remiſſa refrixit. Mors honeſta est, per illud quod honeſtũ est. Id est, uirtus & animus † extrema cõtemnẽs. Elit & horũ Lucili quæ appellamus media, grande diſcrimen. Non enim ſic mors indifferens est, quomodo utrũ capillos pares habeas. Mors inter illa est, quæ mala quidẽ non ſunt, tamen habent mali ſpeciẽ. Sui amor est, & parmanendi cõſeruandiq́ ſe inſita uoluntas, atq́ aſpernatio diſſolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui aſſueuimus rerũ copia educere. Illa quoq́ res morti nos alienat, quod hæc iam nouimus, illa ad quæ tranſituri ſumus, neſcimus qualia ſint, & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarũ metus est, in quas adducturа mors creditur. Itaq́ etiã ſi indifferens mors est, non tamen inter ea est, quæ facile negligi poſſint. Magna exercitatione durandus est animus, ut conſpectũ eius acceſſumq́ patiatur, mors cõtemni debet, magis quàm ſolet, multa enim de illa credimus. Multorũ ingenĳs certatum est ad augendam eius infamiã. Deſcriptus est carcer infernus, & perpetua nocte oppreſſa regio, in qua ingens ianitor orci Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento, Aeternũ latrans exangues terreat umbras. Sed etiam cum perſuaſeris iſtas fabulas eſſe, nec quicquam defunctis ſupereſſe quod timeant, ſubit alius metus. Aeque enim timent, ne apud inferos ſint, quàm ne uſquam. His † aduerſantibus quæ nobis infudit longa perſuaſio, fortiter pati mortem, quid ni glorioſum ſit, & inter maxima opera mentis humanæ quæ nunquam ad uirtutem exurget, ſi mortem malum eſſe crediderit: exurget, ſi putabit indifferẽs eſſe. Non recipit rerũ natura, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat, pigre ueniet & cunctanter. Non est autem glorioſum, quod ab inuito

Vide num legendum ſit externa

al. nec

al. obuerſantibus

& tergi-

& tergiuerſante fit. Nihil facit uirtus, quia neceſſe est. Adĳce nunc quod nihil honeſte fit, niſi cui totus animus incubuit atq́ affuit, cui nulla parte ſui repugnauit. Vbi autem ad malum acceditur, aut peiorum metu ſit, aut ſpe bonorũ, ad quæ peruenire tanti ſit deuorata unius mali patiẽtia. Diſſident inter ſe iudicia facientis. Hinc est, quod iubeat propoſita perficere: illinc, quod retrahat, & ab re ſuſpecta ac periculoſa fugiat. Igitur in diuerſa diſtrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit, non timet quod facit. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito, Quàm tua te fortuna ſiner. Non ibis audacior, ſi mala illa eſſe crediderĳs. Eximendum hoc è pectore est, aliquem hæſitabit impetum moratura ſuſpicio. Trudetur in id, quod inuadendum est. Noſtri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationem ueram eſſe, fallacẽ autem alteram & falſam, quæ illi opponitur. Ego non redigo iſta ad legem Dialecticam, & ad illos artificij ueternoſiſſimi nodos, totum genus iſtud exturbandum iudico, quo circumſcribi ſe qui interrogatur, exiſtimat, & ad confeſſionẽ perductus aliud reſpondet, aliud putat. Pro ueritate ſimplicius agendum est, contra metum fortius. Hæc ipſa quæ uoluuntur ab illis, ſoluere malim et expendere, ut perſuadeam, non ut imponã. In aciẽ educturus exercitum, pro coniugibus ac liberis mortem obiturum, quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios, totum Reipub. bellum in una transferentes domum. Laconas tibi oſtendo, in ipſis Thermopilarum anguſtĳs poſitos, nec uictoriam ſperant, nec reditum. Ille locus illis ſepulchrum futurus est, Quemadmodum exhortaris, ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant? & uita potius quàm loco cedant? Dices quod malum est, glorioſum non est. Mors glorioſa est, mors ergo non malum. O eſſicacem contionem. Quis poſt hanc dubitet ſe infeſtis ingerere mucronibus, & † ſtans mori? At ille Leonidas quàm fortiter illos allocutus est? Sic, inquit, cõmilitones prandete, tanquam apud inferos cœnaturi. Non in ore creuit cibus, non hæſit in faucibus, nõ elapſus est manibus. Alacres illi & ad prandium proceſſerunt, & ad cœnam. Quid dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites miſſos, cum per ingentem hoſtium exercitum ituri eſſent, ſic allocutus est. Ire commilitones illò neceſſe est, unde redire non est neceſſe. Vides quàm ſimplex & imperioſa uirtus ſit. Quem mortaliũ circumſcriptiones noſtræ fortiorem facere, quem erectiorem poſſunt? Frangunt animũ, qui nunquam minus contrahendus est, & in minuta ac ſpinoſa cogendus, quàm cum aliquid grande componitur. Non trecentis, ſed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum non eſſe? Quomodo opiniones totius æui, quibus protinus infantia imbuitur, euincis? Quod auxiliũ inuenis? Quid dicis imbecillitati humanæ? Quid dicis, quo inflammati in media pericula irruant? qua oratione hunc timendi conſenſum, quibus ingenĳ uiribus obnixam cõtra te perſuaſionem humani generis auertis? Verba mihi captioſa cõponis, & interrogatiunculas nectis. Magnis telis, magna portenta feriuntur. Serpentem illum in Africa ſæuum, & Romanis legionibus bello ipſo terribiliorem, fruſtra ſagittis fundiſq́ petierunt, ne python quidem uulnerabilis erat: cum ingens magnitudo pro uaſtitate corporis ſolidi, ferrum & quicquid humanæ torſerant manus, reĳceret, molaribus demum fracta ſaxis est, & aduerſus mortẽ tu tam minuta iacularis? Subula leonem excipis. Acuta ſunt iſta, quæ dicis. Nihil est acutius ariſta, Quædã inutilia & inefficacia, ipſa ſubtilitas reddit. Vale.

Vide num legendũ ſit aliomqui.

al. ſtatim.

LIBER EPISTOLARVM XI.

EPISTOLA LXXVIII.

Tam mali exempli eſſet occidere dominum quàm prohibere. Non dubium est quin ordo ſit inuerſus. Senſus enim hunc poſtulat, tam mali exempli eſſet prohibere dominũ quàm occidere. Nimirum ſi conſtaret dominum nolle uiuere, iuxta illud Flacci: Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.

Epiſtola LXXX. cuius initium, Expecto.

Nam Scyllam &c. negatio uidetur redundare, & quidem terribile nauigantibus, ut intelligamus hoc ſcire Senecam, Scyllam reſpondere fabulis, de Charybdi dubitare, Alioqui, hæc uox, & quidem, augere ſolet non excipere aut imminuere. Quidam codex habebat, Nam Scyllam quidem ſaxum eſſe, & quidem non terribile. na. Vnde dubito num forte ſcriptum fuerit, Scyllam quidem ſaxum eſſe, ſed equiti terribile, non nauigantibus, ut intelligas hactenus Scyllam reſpondere fabulis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX EADEM.

Nec ignem non manere eundem. Quidam habebant, nec ignem manere eundem. Quanquam utriuſq; lectionis idem eſt ſenſus. Quale eſt illud Maronis,

Nec tales tangere curas.

EX EADEM.

Morbo enim tuo daturus eras, etiam ſi nemo quid mandaret tibi, donec Aetnam &c. Variabat lectio, ſed nihil arridebat. Si cui diſplicet uulgata, perpendat num ita legi poſſit, Morbo enim tuo daturus, etiã ſi nemo, ut hic pro apoſiopeſin ſubaudias, roget, Mox. Quid? Mandem tibi, ut dum Aetnam deſcribis in tuo carmine, & hunc ſolem nem, &c. Sentit enim illũ more poëtarũ nõ omiſſurũ in deſcriptione locũ quẽ libenter tractent, qui facile ſpẽ deſecit.

In fine poſtremæ epiſtolæ, Nephyton quidem, hæc uerba, non congruunt ſententiæ, legendum uidetur, ne pilo quidem, aut ne pilis quidem, ut intelligas poſt ſagittas & fundas adhibita pila.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER DVODECIMVS.

EPIST. LXXXIIII. De ſtatu ſenectutis, & de frugali conuerſatione ſua. Et de ebrietate, primum aliorum, deinde ſuam ponens ſententiam.

SIngulos dies tibi meos, & quidem totos indicare iubes. Bene de me iudicas, ſi nihil eſſe in illis putas, quod abſcondam. Sic certe uiuendum eſt, tanquam in conſpectu uiuamus, ſic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimũ inſpicere poſſit, & poteſt. Quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretũ? Nihil deo clauſum eſt. Interest animis noſtris, & cogitationibus mediis interuenit. Sic interuenio, nõ tanquam aliquando diſcedat. Faciam ergo quod iubes, & quid agam, & quo ordine libẽter tibi ſcribam: obſeruabo me protinus, & (quod eſt utiliſſimum) diem mecum recognoſcam. Hoc nos peſſimos facit, quod nemo uitã ſuam reſpicit. Quid facturi ſimus cogitamus, & id raro: quid fecerimus, non cogitamus. Aqui cõſilium futuri ex præterito uenit. Hodiernus dies ſolidus eſt. Nemo ex illo quicquam mihi eripuit, totus inter ſtratum lectionemq; diuiſus eſt. Minimũ exercitationis corporis datum, & hoc nomine ago gratias ſenectuti, non magno mihi conſtat, cũ me moui, laſſus ſum. Hic autem eſt exercitationis, etiam fortiſſimis, finis. Progymnaſmas meos quẽris, unus mihi ſufficit, Earinus, puer (ut ſcis) amabilis, ſed mutabitur. Iam aliquem teneriorem quæro. Hic quidem ait nos eandem Criſin habere, quia utriq; dentes cadunt: ſed iam uix illum aſſequor currentem, & intra pauciſſimos dies non potero, uide quid exercitatio quotidiana proficiat. Cito magnum interuallũ fit, inter duos itinere diuerſo euntes: eodem tempore ille aſcendit, ego deſcendo, nec ignoras quanto ex his uelocius alterum fiat. Mentitus ſum, iam enim ætas noſtra nõ deſcendit, ſed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit quæris? Quod raro cuiſ
1 foribus euenit, Hieran ſecimus. Ab hac fatigatione magis q; exercitatione in frigidã deſcendi. Hoc apud me uocatur parum calda. Ille tantus Pſychrolutes, qui calendis Ianuarijs† Euripum ſalutabam, qui anno nouo quemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid, ſic auſpicabar in uirginem deſilire, primum ad Tyberim tranſtuli caſtra, deinde ad hoc ſolium, quod cum fortiſſimus ſum, et omnia bona fide fiunt, ſol temperat, non multum mihi ad balneum ſupereſt. Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lauandæ manus. Dormio minimum. Conſuetudinem meam noſti. Breuiſſimo ſomno utor, & quaſi interuigilo, ſatis eſt mihi uigilare deſiſſe. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor. Ecce Circenſium obſtrepit clamor, ſubita alicui qua & immenſa uoce feriuntur aures meæ. Nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem: fremitum patientiſſime fero, multæ uoces & in unum confuſæ, pro fluctu mihi ſunt, aut uento ſyluam uerberante, & cæteris ſine intellectu ſonantibus. Quid ergo eſt? nunc cui animum adiecerim dicam. Supereſt ex heſterno mihi cogitatio, quid ſibi uoluerint prudentiſſimi uiri, qui rerum maximarum probationes leuiſſimas & perplexas fecerint, quæ ut ſint ueræ, mendacio tamen ſimiles ſunt. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon, uir maximus, huius ſectæ fortiſſimæ ac ſanctiſſimæ conditor. Audi ergo quemadmodum colligit, uirum bonum non ſoturum ebrium. Ebrio ſecretum ſermonem nemo committit, uiro autem bono committit,

al. in Euripum ſaltabam.

tit, ergo uir bonus ebrius non erit. Quemadmodum oppoſita interrogatione ſimili deridetur attende. Satis enim eſt unam ponere ex multis. Dormienti nemo ſecretum ſermonem committit, uiro autem bono committit, ergo uir bonus non dormit. Quo uno modo poteſt. Poſſidonius Zenonis noſtri cauſam agi, ſed ne ſic quidem (ut exiſtimo) agi poteſt. Ait enim ebrium duobus modis dici, Altero cũ aliquis uino grauis eſt, & impos ſui. Altero ſi ſoleat ebrius fieri, & huic obnoxius uitio eſt. Hunc à Zenone dici, qui ſoleat fieri ebrius, non qui ſit. Huic autem neminem commiſſurum arcana, quæ per uinum eloqui poſſet, quod eſt falſum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum, qui eſt ebrius, non eum qui futurus eſt. Plurimum enim intereſſe concedes inter ebrium & ebrioſum. Poteſt & qui ebrius eſt tunc primum eſſe, nec habere hoc uitium, & qui ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatem eſſe. Itaq; id intelligo quod ſignificari uerbo iſto ſolet, præſertim cum ab homine diligentiam profeſſo ponatur, & uerba examinante. Adijce nunc, quod ſi hoc intellexit Zenon, & nos intelligere uoluit, ambiguitate uerbi quæſiuit locum fraudi, quod faciendum non eſt, ubi ueritas quæritur. Sed ſanè ſi hoc ſenſerit, quod ſequitur, falſum eſt, ei qui ſoleat ebrius fieri, nõ committi ſermonem ſecretũ. Cogita enim quàm multis militibus, nõ ſemper ſobrijs, & imperator, & tribunus, & cẽturio, tacenda mandauerint. De illa Caij Cæſaris cæde, illius dico qui ſuperato Pompeio rempublicã tenuit, tam creditũ eſt illi Cymbro q; C. Caſſio. Caſſius tota uita aquam bibit. Tullius Cymber & nimius erat in uino & † ſcordalus, in hanc rem locutus eſt ipſe. Ego, inquit, quenquam feram, qui uinũ ferre nõ poſſumẽ? tibi quiſq; nunc nominet eos, quibus ſcit & uinum male credi, & ſermonem bene. Vnum tamẽ exemplum, quod occurrit mihi referam, ne intercidat. Inſtruenda eſt enim uita exemplis illuſtribus. Non ſemper confugiamus ad uetera. L. Piſo urbis cuſtos ebrius ex quo ſemel factus fuit, maiorem partem noctis in cõuiuio exigebat, uſq; in horam ſextam ferè dormiebat, hoc erat eius matutinum. Officium tamen ſuũ (quo tutela urbis continebatur) diligẽtiſſimè adminiſtrauit. Huic & diuus Auguſtus dedit ſecreta mandata, cum illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit: & Tyberius proficiſcens in Campaniam, cũ multa in urbe & ſuſpecta relinqueret & inuiſa, puto quia illi bene ceſſerat Piſonis ebrietas, poſtea Coſſum fecit urbis præfectum, uirũ grauem, moderatum, ſed merſum uino, & madentem adeò, ut ex ſenatu aliquando (in quem è conuiuio uenerat) oppreſſus inexcitabili ſomno, tolleretur. Huic tamẽ Tyberius multa ſua manu ſcripſit, quæ committenda ne miniſtris quidem ſuis iudicabat: nullũ Coſſo aut priuatum ſecretum, aut publicum elapſum eſt. Itaq; declamationes iſtas de medio remoueamus, Non eſt animus in ſua poteſtate, ebrietate deiectus. Quemadmodum multo dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummam partem uis caloris iectat: ſic uino exæſtuante, quicquid in imo iacet abditum, effertur & prodit in mediũ. Onerati mero quemadmodũ non cõtinent cibũ uino redundante, ita ne ſecretum quidẽ, quod ſuum alienumq; eſt, pariter effundunt. Sed quamuis hoc ſoleat, ita & illud ſolet, ut cũ his quos ſciamus libẽtius bibere, de rebus neceſſarijs deliberemus. Falſum eſt ergo hoc, quod patrocinij loco ponitur, ei qui ſoleat ebrius fieri non dari tacitum. Quãto ſatius eſt aperte accuſare ebrietatem, & uitia eius exponere, quæ etiam tolerabilis homo uitauerit, nedũ perfectus ac ſapiẽs, cui ſatis eſt ſitim extinguere, qui etiam ſi quando orta eſt hilaritas, aliena cœna producta longius, tamẽ citra ebrietatem reſiſtit. Nã de illo uidebimus, an ſapientis animus nimio uino turbetur, & faciat ebrijs ſolita. Interim ſi hoc colligere uis, uirum bonum non debere ebrium fieri, cur ſyllogiſmis agis? dic quàm turpe ſit plus ſibi ingerere quàm capiat, & ſtomachi ſui non noſſe menſuram, quàm multa ebrij faciant, quibus ſobrij erubeſcant, Nihil aliud eſſe ebrietatem, quàm uoluntariam inſaniam. Extende in plures dies illum ebrium habitũ, num quid de furore dubitabis? Nunc quoq; nõ eſt minor, ſed breuior. Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum chariſſimum ſibi ac fideliſſimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore, mori uoluit. Certe eruit omne uitium ebrietas, & incendit, & detegit, obſtantem malis conatibus uerecundiam, remouet. Plures enim pudore peccandi quàm bona uoluntate, prohibitis abſtinent. Vbi poſſedit animum nimia uis uini,

2 *al. ſcordulus al. ſcordalijs*

Ebrietas uoluntaria eſt inſania.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uini, quicquid male latebat, emergit. Non facit ebrietas uitia, sed protrahit: tunc libidinosis ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat, tũc petulans non linguam, non manum cõtinet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, omne uitium detegitur & prodit. Adjice illam ignorationẽ sui, dubia & parũ explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, uelut aliquo turbine circumagente totam domũ: stomachi tormenta, cum effeuescit merum, ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcunq; tolerabile est, dum illi uis sua est. Quid cum somno uiciatur, & quæ ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades ædiderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosasq; hostibus tradidit, Hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit, hæc contumacissimos & iugum recusantes in alienum egit arbitrium, hæc inuictas acies mero domuit. Alexandrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot prælia, tot hyemes, per quas uicta temporum locorumq; difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus †condidit. Quæ gloria est capere multum? Cum penes te palma fuerit, & propinationes tuas strati somno ac uomitantes recusauerint, cum superstes toti conuiuio fueris, cum omnes uiceris uirtute magnifica, & nemo tam uini capax fuerit, uinceris à dolio. Marcum Antonium, magnum uirũ & ingenij nobilis, quæ alia res perdidit, & in externos mores ac uitia non Romana traiecit quàm ebrietas? Nec minor uino Cleopatræ amor. Hæc illum res hostem reipublicæ, hæc hostibus suis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum capita principum ciuitatis cœnanti referrentur, cum interapparatissimas epulas luxusq; regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum uino grauis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat, si sobrius faceret, quanto intolerabilius quod hæc ipsa in ebrietate faciebat? Ferè uinolentiam crudelitas sequitur, †uallatur enim exasperaturq; sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimã radij solis offensionem, ita ebrietates continuæ efferant animos. Nam cum sæpe apud se non sunt, consuetudine insaniæ durata uitia, uino concepta, etiam sine illo ualent. Dic ergo, quare sapiens nõn debeat ebrius fieri. Deformitatem rei & importunitatem ostende, rebus, non uerbis, quod facilimum est. Proba istas, quæ uoluptates uocantur, ubi transcẽderint modum, pœnas esse. Nam si illud argumentaberis, sapientem multo uino inebriari, & retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit, licet colligas, nec ueneno potato moriturũ, nec opio sumpto dormiturũ, nec Elleboro accepto quicquid in uisceribus hærebit, eiecturum deiecturumq;. Sed si tentantur pedes, lingua non constat, quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Vale.

al. perdidit

al. uillatur
al. uiolatur

EPIST. LXXXV. De alternitate lectionis & stili, & quomodo aliorum dicta per transformationem nostra facere debemus.

ITinera ista quæ segnitiem mihi excutiunt, & ualetudini meæ prodesse iudico, & stu dijs. Quare ualetudinem adiuuent, uides, cum pigrum me & negligentem corporis literarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studio quare prosint, indicabo. A lectionibus recessi. Sunt autem (ut existimo) necessariæ. Primum ne sim me uno contentus, deinde ut cum ab alijs quæsita cognouero, tum & de inuentis iudicem, & cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium, & studio fatigatũ, nõ sine studio tamẽ, reficit. Nec scribere tantum, nec tantũ legere debemus. Altera res contristabit, & uires exhauriet, de stilo dico: altera soluet ac diluet. Inuicem hoc illo cõmutandum est, & alterũ altero temperandũ, ut quicquid lectione collectũ est, stilus redigat in corpus. Apes (ut aiunt) debemus imitari, quæ uagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere, disponũt, ac per fauos digerũt: & (ut Vergilius noster ait) liquẽtia mella stipant, & dulci distẽdunt nectare cellas. De illis nõ satis cõstat, utrum succũ ex floribus ducant, qui protinus mel sit: an quæ collegerũt, in hunc saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutent. Quibusdã enim placet, nõ faciẽdi mellis scientiam esse illis, sed colligẽdi. Aiũt inueniri apud Indos mel in arundinũ foliis, quod aut ros

ros illius cœli, aut ipsius arundinis humor, dulcis & pinguior gignat. In nostris quoq; herbis uim eandem, sed minus manifestam & notabilem poni, quã persequatur & cõtrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant conditura & dispositione in hanc qualitatem uerti, quæ ex tenerrimis uirentium florentiumq; decerpserint, nõ sine quodam (ut ita dicam) fermento, quo in unũ diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud, quàm de quo agitur abducar, nos quoq; has apes debemus imitari, & quæcũq; ex diuersa lectione cõgessimus, separare, melius enim distincta seruantur. Deinde adhibita ingenij nostri† cura & facultate, in unũ saporẽ uaria illa libamenta cõfundere: ut etiã si apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse q; unde sumptũ est appareat: quod in corpore nostro uidemus, sine ulla opera nostra facere naturã. Alimẽta quæ accepimus quãdiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt. At cũ ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in uires & in sanguinẽ transeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia præstemus, ut quæcunq; hausimus, nõ patiamur integra esse, nec aliena sint, sed concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium. Assentiamur illis fideliter, & nostra faciamus, ut unũ quiddam fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex singulis, cũ minores summas & dissidentes cõputatio una comprehendit. Hoc faciat animus noster. Omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat, quod effecit: etiam si alicuius in te comparebit similitudo, quàm admiratio tibi altius fixerit, similem esse te uolo quomodo filium, nõ quomodo imaginem. Imago res mortua est. Quid ergo? non intelligetur cuius imiteris orationẽ? cuius argumentationem? cuius sententias? Puto aliquando ne intelligi quidẽ posse, si magni uiri: nec enim omnibus quæ ex quoq; uelut exemplaria traxit, formã suam impressit, † ut unitatẽ cũ illa petant. Non uides quàm multorum uocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media, accedunt uiris fœminæ, interponuntur tibiæ, singulorum illic latent uoces, omniũ apparent. De choro dico, quem ueteres philosophi nouerant. In comessationibus nostris plus cantorũ est, quàm in theatris olim spectatorum fuit, cum omneis uias ordo canentium impleuit, & cauea uenatoribus cincta est, & ex pulpito omne tibiarum genus organorumq; cõsonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum esse nostrum uolo, ut multæ in illo artes, multa præcepta sint, multarũ ætatum exempla, sed in unum cõspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? assidua intentione, si nihil egerimus, nisi ratione suadente: hanc si audire uolueris, dicet tibi: Relinque ista, iamdudum ad quæ discurritur. Relinque diuitias, aut periculum possidentium, aut onus. Relinque corporis atq; animi uoluptates, molliunt & eneruant. Relinque ambitum, tumida res est, uana, uentosa, nullum habet terminũ: tam solicita est, ne quẽ ante se uideat, q; ne se post aliũ: laborat inuidia, & quidẽ duplici. Vides autẽ quàm miser sit, si is cui inuidetur, & inuidet. Intueris illas potentiũ domos, illa tumultuosa, rixa salutantiũ, limina? multũ habent contumeliarum ut intres, plus cum intraueris. Præteri istos gradus diuitũ, & magno aggestu sit spensa uestibula. Non in prærupto tantum istic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige, tranquillissimasq; res & simul amplissimas pete. Quęcũq; uidentur eminere in rebus humanis, quãuis pusilla sint, & cõparatione humillimorũ extẽt, per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigiũ dignitatis uia est. At si conscendere hunc uerticẽ liber, cui se fortuna submisit, omnia quidem sub te quę pro excelsissimis habentur, aspicies, sed tamen uenies ad summa per planum. Vale.

al. aura

al. ut in unitatẽ illã cõpetãt. 3

EPIST. LXXXVI. De affectibus animi, quos secundum Peripateticos dicit sapientem temperare posse, non uitare. Et de beatæ uitæ perfectione.

PEperceram tibi, & quicquid nodosi adhuc supererat, præterierã, contentus quasi gustum tibi dare, eorum quæ à nostris dicuntur, ut probetur uirtus, ad explendam beatã uitam sola satis efficax. Iubes me quicquid est interrogationũ aut nostrarum, aut †ad traditionem nostram excogitatarum, comprehẽdere, quod si facere uoluero, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor hoc me argumentorum genere non delectari. Pudet in aciem descendere, pro dijs hominibusq; susceptã, fabula armatum. Qui prudens est, & temperans est. Qui temperans est, & constans. Qui constans est, & imperturbatus

al. traductione nostra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbatus est. Qui imperturbatus est, sine tristitia est. Qui sine tristitia est, beatus est, Ergo prudens beatus est, & prudentia ad beatã uitam satis est. Huic collectioni hoc modo Peripateticorum quidam respondent, ut imperturbatum, & constantem, & sine tristicia, sic interpretentur, tanquam imperturbatus dicatur, qui raro perturbatur & modice, nõ qui nunquam. Item sine tristicia eum dici aiunt, qui nõ est obnoxius tristiciæ, nec frequens, nimiusue in hoc uitio. Illud enim, humanam naturam negare, alicuius animum immunẽ esse tristicia. Sapientẽ non uinci mœrore, cæterum tangi, & cætera in hunc modũ sectæ suæ respondentia. Non his tollunt affectus, sed temperant. Quantulum autem sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & mœstissimis lætior, & elumnatissimis moderatior, & humillimis maior. Quid si miretur uelocitatem suam laudãs ad claudos debilesq; respiciens: Illa uel intactæ segetis per summa uolaret Gramina, nec cursu teneras læsisset aristas, Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti, Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Hæc est pernicitas per se æstimata, non quæ tardissimorum collatione laudatur. Quod si sanum uoces, leuiter febricitantem, non est bona ualitudo, mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens imperturbatus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duricia granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono uiro intelligo, sed uacationem, nulla debent esse non parua. Nam si ulla sint, crescent, & interim impedient. Quomodo oculos maior & perfecta suffusio excæcat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus sapienti, impar illis erit ratio, & uelut torrente quodam auferetur: præsertim cum illi non unum, sed uniuersum affectuum cœtum relinquis, cum quo colligetur: sed omnis plus potest, quamuis mediocrium turba, quàm posset unius magni uiolentia. Habet pecuniæ cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non cõcitatam: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam, sed minus uagam ac mobilem: habet libidinem, non insaniam. Melius cum illo ageretur, qui unum uitium integrum haberet, quàm cum eo qui leuiora quidem, sed omnia. Deinde nihil interest quàm magnus sit affectus: quantuscunq; est, parere nescit, consiliũ non accipit: quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non domesticum & mite, natura enim illorum est surda siradenti: sic non sequuntur, non audiunt affectus quantulicunq; sint. Tigres, leonesq; nunq; feritatem exuunt, aliquando submittũt, & cum minime expectaueris, exasperatur toruitas mitigata. Nunquam bona fide uitia mansuescunt. Deinde si ratio proficit, ne incipient quidem affectus: si inuita ratione cœperint, inuita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere, quàm impetum regere. Falsa est uitiq; ista mediocritas & inutilis, eodemq; loco habenda, quo si quis diceret modice insaniendum, modice ægrotandum. Sola uirtus habet: non recipiunt animi mala temperamentum, facilius suffuleris illa, quàm rexeris. Nunquid dubium est, quin uitia mentis humanæ inueterata & dura (quæ morbos uocamus) immoderata sint, ut auaricia, ut crudelitas, ut impotentia, ut impietas? ergo immoderati sunt & affectus, ab his enim ad illa transitur. Deinde si das aliquid iuris tristitiæ, timori, cupiditati, cæterisq; moribus prauis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus iritantur. Itaq; crescunt prout magnas habuerint minores ue causas, quibus cõcitentur: maior erit timor, si plus quo exterreatur, aut propius, aspexerit: acrior cupiditas, quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostra potestate non est, an sint affectus, ne illud quidem est quanti sint: si ipsis permisisti incipere, cum causis suis crescẽt, tantiq; erunt, quanti fient. Adijce nunc, quod ista quantumuis exigua sint, in maius excedunt. Nunquam pernitiosa seruant modum. Quamuis leuia initia morborũ, serpunt, & ægra corpora minima interdum mergit accessio. Illud uerò cuius dementiæ est, credere, quarum rerum extra nostrũ arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitrij terminos. Quomodo ad id finiendum satis ualeo, ad quod prohibendum parum ualui, cum facilius sit excludere, quàm admissa comprimere? Quidam ita distinxerunt, ut dicerent, temperans ac prudens positione quidem mentis, & habitu tranquillus est, euentu non est: nam quantum ad habitum mentis suæ, nõ perturbatur, nec cõtristatur, nec timet, sed multæ extrinsecus causæ incidunt, quæ illi perturbationem afferant,

afferant, Tale est quod uolunt dicere, Iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando: & timidum quidem non esse, timere tamen aliquando: id est, uitio timoris carere, affectu non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transit in uitium, & ira in animum admissa, habitũ illum ira carentis animi retexit. Præterea si non contemnit uenientes extrinsecus causas, & aliquid timet, cum fortiter eundũ erit aduersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cũctanter exibit & animo recedente. Non cadit autem in sapientem hæc diuersitas mentis. Illud præterea iudico obseruãdum, ne duo quæ separatim probanda sunt, misceamus. Per se enim colligitur, unum bonum esse quod honestũ per se, rursus ad uitam beatam satis esse uirtutẽ. Si unum bonũ est, quod honestum, omnes concedunt ad beate uiuendum sufficere uirtutẽ, è contrario non remittetur, si beatum sola uirtus facit, unum bonum esse, quod honestum est. Xenocrates & Speusippus putant beatum uel sola uirtute fieri posse, non tamen unum bonum esse, quod honestum est. Epicurus quoq; iudicat cum uirtutem habeat, beatum esse, sed ipsam uirtutem non satis esse ad beatam uitam, quia beatũ efficiat uoluptas, quæ ex uirtute est, non ipsa uirtus. Inepta distinctio. Idem enim negat nũquam uirtutem esse sine uoluptate: ita si ei iuncta semper est, atq; inseparabilis, & sola satis est: habet enim secũ uoluptatem, sine qua non est, etiam cum sola est. Illud autem absurdum est, quod dicitur beatum quidem futurum uel sola uirtute, non futurum autem perfecte beatum, quod quemadmodum fieri possit, non reperio. Beata enim uita bonũ in se perfectum habet inexuperabile, quod si est, perfecte beata est. Si deorũ uita nihil habet maius aut melius, beata autem uita diuina est, nihil habet, in quod amplius possit attolli. Præterea si beata uita nullius est indigens, omnis beata uita perfecta est, eademq; est, & beata, & beatissima. Nunquid dubitas quin beata uita summũ bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum adiectionem non recipit (quid enim supra summum erit?) ita ne beata quidẽ uita, quæ sine summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris, & multo magis innumerabilia discrimina summi boni facies, cum summum bonum intelligam quod supra se gradum nõ habet. Si est aliquis minus beatus quàm alius, sequitur, ut hic alterius uitam beatioris magis concupiscat, quàm suam, beatus autem nihil suæ præfert. Vtrumlibet ex his increbile est: aut aliquid beato restare, quod esse quàm quod est malit: aut id illum non malle, quod illo melius est. Vtique enim quo prudentior est, hoc magis se ad id quod est optimum, extendet, & id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiamnum potest, imò qui debet? Dicam quid sit, ex quo ueniat hic error. Nesciunt beatam uitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa & breuis, diffusa & angustior, in multa loca, multasq; partes distributa, & in unum coacta. Qui illam numero æstimat, & mensura & partibus, id illi quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beata uita eximium? quod plena est, finis. Vt puta, edendi bibendiq; satietas est: hic plus edit, ille minus, quid refert? uterque iam satur est. Hic plus bibit, ille minus, quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis uixit, hic paucioribus. Nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt, quàm hunc pauci. Ille quem tu minus beatum uocas, non est beatus, non potest nomen imminui. Qui fortis est, sine timore est: qui sine timore est, sine tristitia est: qui sine tristitia est, beatus est. Nostrorum hæc interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur, falsam nos rem & controuersam pro confessa † iudicare, cum qui fortis est, sine timore esse. Quid ergo, inquit, fortis imminentia mala non timebit? Istud dementis alienatiq;, non fortis est. Ille uerò, inquit, moderatissime timet, sed in totum extra metum non est. Qui hæc dicunt, rursus in idem reuoluuntur, ut illis uirtutum loco sint minora uitia. Nam qui timet quidem, sed rarius & minus, non caret malicia, sed leuiore uexatur. At enim dementem puto qui mala imminentia non extimescit. Verum est quod dicit, si mala sunt, sed si scit mala illa non esse, & unam tantum turpitudinem malum iudicat, debebit secure pericula aspicere, & alijs timenda contemnere: aut si stulti & amentis est mala non timere, quo quis prudentior est, hoc timebit magis. Vt uobis, inquit, uidetur, præbebit se periculis fortis. Minime. Non timebit illa, sed

† al. uindicare

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa, sed uitabit: cautio illum decet, timor non decet. Quid ergo (inquis) mortem, uincula, ignes, alia tela fortunæ non timebit? Non, scit enim illa non esse mala, sed uideri, omnia ista humanæ uitæ formidines putat. Describe captiuitatem, uerbera, cathenas, egestatem, & membrorum lacerationes, uel per morbum, uel per iniuriã, & quicquid aliud attuleris inter lymphaticos metus numera. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nostra sponte ueniendũ est? Quæris quid sit malũ? Cedere his quæ mala uocantur, & illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quæ nobis iugum imponunt. Non dubitarent quid cõueniret forti uiro, si scirent quid esset fortitudo. Non est enim incõsulta temeritas, nec periculorũ amor, nec formidabiliũ appetitio. Scientia est distinguendi quid sit malum, & quid non sit: diligẽtissima in tutela sui fortitudo est, & eadem patientissima eorũ, quibus falsa species malorum est. Quid ergo, si ferrum intentatur cerui-
cibus uiri fortis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si uiscera sua in sinu suo uidit, si ex interuallo quo magis tormenta sentiat repetitur, & per siccata uiscera, recens dimittitur sanguis, non timere istum tu dices, non dolere? Ille uero dolet, Sensum enim hominis nulla exuit uirtus: sed non timet, inuictus ex alto dolores suos spectat. Quæris quis tunc animus illi sit? qui ægrum amicum adhortantibus. Quod malum est, nocet, quod nocet deteriorem facit. Dolor & paupertas deteriorem non faciunt, ergo mala non sunt. Falsum est, inquit, quod proponitur, non enim si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas & procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent, Deteriorem fieri gubernatorẽ tempestate ac procella, quia nõ possit id quod proposuit efficere, nec tenere cursum suum; deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri: quibus Peripateticus, Ergo, inquit, & sapientem deteriorem faciet paupertas & dolor, & quicquid aliud tale fuerit: uirtutem enim illi non eripiet, sed opera eius impediet. Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset gubernatoris conditio & sapientis. Huic enim proposita est in uita agenda, non utique quod tentat efficere, sed omnia recta facere. Gubernatori propositum est utique nauem in portum perducere. Artes ministræ sunt, præstare debent, quod promittunt. Sapientia domina rectrixq; est. Artes seruiunt uitæ, sapientia imperat. Ego aliter respondendum iudico, nec artem gubernatoris deteriorem ulla tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed † utilem operam, & nauis regendæ scientiam: hæc eo magis apparet, quo illi magis aliqua fortuita uis obstitit. Qui hoc potuit dicere, Neptune nunquam hanc nauem, nisi rectam, arti satisfecit: tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Quid ergo, inquis, non nocet gubernatori ea res, quæ illum tenere portum uetat? quæ conatus eius irritos efficit? quæ aut refert illum, aut detinet & exarmat? Non tanquam gubernatori, sed tanquam nauiganti nocet. Alioquin gubernatoris artem adeo non impedit, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Nauigio ista obsunt, non rectori eius, qua rector est. Duas personas habet gubernator, Alteram communem cum omnibus qui eandem conscenderunt nauem, qua ipse quoq; uector est, Alteram propriam, qua gubernator est, Tempestas tanquam uectori nocet, non tanquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienũ bonum est, ad eos quos uehit pertinet, quomodo medici ars ad eos quos curat. Sapientia commune bonum est, & eorũ cum quibus uiuit, & proprium ipsius. Itaq; gubernatori fortasse nocetur, cuius ministerium alijs promissum tempestate impeditur, Sapienti non nocetur à paupertate, non à dolore, non ab alijs tempestatibus uitæ. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est, non in effectu, tunc maximus, cum illi fortuna se opposuit, tũc ipsius sapientiæ negocium agit, quam diximus & alienũ bonum esse, & suum. Præterea ne alijs quidem tunc prodesse prohibetur, cum illũ aliquæ necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere, quemadmodum tractanda sit paupertas, per totam uitam opus eius extẽditur, Ita nulla fortuna, nulla res, actus sapientis excludit. Id enim ipsum agit, quo alia agere prohibetur. Ad utroslibet casus aptus est, bonorum rector est, malorum

al. fidelem

ἐνδιδ ποσα δὰν ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν κατασώσω.

παροιμία

malorum uictor. Sic, inquam, se exercuit, ut uirtutem tam in secundis quàm in aduersis exhiberet, nec materiã eius, sed ipsam intueretur. Itaq; nec paupertas illum, nec dolor, nec quicq; aliud, quod imperitos auertit et præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? Vtitur. Non ex ebore tãtum Phidias sciebat facere simulacra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc uiliorem materiã obtulisset, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens uirtutem si licebit in diuitijs explicabit, si minus, in paupertate: si poterit, in patria: si minus, in exilio: si poterit, imperator: si minus, miles: si poterit, integer: si minus, debilis: quamcunq; fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Certi sunt domitores ferarum, qui sæuissima animalia, & ad occursum expauefacientia hominem, † cogant pati iugum: nec asperitatem excusisse contenti, usq; in cõtubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat, osculatur Tigrim suus custos. Elephantem minimus & Aethiops iubet subsidere in genua, ambulare per funem. Sic sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubiq; horrenda, cum ad hunc peruenere, mansueta sunt. Vale.

al. docent

IN LIBRVM XII.

EPISTOLA. LXXXIIII.

Hieran fecimus. Apparet uehementissimum ac laboriosissimum cursum fuisse dictum, ἱερὰν, ut subaudias ἄγρυπνίαν: quemadmodum & nautæ dicunt, sacram ancoram, & medici sacram dosim ἱερὰν πτισάνην. 1

Et scordalus. De hac uoce dictum est epistola 57. 2

Nec sopore sumpto dormiturum: Ex exemplari feliciore reposuimus, opio. Opium enim copiosius sumptum letalem adfert somnum.

EPIST. LXXV.

Locus est deprauatus, nec subueniebant exemplaria. Interim lectionem utcunq; tibicine fulciemus, donec quod certum est emerserit. Opinor inuersum ordinem, atq; ita legendum, Puto aliquando ne intelligi quidem posse, si magni uiri: ut hic ex superioribus repetas argumentationem & sententias. Deinde sequatur. Nec enim ex omnibus uelut exemplaria traxit, ex quo formam suam impressit, ut in unitatem illa competant. Sensus hic est, Si magni uiri orationem imiteris, nõ agnosci, cuius sit sententia, quum ille non collegerit ex quibuslibet, posteaquam illis impressit suam formam, ut competant in unitatem. Verum uideo tolerabilem lectionem, si pro ex quo, legas, nec enim omnibus, quæ ex quo q; uelut exemplaria traxit, &c. Rursus si legas traxerit pro traxit, ut sit sensus, Non omnibus impressit formam, quæ ex quo traxerit, hoc est, non addidit notam, qua liqueat quid ex quo traxerit. Et quare non impressit formam? ut illa competant in unitatem. In quodam exemplari pro traxit erat struxit, tum Ennij nomen erat additum. Magni uiri Ennij. 3

EPISTOLA LXXXVI.

Quomodo aprina dicuntur, &c. Reposuimus apyrina, qua uoce usus est Plinius libro 23. cap. 6. 4

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER TREDECIMVS.

EPIST. LXXXVII. Exemplo Scipionis utens, notat balneorum luxuriam, subijciens de sationibus & insationibus quædam oblectabilia senescenti.

IN ipsa Scipionis Africani uilla sacẽs hæc tibi scribo, adoratis manibus eius & † ara, quam sepulchrum esse tanti uiri suspicor: animam quidem eius in cœlum, ex quo erat, rediisse persuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (Hos enim et Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus habuit) sed ob egregiam eius moderationẽ pietatemq;, magis in illo admirabilem, cum reliquit patriã, quam cum defendit. Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma in libertate. Nihil, inquit, uolo derogare legibus, nihil institutis, æquũ inter omnes ciues ius sit, utere sine me beneficio meo patria, causa tibi libertatis tui, ero et argumentũ. Exeo, si plus, quàm tibi expedit creui. Quid ni ego admiretur hanc magnitudinem animi? in exilium uoluntarium secesit, & ciuitatem exonerauit. Eõ perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat. Itaq; dedit locum legibus, et se Liternum recepit, tam suum exilium Reipub. imputaturus, quàm Hannibalis. Vidi uillam structam lapide quadrato, murum circundatũ syluæ, turres quoq; in propugnaculum uillæ utrinq; subrectas. Cisternam ædificijs ac uiridibus subditã, quæ sufficere in usum uel exercitus posset. Balneolũ angustũ, tenebricosum ex consuetudine antiqua. Non uidebatur maioribus nostris calidum, nisi

al. arcta

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, nisi obscurum. Magna ergo me uoluptas subit contemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantū semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum: exercebat enim opere se, terramq; (ut mos fuit priscis) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pauimentū tam uile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauper sibi uidetur ac sordidus, nisi parietes magnis & preciosis orbibus refulserint, nisi Alexādrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis undiq; operosa & in picturæ modū uariata circumlitio prætexatur, nisi uitro condatur camera, nisi Thasius lapis, quondam rarū in aliquo spectaculū templo, piscinas nostras circūdederit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus, nisi aquam argentea † epitomia fuderint. Et adhuc plebeias fistulas loquor, quid cum ad balnea libertinorum peruenero? quantū statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum impensæ causa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eō delitiarū peruenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimæ sunt rimæ, magis quàm fenestræ, muro lapideo exsectæ, ut sine iniuria munimenti, lumen admitterent. At nunc blactaria uocant balnea, si qua non ita † aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi & lauantur simul & colorantur, nisi ex solio agros & maria prospiciunt. Itaq; quæ concursum & admirationem habuerāt cum dedicarentur, hæc in antiquorum numerum referuntur, cum aliquid noui luxuria commenta est, quo ipsa se obrueret. At olim & pauca erāt balnea, nec ullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res † quadratoria, & in usum non in oblectamenta reperta? Non suffundebatur aqua, nec recens semper uelut ex calido fonte currebat, nec referre credebant in quam perlucida sordes deponerent. Sed, dij boni, quàm iuuabat illa balnea intrare obscura, & gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem tibi ædilem, aut Fabium Maximum, aut ex Cornelijs aliquem manu sua temperasse. Nam hoc quoq; nobilissimi ædiles fungebantur officio, intrandi ea loca quæ populum receptabant, exigendiq; munditias, & utilem ac salubrem temperaturam, non hāc quæ nuper inuenta est, similis incendio, adeo quidem ut conuictum in aliquo scelere seruum, † uiuum lauari oporteat. Nihil mihi uidetur iam interesse, † ardeat balneum an calear. Quantæ nunc aliqui rusticitatis damnāt Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat, quod non in multa luce decoquebatur, & spectabat, ut in balneo coqueret? O hominem calamitosum, nescit uiuere. Non pacata aqua lauabatur, sed sæpe turbida, & cum plueret uehementius, penè lutulenta. Nec multum eius intererat an sic lauaretur, ueniebat enim, ut sudorem illic ablueret, non ut unguentum. Quas nunc quorundam futuras uoces credis? non inuideo Scipioni, uere in exilio uixit, qui sic lauabatur. Imò si scias, non quotidie lauabatur. Nam, ut aiunt qui priscos mores urbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, quæ scilicet sordes opere collegerāt cæterum toti nundinis lauabantur. Hoc loco dicet aliquis, liquet immundissimos fuisse. Quid putas? Illo dissoluisse militiæ laborem decebat uirum. Postquam munda balnea inuenta sunt, spurciores sunt. Describpturus infamem, & nimijs notabilem deliciis Horatius Flaccus quid ait? Pastillos Rufillus olet. Dares nunc Ruccillū, proinde esset ac si hircum oleret, et Gorgonij loco esset, quem idem Horatius Ruccillo opposuit. Parum est sumere unguentū, ni bis die terq; renouetur, ne euanescat in corpore. Quid quod odore tanquam suo gloriantur? Hæc si tibi nimium tristia uidebuntur, ustillæ impurabis, in qua didici ab Aegialo diligētissimo patrefamiliæ (Is enim nunc huius agri possessor est) quamuis uetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alteri ponit. Quod uidi hoc dico, illud arbustum trimum & quadrimum haud fastidiendi fructus autumo. Depone, te quoque proteget illa quæ Tarda uenit seris factura nepotibus umbrā, ut ait Vergilius noster: qui non quid ueriſsime, sed quid decentissime diceretur, aspexit, nec agricolas docere uoluit, sed legentes delectare. Nam (ut omnia alia transeam) hoc quod hodie mihi necesse fuit deprehendere, ascribam, Vere fabis satio est, tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci, & milio uenit annua cura. Annuo tempore ista ponenda sunt, &
an utriusq;

al. epistomia

forte, aperta

aliter, quadrantaria

al. inuitum al. algeat

an utriusq; uerna sit satio, hinc æstimes licet. Iunius mensis est quo tibi scribo, iam procliuus in Iulium. Eodem die uidi fabam metentes, milium serentes. Ad oliuetū reuertor, quod uidi duobus modis dispositum. Magnarum arborum truncos circumcisis ramis, & ad unum redactis pedem, cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illæ pependerant. Hoc fimo tinctum in scrobem demisit: deinde terram non aggessit tantum, sed calcauit & pressit. Negat quicq; esse hac (ut ait) † positione efficatius: uidelicet frigus excludit, & uentum, minus præterea mouetur: et ob hoc nascentes radices prodire patitur, ac solum apprehendere, quas necesse est teneras adhuc, & precario hærentes, leuis quoq; reuellat agitatio, parū aūt arboris anteq; obruat radix, ex omni enim materia quæ nudata est (ut ait) exeunt radices nouæ. Non plures autem super terram eminere debet truncus, quam tres aut quatuor pedes, statim enim ab imo uestietur, nec magna pars quemadmodum in oliuetis ueteribus arida & retorrida erit. Alter ponendi modus hic fuit. Ramos fortes, nec corticis duri, quales esse nouellarum arborum solent, eodem genere deposuit. Hi paulo tardius surgunt sed cum tanquam à planta processerint, nihil habent in se horridum, nec triste. Illud etiam nunc uidi, uitem ex arbusto suo annosam transferri: huius capillamenta quoq; (si fieri potest) colligenda sunt, deinde liberalius sternenda uitis, ut etiam ex corpore radicescat. Et uidi non tantum mense Februario positas, sed & iam Martio exacto tenent, & complexæ sunt non suas ulmos. Omnes autem istas arbores, quæ (ut ita dicam) grādis copiæ sunt, ait aqua adiuuandas cisternina: quæ si prodest, habemus pluuiam in nostra potestate. Plura te docere non cogito, ne quemadmodum Aegialus noster me sibi aduersarium parauit, sic ego parem te mihi. Valē.

al. spissatione

aliter, fidem

EPIST. LXXXVIII. Exemplo sui & Catonis ad frugalitatem hortatur, annectens contra Peripateticos disputationem de fortuitis.

NAufragium antequàm nauim ascenderem feci: quomodo acciderit, non adijcio; ne & hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum: quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile quàm prima facie uidetur, cum uolueris approbabo, imò etiam si no lueris. Interim hoc me iter docuit, quàm multa haberemus superuacua, & quàm cum facili iudicio possemus † deponere, quæ si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissimis seruis, quos unum capere uehiculum potuit, sine ullis rebus, nisi quæ corpore nostro continebantur, ego & Maximus meus biduū iam beatissimum agimus. Culcitra in terra iacet, ego in culcitra. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit, paratum fuit non magis hora, nusquam sine caricis, nusquam sine pugillaribus. Illæ si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane: quotidie mihi annum nouum faciunt, quem ego faustum & felicem reddo bonis cogitationibus, & animi magnitudine: qui nunquam maior est, quàm ubi aliena sepositi, & fecit sibi pacem, nihil timendo, fecit sibi diuitias, nihil concupiscendo. Vehiculum in quod impositus sum, rusticum est. Mulæ uiuere se ambulando testantur, mulio excalceatus non propter æstatem. Vix à me obtineo, ut hoc uehiculum uelim uideri meum. Durat adhuc peruersa recti uerecundia: quoties in aliquem comitatum lautiorem incidimus, inuitus erubesco: quod argumentum est, ista quæ probo, quæ laudo, nondum habere certam † sedem & immobilem. Qui sordido uehiculo erubescit, precioso gloriabitur. Parum adhuc profeci, nondum audeo frugalitatem palàm ferre, etiam nunc curo opiniones uiatorum. Contra totius generis humani opiniones mittenda uox erat: insanitis, erratis, stupetis ad superuacua, neminem æstimatis suo. Cum ad patrimonium uentum est, diligentissimi computatores, sic rationem ponitis singulorū, quibus aut pecuniā crediturі estis, aut beneficia. Nam hæc quoq; iam expensa fertis, Late possidet, sed multum debet: habet domum formosam, sed alienis nummis paratam: familiam nemo cito speciosiorem producit, sed nominibus non respondet. Si creditoribus soluerit, nihil illi supererit. Idem in reliquis quoq; facere debebitis, excutere quantum proprij quisq; habeat. Diuitem illum putas, quia aurea suppellex etiam in uia eum sequitur, quia in omnibus prouincijs arat, quia magnus calendarij liber uoluitur, quia tantum suburbani agri possidet, quantū inuidiosè

al. contemnere

Universidad de Deusto
Biblioteca

in desertis Apuliæ possideret: & cũ omnia dixeris pauper est, quare? quia debet, quantum inquis? omnia, nisi forte † iudices interesse, utrum aliquis ab homine, an à fortuna mutuũ sumpserit. Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ unius omnes coloris? Quid ista uehicula celata? Instrati ostro alipedes, pictisq; tapetis, Aurea pectoribus demissa monilia pendent Tecti auro, fuluũ mandunt sub dentibus aurũ. Ista nec do minũ meliorẽ possunt facere, nec mulã. M. Cato Censorius (quem tam necessariũ Romano populo hercule profuit nasci quàm Scipionem. Alter enim cũ hostibus nostris bellũ, alter cum moribus gessit) cantherio uehebatur, & hippoperis quidẽ impositis, ut secum utilia portaret. O quàm cuperẽ illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in uia diuitibus, cursores & Numidas & multum ante se pulueris agentem. Hic sine dubio cultior, comitatiorq; quàm M. Cato uideretur, hic inter illos apparatus delicatus, qui cum maxime dubitat, utrum se ad gladium locet, an ad cultrum. O quantũ erat seculi decus imperatorẽ triumphalem Censorium (& quod super omnia hæc est) Catonem, uno caballo esse contentũ, & ne toto quidem. Partem enim sarcinæ ab utroq; latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis & asturconibus & lutarijs præferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum? Video non futurũ finem in ista materia ullum, nisi quem mihi ipse fecero. Hic itaq; cõticescam, quantum ad ista, quæ sine dubio talia diuinauit futura, qualia nũc sunt, qui primus appellauit impedimenta. Nunc uolo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere ad uirtutem pertinentes, quam satisfacere uitæ beatæ contendimus. Quod bonum est bonos facit. Nam & in arte musica quod bonum est, facit musicum. Fortuita bonum non faciunt, ergo non sunt bona. Aduersus hoc sic respondent Peripatetici, ut quod primum proponimus falsum esse dicant, Ab eo, inquit, quod est bonum non utique fiunt boni. In musica est aliquod bonum tanquam tibia, aut chorda, aut organum aliquod aptatum ad usus canendi, nihil tamen horum facit musicum. Hic respondebimus, non intelligitis quomodo posuerimus quod bonum est musico. Nõ enim id dicimus quod instruit musicum, sed quod facit: tu ad supellectilem artis, non ad artem uenis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique musicum faciet. Etiamnum facere hiſ me planius uolo, Bonum in arte musica duobus modis dicitur, altero quo effectus musici adiuuatur, altero quo ars ad effectũ pertinet. Instrumenta, tibiæ, & organa, & chordæ, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis, uti forsitan non possit arte. Hoc non est æque duplex in homine, idem enim bonum & hominis & uitæ. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est. Opes autem & lenoni, & lanistæ contingunt, ergo non sunt bona. Falsum est, inquiunt, quod proponitur. Nam in grammatica & in arte medendi, aut gubernandi, uidemus bona humillimis quibusque contingere. Sed istæ artes non sunt magnitudinem animi profitẽtur, non consurgunt in altum, nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem, & supra chara mortalibus collocat: nec ea quæ bona, nec ea quæ mala uocantur, nec cupit nimis, nec expauescit. Chelidonius ex Cleopatræ mollibus patrimonium grande possedit, nuper Natalis, tam improbæ linguæ quàm impuræ, in cuius ore fœminæ purgabantur, & multorum hæres fuit, & multos habuit hæredes. Quid ergo? utrum illum pecunia impurum effecit, an ipse pecuniam conspurcauit, quæ sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit, Virtus supra ista consistit, suo ære censetur, nihil ex istis quomodolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina & gubernatio non interdicit sibi ac suis, admirationem talium rerum. Qui non est uir bonus, potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus, tam me hercules quàm coquus. Cui contigit habere rem non quamlibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet talis est. Fiscus tanti est quantum habet, imò in accessione eius uenit quod habet. Quis pleno sacculo ullum precium ponit, nisi quod pecuniæ in eo conditæ numerus effecit? Idem uenit magnorum dominis patrimoniorum, accessiones illorum & appendices sunt. Qua re ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est, quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse. Itaq; indolentiam nunquã bonum dicam, habet illam cicada, habet pulex. Ne quietẽ quidem,

† Tu dices

quidem, & molestia uacare, bonum dicam. Quid est otiosius uerme? Quæris quæ res sapientem faciat? quæ deum. Des oportet illi aliquid diuinum, aliquid cœleste, magnificum. Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet possessorẽ patitur. Vide quid quæquè ferat regio, & quid quæq; recusет. Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ, Arborei fœtus alibi, atq; iniussa uirescunt Gramina, nónne uides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua thura Sabei? At Chalybes nudi ferrum. Ista in regiones descripta sunt, ut necessariũ mortalibus esset inter ipsos commercium, si inuicem alius ab alio aliquid peteret. Summum illud bonũ habet, & ipsum suã habet sedem, non nascitur ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus quæris? Animus, hic nisi purus ac sanctus est, deum non capit. Bonũ ex malo non fit, diuitiæ fiunt fiunt autem ex auaricia, diuitiæ ergo non sunt bonum. Non est, inquit, uerũ, bonum ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim & furto pecunia nascitur. Itaq; malum quidem est sacrilegiũ & furtum, sed ideò quia plura mala facit quàm bona. Dat enim lucrum, sed cum metu, solicitudine, tormentis, & corporis et animi. Quisquis hoc dicit, necesse est ut recipiat, sacrilegium sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoq; ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentuosius potest, quàm sacrilegium, furtũ, & adulteriũ inter bona haberi? Prorsus persuasimus, quammulti furto non erubescunt, cũq; multi adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adijce nunc, quod sacrilegiũ si omnino ex aliqua parte bonum est, etiã honestũ erit, & recte factum uocabitur, nostra enim actio est, quod nullius mortaliũ cogitatio recipit: ergo bona nasci ex malo nõ possunt, Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malũ est, quia multũ mali affert, si remiseris illi supplicia, si securitatẽ sponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximũ scelerũ supplicijũ in ipsis est. Erras, inquã, si illa ad carnificẽ, aut ad carcerem differs, statim puniuntur cum facta sunt, imò dum fiunt. Nõ nascitur itaq; ex malo bonũ, nõ magis quàm ficus ex oleastro semen nata respondent, bona degenerare non possunt, Quemadmodũ ex turpi honestum nõ nascitur, ita ne ex malo quidem bonũ, nam idem est honestũ & bonũ. Quidã ex nostris aduersus hoc sic respondent: putemus pecuniã bonum esse undecunq; sumptam, nõ tamẽ ideò ex sacrilegio pecunia est, etiã si ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellige. In eadẽ urna & aurũ est & uipera. Si aurũ ex urna sustuleris, quia illic & uipera est, non ideò mihi urna aurũ dat, quia uiperã habet, sed aurum dat cum & uiperam habeat. Eodẽ modo ex sacrilegio lucrũ fit, nõ quia turpe & sceleratum est sacrilegiũ, sed quia lucrum habet: quemadmodum in illa urna uipera malum est, nõ aurũ quod cum uipera iacet, sic in sacrilegio malum est scelus, nõ lucrum. Quibus opponitur, dissimillima enim utriusq; rei conditio est. Illic aurum possum sine uipera tollere, illic lucrum sine sacrilegio facere non possum: lucrũ istud non est appositũ sceleri, sed immixtum. Quod dum cõsequi uolumus, in multa mala incidimus, id bonum non est, Dum diuitias consequi uolumus in multa mala incidimus, ergo diuitiæ bonum non sunt. Duas inquit, significationes habet propositio nostra, unã dum diuitias consequi uolumus, in multa nos mala incidere. In multa autẽ mala incidimus, & dum uirtutẽ consequi uolumus. Aliquis dum nauigat studij causã, naufragium fecit, aliquis captus est. Altera significatio talis est: per quod in mala incidimus, id bonũ non est. Huic propositioni nõ erit cõsequens, per diuitias nos, aut per uoluptates in mala incidere: aut si per diuitias in multa mala incidimus, non tantũ bonum diuitiæ non sunt, sed malum sunt. Vos aũt illas dicitis, tantũ bonum non esse. Præterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid usus. Inter cõmoda illas numeratis. Atqui eadẽ ratione ne cõmodum quidem erũt: per illas enim multa nobis incõmoda eueniunt. His quidam hoc respondent, Etratis, qui incõmoda diuitijs imputatis. Illæ neminem lædunt, & sua cuiq; nocet stultitia, aut alienа nequitia. Sic quemadmodũ gladius qui neminem occidit, occidentis telum est. Nõ ideò diuitiæ tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur. Posidonius (ut ego existimo) melius, qui ait diuitias esse causam malorum, non quia ipsæ faciant aliquid, sed quia facturos irritant. Alia est enim causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat, alia præcedens, hanc præcedentem causam diuitiæ habent. Inflant animos, superbiã pariunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuidiam contrahunt, & uſq; eò mentem alienant, ut fama pecuniæ nos etiã nocitura delectet. Bona autem omni carere culpa decet, pura ſunt, nõ corrumpunt animos, nõ ſolicitant, extollunt quidem & dilatant, ſed ſine tumore. Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona ſunt, magnitudinẽ animi dant, diuitiæ inſolentiã. Nihil autẽ aliud eſt inſolentia, quàm ſpecies magnitudinis falſæ. Iſto modo, inquis, etiã malum ſunt diuitiæ, non tantum bonum non ſunt. Eſſent malum, ſi per ſe nocerent, ſi (ut dixi) haberent efficientem cauſam: nunc præcedentem habent, & quidem non irritantem tantum animos, ſed attrahentem. Speciem enim boni oſtendunt ueriſimilem, ac pleriſq; credibilem. Habet uirtus quoq; præcedentem cauſam ad inuidiam, multis enim propter ſapientiã, multis propter iuſtitiã inuidetur: ſed nec ex ſe hanc cauſam habet, nec ueriſimilem. Contra enim ueriſimilior illa ſpecies hominum animis obijcitur à uirtute, quæ illos in amorem & admirationem uocet. Poſidonius ſic interrogandum ait, quæ neq; magnitudinẽ animo dant, nec fiduciam, nec ſecuritatem, non ſunt bona: diuitiæ autem & bona ualetudo, & ſimilia his, nihil horũ faciunt: ergo non ſunt bona. Hanc interrogationẽ magis etiamnum hoc modo intendit, Quæ neq; magnitudinem animo dant, nec fiduciam, nec ſecuritatẽ, contra autem inſolentiã, tumorem, arrogantiam creant, mala ſunt, à fortuitis autem in hæc impellimur, ergo non ſunt bona. Hac, inquit, ratione ne cõmoda quidem iſta erunt. Alia eſt cõmodorum conditio, alia bonorum. *Commodum. Bonum.* Cõmodum eſt quod plus uſus habet quàm moleſtiæ. Bonum ſyncerum eſſe debet, & ab omni parte innoxium. Non eſt id bonum, quod plus prodeſt, ſed quod tantũ prodeſt. Propterea cõmodum & ad animalia pertinet, & ad imperfectos homines, & ad ſtultos. Itaq; poteſt ei eſſe incommodum mixtum. Sed commodum dicitur à maiore ſui parte æſtimatum, bonũ ad unũ ſapientem pertinet. Inuiolatum eſſe oportet, bonum animum habere. Vnus tibi nodus, ſed Herculaneus, reſtat. Ex malis bonum non fit, ex multis paupertatibus diuitiæ fiunt, ergo diuitiæ bonum non ſunt. Hanc interrogationem noſtri non agnoſcunt, Peripatetici & fingunt illam & ſoluunt. Aít autẽ Poſidonius, hoc ſophiſma per omnes dialecticorum ſcholas iactatum, ſic ab Antipatro refelli. Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, uel (ut antiqui dixerunt) per orbationem: Græci dicunt στέρησιν, cum dicunt, non quod habeat dicitur, ſed quod non habeat. Itaq; ex multis inanibus nihil impleri poteſt, diuitias multæ res faciunt, non multæ inopiæ. Aliter, inquit, quàm debes, paupertatem intelligis. Paupertas eſt nõ quæ pauca poſſidet, ſed quæ multa non poſſidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, ſed ab eo quod ei deeſt. Facilius quod uolo exprimerẽ, ſi latinum uerbũ eſſet, quo ἀπορίαν ſignificatur. Hanc paupertati Antipater aſsignat. Ego non uideo quid aliud ſit paupertas, quàm parui poſſeſsio. De iſto uidebimus, ſi quando ualde uacabit, quæ ſit diuitiarũ, quæ paupertatis ſubſtantia. Sed tunc quoq; conſiderabimus, nunquid ſatius ſit paupertatẽ permulcere, diuitijs demere ſupercilium, quàm litigare de uerbis, quaſi iam de rebus iudicatum ſit. Putemus nos ad concionem uocatos. Lex de abolendis diuitijs fertur, his interrogationibus ſuaſuri aut diſuaſuri ſumus: his effecturi ut populus Romanus paupertatem, fundamentum, & cauſam imperij ſui, requirat ac laudet: diuitias autem ſuas timeat: ut cogitet has ſe apud uictos reperiſſe? Hinc ambitum, & largitiones, & tumultus, in urbem ſanctiſſimam temperantiſsimamq; irrupiſſe? nimis luxurioſe oſtentari gentium ſpolia, quod unus populus eripuerit omnibus, facilius uni ab omnibus eripi poſſe. Hæc ſatius eſt ſuadere, & expugnare affectus non circumſcribere. Si poſſumus, fortius loquamur, ſi minus, apertius. Vale.

EPIST. LXXXIX. De liberalibus artibus, ubi docet de ſingulis quod animum ad uirtutem non perducunt, ſed tantum præparant.

Non reperiebatur inter epiſtolas in quibuſdã exẽplaribus, ſed ſeparatim, quanq;

DE liberalibus ſtudijs quid ſentiam ſcire deſideras. Nullum ſuſpicio, nullum in bonis numero, quod ad æs exit. Meritoria artificia ſunt, hactenus utilia, ſi præparẽt ingenium, nõ detineant. Tamdiu enim iſtis immorandum eſt, quamdiu nihil animus agere maius poteſt: rudimenta ſunt noſtra, non opera. Quare liberalia ſtudia dicta ſint uides, quia homine libero digna ſunt: cæterum unum ſtudium uerè liberale eſt, quod liberum facit, hoc eſt ſapientiæ, ſublime, forte, magnanimum, cætera puſilla & puerilia ſunt.

ſunt. An tu quicquam in iſtis eſſe credis boni, quorum profeſſores turpiſſimos omnium ac flagitioſiſsimos cernis? Non diſcere debemus iſta, ſed didiciſſe. Quidam illud de liberalibus ſtudijs quærendum iudicauerunt, an uirum bonum facerent. Ne promittunt quidem, nec huius rei ſcientiam affectant. Grammaticus circa curam ſermonis uerſatur, & ſi latius euagari uult, circa hiſtorias. Iam ut longiſſime fines ſuos proferat, circa carmina. Quid horum ad uirtutem uſum ſternit? Syllabarũ enarratio, & uerborum diligentia, & fabularum memoria, & uerſuũ lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frænat? Ad geometriam tranſeamus, & ad muſicam, nihil apud illas inuenies, quod uetet timere, uetet cupere. Quiſquis hæc ignorat, alia fruſtra ſcit. Videndum utrum doceant iſti uirtutem an non: ſi non docent nec tradunt quidem: ſi docent philoſophi ſunt. Vis ſcire quàm non ad docendum uirtutem conſederint? aſpice quàm diſſimilia inter ſe omniũ ſtudia ſint. Atqui ſimilitudo eſſet idem docentium. Nili forte tibi Homerũ philoſophũ fuiſſe perſuadent, cum his ipſis quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, uirtutem ſolam probantem, et uoluptates refugientem, et ab honeſto ne immortalitatis quidẽ precio recedentẽ: modo Epicureum, laudantẽ ſtatum quietæ ciuitatis, & inter conuiuia cantuſq; uitam exigentis: modo Peripateticũ, bonorum tria genera inducentem: modo Academicum incerta omnia dicẽtem. Apparet nihil horum eſſe in illo, quia omnia ſunt. Iſta enim inter ſe diſident. Demus illis Homerũ philoſophũ fuiſſe, Nempe ſapiens factus eſt, anteq; carmina ulla cognoſceret: ergo illa diſcamus, quæ Homerum fecẽre ſapientem. Hoc quidem me quærere, utrũ maior ætate fuerit Homerus an Heſiodus, nõ magis ad rem pertinet, q; ſcire, an maior Hecuba fuerit, q; Helena, et quare tam male tulerit ætatem. Quid inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere ad rem exiſtimas pertinere? Quæris Vlyſſes ubi errauerit potius, quàm efficias ne nos ſemper erremus? Non uacat audire utrum inter Italiam & Siciliam iactatus ſit, an extra notum nobis orbem: neq; eũ potuit in tam anguſto error eſſe tam longus. Tempeſtates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyſſis mala impellit: non deeſt forma quæ ſollicitet oculos, non hoſtis: hinc monſtra eſſera, et humano cruore gaudentia, hinc inſidioſa blandimenta aurium, hinc naufragia & tot uarietates malorum. Hoc me doce quomodo patriam amẽ, quomodo uxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honeſta uel naufragus nauigẽ. Quid inquiris an Penelope impudica fuerit, an uerba ſeculo ſuo dederit, an Vlyſſem illum eſſe quẽ uidebat, antequàm ſciret, ſuſpicata ſit? Doce me quid ſit pudicitia, & quantum in ea bonum, in corpore, an in animo poſita ſit. Ad Muſicã tranſeo, doces me quomodo inter ſe acutæ ac graues uoces conſonent, quomodo †numerorum diſparem reddentium ſonum fiat concordia. Fac potius quomodo animus ſecum meus conſonet, nec conſilia mea diſcrepent. Monſtras mihi, qui ſint modi flebiles, monſtra potius quomodo inter aduerſa non emittam flebilem uocem. Metiri me geometres docet latifundia, potius doceat quomodo metiar quantum homini ſit ſatis. Numerare docet me Arithmetica, & auaricię cõmodare digitos, potius doceat nihil ad rem pertinere iſtas computationes, non eſſe feliciorem, cuius patrimonium tabulas laſſat, imò cui ſuperuacua poſſideat, qui infeliciſsimus futurus eſt, ſi quantum habeat, per ſe computare cogatur. Quid mihi prodeſt, ſcire agellum in partes diuidere, ſi neſcio cum fratre diuidere? Quid prodeſt colligere ſubtiliter pedes iugeri, & comprehendere etiam ſi quid decempedam effugit, ſi triſtem me facit uicinus potens, & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis, at ego diſcere uolo quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro, inquit, & auito expellor. Quid? Anteauum tuum quis iſtum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, ſed populi fuerit expedire potes? Non dominus iſtò, ſed colonus intraſti. Cuius colonus es? Si bene tecũ agitur, hæredis. Negant iuriſconſulti quicquã uſu capi, quod publicum eſt. Publicum eſt hoc quod tenes, & quidem generis humani. O egregiam artem ſcis rotunda metiri in quadratũ redigis quamcũq; acceperis formã, interualla ſyderum dicis, nihil eſt quod in menſuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animũ, dic quàm magnus ſit, dic quàm puſillus ſit. Scis quæ recta ſit linea, quid tibi prodeſt, ſi quid in uita rectũ ſit ignoras?

apparet epiſtolam fuiſſe, uel ex hoc, quod neminẽ alium nominat, ad quẽ ſcribat.

al. neruorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit ignoras? Venio nunc ad illum qui cœlestium notícia gloriatur, Frigida Saturni
quò sese stella receptet, Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. Hoc scire quid
proderit? ut solícitus sim, cũ Saturnus & Mars ex cõtrario stabunt, aut cũ Mercurius
uespertinũ faciet occasum uidente Saturno, Potius hoc discam, ubicunq; sunt ista, pro
pitia esse, non posse mutari. Agit illa continuus ordo fatorũ, & ineuitabilis cursus. Per
natas uices remeãt. Effectus rerũ omniũ aut mouent aut notant. Sed siue quicquid eue
nit factunt, quid immutabilis rei notícia proficiet? siue significãt, quid refert prouidere
quod effugere nõ possis? Scias ista nescias, fient. Si uerò solã ad rapidũ stellasq; sequen-
res Ordine respicias, nunq; te crastina fallet Hora, nec insidijs noctis capiere serenã.
Satis abundeq; prouisum est, ut ab insidijs tutus essem. Nunquid me crastina non fal-
lit hora? fallit enim quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit nescio, quid fieri pos-
sit scio. Ex hoc nihil desperabo, totum expecto. Si quid remittitur, boni consulo. Fallit
me hora si parcit, sed nec sic quidẽ fallit. Nam quemadmodũ scio omnia accidere pos-
se, sic scio & non utiq; casura. Vtiq; secunda expecto, malis paratus sum. In illo seras
me necesse est, nõ ad præscriptũ euntem. Non enim adducor, ut in numerum liberaliũ
artiũ pictores recipiã, non magis, quàm statuarios, aut marmorarios, aut cæteros luxu
riæ ministros. Aeque luctatores & totam oleo ac luto constantẽ scientiam, expello ex
hijs studijs liberalibus: aut & unguentarios recipiam, et cocos, & cæteros uoluptatibus
nostris ingenia accommodantes sua. Quid enim oro te liberale habent, isti ieiuni uo-
mitores, quorũ corpora in sagina, animi in macie & ueterno sunt? An liberale studiũ
istud esse iuuentuti nostræ credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt, hasti-
lia iacere, sudẽ torquere, equũ agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebãt, quod
discendum esset iacentibus. Sed nec hæ, nec illæ docent, alunt ne uirtutem. Quid enim
prodest equum regere, & cursum eius fræno temperare, affectibus effrænatissimis ab-
strahi? Quid prodest multos uincere luctatione uel cestu, ab iracundia uinci? Quid er-
go? nihil liberalia nobis conferunt studia? ad alia multũ, ad uirtutem nihil. Nam & hæ
uiles ex professo artes quæ manu constant, ad instrumenta uitæ plurimum conferunt,
tamen ad uirtutẽ non pertinent. Quare ergo liberalibus studijs filios erudimus? Non
quia uirtutẽ dare possunt, sed quia animũ ad accipiendã uirtutẽ præparant. Quemad-
modũ prima illa, ut antiqui uocabant, literatura, per quam pueris elemẽta tradũtur, nõ
docet liberales artes, sed mox percipiendis locũ parat: sic liberales artes non perducunt
animum ad uirtutẽ, sed expediũt. Quatuor ait esse Posidonius artiũ genera. Sunt vul-
gares & sordidæ, sunt ludicræ, sunt puriles, sunt liberales. Vulgares opificũ, quæ ma-
nu cõstant, et ad instruendã uitã occupatæ sint, in quibus nulla decoris, nulla honesti si-
mulatio est. Ludicræ sunt, quæ ad uoluptatẽ oculorũ atq; auriũ tendũt. His annumeres
licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitãt, et tabulata tacite in sublime
crescentia, & alias ex inopinato uoluptates, aut dehiscentibus quæ cohærebãt, aut his
quæ distabant sua sponte coeuntibus, aut his quæ eminebant, paulatim in se residenti-
bus. His imperitorũ feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non nouere) mirantiũ.
Puriles sunt & aliquid habentes liberalibus simile, hæ artes quas ἐλευθερίους Græci, no-
stri liberales uocãt. Solæ autem liberales sunt, imò (ut dicam uerius) liberæ, quibus cu
ræ uirtus est. Quemadmodum, inquit, est aliqua pars philosophiæ naturalis, est aliqua
moralis, est aliqua rationalis: sic & hic quoq; liberalium artium turba locum sibi in phi
losophia uendicat. Cum uentum est ad naturales quæstiones, geometriæ testimonio
statur. Ergo eius quã adiuuat pars est: Multa adiuuãt nos, nec ideò partes nostræ sunt,
imò si partes essent, nõ adiuuarẽt. Cibus adiutoriũ corporis, nec tamen pars est. Aliqd
nobis præstat geometriæ ministerium. Sic philosophiæ necessaria est, quomodo ipsi ha-
ber: sed nec hic geometriæ pars est, nec illa philosophiæ. Præterea utraq; fines suos ha-
bet. Sapiens ẽm causas naturaliũ et quærit et nouit, quorũ numeros mẽsurasq; geome
tres persequitur & supputat. Qua ratione constẽt cœlestia, quæ illis sit uis, quæ natura,
sapiẽs sit: cursus et recursus, et obseruationes, per quas descendũt et alleuãtur ac speciẽ
interdũ stantiũ præbent, cum cœlestibus stare non liceat, collígit mathematicus. Quæ
causa in speculo imagines exprimat, scit sapiens. Illud tibi geometer potest dicere,
quantum

quantũ abesse debeat corpus ab imagine, et qualis forma speculi, quales imagines red-
dat. Magnũ esse solẽ philosophus probabit: quãtus sit, mathematicus, qui usu quodã &
exercitatione procedit, sed ut procedat, impetranda illi quædã principia sunt. Non est
aũt ars sui iuris, cui precariũ fundamentũ est. Philosophia nil ab alio petit, totum opus
à solo excitat. Mathematica (ut ita dicam) superficiaria est, in alieno ędificat, aliena acci
pit principia, quorũ beneficio ad ulteriora perueniat: si per se iret ad uerũ, si totius mũ-
di naturã posset cõprehendere, dicerem multũ collaturã mentibus nostris, quæ tracta-
tu cœlestium crescunt, trahuntq; aliud ex alio. Vna re cõsummatur animus, sciẽtia bo-
norum ac malorum immutabili, quæ soli philosophiæ competit. Nulla autem ars alia
de bonis ac malis quærit, singulas habet circumire uirtutes. Fortitudo contemptrix tũ-
mendorum est, terribilia, & sub iugum libertatẽ nostram mittentia, despicit, prouocat
frangit. Nunquid ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides sanctissimũ humani
pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendũ cogitur, nullo corrumpitur præmio.
Vre, inquit, cæde, occide, nõ prodã, sed quo magis secreta quæret dolor, hoc illa altius
condent. Numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia uolupta
tibus imperat, alias odit atq; abigit, alias dispensat, et ad sanũ modũ redigit, nec unq; ad
illas propter ipsas uenit. Scit optimũ esse modũ cupitorũ, nõ quantũ uelis, sed quantũ
debeas sumere. Humanitas uetat superbum esse aduersus socios, uetat auarũ, uerbis, re
bus, affectibus comẽ se facilemq; omnibus præstat: nullũ alienum malũ putat, bonum
autẽ suum ideò maxime, quod alicui bono futurũ est, amat. Nunquid liberalia studia
hos mores præcipiunt? nõ magis quàm simplicitatẽ, ac modestiam, ac frugalitatem, ac
parsimoniã: nõ magis quàm clementiã, quæ alieno sanguini tanquã suo parcit, & scit
homini, nõ esse homine prodige utendũ. Cum dicatis, inquit, sine liberalibus studijs ad
uirtutẽ nõ peruenirí, quemadmodũ negatis illa nihil cõferre uirtuti? quia nec sine cibo
ad uirtutẽ peruenitur, cibus tamen ad uirtutem nõ pertinet. Ligna nihil nauí cõferunt
quamuis nõ fiat nauis sine lignis. Non est inquã, cur aliquid putes eius adiutorio fieri,
sine quo non potest fieri. Potest quidem etiã illud dici, sine liberalibus studijs ueniri ad
sapientiã posse, quãuis etiã uirtus discenda sit, tamen nõ per hæc discitur. Quid est autẽ
quare existimẽ non futurũ sapientẽ eum, qui literas nescit, cũ sapientia nõ sit in literis?
Res tradit, non uerba, & nescio an certior memoria sit, quæ nullum extra se subsidium
habet. Magna & † spaciosa res est sapientia, uacuo illi loco opus est, de diuinis humanis- al. speciosa.
q; dicendũ est, de præteritis, de futuris, de caducis, de æternis, de tẽpore, de quo uno
uide cũ multa quærũtur. Primũ an per se sit aliquid, deinde an aliquid ante tempus sit,
si tempus cũ mundo cœpit, an & ante mundũ quia fuerit aliquid, fuerit & tẽpus? Innu
merabiles quæstiones sunt de animo tantũ: unde sit, qualis sit, quãdo esse incipiat, quã
diu sit: an aliunde aliò transeat, & domicilíũ mutet, ad alias animaliũ formas aliasq; cõ-
iectus, an non amplius cũ semel seruiat, & emissus uagetur in toto: utrum corpus sit an
nõ sit: quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit, quomodo libertate sua usu
rus, cum ex hac effugerit cauea, an obliuiscatur priorum, & illic nosse se incipiat, an de
corpore abductus in sublime secesserit? Quamcunq; partẽ rerum humanarũ diuinarũq;
comprehenderis, ingenti copia quærendorum ac discendorum fatigaberis. Hæc tam
multa, tam magna, ut habere possint liberum hospitiũ, superuacua ex animo tollenda
sunt. Non dabit se in has angustias uirtus. Laxum spatium res magna desiderat. Expel
lantur omnia, totum pectus illi uacet. At enim delectat artium notitia multarũ. Tantũ
itaq; ex illis retineamus, quantũ est necessarium. An tu existimas reprehendendũ qui
superuacua usu sibi comparat, & preciosarũ rerum pompã in domo explicat: non pu-
tas eum, qui occupatus est in superuacua literarum supellectile, plus scire uelle cũ sit sa-
tis? Intemperantiæ genus est. Quid quod ista liberalium artium consectatio molestos,
uerbosos, intẽpestiuos, sibi placentes facit, & ideò nõ discentes necessaria, quia super- Didymus quæ
uacua didicerunt. Quatuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit, miser erat tuor millia li-
si tã multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri quęritur, in his de Aeneæ brorũ scripsit.
matre uera: in his libidinosior Anacreon, an ebriosior uixerit, in his an Sappho publí-
ca fuerit: et alia quę erãt, dediscẽda, si scires. Nũc et longã esse uitã nega. Sed ad nostros
quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

quocꝙ cũ peruèneris, oſtendã multa ſecuribus recidenda. Magno impendío temporũ magna alienarum auriũ moleſtia, laudatio hæc conſtat, O hominẽ literatũ. Simus hoc titulo ruſticiore contenti, O uirum bonum. Ita ne eſt? annales euoluã omnium gentiũ & quis prima carmina ſcripſerit quæram? quantum temporis inter Orphea interſit & Homerum, cum faſtos non habeã, computabo, & Ariſtarchi notas, quibus aliena carmina compunxit recognoſcam, & ætatem in ſyllabis conteram? Ita ne in Geometriæ puluere hærebo? Adeo mihi præceptum illud ſalutare excidit, Tempori parce, hæc ſciã, & quid ignorem? Appion grãmaticus qui ſub C. Cæſare tota circumlatus eſt Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat, Homerum utraꝙ materia conſummata, & Odyſſea, & Iliade, principium adieciſſe operi ſuo, quo belli Troianum complexus eſt. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo uerſu poſuiſſet ex induſtria, librorum ſuorum numerum continentes. Talia ſciri oportet, qui multa uult ſcire. Noli cogitare quantum temporis tibi auferat mala ualitudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum occupatio quotidiana, quantum ſomnus, metire ætatem tuam, tam multa non capit, de liberalibus ſtudijs loquor. Philoſophi quantum habent ſuperuacui, quantum ab uſu recedentis. Ipſi quoꝙ ad ſyllabarum diſtinctiones & coniunctionum ac præpoſitionum proprietates deſcenderunt, & inuidere grammaticis, & inuidere geometris. Quicquid in illorum artibus ſuperuacuum erat, tranſtulere in ſuam. Sic effectum eſt, ut diligentius ſciant loqui, quàm uiuere. Audi quantum mali faciat nimia ſubtilitas, & quàm inſeſta ueritati ſit. Protagoras ait, de omni re in utramꝙ partem diſputari poſſe, ex æquo, & de hac ipſa, an omnis res in utramꝙ partem diſputabilis ſit. Nauſiphanes ait, ex his quæ uidentur eſſe, nihil magis eſſe, quàm non eſſe. Parmenides ait, Ex his quæ uidentur nihil eſſe † in uniuerſo, Zenon Eleates, omnia negotia de negocio deiecit, ait, nihil eſſe. Circa eadem ferè Pyrronij uerſantur & Megarici, & Cretici, et Academici, qui nouam induxerunt ſcientiam, nihil ſcire. Hæc omnia in illum ſuperuacuum ſtudiorum liberalium gregem conijce. Illi mihi non profuturam ſcientiam tradunt, hi ſpem omnis ſcientiæ eripiunt. Satius eſt ſuperuacua ſcire, quàm nihil. Illi non præferunt lumen per quod acies dirigatur ad uerum, hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo, nihil in rerum natura eſt, niſi dubium. Si Nauſiphani, hoc unum certum eſt, nihil eſſe certi. Si Parmenidi, nihil eſt præter unum. Si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos ſumus? quid iſta quæ nos circumſtant, alunt, ſuſtinent? Tota rerum natura umbra eſt, aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utrum magis iraſcar illis, qui nos nihil ſcire uoluerunt: an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil ſcire. Vale.

al. & quid ignorem? hoc ſciam.

al. ab uno diuerſum.

IN LIBRVM XIII.

EPISTOLA LXXXVII.

1 *Argentea epitomia. Cælius Rhodiginus legendum putat, epiſtomia. Quidam codex, ſed parum bonæ fidei habebat epitoma.*

2 *Quid putas illo ſoluiſſe maliciã labore uirũ. Sic habebat prior æditio. Britannicũ exemplar ſubuenit. Quid putas? Illo ſoluiſſe militiæ laborẽ decebat uirũ.* EPIST. LXXXIX.

3 *Et quid ignorem? hoc ſciam. In alijs eſt, h. e ſciam & quid ignorem? Si addatur ſi, commodior erit lectio. Hæc ſciam, & quid ſi ignorem?*

LVCII ANNEI SENECAE EPISTOLARVM AD LVCILIVM LIB. XIIII.

EPIST. XC. De utilitate diuiſionis philoſophiæ. De differentia inter ſapientiam & philoſophiam, & conteſtatione utriuſꝙ. Et de philoſophiæ partibus.

REm utilem deſideras, & ad ſapientiam properanti utiq; neceſſariam diuidi philoſophiam, & ingens corpus eius in membra diſponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Vtinã quemadmodum uniuerſi mundi facies in conſpectum uenit, ita philoſophia tota nobis poſsit occurrere, ſimillimum mundo ſpectaculum. Profecto enim omnes mortales in admirationem ſui raperet, relictis his quæ nunc magna, magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non poteſt, & ſic à nobis aſpicienda, quemadmodum mundi ſecreta cernuntur. Sapientis quidem

quidem animus totam molem eius amplectitur, nec minus illam uelociter obit, quàm cœlum acies noſtra. Nobis autem, quibus perrumpenda caligo eſt, & quorum uiſus in proximo deficit, ſingula quæꝙ oſtendi facilius poſſunt, uniuerſi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis, & philoſophiã in partes non in fruſta diuidam. Diuidi enim illam, non concidi, utile eſt. Nam compræhendere quemadmodum maxima, ita minima, difficile eſt. Deſcribitur in tribus populus, in centurias exercitus. Quicquid in maius creuit, facilius agnoſcitur ſi diſceſſit in partes, quas (ut dixi) innumerabiles eſſe & paruas non oportet. Idem enim uitij habet nimia, quod nulla diuiſio. Simile confuſo eſt, quicquid uſꝙ in puluerem ſectum eſt. Primum itaq; ſicut uidetur tibi, dicam inter ſapientiam & philoſophiam quid interſit. Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ. Philoſophia ſapientiæ amor eſt & affectatio. Hæc oſtendit, quò illa peruenit. Philoſophia unde dicta ſit apparet, ipſo enim nomine fatetur. Quidam ſapientiam ita finierunt, ut dicerent eam diuinorum & humanorum ſcientiam. Quidam ita, Sapientia eſt noſſe diuina & humana, & horũ cauſas. Superuacua mihi uidetur hæc adiectio, quia cauſæ diuinorum humanorumꝙ partes ſunt. Philoſophiam quoꝙ fuerunt, qui aliter atꝙ aliter definirent. Alij ſtudium illam uirtutis eſſe dixerunt, alij ſtudium corrigendæ mentis. A quibuſdam dicta eſt appetitio rectæ rationis. Illud quaſi conſtet, aliquid inter philoſophiam & ſapientiã intereſſe. Neq; enim fieri poteſt, ut idem ſit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter auaritiam & pecuniam intereſt, cum illa cupiat, hæc concupiſcatur, ſic inter philoſophiam & ſapientiam. Hæc enim illius effectus & præmium eſt. Illa uenit, ad hanc itur. Sapientia eſt quam Græci σοφίαν uocant. Hoc uerbo quoꝙ Romani utebantur, ſicut philoſophia nunc quoꝙ utuntur. Quod & togatæ tibi antiquæ probabunt, & inſcriptus Doſſenni monumento titulus. Hoſpes reſiſte, & ſophiam Doſſenni lege. Quidam ex noſtris, quamuis philoſophia ſtudium uirtutis eſſet, & hæc peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas diſtrahi poſſe. Nam nec philoſophia ſine uirtute eſt, nec ſine philoſophia uirtus eſt. Philoſophia ſtudium uirtutis eſt, ſed per ipſam uirtutem. Nec iuſtus homo eſſe ſine ſtudio ſui poteſt, nec uirtutis ſtudium ſine ipſa. Non enim quemadmodum in his, qui aliquid ex diſtanti loco ferire conantur, alibi eſt qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quæ ad urbes perducunt, extra ipſam ſunt: ſed ad uirtutem uenitur per ipſam. Cohærent ergo inter ſe philoſophia uirtusꝙ. Philoſophiæ tres partes eſſe dixerunt, & maximi, & plurimi autores. Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum, Secunda rerum naturam ſcrutatur, Tertia proprietates uerborum exigit, & ſtructuram, & argumentationes, ne pro uero falſa ſurrepant. Cæterum inuenti ſunt, & qui in pauciora philoſophiam, & qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt, ciuilem, quia quandam propriam exercitationem deſideret, & circa aliam materiam occupata ſit. Quidam adiecerunt his partem, quam Græci οἰκονομικὴν uocant, adminiſtrandæ rei familiaris ſcientiam. Quidam & de generibus uitæ locum ſeparauerunt. Nihil autem horum in illa parte morali † reperitur. Epicurei duas partes philoſophiæ putauerunt eſſe, Naturalem atꝙ moralem, rationalem remouerunt. Deinde cum ipſis rebus cogerentur ambigua ſecernere, falſa ſub ſpecie ueri latentia coarguere, ipſi quoꝙ locum quem de iudicio & regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt. Sed eam acceſſionem eſſe naturalis partis exiſtimãt. Cyrenaici naturalia cum rationalibus ſuſtulerũt, & cõtenti fuerũt moralibus. Sed hi quoꝙ quæ remouent, aliter inducunt. In quinꝙ enim partes moralia diuidunt, ut una ſit de fugiendis & expetendis, altera de affectibus, tertia de actionibus, quarta de cauſis, quinta de argumentis. Cauſæ rerum ex naturali parte ſunt, argumenta ex rationali. Actiones ex morali. Ariſton Chius non tantum ſuperuacuas eſſe dixit naturalem & rationalẽ, ſed etiam contrarias. Moralem quoꝙ quam ſolam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet, ſuſtulit, & pædagogi eſſe dixit, non philoſophi, tanquam quicquam aliud ſit ſapiens, quàm humani generis pædagogus. Ergo cum tripartita ſit philoſophia, moralem eius partem primũ incipiamus diſponere. Quam in tria rurſus diuidi placuit, ut prima eſſet inſpectio ſuũ cuiq; diſtribuens, & æſtimans quanro

Sapientia Philoſophia

Tres ſunt partes philoſophiæ

al. non reperitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidq; dignum sit, maxime utilis. Quid enim est tam necessarium, quàm precia rebus imponere, Secunda de impetu, Tertia de actionibus. Primum enim est, ut quantum quidq; sit, iudices. Secundum, ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumq;. Tertium, ut inter impetū tuum, actionemq; conueniat, ut in omnibus istis tibijpsi consentias. Quicquid ex his tribus defuerit, turbat & cętera. Quid enim prodest intus æstimata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse, & habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores, nec scias quando quidq;, & ubi, & quemadmodum agi debeat. Aliud est enim dignitates & precia rerum nosse, aliud articulos, aliud impetus refrænare, & ad agenda ire, nō ruere. Tunc ergo uita sibi concors est, ubi actio non destituit impetum. Impetus ex dignitate rei cuiusq; concipitur, perinde remissus acriorq;, prout illa digna est peti. Naturalis pars philosophiæ in duo scinditur, Corporalia, & incorporalia. Vtraq; diuiduntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, in ea quæ faciunt, & quæ ex his gignuntur. Gignuntur autem elementa, Ipse elementis locus, ut quidam putāt, simplex est: ut quidam, in materiam & causam omnia mouentem, & elementa diuidit. Superest ut rationalem partem philosophiæ diuidamus. Omnis oratio, aut continua est,
d. discissa aut inter respondentem & interrogantem † diffissa. Hanc αὐαλυτικὴν, illam τοπικὴν placuit uocari. Hæc uerba curat, & sensus & ordinem: αὐαλυτικὴ in duas partes diuiditur. In uerba, & significationes, id est, in res, quæ dicuntur & uocabula, quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusq; diuisio. Itaq; in eo loco finem faciam, Et summa sequar fastigia rerum. Alioqui si uoluero facere partium partes, quæstionum liber fiet. Hæc Lucili uirorum optime, quo minus legas non deterreo, dummodo quicquid le-
d. uite geris, ad mores statim referas. Illos compesce, marcentia † in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas, publicasq;, quantum potes uexa: & istis dicentibus, quousq; eadem? respondeo, Ego debeo dicere, quousq; eadem peccabitis? Remedia ante uultis, quàm uitia desinere. Ego uero eo magis dicam, & quia recusatis, perseuerabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiam inuitis profutura. Aliquando aliqua ad uos non blanda uox ueniet, & quia uerum singuli audire non uultis, publice audite. Quousq; fines possessionum propagabitis? Ager uni domino, qui populum cepit, angustus est, Quousque arationes uestras porrigetis, ne prouinciarum quidem statione contenti circumscribere prædiorum modum? Illustrium fluminum per priuatum decursus, & amnes magni, magnarumq; gentium termini, usq; ad hostium à fonte, uestri sunt. Hoc quoq; parum est, nisi latifundijs uestris maria cinxistis, nisi trans Adrianum, & Ionium, Aegæumq; uester uillicus regnet. Nisi insulæ, ducum domicilia magnorum, inter uilissima rerum numerentur. Quam uultis late possidere? Sit fundus, quod aliquando imperium uocabatur. Facite uestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni. Nunc uobiscum loquor, quorum æque spaciose luxuria, quàm illorum auaricia diffunditur. Vobis dico, quousq; nullus erit lacus, cui non uillarum uestrarum fastigia imminant, nullum flumen, cuius non ripas ædificia uestra prætexant? Vbicunq; scatebunt aquarum calentium uenæ, ibi noua diuersoria luxuriæ excitabuntur. Vbicunque in aliquem sinum littus curuabitur, uos protinus fundamenta facietis, non contenti solo,
a nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta uestra resplendeant, alicubi impositа montibus, in uastum terrarum marisq; prospectum, alicubi ex plano in altitudinem montium educta, cum multa ædificaueritis, cum ingentia, tamen & singula corpora estis, & paruula. Quid prosunt multa cubicula? In uno iacetis. Non est uestrum, ubicunq; non estis. Ad uos deinde transeo, quorum profunda & insatiabilis gula, hinc maria scrutatur, hinc terras. Alia hamis, alia laqueis, alia rerum uarijs generibus cum magno labore persequitur. Nullis animalibus, nisi ex fastidio pax est. Quantulum enim ex istis epulis, quæ per tot comparatis manus, fesso uoluptatibus ore libatis? Quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus, ac nauseans gustat? Quantulum ex tot conchylijs, tam longe aduectis, per istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices etiam, quod non intelligitis uos maiorem famem habere, quàm

habere, quàm uentrem. Hæc alijs dic, ut dum dicis, audias ipse. Scribe, ut dum scripseris legas, omnia ad mores, & ad sedandam rabiem affectuum referens. Stude, nō ut plus alijs scias, sed ut melius. Vale.

EPIST. XCI. De philosophia, quod non sit res beneficiaria, & de aureo primo seculo, & hoc luxurioso. Contra Posidonium disputat, artes mechanicas à philosophia minime inuentas, & quod illius rudis seculi homines non sapientes, sed sapientibus similes erant.

QVis dubitare mi Lucili potest, quin deorum immortaliū munus sit, quod uiuimus: philosophiæ autem, quod bene uiuimus, Itaq; tanto plus nos debere huic, quàm Dijs, quanto maius beneficium est bona uita, quàm uita? Pro certo deberetur, ni si ipsam Dij philosophiam tribuissent, cuius scientiam nulli dederunt, facultatē omnibus. Nam si hanc quoq; bonum uulgare fecissent, & prudentes nasceremur, & sapientia quod in se optimum habet perdidisset, quod inter fortuita non est. Nunc enim hoc in illa precio sum atq; magnificum est, quod non obuenit, quod illam sibi quisq; debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes, quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset. Huius opus unum est, de diuinis humanisq; uerum inuenire: ab hac nūquam recedit, iustitia, pietas, religio, & omnis alius comitatus uirtutum consertarum, et inter se cohærentium. Hæc docuit colere diuina, humana diligere, & penes deos imperium esse, & inter homines consortium, quod aliquandiu inuiolatum mansit, antequam societatem auaricia distraxit, & paupertatis causa etiā his quos fecit locupletissimos fuit. Desierant enim omnia possidere, dum uolunt propria. Sed primi mortalium, quisq; ex his geniti, naturā incorrupti sequebantur, eandem habebant, & ducem, & legem, commissi melioris arbitrio. Naturæ est enim, potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præsunt, aut uehemētissima. Non præcedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris cæteros mares uicit. Elephantorū gregem excelsissimus ducit. Inter homines pro summo est optimus, Animo itaq; † rector *al. rectoq;* eligebatur. Ideoq; summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior. Tantum enim quantū uult potest, qui se nisi quod debet, non putat † esse. *al. posse* Illo ergo seculo quod aureum perhibetur, penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus, & infirmiores à ualidioribus tuebantur. Suadebant, dissuadebantq;, & utilia atq; inutilia monstrabāt. Horū prudentia, nequid deesset suis, prouidebat. Fortitudo arcebat pericula, beneficētia augebat, ornabatq; subiectos. Officium erat imperare, nō regnum. Nemo quantū posset aduersus eos experiebatur, per quos cœperat posse. Nec erat cuiquam, aut animus in iniuriā, aut causa, cum bene imperanti bene pareretur, nihilq; rex maius minari male parētibus posset, quàm ut † abi- *al. abiret* rent è regno. Sed postquam surrepentibus uitijs, in tyrānidem regna uersa sunt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui Athenas æquo iure fundauit, inter septem æui sapientia notus. Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero † accensuisset octauum. Zaleuci leges Charondæq; laudantur. Hi non in *al. acceßisset octauum* foro, nec in consultorum atrio, sed in Pythagoręo tacito illo sanctoq; secessu didicerunt iura, quæ florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent. Hactenus Posidonio assentior, Artes quidem à philosophia inuentas, quibus in quotidiano usu uita utitur, non concesserim, nec illi fabricæ asseram gloriam. Illa, inquit, sparsos & casulis tectos, aut aliqua rupe suffossa, aut exesæ arboris trunco, docuit tecta moliri. Ego uero philosophiam iudico, non magis excogitasse has machinationes tectorum supra tecta surgentium, & urbes urbium prementium, quàm uiuaria piscium in hoc clausa, ut tempestatum pericula non adiret gula, & quamuis acerrime pelago sæuiente, haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos piscium greges saginaret. Quid ais? Philosophia docuit homines habere clauem & seram, & quicquid aliud erat, auaritiæ signum dare? Philosophia hęc cum tanto habitantium periculo imminentia tecta sustendit? Parum enim erat fortuitis tegi, & sine arte, & sine difficultate naturale sibi inuenire aliquod receptaculum? Mihi crede, felix illum seculum ante architectones fuit. Ista nata sunt, iam nascente luxuria, in quadratum tigna decidere, & ferro per designata currente, cer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta manu trabem scindere. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Nō enim tecta cœnationum, epulas receptura parabātur, nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo uehiculorū ordine, uicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro grauia penderent. Furcæ utrinq; suspensæ fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, & in procliue dispositra, decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub his rectis habitauere, sed securi. Culmus liberos texit. Sub marmore atq; auro seruitus habitat. In illo quoq; dissentio à Posidonio, quod ferramenta fabrilia excogitata à sapientibus uiris iudicat. Isto enim modo dicat licet, sapientes fuisse, per quos, Tunc laqueis captare feras, & uallere uiseo Inuentum, & magnos canibus circundare saltus. Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc quoq; dissentio, sapientes fuisse, qui ferri metalla & æris inuenerunt, cum incendio syluarum adusta tellus, in summo uenas iacentes liquefactas fudisset. Ipsa tales inueniunt, quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis quæsitio mihi uidetur, quàm Posidonio. Vtrum malleus in usu esse prius an forcipes cœperunt. Vtraq; inuenit aliquis exercitati ingenij, acuti non magni, nec elati, & quicquid aliud corpore incuruato, & animo humum spectante quærendum est. Sapiens facilis uictu fuit. Quid ni, cum hoc quoq; seculo esse quàm expeditissimus cupiat? Quomodo oro te conuenit, ut Diogenem mireris, & Dædalum? Vter ex his sapiens tibi uidetur, qui serram commentus est: an ille qui cum uidisset puerum caua manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum è perula calicem, hac obiurgatione sui: quàm diu homo stultus superuacuas sarcinas habuit qui se complicuit in dolio, & in eo cubitauit? Hodie utrum tandem sapientiorē putas, qui inuenit quemadmodum
al.orcum in immensam altitudinem † crocum latentibus fistulis exprimat, qui Euripos subito aquarum impetu implet, aut siccat, uersatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atq; alia succedat, & toties tecta quoties fercula mutētur: an eum, qui & alijs & sibi hoc monstrat, quàm nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit? Posse nos habitare sine marmorario fabro, posse nos uestitos esse sine commercio Serum, posse nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus his, quæ terra posuit in summo? Quæ si audire humanum genus uoluerit, tam superuacuum sciet sibi cocū esse, quàm militem. Illi sapientes fuerunt, aut certe sapientibus similes, quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura cōstant necessaria, in delitijs laboratur etiā. Non desiderabis artifices, si sequere naturam: illa noluit esse districtos, ad quæcunq; nos cogebat, instruxit. Frigus intollerabile est corpori nudo. Quid ergo? Nunquid non pelles ferarum, & aliorum animalium à frigore satis, abundeq; defendere queunt? Non corticibus arborum, pleræq; gentes tegunt corpora? Non auium plumæ in usum uestis conseruntur? Non hodieq; magna Scytharum pars, tergis uulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia, & impenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorem solis æstiui umbra crassiore propellere. Quid ergo? Nō uetustas multa abdidit loca, quæ uel iniuria temporis, uel alio quolibet casu excauata in specum recesserunt? Quid ergo? Non quamlibet uirgeam cratem, texuerunt manu, & uili obliuerunt luto, deinde stipula alijsq; syluestribus operuere fastigium, & pluuijs per deuexa labentibus, hyemem
al.transegere † tranſiere securi? Quid ergo? Non in defosso latent Syrticæ gentes? quibus propter nimios solis ardores, nullum tegumentum satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arens humus. Non fuit tam inimica natura, ut cum omnibus alijs animalibus facilem actum uitæ daret, homo solus non posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil ægre quærendum, ut possit uita produci. Ad parata nati sumus, nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegumentaq; & fomenta corporum & cibi, & quæ nunc ingens negociū facta sunt, obuia erant, & gratuita, & opera leui parabilia. Modus enim omnium prout postulabat necessitas erat,
al.speciosa nos ista † preciosa, nos mira, nos magnis multisq; conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit, quæ quotidie seipsam incitat, & tot seculis crescit, & ingenio adiuuat uitia. Primo superuacua cœpit concupiscere, inde contraria, nouissime corpori animum addixit, & illius deseruire libidini iussit. Omnes istæ artes, quibus aut excitatur ciuitas, aut strepit, corporis negocium gerunt:

cui omnia

cui omnia olim tanquam seruo præstabantur, nunc tanquam domino parantur. Itaq; hinc textorum, hinc fabrorum officinæ sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium, mollesq; cantus & infractos. Recessit enim ille naturalis modus, desideria ope necessaria finiens. Iam rusticitatis & miseriæ est, uelle quantum sat est. Incredibile est mi Lucili, quàm facile etiam magnos uiros dulcedo orationis abducat à uero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex his qui plurimū philosophiæ contulerunt, dum uult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoq; ducantur: deinde quemadmodū tela suspensis ponderibus, rectum stamen extendat, quemadmodum subtegmen insertum, quod duriciam utrinq; comprimentis tramæ remolliat, separata coire cogantur, & iungi, textricum quoq; artem à sapientibus dixit inuentam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo, Inseritur mediū radijs subtegmen acutis. Quod lato pariunt insecti pectine dentes. Quid si contigisset illi uidere has nostri temporis telas, in quibus uestis nihil celatura cōficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? Transit deinde ad agricolas, nec minus facunde describit prosciſſum aratro solum, & † inter aratrum, quo solutior terra facilius pateat radicibus: *forte. iterum quonia eadem terra transucr sim proſcindi» tur*
tunc sparsa semina, & collectas manu herbas, ne quid fortuitum & agrest succrescat, quod necet segetem. Hoc quoq; opus ait esse sapientium, tanquam non nunc quoq; plurima cultores agrorū noua inueniant, per quæ fertilitas augeatur. Deinde non est contentus his artibus, sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem cœpit facere. Receptas, inquit, in os fruges, concurrens inter se duritia dentium frangit, & quicquid excidit, ad eosdem dentes lingua refertur. Tunc uero saliuæ miscetur, ut facilius per fauces lubricas transeat. Cum peruenit in uentrem, aqualiculi feruore concoquitur, tunc demum corpori accedit. Hoc alius quis secutus exemplar, lapidem asperum aspero imposuit, ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius expectat. Deinde utriusq; attritu grana franguntur, & sæpius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparsit, & assidua tractatione perdomuit, finxitq; panem, quem primo cinis calidus, & feruēs testa præcoxit. Deinde furni paulatim reperti, & alia genera, quorum feruor seruiret arbitrio. Non multum abfuit, quin sutrinum quoq; inuentum à sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim nō sapientis inuenta sunt, tam mehercules quàm nauigia, quibus amnes, quibusq; maria transimus, aptatis ad excipiendum uentorum impetum uelis, & additis à tergo gubernaculis, quæ huc atq; illuc cursum nauigij torqueant: & exemplum à pisci bus tractum est, qui cauda reguntur, & leui eius in utrunq; momento uelocitatē suam flectunt. Omnia hæc quidem, inquit, sapiens inuenit, sed minora, quàm ut ipse tractaret, sordidioribus ministris dedit. Imò non alijs excogitata ista sunt, quàm à quibus hodieq; curantur. Quædam nostra demum prodisse memoria scimus, ut specularium usum, perlucente testa, clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum, & impressos parietibus tubos, per quos circunfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret æqualiter. Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus fulgēt? Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta suscipimus? Quid uerborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt. Sapientia altius sedet, nec manus edocet, animorū magistra est. Vis scire quid illa erudirit, quid ne effecerit? Non † decoros corporis motus, nec uarios per tubam ac tibiam *al.dedecores* cantus, quibus exceptus spiritus, aut in exitu, aut in transitu formatur in uocem: non arma, nec muros, nec bella. Vtilia molitur, paci fauet, & genus humanum ad concordiam uocat. Non est inquam instrumentorū ad usus necessarios opifex. Quid illi tam paruula assignas? Artificem uides uitæ, alios quidem artes sub dominio habet. Nam cui uita, illi uitæ quoq; ornamenta seruiunt. Cæterum ad beatum statum tendit, illò ducit, illò uias aperit. Quę sint mala, quæ uideantur, ostendit, uanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam: inflatam uerò & exinani † speciosam reprimit, nec igno- *al.spacioſam*
rari sinit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rari sinit inter magna quid interſit & tumida, totius naturæ noticiã, ac suæ tradit. Quid
forte, hominũ sint dij, qualesq; declarat, quid inferi, quid lares & genij. Quid in secundã † numinum
formam animæ perpetuæ, ubi consistant, quid agant, quid possint, quid uelint. Hæc
eius initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum
templum mundus iste reseratur, cuius uera simulachra, uerasq; facies cernẽdas menti-
bus protulit. Nam ad spectacula tam magna hebes uisus est: ad initia deinde rerum re-
dit, & æternam rationem toti inditam, & uim omnium seminum singula propriè figu-
al. membra rantem. Tum de animo cœpit inquirere unde esset, ubi, quamdiu, in quot † membria
diuisus: Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit, ueritatemq; & argumenta
eius excussit. Post hæc, quemadmodũ discernerentur uitæ ac necis ambigua. In utraq;
enim falsa ueris immixta sunt. Non abduxit, inquam, se, ut Posidonio uidetur, ab istis
artibus sapiens, sed ad illas omnino non uenit. Nihil enim dignum inuentu iudicasset,
quod non erat dignum perpetuo usu iudicaturus, ponenda non sumeret. Anacharsin,
inquit, inuenit rotam figuli, cuius circuitu uasa formantur, Demum quia apud Home-
rum inuenitur figuli rota, mauult uideri uersus falsos esse quàm fabulã. Ego nec Ana-
charsin huius rei fuisse autorẽ contendo, & si fuit, sapiens quidem hoc inuenit, sed non
tanquam sapiens: sicut multa sapientes faciũt, quia homines sunt, non quia sapientes.
Puta uelocissimum esse sapientem, qui cursu omnes anteibit, quà uelox est, non quia sa-
piens. Cuperem Posidonio aliquem uitriarium ostendere, qui spiritu uitrum in habi-
tus plurimos format, qui uix diligenti manu effingerentur. Hæc inuenta sunt posiquã
sapientem inuenire desiuimus. Democritus, inquit, inuenisse dicitur fornicem, ut lapi-
dum curuatura paulatim inclinatorũ medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse.
Necesse est enim ante Democritum & pontes & portas fuisse, quarũ ferè summa cur-
uantur. Excidit porrò uobis eundem Democritum inuenisse, quemadmodum ebur
molliretur, quemadmodum decoctus calculus in smaragdum conuerteretur, qua ho-
al. ad hoc die q; coctura inuenti lapides † coctiles colorãtur. Ista sapiens licet inuenerit, non quia
utiles sapiens erat inuenit. Multa enim facit, quæ ab imprudentissimis aut æque fieri uide-
mus, aut peritius, aut exercitatius. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem pro-
xerit, quæris? Primum ueram naturam, quam non ut cætera animalia oculis secutus
est tardis ad diuina. Deinde uitæ legem, quam ad uniuersa direxit: nec nosse tantum,
sed sequi docuit deos, & accidentia non aliter excipere, quàm imperata. Vetuit parere
opinionibus falsis, & quãti quicq; esset uera æstimatione perpendit, damnauit mixtas
pœnitentiæ uoluptates. Et bona semper placitura laudauit, & palàm fecit, felicissimũ
esse, cui felicitate non opus est, potentissimum esse, qui se habet in potestate. Non de
ea philosophia loquor, quæ ciuem extra patriam posuit, extra mundum deos, quæ uir-
tutem donauit uoluptati: sed illa, quæ nullum bonum putat, nisi quod honestum est,
quæ nec hominis, nec fortunæ muneribus deleri potest, cuius hoc precium est, non
posse precio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi seculo, quo adhuc artificia des-
rant, & ipso usu discebant utilia, non credo, sicut ante fortunata tempora, cum in me-
dio iacerent beneficia naturæ promiscue utenda, antequam auaricia atq; luxuria diffo-
ciauere mortales, & ad rapinam ex consortio discucurrere, nõ erant illi sapientes uiri,
etiam si faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani, non alium
quisquam suspexerit magis, nec sicui permittat deus terrena formare, & dare gentibus
mores, aliud probauerit, quàm quod apud illos fuisse memoratur, apud quos nulli subi
gebant arua coloni, Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat, in me-
dium quærebant, ipsaq; tellus, Omnia liberius, nullo poscente ferebat. Quid homi-
num illo genere felicius? In cõmune rerum natura fruebatur, sufficiebat illa ut parens
in tutelam omnium, hæc erat publicarum opum secura possessio. Quid ni ego illud lo-
cupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non posses: Irri-
pit in res optime positas auaricia, & dum seducere aliquid cupit, atq; in suum uertere,
omnia fecit aliena, & in angustum ex immenso redacta, paupertatem intulit, & multa
forte, aruis concupiscendo, omnia amisit. Licet itaq; uelit nunc concurrere, & reparare quod per-
didit, licet agros agris adijciat, uicinum uel precio pellat † æris uel iniuria, licet in pro-
uinciarum

uinciarum spacium rura dilatet, & possessionem uocet, per sua longam peregrinatio-
nem, nulla nos finium propagatio eò reducet, unde discessimus. Cũ omnia fecerimus,
multum habebimus, uniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat illaborata, & in
usus populorum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat, id non minus
inuenisse quàm inuentũ monstrare alteri uoluptas erat, nec aut ulli superesse poterat,
aut deesse, inter concordes diuidebatur. Nondũ ualentior, imposuerat infirmiori ma-
num, nondum auarus abscondendo quod sibi faceret, alium necessarijs quoq; excluse
rat. Par erat alterius ac sui cura. Arma cessabant incruentæq; humano sanguine ma-
nus, odium omne in feras uerterant. Illi quos aliquod nemus densum à sole protexe-
rat, qui aduersus sæuitiam hyemis aut imbris, uili receptaculo tuti sub fronde uiue-
bant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Solicitudo nos in nostra purpura uer
sat, & acerrimis excitat stimulis, mollem somnum illis dura tellus dabat. Non impen-
debant celata laquearia, sed in aperto iacentes sydera superlabebantur, & insigne spe-
ctaculum noctium, mundus in præceps agebatur, silentio tantum opus ducens: tam
inter diem illis quàm noctem patebant prospectus huius pulcherrimæ domus. Libe-
bat intueri signa, ex media cœli parte uergentia, rursus ex occulto alia surgentia. Quid
ni iuuaret uagari inter tam late sparsa miracula? At uos ad omnem tectorum pauetis
sonum, & inter picturas uestras si quid increpuit, fugitis attoniti, Non habebant do-
mos instar urbium, Spiritus ac liber inter aperta flatus, & leuis umbra rupis aut arbo-
ris, & perlucidi fontes, riuiq; non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti,
sed sponte currentes, & prata sine arte formosa, inter hæc agreste domicilium, rustica
positum manu. Hæc erat secundũ naturam domus, in qua libebat habitare, nec ipsam,
nec pro ipsa timentem. Nunc magna pars nostri metus, tecta sunt. Sed quamuis egre-
gia illis uita fuerit, & carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere ma-
ximo nomen est, non tamen negauerim fuisse alti spiritus uiros, & (ut ita dicam) à dijs
recentes. Neq; enim dubium est, quin meliora mundus nondum effœtus ædiderit.
Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit, & ad labores paratior, ita non
erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura uirtutem. Ars est bonum
fieri. Illi quidem non aurum, nec argentum, nec perlucidos lapides ima terrarum fece
quærebant, parcebantq; adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat, ut homo homi
nem non iratus, non timens, tantum spectaturus, occideret. Nondum uestis illis erat
picta, nondũ texebatur aurũ, adhuc non eruebatur. Quid ergo? Ignorantia rerũ inno-
centes erant. Multum autem interest, utrum peccare aliquis nolit, aut nesciat. Deerat
illis iusticia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his uirtuti-
bus habebat similia quædam rudis uita, Virtus non contingit animo, nisi instituto &
edocto, & ad summum assidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc
nascimur, & in optimis quoq; anteq; erudias, uirtutis materia, non uirtus est. Vale.

EPIST. XCII. Quomodo ad omne quod euenire potest firmandus est animus.
Et quod omnia mortalium mortalitate damnata sunt. Vbi non indigna-
tione, sed æquanimitate opus est contra fatum.

LIberalis noster nunc tristis est, nunciato incendio, quo Lugdunensis colonia exu-
sta est, Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ suæ amantissi-
mum. Quæ res efficit, ut firmitatem animi sui quærat, quam uidelicet ad ea quæ time-
nedum, pro non modo ri posse putabat, exercuit. Hoc uerò tam inopinatum malum, & pene inauditum, non
miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim ciuitates incendium ue-
xauit, nullam abstulit. Nam etiã ubi hostili manu in tecta ignis immissus est, multis lo-
cis deficit, & quamuis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur, ut nihil ser-
ro relinquat. Terrarum quoq; uix unquam tam grauis & pernicios us fuit motus, ut ro
ta oppida everteret. Nunquam deniq; tam infestum ulli exarsit incendium, ut nihil al-
teri superesset incendio. Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare urbes singulas
possent, una nox strauit, et in tanta pace quantum ne bello quidem timeri potest, acci-
dit. Quis hoc credat? Vbiq; armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa secu-
ritas sit, Lugdunum quod ostendebatur in Gallia quæritur. Omnibus fortuna quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

publice afflixit, quod passuri erant, timere permisit. Nulla res magna, non aliquod habuit ruinæ suæ spacium, In hac una nox interfuit inter urbem maximam & nullam. Deniq; diutius illam tibi periſſe, quàm perijt, narro. Hæc omnia Liberalis noſtri affectum inclinant, aduersus sua firmum & erectum, nec sine causa concussus est. Inexpectata plus aggrauant. Nouitas adijcit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit. Ideò nihil nobis improuisum esse debet. In omnia præmittendus est animus, cogitandumq; non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna cum uoluit, & florentissimo detrahat? quod non eo magis aggrediatur & quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum, quidúe difficile est? Non una uia semper, ne tota quidem incurrit. Modo noſtras in nos manus aduocat, modo suis contenta uiribus, inuenit pericula sine autore: nullum tempus exceptum est, in ipsis uoluptatibus causæ doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit, & auxilia securitatis in metum transeunt. Ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hybernisq; maiores agitur æstiua tranquillitas, sine hoste patimur hostilia, & cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. Inuadit temperatissimos morbus, ualidissimos ptysis, innocentissimos pœna, secretissimos tumultus, Eligit aliquid noui, casus, per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multa dei indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit, horam, momentumq; temporis, euertendis imperijs sufficeere. Esset aliquod imbecillitatis noſtræ solatium, rerumq; noſtrarum, si tanta celeritate repararentur cuncta, quanta finiuntur. Nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum, nihil priuatim, nihil publice stabile est, tam hominum quàm urbium fata uoluuntur. Inter placidissima terror existit, nihilq; extra tumultuantibus causis, mala unde minimè expectabantur erumpunt. Quæ domesticis bellis steterant regna, quæ externis, impellente nullo ruunt. Quotaquæq; felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea, quæ possunt euenire, firmandus. Exilia, tormenta, bella, morbos, naufragia meditare. Potest te patriæ, potest patriam tibi casus eripere: potest te in solitudinem abijcere, potest hoc ipsum, in quo turba suffocatur, fieri solitudo. Tota ante oculos fortis humanæ conditio ponatur, nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire præsumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis uelut nouis obstupefieri. In plenũ cogitanda fortuna est. Quoties Asiæ, quoties Achaiæ urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprum quoties uastauit hæc clades? Quoties in se Paphus corruit? Frequenter nobis nunciati sunt totarum urbium interitus, & nos, inter quos frequenter ista nunciantur, quota pars omnium sumus? Cõsurgamus itaq; aduersus fortuita, & quicquid inciderit, sciamus non esse tam magnum, quàm rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta, ornamentumq; prouinciarum, quibus & inserta erat, & excepta, uni tamen imposita, & huic non altissimo monti. Omnium istarum ciuitatum, quas nunc magnificas ac nobiles audis, uestigia quoq; tempus eradet. Nõ uides, quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint, nec quicquam extet, ex quo appareat illas saltem fuisse? Non tantum manufacta labuntur, non tantum humana arte atq; industria posita uertit dies, luga montium diffluunt, totæ desedere regiones. Operta sunt fluctibus, quæ procul à conspectu maris stabant. Vastauit ignis colles, per quos elucebat, erosit & quondam altissimos uertices solatia nauigantium, ac speculas, ad humilem harenam deduxit. Ipsius naturæ opera uexantur, & ideò æquo animo ferre debemus urbium excidia. Casura omnia extant, omnibus exitus manet, siue interna ui flatuq; præclusa uiolenti pondus, sub quo tenentur, excusserint, siue torrentium in abdito uastior obstãtia effregerit, siue flammarum uiolentia compagines soli ruperit, siue uetustas, à qua nihil tutum est, expugnauerit minutatim, siue grauitas cœli egesserit populos, et situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum uias longum est. Hoc unum scio, omnia mortalium opera, mortalitate damnata sunt, inter peritura uiuimus, Hæc ergo atq; eiusmodi solatia admoueo Liberali noſtro, incredibili quodam

quodam patriæ suæ amore flagranti, quæ fortasse consumpta est, ut in melius excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, ut altius surgerent, & in alias imagines. Felicitatis urbis inimicus aiebat, Romæ sibi incendia ob hoc unũ dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quàm arsissent. In hac quoq; urbe uerisimile est certaturos omnes esse, ut maiora certioraq; quàm amisere restituantur. Sint utinam diuturna, & melioribus auspicijs in æuum longius condita. Nam huic coloniæ ab origine sua centesimus annus est, ætas ne homini quidem extrema. Deducta in hãc frequentiam, loci opportunitate conualuit. Quæ tamen grauissimos casus intra spacium humanæ pertulit senectutis. Itaq; formetur animus ad intellectum, patientiamq; sortis suæ, & sciat nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illam idem habere iuris, quod aduersus imperantes, aduersus urbes idem posse, quod aduersus homines. Nihil horum dedignandum est. In eum intrauimus mundum, in quo his legibus uiuitur. Placet? pare: non placet? quacunq; uis exi. Indignare, si quid in te iniquè proprie constitutum est. Sed si hęc imos summosq; necessitas alligat, in gratiam cum fato reuertere, à quo omnia resoluuntur. Non est quod nos tumulis metiaris, & his monumentis, quę uiam disparia prætexunt. Aequat omnes cinis, impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico. Tam Ardea capta, quàm Roma capta est. Conditor ille iuris humani, non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Vbi uerò ad finem mortalium uentum est, discede, inquit, ambitio, omnium quæ terram premunt, † seruus miles esto. Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Alexander Macedonũ rex discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quàm pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc quod intelligere debebat fallum se gerere cognomen. Quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa, quæ tradebantur, subtilia & diligenti intentione discenda, nõ quæ percipere posset uesanus homo, & trans oceanum cogitationes suas mittens. Facilia, inquit, me doce. Cui præceptor, inquit, Ista omnibus eadem sunt, æque difficilia. Hoc puta rerum naturam dicere. Ista de quibus quæris, omnibus eadẽ sunt, nulli dari faciliora possunt, sed quisquis uolet, sibijpsi illa reddet faciliora. Quomodo? æquanimitate. Et doleas oportet, & sitias, & esurias, & senescas, & si tibi longior contigerit inter homines mora, & ægrotos, & perdas aliquid, & pereas. Non est tamen quod istis qui te circumstrepunt credas, Nihil horum malum est, nihil intolerabile, aut durũ. Ex consensu istis metus est. Sic mortem times, quomodo famam. Quid autem stultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse uoces imperitorum, quo uentre redditos crepitus, Quid enim, inquit, mea refert, sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est uereri, ne infameris ab infamibus? Quemadmodũ famam extimuistis sine causa, sic & illa, quæ nunquam timeretis, nisi fama uicisset. Nunquid detrimenti faceret uir bonus, iniquis rumoribus aspersus? nec morti quidem hæc apud nos nocent: & hoc malam molitionem habet. Nemo eorum qui illam accusant expertus est. Interim temeritas est, damnare quod nescias. At illud scis quàm multis utilis sit, quàm multos liberet tormentis, egestate, querelis, supplicijs, tedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Vale.

forte, similis.

EPIST. XCIII. Disputatio cõtra dicentes solam uirtutem non facere beatum sine externis commodis. Vel facere quidem beatum, sed non beatissimum.

Vbi tradit hæc fortuita, nec bona esse nec mala. Et nec beatum facere, nec miserum. Et de excellentia animi.

PVto inter me teq; conueniat, externa corpori acquiri, corpus in honorem animi coli, in animo esse partes mixtas, per quas mouemur alimurq;, propter ipsum principale nobis datas. In hoc principali aliquid irrationale est, & rationale. Illud huic seruit. Hoc unum est, quod aliò non refertur, sed omnia ad se perfert. Nam illa quoq; diuina ratio omnibus præposita est, ipsa sub nullo est. Et hæc autem nostra eadem est, quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit, sequitur ut de illo quoq; cõueniat, in hoc uno positam esse beatam uitam, ut in nobis ratio perfecta sit. Hæc enim sola non submittit

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit animum, stat contra fortunam. In quolibet rerum habitu, seruata seruat. Id autē unum bonum est, quod nunquam desringitur. Is, inquam, beatus, quem nulla res minorē facit, tenet summa, & ne ulli quidem nisi sibi, innixus. Nā qui aliquo auxilio sustinetur, potest cadere. Si aliter est, incipient in nobis multum ualere non nostra. Quis autem uult constare fortuna, aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita? securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si ueritas tota perfecta est. si seruatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, & innoxia uoluntas, aut benigna, intenta rationi, nec unquā ab ista recedens, amabilis simul mirabilisq; Deniq; ut breuiter tibi formulam scribam, Talis animus sapientis esse uiri debet, qualis deū decet. Quid potest desiderare, is cui omnia honesta contingant? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata uita, sine quibus nō est. Et quid stultius, turpiusue, quàm bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoq; inter magnos sectæ huius autores, aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit, die non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit? Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentū? Si non es sola honestate contentus, necesse est, aut quietem adijci uelis, quam ἀπονίαν
5 uocant Græci, aut uoluptatem, Horum alterum utcūq; recipi potest. Vacat enim animus molestia, liber ad conspectum uniuersi, nihilq; illum auocat à contemplatione naturæ. Alterum illud, uoluptas, bonum pecoris est. Adijcimus rationali irrationale, ho-
6 nesto inhonestum. Magno uitam facit titillatio corporis? Quid ergo dubitatis dicere, bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter uiros numeras, sed inter homines, cuius summum bonum saporibus, ac coloribus, ac sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo, ac dijs secūdo, mutis aggregetur animal pabulo lætum. Irrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, impotentem, positam in affectionibus: alteram humilem, languidam, uoluptatibus deditam. Illam effrænatam, meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem uiro, reliquerunt. Hanc necessariam beatę uitæ putauerunt, inermem & abiectam. Huic rationem seruire iusserunt, & fecerunt animalis generosissimi bonum, demissum & ignobile. Præterea mixtum, portentuosumq;, & ex diuersis animaliū congruentibus membris. Nam, ut ait Virgilius noster in Scylla, Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo Pubetenus, postrema immani corpore pistrix, Delphinum caudas utero commissa luporum. Huic tamen Scyllæ fera animalia iuncta sunt, horrenda, uelocia, at ista sapientiam ex quibusdam composuere portentis. Prima hominis pars est ipsa uirtus. Huic committitur inutilis caro, & fluida & receptandis tantum cibis habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa diuina, in lubricum desinit, & superioribus eius partibus uenerandis atq; cœlestibus, animal iners ac marcidum attexitur. Illa utcunque alta quies nihil quidem ipsa animo præstabat, sed impedimenta remouebat. Voluptas ultro dissoluit, & omne robur emollit. Quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corporum. Fortissimæ rei inertissima astruitur, seueriss imæ parum seria, sanctissimæ intemperās uisq;
al. ingesta. ad †indigesta. Quid ergo, inquit, si uirtutē nihil impeditura sit bona ualitudo, & quies & dolorum uacatio, nónne petes illas? Quid ni petam? Non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, & quia bono à me iudicio sumuntur. Quod erit in illis tunc bonum? hoc unum, bene elegi. Nam cum uestem qualem decet sumo, cum ambulo ut oportet, cum cœno quemadmodum debeo, non cœna, aut ambulatio, aut uestis bona sunt, sed meum in his propositum, seruantis in quaq; re rationi conuenientem modum. Etiam nunc adijciam, Mundæ uestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda uestis, sed mundæ uestis electio, quia non in re bonum est, sed in electione, Quia actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa quæ aguntur. Quod de ueste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc quoq; natura, ut quandam uestem animo circumdedit, uelamentum eius est. Quis autem unquam uestimenta æstimauit arculae?

Nec

Nec bonum, nec malum uagina gladium facit. Ego de corpore quoq; idem tibi respondeo. Sumpturum quidem me, si detur electio, & sanitatem, & uires. Bonū autem futurum, iudicium de illis meum, non ipsa. Est quidem, inquit, sapiens beatus. Summum enim bonum non sequitur, nisi illi et naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse, qui uirtutem habet, non potest. Beatissimus autem non est, qui naturalibus bonis destituitur, ut ualitudine & membrorum integritate. Quod incredibilius uidetur, id concedis, aliquem in maximis & continuis doloribus non esse miserum, etiam beatum: quod leuius est, negas, beatissimum esse. Atqui si potest uirtus efficere, ne miser aliquis sit, facilius efficiet, ut beatissimus sit. Minus enim interualli à beato ad beatissimum restat, quàm à misero ad beatum. An quæ res tantum ualet, ut †exceptum ca- al. ereptum.
lamitatibus inter beatos locet, nō potest adijcere quod supersit, ut beatissimum faciat? In summo deficit cliuo? Commoda sunt in uita & incommoda, utraq; extra nos. Si non est miser uir bonus, quamuis omnibus prematur incommodis, quomodo non beatissimus, si aliquibus cōmodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usq; ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur à beatissimo. Sed tam sine commodis beatissimus est, quàm non est sub incommodis miser.
†Aut potest illi eripi bonū suū, si potest minui. Paulò ante dicebā, igniculum nihil cō- aliàs. An non
ferre lumini solis. Claritate enim eius quicquid sine eo lucet, absconditur. Sed quædā, potest.
inquit, soli quoq; obstant. At solis uis & lux integra est, etiā inter opposita: & quāuis aliquid interiaceat, quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur. Quoties inter nubila luxit, non est sereno minor, nec tardior quidem: quoniam multum interest, utrū aliquid obstet tantum, an impediat. Eodem modo uirtuti opposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non æque apparet aciter, sibi cadē est, & more solis obscuri, in occulto uim suam exercet. Hoc itaq; aduersus uirtutē possunt calamitates, & damna, & iniuriæ, quod aduersus solē potest nebula. Inuenitur qui dicat sapientem corpore parum prospero usum, nec miserū esse, nec beatū. Hic quoq; fallitur. Exæquat enim fortuita uirtutibus, & tantundem tribuit honestis quantū honestate carentibus. Quid autem fœdius, quid indignius, q̄ cōparare ueneranda contemptis? Veneranda enim sunt, fides, iustitia, pietas, fortitudo, prudentia. Econtrario uilia sunt, quæ sæpe contingunt pleniora uilissimis, crus solidum, & lacertus, & dentes, & horū sanitas, firmitasq;. Deinde si sapiens cui corpus molestū est, nec miser habebitur, nec beatus, sed medio relinquetur, uita quoq; eius nec appetenda erit, nec fugienda. Quid autē tam absurdum, q̄ sapientis uitam appetendam non esse? Aut quid tam extra fidem, quàm esse aliquam uitam, nec appetendam, nec fugiendā? Deinde si damna corporis miserum nō faciunt, beatū esse patiuntur. Nam quibus potentia non est in peiorem transeundi statum, nec interpellandi quidem optimum. Frigidum, inquit, aliquid & calidum nouimus. Inter utrumq; tepidum est, Sic aliquis beatus est, aliquis miser, aliquis nec miser nec beatus. Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum, si plus calidi affudero, fiet nouissimè calidū. At huic, nec misero, nec beato, quantumcunq; ad miserias adiecero, miser non erit, quemadmodū dicitis, Ergo imago ista dissimilis est. Deinde tradio tibi hominem, nec miserū, nec beatū. Huic adijcio cæcitatem, nō fit miser. Adijcio debilitatem, non fit miser. Adijcio dolores cōtinuos & graues, miser non fit. Quē tam multa mala in miseram uitam non transferunt, nec ex beata quidem educunt. Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato, in miserum decidere, nō potest in non beatū. Quare enim qui illa cœpit, alicubi subsistat? Quæ res non patitur illum ad imū deuolui, retinet in summo. Quid ni, nō possit beata uita rescindi? Nec remitti quidē potest, & ideò uirtus ad illam per seipsa satis est. Quid ergo, inquit, sapiens nō est beatior qui diutius uixerit, quem nullus auocauit dolor, q̄ ille qui cū mala fortuna sæpe luctatus est? Respondemihi, Nunquid & melior est, & honestior? Si hæc non sunt, nec beatior quidē est. Rectius uiuat, oportet, ut beatius uiuat: si rectius non potest, ne beatius quidem. Non intenditur uirtus, ergo ne beata quidem uita, quæ ex uirtute est. Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutas non sentiat, breuitatem æui, & dolorem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& corporum uarias offensiones. Nam uoluptas nō est digna ad quam respiciat. Quid est in uirtute præcipuum? Futuro non indigere, nec dies suos computare, in quantolibet tempore bona æterna consumat. Incredibilia nobis hæc uidentur, & supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur, & uitijs nostris nomen uirtutis imponimus. Quid porrò non æque incredibile uidetur, aliquem in summis cruciatibus positum, dicere, beatus sum? Atqui hæc uox in ipsa officina uoluptatis est audita. Beatissimum, inquit, hunc et ultimum diem ago Epicurus, cum illum hinc urinæ difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor uentris. Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos, qui uirtutem colunt, cum apud eos quoq; reperiantur, apud quos uoluptas imperauit? Hi quoq; degeneres & humillimæ mentis aiunt, in summis doloribus, in summis calamitatibus, sapientem nec miserum futurum, nec beatū. Atqui hoc quoq; incredibile est, imò incredibilius. Non uideo enim quomodo in infimum agatur, è fastigio suo deiecta uirtus. Aut beatū præstare debet, aut si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. Stans non potest uinci, aut uincatur oportet, aut uincat. Dijs, inquit, immortalibus solis, & uirtus & beata uita contingit, Nobis umbra quædam illorum bonorum, & similitudo. Accedimus ad illa, nō peruenimus. Ratio uerò dijs hominibusq; communis est. Hæc in illis cōsummata est, in nobis consummabilis. Sed ad desperationem nos uitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus est, ut aliquis parum constans ad custodienda optima, cuius iudicium labat etiamnum & incertum est, desiderat oculorum atq; aurium sensum, bonam valetudinem, & non fœdum aspectum corporis, & habitu manente suo, ætatis præterea longius spacium. Per hanc potest nō pœnitenda agitare, ut imperfecto uiro. Huic, malitiæ uis quędam inest, quia animum habet mobilem, ad praua. Ille agit carens malitia,
7 & ea agitatio abest à bono. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur. Cuicunq; autem deest aliquid ad bonum, malus est. Sed si cui uirtus animusq; in corpore præsens, hic deos æquat, illò tendit originis sui memor. Nemo improbe eò conatur ascendere, unde descenderat. Quid est autem, cur non existimes in eo diuini aliquid existere, qui dei pars est? Totum hoc quo continemur, & unum est, & deus, & socij eius sumus, & membra. Capax est noster animus, perfertur illò, si uitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorū habitus erigitur, & spectat in cœlum, ita animus, cui inquantum uult, licet porrigi: in hoc à natura rerum formatus est, ut paria dijs uelit, & sic utatur suis uiribus, ac se in spacium suum extendat. Nam si aliena ui ad summa niteretur, magnus erat labor, ire in cœlum. Redit, cū hoc iter ad quod natus est, uadit audacter, & contemptor omnium, nec ad pecuniam respicit: aurum argentumq; illis in quibus iacuere tenebris dignissima, non hoc æstimat splendore, quo imperitorum uerberant oculos, & auerterunt à cœlo, ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit. Scit, inquā, alibi positas esse diuitias quàm quò congeruntur, animū impleri debere, non arcam. Hunc imponere dominio omnium rerum licet, hunc in possessionem rerum naturæ inducere, ut suarum possessionum orientis occidentisq; terminus fiat, deorumq; ritu cuncta possideat, cum opibus suis diuites superne despiciat, quorum nemo tam lætus est suo, quàm tristis alieno. Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoq;, uelut oneris necessarij, nō amator, sed procurator est: nec se illi cui impositus est, subijcit. Nemo liber est, qui corpori seruit. Nam ut alios dominos, quos nimia pro illo sollicitudo inuenit, transeas, ipsius morosum imperium delicatumq; est. Ab hoc, modo æquo animo exit, modo magno prosilit, nec quis deinde reliquijs eius futurus sit exitus, quærit. Sed ut ex barba capillos detonsos negligimus, ita ille diuinus animus egressurus hominem, quò receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicat pertinere, q̄ secundas ad æditum infantem. Vtrū proiectum aues differant, an consumatur canibus data præda marinis, quid ad illum? Qui tunc quoq; cum inter homines est, nullas minas timet, ullas ne timebit post mortem minas eorum, quibus usq; ad mortem timeri parum est? Non cōteret, inquit, me, nec uncus, nec proiecti ad contumeliam cadaueris laceratio, fœda uisuris. Neminem de supremo officio rogo. Nulli reliquias meas cōmendo, ne quis insepultus esset, rerū natura

natura prospexit. Quem fœuitia proiecerit, dies condet. Diserte Mœcenas ait, Nec tumulum curo, sepelit natura relictos. Alte cinctum putes dixisse. Habuit enim ingeniū & grande & uirile, nisi illud ipse discinxisset. Vale.

EPIST. XCIIII. De breuiori uita non curandum. Et quod amplissimum uitæ spacium est usq; ad sapientiam uiuere.

IN epistola qua de morte Metronactis philosophi querebaris, tanquam & potuisset diutius uiuere, & debuisset, æquitatem tuam desideraui, quæ tibi in omni persona, in omni negocio supereſt, in una re deest, in qua omnibus. Multos inueni æquos aduersus homines, aduersus deos neminem. Obiurgamus quotidie fatum. Quare ille in medio cursu raptus est? Quare ille non rapitur? Quare senectutem & sibi & alijs grauem extendit? Vtrum obsecro te æquius iudicas, te naturæ, an tibi parêre naturam? Quid autem interest, quàm cito exeas, dum utiq; exeundum est? Non ut diu uiuamus curandum est, sed ut satis. Nam ut diu uiuas, fato opus est, ut satis, animo. Longa est uita, si plena est, Impletur autem, cum animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. Quid illum octoginta anni iuuant, per inertiam exacti? Non uixit iste, sed in uita moratus est, nec sero mortuus, sed diu. Octoginta annis uixit. Interest, mortem eius ex quo die numeres. At ille obijt uiridis, sed officia boni ciuis, boni amici, boni filij executus est. In nulla parte cessauit, licet eius ætas imperfecta sit, uita perfecta est. Octoginta annis uixit, imò octoginta annis fuit: nisi forte sic uixisse eum dicis, quomodo dicuntur arbores uiuere. Obsecro te mi Lucili hoc agamus, ut quemadmodum preciosa rerum, sic uita nostra, non pateat multū, sed multum pendat. Actu illam metiamur, non tempore. Vis scire quid inter hunc interſit uegetū contemptoremq; fortunæ, functum omnibus uitæ humanæ stipendijs, atq; in summum bonum eius euectum, & illum cui multi anni transmissi sunt? Alter post mortem quoque est, alter ante mortem perijt. Laudemus itaq;, et in numero felicium reponamus eum, cui quantulumcūq; temporis contigit, bene collocatum est. Vidit enim ueram lucem, non fuit unus è multis, & uixit, & uiguit. Aliquando sereno usus est, aliquando, ut solet, ualidi syderis fulgor, per nubila emicuit. Quid quæris quādiu uixerit. Vixit, ad posteros usq; transilijt, & se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere recusauerim, nihil tamen ad beatam uitam defuisse dicam, si spatiū eius incidatur. Non enim ad eum diem me aptaui, quem ultimum mihi spes auida promiserat, sed nullum non tanquam ultimum aspexi. Quid me interrogas, quando natus sim? An inter iuniores adhuc censear? Habeo meum. Quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus, sic & in minore tēporis modo potest esse uita perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim, alienū est, quamdiu uero uir bonus sim, meum est. Hoc à me exige, ne uelut per tenebras æuum ignobile emetiar, ut agam uitam, ut non præteruehar. Quæris quod sit amplissimum uitæ spatium? Vsq; ad sapientiam uiuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longissimum finem, sed maximum. Ille uero glorietur audacter, & dijs agat gratias, interq; eos sibi, & rerum naturæ imputet, quod fuit. Merito enim imputabit, meliorem illi uitam reddidit quàm acceperit. Exemplar boni uiri posuit, quantusq; esset ostendit. Siquid adiecisset, fuisset simile præterito. Et tamen quousq; uiuimus omnium rerum † cogitatione functi sumus. Scimus ad quid principalis natura se attollat, quemadmodū ordinet mundum, per quas uices annum reuocet. Quemadmodum omnia quæ usquam erant cluserit, & seipsam sui finem fecerit. Scimus syderā impetu suo uadere, præter terram nihil stare, cætera continua uelocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna prætereat. Quare tardior uelociorem post se relinquat. Quomodo lumen accipiat, aut perdat, quæ causa inducat noctem, quæ reducat diem. Illuc eundum est, ubi ista propius aspicias. † Nec hac spe, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patêre mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti, etiam inter illos fui, animumq; illò meum misi, & ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, & post mortem nihil ex homine restare: æque magnum animum habeo, euā si nusquā transiturus accedo. Non tam multis uixit annis, quàm potuit. Et paucorum uer suum liber est, & quidem laudandus atq; utilis. Annales Tamusij scis quàm

al. cognitione

al. Nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

al. non desiderо, etsi sint qui uocentur: seu potius iocẽtur.

† non decori sint, & qui uocentur. Hæc est uita quorũdam longa, & quod Tamusij scquitur annales. Nunquid feliciorem iudicas eum, qui summo die muneris, quàm eum qui medio occiditur. Nunquid aliquem esse tam cupidũ uitæ putas, ut iugulari in spoliario, quàm in arena malit. Nõ maiore spatio alter alterum præcedimus. Mors per omnes it. Qui occidit, consequitur occisum. Minimũ est, de quo solicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet quamdiu uites, quod euitare non possis. Vale.

EPIST. XCV. Vtrum pars philosophiæ superfluat disputatio & solutio, & de annotatione contra malum popularis opinionis.

EAm partem philosophiæ, quæ dat propria cuiq; personæ præcepta, nec in uniuersum componit hominem, sed marito suadet, quomodo se gerat aduersus uxorẽ, patri, quomodo educet liberos, domino quomodo seruos regat, quidam solam recepe rant, cæteras quasi extra nostram utilitatem uagantes reliquerant, tanquam quis posset de parte suadere, nisi qui summam prius totius uitæ complexus est. Sed Ariston Stoicus è contrario hanc partem leuem existimat, & quæ non descendat in pectus usq;, Atillam habentem præcepta, plurimum ait proficere, ipsaq; decreta philosophiæ, constitutionemq; esse summi boni, quam qui bene intellexit & didicit, quid in quaq; re faciendum sit, libij ipse præcepit. Quemadmodum qui iaculari discit, destinatum locum captat, & manum format, ad dirigenda quæ mittit. Cum hanc uim ex disciplina & exercitatione percepit, quocunq; illa uult utitur. Didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quodcunq; uoluerit, Sic qui se ad totam uitam instruxit, nõ desiderat particulatim admoneri, doctus in totum, non quomodo cum uxore aut cum filio uiueret, sed quomodo bene uiueret. In hoc est, & quomodo cum uxore ac liberis uiuat. Cleanthes utilem quidem iudicat & hanc partem, sed imbecillem, nisi ab uniuerso fluit, nisi decreta ipsa philosophiæ & capita cognouit. In duas ergo quæstiones locus iste diuiditur. Vtrum utilis an inutilis sit, & an solus uirum bonum possit efficere, id est, utrum superuacuus sit, an omnes faciat superuacuos. Qui hanc partem uideri uolunt superuacuam, hoc aiunt. Siquid oculis oppositum moratur aciem, remouendum est: illo quidem non abiecto operam perdidit, qui præcepit, Sic ambulabis, illò manum porrigẽs. Eodem modo ubi aliqua res obcæcat animum, & ad officiorum dispiciendum ordinem impedit, nihil agit qui præcipit, sic uiues cum patre, sic cum uxore. Nihil enim proficient præcepta, quamdiu menti error obfusus est: si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio. Alioquin doces illud, quod sano faciendum sit, non sanum efficis. Pauperi utagat diuitem monstras. Hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Ostendis etirrienti, quid tanquam satur faciat, Fixam potius medullis famem detrahe. Idem tibi de omnibus uitijs dicam, ipsa remouenda sunt, nõ præcipiendum, quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones falsas, quibus laboramus, expuleris, nec auarus quomodo utendum pecunia sit, exaudiet: nec timidus, quomodo pericula contemnat. Efficias oportet, ut sciat pecuniam, nec bonum nec malum esse. Ostendas illi miserrimos diuites. Efficias, ut quicquid publice expauimus, sciat non esse timendum, quàm famam circumfert, nec dolorẽ quoq; nec mortem, Sæpe in morte, quam pati lex est, magnum esse solatium, quod ad neminem redit: in dolore pro remedio futuram obstinationem animi, qui leuius facit sibi, quicquid contumaciter passus est. Optimam doloris estimaturam, quod non potest, nec qui extenditur magnus esse, nec qui est magnus, extendi. Omnia fortiter excipienda, quæ nobis mundi necessitas imperat. His decretis cum illum in conspectum suæ conditionis adduxeris, & cognouerit beatam uitam esse, non quæ secundum uoluptatem est, sed secundũ naturam, cum uirtutem unicum bonum hominis adamauerit, turpitudinem solum malum fugerit, reliqua omnia, diuitias, honores, bonam ualetudinem, uires, imperia, scierit esse mediam partem, nec bonis annumerandam nec malis, monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat: sic incede, fic cœna: hoc uiro, hoc fœminæ, hoc marito, hoc cœlibi conuenit. Ista enim qui diligenter sime monent, ipsi facere non possunt. Hæc pædagogus puero, hæc auia nepoti præcipit: & trascendum non esse, magister iracundissimus disputat. Si ludum literarum intraueris, scies ista, quæ ingenti supercilio philosophi iactant, in puerili esse præscripta.

Vtrum

Vtrum manifesta demum an dubia præcipies? Non desiderant manifesta monitores, præcipienti dubia non creditur. Superuacuum est ergo præcipere. Id adeò sic disce, Si iam mones quod obscurum est & ambiguum, probationibus adiuuãdum erit. Si probaturus es, illa per quæ probas plus ualent, satisq; per se sunt. Sic amico utere, sic ciue, sic socio. Quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iusticia tradit. Illic inuenio æquitatem per se expetendam, nec metu nos ad illam cogi, nec mercede conduci. Non esse iustum, cui quicquam in hac uirtute placet, præter ipsam. Hæc cum persuasi mihi & † perbibi, quid ista præcepta proficiunt, quæ eruditum docent? Præcepta dare scienti superuacuum est, nescienti parum. Audire enim debet, non tantum quid sibi præcipiatur, sed etiam quare. Vtrum, inquam, ueras opiniones habẽti de bonis malisq; sunt necessaria, an non habenti? Qui non habet, nihil à te adiuuabitur, aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. Qui habet exactũ iudicium de fugiendis petendisq;, scit sibi faciendum, scit etiam te tacente. Tota ergo pars ista philosophiæ submoueri potest. Duo sunt propter quæ delinquimus. Aut inest animo prauis opinionibus malicia contracta: aut etiã si non est falsis occupatus, ad falsa procliuis est, & cito specie quò non oportet trahente, corrumpitur. Itaq; debemus, aut curare mentem ægram & uitijs liberare: aut uagantem quidem, sed ad peiora pronam, præoccupare. Vtrunq; decreta philosophiæ faciunt. Ergo tale præcipiendi genus nihil agit. Præterea si præcepta singulis damus, incomprehensibile opus est. Alia enim dare debemus fœneranti, alia colenti agrum, alia negocianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturo. In matrimonio præcipias, quomodo uiuat cum uxore aliquis quam uirginem duxit, quomodo cum ea, quæ alicuius matrimonium experta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis, inter sterilem & fœcundam, inter prouectiorem et puellam, inter matrem et nõ uercam? Omnes species complecti non possumus. Atqui singulæ propria exigunt. Leges autem philosophiæ breues sunt, & omnia alligant. Adijce nunc, quod sapientis præcepta finita esse debent, & certa: siqua finiri non possunt, extra sapientiam sunt. Sapientia rerum terminos nouit. Ergo ista pars præceptiua submouenda est, quia quod paucis promittit, præstare omnibus non potest. Sapientia autem omnes tenet. Inter insaniam publicam, & hanc quæ medicis traditur nihil interest, nisi quod hæc morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex ualetudine, altera animi mala ualetudo est. Siquis furioso præcepta det, quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in priuato, erit ipso quem monebit insanior. Si bilis nigra curanda est, & ipsa furoris causa remouenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est, ipse discuti debet, alioquin abibunt in uanum monentium uerba. Hæc ab Aristone dicuntur. Cui respondebimus ad singula. Primum aduersus illud quod ait, siquid obstat oculo, & impedit uisum, debere remoueri, Fateor huic nõ esse opus præceptis ad uiuendum, sed remedio quo purgetur acies, & officientem sibi moram effugiat. Natura enim uidemus, cui usum sui reddit, qui remouet obstantia. Quid autem cuique debeatur officio, natura non docet. Deinde cuius curata suffusiõ est, is non protinus cum uisum recepit, alijs quoq; potest reddere. Malicia liberatur, & liberatis non est opus exhortatione, nec consilio quidem: ut colorum proprietates oculus intelligat, à nigro album, etiam nullo monente, distinguet. Multis contra præceptis eget animus, ut uideat quid agendum sit in uita. Quanquam oculos quoq; ægros medicus non tantum curat, sed etiam monet. Non est, inquit, quod protinus imbecillam aciem committas improbo lumini, à tenebris primo ad umbrosa procede, deinde plus aude, & paulatim claram lucem pati assuesce. Non est quod post cibum studeas, non est quod plenis oculis, ac tumentibus imperes. Afflatum & uim frigoris in os occurrentis euita: alia eiusmodi, quæ non minus quàm medicamenta proficiunt. Adijcit remedijs medicina consilium. Error, inquit, est causa peccandi. Hunc nobis præcepta non detrahunt, non expugnant opiniones de bonis ac malis falsas. Concedo per se efficacia præcepta non esse ad auertendam prauam animi persuasionem, sed non ideo, ne alijs quidem adiecta proficiũt. Primũ memoriã renouant. Deinde quæ in uniuersũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

confusius uidebantur, in partes diuisa diligentius considerantur. Aut tu isto modo licet & consolationes dicas superuacuas, & exhortationes. Atqui nō sunt superuacuæ. Ergo ne monitiones quidem. Stultum est, inquit, præcipere ægro, quid facere tāquam sanus debeat, cum restituenda sanitas sit, sine qua irrita sunt præcepta. Quid quod habent ægri saniq; quædam communia, de quibus admonendi sunt, tanq; ne auide cibos appetant, ut laßitudinem uitent. Habent quædā præcepta communia pauper et diues. Sana, inquit, auariciam, & nihil habebis, quod admoneas, aut pauperem, aut diuitem, si cupiditas utriusq; consideret. Quid quod aliud est, non concupiscere pecuniam, aliud uti pecunia scire? cuius auari modum ignorant, etiam non auari usum. Tolle, inquit, errores, superuacua præcepta sunt. Falsum est. Puta enim auaritiam relaxatam, puta astrictam esse luxuriam, temeritati frænos iniectos, ignauiæ subditum calcar, etiam remotis uitijs, quid & quemadmodū debeamus facere discendū est. Nihil, inquit, efficiēt monitiones admotæ grauibus uitijs. Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit, tamen adhiberur alijs in remedium, alijs in leuamētum. Ne ipsa quidem uniuersæ philosophiæ uis, licet tota in hoc uires suas aduocet, duram iam & ueterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia nō omnia. Quid prodest inquit, aperta monstrare? Plurimū, Interdum enim scimus, nec attendimus. Nō docet admonitio, sed aduertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi. Pleraq; ante oculos posita transimus. Admonere genus adhortādi est. Sæpe animus etiam aperta dissimulat. Ingerenda est itaq; illi noticia rerum notissimarū. Illa hoc loco in Vatiniū Calui repetenda sententia est. Factum esse ambitum scitis, & hoc uos scire omnes sciunt. Scis amicitias sancte colendas esse, sed non facis. Scis improbū esse, qui ab uxore pudicitiā exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Scis ut illi nil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice, & non facis. Itaq; subinde reducendus es ad memoriam. Non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quæcunq; salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe uersari, non ut tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Adijce nunc quod aperta quoq; apertiora fieri solent. Si dubia sunt, inquit, quæ præcipis, probationes adijcere debebis. Ergo illæ, non præcepta proficient. Quid quod, etiam sine probationibus, ipsa monentis autoritas prodest? sic quomodo iurisconsultorum ualent responsa, etiam si ratio non redditur. Præterea ipsa quæ præcipiuntur, per se multum habent ponderis, utiq; si aut carmini intexta sunt, aut prosa oratione in sententiam coartata. Sicut illa Catoniana, Emas, non quod opus est, sed quod necesse est, Quod non opus est, asse charum est. Qualia sunt illa, aut reddita oracuło, aut similia. Tēpori parce, Te nosce. Nunquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? Iniuriarū remedium est oblitio. Audentes fortuna iuuat. Piger sibi ipse obstat, Aduocatum ista non quærunt, affectus ipsos tangunt, & natura uim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter quàm scintilla flatu leui adiuta, ignem suum explicat. Erigitur uirtus cum tacta est & impulsa. Præterea quædam sunt quidem in animo, sed parū prompta, quæ incipiūt in expedito esse, cum dicta sunt. Quædam diuersis locis iacent sparsa, quæ cōtrahere inexercitata mens non potest. Itaq; in unum conferenda sunt, & iungenda, ut plus ualeant, animū quoq; magis alleuent. Aut si præcepta nihil adiuuant, omnis institutio tollenda est. Ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt, non uident aliud ingenium esse hominis mobilis & erecti, aliud tardi & hebetis. Vtiq; alius alio ingeniosior est. Ingenij uis præceptis alitur & crescit, nouasq; persuasiones adijcit innatis, & deprauata corrigit. Si quis, inquit, non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuuabunt uitijs obligatum? Hoc scilicet, ut liberetur. Non enim extincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata & oppressa. Sic quoq; tentat resurgere, & contra praua nititur. Nacta uerò præsidium, & adiuta præceptis, conualescit, si tamen illam diutina pestis, non infecit, nec enecuit. Hanc enim ne disciplina quidem philosophiæ toto impetu suo cōnixa, restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiæ & præcepta, nisi quod illa generalia præcepta sunt, hæc specialia? Vtraq; res præcipit, sed altera in totum, particulatim altera. Si quis, inquit, recta habet & honesta decreta, hic ex superuacuo monetur. Minime, Nam hic quoq;

Quod nō opus est, asse charū est.

quoque doctus quidem est facere, quæ debet, sed ad hæc non satis prospicit. Non enim tantum affectibus impedimur, quo minus probanda faciamus, sed imperitia inueniendi, quid quæq; res exigat. Habemus interdum compositum animum, sed residem & inexercitatum ad inueniendum officiorum usum, quam admonitio demonstrat. Expelle, inquit, falsas opiniones de bonis & malis, in locum autem earum ueras repone, & nihil habebit admonitio, quod agat. Ordinatur ista sine dubio ratione animus, sed non ista tantum. Nam quamuis argumentis collectum sit, quæ bona, quæ mala sint, nihilominus habent præcepta partes suas, & prudentia, & iustitia officijs constant, officia præceptis disponuntur. Præterea ipsum de bonis malisq; iudicium confirmatur officiorum executione, ad quam præcepta perducunt. Vtraque enim inter se consentiunt, nec illa possunt præcedere, ut non hæc sequantur, etsi hæc ordinem sequuntur suum. Vnde apparet illa præcedere. Infinita, inquit, præcepta sunt. Falsum est. Nam de maximis ac necessarijs rebus non sunt infinita. Tenues autem differētias habent, quas exigunt tempora, loca, personæ. Sed his quoq; dantur præcepta generalia. Nemo, inquit, præceptis curat insaniā, ergo nec maliciam quidem. Dissimile est. Nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est. Si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum: ut sequatur, tamen admonitio, corroborabit rectam de bonis malisq; sententiam. Illud quoq; falsum est, nihil apud insanos proficere præcepta. Nam quemadmodum sola non prosunt, sic curationem adiuuant, & denunciatio, & castigatio insanos coercuit. De illis insanis nunc loquor, quibus mens mota est, non erepta. Leges, inquit, ut faciamus quod oportet, non efficiunt. Et quid aliud sunt quàm minis mixta præceptа? Primum omnium ob hoc illæ non persuadent, quia minantur. At hæc non cogunt, sed exorant. Deinde leges à scelere deterrent, præcepta in officiū adhortantur. His adijce, quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum imperant, sed docent. In hac re dissentio à Posidonio, pro eo quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, uelut emissa diuinitus uox sit. Iubeat, non disputet. Nihil uidetur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex cū prologo. Mone, dic quid me uelis fecisse, Nō disco, sed pareo. Proficiunt itaq;, malis moribus uti uidebis ciuitates usas malis legibus. At non apud omnes proficiunt. Ne philosophia quidem, nec ideo inutilis, & formandis animis ineflicax est. Quid autem philosophia nisi uitæ lex est? Sed putemus non proficere leges, non ideo sequitur, ut ne monitiones quidem proficiant. Aut sic & consolationes nega proficere, dissuasiones q;, & adhortationes, obiurgationes, & laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt, per ista ad perfectum animi statum peruenitur. Nulla res magis animos honesta induit, dubios q; & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum uirorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora, & uim præceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus meherculе ipse sapientium iuuat, & est aliquid, quod ex magno uiro uel tacente proficias. Nec tibi facile dixerim quemadmodum prosit, sicut illud intelligam, profuisse. Minuta quædam, ut ait Phœdon, animalia cum mordent non sentiuntur, adeo tenuis illis & fallens in periculum uis est: tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum uulnus apparet. Idem tibi in conuersatione uirorum sapientium eueniet, non deprehendes quemadmodum aut quando tibi profit, profuisse deprehendes. Quorsum, inquit, hoc pertinet? Aeque præcepta bona, si sæpe tecum sint, prosutura, quàm bona exempla. Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumq; simulacra ex uicino cernentibus, & alicuius oraculi operientibus uocem. Quis autem negauit feriri quibusdam præceptis efficaciter, etiam imperitissimos, uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus pōderis? Nihil nimis, Auarus animus nullo satiatur lucro. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Hæc cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare, aut interrogare, quare: adeo etiam sine ratione ipsa ueritas ducit. Si reuerētia frænat animos, aut uitia compescit, cur non admonitio idem possit? Si imponit pudorem castigatio, cur admonitio non faciat? etiam si nudus præceptis utimur? Illa uerò efficacior est & altius penetrat, quæ adiuuat ratione, quæ præcipit, quæ adijcit, quare quicq;

lit pro quāuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciendum sit,& quis facientem obedientemq; præceptis fructus expectet. Si imperio, & admonitione proficitur. Atqui proficitur imperio, ergo & admonitione. In duas partes uirtus diuiditur, in contemplationem ueri,& actionem. Contemplationem institutio tradit, actionē admonitio. Virtutē & exercet,& ostēdit recta actio. Acturo autem si prodest qui suadet, & qui monet, proderit. Ergo si recta actio uirtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat,& admonitio necessaria est. Duæres plurimum roboris animo dant, fides ueri, & fiducia. Vtraq; admonitio facit. Nam & creditur illi, & cum creditum est, magnos animus spiritus cōcipit, ac fiducia implet ur. Ergo admonitio non est superuacua. Marcus Agrippa uir ingentis animi, qui solus ex his quos ciuilia bella claros potentesq; fecerunt, felix in publicum fuit, dicere solebat, multum se huic debere sententiæ, Nam concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Hac se alebat,& fratrem, & amicum optimū factum. Si eiusmodi sententiæ familiariter in animum receptæ formant eum, cur non hæc pars philosophiæ, quæ talibus sententijs constat, idem possit? Pars uirtutis disciplina constat, pars exercitatione. Et dicas oportet,& quod didicisti, agendo confirmes. Quod si ita est, non tantum scita sapientiæ prosunt, sed etiam præcepta, quæ affectus nostros uelut edicto coercent & obligant. Philosophia, inquit, diuiditur in hæc, scientiam & habitum animi. Nam qui didicit,& faciēda ac uitanda percipit, nondū sapiens est, nisi in ea quæ didicit animus eius transfiguratus est. Tertia pars ista præcipiendi ex utroq; est,& ex decretis & ex habitu. Itaq; superuacua est ad implendam uirtutem, cum duo ista sufficiant. Isto ergo modo & consolatio superuacua est, nam hæc quoq; ex utroq; est, & exhortatio & suasio & ipsa argumentatio. Nā & hæc ab habitu animi compositi ualidiq; proficiscitur. Sed quamuis ista ex habitu animi ueniāt, optimus animi habitus,& ex his est & exillis. Deinde istud quod dicis, iam perfecti uiri est, ac summam consecuti felicitatis humanæ. Ad hoc aūt tarde peruenitur. Interim etiam imperfecto sed proficienti, demonstranda est in rebus agendis uia. Hāc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapiētia, quæ iam eò perduxit animum, ut moueri nequeat, nisi in rectū, Imbecillioribus quidem ingenijs necessariū est aliquem præire: Hoc uitabis, hoc facies. Præterea si expectat tempus quo perse sciat, quid optimum factu scit, interim errabit, & errando impedietur, quo minus ad illud perueniat, quo possit se esse contentus. Regi ergo debet, dum incipit posse se regere. Pueri ad præscriptum discunt, digiti illorum tenentur, & aliena manu per literarum simulacra ducuntur. Deinde imitari iubentur proposita, & ad illa reformare chirographum. Sic animus noster dum eruditur ad præscriptum, iuuatur. Hæc sunt per quæ probatur, hanc philosophiæ partem superuacuam non esse. Quæritur deinde, an ad faciēdum sapientem sola sufficiat? Huic quæstioni suum diem dabimus. Interim omissis argumētis, nōne apparet nobis esse opus aliquo aduocato, qui contra populi præcepta præcipiat? Nulla ad aures nostras uox impune profertur. Nocent qui oprant, nocent qui execrantur. Nam & horū imprecatio falsos nobis metus inserit, & illorum amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona, & incerta & errantia, cum possimus felicitatē domo promere. Non licet inquā, ire recta uia. Trahunt in prauū parentes, trahūt serui. Nemo errat uni, sed dementiam spargit in proximos, accipitq; inuicem. Et ideo in singulis uitia populorum sunt, quia illa populus dedit: dum facit quisq; peiorē, factus est. Didicit deteriora, deinde docuit, effectaq; est ingens illa nequitia, congesto in unum, quod cuiq; pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos, & aures subinde peruellat, abigatq; rumores, et reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas nobiscum uitia nasci, superuenerunt, ingesta sunt. Itaq; monitionibus crebri, opiniones quæ nos circumsonāt, compescamus, Nulli nos uitio natura cōciliat. Illa liberos ac integros genuit. Nihil quidem quod auaritiam nostram irritaret posuit in aperto. Pedibus aurum & argentum subiecit, calcandumq; ac premendū dedit,& quicquid est, propter quod calcamur ac premimur. Illa uultus nostros erexit in cœlum, & quicquid magnificū mirumq; fecerat, uideri à suspicientibus uoluit: ortus occasusq;,& properantis mundi uolubilem cursum, interdiu terrena aperientem, noctu cœlestia: tardos syderum incessus, si compares toti, citatissimos, si cogi-

tes, quanta

tes, quanta spatia nunquā intermissa uelocitate circumeant? defectus solis & lunæ inuicem obstantium. Alia deinceps digna miratu, siue per ordinem subeunt, siue subditis causis mota prosiliunt, ut nocturni ignium tractus, & sine ullo ictu sonitugq; fulgores cœli fathiscentis, columnæq; ac trabes, & uaria simulacra flammarū. Hæc supra nos natura disponit, Aurū quidem et argentum, et propter ista nunquam pacem agens terrū quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem propter quæ pugnaremus extulimus. Nos & causas periculorum nostrorum, & instrumenta, discrecto terrarum pōdere eruimus. Nos fortunæ mala nostra tradidimus, nec erubescimus summa apud nos haberi, quæ fuerant ima terrarū. Vis scire quām falsus oculos tuos deceperit fulgor? Nihil est istis quamdiu mersa et inuoluta cœno suo iacēt, fœdius, nihil obscurius: quod nisi quando per longissimorum cuniculorum tenebras extrahuntur: nihil est illis dum fiunt, & à fece sua separantur, informius. Deniq; ipsos opifices intuere, per quorū manus sterile terræ genus, & informe perpurgatur, uidebis quanta fuligine obliniantur. Atqui ista magis inquinant animos quām corpora,& in possessore eorum quām in artifice plus est sordium. Necessarium itaq; est admoneri, & habere aliquem aduocatum bonæ mentis, eq; tanto fremitu, tumultuq; falsorum, unam denique audire uocem. Quæ erit illa uox? Ea scilicet, quæ tibi tantis clamoribus ambitiosis exurdato, salubria insurret uerba: quæ dicat, Non est quod inuideas istis, quos magnos felicesq; populus uocat, Non est quod tibi compositæ mentis habitum et sanitatē, plausus excutiat. Non est quod tibi tranquillitatis tuæ fastidiū faciat ille, sub illis fascibus, purpura cultus. Nō est quod feliciorem eum iudices, cui submouetur, quām quem lictor semita deiecit. Si uis exercere, tibi utile, nulli autem graue, imperiū, submoue uitia. Multi inueniuntur, qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis,& per aliquot ætates tuta prosternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, et muros in miram altitudinem addūctos arietibus ac machinis quassent: multi sunt, qui ante se agant agmina, & tergis hostium graues instent,& ad mare magnum perfusi cæde gentium ueniant: sed hi quoq; ut uincerent hostem, cupiditate uicti sunt. Nemo illis uenientibus restitit, sed necipsi ambitioni, crudelitatiq; restiterant. Tunc cum agere uisi sunt alios, agebantur. Agebat ipse licem Alexandrum furor aliena deuastandi,& ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui à Græciæ primum cladibus, in qua eruditus est, incepit, qui quod cuiq; optimū est eripuit? Lacedæmoniam seruire iubet, Athenas tacere. Non contentus tot ciuitatum strage, quas aut uicerat Philippus, aut emerat,& alias alio loco proiecit,& toto orbe arma circumfert: nec subsistit unquam lassa crudelitas immanium ferarum modo, quæ plus quām exigit fames mordēt. Iam in unum regnū multa regna coniecit, Iam Græci Persæq; eundem timent, iam etiam à Dario liberæ nationes iugum accipiunt: idem tamen ultra Oceanum solemq; indignatur ab Herculis Liberiq; uestigijs uictoriam flectere. Ipsi naturæ uim parat. Non ille ire uult, sed non potest stare: non aliter, quām in præceps deiecta pondera, quibus eundi finis est, iacuisse. Nec Cneo quidem Pompeio externa inire bella aut domestica, uirtus aut ratio suadebat: sed insanus amore magnitudinis falsæ, modo in Hispaniam & Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas ac maria pacanda uadebat. Hæ prætexebantur causæ, ad continuādam potentiam. Quid illum in Africam? quid in septentrionem? quid in Mithridatem & Armeniam, & omnes Asiæ angulos traxit? Infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus uideretur. Quid C. Cæsarem in sua fata pariter ac publica immisit? gloria & ambitio,& nullus supra cæteros eminendi modus. Vnum ante se ferre non potuit, cum R.P. supra se duos ferret. Quid tu C. Marium semel consulem (unum enim consulatū accepit, cæteros rapuit) cum Theutonicos Cimbrosq; cōcideret, cum Iugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas apperisse, uirtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio. Isti cum omnia cōcuterent, concutiebantur turbinū more, qui rapta conuoluunt,& ob hæc maiore impetu incurrunt, quia nullum illis sui †regnum est. Ideoq; cum multis fuerunt mali, pestiferam illam uim, qua plerisque nocuerunt, ipsi quoq; sentiunt. Non est quod credas quenquam fieri aliena infelicitate felicem. Omnia ista exempla quæ oculis atq; auribus nostris ingeruntur, retexēda sunt,

al. regimen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& plenum malis sermonibus pectus exhauriendum. Inducenda est in occupatum locum uirtus, quæ mendacia contra uerum placentia extirpet, quæ nos à populo cui inimis credimus separet, ac synceris opinionibus reddat. Hæc est enim sapientia, in naturam conuerti, & eò restitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est, hortatores insaniæ reliquisse, & ex isto cœtu inuitem noxia procul abegisse. Hoc ut esse uerum scias, aspice, quanto aliter unusquisq; populo utuat, aliter sibi. Non est per se magistra solitudo innocentiæ, nec frugalitatem docent rura: sed ubi testis ac spectator abscessit, uitia subsidunt, quorum monstrari & conspici, fructus est. Quis eam quã nulli ostenderet, induit purpuram? Quis posuit secretam in auro dapem? Quis sub alicuius umbra rusticæ arboris positus, luxuriæ suæ pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, nec paucorum quidem & familiarium, sed apparatum uitiorum suorum pro modo turbæ spectantis expandit. Itaq; iritamentum est omnium in quæ insanimus, admirator & conscius. Ne concupiscamus efficies, si ut non ostendamus effeceris. Ambitio, & luxuria, & impotentia scenam desiderant. Sanabis ista, si absconderis. Itaque si in medio urbium fremitu collocati sumus, stet ad latus monitor, & contrà laudatores ingentium patrimoniorum lauder paruo diuitem, & usu opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt, otium ipse suspiciat traditum literis, & animum ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione uulgi beatos, in isto inuidioso fastigio suo tremẽtes & attonitos, longeq; aliam de se opinionem habentes, quàm ab alijs habetur. Nam quæ alijs uidentur excelsa, ipsis prærupta sunt. Itaque exanimantur, & trepidant, quoties despexerunt in illud magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim uarios casus, & in sublimi maxime lubricos: tunc appetita formidant, & quæ illos graues alijs reddit, grauior ipsis felicitas incumbit. Tunc laudant otium lene & sui iuris, odio est fulgor, & fuga iam à rebus adhuc stantibus, quæritur: tunc demum uideas philosophantis metus, & ægræ fortunæ sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna, & mens bona, ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt. Vale.

IN LIBRVM XIIII.

EPIST. XC.

1 *Arma agetis introrsus.* Sic habebat prior æditio, consentientibus plerisq; exemplaribus. Vnus codex manu descriptus habebat, marinam, unde conijcio legendum, maria introrsus agetis, ut conueniat cum illo Maronis, Iubã qua ponto longe sonat unda refuso. Item cum illo Flacci, Marisq; Baijs obstrepentis urges Summouere litora. Parum locuples continente ripa. Alioqui legi poterat, arua. Sic enim ædificabant in littore, ut aruorum spacium reddorent angustius amplitudine ædificiorum. Nam mox sequitur apud Horatium: Quid quod usq; proximos Reuellis agri terminos? &c. Lib. 2. Odæ 18.

2 *Artaui & Alluci leges, choronidæq;.* Mire uariabant in his nominibus exemplaria, pro artauus quidam habebant octauum, ut referas ad septem Græciæ sapientes: Alius accessisset octauus, pro accensuisset. Nec dubitandũ quin pro Alluci legendum sit Zaleuci: nam hunc coniungit cum Charonda Valerius Maximus lib. 6. cap. 5.

3 *Illa, inquit, sparsos è casis aut aliqua rupe, &c.* Ita prior æditio. In alijs pro casis erat caucasis, in quodam casulis: Conijcio fuisse scriptum casulis, & tectos pro lectos. Illa, inquit, sparsos, & casulis tectos, aut aliqua rupe, &c. Hoc tantisper tibicinis uice suppositum esto, donec germana lectio comperiatur.

4 *Quid in secundam nominum formam animæ perpetuæ.* Sic magno consensu habebant exemplaria. Sic pro nominum legamus hominum, tolerabilior fuerit lectio, ut intelligas animas perpetuas in secundam hominum formam. Venit enim forma corporis, sed manet ea quæ potior est, aut alia datur priore melior. Sed uero propius est fuisse scriptum, numinum formam: Numinum enim est immortalitas, animæ secundam habent formam, quod esse quidem cœperunt, sed non desinunt esse. Mollior erit sermo, si sublata præpositione legas, secundam numinum formam perpetuæ id est, more numinum

EPIST. XCIII.

5 *Quam dosinam uocant Græci.* Ex uestigijs nihil certi potuit deprehendi, nisi quod σχολὴν, aut παιδαγωγὸν scriptum arbitror.

6 *Magno uitam facit.* Videtur deesse uerbum, magno pusillum. Vitam, &c. Tamen erit lectio tolerabilis, si magno recipias pro sapiente, & addas interrogationis notulam.

7 *Quia animum habet mobilem, at praua illa agit arens malicia, & ea agitata abest.* De bono, &c. Sic habebat prior æditio. Quidam codices pro at, habebant ad, & pro agitata cogitata. Ex diuinatione reposuimus, huic, malitiæ uis quædam ineſt, quia, siue qua, animum habet mobilem ad praua. Illa agit carens malicia, & ea agitatio abest à bono. Non est adhuc, & cætera.

EPIST.

EPISTOLA XCIIII.

Tamusij. Quidam habebant Tamasij. Catullus iocatur in quendam Volusium, Annales Volusi cacata charta. binc illud, & qui uocentur. Quàm non decori sint, et qui uocentur. Quidam codex sic habebat, Annales Tamusij scis quàm non desidero, etsi sint qui uocentur. Tolerabilis erat lectio, si pro uocentur legas iocentur: ut accipiamus aliquos iocos sparsisse, quod his Seneca delectaretur. 8

LVCII ANNEI SENECAE EPISTOLARVM AD LVCILIVM LIB. XV.

EPIST. XCVI.

Non esse petendum quod impetrare nolueris. De differentia inter decreta & præcepta. Et quod ad consumandam sapientiam neutra ualent sine altero, & secundum Posidonium alia quædam addit necessaria, & aliqua contra medicos.

Etis à me, ut id quod in diem suum dixeram debere differri, repræsentem & scribam tibi, an hæc pars philosophiæ, quam Græci προκοπτικὴν uocant, nos præceptiuam dicimus, satis sit ad consumandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum, si negauero, Eo magis promitto, & uerbum publicum perire non patior, Postea nolli rogare, quod impetrare nolueris. Interdum enim obnixe petimus id quod recusaremus, si quis offerret. Hæc siue leuitas est, siue uernilitas, punienda est promittẽdi facilitate. Multa uideri uolumus uelle, sed nolumus. Recitator historiã ingentem attulit, minutissime scriptam, arctissime plicatam, & magna parte perlecta: desinam, inquit, si uultis. Acclamatur, recita, recita, ab his qui illum obmutescere ilico cupiunt. Sæpe aliud uolumus, aliud optamus, & uerum ne dijs quidem dicimus, sed dij, aut non exaudiunt, aut miserentur. Ego me omissa misericordia, uindicabo, & tibi ingentem epistolam impingam, quam tu si inuitus leges, dicito, Ego mihi hoc contraxi. Teq; inter illos numera, quos uxor magno ducta ambitu torquet, inter illos quos diuitiæ per summum acquisitæ sudorem, male habent, inter illos quos honores, nulla non arte atq; opera petiti discrutiant, & cæteros malorum suorum compotes. Sed ut omisso principio, rem ipsam aggrediar. Beata, inquiunt, uita constat ex actionibus rectis ad actiones rectas præcepta perducunt. Ergo ad beatam uitam præcepta sufficiunt. Non tamen semper ad actiones rectas præcepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est. Aliquando frustra admouentur, si animum opiniones obsident prauæ. Deinde etiam si rectè faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus, & tota ratione compositus, omnes exequi numeros, ut sciat quando oporteat, & in quantum, & cum quo, & quemadmodum. Quare non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem, aut libenter, sed respiciet, sed hæsitabit. Si honesta, inquit, actio ex præceptis uenit, ad beatam uitam præcepta abunde sunt. Atq; illud ergo hic his respondemus, Actiones honestas ex decretis fieri, non tantum præceptis. Si aliæ, inquit, artes contentæ sunt præceptis, contenta erit & sapientia. Nam & hæc ars uitæ est, Atqui gubernatorem facit ille qui præcipit, sic moue gubernaculum, sic uela submitte, sic secundo uento utere, sic aduerso resiste, sic dubium communemq; tibi uendica. Alios quoq; artifices præcepta confirmant. Ergo ne hoc idem poterunt artifices uiuendi? Omnes istæ artes circa instrumenta uitæ occuparæ sunt, non circa totam uitam. Itaq; multa illas inhibent extrinsecus, & impediunt, spes, cupiditas, timor. At hęc quæ artem uitæ professa est, nulla re, quo minus se exerceat, uetari potest. Discutit enim impedimenta, & tractat obstantia. Vis scire quàm dissimilis sit aliarum artium conditio, & huius? In illis excusatius est uoluntate peccare, quàm casu, in hac maxime culpa est sponte delinquere. Quod dico tale est. Grammaticus non erubescit solœcismum si sciens facit, erubescit si nescius. Medicus si deficere ægrum non intelligit, quantum ad artem magis peccat, quàm si se intelligere dissimulat. At in hac arte uiuendi, turpior uolentium culpa est. Adijce nunc quod artes quoq; pleræq;, imò ex omnibus liberalissimæ habent decreta sua, nõ tantum præcepta, sicut medicina. Itaq; alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci uocant λόγματα, nobis uel decreta licet appellare, uel scita, uel placita, quæ in geometria & in astronomia inuenies, Philosophia autẽ & contemplatiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

templatiua est & actiua. Spectat, simulq; agit. Erras enim si illam putas tantum terrestres operas promittere, altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra cõtubernium mortale contineo, suadere uobis, ac dissuadere cõtenta. Magna me uocat, supraq; uos posita. Nam tibi de summa cœli ratione deûmq; Disserere incipiam, & rerũ primordia pãdã Vnde omnis natura creat res, haurit, alitq; Quæq; eadẽ rursus natura perempta resoluat, ut ait Lucretius. Sequitur ergo, ut cum contemplatiua sit, habeat decreta sua. Quid quod facienda quoq; nemo rite obibit, nisi is, cui ratio erit tradita, quæ in quaq; re omnes officiorum numeros exequi possit? Quos non seruabit, qui in re præcepta acceperit, nõ † in nomine. Imbecilla sunt perse, ut ita dicam, sine radice, quæ partibus dantur. Decreta sunt quæ muniant, quæ securitatem nostram, tranquillitatemq; tueantur, quæ totam uitam, totamq; rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiæ & præcepta, quod inter elementa & membra. Hæc ex illis dependent, illa & horum causæ sunt & † omnium. Antiqua inquit, sapientia nihil aliud quàm facienda & uitanda præcepit. Et tunc longe meliores erant uiri. Postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa & aperta uirtus in obscuram & solertem scientiam uersa est, docemurq; disputare, non uiuere. Fuit sine dubio, ut dicitis, uetus illa sapientia, cum maxime nascens rudis, non minus quàm cæteræ artes, quarum in processu subtilitas creuit. Sed ne opus quidem adhuc erat remedijs diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat, ne tam late se sparserat. Poterant uitijs simplicibus, obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto ualentiora sunt quibus petimur. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, uulnera coirent paulatim. Deinde in hanc peruenit tam multiplicem uarietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negoti habuisse, firmis adhuc, solidisq; corporibus, et facili cibo, nec per artem, uoluptatẽq; corrupto. Qui posquã cœpit, nõ ad tollendam, sed ad iritandam famem quæri, & inuentæ sunt mille condituræ, quibus auiditas excitaretur, quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & neruorum uino madentium tremor, & misera bilior ex cruditatibus quàm ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde in totam cutẽ humor admissus, distentusq; uenter, dum male assuescit plus capere, quàm poterat. Inde suffusio luridæ bilis, & decolor uultus, tabesq; in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, neruorum sine sensu iacentiũ torpor, aut palpitatio corporũ sine intermissione uibrantiũ. Quid capitis uertigines dicã? Quid oculorũ auriumq; tormenta, & cerebri æstuantis uerminationes, & omnia per quæ exoneramur, internis ulceribus affecta? Innumerabilia præterea febriũ genera, aliarũ impetu subeuntiũ, aliarũ tenui peste repentiũ, aliarũ cum horrore & multa membrorũ quassatione uenientiũ? Quid alios referã innumerabiles morbos, supplicia luxuriæ? Immunes erãt ab istis malis, qui nondũ se delitijs soluerant, qui sibi imperabãt, sibi ministrabãt. Corpora opere ac uero labore durabãt, aut cursu defatigati, aut uenatu, aut tellure uersata: excipiebat illos cibos, qui nisi esurientibus placere nõ poterat. Itaq; nihil opus erat, tã magna medicorũ suppellectile, nec tot ferramentis atq; pyxidibus. Simplex erat ex simplici causa ualetudo, multos morbos, multa fercula fecerunt. Vide quantũ rerum per unã gulam transiturarũ permisceat luxuria, terrarũ marisq; uastatrix. Necesse est itaq; inter se tam diuersa dissideant, & hausta male digerãtur, alijs alio nitentibus. Nec mirũ, quod incõstans uariusq; ex discordi cibo morbus est, & illa ex contrarijs naturæ partibus in eundẽ cõpulsa redundant. Inde tam nullo ægrotamus genere, q̃ uiuimus. Maximus ille medicorũ & huiusmodi scientiæ cõditor, fœminis nec capillos defluere dixit, nec pedes laborare. Atqui iam & capillis destituuntur, & pedibus ægræ sunt. Non mutata fœminarum natura, sed uita est. Nam cum uirorum licentiã æquauerint, corporum quoq; uirilium uitia æquauerunt. Nõ minus peruigilant, nõ minus potãr, & oleo & mero uiros prouocãt. Aeque inuitis ingesta uisceribus per os reddunt, & uinum omne uomitu remittunt: æque niuem rodunt, solatium stomachi æstuantis. Libidine uerò, nec maribus quidem cedũt, pati natæ. Dij illas deæq; male perdant, adeò peruersum commentæ genus impudiciti-

tiæ uiros ineunt. Quid ergo mirandum est, maximum medicorum ac naturæ peritissimum, in mendacio prehendi, cum tot fœminæ podagricæ caluæq; sint? Beneficium sexus sui uitijs perdiderunt, & quia fœminam exuerunt, damnatæ sunt morbis uirilibus. Et antiqui medici nesciebant dare cibum sæpius, & uino fulcire uenas cadentes, nesciebant sanguinem emittere, & diutinam ægrotationẽ balneo sudoribusq; laxare, nesciebant crurum uincula, brachiorumq; latentem uim, & in medio sedentem, ad extrema reuocare, Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent periculorum paucissima. Nunc uerò quàm longe processerunt mala ualetudinis? Has usuras uoluptatum pendimus, ultra modum fasq; concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numera. Cessat omne studiũ, & liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis præsident. In rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est. At quàm celebres culinæ sunt, quanta circa neporũ focos iuuentus premit. Transeo puerorum infelicium greges, quos post transacta conuiuia, aliæ cubiculi contumeliæ expectant. Transeo agmina exoletorum, per nationes colores q̃ descripta, ut eadem omnibus leuitas sit, eadem prima mensura lanuginis, eadem species capillorũ, ne quis cui rectior est coma, crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorũ, per quos signo dato ad inferendam cœnam discurritur. Dij boni quantum hominum unus uenter exercet. Quid tu illos boletos, uoluptarium uenenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam si præsentanei nõ fuerant? Quid tu illã æstiuam niuẽ non putas callum iecinoribus obducere? Quid illa ostrea inertissimã carnem, cœno saginatã, nihil existimas limosæ grauitatis inferre? Quid illud Sosiorũ garũ, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe præcordia? Quid illa purulenta, & quæ tantum non ab ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxa, in ipsis uisceribus extingui? Quàm fœdi atq; pestilentes ructus sunt, quantũ fastidium sui exalantibus crapula uentrem. Scias putrescere sumpta, non coqui. Memini fuisse quondam in sermone nobilẽ patinam, in quam quicquid apud lautos solet diem ducere, properans in damnum suũ, popina cõgesserat: ueneriæ spondyliq;, & ostrea eatenus circumcisa, qua eduntur, interueniẽtibus distinguebantur echinis, torti distracti sine ullis ossibus mulli constrauerunt. Piget esse singula, coguntur in unum sapores. In cœna fit, quod fieri debet saturo in uentre. Expecto iam ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atq; ossa, & dentiũ opera coquũ fungi. Graue est luxuriari per singula, omnia semel & in eundẽ saporẽ uersa ponantur. Quare ego ad unam rem manũ porrigam? Plura ueniunt simul. Multorũ ferculorum ornamenta coẽant et cohæreant. Sciant protinus hi qui iactationẽ ex istis peti & gloriã aiebant, non ostendi ista, sed cõscientiæ dari. Pariter sint quæ disponi solent, iure uno perfusa. Nihil interfit, Ostrea echinis, spondyli perturbati nullis cõcoctiq; ponantur. Nõ esset confusior uomentium cibus. Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur, sed inexplicabiles, diuersi, multiformes, aduersus quos & medicina armare se cœpit, multis generibus, multis obseruationibus. Idẽ de philosophia dico, Fuit aliquãdo simplicior, inter minora peccantes, & leui quoq; cura medicabiles. Aduersus tantã morũ cuersionẽ, omnia conanda. Et utinam sic deniq; lues ista uinceretur. Non priuatim solũ, sed publicè furimus. Homicidia compescimus, & singulas cædes. Quid bella, & occisarũ gentiũ glorioſum scelus? Non auaricia, nõ crudelitas modum nouit, & ista quãdiu furtim & à singulis fiunt, minusq; noxia, minusq; mõstruosa sunt. Ex senatusconsultis plebisq; scitis seua exercentur, & publice iubẽtur uetita. Priuatim quæ commissa capite luerent, tamen quia † paludati fecêre, laudamus. Nõ pudet hominis mitissimum genus gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendaq; liberis tradere, cũ inter se etiã mutis ac feris pax sit. Aduersus tam potentẽ explicitũq; late furorem, operosior philosophia facta est, et tantũ sibi uitiũ sumpsit, quantũ his, aduersus quæ parabatur, accesserat. Expeditum erat, obiurgare indulgentes mero, & petentes delicatiorem cibum: non erat animus ad frugalitatem magna ui reducendus, à quo paululum discesserat, Nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra Voluptas ex omni quæritur. Nullum intra se manet uitiũ. In auariciam præceps luxuria est, honestatis obliuio

al. palàm.

al. in omnem uitam

al. rationum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuaſit. Nihil turpe eſt, cuius placet precium. Homo, ſacra res, homó iam per luſum & iocum occiditur: & quem eruditi ad inferenda accipiendaq; uulnera nefas erat, is iam nudus inermisq; producitur, ſatisq; ſpectaculi in homine mors eſt. In hac ergo morum peruerſitate, deſideratur ſolito uehementius aliquid, quod mala inueterata diſcutiat: decretis agendum eſt, ut reuellatur penitus falſorum recepta perſuaſio. His ſi adiunxerimus præcepta, conſolationes, adhortationes, poterunt ualere, per ſe inefficaces ſunt. Si uolumus habere obligatos, & malis quibus iam tenentur auellere, diſcant quid malum, quid bonum ſit. Sciant omnia præter uirtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum militiæ uinculum eſt religio, & ſignorum amor, & deſerendi nefas: tunc deinde facile cætera exiguntur mandanturq; ad iuſiurandum adactis: ita in his quos uelis ad beatam uitam perducere, prima fundamenta facienda ſunt, & inſinuanda uirtus. Huius quadam ſuperſtitione teneantur, hanc amentem hac uiuere uelint, ſine hac nolint. Quid ergo? Non quidam ſine inſtructione ſubtili euaſerunt probi, magnosq; profectus aſſecuti ſunt, dum nudis tantũ præceptis obſequuntur? Fateor, ſed felix ingenium illis fuit, & ſalutaria in tranſitu rapuit. Nam ut dij immortales nullam didicere uirtutem, cum omni editi, & pars naturæ eorum eſt eſſe bonos: ita quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, in ea quæ tradi ſolent perueniunt ſine longo magiſterio, & honeſta complexi ſunt cum primum audierunt. Vnde iſta tam rapacia uirtutis ingenia, uel ex ſe fertiliaꝰ At illis aut hebetibus & obtuſis, aut mala conſuetudine obſeſsis diu, rubigo animorũ efricanda eſt. Cæterũ ut illos in bonum pronos, citius educit ad ſumma, & hos imbecilliores adiuuabit, malisq; opinionibus extrahet, qui illis philoſophiæ placida tradiderit, quæ q̃ ſit neceſſaria ſcilicet uideas. Quædã inſident nobis, quæ nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt. Nec hæc audacia reprimi poteſt, nec illa inertia ſuſcitari, niſi cauſæ eorum eximantur, falſa admiratio, falſa formido. Hæc nos quamdiu poſſident, dicas licet, hoc patri præſtare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hoſpitibus, tentantem auaricia retinebit. Sciet pro patria pugnandum eſſe, diſſuadebit timor. Sciet pro amicis deſudandum eſſe ad extremũ uſq; ſudorem, ſed deliciæ uetabunt. Sciet in uxorem grauiſsimũ eſſe genus iniuriæ, habere pellicem, ſed illum libido in contraria impinget. Nihil ergo proderit dare præcepta, niſi prius amoueris obſtantia præceptis: non magis, q̃ proderit arma in conſpectu poſuiſſe, propiusq; admouiſſe, niſi uſurę manus expediuntur: ut ad præcepta quæ damus, poſſit animus ſoluendus ire. Putemus aliquem facere quod oportet, non faciet aſſidue, nõ faciet æqualiter, neſcit enim quare faciat. Aliqua uel caſu uel exercitatione exhibebit recta: ſed non erit in manu regula, ad quã exigantur, cui credat recta eſſe quæ fecit. Nõ promittet ſe talẽ in perpetuũ, qui caſu bonus eſt. Deinde præſtabunt tibi fortaſſe præcepta, ut quod oportet facias, nõ præſtabunt, quemadmodũ oportet, & ſi hoc nõ præſtant, ad uirtutẽ nõ perducũt. Faciet ergo quod oportet monitus, Cõcedo, Sed id parũ eſt, quoniã quidem nõ in facto laus eſt, ſed in eo quemadmodum fiat, Quid eſt cœna ſumptuoſa flagitioſius, & equeſtrem cenſum cõſumente? Quid tam dignũ cenſoria nota, ſi quis (ut iſti ganeones loquũtur) ſibi hæc & genio ſuo præſtet? & toties ramen ſeſtertio adijciales cœnæ frugaliſſimis uiris cõſtiterunt. Eadem res ſi gulæ datur, turpis eſt: ſi honori, reprehenſionẽ effugit. Non enim luxuria, ſed impenſa ſolẽnis eſt. Mullum ingentis formæ (quare aũt nõ pondus adijcio & aliorũ gulam iritoꝰ quatuor pondo & ad ſelibrã fuiſſe aiebant) Tyberius Cæſar miſſum ſibi, cũ in macellũ deferri & uenire iuſſiſſet: Amici, inquit, omnia me fallunt, niſi iſtum mullum, aut Apitius emerit, aut Publius Octauius. Vltra ſpem illi coniectura proceſſit. Licitati ſunt. Vicit Octauius, & ingentem conſecutus eſt inter ſuos gloriam, cum quinq; ſeſtertijs emiſſet piſcem quem Cæſar uendiderat, ne Apitius quidẽ emerat. Numerare tantũ Octauio fuit turpe. Nam ille qui emerat, ut Tyberio mitteret (quanquã illum quoq; reprehenderim) admiratus eſt rem, qua putauit Cæſarem dignum. Amico ægro aliquis aſſidet, probamus. At hoc ſi hæreditatis cauſa facit, Vultur eſt, cadauer expectat. Eadem aut turpia ſunt, aut honeſta. Refert quare, aut quemadmodũ fiant. Omnia autem honeſte fient, ſi honeſto nos addixerimus, idq; unum in rebus humanis bonũ iudicauerimus, quæq;

Vultur eſt, cadauer expectat.

quæq; ex eo ſunt, ſemper bona ſunt, cætera in diem bona ſunt. Ergo infigi debet perſuaſio ad totam pertinens uitam. Hoc eſt quod decretum uoco. Qualis hæc perſuaſio fuerit, talia erunt quæ agentur, quæ cogitabuntur. Qualia autem hæc fuerint, talis uita erit. In particulas ſuaſiſſe, totum ordinanti parũ eſt. Marcus Brutus in eo libro, quem περὶ καθήκοντος inſcripſit, dat multa præcepta & parentibus & liberis & fratribus, hæc nemo faciet quemadmodum debet niſi habuerit, quo perferat. Proponamus oportet finem ſummi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum noſtrum dictumq; reſpiciat, ueluti nauigantibus ad aliquod ſydus dirigendus eſt curſus. Vita ſine propoſito uaga eſt. Quod ſi utiq; proponendum eſt, incipiunt neceſſaria eſſe decreta. Illud puto concedes, nihil eſſe turpius dubio, & incerto ac timido, pedem modo referente, modo producente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis, niſi eximantur quæ reprendũt animos ac detinent, & † preconari totos uetant. Quomodo ſint dij colendi, ſolet præcipi. Accendere aliquem lucernas ſabbatis prohibeamus, quoniam nec lumine dij egent, et ne homines quidem delectantur fuligine. Vetemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum: humana ambitio, iſtis officijs capitur, deum colit, qui nouit. Vetemus lintea & ſtrigiles Ioui ferri, & ſpeculum tenere lunoni. Non quærit miniſtros deus. Quid nic ipſe humano generi miniſtrat. Vbiq; et omnibus preſto eſt. Audiat licet, quemadmodum ſeruire in ſacrificijs debeat, quam procul reſilire à moleſtis ſuperſtitionibus, nunquam ſatis perfectum erit, niſi qualem debet deum mente cõceperit, omnia habentem, omnia tribuentẽ, beneficia gratis dantem. Quæ cauſa eſt dijs benefaciendi? natura. Errat, ſi quis putat illos nocere uelle uel poſſe: nec accipere iniuriam queunt, nec facere. Lædere etenim lædiq; coniunctum eſt, Summa illa ac pulcherrima omniũ natura, quos periculo exemit, nec periculoſos quidẽ fecit. Primus eſt deorũ cultus, deos credere, Deinde reddere illis maieſtatẽ ſuã, reddere bonitatẽ, ſine qua nulla maieſtas eſt. Scire illos eſſe qui preſident mũdo, qui uniuerſa ut ſua tẽperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdũ curioſi ſingulorum. Hi nec dant malũ, nec habent. Cæterum caſtigant quoſdam & coẽrcent, & irrogant pœnas, & aliquãdo ſpe boni puniunt. Vis deos propitiare? Bonus eſto. Satis illos coluit, quiſquis imitatus eſt. Ecce altera quæſtio, quomodo hominibus ſit utendũ. Quid agimus? quæ damus præcepta? Vt parcatur ſanguini humano? Quantulum eſt ei non nocere, cui debeas prodeſſe? Magna ſcilicet laus eſt, ſi homo manſuetus homini eſt. Præcipiemus ut naufrago manũ porrigat, erranti ut uiam monſtret, cum eſuriente panem ſuum diuidat? Quando omnia quæ præſtanda ſunt ac uitanda, dicam, cum poſſim breuiter, hanc illi formulam humani officij traderem? Omne hoc quod uides, quo diuina atq; humana concluſa ſunt, unum eſt, membra ſumus corporis magni. Natura nos cognatos ædidit, cum ex ijſdem & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit. Illa æquum iuſtumq; compoſuit. Ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere quàm lædi. Ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſti uerſus & in pectore & ore ſint, Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Habeamus in commune, quod nati ſumus. Societas noſtra lapidũ fornicationi ſimillima eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. Poſt deos hominesq;, diſpiciamus quomodo rebus ſit utendum. In ſuperuacuum præcepta iactauimus, niſi illud præceſſerit, qualem de quaq; re habere debeamus opinionem, de paupertate, de diuitijs, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aeſtimemus ſingula, fama remota, & quæramus quid ſint, non quid uocentur. Ad uirtutes tranſeamus: præcipiet aliquis, ut prudentiam magni æſtimemus, ut fortitudinem complectamur, temperantiam amemus, iuſtitiam, ſi fieri poteſt, propius etiã quàm cæteras nobis applicemus, Sed nihil agetur, ſi ignoramus quid ſit uirtus, Vna ſit, an plures, ſeparatæ, an annexæ. An qui unã habet, & cæteras habeat, quomodo inter ſe differant. Non eſt neceſſe fabro de fabrica quærere, quod eius initium, quis uſus ſit, non magis quàm pantomimo de arte ſaltandi. Omnes iſtæ artes ſe ſciunt, nihil deeſt. Non enim ad totam pertinent uitam. Virtus & aliorum ſcientia eſt, & ſui, diſcendum de ipſa eſt, ut in ipſa uoluntas diſcatur. Actio recta non erit, niſi recta fuerit uoluntas. Ab hac enim eſt actio. Rurſus uoluntas non erit recta, niſi habitus animi rectus fuerit.

Id eſt, de officio

3 4 al. percontari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus fuerit. Ab hoc enim est uoluntas. Habitus porrò animi non erit in optimo, nisi to-
tius uitæ leges perceperit, & quid de quoq; iudicandum sit, exegerit, nisi res ad uerum
redegerit. Non contingit tranquillitas, nisi immutabile certumq; iudiciū adeptis. Cæ-
teri decidunt subinde, & reponuntur, & inter omissa appetitaq; alternis fluctuantur.
Causa iusq; iactationis est, quod nihil liquet, in certissimo regimine utentibus, fama. Si
uis eadem semper uelle, uera oportet uelis. Ad uerū sine decretis non peruenitur, con-
tinent uitam, & bonam & malam, honesta & turpia, iusta & iniusta, pia & impia. Vir-
tutes ususq; uirtutum, rerum cōmodarum possessio, existimatio ac dignitas, ualetudo,
uires, forma, sagacitas sensuum, hæc omnia æstimatorem desiderant, Scire licet † quan-
tum cuiq; in censum deferendū sit, Falleris enim, & pluris quædam quàm sunt, putas,
Adeoq; falleris, ut quæ maxima inter nos habentur, diuitiæ, gratia, potentia, sestertio
nummo æstimanda sint. Hoc nescis, nisi constitutionē ipsam, qua ista inter se æstiman
tur, inspexeris. Quemadmodum folia uirere per se non possunt, ramum desiderāt, cui
inhæreant, ex quo trahant succum: sic ista præcepta si sola sunt, marcent, infigi uolunt
sectæ. Præterea non intelligunt hi qui decreta tollunt, eo ipso cōfirmari illa quo tollun
tur. Quid enim dicunt, præceptis satis uitam explicari, superflua esse decreta sapientiæ,
id est, dogmata? Atqui hoc ipsum quod dicūt decretum est, tam hercule, quàm si nunc
ego dicerem recedendum esse à præceptis superuacuis & decretis, in hæc sola studium
conferendum, hoc ipso quo negarem curanda esse præcepta, præciperem. Quædam ad
monitionem philosophiæ desiderant, quædam probationem. Et quidem multa, quia
inuoluta sunt, uix summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes
necessariæ sunt, & decreta, quæ ueritatem argumentis colligunt. Quędam aperta sunt,
quædam obscura. Aperta, quæ sensu comprehendūtur, quæ memoria. Obscura, quæ
extra hæc sunt. Ratio autem non impletur manifestis. Maior eius pars pulchriorq; in
occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine decretis est, necessaria er
go decreta sunt. Quæ res communem sensum facit, eadem perfectum, certarum rerum
persuasio, sine qua omnia in animo natant. Necessaria ergo sunt decreta, quæ dant ani
mis inflexibile iudicium. Deniq; cum monemus aliquem, ut amicum eodem habeat lo
co quo se, ut ex inimico cogitet posse fieri amicum, in illo amorem incitet, in hoc mo-
deretur odiū, adijcimus iustum & honestum. Iustum autem honestumq; decretorum
nostrorum continet ratio. Ergo hęc necessaria est, sine qua nec illa sunt. Sed utraq; iun
gamus. Namq; & sine radice inutiles rami sunt, & ipsæ radices his quę genuere adiu-
uantur. Quantum utilitatis manus habeat, nescire nulli licet. Aperte iuuant, cor, illud
quo manus iuuant, ex quo impetum sumunt, quo mouentur, latet. Idem dicere de præ
ceptis possum, aperta sunt, decreta uerò sapientiæ in abdito. Sicut sanctiora sacrorum
tantum initiati sciunt, ita in philosophia, arcana illa admissis receptisq; ostenduntur in
sacro. At præcepta & alia huiusmodi, prophanis quoq; nota sunt. Posidonius non tan
tum præceptionē (nihil enim nos hoc uerbo uti prohibet) sed etiam suasionem, & con
solationem, & exhortationem necessariam iudicat. His adjscit causarū inquisitionem
& etymologiam, quam cur ita dicere non audeamus, cum Grammatici custodes latini
sermonis suo iure ita appellent, non uideo. Ait utilem futuram esse descriptionem cu-
iusq; uirtutis. Hanc Posidonius etymologiam uocat. Quidam χαρακτηρισμὸν appellāt,
signa cuiusq; uirtutis & uitij ac notas reddentem, quibus inter se similia discriminen-
tur. Hæc res eandem uim habet quam præcipere. Nam qui præcipit, dicit. Illa facies, si
uoles temperās esse. Qui describit, ait, temperās est, qui facit illa, qui illis abstinet. Quæ
ris quid interfit? Alter præcepta uirtutis dat, alter exemplar. Descriptiones has, & (ut
publicanorum utar uerbo) εἰκονισμοὺς, ex usu esse confiteor. Proponamus laudanda,
inuenietur imitator. Putas utile tibi dari argumēta, per quæ intelligas nobilē equum,
ne fallaris empturus, ne operam perdas in ignauo. Quanto hoc utilius est, excellentis
animi notas nosse, quas ex alio in se transferre permittitur? Continuo pecoris genero-
si pullus in aruis Altius ingreditur, & mollia crura reponit. Primus inire uiam, & flu-
uios tentare minaces Audet, & ignoto sese committere ponto. Nec uanos horret stre-
pitus, illi ardua ceruix, Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga, Luxuriatq; toris
animosum

al. quanti quicq;

animosum pectus anheli, tum siqua sonitum procul arma dedere, Stare loco nescit, mi
cat auribus, & tremit artus, Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem. Dum
aliud agit, Vergilius noster describit uirum fortem. Ego certe nō aliam imaginem ma-
gno uiro dederim, si mihi Cato exprimendus inter fragores bellorum ciuilium impa-
uidus, & primus incedens, admotus iam exercitus alpibus, ciuilique se bello ferens ob-
uium, non alium illi assignauerim uultū, non alium habitum: altius certe nemo ingre-
di potuit, quàm qui simul contra Cæsarem Pompeiumq; se sustulit, & alijs Cæsarianas
opes, alijs Pompeianas fouentibus, utrumq; prouocauit, ostenditq; aliquas esse R. P.
partes. Nam parum est in Catone dicere, nec uanos horret strepitus. Quid ni, cum ue-
ros uicinosq; non horreat? Cum contra decē legiones & Gallica auxilia, & mixta Bar-
barica arma ciuilibus, uocem liberam mittat, & Rempub. hortetur, ne pro libertate de
cidat, sed omnia experiatur, honestius in seruitutem casura, quàm iturа? Quantum in
illo uigoris ac spiritus, quantum in publica trepidatione fiduciæ est? Scit se unum esse,
de cuius statu non agatur. Non enim queri debet, an liber Cato, sed an inter liberos sit.
Inde periculorum gladiatorumq; contemptus. Libet admirantem inuictam constan-
tiam uiri, inter publicas ruinas non labētis, dicere, Luxuriatq; toris animosum pectus.
Proderit non tantum quales esse soleant boni uiri dicere, formamq; eorum & linea-
menta deducere, sed quales fuerint, narrare, & exponere Catonis illud ultimum ac for
tissimum uulnus, per quod libertas amisit animam, Lælij sapientiā, & cum suo Scipio-
ne cōcordiam, Alterius Catonis domi forisq; egregia facta, Tuberonis ligneos lectos
cum in publicum sternerentur, hædinasq; pro stragulis pelles, & ante ipsius Iouis cel-
lam proposita conuiuijs uasa fictilia: quid aliud? paupertatem in capitolio consecrare,
Vt nullum aliud factum eius habeam, quo illum Catonibus inseram, hoc parum credi
mus? Censura fuit illa, non cœna. O quàm ignorant homines cupidi gloriæ quid illa
sit, aut quemadmodum petenda. Illo die populus Romanus multorū suppellectilem
spectauit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumq; fractum est, & in
milites conflatum, At omnibus seculis Tuberonis fictilia durabunt. Vale.

IN LIBRVM XV. EPIST. XCVI.

Veneriæ spondyliq;. Quid sibi uelit illa uox ueneriæ, nondum quiui deprehendere, non suffragantibus exem-
plaribus, quæ ferè consentiunt. Viuerras in delicijs fuisse non legi, & hic piscium tantum fit mentio. An murenæ le-
gendum sit nescio. Aristoteles inter genera piscium refert sphyrænam. Theodorus uertit malleolum, fieri potest, ut
hæc uox ignota depraua ta fuerit in ueneriam, aut aliam huic similem. Nam uarie habetur.

Echinis totam distractiq; sine ullis ossibus nulli construerunt. Piget esse picta, singula coquuntur in urna sapo-
ris. Sic habebat æditio prior. Aliud exemplar habebat, Echini torti distractiq; sine ullis ossibus multis contraxerunt
pituitam. Aliud consentiebat, nisi quod pro multis habebat mulli. In alijs alia atq; alia erat lectio, sed nulla quam to-
tam probares. Itaq; diuinandum est, quod in eruditis autoribus, nimiū crebro accidit. Vide num sic legendum, Spon
dyliq; & ostrea, eatenus circumcisa qua eduntur, interuenientibus distinguebantur echinis. Totam distracti sine ul-
lis ossibus mulli construerant. Piget esse singula, coguntur in unum sapores, ut piget esse, sit pro piget comedere.
Vox, picta, uidetur superesse. Enarrator quispiam supra singula adiecerat dicta, id alius uertit in picta, aut si quid ad
rem facit, elixa legendum arbitror. Existimo me propemodum totam lectionem diuinasse.

Quæ rependunt. Alij, quæ impediunt: reprendunt pro reuocant legendum censeo.

Et præconari totos uetent. Arbitror legendum, perconari pro perficere siue pertendere.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPI-STOLARVM LIB. DECIMVS SEXTVS.

EPIST. XCVII. Assentiendum esse fatorum decretis.

Antum tu indignaris aliquid, aut quereris, & non intelligis nihil
esse in istis mali, nisi in hoc unū, ęd indignaris & quereris? Si me
interrogas, nihil puto uiro miserum, nisi aliquid esse in rerum na-
tura, quod putet miserum. Non ferā me, quo die aliquid ferre non
potero. Male ualeo, pars fati est. Familia decubuit, fœnus offen-
dit, domus crepuit. Damna, uulnera, labores, metus incurrerunt.
Solet fieri, hoc parum est, debuit fieri, decernuntur ista, non acci-
dunt. Siquid credis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime
detego, in omnibus quæ aduersa uidentur & dura, sic formatus sum. Non pareo deo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed assentior: ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil unquam mihi incidet quod tristis excipiam, quod malo uultu, nullum tributum inuitus conferam. Omnia autē ad quæ gemimus, quæ expauescimus, tributa uitæ sunt. Horū mi Lucili, nec speraueris immunitatem, nec petieris. Velicæ te dolor inquietauit, Epulæ uero erunt parum dulces, detrimenta continua, propius accedam, de capite timuisti. Quid tu nescibas hæc te optare, cū optares senectutem? Omnia ista in longa uita sunt, quomodo in longa uia sunt, & puluis, & lutum, & pluuia. Sed uolebam uiuere, carere tamen incommodis omnibus. Tam effœminata uox uirū dedecet. Videris quemadmodū hoc uotū meum excipias. Ego illud magno animo, non tantū bono facio. Neq; dij, neq; deæ faciant, ut te fortuna in delitijs habeat. Ipse te interroga, si quis potestatē tibi deus faciat, utrū uelis uiuere in macello, an in castris. Atqui uiuere mi Lucili militare est. Itaq; hi qui iactantur, & per operosa atq; ardua sursum atq; deorsum eunt, & expeditiones periculosissimas obeūt, fortes uiri sunt, primores q; castrorū. Isti quos publica quies, aliis laborantibus molliter habet, † turturillæ sunt, tuti contumeliæ causa. Vale.

al. turtille

EPIST. XCVIII. Vitia hominum esse, non temporum. Et quod praua consuetudo lætam inuerecundiam induxerit criminibus, quæ secundum naturam conscientiæ tuta esse non possunt.

ERras mi Lucili, si existimas nostri seculi esse uitium, luxuriam & negligentiam boni moris, & alia quæ obijcit suis quisq; temporibus. Hominum sunt ista, non temporum. Nulla ætas uacauit à culpa. Et si æstimare licentiam cuiusq; seculi incipias, pudet dicere, Nunquam apertius quàm corā Catone peccatū est. Credat aliquis pecuniā esse uersatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulteriū, quod cum Cæsaris uxore in aperto cōmiserat, uiolatis religionibus eius sacrificij, quod pro populo fieri dicitur, sic submotis extra cōspectum omnibus uiris, ut picturæ quoq; masculorum animalium contegantur. Atqui dati iudicibus nummi sunt, & quod hac etiam numpactione turpius est, stupra insuper matronarū & adolescentulorum nobilium salarij loco exacta sunt. Minus crimine, quàm absolutione, peccatum est. Adulterij reus adulteria diuisit, necante fuit de salute securus quàm similes sui iudices suos reddidit. Hæc in eo iudicio facta sunt, in quo (si nihil aliud) Caro testimoniū dixerat: ipsa ponam uerba Ciceronis, quia res fidem excedit. Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit, Iam uero ò dij boni rem perditam, etiam nocles † scortorum mulierum atq; adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Non uacat de precio quæri, plus in accessionibus fuit. Vis seueri illius uxorem? Dabo illam. Vis diuitis? huius quoq; tibi præstabo concubitum. Adulterium ubi feceris, damna. Illa formosa quam desideras ueniet, illius tibi nocte promitto, nec differo. Intra † comparandi rationem fides promissi mei stabit. Plus est distribuere adulteria, quàm facere. Hoc uero matribus familię denuntiare est. Hi iudices Clodiani à senatu petierant præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessariū, & impetrauerāt. Itaq; eleganter illis Catulus, absoluto reo, quid uos, inquit, præsidiū à nobis petebatis? An ne nummi uobis eriperentur? Inter hos tamen iocos impune tulit ante iudicū adulter, in iudicio senno, qui damnationē peius effugit, quàm meruit. Quicquam fuisse corruptius illis moribus credis, quibus libido non sacris inhiberi, non iudicijs poterat? quibus in ea ipsa quæstione quæ extra ordinem senatus cōsulto exercebatur, plus quàm quærebatur admissum est? Quærebatur an post adulteriū aliquis posset tutus esse, apparuit sine adulterio tutū esse non posse. Hoc inter Pompeiū & Cæsarem, inter Ciceronē Catonemq; cōmissum est. Catonem inquam illū, quo sedente negatur populus permisisse sibi postulare florales iocos, nudandarū mereticū. Si credis spectasse tunc seuerius homines quàm iudicasse, & fieri facta ista ex licentia urbiū, aliquando disciplina metuq;, nunc q; sponte consident. Non est itaq; quod credas, nunc plurimū libidini permissum esse, legibus minimū. Longe enim frugalior hæc iuuentus, quàm illa est, cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud eum confiterentur, cum stuprum cōmitteretur rei iudicandæ causa, cum Clodius ijsdem uitijs gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione: credat hoc quisquam? qui damnabatur uni adulterio, absolutus

forte, senatoriarum

al. comperendinationem forte. citra pro intra

solutus est multis. Omne tempus Clodios, non omne Catones fert. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest, nec comes deesse, & res etiam ipsa sine duce, sine comite procedit, non pronum iter est tantum ad uitia, sed præceps. Et, quod plerosq; inemendabiles facit, omniū aliarum artium peccata, artificibus pudori sunt, offenduntq;, dum errantem uitæ peccata delectant. Nō gaudet naufragio gubernator euerso, nō gaudet ægro medicus elato, non gaudet orator, si patroni culpa reus cecidit, At cōtra omnibus crimen suū uoluptati est. Lætatur ille adulterio, in quod iritatus est ipsa difficultate, lætatur ille circumscriptione furti. Quod non tam illi culpa, quàm culpæ fortuna displicuit, id praua consuetudine euenit. Alioqui ut scias subesse animis, etiam in pessima adductis, boni sensum, nec ignorari turpe, sed negligi, omnes peccata dissimulant, & quamuis feliciter cesserint, fructu illorum utuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire uult & conspici, Ipsas nequitia tenebras timet. Eleganter itaq; ab Epicuro dictum puto, Potest nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest, Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum, Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si facultatem habent, fiduciam non habent. Ita est, tuta scelera esse, secura nō possunt. Hoc ergo repugnare sectæ nostrę si sic expediatur, non iudico. Quare? quia prima illa & maxima peccantiū est pœna, peccasse. Nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac uindicet, impunitū est, quoniam sceleris in scelere suppliciū est. Sed nihilominus & hęc & illa secundæ pœnæ premunt ac sequuntur, timere semper & expauescere, & securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiā liberem? Quare non semper illam in suspenso relinquā? Illic dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit nihil iustum esse natura, & crimina uitanda esse, quia uitari metus non possit. Hic cōsentiamus, mala facinora conscientia flagellari, & plurimū illi tormentorū esse, eo quod perpetua illam solicitudo urget, ac uerberat, quod sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentū Epicuri est, natura nos à scelere abhorrere, quod nulli non etiā inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. Quare? quia infixa nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos cōscientia, & ipsos sibi ostendit. Propriū autem est nocentiū trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem & iudicē effugiunt, & scripta supplicia, nisi illa naturalia & grauia de præsentibus soluerent, & in locum † patientiæ timor cederet. Vale.

al. pœnitentiæ

EPIST. XCIX. Qualiter aduersus fortunæ duritiam componendus est animus.

NVnquam credideris felicem quenquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur, qui aduentitio lætus est, exibit gaudiū quod intrauit. At illud ex se ortum, fidele, firmumq;, & crescit, & ad extremum usq; prosequitur. Cætera quorum admiratio est uulgo, in diem bona sunt. Quid ergo? non usui ac uoluptati esse possunt? Quis negat? Sed ita, si illa ex nobis pendent, nō ex illis nos. Omnia quæ fortuna intuetur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si quis habens ista, se quoq; habet, nec in rerum suarū potestate est. Errant enim mi Lucili, qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam. Materiam dat bonorum ac malorū, & initia rerum apud nos in malum bonúmue exiturarum. Valentior enim omni fortuna animus est, in utranq; partem ipse res suas ducit, beataeq; ac miseræ uitæ sibi causa est. Malus animus omnia in malū uertit, etiam quæ cum specie optimi uenerāt. Rectus atq; integer corrigit praua fortunæ, & dura atq; aspera, ferendi scientia mollit, idemq; & secunda grate excipit modesteq;, & aduersa constanter atq; fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra uires suas tentet, non contingit illi bonum integrum illud, & extra minas fortunæ positum, nisi certus aduersus incerta est. Siue alios obseruare uolueris (liberius enim inter aliena iudicium est) siue teipsum fauore sepposito, & senties hoc & confiteberis, nil ex his optabilibus & charis, utile esse, nisi te contra leuitatem casus, rerumq; casum sequentium, instruxeris, nisi illud frequenter & sine querela inter singula damna dixeris, Dijs aliter uisum est. Imò mehercule (ut carnem fortius ac iustius repetam) quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito quoties aliquid aliter quàm cogi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabas euenerit, Dij melius. Sic compoſito nihil accidet: ſic autem componetur, ſi quid humanarum rerum uarietas poſſit, cogitauerit, antequam ſenſerit. Si & liberos coniugem atq; patrimoniū, ſic habuerit, tanquam non utiq; ſemper habiturus, & tanquam non futurus ob hoc miſerior, ſi habere deſierit. Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer, qui ſolicitus eſt, ut ea quibus delectatur, ad extremū uſq; permaneant. Nullo enim tempore conquieſcet, et expectatione futuri, præſentia, quibus frui poterat, amittet. In æquo eſt autem dolor amiſſæ rei, & timor amittendæ. Nec ideo precipio tibi negligentiam. Quin uero metuenda declina, & quicquid cōſilio proſpici poteſt, proſpice. Quodcunq; læſurum eſt, multo antequam accidat, ſpeculare et auerte. In hoc ipſum tibi plurimū conferet fiducia, & ad tolerandum omne obfirmata mens. Poteſt fortunam cauere, qui poteſt ferre. Certe in tranquillo non tumultuatur. Nil eſt nec miſerius nec ſtultius, quàm ſemper timere. Quæ iſta dementia eſt malum ſuum antecedere? Deniq; ut breuiter includam, quod ſentio, & iſtos † ſacagios, ac ſibi moleſtos deſcribam tibi, tam intemperantes in ipſis miſerijs, quàm ſunt ante illas. Plus dolet quàm neceſſe eſt. Eadem enim infirmitate dolorem non æſtimat, qua non expectat. Intemperantia fingit ſibi perpetuam felicitatem ſuam, fingit ſibi creſcere debere quæcunq; contigerunt, non tantū durare, & oblitus fati quo humana iactantur, ſibi uni fortuitorum conſtantiā ſpondet. Egregie itaq; uidetur mihi Metrodorus dixiſſe in ea epiſtola, qua ſororem, amiſſo optimæ indolis filio, alloquitur. Mortale eſt omnium mortalium bonum, de his loquitur bonis, ad quæ concurritur. Nam illud uerum bonum non moritur, certum eſt ſempiternumq; ſapientia & uirtus, hoc unum contingit immortale mortalibus. Cæterum tam improbi ſunt, tamq; obliti quò eant, quò illos ſinguli dies † turbent, ut mirentur aliquid ipſos amittere, amiſſuri uno die omnia. Quicquid eſt, cui dominus inſcriberis, apud te eſt, tuum non eſt. Nihil firmū infirmo, nihil fragili æternum & inuictum eſt, tam neceſſe eſt perire quàm perdere: & hoc ipſum ſi intelligimus, ſolatium eſt, æquo animo perdere, quod periturū eſt. Quid ergo aduerſus has amiſſiones auxilij inuenimus? Hoc, ut memoria teneamus amiſſa, nec cum ipſis fructum excidere patiamur, quem ex illis percepimus. Habere eripitur, habuiſſe nunquam. Peringratus eſt, qui cum amiſerit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit caſus, uſum fructumq; apud nos relinquit, quem nos iniquitate deſiderij perdidimus. Dic tibi, ex iſtis quæ terribilia uidentur, nihil eſt inuictū. Singula uicere iam multi, ignem mutius, crucem Regulus, uenenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato. Et nos uincamus aliquid. Rurſus iſta, quæ ut ſpecioſa & felicia trahūt uulgū, à multis & ſæpe contempta ſunt. Fabricius diuitias imperator reiecit, cenſor notauit, Tubero paupertatē & ſe dignam & capitolio iudicauit, cum fictilibus in publica cœna uſus, oſtendit debere his hominem eſſe contentum, quibus dij etiamnū uterentur. Honores repulit pater Sextius, qui ita natus ut R. P. deberet capeſſere, latum clauum diuo Iulio dante, non recipit. Intelligebat enim quod dari poſſet, & eripi. Nos quoq; aliquid ex his faciamus animoſe, ſimus inter exempla. Quare deficimus? Quare deſperamus? Quicquid fieri potuit, poteſt. Nos modo purgemus animū, ſequamurq; naturam, à qua aberranti cupiendū timendumq; eſt, & fortuitis ſeruiendū. Licet reuerti in uiam, licet in integrum reſtitui. Reſtituamur, ut poſſimus dolores, quocunq; modo corpus inuaſerint, perferre, & fortunæ dicere, Cum uiro tibi negocium eſt, Quære quem uincas. His ſermonibus, & his ſimilibus, lenitur iſta uis ulceris, quā opto mehercules mitigari, et aut ſanari, aut ſtare, & cum ipſo ſeneſcere. Sed ſecurus de iſto ſum, de noſtro damno agitur, quibus ſenex egregius eripitur. Nam ipſe uitæ plenus eſt, cui adiici nihil deſiderat ſua cauſa, ſed eorum, quibus utilis eſt. Liberaliter facit quod uiuit. Alius iam hos cruciatus finiſſet: hic tam turpe putat mortē fugere, quàm ad mortem confugere, Quid ergo? non ne ſuadebit, & exibit? Quid ni exeat? ſi nemo iam eo uti poterit? ſi nihil aliud quàm dolori operam dabit? Hoc eſt mi Lucili, philoſophiam in opere diſcere, & ad uerum exerceri, Videre quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat, hic premat. Quid faciendum ſit, à faciente diſcendū eſt. Adhuc argumentis actum eſt, an poſſit aliquid dolori reſiſtere, an mors, magnos quoq; animos admota

al. Satageos, à ſatagendo: ſicut abigeos

ſorte, trudant

ſubmittere

ſubmittere. Quid opus eſt uerbis? In rem præſentem eamus, nec mors illum contra dolorem facit fortiorem, nec dolor contra mortem. Contra utrunq; ſibi fidit: nec ſpe mortis patienter dolet, nec tedio doloris, libenter moritur: hunc fert, illā expectat. Vale.

EPIST. C. Conſolatio amici, de filij morte. Et quod lucius non uoluptate, ſed ratione ſanandus eſt.

EPiſtolam quam ſcripſi Marullo, cum filium paruulum amiſiſſet, & diceretur moliter ferre, miſi tibi. In qua non ſum morem ſolitū ſecutus, nec putaui leuiter illum debere tractari, cum obiurgatione eſſet, quàm conſolatione dignior. Afflicto enim & magnum uulnus male ferenti, pauliſper cedendum eſt. Exatiet ſe aut certe primum impetum effundat. Hi qui ſibi lugere ſumpſerūt, protinus caſtigentur, & diſcant quaſdā etiam lachrymarū ineptias eſſe. Solatia expectas, conuitia accipe. Tam molliter tu fers mortem filij, quid faceres, ſi amicum perdidiſſes? Deceſſit filius incertæ ſpei paruulus, puſillum temporis perijt, cauſas doloris conquirimus, & de futura etiam inique queri uolumus, quaſi non ſit iuſtas querendi cauſas præbitura. At mehercule, ſatis mihi iam uidebaris animi habere etiam aduerſus ſolida mala, nedum ad iſtas umbras malorum, quibus ingemiſcūt homines amoris cauſa, quod damnorum omnium maximum eſt. Si amicū perdidiſſes, danda opera erat, ut magis gauderes, quod habueras, quàm mœreres, quod amiſeras. Sed pleriq; non computant quanta perceperint, quantúmue gaudium ſint. Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non ſuperuacuus tantum, ſed ingratus eſt. Ergo quod habuiſti talem amicum, perit opera. Tot annis, tanta coniunctione uitæ, tam familiari ſtudiorum ſocietate nihil actum eſt. Cum amico effers amicitiam, et quid doles amiſiſſe, ſi habuiſſe non prodeſt? Mihi crede, magna pars ex illis quos amauimus, licet ipſos caſus abſtulerit, apud nos manet. Noſtrū eſt quod præteriit tempus, nec quicquam eſt loco tutiore, quàm quod fuit. Ingrati aduerſus percepta ſpe futuri ſumus, quaſi non quod futurū eſt, ſi modo ſucceſſerit nobis, cito in præterita tranſiturum ſit. Anguſte fructus rerū determinat, qui tantū præſentibus lætus eſt. Et futura & præterita delectant. Hæc expectatione, illa memoria: ſed alterū pender, & non fieri poteſt, alterum non poteſt non fuiſſe. Quis ergo furor eſt certiſſimo excidere? Acquieſcamus his, quæ iam hauſimus, ſi modo non perforato animo hauriebamus, & tranſmittente quicquid acceperat. Innumerabilia ſunt exempla eorū, qui liberos iuuenes ſine lachrymis extulerint: qui in ſenatum, aut in aliquod publicum officium à rogo redierint, & ſtatim aliud egerint, nec immerito. Nam primum ſuperuacuū eſt dolere, ſi nihil dolendo proficias. Deinde iniquum eſt queri de eo, quod uni accidit, & omnibus reſtat. Deinde deſiderij ſtulta conqueſtio eſt, ubi minimū intereſt, inter amiſſum & deſiderantē. Eo ita æquiore animo eſſe debemus, quod quos amiſimus, ſequimur. Reſpice celerita tem rapidiſſimi temporis, cogita breuitatē huius ſpacij, per quod citatiſſimi currimus. Obſerua hunc comitatū generis humani, eodem tendentis, minimis interuallis diſtinctum, etiam ubi maxima uidentur. Quem putas perijſſe, præmiſſus eſt. Quid autem dementius, cū cum idē tibi iter emetiendū ſit, flere eū, qui anteceſſit? Flet aliquis factum, quod non ignorauit futurū, aut ſi mortem in homine nō cogitauit, ſibi impoſuit. Flet aliquis factum, quod aiebat non poſſe fieri. Quiſquis aliquem queritur mortuum eſſe, queritur hominem fuiſſe. Omnes eadem conditio deuinxit, cui naſci contigit, mori reſtat. Interuallis diſtinguimur, exitu æquamur. Hoc quod inter primum diem & ultimum iacet, uarium & incertum eſt. Si moleſtias æſtimas, etiam puero longum; ſi uelocitatem, etiam ſeni anguſtū. Nil non lubricum & fallax, & omni tempeſtate mobilius. Iactantur cuncta, & in contrarium tranſeunt, iubente fortuna, & in tanta uolutatione rerum humanarum, nil cuiquam niſi mors, certum. Tamen de eo querūtur omnes, in quo uno nemo decipitur. Sed puer deceſſit. Nondū dico melius agi cum eo, qui uita defungitur. Ad eū tranſeamus qui cōſenuit, quantulo uincit infantē? Propone profundi temporis uaſtitatē, & uniuerſum complectere: deinde hoc quod ætatē uocamus humanam, cōpara † immēſo, uidebis quàm exiguū ſit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantū lachrymæ, quantū ſolicitudines occupant, quantū mors, anteq; ueniat optata, quantū ualetudo, quantum timor, quantum teneri aut rudes aut inutiles anni. Di

al. uniuerſo

Universidad de Deusto
Biblioteca

midium ex hoc èdormitur. Adijce labores, luctus, pericula, & intelliges etiam in longissima uita, minimũ esse quod uiuitur. Sed quis tibi cõcedit, non melius se habere eũ, cui cito reuerti licet, cui ante lassitudinẽ peractũ est iter? Vita nec bonum nec malum est, boni ac mali locus est. Ita nihil perdidit ille, nisi aleã in damnũ certius. Potuit euadere modestus ac prudens, potuit sub cura tua in meliora formari, sed (quod iustius timetur) potuit fieri pluribus similis. Aspice illos iuuenes, quos ex nobilissimis domibus in arenã luxuria proiecit, aspice illos, qui suã alienamq; libidinẽ exercent mutuo impudici, quorũ nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit, plus timeri quàm sperari potuisse manifestum erit. Nõ debes itaq; causas doloris accerere, nec leuia incõmoda indignando cumulare. Non hortor, ut nitaris & urgeas. Non tam male de te iudico, ut tibi aduersus hæc totam putem uirtutẽ aduocandam. Non est dolor iste, sed morsus, tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia proficit, si puerũ nutrici adhuc quàm patri notiorem animo forti desideras. Quid? nunc ego duriciam suadeo, & in funere ipso erigere uultum uolo, & animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhumanitas est ista, nõ uirtus, funera suorum hisdem oculis, quibus ipsos uidere, nec commoueri ad primam familiariũ diuisionem. Puta autem me uetare quædam, quæ non sunt sui iuris. Excidunt etiam retinentibus lachrymæ, & animum profusæ leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, nõ imperemus. Fluant quantum affectus eiecerit, nõ quantum poscet imitatio. Nihil uerò mœrori adijciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit, quàm dolor. Quotus quisq; sibi tristis est? Clarius cum audiuntur gemunt, et taciti quietiq; dum secretum est, cum aliquos uiderint, in fletus nouos excitantur. Tum capiti suo manus ingerunt, quod potuerant facere nullo prohibẽte liberius, tunc mortem comprecantur sibi, tunc lectulo deuoluuntur. Sine spectatore cessat dolor. Sequitur nos ut in alijs rebus, ita in hac quoq; hoc uitium, ad plurium exempla cõponi, nec quid oporteat, sed quid soleat aspicere. A natura discedimus, populo nos damus, nullius rei bono autori, & in hac re, sicut in omnibus inconstantissimo. Videt aliquem fortem in luctu suo, impium uocat & efferatum. Videt aliquem collabentem, & corpori affusum, effœminatum ait & eneruem. Omnia itaq; ad rationem reuocanda sunt. Stultius uerò nihil est, quàm famam captare tristiciæ, et lachrymas approbare, quas iudico sapienti uiro, alias
2 permissas cadere, alias ut sua latas. Dicam quid intersit: cum primũ nos nuncius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus è cõplexu nostro in ignẽ transiturum, lachrymas naturalis necessitas exprimit: & spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodũ totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorẽ perpremit & expellit. Hæ lachrymæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Aliæ sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum, quos amisimus, tractatur, & inest quiddam dulce tristiciæ, cum occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas, tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis uincimur. Non est itaq;, quod lachrymas propter circũstantes assidẽtesq; aut cõtineas, aut exprimas: nec cessant, nec fluunt unq; tam turpiter, q; finguntur. Eant sua sponte. Ire autem possunt placidis atq; cõpositis. Sæpe salua sapientis autoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deesset. Licet, inquam, naturæ obsequi grauitate seruata. Vidi ego in funere suorum uerendos, in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium scena, Nihil erat, nisi quod ueris dabatur affectibus, Est aliquis & dolendi decor, hic sapienti seruandus est, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid sat est. Imprudentium ut gaudia, sic dolores exundauere. Aequo animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid nouum euenit? Quàm multi cum maximè funus locatur, quàm multi uitalia eruuntur, quàm multi post luctum tuum lugent? Quoties
3 cogitaueris puerum fuisse, cogita & hominem, cui nihil certi promittatur, quem fortuna non utiq; perducit ad senectutem, unde uisum est dimittit. Cæterũ de illo frequenter loquere, & memoriam eius quantum potes, celebra, quæ ad te sæpius reuertetur, si erit sine acerbitate uentura. Nemo enim libenter tristi conuersatur, nedum tristiciæ. Si quos sermones eius, si quos quamuis paruuli iocos cum uoluptate audieras,

sæpius

sæpius repete: potuisse illum implere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter affirma. Obliuisci quidem suorum, ac memoriam cum corporibus efferre, & effusissimè flere, meminisse parcissimè, inhumani animi est, Sic aues, sic feræ suos diligunt, quarum concitatus est amor, & penè rapidus, sed cum amissis totus extinguitur. Hoc prudentem uirum non decet. Meminisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probo, quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatam tristitiæ uoluptatem, hanc ipsam captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori uerba subscripsi. De quibus non dubito, quid sis sensurus. Quid enim turpius, quàm captare in ipso luctu uoluptatẽ, imò
4 per luctum et inter lachrymas quoq; quod iuuet quærere? Hi sunt qui nobis obijciunt nimium rigorem, et infamant præcepta nostra duricia, quod dicamus dolorem aut admittendum non esse, aut cito expellendum. Vtrum tandem est, aut incredibilius, aut inhumanius, non sentire amisso amico dolorem, an uoluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod præcipimus honestum est. Cum aliquid lachrymarum affectus effuderit, & (ut ita dicam) despumauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis, miscendam ipsi dolori uoluptatem? Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum insuso lacte compescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet, aut amicus expirat, cessare pateris uoluptatem, sed ipsum uis titillare mœrorem. Vtrum honestius dolor animo submouetur, an uoluptas ad dolorem quoq; admittitur? dico admittitur? captatur, & quidem ex ipso. Est aliqua, inquit, uoluptas cognata tristiciæ. Illud nobis licet dicere, uobis quidem non licet. Vnum bonum nostis uoluptatem, unum malum dolorem. Quę potest inter bonum et malum esse cognatio? Sed puta esse, nunc potissimum eruitur, & ipsum dolorem scrutamur, an aliquid habeat iucundum circa se & uoluptarium. Quædam remedia alijs partibus corporis salutaria, uelut fœda & indecora adhiberi alijs nequeunt, & quod alibi prodesset sine damno uerecundiæ, id fit inhonestum loco uulneris. Non te pudet luctum uoluptate sanare? Seuerius ista plaga sananda est. Illud potius admone, nullum mali sensum ad eum qui perit, peruenire. Nam si peruenit, non perijt. Nulla, inquam, eum res lædit, qui nullus est, Viuit, si læditur. Vtrum putas illi male esse, quod nullus est, an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse, quod non est. Quis enim nullius sensus est? Nec ex eo, quod est. Effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. Illud quoq; dicamus ei qui deflet ac desiderat in ætate prima raptum, Omnes quantum ad breuitatem æui, si uniuerso compares, & iuuenes et senes in æquo sumus. Minus enim ad nos ex omni ætate uenit, quàm quod minimum esse quis dixerit, quoniamquidem minimum aliqua pars est. Hoc quod uiuimus proximum nihilo est, & tamen ob dementiam nostram late disponitur. Hæc tibi scripsi, non tanquam expectaturus esses remedium à me tam serum: liquet enim mihi te locutum tecum, quicquid lecturus es: sed ut castigarem illam exiguam moram, qua à te recessisti, et in reliquum exhortarer contra fortunam tolleres animos, & omnia eius tela non tanquam possent uenire, sed tanq; utiq; essent uentura, prospiceres. Vale.

EPIST. CI. Quod philosophi oratio magis debet esse simplex, plana, quàm composita, uel solicita.

FAbiani Papyrij libros qui inscribuntur ciuiliũ, legisse te cupidissimè scribis, & nõ respondisse expectationi tuæ. Deinde oblitus de philosopho agi, compositionem eius accusas. Puto esse quod dicis, & effundi uerba, non fingi. Primum habet ista res suam gratiam, & est decor proprius orationis leniter lapsæ. Multũ enim interesse existimo, utrum exciderit, an fluxerit. Nunc in hoc quoq; quod dicturus sum, ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere uidetur orationẽ, sed fundere. Adeò larga est, & sine perturbatione, non sine cursu tamen ueniens: illud planè fatetur et præferri, non esse tractatam, nec diu tortam, sed ita, ut eius esse credamus. Mores ille non uerba cõposuit, & animis scripsit ista, non auribus. Præterea ipso dicente non uacasset tibi partes intueri. Adeò te summa rapuisset, & ferè quæ impetu placent, minus præstant ad manũ relata. Sed illud quoq; multum est, primo aspectum oculorũ occupasse, etiam si contemplatio diligens inuentura est, quod arguat. Si me interrogas, maior ille est

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui iudicium abstulit, quàm qui meruit. Et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio solicita philosophum non decet. Vbi tandem erit fortis & constans, ubi periculum sui faciet, qui timet uerba? Fabianus non erat negligens in oratione, sed securus. Itaq; nihil inuenies sordidum. Electa uerba sunt, nõ captæ, nec huius seculi more contra naturam suam posita & inuersa, splendida tamen: quamuis sumantur è medio, sensus honestos & magnificos habent, nõ coactos in sententia, sed al. latius †altius ductos. Videbimus quod parum recisum sit, quod parum structum, quod non huius recentis polituræ. Cũ circumspexeris omnia, nullas uidebis angustias inanes. Desit sanè uarietas marmorum, & concisura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, non contenta decore simplici miscet, quod dici solet, domus recta est. Adijce nunc quod de compositione non constat. Quidam illam uolunt esse ex horrido comptam, quidam usq; eò aspera gaudent, ut etiam quæ mollius casus explicuit, ex industria dissipent, & clausulas abrumpant, ne ad expectatum respondeant. Lege Ciceronem. Compositio eius una est, pedem seruat, curata, lenta & sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinij salebrosa & exiliens, & ubi minimè expectes, relictura. Denicq; apud Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimis, quæ ad certum modum, et ad unum exemplar astricta sunt. Humilia præterea tibi uideri dicis omnia, & parum erecta, quo uitio carere eum iudico. Non sunt humilia illa, sed placida. Sunt enim tenore quieto, compositoq; formata, nec depressa, sed plana. Deest illis oratorius uigor. Stimuli quoq; quos quæris, & subiti ictus sententiarum. Sed totum corpus uide, quamuis non sit comptum, honestum est. Non habet oratio eius, sed debet dignitatem. Affer quem Fabiano possis præponere. Dic Ciceronẽ, cuius libri ad philosophiam pertinentes, penè totidem sunt, quot Fabiani. Cedam, sed non statim pusillum est, siquid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem, Cedam, † & respondeamus, in re tanta eminere est, & post duos esse. Nomina adhuc Liuium. Scripsit enim & dialogos, quos non magis philosophiæ annumerare possis, quàm historiæ, & ex professo philosophiam continentes libros. Huic quoq; dabo locum. Vide tamen quàm multos antecedat, qui à tribus uincitur, & tribus eloquentissimis. Sed non præstat omnia. Non est fortis oratio eius, quamuis elata sit; non est uiolenta nec torrens, quamuis effusa sit, non est perspicua, sed pura. Desideras, inquis, contra uitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi. Sit aliquid oratoriæ acre, tragicæ grande, comicæ exile. Vis illum assidere pusillæ rei, uerbis? Ille rerum se magnitudini addixit, eloquentiam uelut umbram, non hoc agens, trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta, nec insecta collecta, nec omne uerbum excitabit ac pungent. Fateor, exibunt multa, nec serient, & interdum ociosa præterlabetur oratio. Sed multum erit in omnibus locis, & ingens sine tedio spacium. Denicq; illud præstabit, ut liqueat tibi, illum sensisse, quæ scripsit. Intelliges actum hoc, ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad profectũ omnia tendunt, & ad bonam mentem, nõ quæritur plausus. Talia esse scripta eius nõ dubito, etiam si magis reminiscor quàm teneo, hæretq; mihi color eorum, non ex recenti conuersatione familiariter, sed summatim, ut solet, ex uetere notitia. Cum audirem certe illum, talia mihi uidebantur, non solida, sed plena, quæ adolescentem indolis bonæ attollerent, & ad imitationem sui uocarent, sine desperatione uincendi. Quæ mihi adhortatio uidetur efficacissima. Deterret enim qui imitandi cupiditatem non fecit, spem abstulit. Cæterum uerbis abundabat sine commendatione partium singularum, in uniuersum magnificus. Vale.

IN LIBRVM XVI. EPIST. XCVIII.

a Seuerius homines spectasse iudicasse, etsi fieri facta ista ex licentia urbium, aliquando disciplina metuq;, nunquam sponte consident. Sic prior æditio. Alius sic, iudicasse, & fient, & facta sunt, & licentia urbium, Alius & facta ista sibi ex licentia. Ex his uestigijs conijcio legendum. Si credis seuerius spectasse tunc homines quàm iudicasse, & fient quæ facta sunt. Si ex licentia urbium, aliquando disciplina metuq;, nunquam sponte consident, siue concident. Mox pro permisisse legendum, permissum esse.

EPISTOLA

EPISTOLA C.

Alias permissas cadere, alias uisu allatas. Alibi pro uisu erat usu. Non dubium quin legendum sit, ui sua latas: quod in quodam exemplari reperi, licet mendose scriptum. 2

Quàm multis uitalia emuntur. Sic prior, in alijs erat emittunt: eruuntur opinor legendum. Sensit enim de cadaueribus, quibus eximuntur uitalia, ut possint condiri. 3

Metrodori uerba subscribam, In duobus exemplaribus comperi uestigia Græcorum elementorum, sed adeò deprauata, ut ex his nihil potuerit conijci dignum memoratu. 4

EPISTOLA CI.

Concisura aquarũ à cuniculis interfluentiũ, & pauperis cella. Quidã habebant à cubiculis, quod erat tolerabile, si tollas à præpositionẽ: Sed pauperis cõstat uocẽ esse suppositiciam, nec adhuc queo diuinare, quid sit reponendum. 5

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER XVII.

EPIST. CII. De inopinato fati termino, Vbi notat eos, qui longiorem uitam supplicio uel turpitudine paciscuntur.

Omnis dies, omnis hora, quàm nihil simus ostendit, & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos, cum æterna meditantes respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principiũ uelit, quæris? Senecionem Cornelium equitem Romanũ splendidum & officiosum noueras: ex tenui principio seipse promouerat, & iam illi decliuis erat cursus ad cætera. Facilius enim crescit dignitas, quàm incipit. Pecunia quoq; circa paupertatem plurimũ amorem habet, dum ex illa ereptat. Hic etiam Senecio diuitijs immínebat, ad quas illum duæ res ducebant efficacissimæ, & quærendi, & custodiendi scientia, quarum uel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summæ frugalitatis, non minus patrimonij quàm corporis diligens, cum me ex consuetudine mane uidisset, cum per totum diem amico grauiter affecto, & sine spe iacenti, usq; in noctem assedisset, cum hilaris cœnasset, genere ualetudinis præcipiti arreptus, angina, uix compressum artatis faucibus spiritum traxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas postquam omnibus erat sani ac ualentis officijs functus, decessit. Ille qui & mari & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoq;, nullum relinquens inexpertum genus quæstus, accesserat, in ipso actu bene cedentium rerũ, in ipso procurrentis pecuniæ impetu, raptus est, Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites, quàm stultum est ætatem disponere, nec crastino quidem dominamur. O quanta dementia est spes longas inchoantiũ. Emã, ædificabo, credam, exigam, honores geram, tum demum lassam & plenã senectutẽ in ocium referã. Omnia mihi crede, etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi quisq; de futuro debet promittere. Id quoq; quod tenetur, per manus exit, & ipsam quã premimus horã casus incidit. Voluitur tempus rata quidẽ lege, sed per obscurũ. Quid aũt ad me, an naturæ certũ sit, quod mihi incertũ est? Nauigationes longas, & pererratis littoribus alienis, seros in patriã reditus proponimus, militiam, & castrensiũ laborũ tarda manu precia, procurationes, officiorũq; per officia processus, cũ interim ad latus mors est, quæ quoniam nunq; cogitatur, nisi aliena, nobis subinde ingeruntur mortalitatis exempla, nõ diutius, q; dũ miramur hæsura. Quid autem est stultius, q; mirari id ullo die factum, quod omni potest fieri? Stat quidem terminus nobis ubi illum inexorabilis fatorũ necessitas fixit, sed nemo scit nostrum, q; propè uersetur terminus. Sic itaq; formemus animum, tanquam ad extremũ uentum sit. Nihil differamus. Quotidie cum uita paria faciamus. Maximum uitæ uitium est, quod imperfecta semper est, quod etiã aliquid ex illa differtur. Qui quotidie uitæ suæ summam manũ imposuit, non indiget tempore. Ex hac aũt indigentia timor nascitur, & cupiditas futuri exedens animũ. Nihil est miserius dubitatione uehementer irruentium, quorsum euadant. Quantũ sit illud quod restat, aut quale, collecta mẽs inexplicabili formidine agitatur. Quomodo effugiemus hanc uolutationem? Vno, si uita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est præsens. Vbi uerò, quicquid mihi debui redditũ est, ubi stabilita mens scit, nihil interesse inter diem & seculũ, quicquid deinceps dierũ rerumq; uenturũ est, ex alto prospicit, *Summam mãnum imponere*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prospicit,& cum multo risu seriem temporũ cogitat. Quid enim uarietas mobilitasq; casuũ perturbabit,si certus sis aduersus incertas? Ideò mi Lucili propera uiuere, & singulos dies,singulas uitas puta. Qui hoc modo se aptabit, cui uita sua quotidie fuit tota,securus est. In spe uiuentibus,proximum quodq; tempus elabitur,subitoq; auiditas, & miserrimum atq; miserrima omnia efficiet metus mortis. Inde illud Mecœnatis turpissimum uotum,quod & debilitatem non recusat,& deformitatem,& nouissimè acutam crucem,dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur. Debilem facito manu,debilem pede,coxa tuber,astrue giberum,lubricos quate dentes,uita dum supereſt,bene est. Hanc mihi,uel acutam si subdas crucem,sustineo. Quod miserrimum erat, si incidisset,optatur,& tanquam uita petitur,supplicij mora. Contemptissimum putarem,si uiuere uellet usq; ad crucem. Tu uerò,inquit,me debilites licet,dum spiritus in corpore fracto & inutili maneat: depraues licet,dũ monstruoso & distorto,temporis aliquid accedat: suffigas licet,& acutam sensuro crucem subdas, est tanti uulnus suum premere,& patibulo pendere destrictum,dum differat id quod est in malis optimũ, supplicij finem, est tanti habere animam,ut agam. Quid huic optes, nisi deos faciles? quid sibi uult ista carminis effœminati turpitudo? quid timoris dementissimi pactio? quid tam fœda uitæ mendicatio? Cui putas unq; recitasse Vergilium, Vsqueadeò ne mori miserum est? Optat ultima malorũ,& quæ pati grauissimũ est extendi ac sustineri cupit,qua mercede? scilicet uitæ longioris. Quid aũt huius uiuere est? Diu mori. Inuenitur aliquis,qui malit inter supplicia tabescere & perire membratim,& toties per stillicidia amittere animam,q̃ semel exhalare. Inuenitur qui uelit adactus ad illud infelix lignum iam debilis,iam prauus,& in fœdum scapularũ ac pectoris tuber elisus,cui multæ moriendi causæ etiam citra crucem fuerant,trahere animam tot tormẽta tracturam. Negat nunc magnũ beneficium esse naturæ, quod necesse est mori. Multi peiora pacisci ad hoc parati sunt, etiam amicũ prodere,ut diutius uiuant, & liberos ad stuprũ manu sua tradere,ut contingat lucem uidere, tot cõsciam scelerum. Excutienda uitæ cupido est, discendumq; nihil interesse,quando patiaris, quod quandoq; patiendum est, Quàm bene uiuas refert,non quamdiu,Sæpe autem in hoc esse bene,ne diu. Vale.

EPIST. CIII. Cauillatoriam ponit de claritate post mortem disputationem. Deinde philosophice de eadem disserit claritate.

QVomodo molestus est iucundum somnium uidenti qui excitat: aufert enim uoluptatem etiam si falsam,effectũ tamen ueri habentem: sic epistola tua mihi fecit iniuriam. reuocauit enim me cogitationi aptæ traditum, & iterum, si licuisset,ulterius iuuabat de æternitate animarum quærere, Imò mehercule credere. Credebam enim me facilem opinionibus magnorum uirorum, rem gratissimam promittentium magis quàm probantium. Dabam me spei tantæ. Iam eram fastidio mihi, iam reliquias ætatis infractæ contemnebam, in immensum illud tempus, & in possessionem omnis æui transiturum: cum subito experrectus sum, epistola tua accepta, & tam bellũ somnium perdidi,quod repetam,si te dimisero,& redimam. Negas mè epistola prima,totam quæstionem explicuisse,in qua probare conabar id,quod nostris placet, claritatẽ, quæ post mortem cõtingit,bonum esse. Id enim me non soluisse,quod opponitur nobis. Nullum,inquiunt,bonũ ex distantibus. Hoc autem ex distantibus constat. Quod interrogas mi Lucili,eiusdem quæstionis est,loci alterius,& ideò non hoc tantum,sed alia quoq; eodem pertinentia distuleram. Quædam enim,ut scis, moralibus rationalia immixta sunt, Itaq; illam partem rectam & ad mores pertinentem tractaui, Nunquid stultum sit ac superuacuum,ultra extremũ diem curas transmittere. An cadant bona nostra nobiscum,nihilq; sit eius,qui nullus est, An ex eo quodcũq; erit,sensuri simus, antequam aliquis fructus percipi aut peti possit. Hęc autem omnia ad mores spectant. Itaq; suo loco sita sunt. At quæ à dialecticis cõtra hanc opinionem dicuntur,segreganda fuerunt, & ideò sepositа sunt. Nunc quia omnia exigis, omnia quæ dicunt persequar, deinde singulis occurram, nisi aliquid præcidero, intelligi non poterunt quæ refellentur. Quid est,quod præcidere uelim? Quædam continua esse corpora, ut hominem: quædam composita, ut nauem, domum, omnia deniq; quorum diuersæ partes iunctura

iunctura in unum sunt coactæ: quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tanquam exercitus, populus, senatus. Illi enim per quos ista corpora efficiuntur, iure aut officio cohærent, natura diducti & singuli sunt. Quid est, quod etiam nunc præcidere uelim? Nullum bonum putamus esse, quod ex distantibus constat. Vno enim spiritu unum bonum contineri ac regi debet, unum esse unius boni principale. Hoc si quando desideraueris, per se probatur. Interim ponendum fuit quia in nostra a
tela mittuntur. Dicis, inquit, nullum bonum ex distantibus esse. Claritas autem ista, bonorum uirorum secunda opinio est. Nam quomodo fama non est unius sermo, nec infamia unius mala existimatio, sic nec claritas, uni bono placuisse. Consentire in hoc plures insignes & præstantes uiri debent, ut claritas sit. Hæc autem ex iudicijs plurium efficitur, id est, distantium, ergo non est bonum. Claritas, inquit, laus est, à bonis bono reddita, laus oratio, oratio uox est aliquid significans. Vox est autem licet uirorum sit bonorum. Neq; enim quicquid uir bonus facit bonum est. Nam & plaudit & sibilat, sed nec plausum quisquam, nec sibilum, licet omnia eius admiretur & laudet, bonum dicit, non magis quàm sternutamentum aut tussim. Ergo claritas bonum non est. Ad summam, dicite nobis, utrum laudantis, an laudati bonum sit? Si laudantis bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis, quàm si affirmetis meum esse, quod alius bene ualeat. Sed laudare dignos honesta actio est, ita laudantis bonum est, cuius actio est, non nostrum qui laudamur. At qui hoc quærebatur, Respondebo nunc singulis cursim. Primum, an sit aliquid ex distantibus bonum, etiam nunc quæritur, & pars utraq; sententias habet. Deinde claritas desiderat multa suffragia, potest & unius boni uiri iudicio esse contenta. Nam omnes bonos bonus unus iudicat. Quid ergo, inquit, & fama erit unius hominis existimatio, & infamia unius malignus sermo? Gloriam quoq;, inquit, latius fusam intelligo. Consensum enim multorum exigit. Diuersa horum conditio est, & illius. Quare? Quia si de me bene uir bonus sentit, eodem loco sum, quo, si omnes boni idem sentirent. Omnes enim si me cognouerint, idem sentient. Pars illis idemq; iudicium est, æque uero insistitur ab his, qui dissidere non possunt. Ita pro eo est, ac si omnes idem sentiant, quia aliud sentire non possunt. Ad gloriam et famam nõ est satis unius opinio. Illic enim potest unius sententia quod omnium, quia omnium si prorogetur, una erit. Hic diuersa dissimilium iudicia sunt, dissimiles affectus. Dubia omnia inuenias, leuia, suspecta. Putas tu posse sententiam unam omnium esse? Non est unius una sententia. Illi placet uerum. Veritatis una uis, una facies est. Apud hos falsa sunt, quibus assentiuntur. Nunquam autem falsis constantia est. Variantur, & dissident. Sed laus, inquit, nihil aliud quàm uox est. Vox autem bonum non est. Cum dicant claritatem laudem esse bonorum, à bonis reddi, iam non ad uocem referunt, sed ad sententiam. Licet enim uir bonus taceat, sed aliquem iudicet dignum laude, laudatus est. Præterea aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & uocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non uerba illi benigna hominum, sed iudicia promittimus. Ergo laus etiam taciti est bene sentientis, ac bonum uirum apud se laudantis. Deinde, ut dixi, ad animum refertur laus, non ad uerba, quæ conceptam laudem egerunt, & in notitiam plurium emittunt. Laudat qui laudandum esse iudicat. Cum Tragicus ille apud nos ait, Magnificũ esse laudari à laudato uiro, laude digno ait. Et cum æque antiquus poëta ait, Laus † alit artes, non laudationem dicit, quæ corrumpit artes. Nihil enim æque, & eloquentiam, & omne aliud studium auribus deditum uitiauit, quàm populares assensio. Fama utiq; uocem desiderat, claritas non: potest enim citra uocem contingere, contenta iudicio: plena est, non tantum inter tacenteis, sed etiam inter reclamanteis. Quid interſit inter claritatem & gloriam, dicam, Gloria multorum iudicijs cõstat, claritas bonorum. Cuius, inquit, bonum est claritas, id est, laus bono à bonis reddita, utrum laudati an laudantis? Vtriusq;: meum qui laudor, quia natura me amantem omnium genuit, & benefecisse gaudeo, & gratos me inueniſſe uirtutũ interpretes lætor. Hoc plurium bonum est, quod grati sunt, sed & meum. Ita enim animo compositus sum, ut aliorum bonum, meum iudicem, utiq; eorum quibus ipse sum boni causa. Est

al. alterius
al. à literis

Universidad de Deusto
Biblioteca

istud laudantium bonum. Virtute enim geritur. Omnis autem uirtutis actio bonum est. Hoc contingere illis non potuisset, nisi ego talis essem. Itaque utriusq; bonum est, merito laudari: tam mehercule, quàm bene iudicasse, iudicantis bonum est, & eius, secundum quem iudicatum est. Nunquid dubitas quin iustitia, & habentis bonum sit, & an bonum sit eius, cui debitum soluit? Merentem laudare iustitia est, igitur utriusq; bonum est. Cauillatoribus istis abunde respondebimus. Sed nō debuit hoc nobis esse propositum arguta differere, & philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrahere. Quanto satius est ire aperta uia & recta, quàm sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere. Neq; enim quicquam aliud istæ disputationes sunt, quàm inter se perite captantium lusus. Dic potius, quàm naturale sit in immensum mentem suam extendere. Magna & generosa res est humanus animus, nullos sibi poni nisi communes, & cum deo terminos patitur. Primum humilem non accipit patriam, Ephesum aut Alexandriam, aut si quod est etiamnum frequentius oculis lætius uectis solum. Illi patria est, quodcunque superne uniuersa circuitu suo cingit. Hoc omne conuexū, intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër humanis diuina secernens iam cōiungit, intra quod disposita tot numina in actus suos excubant: deinde actam ætatem sibi dari non sinit. Omnes, inquit, ante me sunt. Nullū seculum magnis ingenijs clusum est, nullum non cogitationi paruum tempus. Cum uenerit dies ille, qui mixtum hoc diuini humaniq; secernat tempus, hic ubi inueni, relinquam, ipse medici reddam, nec nunc sine illis sum, sed graui terrenoq; detineor per has mortalis æui moras. Illi meliori uitæ, longioriq; præluditur. Quemadmodum nouem mensibus nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco, in quem uidemur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare: sic per hoc spacium, quod ab infantia patet in senectutem, in aliū naturæ sumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum cœlum nisi ex interuallo pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Transeundum est. Excutit redeuntē natura, sicut intrantē. Non licet plus afferre, quàm intuleris. Imò etiam ex eo, quod uitam attulisti, pars magna ponenda est. Detrahentur tibi hæc circumiecta, nouissimum uelamentum tui cutis, detrahetur caro & suffusus sanguis, discurrensq; per totum, detrahentur ossa neruiq; firmamenta fluidorum ac labentium. Dies iste quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Depone onus. Quid cunctaris, tanquam non prius quoq; relicto, in quo latebas corpore, extiteris? Hæres & reluctaris, tum quoq; magno nisu matris expulsus es. Gemis, ploras, & hoc ipsum flere, nascentis est. Sed tunc debebat ignosci, rudis & imperitus omnium ueneras, ex materno rum uiscerum calido molliq; fomento emissum, afflauit aura liberior. Demum offendit duræ manus tactus, tenerq; adhuc & nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota. Nunc tibi non est nouum separari ab eo, cuius ante pars fueris: æquo animo membra iam superuacua dimitte, & istud corpus inhabitatum diu, pone. Scindetur, obruetur, abolebitur. Quid contristaris? Ita solet fieri. Pereunt sæpe uelamenta nascentiū. Quid ista sic diligis, quasi tua? Istis opertus es. Veniet qui te reuelet dies, & ex contubernio fœdi, atq; olidi uentris educat. Hinc nunc quoq; tu quantum potes subuola: quæ nisi etiam necessarijs cohærebunt, alienus iam hinc, altius aliquid, sublimiusq; meditare. Aliquando naturæ tibi arcana retegentur, discutietur ista caligo & lux undiq; clara percutiet. Imaginare tecum, quantus ille sit fulgor, tot syderibus inter se lumen miscentibus. Nulla serenum umbra turbabit, æqualiter splendebit omni cœli latus. Dies & nox, aëris infimi uices sunt. Tunc in tenebris uixisse dices, cum totam lucem & totius aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum uias obscure intueris, & tamen admiraris illam procul. Quid tibi uidebitur diuina lux, cum illam suo loco uideris? Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos omnium rerum esse testes ait. Illis nos approbari, illis in futurum parari iuber, & æternitatem proponere: quam qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agitur. Quid ni non timeat, qui mori sperat, si is quoq; qui tamdiu

tam diu animū iudicat manere, quamdiu retinetur corporis uinculo, solutum totum spargi, id agit, ut etiam post mortem utilis esse possit? Quamuis enim ipse ereptus sit oculis, tamen Multa uiri uirtus animo, multusq; recursat Gentis honos. Cogita quantum nobis exempla bona prosint, scies magnorum uirorum non minus præsentia esse utilem memoriam. Vale.

EPIST. CIIII. De pernitie insidiarum quæ sunt ex homine, de hominis officio, Et quomodo philosophia utendum sit.

QVid ista circumspicis, quæ tibi possunt fortasse euenire, sed possunt & non euenire? incidentium dico ruinam. Aliqua nobis incidunt, non insidiantur. Illa potius uide, illa deuita, quæ nos obseruant, quæ captant: pares sunt casus etiam si graues, naufragium facere, uehiculo euerti. Ab homine homini quotidianum periculum. Aduersus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, antequam surgat. Crepant ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium. Subita est ex homine pernicies, & eo diligentius tegitur, quo propius accedit. Erras si istorū tibi qui occurrunt uultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum, nisi quod illarum pernicioſior est primus incursus, quos transire non quærunt. Nunquam enim illas ad nocendum nisi necessitas misit. Hæ autem fame, aut timore coguntur ad pugnam. Homini perdere hominem libet. Tu tamen ita cogita, quod ex homine periculum sit, ut cogites, quid sit hominis officium. Alterum intuere ne lædaris, alterum ne lædas. Commodis omnium læteris, mouearis incommodis, & memineris quæ præstare debeas, quæ cauere. Sic uiuendo quid consequeris? Non, ne noceant, sed ne fallant. Quantum autem potes in philosophiam secede, illa te sinu suo proteget. In huius sacrario eris, aut tutus, aut tutior. Non arietant inter se senes, ut eodem ambulantes. Quid autem ipsam philosophiam? non debebis iactare. Multis fuit periculi causa insolenter tractata, & cōtumaciter uitia tibi detrahat, non alij exprobret, non abhorreat à publicis moribus, nec ita agat, ut quicquid non facit, damnare uideatur. Licet sapere sine pompa, sine inuidia.

IN LIBRVM XVII.

EPISTOLA. CIII.

Nisi aliud prædixero. Reclamantibus licet exemplaribus lego præcidero, quemadmodum & in his quæ sequuntur. Alludit enim ad rem inuolutam, quam interdum non licet explicare, nisi quædam prius amputaris. 1

In nostra tela mittuntur. Non suffragabantur exemplaria, non dubito tamen quin legendum sit, cui nostra tela inimitatur. Sentit enim assumendum aliquid per se notum, ad fulturam argumentationis, quemadmodum telæ substernitur stamen. 2

Aut si quod est etiam nunc frequentius oculis lætius uectis. Solum illi patria est, quodcunque suprema & uniuersa circuitu suo cingitur. Non multum suffragabantur exemplaria: propemodum tamen conijcio legendum, aut si quod est etiamnum frequentius oculis latius uectis solum. Illi patria est, quodcunq; superne uniuersa circuitu suo cingit, hoc omne conuexum intra quod iacent maria cum terris, intra quod aër, &c. Hoc tantisper ualeat, donec aliquid certius dabunt uetusti codices. Videntur admixte hemistichia iambi eorum. 3

Et in aperto durare, super hoc spacium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium maturæ sumimus partū. Sic prior æditio. In nonnullis subuenerunt exemplaria, super & maturæ, nos felici ut opinor, cōiectura, mutauimus, legentes hunc in modum. Sic per hoc spacium quod ab infantia, &c. in alium naturæ sumimur partum. Sic peruerterant in super: sic respondet ad quemadmodum quod præcesit. 4

EPISTOLA CIII.

Laus alterius. in alijs laus à literis. Ipse sermonis tenor docet legendum. Laus alit artes. Est enim clausula carminis heroici. Id imitatus Cic. honos alit artes, Item Ouidius. Laudataq; uirtus Crescit.

EPISTOLA CIIII.

Illa te uisu suo proteget. In alijs erat, nisi, legendum opinor in sinu suo, siue sinu suo.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER DECIMVSOCTAVVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPIST. CV. Qualiter secessio in ocium uel peregrinatio non prosit, sed noceat sine cu-
ratione animi. Et de magnanimitate & excellentia humani spiritus, quē non
laborem uel mortem timere exemplo Sacratis & Catonis insinuat.

IN Nomentanum meum fugi, quid putas? urbem? imò febrem, & quidem surrepentem. Iam manum mihi iniecerat, protinus ita q; parari uehiculum iussi, Paulina mea retinente. Medicus mitia esse dicebat motis uenis, sed incertis et naturalem turbantibus modū. Exire perseueraui. Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia febrē habere cœpisset, protinus nauem ascendit, clamitans non corporis esse, sed loci morbum. Hoc ego Paulinæ meæ dixi, quæ mihi ualitudinem meam commendat. Nam cum scias spiritum illius in meo uerti, incipio ut illi consulam mihi consulere, & iam quum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium ætatis amitto. Venit mihi in mentem in hoc sene & adulescentem esse, cui parcitur. Itaq; quoniam ego ab illa non impetro ut me fortius amet, impetrat illa, ut me diligētius amem. Indulgendum est enim honestis affectibus, & interdum etiam si premunt causæ, spiritus in honorem suorum uel cum tormento reuocandus, & in ipso ore retinendus est, cum bono uiro uiuendum sit, non quamdiu iuuat, sed quamdiu oportet. Ille qui non uxorem, non amicum tanti putat, ut diutius in uita commoretur, qui perseuerat mori, delicatus est. Hoc quoq; imperet sibi animus, ubi utilitas suorum exigit, nec tātum sibi uelit mori, sed si cœpit intermittat, & suis se commodet. Ingentis animi est, aliena causa ad uitam reuerti, quod magni uiri sæpe fecerunt. Sed hoc quoq; summæ humanitatis existimo, senectutem suam cuius maximus fructus est, securior sui tutela, & uitæ uitis animosior, attentius conseruare, si scias alicui tuorum esse dulce, utile, optabile. Habet præterea in se non mediocre ista res gaudium, & mercedem. Quid enim iucundius quàm uxori tam charum esse, ut propter hoc tibi charior fias? Potest itaq; Paulina mea non tantum suum mihi timorem imputare, sed etiam meum. Quæris ergo quomodo mihi consilium profectionis cesserit? Vt primum grauitatem urbis excessi, & illum odorem culinarum fumantiū, quæ in ora quicquid pestiferi uaporis obruerit, cum puluere effundunt, protinus mutatam ualetudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas uiribus, postquam uineas attigi? In pascuum emissus, cibum meum inuasi, Repetiui ergo iam me, non permansit marcor ille corporis dubij, & male cogitantis. Incipio toto animo studere. Non multum ad hoc locus confert, nisi se sibi præstet animus, qui secretum & in occupationibus medijs si uolet habebit. At ille qui regiones eligit, & ocium captat, ubicq; quo stringatur inueniet. Nam Socratem querenti cuidam, quod nihil sibi peregrinationes profuissent, respondisse ferunt, Non immerito hoc tibi euenit, Tecum enim peregrinabaris. O quàm bene cum quibusdam ageretur, si à se aberrarent. Nunc primum seipsos sollicitant, corrumpunt, territant. Quid prodest mare mutare, & urbes mutare? Si uis ista quibus urgeris effugere non alibi sis oportet, sed alius. Putes uenisse te Athenas, puta Rhodon. Elige arbitrio tuo ciuitatem. Quid ad rem pertinet quos illa mores habeat? Tuos afferes, Diuitias iudicabis bonum? Torquebit te paupertas, & (quod est miserrimū) falsa. Quamuis enim multum possideas, tamen quia aliquis plus habet, tanto tibi uideris defici, quanto uinceris. Honores iudicas bonum? Male te habebit ille consul factus, ille etiam refectus, ringeris, quoties aliquem in fastis sæpius legeris. Tantus erit ambitionis furor, ut nemo tibi post te uideatur, si aliquis ante te fuerit. Maximum malum iudicabis mortem, cum illa nihil sit mali, nisi quod ante ipsam est timeri? Exterrebunt te non tantum pericula, sed suspitiones, Vanis semper agitaberis. Quid enim proderit euasisse tot urbes argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes? Ipsa pax timores subministrabit. Ne tutis quidem habebitur fides, cōsternata semel mente, quæ ubi cōsuetudinem pauoris improuidi fecit, etiā ad tutelā salutis tuæ inhabilis es. Nō em uitat, sed fugit, magis aūt periculis patemus aueri. Grauissimū iudicabis malū, aliquē ex his quos amabis amittere, cū interim hoc tam ineptū erit q; flere, quod arboribus amœnis & domū tuam ornantibus decidant folia?

Quicquid

Quicquid te delectat æque uiget, ut uideras dum uireret. Vtinā, Alium alio die casus excutiet. Sed quemadmodū frondium iactura facilis est, quia renascuntur, sic istorum quos amas, quosq; oblectamenta uitæ putas esse damnū, quia reparantur, etiam si non renascuntur. Sed non erunt ijdem. Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis hora te mutat, sed in alijs rapina facilius apparet, hic latet, quia nō ex aperto fit. Alij auferuntur, at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihil cogitabis ab his, nec remedia uulneribus oppones, sed ipse tibi se res solicitudinum causas, alia sperando, alia desperando? Si satis alterum alteri misceas, nec speraueris sine desperatione, nec desperaueris sine spe. Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam potuit? Non uoluptates illa temperauit, non cupiditates refrenauit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla deniq; animo mala eduxit, non iudicium dedit, non excussit errorem, sed ut puerum ignota mirantem, ad breue tempus rerum aliqua nouitate detinuit. Cæterum inconstantiam mentis, quæ maxime ægra est, lacessit, mobiliorem leuioremq; reddidit ipsa iactatio. Itaq; qui petierant cupidissime loca, cupidius deserunt, & auium modo transuolant, citiusq; quàm uenerant abeunt. Peregrinatio noticiam dabit gentium, nouas tibi montium formas ostēdet, inusitata spacia camporum, & irriguas perrennibus aquis ualles, & alicuius fluminis sub obseruatione naturam, siue ut Nilus æstiuo incremēto tumet, siue ut Tigris eripitur ex oculis, & acto per occulta cursu integræ magnitudini redditur, siue ut Mæander poëtarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris anfractibus, et sæpe in uicinum alueo suo admotus, antequam sibi influat flecti tur: cæterum neq; meliorem faciet, neq; saniorem. Inter studia uersandum est, & inter autores sapientiæ, ut quæsita discamus, nondum inuenta quæramus. Sic eximendus animus, ex miserrima seruitute in libertatē asseritur. Quamdiu quidem nescieris, quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quid superuacuum, quid iustum, quid honestum sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus. Peregrinaris enim cum affectibus tuis, & mala te tua sequuntur. Vtinam quidem sequerentur, longius abessent: nunc fers illa, non ducis. Itaq; ubicq; te premunt, & paribus incommodis urunt. Medicina ergo, non regio quærenda est. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum, non uehiculum nauemq; conscendit, sed aduocat medicum ut fracta pars iungatur, ut luxata in locum reponatur. Quid ergo animum tot locis fractū & extortum credis locorum mutatione posse sanari? Maius est istud malum, quàm ut gestatione curetur. Peregrinatio non facit medicum, non oratorem. Nulla ars loco discitur. Quid ergo? Sapientia res omnium maxima in itinere colligitur? Nullum enim mihi crede iter est, quod te extra cupiditates, extra iras, extra metus sistat. Aut si quod esset, agmine facto, gens illuc humana pergeret. Tamdiu ista urgebunt mala, macerabuntq; per terras ac maria uagum, quamdiu malorum gestaris causas. Fugam tibi non prodesse miraris? tecum sunt quæ fugis. Te igitur emenda, onera tibi detrahe, & emenda desideria, intra saltem modum contine. Omnem ex animo erade nequitiam. Si uis peregrinationes habere iucundas, tuum comitem sana. Hærebit tibi auaricia, quamdiu auaro sordidoq; conuixeris. Hærebit tumor, quamdiu cum superbo conuersaberis. Nunquam sæuitiam in tortoris contubernio pones. Incendent libidines tuas adultero rum sodalitia. Si uelis uitijs exui, longe à uitiorum exemplis recedendum est. Auarus, corruptor, sæuus, fraudulentus, multum nociturus si prope à te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi. Cum Catonibus uiue, cum Lælio, cum Tuberone: quod si conuiuere etiā Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone uersare. Alter te docebit mori si necesse erit, alter, antequam necesse erit. Viue cum Chrysippo, cum Posidonio. Hi tibi tradent diuinorum humanorumq; noticiam. Hi uidebuntur in opere esse, nec tantum scire loqui, & in oblectationem audiētium uerba iactare, sed animum indurare, & ad uersus minas erigere. Vnus est enim huius uitæ fluctuantis & turbidæ portus, euentura contemnere. Stare fidenter ad portum, tela fortunæ aduerso pectore excipere, non latitantem, nec tergiuersantem. Magnanimes nos natura produxit, & ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum & excelsum spiritū, quærentem ubi honestissime, non ubi tutissime uiuat, simil-

Universidad de Deusto
Biblioteca

limum mundo, quem quantū mortalibus passibus licet, sequitur æmulaturq; Profert se, laudari et aspici credit. Omnium est, supra omnia est. Itaq; nulli se rei submittit, nihil illi uiderur graue, nihil quod uirum incuruet. Terribiles uisu formæ, lethumq; laboſq;. Minime quidem, si rectis oculis intueri illa possis, & tenebras perrūpere. Multa per noctem habita terrori, dies uertit ad risum. Terribiles uisu formæ lethumq; laboſq;. Egregie Virgilius noster. Iure dixit terribiles esse, sed uisu, id est, uideri nō esse. Quid, inquam, in iltis est tam formidabile, quàm fama uulgauit? Quid est obsecro te Lucilli cur timeat laborem uir, mortem homo? Totiens mihi occurrunt isti qui non putant fieri posse, quicquid facere non possunt, & aiunt nos loqui maiora quàm quæ natura humana sustineat. At quanto ego de illis melius existimo, ipsi quoque hæc possunt facere, sed nolunt. Denicq; quem unquam ista destituere tentantem, cui non faciliora apparuere in actu? Non quia difficilia sunt, non audemus, sed quia nō audemus, difficilia sunt. Si tamen exemplū desideratis, accipite Socratem † perpetitium senem, per omnia aspera iactatum, inuictum tamen & paupertate, quam grauiorem illi domestica onera faciebant, & labores, quos militares quoq; pertulit, quibus ille domuit exercitus, siue uxorem eius moribus feram, lingua petulantem, siue liberos indociles, & matri quàm patri similiores. Sic ferē, aut in bello fuit, aut in tyrannide, aut in libertate, bellis ac tyrannis sæuiore. Viginti & septem annis pugnatum est, post finita arma triginta tyrannis noxæ dedita est ciuitas, ex quibus plerique inimici erant. Nouissima damnatio est sub grauissimis hominibus impleta, obiecta est & religionum uiolatio, & iuuentutis corruptela, quā immittere in deos, in patres, in remp. dictus est. Post hæc carcer, & uenenum, usq; eo animum Socratis non mouerant, ut ne uultum quidem mouerint. Illam mirabilem laudem, & singularem, usq; ad extremum, non hilariorem quisquam, non tristiorem Socratem uidit, æqualis fuit in tanta inæqualitate fortunæ. Vis alterum exemplum? Accipe hunc Marcum Catonem recentiorē, cum quo et infestius fortuna egit, & pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset, nouissime & in morte, ostendit tamen uirū fortē posse inuita fortuna uiuere, inuita mori. Tota illi ætas, aut in armis est exacta ciuilibus, aut in ætate concipiente, iam ciuile bellum. Et hunc licet dicas non minus quàm Socratem in seruitute uixisse, nisi forte Cn. Pompeium & Cæsarem & Crassum putas libertatis socios fuisse. Nemo mutatum Catonem, toties mutata Rep. uidit, eundem se in omni statu præstitit. In prætura, in repulsa, in accusatione, in prouincia, in concione, in exercitu, in morte, denicq; in illa Reip. trepidatione: cum illinc Cæsar esset decem legionibus pugnacissimis subnixus, totis externarum gentium præsidijs: hinc Cn. Pompeius satis unus aduersus omnia. Cum alij ad Cæsarem inclinarent, alij ad Ponpeium, solus Cato fecit aliquas & Reip. partes. Si animo complecti uolueris illius imaginem temporis, uidebis illinc plebem, et omnem erectum ad res nouas uulgum: hinc optimates & equestrem ordinem, quicquid erat in ciuitate sancti & † lecti: duos in medio relictos, R. P. & Catonem. Miraberis, inquā, cum animaduerteris Atridē, Priamumq; & sæuum ambobus Achillem. Vtrumq; enim improbat utrumq; exarmat. Hanc fert de utroq; sententiam. Ait se, si Cæsar uicerit moriturum, si Pompeius exulaturum. Quid habebat quod timeret, qui sibi & uicto & uictori constituerat, quæ constituta esse ab hostibus iratissimis poterāt? Perijt itaq; ex decreto suo. Vides posse homines labores pati, per medias Aphricæ solitudines pedes duxit exercitum. Vides posse tolerare sitim, & in collibus arentibus, sine ullis impedimentis uicti exercitus reliquias trahens, inopiam humoris loricatus tulit, & quoties aquæ fuerat occasio, nouissimus bibit. Vides honorem & notam posse contemni. Eodem quo repulsus est die, in comitio pila lusit. Vides posse non timeri potentiam superiorum, & Pompeiū & Cæsarem, quorum nemo alterum offendere audebat, nisi ut alterū demereretur, simul prouocauit. Vides tam mortē posse contemni quàm exilium, & exilium sibi indixit, & mortem, & interim bellum. Possumus itaq; aduersus ista tantum habere animi, libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respuendæ sunt uoluptates, eneruant, & effeminant, & multum petunt, multum autem à fortuna perendum est, Deinde spernendæ opes, auctoramenta sunt seruitutum, Aurum et argentum,

al. perpeſitiū.

al. docti.

tum & quicquid aliud felices domos onerat, relinquatur. Non potest gratis constare libertas. Hanc si magno æstimas, omnia paruo æstimanda sunt. Vale.

EPIST. C. VI. Quatuor esse quæ hominem in perniciem hominis instigant, & quomodo singulorum eorum uitetur incōmodum. Et quod magna pars securitatis est nihil inique facere

QVæ obseruanda tibi sint, ut tutior uiuas, dicam. Tu tamen sic audias censeo ista præcepta, quomodo si tibi præciperem, qua ratione bonam ualetudinem in Ardeatino tuereris. Considera, quæ sint quæ hominem in perniciem hominis instigent, inuenies spem, inuidiam, odium, metum, contemptum. Ex omnibus istis, adeo leuissimum est cōtemptus, ut multi in illo remedij causa delituerint. Quem quis contemnit, non calcat sine dubio, sed transit, Nemo homini contempto, pertinaciter, nemo diligēter nocet. Etiam in acie iacens præteritur, cum stante pugnatur. Spem improborū uitabis, si nihil habueris, quod cupiditatem alienam & improbam iritet, si nihil insigne possederis. Concupiscuntur enim insignia, etiam si parum nota sunt. Sic uerò inuidiā effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua nō iactaueris, si scieris, in sinu gaudere. Odium autem ex offensa sic uitabis, neminē lacessendo aut gratificando, à quo te sensus cōmunis tuebitur, fuit enim hoc multis periculosum. Quidam odium habuerunt nec inimicum. Illud ne timearis, præstabit tibi & fortunæ mediocritas, & ingenij lenitas, cum te esse homines scient, quem offendere sine periculo possint. Reconciliatio tua et facilis sit et certa. Timeri aūt tam domi molestū est, quàm foris, tā à seruis, quàm à liberis. Nulli non ad nocendum satis uirium est, Adijce nunc, quod qui timetur, timet. Nemo potuit terribilis esse secure. Contemptus supereſt, cuius modum in sua potestate habet, qui illum sibi adiunxit, qui contemnitur, quia uoluit, non quia debuit. Huius incommodum, & artes bonæ discutiunt, & amicitiæ eorum, qui apud aliquem potentem potentes sunt, quibus applicari expediet, non implicari, ne pluris remediū, quàm periculū cōstet. Nihil tamē æquè proderit, quàm quiescere, et minimū cum alijs loqui, plurimum secum. Est quædam dulcedo sermonis, qui irrepit & blanditur, et nō aliter quàm ebrietas, aut amor, secreta producit. Nemo quod audierit tacebit, nemo quantum audierit loquetur. Qui rem non tacuerit, non tacebit autorem. Habet unusquisq; aliquem cui tantū credidit, quantū ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, & cōtentus sit unius auribus, populum faciet. Sic quod modo secretum erat, rumor est. Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere. Confusam uitam & perturbatam impotentes agunt, tantum metuunt, quantum nocent, nec ullo tempore uacant. Trepidant enim cum fecerunt. Hæret conscientia, aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dat pœnas, quisquis expectat: quisquis autem meruit, expectat. Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum. Putat enim se etiam si nō deprehenditur posse deprehendi: & inter somnos mouetur, & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat. Non satis illi † oblitteratum uidetur, non satis tectum, Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam. Vale.

in sinu gaudere.

al. solute oblitteratum.

EPIST. C. VII. Quod affectus animi sint corpora captiosè disputat, quam disputationem è uestigio damnat.

TArdius referibo ad epistolas tuas, non quia districtus occupationibus sum, hanc excusationem caue audias. Vaco, & omnes qui uolunt uacant. Neminem res sequuntur, ipsi illas amplexantur, & argumentum esse felicitatis occupationem putant. Quid ergo fuit, quare non protinus rescriberem ei de quo quærebas? Veniebat in cōtextum operis mei, scis enim me moralem philosophiam uelle complecti, et omnes ad eam pertinentes quæstiones explicare. Itaq; dubitaui utrum differrē te, an donec suus isti rei ueniret locus, ius tibi extra ordinem dicerem: Humanius uisum est tam longe uenientem, non detinere. Itaq; & hoc ex illa serie rerum cohærentium excerpam, & si qua erunt huiusmodi, nō quærenti tibi ultro mittam. Quæ sint hæc interrogas? Quæ scire magis iuuat, quàm prodest: sicut hoc de quo queris, an corpus bonū sit. Bonū prodest, Facit enim. Quod facit corpus est. Bonum, agitat animū, & quodammodo formar & continet. Quæ ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt, corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo sunt, & quæ animi sunt. Nam & hic corpus est. Bonũ hominis necesse est corpus sit, cum ipse sit corporalis: mentior, nisi & quæ alunt illud, & quæ ualitudinẽ eius uel custodiunt uel restituunt corpora sunt. Ergo & corpus est bonum eius, Non puto te dubitaturum an affectus corpora sint, ut aliud quoq; de quo non quæris insulciam: tam quam ira, amor, tristicia: si dubitas, uide an uultum nobis mutent, an frontem astringant, an faciem diffundant, an ruborem euocent, an fugientem sanguinem. Quid ergo tam manifestas corporis notas credis imprimi nisi à corpore? Si affectus corpora sunt & morbi animorum, & auaricia, crudelitas, indurata uitia, & in statum inemendabilem adducta, ergo & malicia, & species omnis malignitatis, inuidia, superbia. Ergo & bona, primum quia contraria istis sunt. Deinde quia eadem tibi iudicia præstabunt. An non uides quantum oculis det uigorem fortitudo? Quantam intentionem prudentia? Quantam modestiam & quietem reuerentia? Quantam serenitatem læticiæ? Quantum rigorem seueritas? Quantam remissionem ueritas? Corpora ergo sunt, quæ colorem habitumq; corporum mutant, quæ in illis regnum suum exercent. Omnes autem quas retuli uirtutes, bonæ sunt, & quicquid ex illis est. Nunquid est dubium an id quo quid tangi potest, corpus sit? Tangere enim & tangi, nisi corpus nulla potest res ut ait Lucretius. Omnia autem ista quæ dixi, non mutarent corpus, nisi tangerent, ergo corpora sunt. Etiamnum cui tanta uis est, ut impellat & † cogat & retineat & iubeat, corpus est. Quid ergo? non timor retinet? Non audacia impellit? Non fortitudo immittit, & impetum dat? Non moderatio refrenat ac reuocat? Non gaudium extollit? Non tristicia adducit? Denicq; quicquid facimus, aut maliciæ, aut uirtutis gerimus imperio. Quod imperat corpori, corpus sit. Quod uim corpori affert corpus, bonum corporis corporale, bonum hominis, & corporis bonum est, itaq; corporale est. Quoniam ut uoluisti morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi, quod dicturum esse te uideo. Laterunculis ludimus, in superuacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista, sed doctos. Apertior res est sapere, imò simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam uti literis, Sed nos ut cætera in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quem admodum omnium rerum, sic literarum quoq; intemperantia laboramus. Non uitæ, sed scholæ discimus. Vale.

aliter, concitet

EPIST. C. VIII. Quæ patienda sunt ambulanti, per huius uitæ uiam. Et præmeditatio leuissima facit esse grauiora. Et qualiter uarietas mortalitatis & fatum, æquanimiter ferenda sunt.

aliter, Quid si

VBi illa prudentia tua? Vbi in despiciendis rebus subtilitas? Vbi magnitudo? Tam pusilla tangunt, serui occupationes tuas, occasionem fugæ putauerunt? † Si amici deciperent. Habeant enim sanè nomen, quod illis Epicurus noster imposuit & uocentur, quo turpius, non omnibus sit rebus tuis. Desunt illi qui & operam tuam conterebant, & te aliis molestum esse credebant. Nihil horum insolitum, nihil inexpectatum est. Offendi rebus istis tam ridiculum est, quàm queri, quod spargaris in publico aut inquineris luto. Eadem uitæ conditio est, quæ balnei. Turbæ itineris quædam intermittentur, quædam incident. Non est delicata res uiuere. Longam uiam ingressus

al. metiaris

es, et labaris oportet, et arietes et cadas, & lasseris, & exclames. O mors, idẽ† mentiaris, Alio loco comitem relinques, alio efferes, alio timebis. Per eiusmodi offensus emerendum est cõfragosum hoc iter. Mori uult, præparetur animus contra omnia. Sciat se uenisse, tonat ubi fulmẽ. Sciat se uenisse, ubi luctus & ultrices posuêre cubilia curæ. Pallentesq; habitãt morbi tristisq; senectus. In hoc contubernio uita degenda est. Effugere ista non potes, cõtemnere potes. Contemnes autẽ, si sæpe cogitaueris & futura præsumpseris. Nemo non fortius ad id cui se diu cõposuerat, accessit, & duris quoq; si præmeditata erant, obstitit. At contra imparatus, etiam leuissima expauit. Id agendum est ne quid nobis inopinatũ sit. Et quia omnia nouitate grauiora sunt, hæc cogitatio assidua præstabit, ut nulli sis malo tyro. Serui te reliquerũt, Alium compilauerunt, alium accusauerunt, alium occiderũt, alium prodiderunt, alium calcauerunt, alium ueneno, alium criminatione petierunt. Quicquid dixeris, multis accidit. Deinceps quæ multa & uaria sunt, in nos diriguntur. Quædam in nos fixa sunt, quædam uibrant, & cũ maxime

xime ueniunt, quædam in alios peruentura nos stringunt. Nihil miremur eorum ad quæ nati sumus, Quę ideo nulli querẽda, quia paria sunt omnibus. Ita dico, paria sunt, nam etiam quod effugit aliquis, pati potuit. Aequum autem ius est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. Imperetur æquitas animo, & sine querela mortalitatis tributa pendamus. Hyems frigora adducit, algendũ est, Aestas calores refert, æstuandum est, Intemperies cœli ualitudinem tentat, ægrotandum est, Et fera nobis loco occurret, & homo perniciosior feris omnibus. Alium aqua, aliũ ignis eripiet. Hanc rerum conditionem mutare non possumus. Id possumus, magnum sumere animum, & uiro bono dignum, quo fortiter fortuita patiamur, & naturæ consentiamus. Natura autem hoc quod uides regnum mutationibus temperat. Nubilo serena succedunt. Turbantur maria cum quieuerunt. Flant inuicem uenti. Noctẽ dies sequitur. Pars cœli consurgit, pars mergitur. Cõtrarijs rerum æternitas constat. Ad hanc legem animus noster aptandus est, hanc sequatur, huic pareat, & quæcunq; fiunt, debuisse fieri putet, nec uelit obiurgare naturam. Optimum est pati, quod emendare non possis, & deum quo auctore cuncta proueniũt, sine murmuratione comitari. Malus miles est, qui imperatorem gemens sequitur. Quare impigri atq; alacres excipiamus imperia, nec † desinamus hunc operis pulcherrimi cursum, cui quicquid patimur intextum est: & sic al-

Aliter deseramus.

loquamur Iouem, cuius gubernaculo moles ista dirigitur, quem Cleanthes noster uersibus dissertissimis alloquitur, quos mihi in nostrũ sermonem mutare permittitur Ciceronis uiri disertissimi exemplo, Si placuerint, boni consules, Si displicuerint, scies me in hoc secutum Ciceronis exemplum. Duc me parens celsiq; domitor poli, Quocunq; placuit, nulla parendi mora est, Assum impiger, Fac nolle, comitabor gemens Malusq; patiar quod pati licuit bono. Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. Sic uiuamus, sic loquamur, paratos nos inueniat atq; impigros fatum, Hic est magnus animus, qui se deo tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui obluctatur & de ordine mundi male existimat, & emendare mauult deos, quàm se. Vale.

IN LIB. XVIII. EPIST. C. V.

Quicquid te delectat æquè uidet, ut uideris, dum uiueret, Alij aliud habebãt, sed in totum non placuit. Vide num sic legendum, Quicquid te delectat, æque uiget, ut uiderat, dum uiueret. Vtinam uidetur adiectũ. Sentit enim nobis uirere quicquid delectat. At delectat etiam memoria rerum bonarum. 1

EPIST. C. VI.

Bona ualetudo motu erroris. Quidam habebant sine metu, unus habebat, quomodo bonam ualetudinem tuearis sine metu erroris. Sed apparebat à studioso quopiã mutatam scripturã. Forte legendũ, inardeat sine metu horroris. 2

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIB. XIX.

EPIST. C. IX. De moderanda cupiditate discendi, & quanti profectus sit sapientem sæpius audire, et quod maiori impetu iuuenes ad philosophiam quàm senes accedimus, ubi notat eos qui dicunt decus philosophiæ esse disputare non uiuere.

ID DE quo quæris, ex his est quæ scire, tantum eò, ut scias pertinet. Sed nihilominus, quia pertinet, properas nec uis expectare libros quos cum maxime ordine continentes totam moralem philosophiæ partem statim expediam. Illud tamen prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi qua flagrare te uideo, digerenda sit ne ipsa impediat. Nec passim carpenda sunt, nec auide inuadenda uniuersa, per partes peruenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet, nec plus occupari, quàm cui sufficere possumus. Non quantum uis, sed quantum capis hauriendum est: bonum tantum habe animum, capies, quantum uoles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. Hæc nobis præcipere Attalum memini cum scholam eius obsideremus, & primi ueniremus, & nouissimi exiremus, Ambulantem quoq; illum ad aliquas disputationes euocaremus, nõ tantum paratum discentibus, sed obuium. Idem, inquit, & docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse uelit, hic proficere. Qui ad philosophorum scholas uenit, quotidie secum aliquid boni ferat, aut sanior domum redeat, aut sanabilior. Redibit autem. Ea enim philosophiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

losophiæ uis est, ut non solum studentes, sed etiam conuersantes iuuet. Qui in solem uenit, licet non in hoc uenerit, colorabitur. Qui in unguentaria taberna resederunt & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt. Et qui apud philosophum fuerūt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiā negligentibus. Attende quid dicā, negligentibus, nō repugnantibus. Quid ergo? Non nouimus quosdam qui multis apud philosophiam annis perfederint, et ne colorem quidem duxerint? Quid ni nouerim? Pertinacissimos quidem & assiduos, quos ego non discipulos philosophorum sed inquilinos uoco. Quidam ueniunt ut audiant, non ut discant, sicut in theatrum uoluptatis causa ad delectandas aures, oratione uel uoce uel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem uidebis, cui philosophi schola diuersorium ocij sit. Non id agunt ut aliqua illo uitia deponant, ut aliquam legem uitæ accipiant, ad quam mores suos exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen & cum pugillaribus ueniunt, non ut res excipiant, sed uerba, quæ tam sine profectu alieno discant, quàm sine suo audiant. Quidam ad magnificas uoces excitantur, & transeunt in affectum dicentium, alacres, uultu & animo, nec aliter concitantur quàm Phrygij solent tibicinis sono semiuiri & ex imperio furentes. Rapit illos instigatq; rerum pulchritudo non uerborum inanium sonitus. Si quid acriter contra mortem dictum est, si quid contra fortunam contumaciter, iuuat, protinus quæ audias facere. Afficiuntur illi, & sunt quales iubentur, si illi animo forma permaneat, si non impetum insignem protinus populus honesti dissuasor excipiat. Pauci illam quam conceperant mentem domum perferre potuerunt. Facile est auditorem concitare, ad cupiditatem recti, Omnibus enim natura fundamenta dedit semenq; uirtutum, omnes aū omnia ista nati sumus. Cum irritator accessit, tunc illa animi bona uelut soluta excitantur. Non uides quemadmodum theatra consonent, quoties aliqua dicta sunt, quæ publice agno scimus, & consensu uera esse testamur, Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia. In nullum auarus bonus est, in se pessimus. Ad hos uersus ille sordidissimus plaudit, & uicinis fieri conuitium gaudet. Quanto magis hoc iudicas euenire, cum à philosopho ista dicuntur cum salutaribus præceptis uersus inseruntur, efficatius eadem illa demissuri in animum imperitorum? Nam (ut dicebat Cleanthes) quemadmodū spiritus noster clariorem sonū reddit, cū illum tuba per longi canalis angustias tractū, patenti ore nouissime exitu effudit, sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligentius audiuntur, minusq; percutiunt, quàmdiu soluta oratione dicūtur, ubi ac cessere numeri, & egregiū sensum astrinxere certi pedes, eadem illa sententia uelut lacerto excussa torquetur. De contemptu pecuniæ multa dicuntur, & longissimis orationibus hoc præcipitur, ut homines in animo non in patrimonio putent esse diuitias. Eum esse locupletem, qui paupertati suæ aptus est, & paruo se diuitem fecit. Magis tamen feriuntur animi, cum carmine eiusmodi dicta sunt Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit. Quod uult habet, qui uelle quod satis est potest. Cum hæc arcq; eiusmodi audimus, ad confessionē ueritatis adducimur. Illi enim quibus nihil satis est, admirantur, acclamant, odium pecuniæ indicunt. Hunc illorum affectum ubi uideris urge, hoc preme, hoc onera, relictis ambiguitatibus, & syllogismis, & cauillationibus, et cæteris acuminis irriti ludicris. Dic in auaritiam, dic in luxuriam. Cum profecisse uideris, & animos audientium affeceris, insta uehementius. Verisimile non est quantū proficiat talis oratio remedio intenta, & tota in bonum audientium uersa. Facillime enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectiq; amorem. Adhuc docibilibus leuiq; teroq; corruptis, iniicit manū ueritas, si aduocatum idoneum nacta est. Ego certe cū Attalum audirem, in uitia, in errores, in mala uitæ perorantem, sæpe misertus sum generis humani, & illum sublimem altioremq; humano fastigio credidi. Ipse regem se esse dicebat, sed plus quàm regnare mihi uidebatur, cui liceret censuram agere regnantium. Cum uerò commendare paupertatē cœperat, & ostendere, quod quicquid usum excederet, pondus esset superuacuum & graue ferenti, sæpe exire è schola pauperi libuit. Cum cœperat uoluptates nostras traducere, laudare castum corpus, sobriā mensam, puram mentem, non tantum ab illicitis uoluptatibus, sed etiam superuacuis, libe-

bat circumscribere gulam et uentrem. Inde mihi quædam permansere Lucili. Magno enim in omnia impetu ueneram, deinde ad ciuitatis uitā reductus, ex bene cœptis pauca seruaui. Inde ostreis boletisq; in omnem uitam renunciatum est. Hæc enim non cibi, sed oblectamenta sunt ad edendum saturos cogentia, quod gratissimum est edacibus, & se ultra quàm capiunt farcientibus, facile decensura, facile reditura. Inde in omnem uitam unguento abstinemus, quem obtinemus odor in corpore est. Nullo inde uino calet stomachus. Inde in omnem uitam balneū fugimus. Decoquere corpus atq; 2
exinanire sudoribus, inutile simul delicatumq; credimus. Cætera proiecta redierūt. Ita tamē, ut quorū abstinentiā interrupi, modo seruem, & quidā abstinentiæ proximiorē, nescio an difficiliorem, quoniam quædam abscinduntur facilius animo quā temperantur. Quoniam cœpi tibi exponere quàm tum maiori impetu ad philosophiā iuuenis accesserim, quàm senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoras iniecerit. At Socion dicebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utriq; causa erat, sed utriq; magnifica. Hic homini satis alimentorū citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laceratio, Adijciebat contrahendam materiam esse luxuriæ. Colligebat bonæ ualetudini contraria esse alimenta uaria, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, et aliorū cōmercium in alias atq; alias formas transeuntiū. Nulla (si illi credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo dum in aliud corpus transfunditur. Videbimus per quas temporum uices, & quando pererratis pluribus domicilijs, in hominem reuertatur. Interim sceleris hominibus ac paricidij metum fecit, cum possint in parentis animam inscij incurrere, & ferro morsuue uiolare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Hæc cū exposuisset 3
Socion, & implesset argumentis suis, Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi? & migrationem esse, quā dicimus esse mortē? Nō credis in his pecudibus ferisue aut aqua mersis illum quondam hominis animū morari? Non credis nihil perire in hoc mūdo, sed mutare regionē? Nec tantū cœlestia per certos circuitus uerti sed animalia quoq; per uices ire, & animos per orbē agi? Magni ista crediderunt uiri. Itaq; iudiciū quidem tuū sustine. Cæterū omnia tibi in integro serua. Si uera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est: si falsa, frugalitas est, Quod istic crudelitatibus tuis damnū est? Alimenta tibi leonum & uulturum eripio. His instinctus, abstinere animalibus cœpi, & anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. Agitatiorem mihi animū esse credebam, nec tibi hodie affirmauerim an fuerit. Quæris quomodo desierim. In Tyberij Cæsaris principatum iuuētæ tempus inciderat, alienigenarum gentium sacra mouebantur. Sed inter argumenta superstitionis ponebatur, quorundā animalium abstinentia. Patre itaq; meo rogante, qui non calumniā timebat, sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redij, nec difficulter mihi ut incipe rem melius cœnare persuasit. Laudare solebat Attalus culcitram, quæ resisteret corpori. Tali utor etiam senex, in qua uestigium apparere non possit. Hæc retuli, ut probarem tibi quàm uehementes haberēt tyrunculi impetus primos ad optima queq; si quis exhortaretur illos, si quis impenderet. Sed aliquid præcipientium uitio peccatur, qui nos docent disputare nō uiuere: aliquid discentium, qui propositum adferunt ad præceptores suos, non animum excolendi, sed ingenium. Itaq; quæ philosophia fuit, facta philologia est. Multum autem ad rem pertinet: quo proposito ad quam rem accedas. Qui grammaticus futurus, Vergilium scrutatur, non hoc animo legit illud egregium, Fugit irreparabile tempus. Vigilandū est, nisi properamus, relinquimur. Agit nos agiturq; uelox dies, inscij rapimur. Omnia in futurum disponimus, et inter præcipitia lenti sumus, Sed ut obseruet, quoties Vergilius de celeritate temporum dicit, hoc uti uerbo illū, fugit. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus, Et labor & duræ rapit inclementia mortis. Ille qui ad philosophiā spectat, hæc eadem quò debet, adducit. Nunquam Vergilius, inquit, dies dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimū est, & optimos quosq; primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, ut uelocitatem rapidissimæ rei possimus æquare?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meliora præteruolant, deteriora succedunt. Quemadmodum ex amphora primum quod est syncerissimum effluit, grauissimum quodq; turbidumq; subsidit: sic in ætate nostra, quod est optimum primum est. Id exhauriri in alijs potius patimur, ut nobis tecem reseruemus. Inhæreat isthud animo, & tanquam missum oraculo placeat. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit. Quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? Quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere: quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingenijs, & exercendis per opera corporibus. Quod si peregerit segnius, & languidius est, & propius à fine. Itaque toto hoc agamus animo, & obmissis ad quæ diuertimur, in rem unam laboremus, nec hanc temporis pernicissimi celeritatem, quam retinere non possimus, relicti demum intelligamus. Primus quisque tanquam optimus dies placeat, & redigatur in nostrum. Quod fugit occupandũ est: hoc non cogitat ille, qui grammatici oculis carmen istud legit. Ideò optimum quemq; primum esse diem, quia subeunt morbi, quia senectus premit, & adhuc adolescentiam cogitantibus supra caput est: sed ait, Vergilium semper unà ponere morbos & senectutem, non mehercule immerito. Senectus enim insanabilis morbus est. Præterea, inquit, hoc senectuti cognomen imposuit, tristem illam uocat. Subeunt morbi tristisq; senectus. Non est quod mireris, ex eadem materia suis quenque studijs aptа colligere. In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertum. Cum
4 Ciceronis librum de Rep. prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiæ deditus, alius alio curã suã mittit. Philosophus admiratur contra iustitiã dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Seruij matre dubitatur. Anci patrem Marcius Numæ nepos dicitur. Præterea notat eum quem nos dictatorẽ dicimus, & in historijs ita nominari legimus, apud antiquos magistrũ populi uocatũ. Hodieq; id extat in auguralibus libris, et testimoniũ est, quod qui ab illo nominatur, magister equitũ est. Aeque notat Romulũ perisse solis defectione. Prouocationẽ ad populũ etiã à regibus fuisse. Id ita in pontificalibus libris aliqui putant. Et Festella eosdem libros cũ grãmaticis explicuit. Primũ uerba expressa, ab se, dici ab Cicerone. Idem reipsa in commentarijs refert, nec minus sese, idem se ipse. Deinde transit ad ea quæ consuetudo seculi mutauit, tanquam quod ait Cicero, quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione reuocati, hanc quam nunc in circo cretam uocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde inanes colligit uersus, et in primis illos de Africano scriptos: cui nemo ciuis neq; hostis, qui uult pro factis reddere operæprecium potest. Ex eo se ait intelligere: apud antiquos non tantum auxilium significasse †operam, ait, opera eius in neminem potuisse. Scipionem neq; ciuẽ, neq; hostem reddere operæprecium. Felicem deinde se putat, quod inuenerit, unde uisum sit Vergilio dicere, Quem super ingens porta tonat cœli. Ennius hoc ait, Homero se surripuisse, Ennio Vergilius. Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de R. P. hoc Epigramma. Si fas est plagas cœlestum ascendere cuiquam. Mi soli cœli maxima porta pater. Sed ne & ipse, dum aliud ago, in philologum aut grammaticum delabar, illud admoneo, auditionem philosophorum, lectionemq; ad propositum beatæ uitæ trahendam, non ut uerba prisca aut ficta captemus, & translationes improbas figurasq; dicendi, sed ut profutura præcepta, & magnificas uoces, & animosas, quæ mox in rem transferantur. Sic ista discamus, ut quæ fuerunt uerba, sint opera. Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quàm qui philosophiam uelut aliquod artificium uenale didicerunt, qui aliter uiuunt, quàm uiuendum esse præcipiunt. Exempla enim seipsos inutilis disciplinæ circũferunt, nulli non uitio quod insequuntur obnoxij. Nõ magis mihi potest quisquam talis prodesse præceptor, quàm gubernator in tempestate nauseabundus. Tenendum est, rapiente fluctu, gubernaculum, luctandũ cum ipso mari, eripienda sunt uento uela. Quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus & uomitans? Quanto maiore putas uitam tempestate iactari, quàm ullam ratem? Non est loquendum, sed gubernandum. Omnia quæ dicunt, quæ turba audiente iactant, aliena

Vide num ita legendum sit, sed opera, cum ait neminem potuisse Scipioni neq; ciuem neq; hostẽ reddere operæprecium.

aliena sunt. Dixit illa Plato, dixit Zenon, dixit Chrysippus, & Posidonius, & ingens agmen, non tantum Attalus. Quomodo probare possint sua esse, monstrabo. Faciant quæ dixerint. Quoniam quæ uolueram ad te perferri iam dixi, nunc desiderio tuo satisfaciam, & in alteram epistolam integrum quod exegeras transferam, ne ad rem spinosam & auribus erectis curiosisq; audiendam, lassus accedas. Vale.

EPIST. CX. Multis argumentis ostendit sapientem sapienti prodesse.

AN sapiens sapienti prosit, scire desideras. Dicimus plenum omni bono esse sapientem, & summa adeptũ. Quomodo prodesse aliquis possit summũ bonum habenti, quæritur. Prosunt inter se boni, exercent enim uirtutes, & sapientiam in suo statu continent, desiderat uterq; aliquem, cum quo conferat, cum quo quærat. Peritos luctandi, usus exercet. Musicum, qui paria didicit, monet. Opus est & sapiẽti, agitatione uirtutum. Ita quemadmodum ipse se mouet, sic mouetur ab alio sapiente. Quid sapiẽs sapienti proderit? Impetum illi dabit, occasiones actionum honestarum commonstrabit. Præter hæc, aliquis suas cogitationes exprimet, docebit, quæ inuenerit. Sẽper enim etiam sapiẽti restabit quod inueniat, & quo animus eius excurrat. Malus malo nocet, facit quoq; peiorem iram, metum incitando, tristitiæ assentiendo, uoluptates laudando. Et tunc maxime laborant mali, ubi plurimũ uitia miscuere, & in unum collata nequitia est. Ergo ex contrario bonus bono proderit. Quomodo inquis? Gaudium illi afferet, fiduciam confirmabit, ex conspectu mutuæ tranquillitatis crescet utriusq; lætitia. Præterea quarundã illi rerum noticiam tradet. Non enim omnia sapiens scit, etiam si sciret, breuiores uias rerum aliquis excogitare possit, & has indicare, per quas facilius totum opus circunfertur. Proderit sapienti sapiens, non scilicet tantum suis uiribus, sed ipsius quem adiuuat. Potest quidem ille etiã relictus sibi, explicare partes suas. Vtetur propria uelocitate, sed nihilominus adiuuat, etiam qui currentẽ hortatur. Non proderit tantum sapiens sapienti, sed sibijpsi. Hoc scias, Detrahe illi uim propriam, & ille nihil agit. Vno modo dicas licet, non esse in melle dulcedinem. Nam ipse ille qui esse debet, ita aptatus lingua palatoq; est ad huiusmodi gustum, ut ille tali sapore nõ capiatur sed offendatur. Sunt enim quidam, quibus morbi uitio uel amarum uideatur. Oportet utrunq; talẽ esse ut & ille prodesse possit, & huic profuturo idonea materia sit. In summum, inquit, producto calorem calefieri superuacuũ est, & in summum producto bonum superuacuum est, quod prosit. Nunquid instructus omnibus rebus agricola, ab alio instrui quærit? Nunquid armatus miles quantum in aciem exituro satis est uti, amplius arma desiderat? Ergo nec sapiẽs. Satis enim uitæ instructus, satis armatus est. Ad hæc respondeo. Qui in summo est calore, ei non opus est adiectio, ut summum teneat, Sed ipse se, inquit, calor continet. Primum multum interest inter ista quæ comparas. Calor enim unus est, prodesse uarium est. Deinde calor non adiuuatur adiectione caloris ut caleat, Sapiens non potest in habitu suæ mentis stare, nisi amicos aliquos similes sui admisit, cum quibus uirtutes suas cõmunicet. Adijce nunc, quod omnibus inter se uirtutibus amicitia est. Itaq; prodest, qui uirtutes alicuius partes sui amat, amandasq; inuicem præstat. Similia delectãt, utiq; ubi honesta sunt, & probare, ac probari sciunt. Etiamnum sapientis animum perite mouere nemo alius potest, nisi sapiens. Quomodo ergo ad rationem mouendam ratione opus est, sic ut moueatur ratio perfecta, opus est ratione perfecta. Prodesse dicuntur, & qui media nobis largiuntur, pecuniam, gratiam, incolumitatem, alia in usus uitæ chara aut necessaria. In his dicetur etiam stultus sapienti prodesse. Prodesse autem est, animum secundum naturã mouere uirtute sua, aut eius qui mouebitur. Hoc non sine ipsius quoq; qui proderit bono fiet. Necesse est enim alienam uirtutem exercendo, exerceat & suam. Sed ut remoueas ista, quæ aut summa bona sunt, aut summorũ efficientia, nihilominus prodesse inter se sapiẽtes possunt. Inuenire enim sapientem sapienti per se res petenda est, quia natura bonum omne charum est bono, & sic quisq; conciliatur bono, quemadmodum sibi. Necesse est ex hac quæstione, argumenti causa in alteram transeam. Quæritur enim an deliberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem aduocaturus, quod facere illi necessarium est, cum ad hæc ciuilia & domestica uenitur, & (ut ita dicã) mortalia. In his sic illi opus est alieno

Universidad de Deusto
Biblioteca

consilio, quomodo medico, quomodo gubernatori, quomodo aduocato, & litis ordinatori. Proderit ergo sapiens aliquando sapienti. Suadebit enim, sed in illis quoq; magnis ac diuinis, ut diximus, communiter honesta tractando, & animo cogitationes miscendo, utilis erit. Præterea secundum naturam est & amicos complecti, & amicorum actu, ut suo proprioq; lætari. Nam si hoc fecerimus ne uirtus quidem nobis permanebit, quæ in exercendo sensu ualet. Virtus autem suadet præsentia bene collocare, in futurum consulere, deliberare, & intendere animum. Facilius intendet explicabitq;, qui aliquem sibi assumpserit. Quærit itaque aut perfectum uirum aut proficientem, uicinumq; perfecto. Proderit autem ille perfectus, si consilium communi prudentia iuuerit. Aiunt homines plus in alieno negocio uidere. Vitio hoc illis euenit, quos amor sui excæcat, quibusq; dispectum utilitatis, timor in periculis excutit. Incipiet sapere securior, & extra metum positus. Sed nihilominus quædam sunt, quæ etiam sapientes in alio, quàm in se diligentius uident. Præterea illud quod dulcissimum honestissimumq; est, idem uelle atq; idem nolle, sapiens sapienti præstabit. Egregium opus pari iugo ducet. Persolui quod exegeras, quanquam in ordine rerũ erat quas moralis philosophiæ uoluminibus complectimur. Cogita, quod soleo frequenter tibi dicere, In istis nos nihil aliud quàm † animum exercere. Toties enim illo reuertor. Quid ista me res iuuat? Fortiorem faciet, iustiorem, temperatiorem? Nondum exerceri uacat. Adhuc medico mihi opus est. Quid me doces scientiam inutilem? Magna promisisti, exigua uideo. Dicebas intrepidum fore, etiam si contra me gladij micarent, etiam si mucro tangeret iugulum, Dicebas securum fore, etiam si circa me flagrarent incendia, etiam si subitus turbo totam nauem meam mari raperet, Hanc mihi præsta interim uoluptatem, ut gloriam contemnam, postea docebis implicita soluere, ambigua distinguere, obscura perspicere. Nunc doce, quod necesse est. Vale.

† al. acumen

EPIST. CXI. Non optandos esse deos infestos malis. Et quomodo per retractatam sæpius philosophiã, noticia boni & mali, necessarij & superuacui possit haberi. Et quod turpe est etiam in aqua & polenta ponere beatam uitam.

EX Nomentano meo te saluto, & iubeo te habere mentem bonam, hoc est propitios deos omnes, quos habet placatos & fauentes, quisquis sibi se propitiauit. Sepone in præsentia, quæ quibusdam placent. Vnicuiq; nostrũ pædagogum dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex horum numero quos Ouidius ait, de plebe deos. Ita tamen hoc seponas uolo, ut memineris maiores nostros, qui crediderunt hos, Stoicos fuisse. Singulis enim & Genium & Iunonem dederunt. Postea uidebimus an tantum dijs uacet, ut priuatorum negocia procurarent. Interim illud scito, siue assignati sumus, siue neglecti & fortunæ dati, nulli te posse imprecari quicquã grauius, quàm si imprecatus fueris, ut se habeat iratum. Sed non est, quare cuiquam quem dignum pœna putaueris, optes, ut infestos deos habeat: Habet, inquam, etiam si uidetur eorum fauore produci. Adhibe diligentiam tuam, & intuere, quid sint res nostræ, non quid uocentur, & scies plura mala cõtingere nobis, quàm accidere. Quoties enim calamitas felicitatis est causa, & uitium fuit, quod calamitas uocabatur. Quoties magna gratulatione excepta res gradũ sibi struxit in præceps, & aliquem iam eminentem alleuauit, etiamnum tanquam ibi adhuc staret, unde tuto caderet, sed ipsum illud cadere non habet in se mali quicquam, si exitum spectes, ultra quem natura neminem deiecit. Propè est rerum omnium terminus, prope est, inquam, & illud, unde felix ejicitur, & illud unde felix emittitur. Nos utraq; extendimus, & lõgã spe ac metu facimus. Sed si sapis, omnia humana conditione metire, simul & quod gaudes, & quod times cõtrahe. Est autem tanti, diu nihil gaudere, ne quid diu timeas. Sed quare istuc malum astringo? Non est quod quicquam timendum putes. Vana sunt ista quæ nos mouent, quæ attonitos habent. Nemo nostrum quid ueri esset, excussit, sed metum alter alteri tradidit. Nemo ausus est ad id quo perturbatur accedere, & naturam ac bonum timoris sui nosse. Itaq; res falsa & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur, Tanti putemus oculos intendere, iam apparebit quàm breuia, quàm incerta, quàm tuta timeantur. Talis est animorum nostrorũ confusio, qualis Lucretio uisa est. Nam ueluti pueri trepidant

trepidant, atq; omnia cæcis, In tenebris metuunt, ita nos in luce timemus. Quid ergo? Non omni puero stultiores sumus, qui in luce timemus? Sed falsum est Lucreti, non timemus in luce, omnia nobis fecimus tenebras, nihil uidemus, nec quid noceat, nec quid expediat, tota uita incursitamus, nec ob hoc restitimus, aut circunspectius pedem ponimus. Vides autem quàm sit furiosa res, in tenebris impetus. At mehercule id agimus, ut longius reuocãdi simus, & cum ignoremus quò feramur, uelociter tamen illò quò intendimus ire perseueramus. Sed lucescere, si uelimus, potest. Vno autem modo potest, si quis hanc humanorum diuinorumq; noticiam acceperit, si illa se nõ persuaserit, sed infecerit, si eadem quamuis sciat, retractauerit, & ad se sæpe retulerit, si quæsierit quæ sint bona, quæ sint mala, quibus hoc sit falso nomen ascriptum: si quæsierit de honestis, de turpibus, de prouidentia: nec inter hæc humani ingenij sagacitas sistitur. Prospicere & ultra mundum libet, quò feratur, unde surrexerit, in quem exitum tanta rerum uelocitas properet. Ab hac diuina cõtemplatione abductum animum in sordida & humilia pertraximus, ut auariciæ seruiret, ut relicto mũdo terminisq; eius & † dominis cuncta uersantibus, terrã rimaretur, & quæreret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatis. Quicquid nobis bono futurum erat, deus & parens noster in proximo posuit. Non expectauit inquisitionem nostram, & ultro dedit, nocitura altissime presit. Nihil nisi de nobis queri possumus. Ea quibus periremus, nolente rerum natura & abscondente, protulimus. Addiximus animum uoluptati, cui indulgere initium omnium malorũ est. Tradidimus ambitioni & famæ, cæteris æque uanis & inanibus. Quid ergo nunc te hortor ut facias? Nihil noui, nec enim nouis malis remedia quæruntur. Sed hoc primum, ut tecum ipse dispicias, quid sit necessarium, quid superuacuum. Necessaria tibi ubiq; occurrent, superuacua & semper, & toto animo quærenda sunt. Non est autem quod te nimis laudes, si contempseris aureos lectos, & gemmeam suppellectilem. Quæ est enim uirtus superuacua cõtemnere? Tunc te admirare, cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis, quod uiuere sine † recto apparatu potes, quod non desideras miliarios apros, nec linguas phœnicopterorum & alia portenta luxuriæ, iam tota animalia fastidientis, & certa membra ex singulis eligentis. Tunc te admirabor, si contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbas, ubi necesse est, non pecori tantum, sed homini nasci, si scieris cacumina arborum explementum esse uentris, in quem si precios congerimus, tanquam recepta seruantem, sine fastidio implendus est. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? Delectant te dispositа, quæ terra mariq; capiuntur? Alia ergo gratiora, si recentia perferuntur ad mensam, alia si diu pasta & coacta pinguescere fluunt, ac uix saginam continent suam. Delectat te, nitor horum arte quæsitus. At mehercule ista solicite seruata, uarieq; condita, cum subierint uentrem, una atq; eadem fœtiditas occupauit. Vis ciborum uoluptatem contemnere? Exitum specta. Attalum memini cum magna admiratione omnium hæc dicere. Diu mihi, inquit, imposuere diuitiæ. Stupebam ubi aliquid ex illis alio atq; alio loco fulserat. Existimabam similia esse quæ laterent, his quæ ostenderentur: sed in quodam apparatu uidi totas opes urbis cælatas ex auro & argento, & his quæ precium auri argentiq; uicerunt, exquisitos colores, & uestes ultra non tantum nostrum, sed ultra finem hostium aduectas. Hinc puerorum prospicuos cultu atq; forma greges, hinc fœminarum, & alia quæ res suas recognoscens summi imperij fortuna protulerat. Quid hoc est, inquam, aliud quàm irritare cupiditates hominũ per se incitatas? Quid sibi uult ista pecuniæ pompa? Ad discendam auariciam cõuenimus. At mehercules minus cupiditatis istinc effero, quàm attulerã. Contempsi diuitias, non quia superuacuæ, sed quia pusillæ sunt. Vidisti ne, quàm intra paucas horas, ille ordo quamuis lentus dispositusq; transierit? Hoc totam uitam nostram occupauit, quod totum diem occupare non potuit? Accessit illud quoq;. Tam superuacuæ mihi uisæ sunt habentibus, quàm fuerunt spectantibus. Hoc itaq; ipse mihi dico, quoties tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosis imposita † coloribus. Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Ostẽdantur istæ res, non possidentur, & dum placent, transeũt. Ad ueras potius te conuerte di-

† al. regio

† al. calonibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitias, disce paruo esse contentus, & illam uocem magnus atq; animosus exclama. Habeamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de felicitate cõtrouersiam faciamus. Faciamus oro te, etiam si ista desuerint. Turpe est beatam uitam in auro & argento reponere, æque turpe est in aqua & polenta. Quid ergo faciam, si ista non fuerint? Quæris quod sit remediũ inopiæ? Famem fames finit. Alioqui quid interest magna sint an exigua, quæ seruire te cogunt? Quid refert quantum sit, quod tibi possit negare fortuna? Hæc ipsa aqua & polenta in alienum arbitriũ cadit. Liber est autem, non in quem parum licet fortunæ, sed in quem nihil. Ita est, nihil desideres, oportet, si uis Iouem prouocare, nihil desiderantem. Hęc nobis Attalus dixit, natura dixit omnibus. Quæ si uoles frequenter cogitare, id ages, ut sis felix, non ut uidearis, & ut tibi uidearis, non alijs.

EPIST. CXII. De uera philosophi magnitudine, quam sophismata, id est, cauillationes præstare non possunt.

QVid uocentur latine sophismata quæsisti à me. Multi tentauerũt illis nomẽ imponere, nullũ hæsit: uidelicet quia res ipsa non recipiebatur à nobis, nec in usu erat, nomini quoq; repugnatum est. Aptissimum tamẽ uidetur mihi, quo Cicero usus est. Cauillationes uocat, quibus quisq; se tradidit, quæstiunculas quidem uafras, Cæterum ad uitam nihil proficit, neq; fortior fit, neq; temperantior, neq; elatior. At ille qui philosophiam in remedium suum exercuit, ingens fit animo, plenus fiduciæ, inexuperabilis, & maior adeunti. Quod in magnis euenit montibus, quorum proceritas minus apparet longe intuentibus. Cum accesseris, tunc manifestũ fit, quod in arduo summa sint. Talis est mi Lucili uerus, & rebus, non artificijs philosophus. In ædito stat admirabilis, celsus, magnitudinis ueræ. Non exurgit in plantas, nec in summis ambulat digitis, eorum more qui mendacio staturam adiuuant, longioresq; quàm sunt uideri uolunt. Contentus est magnitudine sua. Quid ni contentus sit eo usq; creuisse, quò manum fortuna non porrigit? Ergo & supra humana est. Par sibi in omni statu rerum, siue secũdo cursu uita procedit, siue fluctuatur, & per aduersa ac difficilia. Hanc constantiã cauillationes istæ, de quibus paulò ante loquebar, præstare non possunt. Ludit illis animus, non proficit, & philosophiam à fastigio deducit in planum. Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc, cum uoles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum, dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inductum tentant, morantur, cum tanta rerum moles uocet, cum uix tota uita sufficiat, ut hoc unum discas, uitam contemnere. Quid regere inquis? Secundum opus est. Nam nemo illam bene rexit, nisi qui contempserat. Vale.

EPIST. CXIII. Vtens exesæ uitis exemplo ostendit inueterati ingenij prauitatem fore inemendabilem.

CVpio mehercule amicum tuum formari, ut desideras, & institui, sed ualde durus capitur, imò potius, quod est molestius ualde mollis capitur, & consuetudine mala ac diutina fractus: Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre. Non quælibet insitionem uitis patitur, si uetus & exesa est, si infirma gracilisq;, aut non recipiet surculum aut non alet, nec applicabit sibi, nec in qualitatem eius † naturamq; transibit. Itaq; solemus supra terram præcidere, ut si non responderit, tentari possit secunda fortuna, & iterum repetita infra terram inseratur. Hic de quo scribis & mandas, non habet uires. Indulsit uitijs, simul & emarcuit, & induruit. Non potest recipere rationem, non potest nutrire. At cupit ipse. Noli credere. Nõ dico illum mentiri tibi, putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria, cito tamẽ redibit in gratiam. Sed dicit se offendi uita sua. Non negauerim. Quis enim non offenditur? Homines uitam suam & amant simul & oderunt. Tunc itaq; de illo feramus sententiam, cum fidem nobis fecerit, inuisam iam sibi esse luxuriam. Nunc illis male conuenit. Vale.

† al. uitamq;

IN LIBRVM XIX. EPIST. CIX.

1 *Nouissime exitu effudit. Opinor fuisse scriptum extudit, id aliquis interpretatus est, effudit, quox pro extudit remansit, exitu.*

2 *Nullo inde uicio caremus stomachi. Ita prior æditio. In alijs erat, non luxum dat uino carens stomachus: in alijs non lusum dat. Arbitror legendum, nullo inde uino calet stomachus.*

Sed

Sed in quo cognatus aliquid spiritus hostis paratur. Sic prior æditio. Variabant codices, sed nusquam aberat aliquid mendi. Non dubium est quin legendum sit, Cognatus aliquis spiritus hospitaretur: pro sed, fortasse legendum scilicet, nisi mauis eam uocem expungere. 3

Cum Ciceronis librum. Videtur deesse legunt, aut simile uerbum, præter ea quæ mutauimus. Ni faciendo plagas cœlestium &c. Sic habebat superior æditio, reposuimus ex diuinatione, si fas est plagas cœlestium ascendere cuiquam. Forte legendum, si fas cædendo cœlum conscendere cuiquam est, ut ex faciendo fiat, fas cædendo. 4

EPISTOLA CX.

Exige uide. Quidam habebant, exigua uideo. Forte legendum exibe, uide. Exhibentur enim promissa. 5

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIB. VICESIMVS.

EPIST. CXIIII. Dialectice disputat per multa inconuenientia uirtutes non esse animalia. De morali fortitudine, iusticia, doctrinam inferens.

DEsideras tibi scribi à me, quid sentiã de hac quæstione iactata apud nostros. An iusticia, an fortitudo, prudẽtia, cæteræq; uirtutes animalia sint. Hac subtilitate efficimus Lucili charissime, ut exercere ingenium inter irrita uideremur, & disputationibus nihil profuturis ocium terere. Faciam quod desideras, & quid nostris uideatur exponam. Sed me in alia sententia profiteor. Puto quædam esse, quæ decent phecasiatũ, palliatumq;. Quæ sint ergo quæ antiquos mouerint, dicam. Animum constat animal esse, cum ipse efficiat, ut simus animalia, & cum ab illo animalia nomen hoc traxerint. Virtus autem nihil aliud est quàm animus, quodammodo se habens, ergo animal est. Deinde uirtus agit aliquid. Agi autem nihil sine impetu potest. Si impetum habet qui nulli est, nisi animali, animal est. Si animal est, inquit, uirtus, habet ipsam uirtutẽ. Quid ni? habet seipsam. Quomodo sapiens omnia per uirtutem gerit, sic uirtus per se. Ergo, inquit, & omnes artes animalia sunt, & omnia quæ cogitamus, quæq; mente complectimur. Sequitur, ut multa animalium milia habitent in his angustijs pectoris, & singuli multa simus animalia, aut multa habeamus animalia. Quæris, quid aduersus ista respondeatur? Vnaquæq; res ex istis animal erit, multa animalia non erunt. Quare? Dicam, si mihi accommodaueris subtilitatem & intentionem tuam. Singula animalia, singulas debent habere substantias. Ista omnia unum animum habent. Itaq; singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego & animal sum & homo, nõ tamen duos esse dices nos? Quare? quia separatim esse debẽt. Ita dico, alter ab altero debet esse diductus, ut duo sint. Quicquid in unum multiplex est, sub unam cadit naturam, itaq; unum est. Et animus meus animal est, & ego animal sum, duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur, cum per se stabit. Vbi uerò alterius membrum erit, non poterit uideri aliud. Quare? Dicam, quia quod aliud est, suum oportet esse, & proprium, & totum, & intra se absolutũ. Ego in alia esse me sententia professus sum. Non enim tantum uirtutes animalia erunt, si hoc recipitur. Sed opposita quoq; illis uitia & affectus, tanquam ira, timor, luctus, suspicio. Vltra res ista procedet, omnes sententiæ, omnes cogitationes animalia erũt, quod nullo modo recipiendũ est. Non enim quicquid ab homine fit, homo est. Iusticia quid est, inquit? Animus quodammodo se habẽs. Itaq; si animus animal est, & iusticia. Minime. Hæc enim habitus animi est, & quædam uis. Idem animus in uarias figuras cõuertitur, & non toties animal aliud est, quoties aliud facit, nec illud quod fit ab animo animal est. Iusticia animal est, fortitudo, sic cæteræ uirtutes. Vtrum desinunt animalia esse subinde, ac rursus incipiunt, an semper sunt? Desinere uirtutes non possunt, ergo multa animalia, imò innumerabilia in hoc animo uersantur. Non sunt, inquit, multa, quia ex uno religata sunt, & partes unius ac membra sunt. Talem ergo faciem animi nobis proponimus, qualis est Hydræ, multa habentis capita, quorum unumquodq; per se pugnet, per se noceat. Atqui nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis caput. Cæterum ipsa unum animal est. Nemo in Chimæra leonem esse animal dixit, aut draconem. Hæ partes erãt eius, partes eius non sunt animalia. Quid est quo colligas iusticiam animal esse? Agit, inquit, aliquid & prodest, im

Universidad de Deusto
Biblioteca

deſt, impetum habet, quod autem impetum habet, animal eſt. Verum eſt, ſi ſuum impetum habet, ſuum autem nō habet, ſed animi. Omne animal donec moriatur, hoc eſt, idem quod cœpit, homo donec moriatur homo eſt. Equus, canis, tranſire in aliud non poteſt. Iuſticia, id eſt, animus quodam modo ſe habens, animal eſt. Credamus, deinde animal eſt fortitudo, id eſt, animus quodā modo ſe habēs. Quis animus? Ille qui modo in iuſticia erat, tenetur in priore animali, in aliud animal ei tranſire non licet. In eo illi, in quo primum eſſe cœpit, perſeuerandum eſt. Præterea unus animus duorum animalium eſſe non poteſt, multo minus plurium. Si iuſticia, fortitudo temperātia, cæteræq; uirtutes animalia ſunt, quomodo unum animum habebunt? Singulos habeant oportet, aut non ſunt animalia. Non poteſt unum corpus plurium animaliū eſſe, hoc & ipſi fatentur. Iuſticię quod eſt corpus? Animus. Fortitudinis quod eſt corpus? Idēanimus. Atqui unum corpus eſſe duorum animaliū non poteſt. Sed idem animus, inquit, iuſticiæ habitum induit, & fortitudinis & temperantiæ. Hoc fieri poſſet, ſi quo tempore iuſticia eſſet, fortitudo nō eſſet, quo tempore fortitudo eſſet, temperātia non eſſet. Nunc uero omnes uirtutes ſimul ſunt. Iſta quomodo erunt ſingula animalia, cūm unus animus ſit, qui plus quàm unum animal non poteſt facere? Denicq; nullum animal pars eſt alterius animalis. Iuſticia autem pars eſt animi, non eſt ergo animal. Videor mihi in re confeſſa perdere operam. Magis enim indignandum de iſto, quàm diſputandum eſt. Nullum animal alterius pars eſt. Circunſpice omniū corpora, nulli non & color proprius eſt, & figura ſua, & magnitudo. Inter cætera, propter quæ mirabile diuini artificis ingenium eſt, hoc quoq; exiſtimo, & quod in tanta copia rerum, nunquam in idem incidit, etiam quæ ſimilia uidentur, cum contuleris, diuerſa ſunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non ſua proprietate ſignatum: tot animalia, nulli ſimilitudo cum altero conuenit. Vtiq; aliquid intereſt. Exegit à ſe, ut quæ alia erant, & diſſimilia eſſent & impāria. Virtutes, ut dicitis, omnes pares ſunt, ergo non ſunt animalia. Nullum non animal per ſe aliquid agit. Virtus autem per ſe nihil agit, ſed cum homine. Omnia animalia aut rationalia ſunt, ut homines, ut diij: aut irrationalia, ut pecora. Virtutes quoq; rationales ſunt, atqui nec homines ſunt, nec diij, ergo nō ſunt animalia. Omne rationale animal nihil agit, niſi primum ſpecie alicuius rei iritatū eſt, deinde impetum cepit, deinde aſſenſio cōfirmauit hunc impetum. Quid ſit aſſenſio dicam. Oportet me ambulare, tunc demum ambulo, cum hoc mihi dixi, & approbaui hanc opinionem meam: oportet me ſedere, tunc demū ſedeo: hæc aſſenſio in uirtute non eſt. Puta enim prudentiam eſſe, quomodo aſſentietur? Oportet me ambulare, hoc natura non præcipit: prudentia enim ei, cuius eſt proſpicit, non ſibi. Nā nec ambulare poteſt, nec ſedere, ergo aſſenſionem non habet. Quod aſſenſionem non habet, rationale animal non eſt. Virtus ſi animal eſt, rationale eſt: rationale aūt non eſt, ergo nec animal. Si uirtus animal eſt, uirtus autem bonum eſt, omne bonū animal eſt. Hoc noſtri fatentur: Patrem ſeruare bonum eſt, & ſententiam prudenter in ſenatu dicere bonū eſt, & iuſte decernere bonū eſt, Ergo & patrem ſeruare animal eſt, & prudenter dicere animal eſt, Eouſq; res excedet, ut riſum tenere non poſſis, Prudenter tacere & cœnare bonum eſt, ita & tacere & cœnare animal eſt. Ego mehercule titillare non deſinā, & ludos mihi ex iſtis ſubtilibus ineptijs facere. Iuſticia & fortitudo ſi animalia ſunt, certe terreſtria ſunt. Omne animal terreſtre algeſt, eſurit, ſitit. Ergo iuſticia algeſt, fortitudo eſurit, clementia ſitit. Quid porro, non interrogabo illos, quam figurā habeant iſta animalia, hominis, an equi, an feræ? Si rotundā illis, qualem deo, dederint formam, quæram, an & auaritia, & luxuria, & clementia æque rotūdæ ſunt: ſunt enim & ipſa animalia. Si has quoq; rotundauerint, etiā num interrogabo, an prudens ambulatio animal ſit, nec ne. confiteantur neceſſe eſt. Deinde dicant ambulationem eſſe animal, & quidem rotundū. Ne putes aūt primum ex noſtris, non ex ſcripto loqui, ſed meæ ſententiæ eſſe, inter Cleanthem & diſcipulum eius Chryſippum, non conuenit quid ſit ambulatio. Cleanthes ait, ſpiritū eſſe à principali uſq; in pedes permiſſum, Chryſippus ipſum principale quod eſt. Ergo cur non ipſius Chryſippi exēplo ſibi quiſq; ſe uindicet, & iſta tot animalia, quot mūdus ipſe non poteſt capere deridеat? Nō ſunt, inquit, uirtutes multa animalia, et tamē animalia ſunt. Nam

Nam quemadmodū aliquis & poëta eſt & orator, & tamen unus: ſic uirtutes iſtæ animalia ſunt, ſed multa non ſunt. Idem eſt animus, & iuſtus, & prudens, & fortis. At ſingulæ uirtutes quodam modo ſe habent. Sublata eſt quæſtio, conuenit nobis. Nam & ego interim fateor animū animal eſſe, poſtea uiſurus quam de iſta re ſententiam feram. Actiones eius animalia eſſe nego. Alioquin & omnia uerba erunt animalia, & omnes uerſus. Nam ſi ſermo prudens bonum eſt, bonū aūt omne animal eſt, Sermo ergo animal eſt. Prudens uerſus bonū eſt, bonū aūt omne animal eſt, Verſus ergo animal eſt. Itaq; Arma uirumq; cano, animal eſt, quod non poſſunt rotundum dicere, cum ſex pedes habeat. Textorium, inquis, totum mehercule iſtud eſt, quod cum maxime agitur, diſſilio riſu: cum mihi propono ſolœciſmum animal eſſe, & barbariſmum, & ſyllogiſmum, & aptans illis facies, tanquam pictor aſſigno. Hæc diſputamus, attractis ſuperciliis, fronte rugoſa. Non poſſunt hoc loco dicere illud Cæcilianum, O triſtes ineptias, ridiculæ ſunt. Quin itaq; potius aliquid utile nobis ac ſalutare tractamus, & quærimus quomodo ad uirtutes uenire poſſimus, quæ nos ad illas uia adducat. Doce me nō an fortitudo animal ſit, ſed nullum animal felix eſſe ſine fortitudine, niſi cōtra fortuita cōualuit, & omnes caſus anteq; exciperet meditando prædomuit. Quid eſt fortitudo? Munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile. Quod qui circumdedit ſibi, ſecurus in hac uitæ obſidione perdurat. Vtitur enim ſuis uiribus, ſuis telis. Hoc loco tibi Poſidonij noſtri ſententiam referre uolo. Non eſt quod unq; fortunæ armis putes eſſe tutum. Tuis pugna cōtra ipſam fortunam nō armatus. Itaq; contra hoſtes inſtructi, cōtra ipſam inermes ſunt. Alexander quidem Perſas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentiū uſq; in Oceanum extendit oriens, uaſtabat, fugabatq;. Sed ipſe modo occiſo amico, modo amiſſo iacebat in tenebris, aliàs ſcelus, aliàs deſiderium ſuū mœrens, uictor tot regum atq; populorū, iræ triſticiæq; ſuccubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in poteſtate quàm affectus. O quàm magnis hominēs erroribus tenentur, qui ius dominandi trans maria cupiunt permittere, felicitſſimoſq; ſe iudicant, ſi multas per milites prouincias obtinent, & nouas ueteribus adiungūt, ignari quod ſit illud ingens† paruumq; regnū. Imperare ſibi, maximū imperium eſt. Doceat me quàm ſacra res ſit iuſticia, alienum bonū ſpectans, nihil ex ſe petens, niſi uſum ſui. Nihil ſit illi, cū ambitione famaq;, ſibi placeat. Hæc ante omnia ſibi quiſq; perſuadeat, Me iuſtum eſſe gratis oportet. Parum eſt, adhuc illud perſuadeat ſibi, ut in hanc pulcherrimam uirtutem ultro etiam impendere iuuet, ut tota cogitatio priuatis commodis, quàm longiſſimè auerſa ſit. Nō eſt quod ſpectes, quod ſit iuſtæ rei præmium, maius iniuſto eſt. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quammulti æquitatem tuam nouerint. Qui uirtutem ſuam publicari uult, non uirtuti laborat, ſed glorię. Non uis eſſe iuſtus ſine gloria. At mehercules ſæpe iuſtus eſſe debebis cum infamia. Et tunc ſi ſapis, mala opinio bene parta delectat. Vale.

EPIST. CXV. De multiplici uarietate uitioſæ orationis. Et pro qualitate animi dicentis, eius informatur oratio. Vbi contra luxuriam ſuccincte declinat.

QVare quibuſdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, quæris, & quomodo in quædam uitia inclinatio ingeniorum facta ſit, ut aliquādo inflata explicatio uigeret, aliquando infracta, & in morem cantici ducta? Quare aliàs ſenſus audaces, & fidem egreſſi placuerint, aliàs abruptæ ſententiæ, & ſuſpicioſæ, in quibus plus intelligendū eſt, quàm audiendū? Quare aliqua ætas fuerit, quæ translationis iure uteretur inuerecūde? Hoc quod audire uulgo ſoles, quod apud Græcos in prouerbiū ceſſit, talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Quemadmodum autem uniuſcuiuſque actio dicenti ſimilis eſt, ſic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores. Si diſciplina ciuitatis laborauit, & ſe in delitias dedit, argumentum eſt luxuriæ publicæ, orationis laſciuia, ſi modo non in uno, aut in altero fuit, ſi approbata eſt & recepta. Nō poteſt alius eſſe ingenio, alius animo color. Si ille ſanus eſt, ſi compoſitus, grauis, temperans, ingenium quoq; ſiccum ac ſobrium eſt. Illo uitiato, hoc quoq; afflatur. Nō uides ſi animus languet, trahi membra, & pigre moueri pedes? ſi ille effœminatus eſt, in ipſo inceſſu apparere molliciem, ſi ille acer eſt† & uelox, concitari gradum. Si furit, aut

al. par cœlis

al. ferox

Universidad de Deusto
Biblioteca

(quod furori simile est) irascitur, turbatum esse corporis motū, nec ire, sed ferri. Quan
to hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est? Ab illo fin-
gitur, illi paret, inde legem petit. Quomodo Mecœnas uixerit notius est, quàm ut ne-
rari nunc debeat. Quomodo ambulauerit, quàm delicatus fuerit, quàm cupierit uide-
rit, quàm uitia sua latere noluerit. Quid ergo? Non oratio eius æque soluta est, quàm
ipse discinctus? Non tā insignita illius uerba sunt, quàm cultus, quàm comitatus, quàm
domus, quàm uxor, Magni ingenij uir fuerat, si illud egisset uia rectiore, si non uitasset
intelligi, si non etiam in oratione difflueret. Videbis itaq; eloquentiam ebrij hominis
inuolutam, & errantē, & licentiæ plenam. Mecœnas in cultu suo, Quid turpius amne,
syluisq; ripa comantibus? Vide ut alueū lyntribus aret, uersoq; uado remittat hortos.
3 Quid si quis fœminę† cirro crispat, & labris columbatur. Incipitq; suspirans, ut cerui-
al. cinno ce lassa† sanantur, ne mori tyranni, irremediabilis factio rimātur, epulis, †lagænaq; ten
forte sua ui- tant domos, & sæpe mortem exigunt. Genium festo uix suo testem, tenuisue cærei fila
uatur & crepacem molam. Focum mater aut uxor inuestiunt. Non statim hæc cum legeris
al. laganaq; hoc tibi occurret, hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper incesserit? Nam etiā cum
absentis partibus Cæsaris fungeretur, signum à discinctio petebatur. Hunc esse qui in
tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio uelaretur caput, ex-
al. mimo clusis utrinq; auribus, nō aliter quàm in† nummo diuites fugitiui solent? Hūc esse, cui
tunc maximè ciuilibus bellis strepentibus & solicita urbe & armata, comitatus hic fue
rit in publico, spadones duo, magis tamen uiri quàm ipse? Hunc esse, qui uxorem mi-
lies duxit, cū unā habuerit? Hæc uerba tam improbe structa, tum tam negligenter ab-
al. extra iecta, tam† contra consuetudinē omniū posita, ostendunt mores quoq; non minus no
uos & prauos & singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis, pepercit
gladio, sanguine abstinuit, nec ulla alia re, quid posset, quàm licentia ostendit. Hanc ip
sam laudē suā corrupit, istis orationis portētuosissimæ delitijs. Apparet enim mollem
fuisse nō mitem. Hoc istæ ambages cōpositionis, hoc uerba transuersa, hoc sensus mihi
magni quidem sæpe, sed eneruati dum exeunt, cuiuis manifestū facient, motū illi feli-
citate nimia caput, quod uitiū hominis esse, interdū temporis solet. Vbi luxuriam lata
felicitas fudit, luxus primū corporum esse diligentior incepit. Deinde suppellectili la-
boratur, deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut pa
rietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta uarientur auro, ut lacunari-
bus pauimentorum respondeat nitor: deinde ad cœnas lauticia transfertur, & illic cō-
mendatio ex nouitate, & soliti ordinis commutatione captatur, ut ea quæ cludere so-
lent, cœna prima ponantur, ut quæ aduenientibus dabātur, exeuntibus dentur. Cum
assueuit animus fastidire, quæ ex more sunt, & illi & pro sordidis solita sunt, etiam ui
oratione quod nouū est quærit: & modo antiqua uerba, atq; exoleta reuocat, & pro-
fert, modo fingit, & ignota deflectit, modo id quod nuper increbuit, pro cultu habe-
tur, audax translatio, ac frequens. Sunt qui sensus præcidant, & hoc gratiam sperent,
si sententia pependerit, & audienti suspicionem sui fecerit. Sunt qui illos detineant, &
porrigant. Sunt qui non usq; ad uitium accedant, Necesse est enim hoc facere, aliquid
grande tentanti, sed qui ipsum uitium amet. Itaq; ubicunq; uideris orationem corru-
ptam placere, ibi mores quoq; à recto desciuisse, non erit dubium. Quomodo conui
uiorum luxuria, quomodo uestium, ægræ ciuitatis indicia sunt: sic orationis licentia
(si modo frequens est) ostendit animos quoq;, à quibus uerba exeunt procidisse. Mi-
rari quidem non debes, corrupta excipi, non tantū à corona sordidiore, sed ab hac tur-
ba quoq; cultiore. Togis enim inter se isti, non iudicijs distant. Hoc magis mirari po-
tes, quod non tantū uitiosa, sed & uitia laudantur. Nam illud semper factum est. Nul-
lum sine uenia placuit ingenium. Da mihi quemcunq; uis magni nominis uirum, di-
cam quid illi ætas sua ignouerit, quid in illo sciens dissimulauerit. Multos enim dabo,
quibus uitia non nocuerint, quosdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ fa-
mæ, & inter miranda propositos, quos si quis corrigit, delet. Sic enim uitia uirtutibus
immixta sunt, ut illas secum tractura sint. Adijce nunc, quod oratio certam regulam
nō habet. Consuetudo illam ciuitatis, quæ nunquam in eodem diu stetit, uersat. Multi
ex

ex alieno seculo petunt uerba. Duodecim tabulas loquuntur. Graccus illis & Crassus
& Curio nimis culti & recentes sunt. Ad Appium & usq; ad Coruncanum redeunt.
Quidam contrà, dum nihil nisi tritum & usitatum uolunt, in sordes incidunt. Vtrūq;
diuerso genere corruptū est, tam mehercules, quàm si nollent splendidis uti, ac sonan-
tibus, & poēticis, necessaria atq; in usu posita uitare, tam hunc dicam peccare, quàm il-
lum. Alter se iusto plus colit, alter se iusto plus negligit: ille & crura, hic nec alas quidē
uellit. Ad compositionem transeamus, quot genera tibi dabo in hac, quibus peccetur.
Quidam præfractam & asperam probant, disturbant de industria, siquid placidius ef-
fluxit, nolunt sine salebra esse iuncturam, utrilem putant & fortem, quæ aurem inæ-
qualitate percutiat. Quorundam non est compositio, modulatio est, adeò†plauditur. al. blanditur
Quid de illa loquar, in qua uerba differuntur? & diu expectata uix ad clausulas reddun
tur? Quid illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, deuexa, & molliter desinens, nec ali-
ter quàm solet, ad morem suum pedemq; respondens. Non tantum in genere senten-
tiarum uitium est, si aut pusillæ sunt, & pueriles, aut improbæ, & plus ausæ quàm pu-
dore saluo licet, si floridæ sunt, & nimis dulces, si in uanū exeunt, & sine affectu, nihil
amplius quàm sonant. Hæc uitia unus aliquis inducit, sub quo tūc eloquentia est. Cæ-
teri imitantur, & alter alteri, tradunt. Sic Salustio uigente, amputatæ sententiæ, & uer-
ba ante expectatū cadētia, & obscura breuitas fuere pro cultu. Aruntius uir rarę fruga
litatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Salustianus, & in illud genus nitens. Est a-
pud Salustiū, exercitū argento fecit, id est, pecunia parauit. Hoc Aruntius amare cœ-
pit. Posuit illud omnibus paginis. Dicit quodā loco, fugam nostris facere. Alio loco
Hiero rex Syracusanorum, bellum fecit. Et alio loco, quæ audita Panormitanos debe-
re Romanis fecere. Gustum tibi dare uolui. Totus his contexitur liber. Quæ apud Sa-
lustiū rara fuerunt, apud hunc crebra sunt, & penè cōtinua, nec sine causa: ille enim in
hæc incidebat, at hic illa quærebat. Vides autem quid sequatur, ubi alicui uitium pro
exemplo est. Dixit Salustius aquis hiemantibus. Aruntius in primo libro belli Punici
ait, Repente hyemauit tempestas. Et alio loco, cum dicere uellet frigidum annū fuisse,
ait, Totus hyemauit annus. Et alio loco, Inde sexaginta onerarias leues, præter militē
& necessarios nautarū, hyemante Aquilone misit. Non desinit omnibus locis hoc uer
bum infulcire. Quodam loco Salustius dicit, Inter arma ciuilia, æqui boni famas petit.
Aruntius non temperauit, quominus primo statim libro poneret, ingentes esse famas
de Regulo. Hæc ergo & huiusmodi uitia, quæ alicui impressit imitatio, non sunt indi-
cia luxuriæ, nec animi corrupti. Propria enim esse debent, & ex ipso nata, ex quibus tu
æstimes alicuius affectus. Iracundi hominis, iracunda oratio est. Commoti nimis inci-
tata, delicati tenera & fluxa. Quod uides istos sequi, qui aut uellunt barbam, aut inter
uellunt: qui labra pressius tondent & abradunt, seruata & submissa cætera parte: qui la
cernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam, qui nolunt facere quicquā,
quod hominum oculis transilire liceat. Iritant illos, & in se aduertunt. Volunt uel re-
prehendi, dum conspici. Talis est oratio Mecœnatis omniumq; aliorum, qui non ca-
su errant, sed scientes, uolentesq;. Hoc à magno animi malo oritur. Quomodo in uino
non ante lingua titubat, quàm mens cessit oneri, & inclinata uel prodita est: ita ista ora
tio, quid aliud quàm ebrietas? Nulli molesta est, nisi animus labatur. Ideò ille curetur,
ab illo sensus, ab illo uerba exeunt, ab illo nobis est habitus, uultus, incessus. Illo sano
ac ualente, oratio quoq; robusta, fortis, uirilis est. Si ille procubuit, & cætera sequun-
tur ruinam. Rege incolumi, mens omnibus una est, Amisso rupere fidem. Rex noster
est animus, Hoc incolumi, cætera manent in officio, parent & obtemperant. Cum ille
paulum uacillauit, simul dubitant. Cum uerò cessit uoluptati, artes quoq; eius, actusq;
marcent, & omnis ex languido† fluxoq; conatus est. Quoniam hac similitudine usus al. fluidoq;
sum, perseuerabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex, cum honesta
intuetur, salutem sibi cōmissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidū. Vbi
uerò impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit ty-
rannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantq;, qui initio quidē gaudēt,
ut solet populus largitione nocitura frustra plenus, & quæ non potest haurire, contre-
ctat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctat. Cum uerò magis ac magis uires morbus exedit, & in medullas neruosq; descendere delitiæ, conspectum eorum, quibus se nimia auiditate inutilem reddidit, lætus pro suis uoluptatibus habet spectaculum alienarũ, subministrator libidinum, testisq;, quarum sibi usum ingerendo abstulit: nec illi tam gratum est abundare iucũdis, quam acerbum quod non omnem illum apparatũ per gulam uentremq; transmittit, nõ cum omni exoletorum fœminarumq; turba conuolutatur, mœretq; quod magna pars furæ felicitatis excluſa corporis angustijs, cessat. Nũquid enim mi Lucili hic furor est, quod nemo nostrum mortalem se cogitat: quod nemo imbecillum: imò quod nemo nostrũ unum esse se cogitat? Aspice culinas nostras, & cõcursantes inter tot ignes coquos nostros. Vnum uideri putas uentrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Aspice uteraria. teraria nostra, & plena multorum seculorum uindemijs horrea. Vnũ putas uideri uentrem, cui tot consulum, regionumq; uina cluduntur? Aspice quot locis uertatur terra, quot milia colonorum arent, fodiant. Vnum putas uideri uentrem, cui & in Sicilia, & in Africa seritur? Sani erimus, & modica cõcupiscemus, si unusquisq; se numeret, metiatur simul corpus, sciatq;, nec multum capere, nec diu posse. Nihil tam æque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, et huius incerti. Quicquid facies, respice ad mortem. Vale.

al. uentaria, fortasis, uinaria.

IN LIBRVM XX. EPIST. CXIIII.

1 *Ingens parumq; regnum. Sic æditio superior. In alijs erat, par cœlis regnum, quod ab eruditulo quodam submissum apparet, In alijs parq; regi regnum. In alijs aliud, οὐδὲν ὑγιὲς. Tolerabilis erit lectio, Ingens paruumq; regnum. Paruum quia unius in unum, ingens quia difficile ac præclarum.*

2 *Persuadeat sibi me in hanc pulcherrimam uirtutem ultro etiam impendere iubentur. In alijs erat iubet, Si mutetur in ut, ac mox ur in ut, erit commoda lectio. Adhuc illud persuadeat sibi ut in hanc pulcherrimam uirtutem, ultro etiam impendere iuuet, ut tota cogitatio &c.*

EPISTOLA CXV.

3 *Quid si fœminæ cirro crispat. Hic locus absq; codicum auxilio restitui non potest, Itaq; nolui me torquere fodore infrugifero, quandoquidem parum opis adferebant exemplaria.*

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER XXI.

EPIST. CXVI. Quod sapientem non decet orationis solicita concinnitas. De pulchritudine animi. Et quod omnium hic non solida, sed bracteata & ficta felicitas est.

Nimis anxium esse te circa uerba & compositionem mi Lucili noleo. Habeo maiora quæ cures, quàm quæ scribas. Quære quid scribas, non quemadmodum: & hoc ipsum, non ut scribas, sed ut sentias, ut illa quæ senseris, magis applices tibi, & ueluti signes. Cuiuscunq; orationem uideris solicitam & politam, scito animum quoq; non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille, remissius loquitur, & securius. Quæcunq; dicit, plus habent fiduciæ, quàm curæ. Nosti complures iuuenes, barba & coma nitidos, de capsula tortos, nihil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est, si circũtunsa est, & fucata, & manufacta, ostendit illum quoq; non esse syncerũ, & habere aliquid fracti. Non est ornamentũ uirile cõcinnitas. Si nobis animũ bonι uiri liceret inspicere, O q̃ pulchrã faciẽ, q̃ sanctã, q̃ ex magnifico placidoq; fulgentem, uideremus, hinc iusticia, illinc fortitudine, hinc temperantia, prudentiaq; lucentibus. Præter has frugalitas, & continentia, & tolerantia, & libertas, comitasq;, & quod credas in homine rarũ, humanitatis bonũ, splendorẽq; illi suũ affunderent. Tunc prouidentia, cum elegantia, & ex istis magnanimitas eminentissima, quantũ dij boni decoris illi, quantũ ponderis, grauitatisq; adderent, quanta esset cũ gratia autoritas? Nemo illũ amabilem, qui non simul uenerabilem diceret, Siquis uiderit hanc faciem altiorem fulgentioremq;, q̃ cerni inter humana cõsueuit, nónne uelut numinis occursu obstupefactus resistat, & ut fas sit uidisse, tacitus precetur? Tamen euocante ipsum uultus benignitate productus, adoret ac supplicet: & diu contemplatus multũ extantem, supraq;

aliter, tunc

supraq; mensurã solitorũ inter nos aspici, elatam oculis, mite quiddam, sed nihilominus uiuido igni flagrãtibus, Tunc demum illam Vergilij nostri uocem uerens atq; attonitus emittat. O quàm te memorẽ uirgo, namq; haud tibi uultus Mortalis, nec uox hominem sonat. Sis felix nostrumq; leues quæcunq; laborem. Aderit, leuabitq; si colere eam uoluerimus. Colitur autem non taurorum opimis corporibus cõtrucidatis, nec auro argentoq; suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia & recta uoluntate. Nemo non, inquam, amore eius arderet, si nobis illam uidere cõtingeret. Nunc enim multa obstigillant, & aciem nostram, aut splendore nimio repercutiunt, aut obscure retinent. Sed quemadmodum uisus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari, sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis uoluerimus, poterimus perspicere uirtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppositam, et humilitate, & infamia obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem illam, quamuis sordido obtectam. Rursus æque maliciam & erumnoli animi ueternum perspiciemus, quamuis multus circa diuitiarum radiantium splendor impediat, et intuentem, hinc honorum, illinc magnarũ potestatũ falsa lux uerberet. Tunc intelligere nobis licebit, quàm contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus omne ludicrũ in precio est. Parentibus quippe, nec minus fratribus præferunt paruo ære empta monilia. Quid ergo inter nos & illos interest, ut Ariston ait, nisi quod nos circa tabulas & statuas insanimus, charius inepti. Illos reperti in littore calculi leues, & aliquid habentes uarietatis delectant: nos ingentiũ maculæ columnarum: siue ex Aegyptijs arenis, siue ex Africæ solitudinibus aduectæ, porticũ aliquã uel capacẽ populi cœnationẽ ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos, cum sciamus quale sit, quod absconditur, oculis nostris imponimus. Et cum auro tecta perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantum parietibus, aut lacunaribus ornamentum tenue prætenditur, omnium istorũ quos incedere altos uides, bracteata felicitas est. Inspice, & dísces sub ista tenui mẽbrana dignitatis, quantũ mali iaceat. Hæc ipsa res tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus, & iudices facit. Pecunia ex quo in honore esse cœpit, uerus rerum honor cecidit. Mercatoresq; & uenales inuicẽ facti quærimus, non quale sit quid, sed quanti. Ad mercedem pij sumus, ad misericordiam impij. Et honesta quamdiu spes inest, sequimur, in contrariũ transituri, si plus scelerata promitterent. Admirationem nobis parentes auri argentiq; fecerunt, & teneris insusa cupiditas, altius sedit, creuitq; nobiscũ. Deinde totus populus in alia discors, in hoc conuenit: hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc dijs uelut rerũ humanarũ maximũ, cum grati uideri uolunt, consecrant. Deniq; eò mores redacti sunt, ut paupertas maledicto probroq; sit, cõrempta diuitibus, inuisa pauperibus. Accedũt deinde carmina poëtarum, quæ affectibus nostris facem subdant, quibus diuitiæ uelut unicum uitæ decus ornamentũq; laudantur. Nihil illis melius nec dare uidẽtur Dij immortales posse, nec habere. Regia solis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, Eiusdẽ currum aspice. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ, radiorũ argenteus ordo. Deniq; quod optimum uideri uolunt, seculum aureum appellant. Nec apud tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salute opinionem bonam mutant.

Sine me uocari pessimum ut diues uocer,
An diues, an bonus nemo, omnes quærimus,
Non quære, & unde, quid habeas tantum rogant.
Vbiq; tanti quisq;, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.
Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.
Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non uoluptas matris, aut blandæ potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in uultu micat,
Merito illa amores cœlitum, atq; hominum mouet.

Quoniam Homerus uocat, χρυσῆν ἀφροδίτην.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum hi nouissimi uersus in Tragœdia Euripidis pronunciati essent, totus populus ad eijciendum,& actorem,& carmen cõsurrexit uno impetu,donec Euripides in medium ipse prosiluit petens, ut spectarent, uiderentq;, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellorophontes, quas in sua quisq; dat. Nulla enim auaricia sine pœna est,quamuis satis sit ipsa pœnarũ.O quantũ lachrymarũ, ò quantũ laborum exigit,q; misera desideratis,q; misera partis est. Adijce quotidianas solicitudines, quæ pro modo habendi quemq; discruciant. Maiore tormento pecunia possidetur,q; quæritur. Quantũ damnis ingemiscunt,quæ & magna incidunt, & maiora uidentur. Deniq; ut nihil illis fortuna detrahat, quicquid nõ acquiritur, damnũ est. At felicẽ illũ homines & diuitem uocant,& consequi optant,quantũ ille possidet. Fateor. Quid ergo? Tu ullos esse conditionis peioris existimas, quam qui habet & miseriã & inuidiã? Vtinam honores petituri,cum ambitiosis,utinam qui diuitias optaturi essent,cum diuitibus deliberarent,& summũ adeptis dignitatis statum, profecto uota mutassent,cũ interim illi noua suspiciunt,cum priora damnauerint. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu uenit, satis faciat. Queruntur & de consilijs, & de processibus suis, mallunt q; semper,quæ reliquerunt. Itaq; hoc tibi philosophia præstabit, quo equidẽ nihil maius existimo,Nunq; te pœnitebit tui. Ad hanc tam solidã felicitatẽ,quã tempestas nulla cõcutiat, non perducent te apte uerba contexta,& oratio fluens leniter. Eant ut uolent,dum animo compositio sua constet, dum sit magnus, & opinionũ suarum securus,& ob ipsa quæ alijs displicent, sibi placens: qui profectum suum uita æstimet,& tantum scire se iudicet,quantum non cupit,quantum non timet. Vale.

EPIST. CXVII. Potius esse nullos quàm modicos habere affectus,contra Peripateticos disputat.

VTrum satius sit modicos habere affectus,an nullos, sæpe quæsitum est. Nostri illos expellunt, Peripatetici temperant. Ego nõ uideo quomodo salubris esse,aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Noli timere, nihil eorum quæ tibi non uis negari eripio, facilem me,indulgentemq; præbebo rebus,ad quas tendis, & quas aut uitæ necessarias,aut utiles,aut iucundas putes. Detraham uitium. Nam cum tibi cupere interdixero,uelle permittam,ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore cõsilio, ut uoluptates illas magis sentias. Quid ni? Ad te magis peruenturæ sunt,si illis imperabis, quàm si seruies. Sed naturale est, inquis, ut desiderio amici torquear datus lachrymis tam iuste cadentibus, naturale est opinionibus hominum tangi,& aduersis cõtristari. Quare non permittas mihi hunc tam honestum malæ opinionis metum? Nullum enim uitiũ sine patrocinio, nulli non uitiũ est uerecundũ & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat, si incipere permiseris, Imbecillisq; primo omnis affectus, deinde ipse se concitat,& uires dum procedit parat,excluditur facilius,quàm expellitur. Quis negat omnes affectus à quodam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandauit. Sed huic ubi nimium indulseris, uitium est. Voluptatem natura necessarijs rebus admiscuit, ut non illam peteremus, sed ut ea sine quibus non possumus uiuere, gratiora nobis illius faceret accessio. Si suo ueniat iure, luxuria est. Ergo intrantibus resistamus,quia facilius,ut dixi,non recipiuntur quàm exeunt. Aliquatenus,inquis,dolere,aliquatenus timere permitte, sed illud aliquatenus lõge producitur, nec ubi uis,accipit finem. Sapienti non solicite custodire se tutũ est,& lachrymas suas & uoluptates ubi uolet, sistet. Nobis quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Eleganter mihi uidetur Panætius respõdisse adulescentulo cuidam quærẽti, An sapiens amaturus esset. De sapiente, inquit, uidebimus, mihi & tibi, qui adhuc à sapiente longe absumus, non est committendũ ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, utilem sibi. Siue enim nos respexit, humanitate eius irritamur, siue contẽpsit, superbia accendimur. Aeque facilitas amoris, quàm difficultas nocet. Facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaq; conscij nobis imbecillitatis nostræ quiescamus. Nec uino infirmum animum cõmittamus, nec formæ, nec adulationi, nec ullis rebus blande trahentibus. Quod Panetius de amore quærenti respondit, hoc ego de omnibus dico. Quantum possumus nos à lubrico recedamus. In

In sicco quoq; parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos uoce, Nimis magna promittitis, nimis dura præcipitis. Nos homuntiones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum. Cõcupiscemus, sed temperate. Irascemur, sed placabimur. Scis quare non possumus ista? Quia nos posse non credimus. Imò mehercules, aliud est in re. Vitia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si uires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse prætenditur. Vale.

EPIST. CXVIII. Argumentatur contra professores suos sapere bonum esse. Deinde huius disputationis uelut pœnitens docet instrumenta uirtutum non talia argumenta tractanda.

MVltum mihi tibiq; negocium concinnabis,& dum nescis, in magnam me litem ac molestiam impinges, qui mihi tales quæstiunculas ponis, in quibus ego nec dissentire à nostris salua gratia, nec consentire salua conscientia possum. Quæris an uerum sit, quod Stoicis placet, Sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? Primũ exponam, quid Stoicis uideatur. Deinde tunc dicere sententiã audebo. Placet nostris, quod bonum est, esse corpus, quia quod bonum est facit. Quicquid facit, corpus est, quod bonum est, prodest, faciat autem aliquid oportet, ut prosit, si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt. Sequitur, ut necesse sit illam corporalem quoq; dicere. At sapere non putant eiusdem conditionis esse. Incorporale est et accidens alteri, id est, sapientiæ, itaq; nec facit quicquam, nec prodest. Quid ergo, inquiunt, cum dicimus bonum sapere, dicimus referentes ad id, ex quo pẽdet, id est, ad ipsam sapientiam. Aduersus hos quid ab alijs respondeatur, audi anteq; ego incipio secedere, & in aliam partem considere. Isto modo, inquiũt, nec beate uiuere bonum est. Velint nolint, respondendum est beatam uitam bonum esse,& beate uiuere bonum non esse. Etiamnũ quoque nostris illud opponitur. Vultis sapere? Ergo expetenda res est sapere, si expetenda res est, bona est. Coguntur nostri uerba torquere, & unam syllabam experendo interponere, quam sermo noster inseri non sinit. Ergo illam si pateris adiungam. Experendum est, inquit, quod bonum est, expetibile quod nobis contingit. Cum bonum consecuti sumus, non petitur tanq; bonum, sed petito bono accedit. Ego non idem sentio, & nostros iudico in hoc descendere, quia iam primo uinculo tenentur, & mutare illis formulam non licet. Multum dare solemus præsumptioni omnium hominum. Apud nos ueritatis argumentũ est, aliquid omnibus uideri: tanq; deos esse, inter alia hinc colligimus, quod omnibus de dijs opinio insita est, nec ulla gens usquam est adeo extra leges, moresq; proiecta, ut non aliquos deos credat. Cum de animarum æternitate disserimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium. Vtor hac publica persuasione. Neminem inuenies, qui non putet & sapientiam bonum, & sapere. Non faciam quod uicti solent, ut prouocem ad populum. Nostris incipiemus armis confligere. Quod accidit alicui, utrũ extra id cui accidit est, an in eo cui accidit? Si in eo est cui accidit, tam corpus est, quàm ille cui accidit. Nihil enim accidere sine tactu potest. Quod tangit corpus est. Si extra est, postquam accesserat recessit. Quod recessit, motum habet, quod motum habet, corpus est. Speres me dicturum, non esse aliud cursum, aliud currere, nec aliud calorem, aliud calere, nec aliud lucem, aliud lucere. Concedo ista alia esse, sed non sortis alterius. Si ualetudo indifferens est, & ualere indifferens est. Si forma indifferens est, & formosum esse indifferens est. Si iustitia bonum est, & iustum esse bonum est. Si turpitudo malum est, & turpem esse malum est. Tam me hercules quàm si lippitudo malũ est, & lippire malum est. Hoc scias, neutrum esse sine altero potest. Quod sapit, sapiens est: quod sapiẽs est, sapit. Adeò non potest dubitari, an quale istud sit, tale hoc sit, ut quibusdam utrũq; unũ uideatur atq; idẽ. Sed illud libẽter quæsierim, Cum omnia aut bona sint, aut mala, aut indifferentia, sapere in quo numero sit. Bonum negant esse, malum utiq; non est, sequitur medium sit. Id autem medium atq; indifferens uocamus, quod tam malo contingere quàm bono potest, tanquàm pecunia, forma, nobilitas. Hoc ut sapiat, conrin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gere nisi bono non potest, ergo indifferens non est. Atqui ne malū quidem est, quod contingere malo non potest, ergo bonum est. Quod nisi bonus non habet, bonum est, sapere nō nisi bonus habet, ergo bonum est. Accidens est, inquit, sapientiæ. Hoc ergo quod uocas sapere, utrum facit sapientiā, an patitur? siue facit illud, siue patitur, utroq; modo corpus est. Nam & quod fit, & quod facit, corpus est: si corpus est, bonum est. Vnum enim deerat illi, quo minus bonum esset, quod incorporale erat. Peripatetico placet, nihil interesse inter sapientiam & sapere, cum in utrolibet eorum & alterum sit. Nunquid enim quenq; existimas sapere, nisi quia sapientiam habet? Nunquid quenq; qui sapiat, non putas habere sapientiam? Dialectici ueteres ista distinguunt, ab illis deinde usq; ad Stoicos uenit. Qualis sit hæc, dicam. Aliud est ager, aliud est agrū habere. Quid ni? Cum habere agrum ad habentem, non ad agrū pertineat. Sic aliud est sapientia, aliud sapere. Puto concedas duo esse hæc, id quod habetur, & eum qui habet. Habet tu sapientiam habet qui sapit. Sapientia est mens perfecta, uel ad summum optimumq; perducta. Ars enim uitæ est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est mens bona, alterū quasi habere mentem bonam. Sunt, inquit, naturæ corporū, tanquam hic homo est, hic equus: has deinde sequuntur motus animorum enunciatiui corporum. Hi habent proprium quiddam, & à corporibus seductum: tanquam, uideo Catonem ambulantem, hoc sensus ostendit, animus credit. Corpus est quod uideo, cui & oculos & animum intendi. Dico deinde, Cato ambulat: non corpus, inquit, est quod nūc loquor, sed enunciatiuū quiddam de corpore, quod alij effatum uocant, alij enunciatum, alij edictum. Sic cum dicimus sapientiā, incorporale quiddam intelligimus. Cum dicimus sapit, de corpore loquimur. Plurimum autem interest, utrum illum dicas, an de illo. Putemus in præsentia ista duo esse, non enim quid mihi uideatur, pronūcio: quid prohibet, quo minus aliud quidem, sed nihilominus bonum? Dicebas paulo ante aliud esse agrum, aliud habere agrum. Quid ni? in alia enim natura est qui habet, in alia quod habetur. Illa terra est, hic homo est. At in hoc de quo agitur eiusdem naturæ sunt utraq;, & qui habet sapientiam, & ipsa quæ habetur. Præterea illic aliud est quod habetur, alius qui habet, hic in eodē est, & quod habetur, & qui habet. Ager iure possidetur, sapientia natura: ille abalienari potest, & alteri tradi, hæc non discedit à domino. Non est itaq; quod comparos inter se dissimilia. Cœperā dicere, posse ista duo esse, & tamen utraq; bona, Et sapientiam, & sapientiam habere, duo esse, & utrumq; bonum esse concedis. Quomodo nihil obstat, quominus & sapientia bonum sit, & habens sapientiam, nihil obstat ergo quominus & sapientia bonum sit, & habere sapientiam, id est, sapere. Ego in hoc uolo sapiens esse, ut sapiam. Quid ergo? Non est id bonum, sine quo nec illud bonum est? Vos certe dicitis sapientiam si sine usu detur, accipiendam non esse. Quis est usus sapientiæ? Sapere, hoc est in illa preciosissimum, quo detracto, superuacua fit. Si tormenta mala sunt, torqueri malum est, adeo quidem ut illa non sint mala, si quod sequitur, detraxeris. Sapientia habitus perfectæ mentis est, sapere usus perfectæ mentis. Quomodo potest usus eius bonum non esse, quæ sine usu bonum non est? Interrogo te, an sapientia sit expetenda? Fateris. Interrogo, an usus sapientiæ sit expetendus? Fateris. Negas enim te illam recepturum, si uti ea prohibearis. Quod expetendum est, bonum est. Sapere sapientiæ usus est, quomodo eloquentiæ loqui, quomodo oculorum uidere. Ergo sapere sapientiæ usus est, Vsus autem sapientiæ expetendus est. Sapere ergo expetendum est. Si expetendū est, bonum est. Olim meipsum damno, qui illos imitor dum accuso, & uerba apertæ rei impendo. Cui enim dubium potest esse, quin si æstus malū est, & æstuare malum sit? Si algor malum est, malum sit algere. Si uita bonum est, & uiuere bonum est. Omnia ista circa sapientiam sunt, non in ipsa sapientia sunt. At nobis in ipsa commorandum est, etiam si quid euagari libet, amplos habet illa spacios osq; recessus. De deorum natura quæramus, de syderum elementis, de his tam uarijs stellarū discursibus: an ad illarum motus nostra moueantur corpora, an corporibus omnium, animisq; illinc impetus ueniat. An & hæc quæ fortuita dicuntur, certa lege constricta sint, nihilq; in hoc mundo repentinum, aut expers ordinis uolutetur. Ista iam à formatione morum

tione morum recesserunt, sed leuant animum, & ad ipsarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt. Hæc uero de quibus paulo ante dicebam, minuunt & deprimunt, nec ut putas exacuunt, sed extenuant. Obsecro uos, cur tam necessariam curam maioribus melioribúsque debitam, in re nescio an falsa, certe inutili terimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? Quid mihi profuturum est scire, † aliud bonum esse? Temere me geram, subibo huius uoti aleam. Tibi sapientia, mihi sapere contingat, Pares erimus. Potius id age, ut mihi uiam monstres, qua ad ista perueniam. Dic mihi quid uitare debeam, quid appetere, quibus animum labentem studijs firmem, quemadmodum quæ me ex transuerso ferunt aguntq; procul à me repellam. Quomodo par esse tot malis possim, quomodo istas calamitates remoueam, quæ ad me irruperunt, quomodo illas ad quas ego irrupi. Doce, quomodo feram erumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno: quomodo ultimum et necessarium uitæ terminum non expectem, sed ipse mecum quò usum erit, profugiam. Nihil mihi uidetur turpius, quàm optare mortem. Nam si uis uiuere, quid optas mori? siue non uis, quid deos rogas, quod tibi nascenti dederunt? Nam ut quandoq; moriaris, etiam inuito positum est: ut cum uoles, in tua manu est. Alterum tibi necesse est, alterum licet. Turpissimum his diebus principium diserti mehercules uiri legi. Itaq; inquit, quamprimum moriar. Homo demens, optas rem tuam, itaq; quamprimum moriar. Fortasse inter has uoces senex factus es. Alioqui quid in mora est? Nemo te tenet, euade quà usum est. Elige quamlibet rerum naturæ partem, qua tibi præberi exitum iubeas. Hæc nempe sunt elementa, quibus hic mundus administratur. Aqua, terra, spiritus. Omnia ista tam causa uiuendi sunt, quàm uiæ mortis. Itaq; quamprimum moriar. Quamprimū istud quod esse uis? quem illi diem ponis? Citius fieri quàm optas potest. Imbecillæ mentis ista sunt uerba, & † hac detestatione miseriam deprecantis. Non uult mori, qui optat. Deos uitā roga & salutem. Si mori placuit, hic mortis est fructus, optare desinere: Hæc mi Lucili tractemus, his formemus animum. Hæc est sapientia, hoc est sapere, non disputatiunculis inanibus subtilitatem uanissimā agitare. Tot quæstiones tibi fortuna imposuit, nondum illas soluisti. Iam cauillaris. Quàm stultum est, cum signum pugnæ acceperis uentilare. Remoue ista luxuriæ arma, decretorijs opus est. Dic qua ratione nulla animum tristitia, nulla formido perturbet, hoc secretarum cupiditatum pondus effundam, qua ratione agatur aliquid. Sapientia bonum est, sapere non est bonum. Sic sit. Negemus sapere, ut hoc totum studium derideatur, tanquam operatum superuacuis. Quid si scires etiam illud quæri, an bonum sit sapientia? Quid enim dubium est oro te, an nec messem futuram iam sentiant horrea, nec futuram adulescentiam pueritia uiribus aut ullo robore intelligat? Aegro interim nihil uentura sanitas prodest, non magis quàm currentem luctantemq;, post multos secuturum sensus ocium reficit. Quis nescit hoc ipso non esse bonum id quod futurū est, quia futurū est? Nam quod bonum est, utiq; prodest, nisi præsentia prodesse non possunt. Si non prodest, bonum non est utiq;, si prodest, iam est. Futurus sum sapiēs, hoc bonum erit cum fuero, interim non est. Prius aliquid esse debet, deinde quale esse. Quomodo oro te quod adhuc nihil est, iam bonum est? Quomodo autem tibi magis uis probari, non esse aliquid quàm si dixero, futurum est? Nondū enim uenisse apparet, quod uenit. Ver secuturum est. Scio nunc hyemem esse. Aestas secutura est, scio æstatem non esse. Maximum argumentum habeo nondum præsentis, futurum esse. Sapiam spero, sed interim non sapio. Si illud bonum haberem, iam hoc carerem malo. Futurū est, ut sapiam, ex hoc licet nondum me sapere intelligas. Non possum simul & in illo bono, & in hoc malo esse. Duo ista non coëunt, nec apud eundem sunt unà bonum & malum. Transcurramus solertissimas nugas, et ad illa quæ nobis aliquam opem sunt latura, properemus. Nemo qui obstetricem parturienti filiæ solicitus accersit, edictum & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendiū domus suæ currit, tabulam lateruncularia perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercules omnia tibi undiq; nūciantur, & incendium domus, & periculum liberorū, & obsidiū patriæ, & bonorum direptio. Adijce istis naufragiū, motusq; terrarū, & quicquid aliud timeri potest. Inter

ἀγεσι φέρεσθαι

al. hac destinatione miseri cordiam captantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista districtus rebus nihil aliud quàm animũ oblectantibus uacas. Quid inter sapientiã & sapere intersit inquiris? Nodos nectis ac soluis, tanta mole impendente capiti tuo? Non tam benignũ ac liberale tempus natura nobis dedit, ut aliquid ex illo uacet perdere, & unde quàm multa etiã diligentissimis pereant. Aliud ualitudo sua cuique abstulit, aliud suorũ, aliud necessaria negocia, aliud publica occupauerunt. Vitam nobiscũ diuidit somnus, & hoc tempore tam angusto, & rapido, & nos auferente, quid iuuat maiorem partẽ mittere in uanũ? Adijce nunc, quod assuescit animus delectare potius quàm sanare, & philosophiam oblectamentũ facere cum remediũ sit. Inter sapientiam et sapere quid intersit nescio. Scio mea nõ interesse sciam ista, an nesciam. Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero, cur potius inter uocabula me sapientiæ detines, quàm inter opera. Fac me fortiorem, fac me securiorem, fac fortunæ parem, fac superiorem. Possum autem superior esse, si † dixero omne quod disco. Vale.

al. fecero

EPIST. CXIX. Præmittens de mundanorum solicitudine, & sapientis securitate. Et quid sit bonum. Et quæ honesti & boni differentia.

EXigis à me frequentiores epistolas. Rationes cõferamus, soluendo non eris. Conuenerat quidem, ut tua priora essent, ut scriberes, ego rescriberẽ. Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio, itaque in antecessum dabo. Nec faciam quod Cicero uir disertissimus facere Atticum iubet, ut etiam si rem nullam habebit, quod in buccam uenerit scribat. Nunc̃ potest deesse quod scribam, ut omnia illa quæ Ciceronis implent epistolas transeam: quis candidatus laboret, quis alienis, quis suis uiribus pugnet: quis constitutum fiducia Cæsaris, quis Pompei, quis aperte petat: quàm durus sit fœnerator Cæcilius, à quo minoris centesimis propinquis, nummus moueri non possit. Sua satius est mala quàm aliena tractare, se excutere & uidere, quàm multarum rerum cãdidatus sit, & non suffragari. Hoc est mi Lucili egregiũ, hoc securũ ac liberũ, nihil petere, & tota fortunæ comitia transire. Quàm putas esse iucundum tribubus uocatis, cum candidati in templis suis pendant, & alius nummos pronunciet, alius per sequestrem agat, alius eorum manus osculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est, omnes attoniti uocem præconis expectãt, stare ociosum, & spectare illas nundinas nec ementem quic̃q, nec uendentem. Quanto hic maiore gaudio fruitur, qui nõ prætoria, aut consularia comitia securus intuetur, sed magna illa, in quibus alij honores anniuersarios petunt, alij perpetuas potestates, alij bellorũ euentus prosperos triũphosq; alij diuitias, alij matrimonia ac liberos, alij salutem suam suorumq;. Quanti animi res est, solum nihil petere, nulli supplicare, & dicere, nihil mihi recũ fortuna, non facio meti tibi copiam. Scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri. Nihil rogo. Hoc est priuatam facere fortunam. Libet ergo hæc inuicem scribere, & hanc integrã semper egerere materiam, circum spicientibus tot milia hominum inquieta, qui ut aliquid pestiferi consequantur, per mala nituntur in malum, petuntq; mox fugienda, aut etiam fastidienda. Cui enim assecuto satis fuit, quod optanti nimiũ uidebatur? Non est, ut æstimant homines, auida felicitas, sed pusilla. Itaq; neminẽ satiat. Tu ista credis excelsa, quia longe ab illis iaces. Ei uero qui ad illa peruenit, humilia sunt. Mentior, nisi adhuc quærit ascendere. Istud quod tu summum putas, gradus est. Omnes autem male habet ignorantia ueri, tanquam ad bona feruntur decepti rumoribus. Deinde mala esse, aut inania, aut minora quàm sperauerint, adepti ac multa passi uident, maiorq; pars miratur ex interuallo fallẽtia, & uulgo bona pro magnis sunt. Hoc ne nobis quoq; eueniat, quæramus quid sit bonum. Varia eius interpretatio fuit. Finiuit hoc alius alio modo. Alius illud aliter expressit. Quidam ita finiũt, Bonum est, quod inuitat animos, quod ad se uocat. Huic statim opponitur. Quid si inuitat quidem, sed in perniciẽ? Scis quàm multa mala blanda sint. Verum & uerisimile, inter se differunt. Itaq; quod bonum est, uero iungitur, non est enim bonum, nisi uerum est. At quod inuitat ad se, & allicere facit, uerisimile est, surripit, solicitat, attrahit. Quidam ita finierunt. Bonũ est, quod ad petitionem sui mouet, uel quod impetum animi tendentis ad se mouet. Et huic idem opponitur. Multa enim impetum animi mouent, quæ petantur petentium malo. Melius illi, qui sic finierunt, Bonum est quod ad se impetum animi secundum naturam mouet: & ita demum

demum petendum est, cum cœpit esse expetendũ. Iam & honestum est, hoc enim perfecte est petendum, Locus ipse me admonet, ut quid interlit inter bonũ honestumq; dicã. Aliquid inter se habet mixtũ & inseparabile, nec potest bonũ esse, nisi cui aliquid honesti inest, & honestum utiq; bonum est. Quid ergo inter duo interest? Honestum est perfectum bonũ, quo beata uita completur, cuius contactu alia quoq; bona fiunt. Quod dico tale est. Sunt quædam neq; bona, neq; mala, tãquam militia, legatio, iurisdictio. Hæc cum honeste ministrata sunt, bona esse incipiunt, & ex dubio in bonum transeunt. Bonum societate honesti fit, honestum per se bonum est. Bonum ex honesto fluit, honestum ex se est. Quod bonum est, malum esse potuit. Quod honestum est, nisi bonum esse non potuit, Hanc quidam finitionem reddiderunt. Bonum est quod secundum naturam est. Attende quid dicam, quod bonum est, & secundum naturam est: non protinus quod secundum naturam est, & bonum est. Multa quidem naturæ consentiunt, sed tam pusilla sunt, ut non conueniat illis boni nomen. Levia enim sunt contemnenda. Nullum enim minimum contemnendum bonum. Nam quamdiu exiguum est, bonum non est. Cum bonum esse cœpit, non exiguum est. Vnde aliquid cognoscitur bonum? Si perfecte secũdum naturam est. Fateris, inquis, quod bonum est secundum naturam esse. Hæc eius proprietas. Fatẽris & alia secundum naturam quidem esse, sed bona non esse. Quomodo ergo illud bonum est, cum hæc non sint: quomodo ad illam proprietatem peruenit, cum utriq; præcipuum illud cõmune sit, secundum naturã esse ipsa scilicet magnitudine. Nec hoc nouũ est, quædam crescendo mutari. Infans fuit, factus est pubes, alia eius proprietas fit. Ille irrationabilis est, hic rationabilis. Quædã incremento non tantũ in maius exeunt, sed in aliud. Non fit, inquit, aliud quod maius fit. Vtrũ lagenam an doliũ impleas uino, nihil refert, in utroq; proprietas uini est. Et exiguũ mellis pondus, & magnũ, sapore non differt. Diuersa ponis exempla. In istis enim eadẽ qualitas est, quamuis augeantur, manent. Quædã amplificata in suo genere, in sua proprietate perdurant: quædã post multa incrementa, ultima demũ uertit adiectio, et nouã illis, aliamq; quàm in qua fuerũt conditionẽ imprimit. Vnus lapis facit fornicẽ. Ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo uinxit. Sũma adiectio quare plurimũ facit, uel exiguaq; quia nõ auget, sed implet. Quædã processu priorẽ exuũt formã, & in nouã trãseunt. Vbi animus aliquid diu protulit, & in magnitudinẽ eius sequendo lassatus est, infinitũ cœpit uocari quod longe aliud factũ est quàm fuit, cum magnũ uideretur. Sed finitũ eodem modo aliquid difficulter secari cogitauimus, nouissime crescente ad difficultatẽ insecabile inuentũ est. Sic ab eodẽ quod uix et ægre mouebatur, processimus ad immobile. Eadem ratione aliquid secũdum naturam fuit, hoc in aliam proprietatem magnitudo sua transtulit, & bonum fecit. Vale.

EPIST. CXX. De parsimonia uictus & tormento infelicis luxuriæ, & quod nunquam parum est, quod sat est.

QVoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in commune, ipse mihi dico. Quid sit quod inuenerim quæris? Sinum laxa, merum lucrũ est. Docebo quomodo fieri diues celerrime possis, quod ualde cupis audire. Nec immerito, ad maximas te diuitias compendiario ducam. Opus erit tamen tibi creditore, ut negociari possis. Aes alienũ facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris, nolo proxenetæ nomen rum iactent. Paratũ tibi creditorem dabo, Catonianũ illud, à te mutuum sumes. Quantulumcunq; est, satis erit, si quicquid deerit, id à nobis petierimus. Nihil enim mi Lucili interest, utrũ non desideres, an habeas. Summa res in utroq; est eadem, Non torqueberis: nec illud præcipio, ut aliquid naturæ neges, Contumax est, non potest uinci, suum poscit: sed ut quicquid naturã excedit, scias precarium esse non necessarium, Esurio, edẽdum est. Vtrum hic panis sit plebeius, an silígineus, ad naturam nihil pertinet. Illa uentrem nõ delectari uult, sed impleri. Sitio, Vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue clusero, ut rigore refrigeretur alieno, ad naturam nihil pertinet. Illa hoc unum iubet, sitim extingui. Vtrum sit aureum poculum an crystallinum, an † uitreum, an ryburtinus calix, an manus concaua, nihil refert. Finem omnium rerum specta, & superuacua deuites. Fames me appellat, ad proxima quæq; tendatur manus.

al. mirrhinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur manus. Ipsa mihi commendabit, quodcunq; comprehendero. Nihil contemnit esuriens. Quid sit ergo, quod me delectauerit, quæris? Videtur mihi egregie dictum, Sapiens diuitiarum naturalium est quæstor acerrimus. Inanima, inquis, lance numeras. Quid est illud inane? Nam ego paraueram fiscos, Circumspiciebã in quod me mare negociaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas accerserem merces? Decipere est istud, docere paupertatem, cum diuitias promiseris. Ita tu pauperem iudicas, cui nihil deest? Suo, inquis, & patientiæ suæ beneficio, non fortunæ. Ideo ergo illum non iudicas diuitem, quia diuitiæ eius desinere non possunt? Vtrum malis habere multum an satis? Qui multum habet, plus cupit, quod est argumentum, nondum illum iatis habere: qui satis habet, consecuturus est, quod nunquam † diuitijs contingit, finem. An has ideo nõ putas esse diuitias, quia propter illas nemo proscriptus est? Quia propter illas nulli uenenum filius, nulli uxor impegit? Quia in bello tutæ sunt? Quia in pace ociosæ? Quia nec habere illas periculosum est, nec operosum disponere? An parum habet, qui tantum non algeat, non esurit, non sitit? Plus Iupiter non habet. Nunquam parum est quod satis est. † Nunquam satis est, quod multum. Post Dariũ & Indos patefort, diuiti

al. Nunquã satis nõ est, quod multum est

per est Alexander Macedo, quærit quod suum faciat, scrutatur maria ignota, in Oceanum classes mittit nouas, & (ut ita dicam) mundi claustra perrumpit. Quod naturæ satis est, homini non est. Inuentus est qui concupisceret aliquid post omnia. Tanta est cæcitas mentium, & tanta initiorum suorum unicuiq;, cum processit, obliuio. Ille modo ignobilis anguli non sine controuersia dominus, tanto fine terrarum per suum reditum orbem tristis. Neminem pecunia diuitem fecit, imò contra, nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. Queris quæ sit huius rei causa? Plus incipit habere posse, qui plus habet. Ad summam, quem uoles mihi ex his, quorum nomina cum Crœso Licinioq; numerantur, in medium licet protrahas: afferat censum, & quicquid habet, & quicquid sperat, simul computet. Iste, si mihi credis, pauper est: si tibi, potest esse. At hic qui se ad id quod natura exigit, composuit, non tantum extra sensum est paupertatis, sed extra metum. Sed ut scias quàm difficile sit res suas ad naturalem modum coãrtare, hic ipse quem circa naturam diximus, quem tu uocas pauperem, habet aliquid & superuacui. At excæcant populum, & in se conuertunt opes, si numerati multum ex aliqua domo effertur, si multum auri recto quoq; eius illinitur, si familia aut corporibus electa, aut spectabilis cultu est. Omnium istorum felicitas in publicum spectat, ille quem nos & populo & fortunæ subduximus, beatus introrsum est. Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso diuitiarum nomẽ inuasit occupata paupertas, sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. E contrario dicere solemus, febris illum tenet. Eodem modo dicendum est, diuitiæ illum tenent. Nihil ergo monuisse te malim, quàm hoc quod nemo monetur satis, ut omnia naturalibus desideriis metiaris, quibus aut gratis satis fiat, aut paruo. Tantum miscere uitia desiderijs noli. Quæris qualimensa, quali argento, quàm paribus ministerijs & leuibus afferatur cibus? Nihil præter cibum natura desiderat. Num ubi cum fauces urit sitis, aurea quæris Poculae? num esuriens fastidis omnia, præter Pauonẽ rhombumq;? Ambitiosa non est fames, contenta desinere est. Quò desinat, non nimis curat. Infelicis luxuriæ ista tormenta sunt. Quærit quemadmodum post saturitatem quoq; esuriat, quemadmodum non impleat uentrem, sed farciat, quemadmodum sitim in prima potione sedatam reuocet. Egregie itaq; Horatius negat ad sitim pertinere, quo poculo aqua, aut quàm elegãti manu ministretur. Nam si pertinere ad te iudicas, quàm crinitus puer, & quàm perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis. Inter reliqua, hoc nobis natura præstitit præcipuum, quod † necessitas fastidium excusit. Recipiunt superuacua delectum. Hoc parum decens, illud parum laudatum oculos meos lædit. Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis uiuendi iura descripsit, ut salui essemus, non delicati. Ad salutem omnia parata sunt & in promptu, delitijs omnia misere ac solicite † operantur. Vtamur ergo in hoc naturæ beneficio. Inter magna numerando, & cogitemus nullo nomine melius illam meruisse de nobis, quàm quia quicquid ex necessitate desideratur, sine fastidio sumitur. Vale.

al. necessitati

al. cõparatur

IN

IN LIB. XXI. EPIST. C. XVIII.

Quid mihi profuturum est scire aliud bonum esse? Temerè me geram. subito huius uoti aleam, tibi sapientiam mihi sapere contingat. Si circumflectas penultimam in subito, & pro sapientiam legas sapientia, sit eras ui quibusdam. probè habet lectio: quanquam malim subibo quàm subito, quia præcesit, temere me geram.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIB. XXII.

EPIST. C.XXI. Quomodo ad nos boni honestiq; notitia peruenerit, ubi notat eos qui assidue suum statum uariant.

PIstola tua per plures quæstiunculas uagata est, sed in una consistit, & hanc expediri desiderat, Quomodo ad nos boni honestiq; notitia peruenerit. Hæc duo apud alios diuersa sunt, apud nos tantum diuisa. Quid sit hoc dicam. Bonum putant esse aliqui, quod utile est. Itaque hoc & diuitijs, & equo & uino, & calceo nomen imponunt. Tanta fit apud illos boni utilitas, & adeò usque ad sordida descendit. Honestum putant, cui ratio recti officij constat, tanquam pie curatam patris senectutem, adiutam amici paupertatem, fortem expeditionem, prudentem moderatamq; sententiam. Ista duo quidem facimus, sed ex uno. Nihil est bonum, nisi quod honestum est: quod honestum est, utique bonum. Superuacuum iudico adijcere, quid inter ista discriminis sit, cum sæpe dixerim: hoc unum dicam, Nihil nobis bonum uideri, quo quis & male uti potest. Vides autem diuitijs nobilitate, uiribus, quam multi male utantur. Nunc ergo ad id reuertor, de quo desideras dici, Quomodo ad nos prima boni honestiq; notitia peruenerit. Hoc nos docere natura non potuit. Semina nobis scientiæ dedit, scientiam non dedit. Quidam aiunt nos in noticiam incidisse: quod est incredibile, uirtutis alicui speciem casu occurrisse. Nobis uidetur obseruatio collegisse, & rerum sæpe factarum inter se collatio. Per analogiam nostri intellectum & honestum & bonum iudicant. Hoc uerbum cum latini grammatici ciuitate donauerint, ego damnandum non puto, nec in ciuitatem suam rediget-dum. Vtar ergo illo non tantum tanquam recepto, sed tanquam usitato. Quæ sit hæc analogia dicã. Noueramus corporis sanitatem, ex hac collegimus esse aliquã & animi. Noueramus corporis uires, ex his collegimus esse, & animi robur. Aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia, nos obstupefecerat, hæc cœpimus tanquam perfecta mirari. Suberant illis multa uitia, quæ species alicuius conspicui facti fulgorq; celabat. Hæc dissimulauimus. Natura iubet augere laudanda. Nemo non gloriam ultra rectum tulit. Ex his ergo speciem ingentis boni traximus. Fabricius Pyrrhi regis aurum reppulit, maiusq; regno iudicauit, regias opes posse cõtemnere. Idem medico Pyrrhi promittente uenenũ se regi daturũ, monuit Pyrrhum, caueret insidias: eiusdẽ animi fuit, auro non uinci, ueneno non uincere. Admirati sumus ingentem uirum, quem non regis, non contra regem promissa flexissent, boni exempli tenacem: quod difficilimum est, in bello innocentẽ, qui aliquod esse crederet, etiã in hostes nefas, qui in summa paupertate qua sibi decus fecerat, nõ aliter refugit diuitias quàm uenenum. Viue, inquit, beneficio meo Pyrrhe, & gaude, quod adhuc dolebas, Fabricium nõ posse corrumpi. Oratius Cocles solus impleuit pontis angustias, adimiq; à tergo sibi reditum, dummodo iter hosti auferetur iussit, & tam diu restitit prementibus, donec ruuisa ingenti ruina tigna sonuerũt. Positq; respexit, et extra periculã esse patriã periculo suo, sensit, ueniat liquis uult, inquit, sic euntẽ sequi, deditq; se in præceps: et nõ minus solicitus in illo rapido alueo fluminis, ut armatus, quàm ut saluus exiret, retento armorũ uictriciũ decore, tam tutus rediit, quàm si sponte uenisset. Hæc et huiusmodi facta imagi nẽ nobis ostendere uirtutis. Adijcia quod mirũ fortasse uideatur. Mala interdũ speciẽ honesti obtulerũt, & optimũ ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, uirtutibus uitia cõfinia, & perditis quoq; ac turpibus recti similitudo est. Sic meretrix prodigus liberalẽ, cum plurimum intersit, utrũ quis dare sciat, an seruare nesciat. Multi, inquã, sunt Lucili, qui nõ donat, sed proijciunt. Non uoco ego liberãleni, pecuniæ suæ iratũ. Imitatur negligentia facilitatẽ, temeritas, fortitudinẽ. Hæc nos similitudo coëgit attendere, et di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtinguere ſpecie quidem uicina, re aũt plurimum inter ſe diſſidentiã: dum obſeruamus eos quos inſignes egregiũ opus fecerat, cœpimus annotare quis rem aliquã generoſo animo feciſſet, et magno impetu. Sed ſemel hunc uidimus in bello fortem, in foro timi dum, animoſe paupertatem ferentem, humiliter infamiam: factũ laudauimus, contem pſimus uirum. Alium uidimus aduerſus amicos benignum, aduerſus inimicos tempe ratum, & publica & priuata ſancte ac religioſe adminiſtrantẽ, nõ deeſſe ei et in his quæ toleranda erant patientiã, & in his quæ agenda, prudentiam. Vidimus ubi tribuendũ eſſet, plena manu dantem, ubi laborandum, pertinacem & obnoxium, et laſſitudinem corporis animo ſubleuantem. Præterea idem erat ſemper & in omni actu par ſibi, iam non conſilio bonus, ſed more eò perductus, ut non tantum rectè facere poſſet, ſed nili recte facere non poſſet. Intelleximus in illo perfectam eſſe uirtutẽ, hanc in partes diuili mus. Oportebat cupiditates refrenari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda diſtribui. Comprehendimus temperantiam, fortitudinem, prudentiã, iuſticiã, & ſuum cuiq; dedimus officium. Ex quo ergo uirtutem intelleximus? Oſtendit illam nobis or do eius, & decor, & conſtantia, & omnium inter ſe actionum cõcordia, & magnitudo ſuper omnia efferens ſeſe. Hinc intellecta eſt illa beata uita, ſecundo defluens curſu, ar bitrij ſui tota. Quomodo ergo hoc ipſum nobis apparuit? dicam. Nunquã uir ille per fectus adeptusq; uirtutem, fortunæ maledixit. Nunquam accidẽtia triſtis excepit, ciuẽ eſſe ſe uniuerſi & militem credẽs, labores uelut imperatos ſubijt. Quicquid inciderat, nõ tanquam malum aſpernatus eſt, & in ſe caſu delatum: ſed quaſi delegatum ſibi hoc qualecunq; eſt, inquit, meum eſt, aſperum eſt, durũ eſt, in ipſo nauemus operam. Ne ceſſario itaq; magnus apparuit, qui nunquam malis ingemuit, nunquam de fato ſuo queſtus eſt, fecit multis intellectũ ſui, & nõ aliter quàm in tenebris lumen effulſit, auer titq; in ſe omniũ animos, cum eſſet placidus & lenis, & humanis diuinisq; rebus par ter æquus. Habebat perfectum animũ, ad ſummã ſui adductus, ſupra quã nihil eſt nili mens dei, ex qua pars et in hoc pectus mortale defluxit: quod nunquam magis diuinũ eſt, quàm ubi mortalitatẽ ſuam cogitat, & ſcit in hoc natũ hominem, ut uita defunge retur: nec domũ eſſe hoc corpus, ſed hoſpitiũ, & breue hoſpitium, quod relinquendũ eſt, ubi re grauem eſſe hoſpitem uideas. Maximũ inquam mi Lucili argumentum eſt animi ab altiori uenientis ſede, ſi hæc in quibus uerſatur humilia iudicat, & anguſta, ſi exire non metuit. Scit enim quò exiturus ſit, qui unde uenerit, meminit. Non uidemus quàm multa nos incommoda exagitent, quàm male nobis conueniat hoc corpus. Nũc de uẽtre, nunc de capite, nunc de pectore ac faucibus querimur. Aliàs nerui nos, aliàs pedes uexant. Nunc deiectio, nunc diſtillatio. Aliquando ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt. Hinc atq; illinc tentamur, et expellimur. Hoc euenire ſolet in alieno habitãtibus. At nos corpus tam turpe ſortiti, nihilominus alterna proponimus, & in quantum po teſt ætas humana protendi, tantum ſpe occupamus, nulla contenti pecunia, nulla po tentia. Quid hac re fieri impudentius, quid ſtultius poteſt? Nihil ſatis eſt moriturís, imò morientibus. Quotidie enim propius ab ultimo ſtamus, & illò unde nobis cadendum hora nos omnis impellit. Vide in quanta cæcitate mens noſtra ſit. Hoc quod futurum dico, nunc maxime fit, & pars eius magna iam facta eſt. Nam quod uiximus tempus eo loco eſt, quo erat anteq; uíximus. Erramus autem, qui ultimum timemus diẽ, cum tantundem in mortẽ ſinguli conferant. Non ille gradus laſſitudinẽ facit, in quo deficí mus, ſed ille profitetur. Ad mortem dies extremus peruenit, accedit omnis. Carpit nos illa, nõ corripit. Ideò magnus animus cõſcius ſibi melioris naturæ, dat quidẽ operam, ut in hac ſtatione, qua poſitus eſt, honeſte ſe atq; induſtrie gerat. Cæterũ nihil horum quæ circa ipſum ſunt ſuum iudicat, ſed ut cõmodatis utitur, peregrinus & properans. Cum aliquem huius uideremus conſtantiæ, quid ni ſubiret nos ſpecies nõ uſitatæ in dolis? Vtiq; ſi hanc, ut dixi, magnitudinem ueram eſſe oſtendebat. Qualitatis ueræ te nor permanet, falſa nõ durant. Quidam alternis Vatinij, alternis Carones ſunt. Et mo do parum illis ſeuerus eſt Curius, parum pauper Fabricius, parum frugi & contentus uili Tubero. Modo Lucium Craſſum diuitijs, Apicium cœnis, Mecœnatẽ delitijs pro uocãt. Maximum indicium eſt malæ mẽtis, fluctuatio, & inter ſimulationem uir utis, amoremq;

amoremq; utilitãt, aſſidua iactatio, Is habebat ſæpe ducẽtos, Sæpe decem ſeruos: mo do reges atq; tetrarchas. Omnia magna loquẽs: modo ſit mihi menſa tripes, & Con cha ſalis puri, toga quæ defendere frigus. Quãuis craſſa, queat: decies centena dediſ ſes Huic parco paucis contento, quinq; diebus Nil erat in loculis. Omnes iſti tales ſunt, qualẽ hunc deſcribit Horatius Flaccus, nunq; eundem, nec ſimilem quidem ſibi. Adeò in diuerſum aberrat. Multos dixi, propè eſt ut omnes ſint. Nemo non quotidie, & cõſilium mutat, & uotum: modo uxorẽ uult habere, modo amicam: modo regnare uult, modo id agit, ne quis ſit officioſior ſeruus: modo dilatat ſe uſq; ad inuidiam, mo do ſubſidit & contrahitur infra humilitatem uerè iacentium: modo pecuniam ſpargit, nunc rapit. Sic maxime coarguitur animus imprudens, alius prodit atq; alius, & (quo turpius nihil iudico) impar ſibi eſt. Magnam rem puta unum hominem agere. Præter ſapientem autem nemo unum agit. Cæteri multiformes ſumus, modo frugi tibi uide bimur & graues, modo prodigi & uani. Mutamus ſubinde perſonam, & contrariam ei ſumimus, quam exuimus. Hoc ergo à te exige, ut qualem inſtitueris præſtare te, ta lem uſq; ad exitum ſerues. Effice ut poſsis laudari, ſi minus, ut agnoſci. De aliquo, quẽ uidiſti heri, merito dici poteſt, hic quis eſt? Tanta mutatio eſt. Vale.

EPIST. C. XXII. Quomodo omnibus animalibus ſit conſtitutionis ſuæ tempus, & ex omnibus conſtitutionibus ſuis ſenſus eſt, & quid ſit conſtitutio.

Litigabis ego uideo, cum tibi hodiernam quæſtiunculam, in qua ſatis diu hæſimus, expoſuero. Interim enim clamabis hoc quod clamare ſoles. Hoc quid ad mores? Sed ad exclamandum. Tibi primum alios opponam, cum quibus litiges, Poſidonium & Archidemum. Hi iudicium accipient, deinde dicam. Non quicquid morale eſt, bo nos mores facit. Aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad ueſtiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum. Omnia tamen ad hominem pertinent, etiam ſi non omnia meliorem eum faciunt. Mores alia aliter attingunt. Qui dam illos corrigunt & ordinant, quidam naturam eorum et origenem ſcrutantur: cum quæritur, quare hominem natura produxerit, quare prætulerit animalibus cæteris, longe me iudicas mores reliquiſſe? falſum eſt. Quomodo enim ſcies, qui habendi ſint, niſi quid homini ſit optimum inueneris? niſi naturam eius inſpexeris? Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid uitandum ſit, cum didiceris quid naturæ tuæ de beas. Ego, inquis, uolo diſcere, quomodo minus cupiã, minus timeam. Superſtitionẽ mihi excute, doce leue eſſe uanumq;, hoc quod felicitas dicitur, unam illi ſyllabam fa cillime accedere. Deſiderio tuo ſatis faciam, & uirtutes exhortabor, & uitia conuerbe rabo, licet aliquis nimium immoderatumq; in hac parte me iudicet, nõ deſiſtam perſe qui nequitiã & affectus efferatiſsimos inhibere, & uoluptates ituras in dolorẽ compe ſcere, & uotis obſtrepere. Quid ni? Cum maxima malorum optauerimus, & ex gratu latione natũ ſit, quicquid obloquimur? Interim permitte mihi ea, quę paulo remotiora uidentur, excutere. Quærebamus an eſſet omnibus animalibus conſtitutionis ſuæ ſen ſus. Senſus aũt eſſe ex eo maxime apparet, quod membra apte, & expedite mouent, nõ aliter quàm in hoc erudita. Nulli nõ partium ſuarũ agilitas eſt. Artifex inſtrumenta ſua tractat ex facili. Rector nauis ſcit gubernaculũ flectere. Pictor colores quos ad red dendam ſimilitudinẽ multos uariosq; ante ſe poſuit, celerrime denotat, & inter ceram opusq; facili uultu ac manu commeat. Sic animal in omnem uſum ſui mobile. Mirari ſolemus ſcenæ peritos, quod in omnem ſignificationem rerum & affectuum parata illorum eſt manus, & uerborũ uelocitatẽ geſtus aſſequitur. Quod illis ars præſtat, his natura. Nemo ægre molitur actus ſuos, nemo in uſu ſui hæſit. Ad hoc edita protinus faciunt. Cum hac ſcientia prodeunt, inſtituta naſcũtur. Ideò, inquit, partes ſuas anima lia apte mouebunt, quia ſi aliter mouerint, dolorem ſenſura ſint. Ita ut uos dicitis, co guntur, metuſq; illa in rectum, non uoluntas mouet, quod eſt falſum. Tarda enim ſunt quæ neceſſitate impelluntur. Agilitas ſpontaneus motus eſt. Adeo autem nõ adigit il la ad hoc doloris timor, ut in naturalem motũ etiã dolore prohibente nitantur. Sic in fans qui ſtare meditatur, & ferre ſe aſſueſcit, ſimul tentare uires ſuas cœpit, cadit, & cũ fletu toties reſurgit, donec ſe per dolorem ad id quod natura poſcit exercuit. Animalia quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam tergi durioris inuersa tamdiu se torquent, ac pedes exerunt, & obliquant, donec ad locum reponantur. Nullum tormẽtum sentit supina testudo. Inquieta est tamẽ desiderio naturalis status, nec ante definit niti, quatere se, quàm in pedes cõstitit. Ergo omnibus cõstitutionibus suus sensus est, & inde membrorum tam expedita tractatio: nec ullum maius indicium habemus, cum hac illa ad uiuendum uenire noticia, quàm quod nullum animal ad usum sui rude est. Constitutio est, inquit, ut uos dicitis principale animi, quodam modo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum & subtile, & nobis quoq; uix enarrabile, quomodo infans intelligit? Omnia animalia dialectica nasci oporteret, ut istam finitionem magnæ parti hominũ togatorum obscurã intelligãt. Verum erat quod opponis, si ego ab animalibus constitutionis finitionem intelligi dicerem. Nam ipsa constitutio facilius natura intelligitur, quàm enarratur. Itaq; infans ille quid sit constitutio, non nouit, constitutionẽ suam nouit: & quid sit animal nescit, animal esse se sentit. Præterea ipsam constitutionẽ suam crasse intelligit, & summatim, & obscure. Nos quoq; animũ habere nos scimus, quid sit animus, ubi sit, qualis sit, & unde, nescimus. Qualis ad nos peruenit animi nostri sensus, quamuis naturam eius ignoremus ac sedẽ: talis ad omnia animalia constitutionis suæ sensus. Necesse est enim id sentiat, per quod animalia quoq; sentiunt. Necesse est sensum eius habeãt, cui parẽt à quo reguntur. Nemo nõ ex nobis intelligit esse aliquid, quod impetus suos moueat, quid sit illud, ignorat. Et quod sibi esse scit, quid sit, aut unde sit, nescit. Sicut infantibus sic quoq; animalibus principalis partis suæ sensus est, nõ satis dilucidus, nõ expressus. Dicitis, inquit, omne animal primum constitutioni suæ conciliari, hominis autẽ constitutionẽ rationalem esse, & ideò conciliari hominem sibi, nõ tanq; animali, sed tanq; rationali. Ea enim parte sibi charus est homo, qua homo est. Quomodo ergo infans conciliari constitutioni rationali potest, cum rationalis nondum sit? Vnicuiq; ætati sua cõstitutio est. Alia infanti, alia puero, alia seni. Omnes enim constitutioni conciliantur in qua sunt. Infans sine dentibus est. Huic cõstitutioni suę conciliatur. Enati sunt dentes, huic constitutioni conciliatur. Nam & illa herba quæ in segetem frugemq; uẽtura est, aliam constitutionẽ habet tenera & uix eminens sulco: aliam cum conualuit & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum constitit: aliam cum flauescit, & ad aream spectat & spica eius induruit, in quam constitutionem cum uenit, eam tuetur, in eam componitur. Alia est ætas infantis, pueri, adulescẽtis, senis. Ego tamen idem sum, qui & infans fui, & puer, & adulescens. Sic quamuis alia atq; alia cuique constitutio sit, conciliatio constitutionis suæ eadem est. Non enim puerum mihi aut iuuenẽ, aut senem, sed me natura cõmendat. Ergo infans ei cõstitutioni suæ conciliatur, quæ tunc infanti est, non quæ futura iuueni est. Neq; enim si aliquid illi maius in quod transeat restat, non hoc quoq; in quo nascitur secundum naturam est. Primum sibijpsi cõciliatur animal, debet enim aliquid esse, ad quod alia referantur. Voluptatẽ peto, Cuius? Mihi. Ergo mei curam ago. Dolorem refugio. Pro quo? Pro me: ergo mei curã ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Hęc animalibus ineſt cunctis, nec inseritur, sed innascitur. Producit fœtus suos natura, nõ abijcit. Et quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisq; commissus est. Itaq; ut in prioribus epistolis dixi, tenera quoq; animalia é materno utero uel quoquo modo effusa, quid sit infestũ ipsis, protinus norunt, & mortifera deuitant: umbram quoque transuolantium reformidant, obnoxia atribus rapto uiuentibus. Nullum animal ad uitã prodit sine metu mortis. Quemadmodũ, inquit, editum animal intellectum habere, aut salutaris, aut mortiferæ rei potest? Primum quæritur, an intelligat, non quemadmodum intelligat. Esse autem illis intellectum ex eo apparet, quod nihil amplius si intellexerint, faciãt. Quid est quare pauonem, quare anser ẽ gallina non refugiat, quũ tanto minorem & ne notũ quidẽ sibi accipitrẽ? Quare pulli felem timeant, canem non timeant? Apparet illis ineſſe scientiam nocituri, nõ experimento collectam. Nam antequam possint experiri, cauent. Deinde ne hoc casu existimes fieri, nec metuunt alia quàm debent, nec unquam obliuiscuntur. Huius tutelæ & diligentiæ æqualis est illis à pernicioso fuga. Præterea non fiunt timidiora uiuendo. Ex quo quidem apparet, non usu illa ad hoc peruenire, sed naturali amore salutis

salutis suæ. Et tardum est & uariũ, quod usus docet. Quicquid natura tradit, et æquale est omnibus, & statim. Si tamen exigis, dicam, quomodo omne animal pernicioſa intelligere conatur. Sentit se carne constare. Itaq; sentit, quid sit, quo secari caro, quo uri quo obteri possit. Quæ sunt animalia armata ad nocendum, horum speciem trahit inimicam & hostilẽ. Inter se ista coniuncta sunt. Simul enim cõciliatur saluti suæ quicq;, & quæ iuuant, illa petit, læsura formidat. Naturales à cõtrarijs aspernationes sunt, sine ulla cogitatione, quæ hoc dicit. Sine consilio fit, quicquid natura præcipit. Non uides, quanta subtilitas sit apibus ad fingenda domicilia? Quanta diurni laboris obeundi cõcordia? Non uides quàm nulli mortalium imitabilis sit illa aranęæ textura? Quanti operis sit fila disponere? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem currentia ex denso rara, quæ minora animalia in quorum precium illa tenduntur, uelut retibus implicata teneant. Nascitur ars ista, non discitur. Itaque nullum est animal altero cõctius. Videbis aranearum pares telas, par in fauis angulorum omnium foramen, Incertum est et inæquale, quicquid ars tradit, æquo uenit quod natura distribuit. Hæc nihil magis quàm tutelam sui, & eius peritiam tradidit. Ideoq; etiam simul incipiunt, & discere & uiuere. Nec est mirum cum eo nasci illa, sine quo frustra nascerentur. Primum hoc instrumentum illis natura contulit, ad permanendum in conciliatione & charitate sui. Non poterant salua esse, ni uellent. Nec hoc per se profuturum erat, sed sine hoc nulla res profuisset. Sed in nullo deprehendes uilitatem sui, ne negligentiam quidem. Tacitis quoq; & brutis quamuis in cætera torpeant, ad uiuendum solertia est. Videbis quæ alijs inutilia sunt, sibi ipsa non deesse. Vale.

EPIST. C.XXIII. De his qui officia lucis noctisq; peruertunt. Et quod naturam sequentibus omnia facilia sunt & expedita.

DEtrimentũ iam dies sensit, resiliuit aliquantulum, ita tamen, ut liberale adhuc spatium sit, si quis cum ipso (ut ita dicã) die surgat officiosior, meliorq;, quàm si quis illum expectat, & lucem primã exuit. Turpis qui alto sole semisomnis iacet, cuius uigilia in medio die incipit, & adhuc multis hoc antelucanum est. Sunt qui officia lucis noctisq; peruertunt, nec ante diducũt oculos hesterna graues crapula, quàm appetere nox cœpit. Qualis illorum conditio dicitur, quos natura (ut ait Vergilius) sedibus nostris subditos è contrario posuit. Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illis sera rubens accendit lumina uesper. Talis horum contraria omnibus non regio sed uita est. Sunt quidem in eadem urbe antipodes, qui, ut Marcus Cato ait, nec orientem unquam solem uiderunt, nec occidentem. Hos tu existimas scire, quemadmodum uiuendum sit, qui nesciunt quando. Et hi mortem timent, in quam se uiui condiderũt, tam infausti homines, quàm nocturnæ aues sunt. Licet in uino unguentoq; tenebras suas exigant, licet epulis, & in multa quidem pericula discoctis, totum peruersum uigiliæ tempus deducant, nõ conuiuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè interdiu parentantur. At mehercules nullius agenti dies longus est. Extendamus uitam. Huius & officium & argumentum actus est. Circumscribatur nox, & aliquid ex illa in diem transferatur. Aues quæ conuiuijs comparantur, ut immotæ facile pinguescant, in obscuro continentur, Ita sine ulla exercitatione iacentibus, tumor pigrum corpus inuadit, & superbam umbram iners sagina succrescit. At istorum corpora qui se tenebris dicauerunt, fœda uisuntur. Quippe non speciosior illis, quàm morbo pallentibus color est, languidi, & † euanidi albent, & in uiuis caro morticina est. Hoc tamen minimũ in illis malorum dixerim, quanto plus tenebrarum in animo est. Ille in se stuper, ille caligat, inuidet cæcis. Quis unquam oculos tenebrarum causa habuit? Interrogas quomodo hæc animo prauitas fiat, auersandi diem, & totam uitam in noctem transferendi? Omnia uitia contra naturam pugnant. Omnia debitum ordinem deserunt, hoc est luxuriæ propositum, gaudere peruersis, nec tantum discedere à recto, sed quamlongissime abire. Deinde etiam isti è contrario non uidentur tibi contra naturam uiuere? Iesuni bibunt, qui uinum recipiunt inanibus uenis, & ad cibum ebrij transeunt. Atque frequens hoc adulescentium uitium est, Qui uires excolunt, in ipso penè balnei limine, inter nudos bibunt, imò potant, ut sudorem quem mouerunt potionibus crebris ac fer-

al. marcidi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac feruentibus, subinde distringant. Post prandium aut cœnam bibere uulgare est. Hoc patresfamiliæ rustici faciunt, & ueræ uoluptatis ignari. Merum illud delectat, nō quod innatat cibo, quod bibere penetrat ad neruos. Illa ebrietas iuuat, quæ in uacuum uenit. Non uidentur tibi contra naturam uiuere, qui commutant cum fœminis uestem? Non uiuunt contra naturam, qui spectant, ut pueritia splendeat tempore alieno Quid fieri crudelius, uel miserius potest? Nunquam uir erit, ut diu uirum pati possit, & cum illum contumeliæ sexus eripuisse debuerat, ne ætas quidem eripiet? Non uiuunt contra naturam, qui hyeme concupiscunt rosam? fomentoq; aquarum calentium, & calorum apta imitatione brumalium, florem uernum exprimunt? Non uiuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus serunt, quorum syluæ in tectis domuum ac fastigijs nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? Non uiuunt contra naturam, qui fundamenta thermarum in mare iaciunt, & delicate natare ipsi sibi uidentur, ubi calentia stagna fluctu ac tempestate feriantur? Cum instituerunt omnia contra naturæ consuetudinem uelle, nouissime in totū ab illa desciscunt. Lucet, somni tempus, quies est, nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit, tempus est cœnæ. Non oportet id facere, quod populus. Res sordida est, trita ac uulgari uia uiuere. Dies publicus relinquatur † propius nobis, ac peculiare mane fiat. Isti mihi uero defunctorum loco sunt. Quantulum enim à funere absunt, & quidem acerbo, qui ad faces & cereos uiuunt? Hanc uitam agere eodem tempore multos meminimus. Inter quos & Atylium Butam prætorium, cui post patrimonium ingens consumptum, Tyberius paupertatem confitenti, sero, inquit, experrectus es. Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poëta & amicitia Tyberij notus & frigore. Ortus & occasus libentissime inserebat. Itaque cum indignaretur quidam illum tota die recitasse, & negaret accedendum ad recitationes eius, Natta Pinarius ait, Nunquam liberalius possum agere. Paratus sum illum audire ab ortu ad occasum. Cum hos uersus recitasset:

al. proprium:

Incipit ardentes phœbus producere flammas,
Spargere se rubicunda dies, iam tristis hirundo
Argutis redit usa cibos immittere nidis,
Incipit, & molli partitos ore ministrat,

Varus eques Romanus uicini comes, cœnarum bonarū assectator, quas improbitate linguæ merebatur, exclamauit, Incipit Buta dormire. Deinde cum subinde recitasset,

Iam sua pastores stabulis armenta locarunt,
Iám dare sopitis nox nigra silentia terris Incipit,

Idem Varus inquit: Quid dicit? Iam nox est, ibo & Butam salutabo. Nihil erat notius hac eius uita in contrariū circumacta, quā ut dixi, multi eodem tempore egerunt. Causa aūt est ita uiuendi quibusdā, nō quia aliquid existimēt nociē ipsam habere iucūdius sed quia nihil iuuat obuiū, & grauis malę cōscientiæ lux est: et omnia cōcupiscenti aut contemnenti, prout magno aut paruo empta sunt, fastidio est lumen gratuitū. Præterea luxuriosi uitā suam esse in sermonibus, dum uiuunt, uolunt. Nam si tacetur, perdere se putant operā. Itaq; aliquoties faciunt quod exciter famam. Multi bona comedūt, multi amicas habent. Vt inter istos nomen inuenias, opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupata ciuitate fabulas uulgaris nequitia nō inuenit. Pedonem Albinouanum narrantem audieramus, erat autem fabulator elegantiß mus, habitasse se supra domum Spanij. Is erat ex hac turba lucifugarū. Audio, inquit, circa horam tertiam noctis flagellorum sonos. Quæro quid faciat? Dicitur rationes accipere. Audio circa horam sextam noctis calamorem concitatum. Quæro quid sit? Dicitur uocem exercere. Quero circa octauam horam noctis, quis sit ille sonus rotarum? uelle gestari dicitur. Circa lucem discurritur. Pueri uocantur, cellarij, coqui tumultuantur. Quæro quid sit? Dicitur mulsum & alicam poposcisse, à balneo exisse. Excedebat, inquit, cœna eius diem? miniме. Valde enim frugaliter uiuebat, nihil consumebat nisi noctem. Itaq; crebro dicentibus illum quibusdam auarum et sordidum: Vos, inquit illum & lychnobiū dicetis. Non debes admirari si tantas inuenis uitiorū proprietates, uaria

uaria sunt, & innumerabiles habent facies. Comprehendi eorum genera non possunt. Simplex recti cura est, multiplex praui, & quantūuis nouas declinationes capit. Idem moribus euenit naturam sequentium. Faciles sunt, soluti sunt, exiguas differentias habent, His distorti plurimum, & omnibus & inter se dissident. Causa tamen præcipua mihi uidetur huius morbi, uitæ communis fastidium. Quomodo cultu se à cæteris distinguunt, quomodo elegantia cœnarum, mundicijs uehiculorum, sic uolunt separare etiam temporum dispositiones: nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est. Hanc petunt omnes isti, qui ut ita dicam, recto uiuunt. Ideo Lucili tenenda nobis uita est, quam natura præscripsit, nec ab illa declinandū. Illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt: contra illam nitentibus non alia uita est, quàm contra aquam remigantibus. Vale.

EPIST. CXXIIII. De abstinentia & temperantia esus, & de adulatione uitanda & duobus rerum generibus, quæ nos inuitant aut fugant.

TInere confectus incōmodo magis, quàm longo, in Albanum meum nocte multa perueni, Nihil habeo paratum nisi me. Itaq; in lecto lassitudinem pono, hanc coqui ac pistoris moram boni consulo. Mecum enim de hoc ipso loquor, quàm nihil sit graue, quod leuiter excipias, Quod indignandum nihil, nisi ipse indignādo astruas. Non habet panem meus pistor, sed habet uillicus, sed habet atrienſis, sed habet colonus, Malum panem, inquis. Expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum tibi & siligineum fames reddet. Ideo non est ante edendum quàm illa imperet. Expectabo ergo necante edam, quàm aut bonum panem habere cœpero, aut malum fastidire desiero. Necessarium est paruo assuescere. Multæ difficultates locorum, multæ temporum etiam locupletibus & instructis, à dijs optantem prohibent, & occurrunt. Quicquid uult habere nemo potest, illud potest, nolle quod non habet, rebus oblatis hilaris uti. Magna pars libertatis est, bene moratus uenter, & contumeliæ patiens. Aestimari non potest, quantam uoluptatem capiam ex eo, quod lassitudo mea sibijpsa acquieuit. Non unctiones, nō balneum, non ullum aliud remedium quàm temporis quæro. Nam quod labor cōtraxit, quies tollit. hæc qualiscunq; cœna Diali iucundior erit. Aliquando enim experimentum animi sumpsi subito. Hoc enim est simplicius & uerius. Nam ubi se præparauit & indixit sibi patientiam, non æque apparet, quantum habet ueræ firmitatis. Illa sunt certissima argumēta quæ ex tempore dedit, si non tantum æquus molestiam, sed placidus aspexit, si non excanduit, non litigauit, sed quod dari deberet, ipse sibi non desiderando suppleuit, & cogitauit, aliquid consuetudini suæ, sibi nihil deesse. Multa quàm superuacua essent non intelleximus, nisi cum deesse cœperūt. Vtebamur illis, non quia debebamus, sed quia habebamus. Quàm multa ante parabamus, quia alij parauerunt, quia apud plerosq; sunt. Inter causas malorum nostrorum est quod uiuimus ad exempla, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod si pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere cœperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, se quimur: & recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Omnes iam sic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat. Turpe est nullos esse, qui occurrentes uia deijciant, ut qui honestum hominem uenire magno puluere ostendant. Omnes iam mulos habent, qui crystallina & murrina & egregata magnorum artificum manu, portent. Turpe est uideri eas te habere sarcinas totas, quæ tuto concuti possint. Omnium pædagia oblita facie uehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret. Horum omnium sermo uitandus est. Hi sunt, qui uitia tradent, & aliò aliunde transferent. Pessimum genus horum hominū uidebatur, qui uerba gestarent. Sunt quidam qui uitia gestant. Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim proficit, semina in animo relinquit, sequiturq; nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturū postea malum. Quemadmodū qui audierunt symphoniam ferunt secum in auribus modulationem, illa ad dulcedinem cantumq; cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi, Sic adulatorum & praua laudantium sermo diutius hæret & quàm auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere, prosequitur & durat, & ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat,& ex interuallo recurrit. Ideo claudendæ sunt aures,malis uocibus,& quidem primis. Nam cum initium fecerunt, admissæq; sunt, plus audent. Inde adhæc peruenitur uerba. Virtus,& philosophia & iusticia,uerborum inanium crepitus est. Vna felicitas est bonæ uitæ, facere omnia libere,frui patrimonio. hoc est uiuere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies,& irreparabilis uita decurrit,dubitamus. Quid iuuat sapere,& ætati non semper uoluptates decerpturæ, interim dum potest, dum poscit ingere frugalitatem,ultro mortem præcurrere,& quicquid illa ablatura est,iam sibi interdicere,Non amicam habes,nō puerum,qui amicæ moueat inuidiam. Quotidie sobrius prodis,sic cœnas,tanquam ephemeridem patri approbaturus. Nō est istud uiuere,sed alienæ uitæ interesse. Quanta dementia est hęredi suo procurare,et sibi negare omnia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hæreditas. Plus enim gaudebit tua morte quo plus acceperit. Istos tristes & supercilios alienæ uitæ censores siue hostes, publicos pædagogos,assis ne feceris. Nec dubitaueris bonam uitam, quàm opinionem bonam malle. Hæ uoces nō aliter fugiendæ sunt, quàm illæ quas Vlysses nisi alligatus prætereuehi noluit. Idem possunt,abducunt à patria,à parentibus,ab amicis,à uirtutibus,& in turpem uitam ac miserā,ubi turpius illidunt. Quanto satius est rectum sequi limitem, & eò se perducere, ut ea demum sint tibi iucunda,quæ honestā? Quod assequi poterimus,si fecerimus duo esse genera rerum,quæ nos aut inuitent, aut fugent. Inuitent, ut diuitiæ,uoluptates, forma, ambitio, cætera blanda & arridentia. Fugent,labor,mors, dolor,ignominia,uictus astrictior. Debemus itaq; exerceri, ne hæc timeamus,ne illa cupiamus. In contrarium pugnemus,& ab inuitantibus recedamus,aduersus petentia concitemur. Non uides quàm diuersus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt,resupinant corpora,qui in arduum, incumbunt. Nam si descendas,pondus suum in priorem partem dare,si ascendas,retro abducere, cum uitio Lucili consentire est. In uoluptates descenditur, In res asperas & duras subeundum est. Hic impellamus,corpora illic refrenemus. Hoc nunc me existimas dicere, Eos tantum pernicios esse auribus nostris,qui uoluptatem laudant, qui dolores,metus per se formidabiles res incutiūt. Illos quoq; nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicæ sectę hortantur ad uitia. Hoc enim iactant, solum sapientem & doctum esse amatorem, solus apte ad hanc artem æque combibendi & cōuiuendi sapiens est peritissimus. Quæramus ad quam usq; ætatem iuuenes amandi sint. Hæc græcæ consuetudini data sint. Nos ad illa potius aures dirigamus. Nemo est casu bonus, discēda uirtus est. Voluptas humilis res & pusilla est, & in nullo habenda precio, communis cum brutis animalibus,ad quàm minima & contemptissima aduolat. Gloria uanum & uolatile quiddam est,auraq; mobilius. Paupertas nulli malum est nisi repugnanti. Mors malum non est. Quid quæris? Sola † in æquo est generis humani. Superstitio error insanus est, amandos timet,quos colit uiolat. Quid enim interest,utrum deos neges,an infames? Hęc discenda,imo ediscenda sunt, nō debes excusationes uitio philosophiæ suggerere. Nullam habet spem salutis æger,quem ad intemperantiam medicus hortatur. Vale.

al. ius æquum

EPIST. CXXV. Quod bonum non sensu,sed intellectu compræhenditur. Et quod bonum in nullo est,nisi in quo ratio.

POssum multa tibi ueterum præcepta referre, Ni refugis tenuisq; piget cognoscere curas. Non refugis autē, nec ulla te subtilitas abigit Non est elegantiæ tuæ tam magna sectari. Sicut illud probo, quod omnia ad aliquem profectum redigis,& tunc tantum offenderis,ubi summa subtilitate nihil agitur, quod ne nunc quidem fieri laborabo. Quæritur,utrum sensu an intellectu cōpræhendatur bonum. Huic adiunctum est,in mutis animalibus & infantibus non esse. Quicunq; uoluptatem in summo ponunt,sensibile iudicant bonum,nos contrà intelligibile, qui illud animo damus. Si de bono sensus iudicarent,nullam uoluntatem reijceremus. Nulla enim non inuitat, nulla non delectat. Et econtrario nullum dolorem uolentes subiremus, nullus enim non offendit sensum, Præterea non essent digni reprehensione, quibus nimiū uoluptas placet, quibusq; summus est doloris timor. Atqui improbamus gulæ ac libidini deditos & cōtemnimus illos qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris metu. Quid autem peccant,

si sensibus,id est iudicibus boni ac mali,parent? His enim tradidistis appetitionis & fugæ arbitrium, Sed uidelicet ratio isti rei præposita est,quemadmodum debeat de uita, quemadmodū de uirtute, de honesto,sic & de bono maloq; constitui. Nam apud istos uilissimæ parti datur de meliore sententia,ut de bono pronunciet sensus, obtusa res & hebes,& in homine quàm in alijs animalibus tardior. Quod si quis uellet non oculis,sed tactu minuta discernere, subtilior ad hoc nulla acies quàm oculorū & intentior daretur,bonum malumq; dignoscere: uides in quanta ignorantia ueritatis uersetur, & quàm humi sublimia ac diuina profecerit, apud quem de summo bono maloq; iudicat tactus. Quemadmodū, inquit, omnis scientia atq; ars aliquid debet habere manifestum sensuq; comprehensum, ex quo oriatur & crescat: sic beata uita fundamentū et initium à manifestis ducit,& eo quod sub sensum cadit. Nempe uos à manifestis beatam uitam sui initiū capere dicitis. Dicimus beate esse,quæ secūdū naturā sunt. Quid aūt secundū naturam sit,palàm & protinus apparet,Sicut quid sit integrum,quod contingit protinus nato,nō dico bonum,sed initium boni. Tu summū bonum uoluptatem infantiæ donas, ut inde incipiat nascens, quò consummatus homo peruenit. Cacumen radicis loco ponis. Siquis diceret illum in materno utero † iacentem sexus quoq; incerti,tenerum,& imperfectū,& informē,iā in aliquo bono esse, aperte uideretur errare. Atqui quantulū interest inter eum qui cū maxime uitā accipit, & illū qui maternorū uiscerū latens onus est? Vterq; quantū ad intellectū boni ac mali æque maturus est,& non magis infans ad hoc boni capax est, quàm arbor, aut mutū aliquod animal. Quare autem bonū in arbore animaliq; muto non est? quia nec ratio,ob hoc infantiæ quoq; non est, nam & huic deest, Tunc ad bonū perueniet, cum ad rationem peruenerit. Est aliquod irrationale animal. Est aliquod nondū rationale. Est rationale sed imperfectū. In nullo horū bonum,ratio illud secū affert. Quid ergo inter ista quæ rettuli distat? Num quod erit bonū in eo quod irrationabile est? In eo quod nondū rationale est, tunc esse bonū non potest,sed imperfectū iam post esse bonū,sed non est. Ita dico Lucili,bonū non in quolibet corpore, non in qualibet ætate inuenitur, & tantū abest ab infantia,quantū à primo ultimū,quantū ab initio perfectū,ergo nec in tenero modo coalescente corpusculo est. Quid ni nō sit? Non magis quàm in semine hoc. Si dicas,aliquod arboris,aut sati bonum nouimus,hoc nō est in prima fronde, quæ emissa cum maxime † solū rumpit. Est aliquod bonum tritici,hoc nondū est in herba latente,nec cum folliculo se exerit spica mollis,sed cum frumentū æstas & debita maturitas coxit. Quemadmodū omnis natura bonum suum nisi consummata non profert,ita hominis bonū non est in homine,nisi cum in illo ratio perfecta est. Quod aūt hoc bonum,dicam. Liber animus est ac rectus,alia subijciens sibi,se nulli. Hoc bonum adeo non recipit infantia,ut puericia non speret,adulescētia improbe speret. Bene agitur cū senectute,ut illuc longo studio, intentoq; peruenit. Si hoc & bonū,& intelligibile est, Dixisti, inquit,aliquod bonum esse arboris,aliquod herbæ. Potest ergo esse aliquod & infantis. Verum bonum nec in arboribus, nec in mutis animalibus est, hoc quod in illis bonum est,prædicatione bonum dicitur. Quod est, inquis? hoc quod secundum naturā cuiusq; est. Bonum autem cadere in mutū animal nullo modo potest. Felicioris melioriscq; naturæ est,nisi ubi rationi locus est,bonum non est. Quatuor hæ naturæ sunt,arboris,animalis,hominis,& dei. Hæc duo quæ irrationalia sunt,eandem naturam habent. Illa diuersa sunt,quod alterum immortale,alterum mortale est. Ex his ergo unius bonū natura perficit,dei scilicet: alterius cura,hominis. Cætera tamen in sua natura perfecta sunt,non uere perfecta à quibus abest ratio. Hoc enim demum perfectum est, quod secundum uniuersam naturam perfectum est. Vniuersa autem natura rationalis est, cætera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata uita esse, nec id potest quo beata uita efficitur, Beata aūt uita bonis efficitur. In muto animali beata uita nō efficitur. In muto animali bonū non est. Mutū animal sensu comprehendit præsentia,præteritorū reminiscitur, cum id incidit quo sensus admonetur: tanquā equus reminiscitur uiæ cum ad initium eius admotus est. In stabulo quidē nullius uiæ, quamuis sępe calcatę, memoria est. Tertium uerò tempus, id est futurū, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum

al. latentem uixq; inceptū

al. semen

Universidad de Deusto
Biblioteca

uideri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis nō est? Tempus enim tribus partibus constat, præterito, præsente, & futuro. Animalibus tantum quod breuissimū est in transcursu datū, præsens: præteriti rara memoria est, nec unquam reuocatur, nisi præsentiū occursu. Non potest ergo perfectæ naturæ bonū & imperfecta esse natura. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent & fata. Nec illud nego ad ea quæ uidentur secūdum naturā, magnos esse mutis animalibus impetus & concitatos, sed inordinatos ac turbidos. Nunquā autem aut inordinatū est bonum, aut turbidū. Quid ergo, inquis, Muta animalia perturbate & indispositè mouentur? Dicerē illa perturbate & indispositè moueri, si natura illorū ordinem caperet. Nunc mouētur secundū naturam suam. Perturbatū enim id est, quod esse aliquando & non perturbatū potest. Sollicitum est, quod potest esse securū. Nulli uitiū est, nisi cui uirtus potest esse. Mutis animalibus talis ex sua natura motus est. Sed ne te diu teneam, aliquod erit bonum in muto animali, erit aliqua uirtus, erit aliquid perfectū, sed quale, nec bonum absolute, nec uirtus, nec perfectū. Hæc enim rationabilibus solis contingunt, quibus datū est scire, quare, quarenus, quemadmodū. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quò nunc pertineat ista disputatio quæris, & quid animo tuo profutura sit? dico. Et exercet illum & acuit, & uticiq; aliquid acturum occupatione honesta tenet. Prodest autem & quod moratur ad praua properantem. Sed illud dico, nullo modo prodesse possum magis, quàm si tibi bonū tuum ostendo, si te à mutis animalibus separo, si cum deo pono. Quid inquam, uires corporis alis & exerces? Pecudibus istas maiores ferisq; natura cōcessit. Quid excolis formā? Cum omnia feceris, à multis animalibus decore uinceris. Quid capillum ingenti diligētia comis? Cum illum uel effuderis more Parthorum, uel Germanorum modo uinxeris, uel ut Scythæ solent, sparseris, in quolibet equo densior iactabitur iuba, horrebit in leonum ceruice formosior, Cum te ad uelocitatem paraueris, par lepusculo non eris. Vis tu relictis in quibus uinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reuerti tuum? Quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, æmulator dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens rationalis animalis. Quod ergo in te bonum est? Perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem euoca, inquantum potest plurimum crescere. Tunc beatum esse te iudica, cum tibi gaudiū omne nascetur. Cum in his quæ homines eripiunt, optant, custodiunt, nihil inueneris, nō dico quod malis, sed quod uelis. Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias. Tunc habebis tuum bonum, cum intelliges infelicissimos esse felices. Vale.

Libri uicesimi secundi & ultimi epistolarum finis.

IN LIBRVM XXII. EPIST. CXXII.

1 *Satiant peritos. In alijs erat satiat. Restituimus ordinem sermonis, & præter exemplarium autoritatem, pro satiat, reposuimus scenæ.*

EPISTOLA CXXIIII.

2 *A' nobis optantem prohibent. in alijs erat à diebus, legendum arbitror à dijs. Quanquam abesse uidetur pronomen quæ, quæ à dijs. In alijs erat, instructis nobis optatum prohibent & occurrunt.*

3 *Dubitamus quod iuuat sapere, & ætati non semper uoluptates decepturæ, interim dum potest, dum poscit ingerere frugalitatem, eo ut mortem præcurrere, & quicquid illi ablatura est, iam sibi interire. Quum non suffragarentur exemplaria, diuinandum erat. Vide num hæc placeat lectio. Dubitamus. Quid iuuat sapere, & ætati non semper uoluptates decepturæ, interim dum potest, dum poscit, ingerere frugalitatē, ultro mortem præcurrere, et quicquid illa ablatura est, sibi interdicere?*

EPISTOLA CXXV.

4 *Sexus quoq; inceptum. Sic prior æditio, alius habebat, Sexus quoq; incerti, alius, Sexuq; conceptum. legendum arbitror, uixq; inceptum.*

APPENDIX ANNOTATIONVM IN EPISTOLAS SENECAE

Erasmus Roterodamus Lectori.

QVum epistolarum opus iam aliqua ex parte esset excusum, allatum est exemplar è Brabantia, ex cuius collatione si qua prius fefellerant restituimus. Ea quoniam in contextum inseri non poterant, hac appendice subiecimus: notauimus obiter & illa quæ operarum incuria committi solent, præsertim si quid uideretur alicuius momenti.

In librum epistolarum primum.

Pagina 78. Versu. 8. pro Decio Tribuno, quidam codex habebat, Dextro tribuno.

Versu.

Versu. 16. pro Aut si forte, At si forte. Et uer. proximo, Quid te ipse, ut separetur à superioribus: & duceris prius, penultima circunflexa scribendum arbitror, posterius prima acuta duceris.

Vers. à fine epistolæ 3. pag. 79. Codex unus habet, appositum paruo constat. Quæ adiectiuncula non erat opus, si scriptum esset expositum.

Versu à fine paginæ 79. penultimo, pro uulgus sciat, quidam habebant uulgo sciat, ut adhæreat quod sequitur, qui inspexerit propius.

Pag. 80. epist. 6. uer. ab initio epist. 12. pro tanta efficacia expertus es, erat tantæ efficaciæ. Recte erat, tam efficacia. Hinc uer. 5. in fine uersus, dele ut, redundans.

Ver. à fine epist. 5. pro Erymachū & Poliænum, erat Hermachum & Polyænum. Hermachi & Polyæni, quibus Epicurus moriens suos hortos & scholæ successionem delegauit, meminit Diogenes Laërtius in uita Epicuri.

Pag. 82. uer. 12. pro Epicurum complicamus, rectius erat cōpilamus. Sentit enim se suffurari ex Epicuro quæ tradit.

Pag. 83. uers. 2. lege certæ, Item uer. 23. rectius erat, præter ipsam.

Pag. 84. uers. 4. commodius erat, Vbi se colligebat, uerecundiam bonum &c.

Vers. à fine epist. 7. pag. 85. pro qui non actus, erat, qui non præsens. Vtraq; lectio probabilis, argutior tamen uidetur hæc, ut cogitatus participium sit non nomen.

IN LIBRVM II.

Pag. 87. uer. à fine 9. Quod ego. Item uer. 29. epist. 13. quod non est, malum facio. Distinctio commodior est.

Pag. 89. uer. 17. Non nostræ professionis uulgi fauores appetere: Hæc uerba non habebantur in exemplari quodam. Et uidentur adiecta uel ab interprete, uel ab annotatore, quanquam inepte. Neq; enim hoc sentit nō esse expetendum uulgi fauore, sed philosopho dissimulandum, quod amore quietis fugiat principum commercium, quoniam si præ se ferat affectum suum, hoc ipso damnat principum consuetudinem, quod profitetur se fugere.

Vers. 22. epist. 14. quam oderint, alias oderūt. hoc ad sensum minimum refert, oderunt tamen commodius est. Sentit enim plures, supputatis emolumētis accedere ad homicidium, quàm odio gratuito. Ab hinc uer. 4. *Rectius erat, ne in contemptum nos, inuidiæ timor transferat. Sentit enim fieri, ut dum præ nobis ferimus, quod contemnimus inuidiam, incidamus in aliud malum, ut contemnamur. Magnis enim inuidemus, abiectos contemnimus. Timere autem humilis est animi.*

Pag. 90. Deniq; initium omnium rerum. In quibusdam rectius erat, consilium omnium rerum quanquam utraq; lectio proba.

Pag. 91. uer. à fine epist. 3. distinctio mendosa est. Cōmodior erit, si deleta coniunctione et, ita legas. Quod futuri temporis incerta sors uoluit, quare potius à fortuna impetrē, ut det, quàm à me, ne petam? Voluit autem dissyllabū est.

Pag. 91. uers. ab imo 9. operarum lapsus est, quod iteratur etiam.

Pag. 92. uers. à principio epistolæ 2. non interest. non aberat in quibusdam, & redundat sententiæ.

Vers. ab imo 18. pag. 93. quod existimes me dicere, ut te admoueas. &c. non displicebat quod quidam habebat, quod existimes me ducere te ad modicas cœnas. &c.

Versu 27. pro ad paululum, haud dubium quin legendum sit, ad palum: quod solent tyrones præludentes ad pugnam. Et aliquanto post, dipondio melius quàm dispondio.

Vers. ab hinc 5. Vitiata est distinctio, quam ita restitue. Et quidem gloriatur non toto esse pasci. Metrodorum qui nondum tantum profecerit, toto. In hoc. &c. Et paulò ante, scribe, Polyænum.

Ver. ab hinc 3. Non enim iucunda res, Aliàs horrida res. Prior argutior est lectio. Ipsa res per se non est iucunda, sed animi sic instituti summa uoluptas est.

IN LIBRVM III.

Pag. 96. uer. ab initio epistolæ 14. Librariorum incuria, sordidos est, pro, sordidus.

Ver. 29. epist. 13. lege discedet, quanquam utraq; lectio tolerabilis.

Pag. 96. uer. 2. adde his quæ notauimus in hunc locum, in quodam, pro angelus esse æmulus. Minutius est, quod in fine huius epistolæ Pithoclea scriptū repperi, pro Pythoclea. Nā interpretāda, pro interpretāda lapsus est operarū.

IN LIBRVM DE BENEFICIIS PRIMVM
annotatiuncularum appendix.

In cap. 1. uer. 2. nocentius non erat in uetustissimo codice, doctus aliquis suppleſſe uidetur: sed non minus quadrabat, turpius, quod reposuerat Agricola noster.

Ver. 13. de quo queri. Rodolphus recte annotauit, decoquere. Nam & uetustissimus codex habebat decoquere. Siquidem decoxisse dicuntur, qui soluendo non sunt. Et paulò ante pro defertur, habebāt quidā refertur. Ac paulò post, pro, grattam corrumpimus, quidam codex habebat, ita gratiam corrumpimus, ut ita sit pro itaq;.

Ver. ab imo. 13. pro necessitate, Rodolphus annotarat, liberalitate. Certe uox necessitate, non congruit sensui.

Cap. 2. uer. ab imo cap. 3. pro, aut timiditas, uetus codex habebat inuitatio: alius habebat tumultuatio, pro quo Rodolphus annotarat, cumulatio, quod probo, quanquam imitatio tolerabilis erat lectio. Nam uetustissimum habebat timidatio. Fit autem interdum aliquis gratus, uel ob hoc ipsum, quod beneficijs obruitur.

Cap. 4. uer. 15. putemus certe paruum ingerere sacril. Rodolphus annotasse uidetur, patratum ingens sacrilegium. Vetustissimus codex habebat, parum se grate gerere, sacrilegium sit, quam arbitror germanam esse scripturam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.9.uer.14. Pro, In decentißimum sponsaliorum genus. Agricola recte notarat, legendum: Decentißimum: loquitur enim, non de re, sed de peruersa hominum opinione.

Eodem superius uer. 5. ante hæc uerba, Non quanta quæq; sunt, Agricola putat multa desiderari in omnibus exemplaribus. Item uer. 13. pro, alienæ uxori anulum, ille legit æmulum: nec abhorrebat ab hac lectione uetustissimi codicis uestigia.

Eodem uer. 16. iam raptam. Agros spargere, uetustißimus codex habebat locum hunc uetusta manu correctum in hunc modum. Iam rapta spargere, sparsa rapaci auaricia recolligere, ut iam sit initium nouæ sententiæ.

Cap.11.uer.11. Recipere non desidero, Rodolphus annotarat, Recipe, non desidero. Vtraq; lectio probe habet.

Cap.12.uer.7. Quod usus breuis deleat. Dederat habebat exemplar antiquißimum. Rodolphus recte notauit, dederat. Annotarat & ordinem, tempus, locum, personas obseruet. Vetustus habebat, & personas, sed ascripta supra uersum coniunctione.

Cap.13.uer.12. Rodolphus mea sententia, recte uertit ordinem duarum syllabarum, quàm hostium tam amicorum.

Cap.14.uer.6. Quis patitur sibi imputari? Sensus requirit aliquod uerbum, Rodolphus addiderat communia.

Ver.12. Non eadem comitare. In æditione quam habuit Rodulphus Agricola, bis erat, non eadem, unde coniecit legendum, non eadem fronte, non eadem comitate.

Ver.13. Et liberorum orbitas, Vetustum exemplar habebatur, libera orbitas. Sentit enim de libertate condendi testamenti, quæ non est parenti liberorum. Mox pro excogitat, erat, cogitet.

Cap.15.uer.2. quam uirtutum modus fecit. Rodolphus mauult uirtutem. Ac simile quiddam habebat annotatum uetustißimus codex. Mox nepotari, quod prius diuinaueramus repperimus expresse scriptum, in uetusto codice, manu descripto. Item uer. 4. quod ostentare libet, Rodolphus recte adiecit, sed quod.

Eodem uer. pro quilibet casus, Vetustum exemplar habebat annotatum, liber casus.

IN LIBRVM BENEFICIORVM II.

Cap.1.uer.6. si sibi raperet, Quidam habebant eriperetur. Rodolphus mauult præriperetur, ac mox, Nullamq; meretur gratiam, rectius erat in uetusto codice, nullamq; inijt gratiam.

Cap.7.uer.1. & 3. scribe Verrucosius. Ac mox pro Aelio, uetustus codex habebat, Aellio, dictione tetrasyllaba.

Cap.10.uer.14. Quid ni ego illi sum indicaturus. Ex uetusto codice ita rectius legi collegimus, Quid ni? Ego illi non sum &c.

Cap.13.uer.1. pro, & omne, uetus habebat, ut meo iudicio rectius.

Cap.18.uer.32. Nemo in id accipiendo. Rodulphus pro, in, recte mutauit enim.

Cap.20.uer.9. non an seruirent seruitutem. Quidam pro seruitutem habebant seruituri: Alij seducti. Ex his uestigijs facile colligitur, pro seruitutem, legendũ, sed utri: Atq; ita notarat Rodulphus.

Cap.24.uer.16. quibus iam ante dignitatem debent. Rodulphi codex habebat, quibus iam aut salutem aut dignitatem debent. Ac mox pro, clientium, uetustus codex melius habebat debentium. Prior tamen lectio uidetur augustior: officijs enim deuincti fiunt clientes.

Cap.27.uer.15. qua quondam fuit. Rodulphus recte legit, quæ quondam fuit.

IN LIBRVM BENEFICIORVM III.

Cap.4.uer.2. non in memoriam reducamus. In uetustißimo codice aberant hæc uerba in memoriam. Videntur adiecta ab enarratore. Id ipsa sermonis structura satis arguit. Porrò Seneca & aliàs gaudet hoc uerbo uti, pro renouare, siue repetere, sine ulla adiectione. Mox quod præterierit melius in uetusto exemplari. quod præterijt, Rursus mox, Vitam suam transtulit Agricola mauult, transilit. Mox, præsentium uel intuitus, at præteritorum memoria &c. habebat exemplar uetustißimum.

Cap.5.uer.8. Et si quod alius humilius, aliud habet uetus.

Cap.6.uer.6. Non est in ullam, lege in ulla.

Cap.7.uer.3. hoc enim speciosißimum est in illo aberat in uetusto codice.

Cap.10.uer.4. lege, conscientiam latent.

Cap.17.uer 15. pro de quo quare, Vetustißimus codex habebat, decoquat, nec dubiũ quin hæc sit germana scriptura. In fine huius capitis, existimat, pro, æstimat, operarum incuria positum est.

Cap.18.uer.16. paria in illos licent. Melius habebat codex uetus. paria illis licent.

Cap.21.uer.18. Attenus prætor, Rodulphus mauult, Atteius.

Cap.26.uer.4. omnis seruiendi placebat occasio. Melius Agricola sæuiendi.

Cap.28.uer.8. ubicunq; fecit nomen illustre, Rodulphus pro fecit, non male diuinat, fulsit.

Cap.29.uer.5. coq; illis meliores. Vetus codex habebat, æque & illud, meliores.

Aspice rhenum uer.12. uetus codex habebat, Henum.

Aspice trabes &c. uer.15. pro altißimam, uetus codex rectius habebat, altißimas ut respondeat illi quod sequitur, altißime fusas.

Cap.32.uer.1. non tantũ aluisse, Rectius Agricola alisse. Nec abhorrebant uestigia uetusti codicis, in quo erat alisse. alius addiderat u, ut fieret aluisse.

Deinde non quæramus uer.13. melius in uetusto, non quærimus.

Cap.33.uer.3. eum maxime prementia. Vetustum exemplar rectius habebat, cum maxime. Sic enim solet Seneca loqui, pro quàm maxime.

Aliquanto

Aliquanto post, pro continuet, Rodulphus mauult, concinnet.

Cap.16.uer. 4. uolentibus legibusq;. Vetustius habebat letisq;.

Cap.33.uer.1. pro exempla sunt, Rodulphus maluit, iubeunt.

IN LIBRVM BENEFICIORVM IIII.

Cap.2.uer.4. De ordine disputas. De re tota, & de potestate eius ambigitur. Tolerabilis erat hæc lectio. Ex uarietate scripturæ colligit Rodulphus ita legendum, De ordine putas disputationem esse. De re tota, &c.

Cap.4.uer.4. uota facientibus Rodulphus mauult facientis. commodius erat, facientium.

Cap.5.uer.9. Campos ingentia, uide num melius, tingentia, pro irrigantia.

Vita uasta & nauigabili. Exemplar uetustißimum habebat, uasto & nauigabili cursu. Iam quoniam uia uidebatur otiosum, Rodulphus adiecit uoculam, longa uia. Opinor fuisse scriptum, Præbitura commercijs uiam, uasto, &c.

Cap.8.uer.2. quod primum inuenta, quod ab eo primum inuenta, melius habebat uetustum exemplar.

Nec distat officium, uetustus habebat, differt officium, sed nõ placet. Mox, Sic nunc naturam uoca. Rodulphus recte, Sic hunc. ut subaudias, deum.

Cap.9.uer.7. Præterea quæritis cui detis beneficium. Sic uetustus codex.

Cap.13.uer.6. fácere crepusculum, in uetustißimo codice erat corpusculum, et pro facere, subnotatum erat, farcire. Mox pro sopitis, Rodulphus mauult soporis.

Cap.18.uer.1. lege expetendam.

Vaga nascebantur, Melius in uetusto, nascuntur.

Cap.21.uer.17. in contrarium tradidit. melius in uetusto, trãducit.

Cap.22.uer.16. quæ sæpe tuto ac facili datur. Melius in uetusto, quæ sæpe tuto ac facili aditur.

Cap.23.uer.19. cedunt redeuntiq;. Rectius in uetusto, eunt redeuntq;.

Cap.29.uer.9. quod potentißimum, rectius in eodem, potißimum.

Cap.30.uer.8. Cuius osculũ etiam impediret uiri uota boni. Rodulphus diuinat, impenderet uiro notam bono. Hoc tolerabilius esset, si pro impenderet, haberetur, impingeret. Sed prior lectio mihi uidetur argutior. Aduota enim dijs facienda puri debebant accedere. Tametsi compositio uerborum durior est in utraq; lectione.

Cap.eodem.uer.11. Quomodo ille. melius illi, & mox, ipsos rectius quàm ipsas.

Cap.34.uer.16. cum exceptione uenit. Aliàs, ueniet.

Cap.36.uer 12. qui præstat errori. Rodulphus legit, fidem præstat errori, atq; ita sanè scriptum habebat exemplar uetustißimum, manu descriptum, Ibidem. ut bono priori domino, bona legendum.

Cap.39 uer.5. pro portionem feram, Rodulphi codex habebat, possessionem feram. At non satis probatur.

IN LIBRVM V.

Cap.1.uer.9. Tibi autem hominum, lege, homini.

Cap.2.uer.4. & uictus quoq; uelis cedere. Melius, nolis.

Non magis uictus est, tanquam. si pro tanquam legas, quàm, tolerabilis est lectio. atq; ea ferebatur in uetustißimo codice, licet aliud diuinauerit Agricola.

Cap.7.uer.25. Natura sibi dedit. Rodulphus refragantibus exemplaribus, mutauit, Nemo sibi debet.

Cap.16.uer.19. ut saluus esse non posset, salua legit Agricola.

Cap.22.uer.7. lege peccare prohibebo.

Cap.25.uer.15 quos obsequentes. melius, quo obsequentes.

IN LIBRVM VI.

Cap.6.uer.5. Vtrum plus debeatur nihil. pro nihil lege, mihi.

Cap.8. Sæpe hostis. uer.8. Rodulphus mauult, testis. Ac mox pro causa & gratia, in quibusdam melius erat, causæ & gratiæ.

Cap.14.uer.3. statim initio. Si nomina uestra, nostra melius habebat uetus codex.

Cap.17.uer.2. artificiorum institutoribus. Rodulphus mauult institoribus.

Cap.18.uer.1. Platon cum flamen. Codex Rodulphi habebat Platoni, At non probatur.

Cap.20.uer.11. lege, quia me instrumentum utilitatis suæ fecit.

Cap.23.uer.27. quum maxime. Alij quammaxima. Maxima probo, cæterum Senecæ familiare est, superlatiuis præponere, cum siue quum.

Cap.25.uer.12. & uali trepidante. lege, uallum trepidante.

Cap.33.uer.5. si illi stultam. Vetustiss. si illi semel stultam.

Mox pro, ad summam. lege ad summa.

Cap.37.uer.6. in exilio meo Melius omissa præpositione exilio meo.

Cap.42 uer.1. statim initio. lege, Soleo mi Liberalis. Mox contra summam fiduciam sui. Rodulphus mauult, contra summa fiducia sui. & consentiebat codex ille uetustus. Contra usurpauit pro imo.

IN LIBRVM VII.

In primo statim uersu. Quidam habebant, habeas animum uolo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.2.uer.5.Hæc regula uitæ. Melius in alijs, Hac regula uitæ. Item ambitus concutit. In alijs, ambitus non concutiet. At non placet sicut nec cætera quæ hic diuinat Agricola.
Cap.4.uer.19. Quemadmodum probemus. Rodulphus, Quin age dum. Vide an placeat.
Et aliquanto post. Is inquis cuius. Commodius est in quibusdam, inquit.
Cap.7.uer.1. Bion, aliàs, Dion.
Cap.10.uer.9. Vmbra quædam auariciæ. In alijs, umbra quadam.
Cap.15.uer.15. sed non potes dicere. Alij efficere. Forte, potest legendum pro potes. imò sic habebat codex Agricolæ: Consentiebat & uetus ille, nisi quod quidam t, uirgula dispunxerat.
Cap.16.uer.1. Quid tamen sentiam quæris. Commodior erat uetusti codicis lectio. Si tamẽ quid sentiam quæris, & uis signare responsum, hic beneficium, &c.
Mox non habeo. In alijs, non debeo. Arbitror legendum non habes, siue non debes. In uetusto codice, rasor aliquis deletis prioribus, reposuerat, ille respondeat, habeo.
Infertus, quia mutatus est ille, te mutat? In uetusto rectius, te mutas?
Cap.19. uer. 26. Apollodorum & Phalarim. Codex Agricolæ habebat, pro halantum & Titanum. Ex priore fecerat, Halantum. nec abhorrebant uestigia uetusti codicis, etiam si quispiam fecerat ex phalanto Phalarim.
Cap.23.uer.3. pro, itaq;, lege itaq;. Ac mox, hoc quidem se persuasurum putauit. Rodulphus addidit negandi particulam, ne hoc quidem, &c.
Cap.27.uer. 11. pro inter rapientes reuerentem. In uetusto scriptum erat, referentem.
Cap.31.uer. 5. ignoranti dare. Rodulphus legit, ignorantibus, ut respondeat ad id quod sequitur, gratis.
Versu penultimo, Cap.32. Perit mihi beneficium. Rectius in uetusto perijt.

LVCII ANNEI SENECAE DE MVNDI GVBERNATIONE, DIVINA PROVIDENTIA, ET QVALITER MVLTA MALA BONIS VIRIS ACCIDVNT LIBER VNVS.

al. mundum regeret.

QVAESISTI à me Lucili, quid ita si diuina prouidentia † mundus ageretur, multa bonis uiris accederent mala. Hoc cõmodius in cõtextu operis redderetur, cũ præesse uniuersis prouidentiam probaremus, & interesse nobis deũ. Sed quoniam à toto particulam reuelli placet, & unam cõtradictionẽ manente lite integra soluere, faciam rem non difficilem † causam deorũ agenti. Superuacuũ est in præsentia ostendere, non sine aliquo custode tantũ opus stare, nec hunc syderũ certũ cursum & discursum fortuiti impetus esse, & quæ casus incitat sæpe turbari, & cito arietare, hanc inofensam uelocitatẽ procedere æternæ legis imperio, tantũ rerũ terra mariq; gestantem, tantũ clarissimorũ luminũ ex dispositione lucentiũ: non esse materiæ errantis hunc ordinem, neq; quæ temerè coierunt, tanta arte pendere, ut terrarũ grauissimũ pondus sedeat immotũ & circa se properantis cœli fugam spectet, ut infusa uallibus maria molliant terras, nec ullũ incrementũ fluminũ sentiant, ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Nec illa quidẽ quæ uidentur confusa & incerta, pluuias dico nubesq;, & elisorũ fulminũ ictus, & incendia ruptis montiũ uerticibus effusa, tremores labantis solũ, & alia quæ tumultuosa pars rerũ circa terras mouet, sine ratione, quamuis subita sint, accidũt: sed & illa causas habent nõ minus, quàm quæ alienis locis conspecta miracula sunt, ut in medijs fluctibus calentes aquæ, & noua insularũ in uasto exilientiũ mari spacia. Iam uerò si quis obseruauerit nudari littora pelago in se recedente, eadẽq; intra exiguũ tẽpus operiri, credet † certa quadã uolutatione modo cõtrahi undas, & introrsum agi, modo erumpere, & magno cursu repetere sedẽ suã: cũ illæ interim portionibus crescunt, & ad horã ac diẽ subeunt ampliores minoresq;, prout illas lunare sydus elicuit, ad cuius arbitriũ oceanus exundat: suo ista tempori reseruẽtur. Eo quidẽ magis, quod tu non dubitas de prouidentia, sed quereris, in gratiã te reducã cũ dijs. Aduersus optimos optimus sis, neq; enim natura patitur, ut unq; bona bonis noceant. Inter bonos uiros ac deũ amicitia est, cõciliante uirtute, Amicitia dico, imò etiã necessitudo & similitudo, quoniam quidẽ bonus, tempore tantũ à deo differt, discipulus eius æmulatorq; & uera progenies, quem parens ille magnificus, uirtutũ non lenis exactor, sicut seueri patres, durius educat. Itaq; cũ uideris bonos uiros acceptosq; dijs, laborare, sudare, per arduũ cõscendere, malos aũt lasciuire, & uoluptatibus fluere, cogita filiorũ nos modestia delectari, uernularũ licẽtia, Illos disciplina tristiori cõtineri, horũ ali audaciã. Idem tibi de deo liqueat. Bonũ uirũ in delitijs nõ habet, Experiẽ, indurat, sibi illũ præparat. De

aliter causam deorũ agam

aliter cæca

De sustinendo impetum aduersitatis.

QVare multa bonis uiris aduersa eueniunt? Nihil accidere bono uiro malí potest. Non miscentur cõtraria, Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum uis fontium non mutant saporem maris, neq; remittunt quidem, Ita aduersarum impetus rerum uiri fortis non uertit animum. Manet in statu, & quicquid euenit, in suũ colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior: nec hoc dico, non sentit illa, sed uincit, & alioquin quietus placidusq; cõtra incurrentia attollitur. Omnia aduersa, exercitationes putat. Quis aũt uir, modo erectus ad honesta, non est laboris appetens iusti, & ad officia cũ periculo promptus? Cui non industrio ocium pœna est? Athletas uidemus, quibus uiriũ cura est, cũ fortissimis quibuscunq; cõfligere, & exigere ab his, per quos certamini præparantur, ut totis contra ipsos uiribus utantur, cædi uexariq; patiuntur, & si non inueniunt singulos pares, pluribus simul obijciuntur. Marcet sine aduersario uirtus. Tunc apparet quanta sit, quantum ualeat, polleatq;, cũ quid possit patientia, ostendit. Scias licet idem uiris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia nõ formident, nec de fato querantur. Quicquid accidit, boni cõsulant, in bonũ uertant. Non quid, sed quemadmodum feras, interest. Non uides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubẽt liberos ad studia obeunda mature, feriatis quoq; diebus non patiuntur esse ocioſos, & sudorem illis, & interdum lachrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in umbra uolunt. Nunq; flere, nunq; cõtristari, nunq; laborare. Paternũ deus habet aduersus bonos uiros animũ, & illos fortius amat, & operibus, doloribus, ac damnis exagitat, ut uerũ colligant robur. Languent per inertiam saginata, nec labore tantũ, sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Non fert ullũ ictũ illæsa felicitas. At ubi assidua fuit cũ incõmodis suis rixa, callum per iniurias duxit, nec ulli malo cedit, sed etiam si succiderit, de genu pugnat. Miraris tu, si deus ille bonorum amantissimus, qui illos quàm optimos atq; excellentissimos uult, fortunã illis cũ qua exerceantur assignat? Ego uero non miror, si aliquando impetũ capiunt. Spectant dij magnos uiros colluctantes cũ aliqua calamitate. Nobis interdũ uoluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram uenabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoq; spectaculũ est gratius, quanto id † honestius fecit. Non sunt ista quæ possunt deorũ in se uultũ cõuertere, sed puerilia & oblectamenta humanæ leuitatis. Ecce spectaculũ dignũ, ad quod respiciat intentus operi suo deus. Ecce par deo dignũ, uir fortis cũ mala fortuna cõpositus, utiq; si & prouocauit. Non uideo inquam quid habeat in terris Iuppiter pulchrius, si cõuertere animum uelit, quàm ut spectet Catonem, iam partibus non semel fractis stantem, nihilominus inter ruinas publicas erectum. Licet, inquit, omnia in unius cõditionẽ cõcesserint, custodiantur legionibus terræ, classibus maria, & Cæsarianus portas miles obsideat, Cato quà exeat habet. Vna manus latam libertatem nostram faciet. Ferrũ istud in ciuili bello purũ & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. Libertatẽ quam patriæ non potuit dare, Catoni dabit. Aggredere animẽ diu meditatum opus, eripe te rebus humanis. Iam Petreius & Iuba concurrerunt, iacentq; alter alterius manu cæsi. Fortis & egregia fati conuentio, sed quæ non deceat magnitudinẽ nostram. Tam turpe est Catoni mortem ab ullo petere, quàm uitã. Liquet mihi, cũ magno spectasse gaudio deos, quũ iam ille uir acerrimus suí uindex, alienæ saluti consulit, & instruit discedentium fugam, cũ etiam studia nocte ultima tractat, cũ gladium sacro pectori infigit, cũ uiscera spargit & illam sanctissimam animam indignamq; quæ ferro contaminaretur, manu educit. Inde crediderim fuisse parum certũ & inefficax uulnus, non fuit dijs immortalibus satis spectare Catonem semel, retenta ac reuocata uirtus est, ut in difficiliori parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors † initur, quàm repetitur. Quid ni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu euadentem? Mors illos consecrat, quorum exitum etiam qui timent, laudant.

al. honestior

al. inuitatur

SEd iam procedẽte oratione ostendã, quàm nõ sint quæ uidentur mala: nũc illud dico, ista quæ tu uocas aspera, quæ aduersa & abominanda, primũ pro ipsis esse, quibus accidunt, deinde pro uniuersis, quorũ maior dijs cura est, quàm singulorum. Post hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc uolentibus accidere, eos dignos malo esse, si nolint. His adijctã, fato ista sic esse, recte eadẽ lege his euenire qua sunt boni: persuadebo deinde tibi, ne unq̃ boni uiri miserearis. potest enim miser dici, nõ potest esse. Difficillimũ ex omnibus quæ proposui uidetur, pro ipsis esse quibus eueniunt, ista quæ horremus ac tremimus. Pro ipsis est, inquit, in exiliũ proijci, in egestatẽ deduci, liberos, cõiugẽ efferre, ignominia affici, debilitari? Si miraris, hoc pro aliquo esse, miraberis quosdã ferro & igne curari, nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris tecũ, remedij causa quibusdã & radi ossa, & lædi & extrahi uenas, & quædã amputari mẽbra, quæ sine totius pernicie corporis hærere non poterant, hoc utiq̃ patieris probari tibi, quædã incõmoda pro his esse, quibus accidũt: tam mehercules q̃ quædã quæ laudãtur, atq̃ appetũtur cõtra eos esse, quos delectauerunt, simillima cruditatibus, ebrietatibusq̃, & cæteris quæ necãt per uoluptatẽ. Inter multa magnifica Demetrij nostri & hæc uox est, à qua recẽs sum, sonat adhuc & uibrat in auribus meis, Nihil, inquit, mihi uidetur infelicius eo, cui nihil unq̃ aliquid euenit aduersi. Nõ licuit enim illi se experiri, ubi ex uoto illi fluxerũt omnia, uel ante uotũ: male tamen de illo dij iudicauerũt, Indignus uisus est, à quo uinceretur aliquãdo fortuna, quæ ignauissimũ quẽq̃ refugit, quasi dicat: Quid ego istũ aduersariũ mihi assumã? statim arma submittet. Nõ opus est in illũ tota potẽtia mea, leui cõminatione pelletur. Non potest sustinere uultũ meũ. Alius circũspiciatur, cũ quo cõferre possimus manũ, pudet cõgredi cũ homine uinci parato. Ignominiã iudicat gladiator cũ inferiore cõponi, & scit eũ sine gloria uinci, qui sine periculo uincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quærit, quosdã fastidio transit, Cõtumacissimũ quenq̃ & rectissimũ aggreditur, aduersus quem suam uim intendat. Ignemq̃ experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exiliũ in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenũ in Socrate, mortem in Catone. Magnũ exemplum, nisi mala fortuna, non inuenit, Infelix est Mutius, quod dextera ignes hostium premit? & ipse à se exigit erroris sui pœnas? quod Regem quẽ armata manu nõ potuit, exusta fugat? Quid ergo, felicior esset, si in sinu amicæ foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum à rep. uacauit, fodit? quod bellum tam cũ Pyrrho, quàm cum diuitijs gerit? quod ad focum cœnat illas ipsas radices, & herbas, quas in agro triumphalis senex euulsit? Quid ergo, felicior esset, si in uentrem suum longinqui littoris pisces, & peregrina aucupia congereret? Si conchylijs superi atq̃ inferi maris, pigriciam stomachi nauseantis erigeret? Si ingenti pomorum strue cingeret, primæ formæ feras captas multa cæde uenantium. Infelix est Rutilius, quod qui illum damnauerunt, causam dicent omnibus seculis: quod æquiore animo passus est se patriæ eripi, quàm sibi exilium: quod Syllæ dictatori solus aliquid negauit, & reuocatus non tantum retro cessit, sed longius fugit? Viderint, inquit, hoc isti, quos Romæ deprehendit felicitas tua. Videant largum in foro sanguinem, & supra seruilianum lacum (Id enim proscriptionis spoliarium est) senatorum capita, & passim uagantes per urbem percussorum greges, & multa milia ciuium Romanorum uno loco posit fidem, imò per ipsam fidem trucidata. Videant ista, qui exulare non possunt. Quid ergo, felix est Lucius Sylla, quod illi descendenti ad forum gladio submouetur, quod capita cõsularium uirorum patitur ostendi, & precium cædis per quæstorem ac tabulas publicas numerat. Et hæc omnia facit ille qui legem Corneliam tulit. Veniamus ad Regulum, quid illi fortuna nocuit? quod illum documentum fidei, documentũ patientiæ fecit? Figunt cutem claui, & quocunq̃ fatigatum corpus reclinauit, uulneri incumbit, & in perpetuam uigiliam suspensa sunt lumina. Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriæ. Vis scire, quàm nõ pœniteat hoc precio æstimasse uirtutẽ? Refice tu illũ, & mitte in senatum, eandem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu Mecœnatem putas, cui amoribus anxio, & morosæ uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarũ cantũ ex longinquo lene resonantiũ quæritur? Mero se licet sopiat, & aquarum fragoribus auocet, & mille uoluptatibus mentem anxiam fallat, tam uigilauit in pluma, quàm ille in cruce. Sed illi solatium est pro honesto dura tolerare, & ad causam à patientia respicit: hunc uoluptatibus marcidum, & felicitate nimia laborantem, magis his quæ patitur uexat causa patiendi. Non usq̃ eò in possessionem generis humani uitia

uitia uenerunt, ut dubium sit, an electione fati data, plures Reguli nasci quàm Mecœnates uelint. Aut si quis fuerit, qui audeat dicere Mecœnatem se quàm Regulum nasci maluisse, idem iste, taceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tu natum Socratem iudicas, quod illam potionem publice mixtam non aliter quàm medicamentũ immortalitatis eduxit, & de morte disputauit usq̃ ad ipsam? Male cum illo actum est? Congelatus est sanguis, ac paulatim frigore inducto uenarum uigor constitit. Quanto magis huic inuidendum est, quàm illis quibus gemma ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus, exectæ uirilitatis aut dubiæ, suspensam auro niuem diluit. Hi quicquid biberint uomitu remittunt tristes, & bilem suam regustantes. At ille uenenum lætus & libens hauriet. Quod ad Catonem pertinet, satis dictum est, suamq̃ illi felicitatem contigisse consensus hominum fatebitur. Quem sibi rerum natura delegit, cum quo metuenda collideret. Inimicitiæ potentum graues sunt. Opponatur simul Pompeio, Cæsari & Crasso. Graue est à deterioribus honore anteiri, Vatinio postferatur. Graue est ciuilibus bellis interesse, toto terrarum orbe pro causa bona tam feliciter quàm pertinaciter militet. Graue est sibi manus afferre, faciat. Quid per hoc consequar? ut omnes sciant non esse hæc mala, quibus ego dignum Catonem putaui.

aliter remittuntur.

De prosperitate.

PRospera in plebem ac uilia ingenia deueniunt. At calamitates terroresq̃ mortalium sub iugum mittere, propriũ magni uiri est. Semper uerò esse felicem, & sine morsu animi uelle trãsire uitam, ignorare est rerũ naturæ alteram partem. Magnus es uir, sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendæ uirtutis? Descẽdisti ad Olympia, sed nemo præter te: uictoriam non habes, olympiam coronam habes. Non gratulor tanq̃ uiro forti, sed tanq̃ cõsulatũ præturamúe adepto, honore auctus es. Idẽ dicere & bono uiro possum, si illi nullam occasionẽ difficilior casus dedit, in qua unum sui animi ostenderet. Miserũ te iudico, quod non fuisti miser, transisti sine aduersario uitam. Nemo sciet, quid potueris, nec tu quidẽ ipse. Opus est enim ad noticiam sui experimento, quid quidẽ quisq̃ posset, nisi tentando non didicit. Itaq̃ quidã ultro se cessantibus malis obtulerunt, & uirtuti iter in occasionem per quam enitescerent, quæsierunt. Gaudent, inquam, magni uiri aliquando rebus aduersis, non aliter quàm fortes milites belli triumpho. Ego Mirmillonem sub C. Cæsare de raritate munerum audiui querentẽ. Quam bella, inquit, ætas perit, Auida est periculi uirtus, & quò tendat, non quid passura sit, cogitat, quoniã & quod passura est, gloriæ pars est. Militares uiri gloriantur uulneribus, læti fluentem meliore casu sanguinem ostentant. Idem licet fecerint, qui integri reuerturntur ex acie, magis spectatur, qui saucius redit. Ipsis inquam deus consulit, quos esse quàm honestissimos cupit, quoties illis materiã præbet aliquid animose fortiterq̃ faciendi. Ad quam rem opus est aliqua rerũ difficultate. Gubernatorẽ in tempestate, in acie militem intelligas. Vnde possum scire, quantũ aduersus paupertatem tibi animi sit, si diuitijs diffluis? Vnde possum scire, quantũ aduersus ignominiam & infamiam, odiũq̃ populare cõstantiæ habeas, si inter plausus senescis, si te inexpugnabilis, & inclinatione quadã mentiũ pronus, fauor sequitur? Vnde scio, quàm æquo animo laturus sis orbitatẽ filiorũ, si quoscunq̃ sustulisti uides? Audiui te, cũ alios consolareris: tunc conspexissem, si te ipse consolatus esses, si te ipse dolere uetuisses. Nolite obsecro uos expauescere ista, quæ dij immortales uelut stimulos admouent animis. Calamitas uirtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros, qui nimia felicitate torpescunt, quos uelut in mari lento tranquillitas itineris detinet. Quicquid illis inciderit, nouũ ueniet. Magis urgent sæua inexpertos. Graue est nõ assuetis ferre ceruicibus iugũ. Ad suspicionẽ uulneris tyro pallescit, audacter ueteranus cruorẽ suũ spectat, qui scit se sæpe uicisse post sanguinẽ. Hos itaq̃ deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Eos aũt quibus indulgere uidetur, quibus parcere, molles uenturis malis seruat. Erratis enim si quẽ iudicatis exceptũ. Sed ueniet ad illũ diu se liceẽ sua portio. Quisquis uidetur dimissus esse, dilatus est. Quare deus optimũ quemq̃ aut mala ualetudine, aut luctu, aut incõmodis afficit? Quare in castris quoq̃ periculosa fortissimis imperãtur? dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidijs,

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut explorent iter, aut præsidium loco deiciant? Nemo eorum qui exeunt dicit, male de me imperator meruit, sed bene iudicauit. Idem dicant quicunq; iubentur pati, timidis ignauisq; flebilia: digni uili sumus deo, in quibus experiretur, quantū humana natura posset pati. Fugite delitias, fugite eneruatam felicitatem, qua animi † marcescunt, & nisi aliquid interuenit quod humanæ sortis admoneat, uelut perpetua ebrietate sopiti. Quem specularia semper à flatu uindicârunt, cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt, cuius cœnationes subditus & parietibus circumfusus calor temperauit, hunc leuis aura non sine periculo stringit. Cum omnia quæ excesserint modum noceant, periculosissima felicitatis intemperantia est. Mouet cerebrum, in uarias mentem imagines euocat, multum inter falsum ac uerum mediæ caliginis fundit. Quid ni id satius sit, perpetuam infelicitatem † quæ aduocat ad uirtutem, sustinere, quàm infinitis atq; immodicis bonis rumpi? Leuior ieiunio mors est, cruditate † dissiliunt. Hanc itaq; rationē dij sequuntur in bonis uiris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab his exigunt, in quibus certior spes est. Nunquid tu inuisos esse Lacedæmonijs liberos tuos credis, quorum experiuntur indolem publice uerberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac semianimes rogant, perseuerent uulnera præbere uulneribus. Quid mirum, si dure generosos spiritus deus tentat? Nunq; uirtutis molle documentum est. Verberat nos & lacerat fortuna. Patimur. Non est sæuitia, certamen est, quo sæpius adierimus, fortiores erimus. Solidissima pars est corporis, quam frequens usus agitauit. Prædendi fortunæ sumus, ut contra illam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat. Contemptū periculorum assiduitas periclitandi dabit. Sic sunt nautica corpora ferendo mari dura. Agricolis manus tritæ. Ad excutienda tela militares lacerti ualent. Agilia sunt membra cursoribus. Id in quoq; solidissimum est, quod exercuit. Ad contemnendam malorum potentiam, animus patientia peruenit, quæ quid in nobis efficere possit scies, si aspexeris quantum nationibus nudis & inopia fortioribus, labor præstet. Omnes considera gentes, in quibus Romana pax desinit, Germanos dico, & quicquid circa Istrū uagarum gentium occursat. Perpetua illos hyems, triste cœlū premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, super durata glacie stagna persultant, in alimentum feras captant. Miseri tibi uidentur? Nihil miserū est, quod in naturam consuetudo perduxit. Paulatim enim uoluptati sunt, quæ necessitate cœperūt. Nulla illis domicilia, nullæq; sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit. Vilis, & hic quærendus manu uictus, horrenda iniquitas cœli, intecta corpora, hoc quod tibi calamitas uidetur, tot gentium uita est. Quid miraris bonos uiros, ut cōfirmentur cōcutit? Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens uentus incursat, ipsa enim uexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt, quæ in aprica ualle creuerūt. Pro ipsis ergo bonis uiris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolosa uersari, & æquo animo ferre quæ non sunt mala, nisi male sustinenti.

al. madescunt

al. aduocante uirtute al. dissilit

A Dijce nunc, quod pro omnibus est optimum, quemq; (ut ita dicam) militare, & edere operas. Hoc est propositum deo, sapienti uiro ostendere, hæc quæ uulgus appetit, quæ reformidat, nec bona esse nec mala. Apparebunt autem bona esse, si illa non nisi bonis uiris tribuerit, & mala esse, si malis tantum irrogauerit. Detestabilis erit cæcitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui eruendi sunt. Itaq; careant luce Appius & Metellus. Non sunt diuitiæ bonum. Itaq; habeat illas & Ellius leno, ut homines pecuniam cum in templis consecrauerint, uideant & in fornice. Nullo modo magis potest deus concupita traducere, quàm si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit. At iniquum est, bonum uirum debilitari, aut confringi, aut alligari, malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porrò, non est iniquum, fortes uiros arma sumere, & in castris pernoctare, & pro uallo obligatis stare uulneribus: interim in urbe securos esse, præcisos & professos impudicitiam? Quid porrò, non est iniquum nobilissimas uirgines ad sacra facienda noctibus excitari, altissimo somno inquinatas fruis

al. consulitur

Labor optimos citat. Senatus per totum diem † consultat sæpe, cum illo tempore utilissimus quisq; , aut in campo otium suum oblectet , aut in popina lateat , aut tempus in aliquo

aliquo circulo terat. Idem in hacre magna publica fit, boni uiri laborant, impediuntur, uolentes quidem, non trahuntur à fortuna, sed sequuntur illam, & æquo gradu, si scissent, antecessissent. Hanc quoque animosam Demetrij fortissimi uiri uocem audisse me memini. Hoc unum, inquit, dij immortales, de uobis, queri possum, quod nō ante mihi uoluntatem uestram notam fecistis. Prior enim ad ista uenissem, ad quæ nūc uocatus assum. Vultis liberos sumere, illos uobis sustuli. Vultis aliquam partem corporis? sumite. Non magnam rem promitto, cito totum relinquam. Vultis spiritum? Quid ni? nullam moram faciam, quo minus recipiatis quod dedistis. A uolente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? maluissem offerre quàm tradere, Quid opus fuit auferre? accipere potuistis, sed ne nunc quidem auferetis: quia nihil eripitur, nisi retinenti. Nihil cogor, nihil patior inuitus, nec seruio deo, sed assentio, Eo quidem magis, quod scio omnia certa, & in æternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt, & quantum cuiq; temporis restet, prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, priuata ac publica longus ordo rerum trahit. Ideo fortiter omne ferendum est, quia non (ut putamus) incidunt cuncta, sed ueniunt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas, & quamuis magna uideatur uarietate singulorū uita distingui, summa in unum uenit. Accepimus peritura perituri. Quid ita indignamur? quid querimur? Ad hoc parati sumus. Vtatur ut uult, suis natura corporibus. Nos læti ad omnia & fortes cogi temus, nihil perire de nostro. Quid est boni uiri? præbere se fato. Grande solatium est cum uniuerso rapi. Quid est quod nos sic uiuere, sic mori iusserit? Eadem necessitas & deos alligat, irreuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidē fata, sed sequitur. Semper paret, semel iussit. Quare tamen deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonis uiris paupertatem, uulnera, & acerba funera asscriberet? Non potest artifex mutare materiam. Hæc passa est, Quædam separari à quibusdam non possunt, cohærent, indiuidua sunt. Languida ingenia, & in somnum itura, aut in uigiliam somno simillimam, inertibus nectuntur elementis: ut efficiatur uir, cum cura dicendus, fortiore fato opus est. Non erit illi planū iter, sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur, ac nauigium in turbido regat. Contra fortunam illi tenendus est cursus. Multa accident dura, aspera, sed quæ molliat & complanet ipse. Ignis aurum probat, miseria fortes uiros. Vide quàm alte se extendere debeat uirtus. Scies illi non per secura uadendum esse. Ardua prima uia est, & qua uix mane recētes Enituntur equi, medio est altissima cœlo, Vnde mare & terras ipsi mihi sæpe uidere Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus. Vltima prona uia est, & eget moderamine certo. Tunc etiam quæ me subiectis excipit undis, Ne ferar in præceps Thetis solet ipsa uereri. Hæc cum audisset ille generosus adolescens, Placet, inquit, uia, Ascendo. Est tanti per ista ire casuro. Non desinit animum metu territare, Vtq; uiam teneas, nulloq; errore traharis, Per tamen aduersi gradieris cornua tauri. Hæmoniosq; arcus, uiolentiq; ora leonis. Post hæc ait, Finge datos currus. His quibus deterreri me putas, incitor, Libet illic stare, ubi ipse sol trepidat, humilis & inertis est tuta secare, per alta uirtus it.

QVare tamen bonis uiris patitur aliquid mali deus fieri? Ille uero non patitur. Omnia mala ab illis remouit, scelera & flagitia, & cogitationes improbas, & auida consilia, & libidinem cæcam, & alieno imminentem auaritiam. Ipsos tuetur ac uendicat. Nunquid hæc quoq; à deo aliquis exigit, ut bonorum uirorum etiam sarcinas ferueat? Remittunt ipsi hanc deo curam, externa cōtemnunt. Democritus diuitias proiecit, onus illas bonæ mentis existimans. Quid ergo miraris, si id deus bono accidere patitur, quod uir bonus aliquando uult sibi accidere? Filios amittūt uiri boni. Quid ni, cum aliquando & occidant? In exilium mittuntur. Quid ni, cum aliquando ipsi patriam non repetituri relinquant? Occiduntur. Quid ni, cum aliquando ipsi sibi manus afferant? qui etiam quædam dura patiuntur, ut alios pati doceant? Nati sunt in exemplar. Puta itaq; deum dicere, Quid habetis, quod de me queri possitis uos, quibus recta placuerunt? Alijs bona falsa circumdedi, & animos inanes, uelut longo fallaciq; somnio lusi. Auro illos argento, & ebore adornaui, intus boni nihil est. Isti quos pro felici-

A bus aspi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

al. cernuntur bus aſpicitis, ſi nō quà † occurrunt, ſed qua latent uideritis, miſeri ſunt, ſordidi, turpes, ad ſimilitudinem parietum ſuorum extrinſecus culti. Non eſt iſta ſolida & ſyncera felicitas, cruſta eſt, & quidem tenuis. Itaque dum illis licet ſtare, & ad arbitrium tuum oſtendi, nitent & imponunt: cum aliquid inciderit, quod diſturbet ac detegat, tunc apparet quantum altæ ac ueræ fœditatis alienus ſplendor abſconderit. Vobis dedi bona certa manſura, quanto magis uerſaueritis, & undique inſpexeritis, melhora maioraq;. Permiſi uobis, metuenda cōtemnere, cupienda faſtidire. Non fulgetis extrinſecus, Bona ueſtra introrſus obuerſa ſunt. Sic mundus exteriora contemplit, ſpectaculo ſui lætus. Intus omne poſuit bonum. Non egere felicitate, felicitas ueſtra eſt. At multa incidunt triſtia, horrenda, dura toleratu, quia non poteram uos iſtis ſubducere, animos ueſtros aduerſus omnia armaui. Ferte fortiter, hoc eſt, quo deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum eſt, uos ſupra patientiam. Contemnite paupertatem. Nemo tam pauper uiuit, quàm natus eſt. Contemnite dolorem, quia aut ſoluetur, aut ſoluet. Contemnite fortunam, Nullū illi telum quo feriret animum, dedi. Ante omnia curaui, ne quis uos teneret inuitos. Patet exitus. Si pugnare non uultis, licet fugere. Ideoq; ex omnibus rebus, quas eſſe uobis neceſſarias uolui nihil feci facilius, quàm mori. Prono animam loco poſui, trahitur. Attendite modo, & uidebitis quàm breuis ad libertatem, & quàm expedita ducat uia. Non tam longas in exitu uobis quàm intrantibus moras poſui, alioqui magnum in uos regnum fortuna tenuiſſet, ſi homo tam tarde moreretur, quàm naſcitur. Omne tempus, omnis uos locus doceat, quàm facile ſit renunciare naturæ, & munus ſuum illi impingere. Inter ipſa altaria & ſolennes ſacrificantium ritus, dum optatur uita, mortem condiſcite, corpora opima taurorum exiguo cōcidunt uulnere, & magnarū uirium animalia humanæ manus ictus impulit, tenui ferro commiſſura ceruicis abrumpitur, & cum articulus ille, qui caput collumq; committit, incīſus eſt, tanta illa moles corruit. Non in alto latet ſpiritus, nec utique ferro eruendus eſt. Non ſunt uulnere impreſſo ſcrutanda præcordia. In proximo mors eſt. Non certum

al. pronum ad hos ictus deſtinaui locum, quacunq; ui † peruium eſt. Ipſum illud quod uocatur mori quo anima diſcedit à corpore, breuius eſt, quàm ut ſentiri tanta uelocitas poſsit, ſiue fauces nodus eliſit, ſiue ſpiramentum aqua præcluſit, ſiue corpus lapſum ſubiacentis ſoli duricia comminuit, ſiue hauſtus ignis curſum animæ remeantis interſcidit, quicquid eſt properat. Ecquid erubeſcitis? Quod tam cito fit, timetis diu?

Libri de diuina prouidentia finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCEIVM DE paupertate liber unus: continens ſententias é Senecæ ſcriptis concinnatas in morem centonis.

HOneſta, inquit Epicurus, res eſt paupertas læta. Illa uero iam paupertas eſt, ſi eſt læta. Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Non qui parum habet, ſed qui plura cupit, pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum paſcat aut fœneretur, ſi alieno imminet, ſi non acquiſita, ſed acquirenda concupiſcit? Quis ſit modus diuitiarum, quæris. Primo habere quod ueceſſe eſt, Secūdo quod ſatis eſt. Nulli poteſt ſecura uita contingere, qui de re producenda nimis cogitat. Nullum bonum iuuat habentem, niſi ad cuius amiſsionem præparatus eſt animus. Magnæ diuitiæ ſunt, lege naturæ compoſita paupertas. Lex autem naturæ ſcis, quos terminos nobis ſtatuit? Non eſurire, non ſitire, non algere. Non eſt neceſſe ſuperbis aſsidere liminibus, non eſt neceſſe maria tempeſtare, nec caſtra ſequi, facile eſt quod natura deſiderat & appoſitum. Ad ſuperua cua ſudatur. Illa ſunt quæ togam terūt, quæ nos ſeneſcere cogunt, quæ in aliena littora impingunt. Ad manū eſt quod ſatis eſt. Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Modus quidem honeſtæ continentiæ, ſi alicui ſua non uidentur ampliſsima, licet totius mundi dominus ſit, miſer eſt. Miſer eſt, qui ſe beatiſsimum non iudicat, licet toti mundo imperet. Nihil humanius, quàm quod cum magno emolumento inſidiantis, eripi nihil

eripi nihil poteſt. Quamminimū in corpore tuo ſit ſpoliorum, Nemo ad humanū ſanguinem uenit propter ipſum, uel admodum pauci. Nudum latro tranſmittit, etiam in obſeſſa pauperi uia pax eſt. Is maxime diuitijs affluit, qui minime diuitijs indiget. Si ad naturam uiues, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem, nunquam diues. Exiguum natura deſiderat, immenſum opinio. Si congeratur in te quicquid multi locupletes poſſederunt, ſi ultra priuatū pecuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura ueſtiat, eò delitiarū opum q; perducat, ut terram marmoribus abſcondas, non tantū liceat habere, ſed calcare diuitias: accedant ſtatuæ & picturæ, & quicquid ars ulla luxuriæ auro & argēto elaborauit, maiora cupere ab his diſces. Deſideria naturalia, finita ſunt: ex falſa opinione naſcentia, ubi deſinant non erit. Nullus enim terminus falſo eſt, ueritati aliquid extremum eſt. Error immenſus eſt. Retrahe te ergo à uanis, & cum uoles ſcire an naturalem, an uanam habeas cupiditatem, conſidera num alicubi conſiſtat. Si longe progreſſo ſemper aliquid longius reſtat, ſcito id naturale non eſſe. Paupertas expedita eſt, cum ſecura eſt. Cum claſsicum cecinit, ſcit non ſe peti: cum aliquò conclamatum eſt, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. At cum nauigandum eſt, non ſtrepitu portus, non unius comitatu inquieta ſunt littora. Non circumſtat illum turba hominum, ad quos paſcendos tranſmarinarum regionum optanda eſt ſertilitas, Facile eſt paſcere paucos uentres, & nihil aliud deſiderantes, quàm impleri. Paruo fames conſtat, magno faſtidium. Paupertas contenta eſt deſideriſs inſtantibus ſatisfacere. Sanus diues eſt, qui licet habeat diuitias, eas tamen ut tangentes habet. Quid ergo eſt, quare recuſes eam contubernalem, cuius mores ſanus diues imitatur? Si uis uacare animo, ut pauper ſis optes, aut pauperi ſimilis. Non poteſt ſtudium ſalutare fieri ſine frugalitatis cura. Frugalitas paupertas uoluntaria eſt. Perpeſsi ſunt multi inopiā hominū, reges, uixerunt Barbari radicibus, & dictu fœdam tulerunt famē. Hæc omnia paſsi ſunt pro regno, quo magis mireris alieno. Rebus in aduerſis facile eſt contemnere uitam. Fortius ille facit, qui miſer eſſe poteſt. Dubitabit aliquis ferre paupertatē, ut animū à furoribus liberet? Multis diuitias paraſſe, non finis miſeriarū fuit, ſed mutatio. Non in rebus uitium, ſed in animo ipſo eſt. Iſtud quod paupertatem grauem nobis fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodū nihil refert utrum ægrum in lecto ligneo, aut in aureo colloces, quocūq; illum tranſtuleris morbū ſuum ſecum affert, ſic nihil refert utrū æger animus in diuitijs uel in paupertate ſit. Malum ſuum illum ſequitur, ad ſecuritatē nō eſt opus fortuna, licet irata. Quiduis em̄ neceſsitati ſatis eſt. Ne imparatos nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Serius diuites erimus, ſi ſciemus quàm non ſit graue pauperes eſſe. Incipe cum paupertate habere cōmerciū. Aude opes contemnere, & te quoq; dignū finge deo. Nemo alius dignus deo eſt, niſi qui opes cōtempſit. Quare poſſeſsiones tibi non interdico, ſed efficere uolo, ut illas intrepide poſsideas. Quod uno cōſequeris modo, ſi te etiam ſine illis bene uicturū ſperaueris, & id tibi perſuaſeris, illas tanquam exituras, amplecti ſemper. Diſcedat quiſquis non te, ſed aliū diuitē ſequebatur. Ad hoc unum eſt amanda paupertas, quod à quibus amēris, oſtendat, Multū eſt nō corrumpi diuitiarū contubernio. Magnus ille eſt, qui in diuitijs pauper eſt. Nemo naſcitur diues. Quiſquis exit in lucem, uiſus eſt pane & lacte eſſe cōtentus. Ab his initijs regna nos capiunt. Panem & aquam natura deſiderat. Nemo ad hęc pauper eſt. Item ſiquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendat. Diuitiæ ſunt magnæ, ad legem naturæ compoſita paupertas. Res inquieta felicitas eſt, ipſa ſe exagitat, mouet cerebrū, nō in uno graue. Alios in alium irritat, alios in potentiam, illos inflat, alios mollit. Si uis ſcire quod nihil mali ſit in paupertate, compara inter ſe multum pauperes & diuites. Sæpius pauper & fidelius ridet, nulla ſolicitudine concutitur, in alto eſt. Cura uelut nubes leuis tranſit. Horum, qui felices uocantur, hilaritas ficta eſt: hic enim grauis & ſub purpura lucet, non palam triſtitia eſt, eo quidem grauior, quod interdum non licet palam eſſe miſeros, ſed inter erumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt latere felicem. Abſtrahunt à recto diuitiæ, honores, potentiæ, & cætera, quæ opinione hominū chara ſunt, pretio ſuo uilia. Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum rerū natura deliberandū eſt. Nihil habent iſta magnificū, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentes noſtras in ſe trahat, præter hoc quod mirari illa conſueuimus? Non enim quia cõcupiſcenda illa laudantur, ſed quia laudanda ſunt, concupiſcuntur. Hanc præcedentem cauſam habent diuitiæ. Inflant animos, ſuperbiam & arrogantiã pariunt, inuidiã trahunt, eo uſq; mentem alienant, ut fama pecuniæ nos etiã nocitura delectet. Bona omnia culpa carere decet, pura ſunt hæc, non corrumpunt animos, non ſolicitant, extollunt quidem animos & delectant, ſed ſine timore. Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, diuinæ audaciam. Quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiam.

Libri de paupertate finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD GALIONEM DE REmediis fortuitorum. Eſt oratio per dialogum ſenſus & rationis.

Licet cunctorum poëtarum carmina gremium tuum ſemper illuſtrẽt, aliquando deliberans, hoc tibi opuſculum pro accidentibus caſibus dirigere curaui, quod non præcedentes, ſed poſteri narrabunt. Vnde ergo primum incipimus? Si tibi uidetur, a morte. Ab ultimo, inquis, imò a maximo. Ad hoc præcipue gens humana contremit, nec immerito tibi uidetur hoc facere. Cæteri timores habent aliquẽ poſt ſe locum, mors omnia abcidit. Alia nos torquent, mors omnia deuorat. Omnium quæ horremus ad hanc exitus ſpectat aliorum quæ per circuitum. Etiam qui alioqui ſe nihil timere iudicant, hoc timent, Quicquid aliud extimeſcimus, habet aut remedium, aut ſolatiũ. Si ergo fortuna, aut aliquis tibi palam mortem minetur, omnes terriculas eius deludas.

Morieris, Iſta hominis natura eſt nõ pœna. Morieris, Hac conditione intraui ut exirem. Morieris, Gentiũ ius eſt, quod acceperis reddere. Morieris, Peregrinatio eſt uita. Multa cum deambulaueris, demũ redeundum eſt. Morieris, Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc ueni, hoc ago, huc me ſinguli dies adducunt. Naſcenti mihi natura protinus hunc poſuit terminum. Quid habeo quod indigner? In hæc uerba iuraui. Morieris, Stultum eſt timere, quod uitare nõ poſsis. Iſtud non effugir, etiam qui diſtulit. Morieris, Nec primus, nec ultimus, Multi me anteceſſerunt, omnes ſequentur. Morieris, Hic eſt humani officij finis. Quis ſenex exautorari moleſte tulit? Quò tranſit orbis, ego tranſibo. Quid ergo? neſcio me eſſe animal rationale & mortale? Ad hanc conditionem cuncta gignuntur. Quod cœpit, & deſinit. Morieris, Nihil graue eſt, quod ſemel eſt. Alienum nihil noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi, de quo queri non poſſum, Morieris, Dij melius. Nemo hac re melius mortalibus minari poteſt.

Sed decollaberis. Quid intereſt utrum cæſim moriar, an punctim? Sed ſæpe ferieris, & multi in te gladij concurrent. Quid refert quàm multa ſint uulnera? Non poteſt amplius quàm unum eſſe mortiferum.

Peregre morieris, Vndecunque ad inferos una uia eſt. Peregre morieris, Ego quod debeo, ſoluere paratus ſum. Videat fœnerator ubi me appellet. Peregre morieris, Nulla terra eſt aliena mortuo. Peregre morieris, Non eſt grauior foris quàm domi ſomnus. Peregre morieris, Hoc eſt, in patriam ſine uiatico peruenire.

Sed iuuenis morieris, Optimum eſt antequam optes mori. Iuuenis morieris. Hoc unum eſt quod æquè tam ad iuuenem quàm ad ſenem pertinet. Nõ citamur ex cenſu, nec exigitur numerus annorum. Et adoleſcentes & impuberes eadem fati neceſsitas ducit. Optimum eſt mori, cum iuuat uiuere. Iuuenis morieris. Quicunq; ad extremũ fati ſui uenit, ſenex moritur. Non enim refert quæ ſit hominis ætas, ſed quæ ſit meta. Iuuenis morieris, Fortaſſe alicui malo ſubducit me fortuna, ſi nulli alij, certe uel ſenectuti. Iuuenis morieris, Non refert quot annos habeam, ſed quot acceperim: ſi plus uiuere non poſſum, hæc eſt ſenectus mea.

Inſepultus iacebis. Quid aliud reſpondeam, quàm illud Maronis, Facilis iactura ſepulchri. Si nihil ſentio, nõ pertinet ad me iactura corporis inſepulti. Si ſentio, omnis ſepultura tormentum eſt. Inſepultus iacebis. Cœlo tegitur, qui non habet urnam Quid intereſt ignis me an fera cõſumat, an tẽpus omniũ ſepultura. Iſtud non ſentienti ſuperua-

ſuperuacuũ eſt, ſentienti onus. Inſepultus iacebis, At tu combuſtus, at tu obrutus, at tu incluſus, at tu putridus, at tu euiſceratus & conſtrictus, at traditus lapidi, qui te paulatim edat & exiccet. Nulla eſt ſepultura, non ſepelimur, ſed proiicimur. Non ſepelieris, Quid † inter tutiſsima trepidas? Vltra pœnarũ omniũ terminũ iſte locus eſt. Vitæ multa debemus, morti nihil. Non defunctorum cauſa, ſed uiuorum inuenta eſt ſepultura: ut corpora & uiſu, et odore fœda amouerentur, alios terra obruit, alios flãma conſumpſit, alios lapis oſſa redditurus incluſit, Non defunctis, ſed noſtris oculis parcimus. *al. in re*

Aegroto, uenit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in prælio uir fortis apparet. Exhibetur etiam in lectulo uirtus. Aegroto. Non poteſt iſtud toto ſeculo fieri. Aut ego febrem relinquam, aut ipſa me. Semper una eſſe nõ poſſumus. Cum morbo mihi res eſt, aut uincetur, aut uincet.

Male de te opinantur homines. Sed mali. Mouerer, ſi de me Marcus Cato, ſi Lelius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones, Iſta loquerentur. Nunc malis diſplicere laudari eſt. Non poteſt ullam autoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt male de te loquitur. Male de te loquuntur. Mouerer, ſi iudicio hoc facerent, nunc morbo faciũt, Non de me loquuntur, ſed de ſe. Male de te loquuntur. Bene neſciunt loqui, qui faciunt, non quod mereor, ſed quod ſolent. Quibuſdam enim canibus ſic innatum eſt, ut non pro feritate, ſed pro conſuetudine latrent.

Exulabis, Erras, cum omnia fecerim, patriam meam tranſire non poſſum. Omnium una eſt. Extra hanc nemo † proficiſci poteſt. Exulabis, Nõ patria mihi interdicitur, ſed locus. In quamcunq; terram uenio, in meam uenio. Nulla terra exilium eſt, ſed altera patria eſt. Non eris in patria. Patria eſt, ubicunq; bene eſt. Illud autẽ per quod bene eſt, in homine, nõ in loco eſt. In ipſius poteſtate eſt, quid ſit illi fortuna. Si enim ſapiẽs eſt, peregrinatur. Si ſtultus, exulat. Exulabis. Hoc dicis, alterius loci ciuitate donaberis. *al. proijci*

Dolor imminet. Si exiguus eſt, feramus. Leuis enim eſt patientia. Si grauis eſt, feramus. Non leuis eſt gloria. Dolor clamorẽ exprimit, dũ ſecreta non exprimat. Non poteſt homo par dolori eſſe, nec rationi dolor. Dura res eſt dolor. imò tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles natura ſumus. Naturam infamare nolite, illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid, quod ille ſequitur fugientes?

Paupertas mihi grauis eſt, imò tu grauior paupertati. Non in paupertate uitium eſt, ſed in paupere. Illa expedita eſt, hilaris, tuta. Pauper ſum. Neſcis te opinione, non re laborare. Pauper es, quia uideris. Pauper ſum. Nihil deeſt auibus. Pecora in diem uiuunt, feris ad alimenta ſolitudo ſua ſufficit. Accepit ille grandem pecuniam, abſque dubio ſuperbiam accepit.

Non ſum potens. Gaude, quia impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude, quia facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Hominum illum iudicas? arca eſt. Quis ærario, quis plenis loculis inuidet? Et iſte quem dominum pecuniæ æſtimas pecuniæ loculus eſt. Multum habet. Vtrum auarus, aut prodigus eſt? Si auarus, nõ habet. Si prodigus, non habebit. Iſte quem beatum credis, ſæpe dolet, ſæpe ſuſpirat. Multi illum comitantur. Mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ. Prædam ſequitur iſta turba, non hominem.

Pecuniam perdidi, fortaſſe te illa perdidiſſet. Pecuniam perdidi, ſed habuiſti. Pecuniam perdidi, ſed habebis inde periculi minus. Pecuniam perdidi, O te felicem, ſi cum illa auaritiam perdidiſti. Sed ſi manet illa apud te, es tamen utcunq; felicior, quod tanto malo materia ſubducta eſt. Perdidi pecuniam: & illa quidem quam multos. Eris nũc in uia expeditior, domi tutior. Non habebis, ſed non timebis hæredem. Exonerauit te fortuna ſi intelligis, & tutiore loco poſuit. Damnum putas, remedium eſt. Defles, gemis, miſerum te clamitas quod opibus excuſſus es. Tuo uitio iſta tibi iactura tam triſtis eſt, non tam moleſte ferres, ſi tãquam perditurus habuiſſes. Perdidiſti pecuniam, nempe quam ut tu haberes, alius ante perdiderat.

Oculos perdidi. Habet & nox ſuas uoluptates. Oculos perdidi. Quam multis cupiditatibus uia inciſa eſt, quam multis rebus carebis, quas ne uideres, uel eruendi erant. Non intelligis partem innocentiæ eſſe cæcitatem. Huic oculi adulteriũ monſtrant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

huic inceſtum, huic domum quam concupiſcat, huic urbem, & mala omnia. Certe irritamenta ſunt uitiorum, ducesq; ſcelerum.

Amiſiſti liberos. Stultus es, qui defleas mortem mortalium. Quid iſtud aut nouum, aut mirum eſt? Quàm rara eſt ſine iſto caſu domus. Quid ſi infelicem uoces arborem, a qua ſtante ipſa, cadunt poma? Et hic tuus fructus eſt. Nemo extra ictū uulneris poſitus eſt. Ducūtur ex plebeia domo immatura funera, ducūtur & ex regia. Non eſt idē ordo fati, qui & ætatis. Non quomodo quiſq; uenit, emittitur. Quid inde eſt quod indigneris? Quid cōtra expectationē tuā euenit? Periere perituri. Sed ego illos ſuperſtites optabam. Verum hoc nemo tibi promiſerat. Perierūt liberi mei. Habebant illi cuius eſſent magis quàm tui, apud te precario morabantur. Educandos tibi fortuna mandauerat, recepit illos, nō abſtulit. Naufragium feci. Cogita nō quid perdideris, ſed quod euaſeris. Nudus exij. Sed exiſti. Omnia perdidi. Sed perire potuiſti unà cum omnibus.

In latrones incidi. Sed alius in accuſatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena eſt inſidijs uia. Noli cōqueri quod incideris, uerū gaude quod euaſeris. Inimicos graues habeo. Quomodo aduerſus feras munimēta conquiris, quomodo aduerſus ſerpentes, ſic aduerſus inimicos auxilia circumſpice, quibus illos aut arceas, aut cōpeſcas, aut quod optimum eſt, places. Inimicos habeo. Illud eſt peius, quod amicos non habeas.

Amicum perdidi, iam enim te habuiſſe certum eſt. Amicum perdidi. Alium quære, & ibi eum quæras, ubi inuenire poſsis. Quære inter liberales artes, inter honeſta & recta officia, quære in laboribus. Ad menſam iſta res non quæritur, quære aliquem frugi. Perdidi amicum. Fortem animum habe ſi unum, erubeſce ſi unicum: quid tu in tanta tempeſtate ad unam ancoram ſtabas?

Vxorem bonam amiſi. Verum inueneras bonam an feceras? Si inueneras, habere adhuc te poſſe ex hoc intellīgas licet, quod habuiſti. Si feceras, bene ſpera. Res periit, ſaluus eſt artifex. Amiſi uxorem bonam. Quid in illa probabas? Pudicitiam? Quam multæ diu cuſtoditam perdidere. Decus? Quam multæ inter probatas matronalis ordinis eſſe cœperunt, poſtea inter exempla† naturarum. Delectabat te fides eius? Quam multas ex optimis coniugibus peſsimas uidemus, ex diligentiſſimis ſolutiſsimas. Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris in lubrico eſt. Si bonam uxorem habuiſti, non potes affirmare in illo eam permanſuram fuiſſe propoſito. Nihil tam mobile quàm fœminarum uoluntas, nihil tam uagum. Nouimus ueterum matrimoniorum repudia, & fœdiores diuortio, male cohærentium rixas. Quam multæ quos in adoleſcentia amauerunt in communi reliquere ſenectute, quoties anile diuortium riſimus, quàm multarum notus amor odio notiore mutatus eſt. Sed hæc & fuit bona & fuiſſet, ſi uixiſſet. Mors effecit, ut affirmare ſine periculo poſſis, Bonam uxorem amiſi. Inuenies ſi nihil quæris, niſi bonam, dummodo ne imagines, proauosq; reſpexeris, nec patrimonium cui iam ipſa nobilitas ceſſit. Iſta diu cum forma non repugnabunt. Facilius reges animum, nulla uanitate tumentem. Non multum abeſt a contemptu uiri, quæ ſe nimis ſuſpicit. Duc bene inſtitutam, nec maternis inquinatam uitijs. Non cuius auriculis utrinq; bina patrimonia dependent. Non quam margaritæ ſuffocent, cui minus ſit in dote quàm in ueſte, quàm in patente ſella circumlatam per urbem populus ab omni parte æquè ut maritus inſpexerit, cuius ſarcinis domus non ſit anguſta. Hanc facile ad tuos mores rediges, quam nondum corruperunt publici corruptores. Vxorem bonam amiſi. Non erubeſcis flere, & intolerabilem uocare iacturam. Hoc unum deeſt utrum illam lugeas an non. Cum maritum te cogitaueris, cogita & uirum. Amiſi uxorem bonam. Soror bona non poteſt recuperari, nec mater. Vxor aduenticium bonum eſt, Non eſt inter illa quæ ſemel unicuique contingunt. Amiſi uxorem bonam. Multos tibi numerare poſſum, quibus bonam uxorem lugentibus ſucceſſit melior.

Mors, exilium, luctus, dolor, nō ſunt ſupplicia, ſed tributa uiuendi. Neminem illæſum fata tranſmittunt. Felix eſt, non qui alijs uidetur, ſed qui ſibi. Videas aūt quàm domi ſit iſta felicitas rara. Vicina eſt miſeriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea.

De remedijs fortuitorum finis.

LVCII

al. mutatarum
forte notatarū

EXegiſti à me Nouate, ut ſcriberem quemadmodum poſſet ira lenirī, nec immerito mihi uidere hunc præcipue affectum pertimuiſſe, maxime ex omnibus tetrum ac rabidum. Cæteris enim aliquid quieti, placidiq; ineſt, hic totus concitatus & in impetu eſt, doloris armorum, ſanguinis, ſupplicíorum, minime humana fruens cupiditate, dum alteri noceat, ſui negligens, in ipſa irruens tela, & ultionis † ſecum multa tractare auidus. Quidam itaque é ſapientibus uiris iram dixerunt breuem inſaniam: æque enim impotens ſui eſt, decoris oblita, neceſſitudinū immemor, in quod cœpit pertinax & intenta, rationi conſilijsq; præcluſa, uanis agitata cauſis, ad conſpectum æqui uerīq; inhabilis, ruinis ſimilima, quæ ſuper id quod oppreſſere franguntur. Vt autem ſcias inſanos eſſe, quos ira poſſedit, ipſum illorum habitum intuere. Nam ut furentiū certa indicia ſunt, audax & minax uultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color uerſus, crebra & uehementius acta ſuſpiria, ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordijs ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactius ac ſtridens, articulorum ſeipſos rorquentium ſonus, gemitus mugitusq;, & parum explanatis uocibus ſermo præruptus, & compoſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnasq; iræ minas agens, fœda uiſu & horrenda facies deprauantium ſe, atq; intumeſcentium. Neſcias: utrum magis deteſtabile uitium ſit, an deforme. Cætera licet abſcondere, & in abdito alere, Ira ſe profert, & in faciem exit, quantoq; maior eſt, hoc efferueſcit manifeſtius. Non uides, ut omnium animalium, ſimul ad nocendum inſurrexerunt, præcurrant notæ, ac tota corpora ſolitum quietumq; egrediantur habitum & feritatem ſuam exaſperent? Spumant apris ora, dentes acuuntur attritu, taurorum cornua iactantur in uacuum, & harena pulſu pedum ſpargitur, leones fremunt, inflantur iritatis colla ſerpentibus, rabidarum canum triſtis aſpectus eſt. Nullum eſt animal tam horrendum, tamq; pernicioſum natura, ut non appareat in illo, ſi ira inuaſit, nouæ feritatis acceſſio. Nec ignoro cæteros quoq; affectus uix occultari, libidinem, metumq; & audaciam, dare ſui ſigna, & poſſe prænoſci. Neq; enim ulla uehementior intra cogitatio eſt, quæ nihil moueat in uultu. Quid ergo intereſt? Quod alij affectus apparent, hic eminet. Iam uerò ſi effectus eius damnaq; intueri uelis, nulla peſtis humano generis pluris ſtetit. Videbis cædes ac uenena, & reorum mutuas ſordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium, & principum ſub ciuili haſta capita uenalia, et ſubiectas tectis faces, nec intra mœnia coërcitos ignes, ſed ingentia ſpatia regionum hoſtili flamma relucentia. Aſpice nobiliſsimarum ciuitatum fundamenta uix notabilia, has ira deiecit. Aſpice ſolitudines per multa milia ſine habitatione deſertas, has ira exhauſit. Aſpice tot memorię proditos duces, mali exempla fati. Alium ira in cubili ſuo confodit: alium inter ſacra menſæ ira percuſſit, aliū inter leges celebriſq; ſpectaculum fori lancinauit: alium filij parricidio dare ſanguinem iuſſit: alium ſeruili manu, regalem aperire iugulum: alium in cruces membra diffindere. Adhuc ſingulorum ſupplicia narro, Quin tibi ſi libuerit, relictis in quos ira uiritim exarſit, aſpice cæſas gladio conciones, & plebem immiſſo milite contrucidatam, & in perniciem promiſcuam, totos populos capitis damna paſſos, tanquam aut curam noſtram deſerentibus, aut autoritatem contementibus. Quid de gladiatoribus? Quare populus iraſcitur, & tam iniquè, ut iniuriam putet, quod non libenter pereunt, cōtemni ſe iudicat, & uultu, geſtu, ardore, deſpectore in aduerſarium uertitur? Quod quidem tamen non eſt ira, ſed quaſi ira: ſicut puerorum, qui ſi ceciderunt, terram uerberari uolunt, & ſæpe neſciunt quid eſt, cui iraſcantur, ſed tantū iraſcuntur ſine cauſa & ſine iniuria, non tamen ſine aliqua iniuriæ ſpecie nec ſine aliqua pœnæ cupiditate. Deluduntur itaq; imitatione plagarum, & ſimulatis deprecantiū lachrymis placantur, & falſa ultione falſus dolor tollitur. Iraſcimur, inquit, ſæpe non illis qui læſerunt, ſed his qui læſuri ſunt. Vt ſcias iram non tantum ex

forte, secū mulā retractare auidus

CAP. II

CAP III

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuria nasci, uerum etiã irasci nos læsuris. Sed ipsa cogitatione nos lædunt, et iniuriã qui facturus est, iam facit. Vt scias inquit, non esse iram pœnæ cupiditatem, infirmissimi, sæpe potentissimis irascuntur, nec pœnam cõcupiscunt, quam nõ sperant. Primũ diximus, iram cupiditatẽ esse pœnæ exigendæ, nõ facultatem. Concupiscũt autem homines, & quæ non possunt. Deinde nemo tam humilis est, qui pœnam uel summi hominis sperare non possit. Ad nocendũ potentes sumus. Aristotelis finitio nõ multum à nostra abest, ait enim, Iram esse cupiditatẽ doloris reponendi. Quid inter nostram & hanc finitionem intersit exequi longũ est: contra utramq; dicitur, leras irasci, nec iniuria iritatas, nec pœnæ dolorisue alieni causa. Nam etiam si hoc efficiunt, nõ hoc petũt. Sed dicendum est feras ira carere, & omnia præter hominem. Nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent feræ, rabiem, feritatem, incursum. Iram quidem non magis quàm luxuriam, uel iniuriã. Et in quasdam uoluptates intemperãtiores homines sunt. Nõ est quod credas illi qui dicit, Non aper irasci meminit, non fidere cursu Cerua, nec armentis incurrere fortibus ursi. Irasci dicit, incitari, impingi. Irasci quidẽ nõ magis sciũt, quàm ignoscere. Muta animalia humanis affectibus carẽt, habent aũt similes illis quosdã impulsus. Alioqui si amor in illis esset, & odiũ esset: si amicitia, & simultas: si dissentio, & cõcordia: quorũ aliqua in illis quoq; extãt uestigia, cæterũ humanorum pectorũ propria bona malaq; sunt. Nulli nisi homini cõcessa prudentia est, prouidentia, diligẽtia, †cognitio, nec tantũ uirtutibus humanis animalia, sed etiã uitijs prohibita sunt. Tota illorũ ut extra, ita intra forma humanæ dissimilis est. Regiũ enim illud et principale aliter dicunt: ut uox est quidẽ, sed non explanabilis & perturbata, & inefficax: ut lingua, sed deuincta, nec in motus uarios soluta: ita ipsum principale, parũ subtile, parũ exactũ. Capit ergo uisus species q; rerũ, quibus ad impetus euocetur, sed turbidas et cõfusas. Ex eo procursus illarũ tumultusq; uehementes iunt, metus aũt solicitudinesq;, & tristitia, & ira non sunt, sed his quædã similia. Ideò cito cadunt & mutantur in cõtrarium, & cum acerrime sæuierunt, expauerunt q; pascuntur, & ex fremitu decursuq; uesano statim quies soporq; sequitur. Quid esset ira: satis explicatũ est, quo distet ab iracũdia apparet: quo ebrius ab ebrioso, & mens à timido. Iratus potest non esse iracundus: Iracundus nõ potest aliquando iratus non esse. Cætera quæ pluribus apud Græcos nominibus in species iram distinguũt, quia apud nos uocabula sua non habent, præteribo: etiam si amarum nos, acerbumq; dicimus, nec minus stomachosum, rabiosum, clamosum, difficile, asperũ, quæ omnia irarum differentiæ sunt. Inter has morosum ponas licet, delicatum iracundiæ genus. Quædã enim sunt iræ, quæ intra clamorẽ concidãt, quædã nõ minus pertinaces, quàm frequentes: quædam sede manent, uerbis parciores, quædam in uerborum dictorũq; amaritudinem effusæ: quædam ultra querelas & auersationes nõ exeunt, quædã atræ grauesq; sunt, & introrsus uersæ. Mille aliæ species sunt mali multiplicis. Quid esset ira, quæsitum est. An in ullũ aliud animal, quàm in hominẽ caderet, quo ab iracundia distaret, & quæ eius species essent. Nunc quæramus, an ira secundum naturã sit, & an utilis, atq; ex aliqua parte retinenda. An secundum naturam sit, manifestũ erit, si hominem inspexerimus, quo quid est mitius, dum in recto animi habitu est? quid autem ira crudelius est? Homine quid amantius? quid ira infestius? Homo in adiutorium mutuum generatus est, Ira in exitium. Ille congregari uult, illa discedere, hic prodesse, illa nocere: hic etiam ignotis succurrere, illa etiam charissimos petere. Hi caliorum incommodis uel impendere se paratus est: ira in periculum, dummodo secum deducat alium parata descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat, quàm qui optimo eius operi & cõmendatissimo, hoc ferum ac pernicioſum uitium assignat? Ira, ut diximus, auida pœnæ est, cuius cupidinẽ inesse pacatissimo hominis pectori minime secundum eius naturam est. Beneficijs autẽ humana uita constat et cõcordia, nec terrore, sed mutuo amore in †fructũ auxiliũq; cõmune constringitur. Quid ergo? non aliquãdo castigatio necessaria est? Quid ni, sed hæc syncera cũ ratione. Non enim nocet, sed medetur specie nocẽdi. Quẽadmodũ quædam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus, et adactis cuneis nõ ut frãgamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenia uitio praua, dolore corporis

al. cogitatio

CAP. IIII

CAP. V.

al. fœdus

corporis animiq; corrigimus. Nempe medicus primo in leuibus uitijs tentat, nõ multum ex quotidiana cõsuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac ualetudinẽ tantũ mutata uitæ dispositione firmare: proximũ est, ut modus proficiat: si modus & ordo nõ proficit, subducit aliqua & circumcidit: si ne adhuc quidem respondet, interdicit cibis, & abstinentia corpus exonerat. Si frustra molliora cesserunt, ferit uenam, membrisq;, si adhærentia nocent, et morbum diffundũt, manus affert, nec ulla dura uidetur curatio, cuius est salutaris effectus: Ita legum præsidem, ciuitatisq; rectorem decet, quàm diu potest, uerbis & his mollibus ingenia curare, ut faciendi suadeat, cupiditatemq; honesti & æqui concilíet animis, faciatq; uitiorum odium, pretium uirtutis: transeat deinde ad tristiorem orationem, qua moneat adhuc & exprobret, nouissime ad pœnas, & has adhuc leues: & reuocabiles decurrat. Vltima supplicia sceleribus ultimis ponat, ut nemo pereat, nisi †quenquam perire, etiam pereuntis interſit. Hoc uno medentibus erit dissimilis, quod illi quibus uitam non potuerunt largiri, facilem exitum præstant: hic damnato cum dedecore & traductione uitam exigit: non, quia delectetur illius pœna (Procul est enim à sapiente tam inhumana feritas) sed ut documentum omnium sit, & qui alicui noluerunt prodesse, morte certe eorum respublica utatur. Non est ergo natura hominis pœnæ appetens, Ideò nec ira quidem secundum naturam hominis, quæ pœnæ appetens est. Et Platonis argumentum adferam: quid enim prohibet alienis uti, ex parte qua nostra sunt? Vir bonus, inquit, non lædit, pœna lædit: bono ergo pœna non cõuenit: ob hoc nec ira, quia pœna iræ conuenit. Si uir bonus pœna non gaudet, non gaudebit, nec in eo quidem affectu, cui pœna uoluptati est, ergo non est naturalis ira. Nunquid quãuis, nõ sit naturalis ira assumenda est, quia utilis sæpe fuit? Extollit animos & incitat, nec quicquã sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est, & hinc stimulus peragitauit, misitq; in pericula audaces. Optimum itaq; quidã putant temperare iram, non tollere, eoq; detracto quod exundat, ad salutarẽ modum cogere. Id uerò retinere, sine quo languebit actio, & uis, ac uigor, animi resoluetur. Primum facilius est excludere pernicioſa quàm regere, & non admittere, quàm admissa moderari. Nam cũ se in possessione posuerunt, potentiora rectore sunt, nec recidi se minuiue patiuntur. Deinde ratio ipsa, cui freni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu diducta est ab affectibus. Si miscuit se illis & inquinauit, non potest cõtinere, quos submouere potuisset. Cõmota enim semel et excussã mens, ei seruit, quo impellitur. Quarundã rerũ initia in nostra potestate sunt, ulteriora nos sua ui rapiunt, nec regressum relinquunt. Vt in præceps datis corporibus nullum sui arbitrium est, nec resistere morariue deiecta potuerunt, sed consiliũ omne & pœnitentiã irreuocabilis præcipitatio abscidit, & non licet eò nõ peruenire, quò non ire licuisset: ita animus si in iram, amorem, alioſq; se proiecit affectus, non permittitur reprimere impetum, rapiat illum oportet, & ad imum agat suum pondus, etiam uitiorum natura procliuis. Optimum est primum iritamentum iræ protinus spernere, ipsisq; repugnare† sensibus, & dare operam ne incidamus in iram: nam si cœperit ferre transuersos, difficilis ad salutẽ recursus est. Quoniã nihil rationis est, ubi semel affectus est inductus, iusq; illi aliquod uoluntate nostra datũ est. Faciet de cætero quantum uolet, non quantũ permiseris. In confinibus hostis arcẽdus est. Nam cum intrauit, & portis se intulit, modum à captiuis nõ accipit. Neq; enim sepositus est animus, & extrinsecus speculatur affectus, ut illos nõ patiatur ultra quàm oportet procedere, sed etiam affectum ipsum imitatur. Ideoq; non potest utilem illam uim & salutarẽ †perditã iam infirmatamq; reuocare. Non enim, ut dixi, se paratas ista sedes suas diductasq; habent, affectus & ratio, peiusq; in melius mutatio animi est. Quomodo ergo ratio occupata & oppressa uitijs resurget, quæ iræ cessit? Aut quemadmodum à confusione se liberabit, in quã peiorũ mixtura prævaluit? Sed quidam, inquit, in ira se continent. Vtrum ergo ita, nihil ut faciant eorum quæ ira dictat, an aliquid? Si nihil faciũt, apparet nõ esse ad actiones rerũ necessariarum iram, quam uos quali fortius aliquid ratione haberet, aduocabatis. Denicq; interrogo, ualentior est quàm ratio, an infirmior? Si ualentior, quomodo illi modũ ratio poterit imponere, cum parere nisi imbecilliora non

al. illi

CAP. VI

forte, quem

CAP. VII

CAP. VIII

al. feminibus

al. proditam

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſoleant? Si infirmior eſt, ſine hac per ſe ad rerum effectus ſufficit ratio, nec deſide-
CAP. IX. rat imbecillioris auxiliũ. At irati quidam conſtant ſibi & ſe continent. Quomodo? cum iam ira euaneſcit, & ſua ſponte decedit, nõ cũ in ipſo feruore eſt, tunc enim poten tior eſt. Quid ergo? non aliquando in ira quoq; & demittunt incolumes intactoſq; quos oderunt, & à nocendo abſtinent? faciũt. Quomodo? cũ affectus repercuſſit affe ctum, aut metus, aut cupiditas aliquid imperauit, nõ rationis beneficio quicuit, ſed affe ctuũ infida et mala pace. Deniq; nihil habet utile, nec acuit animũ ad res bellicas. Nun quam enim uirtus uitio adiuuanda eſt, ſe cõtenta. Quoties impetui eſt locus, non iraſci tur, ſed exurgit, & in quantũ putauit opus eſſe concitatur remittituriq;: nõ aliter quàm quæ tormentis exprimuntur tela, in poteſtate mittentis ſunt, in quantum torqueatur. Ira, inquit Ariſtoteles, neceſſaria eſt, nec quicquam ſine illa expugnari poteſt, niſi illa impleat animum, & ſpiritum accendat. Vtendum autem illa eſt, nõ ut duce, ſed de mi lite, quod eſt falſum. Nam ſi exaudit rationem, et ſequitur, quà ducitur, iam non eſt ira, cui propriũ eſt contumacia. Si uerò repugnat, & non ubi iuſſa eſt quieſcit, ſed libidine ferociaq; prouehitur, tam inutilis animi miniſter eſt, quà miles, qui ſignũ receptui datũ negligit. Itaq; ſi modũ adhiberi ſibi patitur, alio nomine appellãda eſt. Deſinit ira eſſe, quam effrenatam indomitamq; intelligo. Si nõ patitur pernicioſa eſt nec inter auxilia numeranda, Ita aut ira nõ eſt, aut inutilis eſt. Nam ſi quis pœnã exigit, nõ ipſius pœnæ auidus, ſed quia oportet, non eſt annumerandus iratis. Hic erit utilis miles, qui ſcit pa rere cõſilio. Affectus quidẽ tam mali miniſtri, quàm duces ſunt. Ideò nunquã aſſumet
CAP. X ratio in adiutoriũ improuidos & uiolẽtos impetus, apud quos nihil ipſa autoritatis ha beat, quos nunquam comprimere poſſit, niſi pares illis ſimilesq; oppoſuerit, ut iræ me tum, inertiæ iram, timori cupiditatem. Abſit hocà uirtute malum, ut unquam ratio ad uitia confugiat. Non poteſt hic animus fidele otium capere, quatiatur neceſſe eſt, fluctueturq; qui malis ſuis tutus eſt, qui fortis eſſe niſi iraſcitur non poteſt, induſtrius niſi cupit, quietus niſi timet, in tyrannide illi uiuendum eſt, in alicuius affectus uenieti ſeruitutem. Nõ puder uirtutes in clientelam uitiorũ demittere? deinde deſinit quicquã ratio poſſe, ſi nihil poteſt ſine affectu, & incipit par illi ſimiliſq; eſſe. Quid enim inter eſt, ſi æquè affectus incõſulta res eſt ſine ratione, quàm ratio ſine affectu ineffica x? Par utrunq; eſt, ubi eſſe alterum ſine altero non poteſt. Quis autem ſuſtineat affectũ exæ quari rationi? Ita, inquit, utilis affectus eſt, ſi modicus eſt. Imò ſi natura utilis eſt. Sed ſi patiens imperij rationiſq; eſt, hoc duntaxat moderatione conſequatur, ut quo minor
CAP. XI fuerit minus noceat. Ergo modicus affectus nihil aliud quàm malũ modicũ eſt. Sed aduerſus hoſtes, inquit, neceſſaria eſt ira. Nuſquam minus, ubi nõ effuſos eſſe oportet impetus, ſed temperatos & obedientes. Quid enim eſt aliud quod Barbaros tanto ro buſtiores, tanto patientiores laborum cõminuat, niſi ira infeſtiſsima ſibi? Gladiatores quoq; ars tuetur, ira denudat. Deinde quid opus eſt ira, cum idem perficiat ratio? An tu putas uenatorem iraſci feris? an qui uenientes excipit, & effugientes perſequitur? Omnia illa ſine ira facit ratio. Quid Cimbrorum, Theutonicorum tot milia ſuperfu ſa alpibus ita ſuſtulit, ut tantæ cladis notitiam ad ſuos non nuntius, ſed fama pertule rit, niſi quod erat illis ira pro uirtute, quæ ut aliquando perculit ſtrauitq; omnia, ira ſæpius ſibi exitio eſt. Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid ar morum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturq;, quorũ una illis cura eſt, in alia negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam, ut quibus magna ex parte nõ
al. perpetuum tegumenta corporum prouiſa ſunt, nõ ſuffragia aduerſus† perpetem cœli rigorẽ. Hos tamen Hiſpani Galliq;, & Aſiæ Syriæq; molles bello uiri, antequam legio uiſatur cæ dunt, ob nullam rem aliam opportunos, quàm ob iracundiã. Agedum illis corporibus illis animis delitias, luxum, opes ignorantibus, da rationẽ, da diſciplinam, ut nihil am plius dicam, neceſſe erit nobis certè mores Romanos repetere. Quo alio Fabius affe ctu imperij uires recreauit, quàm quod cũctari & trahere & morari ſciuit, quæ omnes irati neſciunt? Perierat imperium, quod tunc in extremo ſtabat, Si Fabius tantum au ſus eſſet, quantum ira ſuadebat. Habuit in conſilio fortunam publicam, & extimatis uiribus, ex quibus iam perire nihil ſine uniuerſo poterat, dolorẽ ultionemq; ſepoſuit,
in unam

in unam utilitatem, & occaſioni intentus, iram ante uicit, quàm Hannibalẽ. Quid Sci pio? nonne relicto Hannibale, Punico exercitu, omnibuſq; quibus iraſcendũ erat, bel lum in Africam tranſtulit, tam lentus, ut opinionem luxuriæ ſegnitiæq; malignis da ret? Quid alter Scipio? non circa Numantiã multũ diuq; ſedit, et hunc ſuũ publicumq; dolorẽ æquo animo tulit, diutius Numantiã quàm Carthaginẽ uincit? Quã dum circũ uallat et includit hoſtẽ, eò cõpulit, ut ferro ipſi ſuo caderẽt. Non eſt itaq; utilis, nec in CAP. XII.
prælijs quidẽ aut in bellis ira. In temeritatẽ ẽm prona eſt, et pericula dũ inferre uult, nõ cauet. Illa certiſsima eſt uirtus, quæ ſe diu multũq; circumſpexit et† rexit, & ex lento ac al. texit.
deſtinato prouexit. Quid ergo? uir bonus iraſcitur, inquit, ſi cædi patrem ſuum uiderit ſi rapi matrem? Nõ iraſcetur, ſed uindicabit, ſed tuebitur. Quid aũt times, ne parum illi magnus ſtimulus etiã ſine ira pietas ſit? Aut dic eodem modo, Quid ergo cum uiderit ſecari patrẽ ſuũ, filiumúe, uir bonus nõ flebit, nec liquetur animo, quæ accidere ſœmi nis uidemus, quoties illas leui periculi ſuſpicio perculit? Officia ſua uir bonus exequi tur inconfuſus, intrepidus, et ſic bono uiro dignæ faciet, ut nihil faciat uiro indignũ. Pa ter cædetur, defendam: cæſus eſt, exequar quia oportet, non quia dolet. Cum hoc dicis Theophraſte, quæris inuidiã præceptis fortioribus, & relicto iudice, ad coronã uenis, quia unuſquiſq; in eiuſmodi ſuorum caſu iraſcitur. Putas iudicaturos homines id fieri debere, quod faciunt. Ferè enim iuſtum quiſq; affectum iudicat, quẽ agnoſcit. Iraſcun tur boni uiri pro ſuorũ iniurijs, ſed idem faciunt, ſi calida non bene præbeatur, ſi uitrũ fractum eſt, ſi calceus luto ſparſus eſt? Nõ pietas illam iram, ſed infirmitas mouet, ſicut pueri, qui tam parentibus amiſsis flebunt, quàm nucibus. Iraſci pro ſuis non eſt pij ani mi, ſed infirmi. Illud pulchrum dignumq;, parentibus, liberis, amicis, ciuibus prodire defenſorem, ipſo officio ducente, uolentem, iudicantem, prouidentem, nõ impulſum & rapidum. Nullus enim affectus uindicandi cupidior eſt, quàm ira, & ob id ipſum ad uindicandum inhabilis, prærabidus & amens: & omnis ferè cupiditas ipſa ſibi in id, in quod properat, opponitur. Itaq; nec in pace, nec in bello unquam bona fuit. Pacem enim ſimilem belli efficit, in armis uerò obliuiſcitur mortem eſſe communem, uenitq; in alienam poteſtatem, dum in ſua non eſt. Deinde non ideò uita in uſum recipienda ſunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt. Nam & febres quædã genera ualetudi nis leuant, nec ideò non ex toto illis caruiſſe melius eſt. Abominãdum remedij genus eſt, ſanitatem debere morbo: ſimili modo ira etiam ſi aliquando ut uenenum, & præci pitatio, et nauſragium, ex inopinato profuit, non ideò ſalutaris omnino iudicanda eſt; ſæpe enim ſaluti fuêre peſtifera. Deinde quæ habenda ſunt in bonis, quo maiora eo me liora & optabiliora ſunt. Si iuſtitia bonum eſt, nemo dicet meliorẽ futurã, ſiquid detra ctum ex ea fuerit: ſi fortitudo bonum eſt, nemo illam deſiderabit ex aliqua parte dimi nui. Ergo et ira quo maior, hoc melior. Quis enim ullius boni acceſsionem recuſaue CAP. XIII.
rit? At qui augeri illam inutile eſt, ergo & eſſẽ. Non eſt bonum, quod incremento ma lum fit. Vtilis, inquit, ira eſt, quia pugnaciores facit. Iſto modo & ebrietas. Facit enim proteruos & audaces, multiq; meliores ad ferrum fuêre male ſobrij. Iſto modo dic & phreneſim, atq; inſaniam uiribus neceſſariam, quia ſæpe ualidiorẽ furor reddit. Quid? non aliquoties metus ex pauido fecit audacem? & mortis timor etiam inertiſsimos ex citauit in prælium? Sed ira, ebrietas, timor, aliaq; eiuſmodi fœda & caduca iritamen ta ſunt, nec uirtutem inſtruunt, quæ nihil uitijs eget, ſed ſegnem aliquando animum et ignauum paululum alleuant. Nemo iraſcendo fit fortior, niſi qui fortis ſine ira non fu iſſet. Ira in adiutorium uirtutis nõ uenit, ſed in uicem. Quid? quod ſi bonum eſſet ira, perfectiſsimum quemq; ſequeretur. Atqui iracundiſſimi infantes, ſenesq; et ęgri ſunt, & inualidum omne natura eſt querulum. Non poteſt, inquit Theophraſtus fieri, ut CAP. XIIII.
bonus uir non iraſcatur malis. Iſto modo quo melior quiſq;, hoc iracundior erit. Vide ne contra placidior, ſolutusq; affectibus, & cui nemo odio ſit, Peccantes uerò quid ha bet cur oderit, cum error illos in huiuſmodi delicta compellat? Non eſt autem pruden tis errantes odiſſe, alioquin ipſe ſibi odio erit. Cogitet quàm multa contra bonum mo rem faciat, quàm multa ex his quæ egit, ueniam deſiderent. Iam iraſcetur etiã ſibi. Neq; enim æquus iudex aliam de ſua, aliam de aliena cauſam ſententiam fert, Nemo, inquã,
inuenitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuenitur, qui se possit absoluere, & innocentem quisq; se dicit, respiciens testem, non
conscientiam. Quanto humanius mitem & paternum animum prestare peccantibus,
& illos nō persequi, sed reuocare. Errantes per agros, ignorantes uiæ melius est ad rectum iter admouere, quàm expellere. Corrigendus est qui peccat, & admonitione, &
CAP. XV. ui, & molliter, & aspere, meliorq; tam sibi quàm alijs faciendus, non sine castigatione,
al. lenti. sed sine ira. Quis enim cui medetur, irascitur? At corrigi nequeunt, nihilq; in illis le
ue, aut spei bonæ capax est. Tollantur è cœtu mortalium, facturi peiora quæ contingunt, & quo uno modo possunt, desinant esse mali, sed hoc sine odio. Quid enim est
cur oderim eum, cui tum maxime prosum, cum illum sibi eripio? Nunquis membra
sira odit, tunc cum abscindit? Non est illa ira, sed misera curatio. Rabidos effligimus canes, trucem atq; immansuetum bouem cædimus, et morbidis pecoribus, ne gregē polluant, ferrum demittimus, portentuosos fœtus extrahimus. Nō ira, sed ratio est, à sanis
inutilia secernere. Nil minus quàm irasci punientem decet, cum eo magis ad emendationem pœna proficiat si iudicio lata est. Inde est, quod Socrates seruo ait: Cæderem te,
nisi irascerer. Admonitionem serui in tempus sanius distulit, in illo tempore se admonuit. Cuius erit temperatus affectus, cum Socrates non sit ausus se iræ committere? Er-
CAP. XVI. go ad coërtionem errantium, sceleratorumq; irato castigatore non opus est. Nam cū
ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere, peccantem. Quid ergo? non
irascar latroni? quid ergo, non irascar uenefico? Non. Neq; enim mihi irascor, cum sanguinem mitto. Omne pœnæ genus, remedij loco admoueo. Tu adhuc in prima parte
uersaris errorum, nec grauiter laberis, sed frequenter. Obiurgatio te primum secreta, deinde publicata emendare tentabit. Tu longius iam processisti, quàm ut possis uerbis
sanari. Ignominia contineberis, cum tibi fortius aliquid & quod sentias inurendū est, in exiliū & loca ignota mitteris. In te duriora remedia, iam solida nequitia desiderat, &
uincula publica, & carcer adhibebitur. Tibi insanabilis animus, & sceleribus scelera cōtexens: & iam non causis, quæ nunquam malo defuturæ sunt, impelleris, sed satis tibi est magna ad peccandum causa, peccare. Perbibisti nequitiam, & ita uisceribus immiscuisti, ut nisi cum ipsis exire non possit. Olim miser mori quæris, bene de te merebimur. Auferemus tibi istā qua uexaris, insaniā, & perpetua alienaq; à uoluptate supplicia. Id, quod unum bonum tibi supereſt, repensentabimus mortem. Quare irascar, cui
cum maxime prosum? Interim optimū genus misericordiæ est, occidere. Si intrassem
ualetudinarium exercitatus & sciens, ut domum diuitis, non idem imperassem omnibus, per diuersa ægrotantibus. Varia in tot animis uitia uideo, & ciuitati curandæ adhibitus sum, pro cuiusq; morbo medicina quæratur. Hunc sanet uerecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. Itaque etsi peruersa induenda magistratui uestis, & conuocanda classico concio est, procedam in tribunal, non furens,
nec infestus, sed uultu legis, & illa solennia uerba, leni magis grauiq; quàm rabida uoce concipiam, & agi iubebo non iratus, sed seuerus. Et cum ceruicem noxio præcidi
imperabo, & cum parricidam insuam culleo, & cum mittam in suppliciū militare, &
cum Tarpeiæ proditorem, hostemúe publicum imponam, sine ira, eo uultu animoq;
ero, quo serpentes & animalia uenenata percutio. Iracundia opus est ad puniendum.
Quid enim uidetur lex irasci his quos non nouit, non uidit, quos non futuros sperat? Illius itaq; sumendus est animus, quæ nō irascitur sed constituit. Nam si bono uiro ob
mala facinora irasci conuenit, & ob secundas res malorum hominum inuidere conuenier. Quid enim est indignius, quàm florere quosdā, et eos indulgentia fortunæ abuti,
quibus nulla potest satis mala inueniri fortuna? Sed tam commoda illorum sine inuidia uidebit, quàm scelera sine ira. Bonus iudex damnat improbanda, non odit. Quid
ergo, non cum eiusmodi aliquid sapiens habebit in manibus, tangetur animus eius,
eritq; solito commotior? Fateor. Sentiet leuem quendam, tenuemq; motum. Nam (ut
dixit Zenon) in sapiētis quoq; animo, etiam cum uulnus sanatum est, cicatrix manet.
Sentiet itaq; suspirationes quasdam, & umbras affectuum, ipsis quidē carebit. Aristoteles ait, affectus quosdam, siquis illis bene utatur, pro armis esse. Quod uerum foret,
si uelut bellica instrumenta sumi, deponiq; possent, induentis arbitrio. Hæc arma, quæ

Aristoteles uirtuti dat, ipsa per se pugnant, non expectant manum. Habent & non habentur. Nil alijs instrumentis opus est. Satis nos instruxit ratione natura. Hæc dedit telum, firmum, perpetuum, obsequens, nec anceps, nec quod in dominū remitti posset. Non ad prouidendū tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius, quàm hoc ab iracundia petere præsidium, rem stabilem ab incerta fidelem ab infida, sanam ab ægra? Quid, quod ad actiones quoq; in quibus solis opera iracundiæ uidetur necessaria, multo per se ratio fortior est? Nam cum iudicauit aliquid faciendum, in eo perseuerat, Nihil enim melius inuētura est seipsa, quo mutetur. Ideo stat semel † constans. Iram sæpe misericordia retro egit. Habet enim non solum insolidū robur, sed tantū tumorem, uiolentisq; principijs utitur: non aliter quàm qui à terra uenti surgunt, & fluminibus paludibusq; excepti, sine pertinacia uehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde desinit ante tempus fatigata, & quæ nihil aliud quàm crudelitatem, ac noua genera pœnarū uersauerat, cum animum aduertendū est, ira iam fracta, leuisq; est. Affectus cito cadit, æqualis est ratio. Cæterum etiam ubi perseuerauerit ira, nonnunquam si plures sunt, qui perire meruerunt, post duorum triumue sanguinem, occidere desinit. Primi eius ictus acres sunt, sicut serpentiū uenena à cubili repentium nocent, innoxij dentes sunt, cum illos frequens morsus exhausit. Ergo non paria patiuntur, qui paria cōmiserant, & sæpe qui minus commisit, plus patitur, quia recentiori iræ obiectus est, & † intantum inæqualis est, modo ultra quem oportet, excurrit, modo citius debito resistit. Sibi enim indulget, ex libidine iudicat, & audire nō uult, & patrocinio non relinquit locum, & ea tenet quæ inuasit, & eripi sibi iudicium suum, etiam si paruum est, non sinit. Ratio utriq; parti locum dat & tempus. Deinde aduocationem etiam sibi petit, ut excutiendæ ueritati spatiū habeat, Ira festinat. Ratio id iudicari uult, quod æquum est: ira id æquum uideri uult, quod iudicauit. Ratio nihil præter ipsum, de quo agitur, spectat. Ira uanis & extra causam obuersantibus commouetur. Vultus illata securior, uox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, aduocatio ambitiosior, fauor popularis exasperat. Sæpe infesta patrono reum damnat, etiam si ingeritur oculis ueritas, amat & tuetur errorem, coargui non uult, & in male cœptis, honestior illi pertinacia uidetur, quàm pœnitentia. Cn. Piso fuit memoria nostra, uir à multis uitijs integer, sed prauus, & cui placebat pro constantia rigor. Is cum iratus duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit: damnatus extra uallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus uidebatur. Tunc centurio supplicio præpositus, condere gladium speculatorem iuber, damnatum ad Pisonem reducit, redditurus Pisoni innocentiam, Nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunal furens Piso, ac iubet duci utrunq;, & eum militem, qui non occidit, & eum qui non perierat. Quid ergo indignius? Quia unus innocens apparuerat, duo peribant. Piso adiecit & tertium. Nam illum centurionem, qui damnatum reduxit, duci iussit. Cōstituti sunt in eodem loco perituri tres, ob unius innocentiā. O quàm solers est iracūdia ad † fugiendas causas furoris. Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es, te quia causa damnationis cōmilitoni fuisti, te quia iussus occidere, imperatori non paruisti. Excogitauit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum inuenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali, non uult regi. Irascitur ueritati ipsi, si contra uoluntatem suam apparuerit: clamore & tumultu, & totius corporis iactatione, quos destinauit insequitur, adiectis conuicijs, maledictisq;. Hoc non facit ratio, sed si ira opus est, silens quietaq;, totas domos funditus tollit, & familias Reipub. pestilentes cum coniugibus ac liberis perdit, tecta ipsa diruit, & solo exæquat, & inimica libertati nomina extirpat. Hæc non frendens, nec caput quassans, nec quicq; indecorum iudici faciens, cuius tum maxime placidus esse debet, in statu uultus, cum magna pronunciat. Quid opus est, inquit Hieronymus, cum uelis cædere aliquem, prius tua labia mordere? Quid si ille uidisset desilientem de tribunali proconsulem, & fasces lictori auferentem, & sua uestimenta scindentē, quia tardius scindebātur alienas?

forte, in totum

al. constitutis

al. fingendas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid opus est mẽsam euertere? Quid pocula affligere? Quid se in columnas impingere? Quid capillos euellere? femur, pectusq; percutere? Quantam iram: putas, quæ quia non tam cito in alium quàm uult, erumpit, in se reuertitur? Tenetur itaq; à proximis, & rogatur, ut ipse sibi placetur, quorũ nil facit quisquis uacuus ira, meritam cuiq; pœnam iniungit. Dimittit sæpe eum, cuius peccatum deprehẽdit, si pœnitentia facti spem bonam pollicetur, si intelligit non ex alto uenire nequitiam, sed summo (quod aiũt) animo inhærere. Dabit impunitatem, nec accipiẽtibus nocituram, nec dantibus. Non nunquam magna scelera leuius, quàm minora compescet: si illa lapsu non crudelitate commissa sunt, his inest latens, & operta & inueterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo malo afficiet, si alter per negligentiã admisit, alter curauit ut nocens esset. Hoc semper in omni animaduersione seruabit, ut sciat alteram adhiberi, ut emendet malos, alteram, ut tollat. In utroq; non præterita, sed futura intuebitur. Nam, ut Plato ait, Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Reuocari enim præterita nõ possunt, futura prohibentur: & quos nolet nequitiæ male cedentis exempla fieri, palàm recidet, non tantum ut pereant ipsi, sed ut alios pereundo deterreant. Hæc cuiq; expendenda, æstimandaq; sunt. Vides quantum debeat omni perturbatione liber accedere ad rem summa diligentia tractandam, potestatem uitæ necisq;. Male irato ferrum cõmittitur. Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram ad magnitudinem animi conferre. Non est enim illa magnitudo, tumor est: nec corporibus copia uitiosi humoris intensis, morbus incrementũ est, sed pestilens abundantia. Omnes quos uæcors ira animus, supra cogitationes extollit humanas, altum quidem & sublime spirare se credunt, cęterũ nihil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, quę sine fundamentis creuere. Non habent ira cui insistat, non ex firmo mansuroq; oritur, sed uentosa & inanis est, tantumq; abest à magnitudine animi, quantum à fortitudine audacia, à fiducia insolentia, ab austeritate triltitia, à seueritate crudelitas. Multum, inquam, interest inter sublimem animum & superbum. Iracundia nihil amplum, decorumq; molitur. Contra mihi uidetur uentosi & infelicis animi imbecillitas sibi conscij indolescere. Vt exulcerata & ægra corpora quæ ad tactus leuissimos gemunt, ita ira muliebre maxime & puerile uitium est. At incidit & in uiros. Nam uiris quoq; puerilia ac muliebria ingenia sunt. Quid ergo? Non aliquæ uoces ab iratis emittuntur, quæ magno uideantur animo, ueram ignorantibus magnitudinem? qualis illa dira & abominanda, Oderint, dum metuant. Syllano scias seculo scriptam. Nescio utrũ sibi peius optauerit, ut odio esset, an ut timori. Oderint. Occurrit illi futurũ, ut execrentur, insidientur, opprimant. Quid adijcit? Dij illi malefaciãt, adeo repperit dignum odio remediũ. Oderint. Quid, dum pareant? non. dum probẽt? non. Quid ergo? dum timeant? sic nec amari quidem uellem. Magno hoc dictũ spiritu putas? Falleris. Nec enim magnitudo ista est, sed immanitas. Nõ est quod credas irascentiũ uerbis, quorum strepitus magni, minaces sunt, intus mens pauidissima. Non est quod existimes uerum esse, quod apud disertissimum uirum Liuium dicitur: Vir ingenij magni magis quàm boni. Non potest illud separari, etiam bonum erit, aut nec magnũ, quia magnitudinẽ animi inconcussam intelligo, & introrsus solidam, ab imò parem firmamq;, qualis ineſſe malis ingenijs non potest. Terribilia enim esse & tumultuosa & exitiosa possunt, magnitudinẽ quidem, cuius firmamentũ roburq; bonitas est, non habebunt. Cæterũ sermone, conatu, & omni extra paratu faciẽt magnitudinis fidẽ. Eloquentur aliquid quod tu magni putes, sicut C. Cæsar, qui iratus cœlo quod obstreperet pantomimis, quos imitabatur studiosius quàm spectabat, quodq; comessatio sua fulminibus terreretur, prorsus parũ certis, ad pugnã uocauit Iouẽ, & quidẽ sine intermissione, Homericũ illũ exclamans uersum, Ζεῦ πάτερ ἤτοι σεῖο θεῶν ἀλοώτερος ἄλλος. Quanta demẽtia fuit. Putauit aut sibi noceri, ne à Ioue quidẽ posse, aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto parũ momenti hanc eius uocem ad incitandũ coniuratorũ animos addidisse. Vltimæ enim patiẽtiæ usum est eum ferre, qui Iouem non ferret. Nihil ergo in ira, ne cum uidetur quidẽ uehemens, deos hominesq; despiciens, magnũ, nihil nobile est: aut si uidetur alicui magnũ animum ira producere, uideatur & luxuria, Ebore sustineri uult, purpura uestiri, auro tegi, terras trãsferre, ma-

ria con

ria concludere, flumina præcipitare, nemora suspendere. Videatur & auaritia magni animi, Aceruis auri argẽtiq; incubat, & prouinciarũ nominibus agros colit, & sub singulis uillicis latiores habet fines, quàm quos consules sortiebantur. Videatur & libido magni animi. Transnatat freta, puerorũ gregẽs castrat, sub gladium mariti uenit uxor morte contempta. Videatur & ambitio magni animi. Non est contenta honoribus annuis, si fieri potest, uno nomine occupare fastos uult, per omnẽ orbẽ titulos disponere. Omnia ista nõ refert, inquantũ procedãt extendãtq; se, angusta sunt, misera, depressa. Sola sublimis & excelsa uirtus est. Nec quicquã magnũ est, nisi quod simul & placidũ.

Primi libri de ira, finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE IRA LIBER SECVNDVS.

PRimus liber Nouate benigniorem habuit materiam. Facilis enim in procliuia uitiorum decursus est. Nunc ad exiliora ueniendũ est. Quęrimus enim, utrum ira iudicio aut impetu incipiat, id est, utrum ira sponte moueatur, an quemadmodum pleraq;, quæ intra nos insers nobis oriuntur. Debet autem in hoc se demittere disputatio, ut ad illa quoq; altiora possit exurgere. Nam & in corpore nostro ossa, nerui & articuli firmamenta totius, & alia minime speciosa usu, prius ordinantur: deinde hæc ex quibus omnis in faciem aspectumq; decor est: post hęc omnia, qui maxime oculos rapit color, ultimus perfecto iam corpore effunditur. Iram quin species oblatæ iniuriæ moueat, non est dubium: sed utrum speciem ipsam statim sequatur, & non accedẽte animo excurrat, an illo assentiẽte moueatur, quærimus. Nobis placet nil ipsam per se audere, sed animo approbante. Nam speciem capere acceptæ iniuriæ, & ultionem eius concupiscere, & utrunq; coniungere, nec lædi se debuisse, & uindicari debere, non est eius impetus, qui sine uoluntate nostra concitatur. Ille simplex est, hic compositus, & plura continens. Intellexit aliquid, indignatus est, damnauit, ulciscitur, hæc non possunt fieri, nisi animus, qui tangebatur assensus est. Quorsus, inquis, hoc nunc pertinet? ut sciamus quid sit ira. Nam si inuitis nobis nascitur, nunquam rationi succumbet. Omnes enim motus, qui non uoluntate nostra fiunt, inuicti & ineuitabiles sunt, ut horror frigida aspersis, ad quosdam ictus † aspernatio, ad peiores nuncios subriguntur pili, & rubor ad improba uerba subfunditur, sequiturq; uertigo prærupta cernentes. Quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla quo minus fiant, ratio persuadet. Ira præceptis fugatur. Est enim uoluntarium animi uitium, non ex his quæ conditione quadam humanæ sortis eueniunt, ideoq; etiam sapientissimis accidũt. Inter quæ & primus ille ictus animi ponendus est, qui nos post opinionem iniuriæ mouet. Hic subit etiam inter ludicra scenæ spectacula, & lectiones rerum uetustarum, sæpe Clodio Ciceronem expellenti, & Antonio occidenti, uidemur irasci. Quis non contra Marij arma, & contra Syllæ proscriptionem concitatur? Quis non Theodoto & Achillæ, & ipsi puero, non puerile ausо facinus, infestus est? Cantus nos nonnunquam & concitata modulatio instigat. Martius quoq; ille tubarum sonus, mouet mentes, & atrox pictura, & iustissimorum suppliciorum tristis aspectus. Inde est quod arridemus arridentibus, & contristat nos turba mœrentium, & efferuescimus ad aliena certamina: quæ non sunt iræ, non magis quàm tristitia est, quæ ad conspectum inimici naufragi contrahit frontem: non magis quàm timor, qui Annibale post Cannas mœnia circumsidente, lectoris percutit animos: sed omnia ista motus sunt animorum moueri uolentium, nec affectus, sed principia præludentia affectibus. Sic enim militaris uiri in media pace rogati iam aures tuba suscitat, equosq; castrenses erigit crepitus armorũ. Alexandrum ait, Zenophanto canente manum ad arma misisse.

CAP. I.

CAP. II.

forte, consternatio.

Nihil ex his quæ animũ fortuito impellunt affectus uocari debet. Ista (ut ita dicam) patitur magis animus quàm facit. Ergo affectus est, non ad oblatas rerum species moueri, sed permittere se illis, & hunc fortuitum motum persequi. Nam si quis pallorem & lachrymas procidentis, & irritationem humoris obscœni, altumúe suspiriũ, & oculos subito acriores, aut quid his simile, iudiciũ affectus, animiq; signum putat, fallitur,

CAP. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec intelligit hos corporis esse pulsus. Itaq; & fortissimus plerunq; uir, dum armatur expalluit, & signo pugnæ dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt, & magno imperatori antequam inter se acies arietarent, cor exiluit, & Oratori eloquentissimo dum ad dicendum componitur, summa riguerunt. Ira non moueri tantum, sed excurrere debet. Est enim impetus. Nunquam autem impetus sine assensu mentis est: neq; enim fieri potest, ut de ultione & pœna agatur animo nesciēte. Putauit se aliquis læsum, uoluit ulcisci, dissuadente aliqua causa statim resedit. Hanc iram non uoco, sed motum animi rationi parentem. Illa est ira, quæ rationem transilit, quæ secum rapit. Ergo prima illa agitatio animi, quam species iniuriæ incussit, non magis ira est quam ipsa iniuriæ species, sed ille sequens impetus, qui speciem iniuriæ non tantum accepit, sed approbauit. Ira est concitatio animi ad ultionem, uoluntatis iudicio, pergentis. Nunquid dubium est, quin timor fugam habeat, ira impetum? Vide ergo an putes aliquid
CAP.IIII sine assensu mentis, aut peti posse, aut caueri. Et ut scias quemadmodum incipiant affectus, aut crescant, aut efferantur, est primus motus non uoluntarius quasi præpara-
al. cōminatio tio affectus & quædam † cōmutatio. Alter cum uoluntate non contumaci, tanquam oporteat me uindicari, cum læsus sim, aut oporteat hunc pœnas dare, cum scelus fecerit. Tertius motus est iam impotens, qui non si oportet, ulcisci uult, sed utiq; qui rationem euicit. Primum illum animi ictum effugere ratione nō possumus, sicut ne illa quidem, quæ diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena solicitet, nec oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio uincere, consuetudo fortasse, & assidua obseruatio extenuat. Alter ille motus qui iudicio nascitur, iudicio tollitur. Illud etiamnum quærendum est, Hi qui uulgo sæuiūt, & sanguine humano gaudent an irascantur, cum eos occidunt, à quibus nec acceperunt iniuriam, nec
CAP.V accepisse ipsos existimant, qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris. Hæc non est ira, sed ueritas. Non enim quia accepit iniuriam, nocet, sed parata est dum noceat, uelle accipere. Nec illi uerbera lacerationesq; in ultionem petuntur, sed in uoluptatem. Quid ergo? Origo huiusmodi mali ab ira est, quæ ubi frequenti exercitatione, & saticrate in obliuionem clementiæ uenit, & omne fœdus humanum eiecit animo, nouissime in crudelitatem transit. Rident itaq; gaudentq;, & uoluptate multa perfruuntur, plurimumq; ab iratorum uultu absunt, per otium sæui. Hannibalem aiunt dixisse, cum fossam sanguine humano plenam uidisset, O formosum spectaculum. Quāto pulchrius illi uisum esset, si flumen aliquod lacumq; complexset. Quid mirum, si hoc maxime spectaculo caperis innatus sanguini, & ab infante cædibus admotus? Sequetur te fortuna crudelitatis tuæ per uiginti annos secunda, dabitq; oculis tuis gratum ubiq; spectaculum. Videbis istud & circa Trasimenum & circa Cannas, & nouissime circa Carthaginem tuam. Volesus nuper sub diuo Augusto proconsul Asiæ cū CCC. una die securi percussisset, incedens intra cadauera uultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumq; fecisset, græce proclamauit, O rem regiam. Quis hæc rex fecisset? Non fuit hæc ira, sed maius malum & insanabile.

Quibus uirtus est ira.

CAP.VI VIrtus, inquit, ut honestis rebus propitia est, ita turpibus irata esse debet. Quid si dicatur uirtutem & humilem & magnam esse debere? Atqui hæc dicit, qui illam extolli uult & deprimi. Quoniam lætitia ob recte factum, clara magnificaq; est ira ob alienum peccatum, sordida & angusti pectoris est, nec unquam committet uirtus, ut uitia dum compescuit imitetur ipsa, Iram castigandā habet, quę nihilo melior est, sępe etiam peior his delictis quibus irascitur. Gaudere lætariq; proprium & naturale uirtutis est, Irasci non ex dignitate eius, non magis quàm mœrere. Atqui iracundiæ tristitia comes est, & in homine omnis ira uel post pœnitentiam, uel post repulsam reuoluitur. Et si sapientis est peccatis irasci, magis irascetur maioribus, & sæpe irascetur: sequitur, ut non tantum iratus sit sapiens, sed iracundus. Atqui si nec magnam iram, nec frequentem in animo sapientis locum habere credimus, quid est quare non ex toto hoc affectu illum liberemus? modus enim esse non potest, si profecto cuiquam irascendū est. Nam aut iniquus erit, si æqualiter irascetur delictis inæqualibus: aut iracundissimus si toties

excanduerit

excanduerit, quoties iram scelera meruerint. Et quid indignius quàm sapientis affectū ex aliena pendere nequitia? Desinet Socrates posse eundem uultum domum referre, quem domo extulerat. Atqui si irasci sapiens debet turpiter factis, & concitari contristariq; ob scelera, nihil est erumnosius sapiente. Omnis illi per iracundiam mœrorem q; uita transibit. Quod enim momentum erit, quo non improbāda uideat? Quoties processerit domo, per sceleratos illi, auarosq;, & prodigos, & impudentes, & ob ista felices incedendum erit. Nusquam oculi eius flectentur, ut nō quod indignentur, inueniant. Deficiet, si toties à se iram, quoties causa poscet, exegerit. Hęc tot milia ad forum prima luce properantia, quàm turpes lites, quanto turpiores aduocatos habent. Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satis fuit. Alius cum matre consistit. Alius delator uenit eius criminis, cuius manifestior reus est: & iudex damnaturus quæ fecit, eligitur, & corona pro mala causa, bona patroni uoce corrupta. Quid singula prosequor? cum uideris forum multitudine refertum, & septa concursu omnis frequentiæ plena, & illum circum in quo maximam sui partem populus ostendit, hoc scito, istic tantundem esse uitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos uides, nulla pax est, alter in alterius exitium leui compendio ducitur. Nulli nisi ex alterius damno quæ- CAP.VIII stus est: felicem oderunt, infelicem contēnunt: maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus, omnia perdita ob leuem uoluptatem prædamq; ciūt. Non alia quàm in ludo gladiatorio uita est, cum ijsdem uisuentiū pugnantiumq;. Ferarum iste conuentus est, nisi quod ille inter se placidæ sunt, morsuq; similium abstinent, hi mutua laceratione satiantur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt, quod illa mansuescunt alentibus, horum rabies ipsos à quibus est nutrita, depascitur. Nunquam irasci desinet, semel si sapiens cœperit, omnia sceleribus ac uitijs plena sunt. Plus committitur quàm quod possit coērtione sanari. Certatur ingenti quidem nequitiæ certamine, maior quotidie peccandi cupiditas, minor uerecundia est, Expulso meliorís æquioris q; respectu, quocunq; uisum est, libido se impingit, nec furtiua iam scelera sunt, præter oculos eunt. Adeoq; in publicum missa nequitia est, & in omnium pectoribus eualuit, ut innocentia non rara, sed nulla sit. Nunquid enim singuli aut pauci rupere legem? undiq; uelut signo dato, ad fas nefasq; miscendum coorti sunt. Non hospes ab hospite tutus. Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est, Imminet exitio uir coniugis, illi mariti. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Et quota pars ista scelerum est? non descripsit castra ex una parte contraria, & parentum liberorumq; sacramenta diuersa, subiectam patriæ ciuis manu flammam, & agmina infestorum equitum ad conquirendas proscriptorum latebras circumuolitantia, & uiolatos fontes uenenis, & pestilentiam manu factam, & præductā obsessis parentibus fossam, plenos carceres, & incendia totas urbes concremantia, dominationesq; funestas, & regnorum publicorumq; exitiorum elandestina consilia, & pro gloria habita, quæ quandiu opprimi possunt, scelera sunt. Raptus ac stupra, & ne hoc quidem libidini exceptum. Adijce nunc publica periuria CAP.IX gentium, & rupta fœdera, et in prædam ualidioris quicquid non resistebat adductum, circunscriptiones, furta, fraudes, inficiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Si tantum irasci uis sapientem, quantū scelerum indignitas exigit, non irascendū illi, sed insaniendum est. Illud potius cogitabis non esse irascendum erroribus. Quid enim si quis irascitur, in tenebris parum uestigia certa ponentibus? Quid enim si quis surdis imperia non exaudientibus? Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectent? Quid si illis irasci uelis, uel qui ægrotant, senescunt, fatigantur? Inter cætera mortalitatis incommoda, & hæc est caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorū amor. Ne singulis irascaris, uniuersis ignoscendum & indulgendū est, generi humano uenia tribuēda est. Si irascēris iuuenibus senibusq; quod peccant, irascere infantibus, quod peccaturi sunt. Num quis irascitur pueris, quorum ætas nondum nouit rerum discrimina? Maior est excusatio & iustior, hominem esse quàm puerum. Hac conditione nati sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quàm corporis morbis, non quidem obtusa nec tarda, sed acumine nostro male

Universidad de Deusto
Biblioteca

utentia. Altera alteri uitiorum exempla. Quisque sequitur priores male iter ingressos.
CAP. X Quid ni habeant excusationē, cum publica uia errauerint? In singulos seueritas imperatoris distringitur: at necessaria uenia est, ubi totus deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? turba peccantium. Intelligit quàm est iniquū & periculosum irasci publico uitio. Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa se male uiuentium, imò male pereuntium uiderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi læti felicesq; occurrebant, miti animo, sed nimis imbecillo, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra aiunt, nunquam sine risu in publico fuisse. Adeo nihil illi uidebatur serium eorum quæ serio gerebantur. Vbi isti hiccine locus est, Aut ridenda omnia aut flenda sunt. Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? quia scit neminē nasci sapientem, sed fieri. Scit paucissimos omni æuo sapientes euadere, quia conditionem humanę uitæ perspectam habet. Nemo autem naturæ sanus irascitur. Quid enim si mirari uelit non in syluestribus dumis poma penderet? quid si miretur spineta sentesq;, non utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, ubi uitiū natura defendit. Placidus itaq; sapiēs & æquus erroribus, non hostis sed correptor peccantium, hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent uino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi auari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia ista tā propitius aspiciet, quàm ægros suos medicus. Nunquid ille, cuius nauigium multam, undiq; laxatis compagibus, aquam trahit, nautis ipsiq; nauigio irascitur? Occurrit potius, & aliam excludit undam, deinde aliam egerit, manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinā ducentibus labore continuo resistit, nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est, subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua & fœcunda, non ut desinant, sed ne uincant.

Vtilitates iræ.

CAP. XI VTilis est, inquit, ira, quia contemptum effugit, quia malos terret. Primum irasci quantum minatur ualet, ob hoc ipsum quia terribilis est, & inuisa est. Periculosus est autem timeri quàm despici. Si uerò sine uiribus est, magis exposita contemptui est, & derisum non effugit. Quid enim est iracundia in superuacuum tumultuante frigidius? Deinde non ideo quædam quia terribiliora, potiora sunt, nec hoc sapienti dici uelim, quod feræ quoq; telum, timeri. Quid? non timetur febris, podagra, hulcus malum? Nunquid ideo quicquam in istis boni est? aut contra omnia despecta, & fœda, & turpia ipso quo timentur sunt? Ira per se deformis est, & minime metuēda. At timetur à pluribus sicut deformis persona ab infantibus. Quid quod semper in autores redundat timor, nec † quisquā metuitur ipse securus? Occurrat hoc solo tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro ductus, totum in se populū non aliter conuertit, quàm si missa esset uox publici affectus. Necesse est multos timeat, quem multi timent. Ita natura constituit, ut quod alieno metu magnum est, à suo non uacet. Leoni, inquam, pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora. Acerrimas feras umbra, uox, & odor insolitus exagitat. Quicquid terret, & trepidat. Non est ergo quare concupiscat
CAP. XII quisquam sapiens timeri. Nec ideo iram magnum quiddam putes, quia formidandum est: quoniamquidem etiam cōtemptissima timentur uenena, & offa mortifera, & morsus. Nec est mirum, cum maximos serarum greges linea pennis distincta contineat, & ad insidias agat ab ipso effectu dicta formido. Vanis enim uana terrori sunt. Currículi motusq; rotarum uersata facies, leonem redegit in caueam. Elephantes porcina uox terret. Sic itaq; ira metuitur, quomodo umbra ab infantibus, à feris rubens pinna. Non ipsa in se quicquā habet firmum aut forte, sed uanos animos mouet. Nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si uelis iram tollere. Neutrum autem potest fieri. Primum potest aliquis non algere, quāuis ex rerū natura hyems sit, et non æstuare, quamuis menses æstiui sint. Aut loci beneficio aduersus intemperiem anni tutus est, aut patientia corporis sensum utriusq; peruincit. Deinde uerte istud. Necesse est prius uirtutē ex animo tollas, quàm iracundiam recipias, quoniam cum uirtutibus uitia non coëunt. Nec magis quisquam eodem tempore, & iratus potest esse, & uir bonus, quàm æger et sanus. Nō potest, inquit, omnis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur. At qui nihil est tam difficile & arduū, quod nō humana mens uincat, & in familiaritatem

al. quispiam

perducat

perducat assidua meditatio: nulliq; sunt tam feri & sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcunq; sibi imperauit animus obtinuit. Quidā ne unquā riderent cōsecuti sunt. Vino quidam, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno, uigiliā indefatigabilē extendit. Didicerunt tenuissimis & aduersis funibus currere, & ingentia uixq; humanis toleranda uiribus onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac sine ulla respirandi uice perpeti maria.

Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit, ostenditq; CAP. XIII. nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiā indiceret. Istis quos paulò ante retuli, aut nulla causa pertinacis studij, aut indigna merces fuit. Quid enim magnificum consequitur ille, qui meditatus est per intensos funes ire? qui sarcinæ ingenti ceruices supponere? qui somno non submittere oculos? qui penetrare in imum mare? & tamen ad finem operis non magno autoramento labor peruenit: nos non aduocabimus patientiam, quos tantum præmium expectat, felicis animi immota tranquillitas? Quantum est effugere maximū malum iram, & cum illa rabiem, læuitiam, crudelitatem, furorem & alios comites affectus eius? Non est quod in patrociniū nobis quæramus, etiam excusatam licentiam, dicentes, aut utile esse, aut ineuitabile. Cui enim tandem uitio aduocatus defuit? non est quod dicas excidi nō posse. Sanabilibus ægrotamus malis, ipsaq; nos in rectum genitos natura, si emendari uelimus, iuuat. Nec ut quibusdā uisum est, arduū in uirtutes, et asperum iter est, plano adeuntur. Non uanę nobis autor rei uenit. Facilis est ad beatam uitam uia, inite modo bonis auspicijs, ipsisq; dijs bene iuuātibus. Multo difficilius est facere ista quæ facitis. Quid enim quiete otiosius animi? Quid ira laboriosius? Quid clementia remissius? Quid crudelitate negotiosius? Vacat pudicitia, libido occupatissima est. Omnium deniq; uirtutum tutela facilior est, uitia magno coluntur. Debet ira remoueri: Hoc ex parte fatentur etiam qui dicunt esse minuendā. Tota dimittatur, nihil profutura est, sine illa facilius, rectiusq; scelera tollentur, mali punientur, & transducentur in melius. Omnia quæ debet sapiens, sine ullius malæ rei CAP. XIIII. ministerio efficiet, nihilq; admiscebit, cuius causa domum solicitius obseruet. Nunq; itaq; iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt, sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis† facibusq; subditis excitamus. Aliquando incutiendus est his metus, apud quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est, quàm mœrere, quàm metuere. Quid ergo? non incidunt causæ, quæ iram lacessant? Sed tunc maximè illi opponendæ manus sunt, nec est difficile uincere animum, cum Athletæ quoq; in uilissima sui parte occupati, tamen ictus doloresq; patiantur, ut uires cædentis exhauriant, nec cum ira suadet, feriunt, sed cum occasio. Pyrrhum maximū præceptorem certaminis gymnici, solitum aiunt his quos exercebat præcipere, ne irascerentur. Ira enim perturbat artem, & quà noceat, tantum aspicit. Sæpe itaq; ratio patientiam suadet, ira uindictam, & qui primis defungi malis potuimus, in maiora deuoluimur. Quosdam unius uerbi contumelia, non æquo animo lata, in exilium proiecit, et qui leuem iniuriam silentio ferre noluerant, grauissimis malis obruti sunt, indignatiq; aliquid ex plenissima libertate diminui, seruile in sese attraxerūt iugum. Vt scias, inquit, an ira habeat in se generosi aliquid, liberas uidebis CAP. XV. gentes, quæ iracundissimæ sunt, ut Germanos & Scythas. Quod euenit, quia fortiora solidaq; natura ingenia, antequā disciplina molliantur, prona in iram sunt. Quædam non nisi melioribus innascūtur ingenijs: sicut ualida arbusta & læta, quamuis neglecta tellus creat, & alia fœcundi soli sylua est. Itaq; & ingenia natura fortia iracundiam ferunt, nihilq; tenue & exile capiunt ignea & feruida: sed imperfectus ille uigor est, ut omnibus quæ sine arte ipsius tantum naturæ bono exurgūt: sed nisi cito domita sunt, quæ fortitudini apta erant, audaciæ, temeritatiq; consuescunt. Quid non mitioribus animis uitia leuiora coniuncta sunt? ut misericordia, amor, & uerecundia. Itaq; tibi sæpe bonam indolem in malis quoq; tuis ostendam, sed non ideò uitia non sunt, si naturæ melioris indicia sunt. Deinde omnes istæ feritate liberæ gentes, leonum, lupo-
rumq; ritu, ut seruire non possunt, ita nec imperare. Non enim humani uim ingenij, sed feri & intractabilis habent. Nemo autem regere potest, nisi qui & regi. Ferè itaq; CAP. XVI.

al. calciburiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperia penes eos fuere populos, qui mitiore cœlo utuntur. In frigora ſeptentrionēq; uergentibus immanſueta ingenia ſunt, ut ait poëta, Suoq; ſimillima cœlo. Animalia, inquit, generoſiſſima habentur, quibus multum ineſt iræ. Errat qui ea in exemplū hominis adduxit, quibus pro ratione eſt impetus, homini pro impetu, ratio eſt. Sed nec illis quidem omnibus idem prodeſt. Iracundia leones adiuuat, pauor ceruos: accipitrē impetus, columbā fuga. Quid, quod ne illud quidem uerum eſt, optima animalia eſſe iracundiſſima, Feras ne putem, quibus ex raptu alimenta ſunt, meliores, quo iratiores: Patientiam laudauerim boum, & equorū frenos ſequentiū. Quid autem, cur hominē ad tam inſelicia exempla reuoces, cum habeas mundum, deniq; deum, quem ex omnibus animalibus ut ſolus imitetur, ſolus intelligit? Simpliciſſimi, inquit, omniū habentur iracundi. Fraudulentis enim & uerſutis cōparantur, & ſimplices uidētur, quia expoſiti ſunt, quos quidem nō ſimplices dixerim, ſed incautos. Stultis, luxurioſis, nepotibuſq; hoc nomen imponimus, & omnibus uitijs parum callidis. Orator, inquit, iratus aliquando melior eſt. Imò imitatus iratū. Nam & hiſtriones in pronuntiando non irati populū mouent, ſed iratum bene agentes: & apud iudices itaq; & in concione, & ubicunq; alieni animi ad noſtrū arbitriū agendi ſunt, modo iram, modo metum, modo miſericordiam, ut alijs incutiamus, ipſi ſimulabimus, & ſæpe id quod ueri affectus non effeciſſent, effecit imitatio affectuū. Languidus, inquit, animus eſt, qui ira caret. Verum eſt, ſi nihil habet ira ualentius. Nec latronem oportet eſſe, nec prædonem, nec miſericordem, nec crudelem. Illius nimis mollis animus, huius nimis durus eſt. Temperatus ſit ſapiens, & ad res fortius agendas non iram, ſed uim adhibeat.

CAP. XVII.

De remedijs iræ.

CAP. XVIII.

QVoniam quæ de ira quæruntur tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo autē, ut opinor, ſunt, ſcilicet ne incidamus in iram, & ne in ira peccemus. Vt in corporum cura, alia de tuenda ualetudine, alia de reſtituenda præcepta ſunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compeſcere, ut uincamus. Quædam ad uniuerſam uitam pertinentia præcipientur, ea in educationē, & in ſequentia tempora diuidentur. Educatio maximam diligentiam, plurimumq; profuturā deſiderat. Facile eſt enim teneros adhuc animos cōponere, Difficulter reciduntur uitia, quæ nobiſcum creuerūt. Opportuniſſima ad iracūdiam feruidi animi natura eſt. Nam cum elementa ſint quatuor, ignis, aqua, aër, & terra, poteſtates pares his ſunt, frigida, feruida, arida, atq; humida. Et locorū itaq;, & animalium, & corporū, & morum uarietates mixtura elementorum facit: & proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicuius elementi maior uis abundauit. Inde quaſdam humidas uocamus aridasq; regiones, & calidas,

CAP. XIX.

& frigidas. Eadem animalium & hominū diſcrimina ſunt. Refert quantum quiſq; humidi in ſe calidiq; contineat. Cuius in illo elementi portio præualebit, inde mores erunt. Iracundos feruida animi natura faciet. Eſt enim actuoſus & pertinax ignis. Frigida mixtura frigidos facit. Pigrum eſt enim contractumq; frigus. Volunt itaq; quidam ex noſtris iram in pectore moueri efferueſcente circa cor ſanguine. Cauſa cur hic potiſſimum aſſignetur iræ locus, non alia eſt, quàm quod in toto corpore calidiſſimū pectus eſt. Quibus humidi plus ineſt, eorum paulatim creſcit ira, quia non eſt paratus illis calor, ſed motu acquiritur. Itaq; puerorum fœminarumq; iræ acres magis quàm graues ſunt, leuioresq; dum incipiunt. Siccis ætatibus uehemens robuſtaq; ira eſt, ſed ſine incremento, non multum ſibi adijciens, quia inclinaturū calorem frigus inſequetur. Senes difficiles & queruli ſunt, ut ægri & cōualeſcentes, & quorum aut laſſitudine, aut detractione ſanguinis exhauſtus eſt calor. In eadem cauſa ſunt ſiti fameq; rabidi, & quibus exangue corpus eſt, maligneq; alitur & deficit. Vinum incendit iram,

CAP. XX.

quia calorem auget pro cuiuſq; natura. Quidam ebrij efferueſcunt, quidam ſaucij,

forte, color.

Neq; ulla alia cauſa eſt, cur iracūdiſſimi ſint flaui rubentesq;, quibus talis natura† calor eſt, qualis fieri cæteris intra iram ſolet. Mobilis enim illis agitatusq; ſanguis eſt. Sed quemadmodum natura quoſdam procliuos in iram facit, ita multæ incidunt cauſæ, quæ idem poſſint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporum in hoc perduxit, alios labor, & cōtinua peruigilia, noctesq; ſolicitæ, & deſideria, amoresq;: & quicquid aliud

aliud aut corpori nocuit, aut animo, ægram mentem in quærelas parat. Sed iſta omnia initia cauſæq; ſunt, plurimumq; poteſt cōſuetudo, quæ ſi grauis eſt, † aliud uitium alit. *forte, altius*
Naturam quidem mutare difficile eſt, nec licet ſemel mixta naſcentium elementa conuertere. Sed in hoc noſcere profuit, ut calentibus ingenijs ſubtrahatur uinū, quod pueris Plato negandū putat, & ignem uerat igne incitari. Nec cibis quidem implendi ſunt. Diſtendentur enim corpora, & animi cum corpore tumeſcent. Labor illos citra laſſitudinem exerceat, ut minuatur, & non ut conſumatur calor, nimiusq; ille feruor deſpumet. Luſus quoq; proderunt. Modica enim uoluptas laxat animos & temperat. Humidioribus, ſiccioribus & frigidis non eſt ab ira periculum, ſed maiora uitia metuenda ſunt, pauor, difficultas, & deſperatio, & ſuſpiciones. Mollienda itaq; fouendaq; ta- CAP. XXI.
lia ingenia, & in lætitiam euocanda ſunt. Et quia alijs contra iram, alijs cōtra triſtitiam remedijs utendum eſt, nec diſſimilibus tantum iſta, ſed cōtrarijs curanda ſunt, ſemper ei occurremus, quod increuerit. Plurimum, inquam, proderit pueros ſtatim ſalubriter inſtitui. Difficile autem regimen eſt, quia dare debemus operā, ne aut iram in illis nutriamus, aut indolem retundamus. Diligenti obſeruatione res indiget. Vtrunq; enim & quod extollendū, & quod deprimendū eſt, ſimilibus alitur. Facile autem etiam attendentem ſimilia decipiunt. Creſcit licentia ſpiritus, ſeruitute cōminuitur. Aſſurgit, ſi laudatur, & in ſpem ſui bonam adducitur. Sed eadem iſta inſolentiam & iracūdiam generant. Sic itaq; inter utrumq; regendus eſt, ut modo frenis utatur, modo ſtimulis, nihil humile, nihil ſeruile patiatur. Numq; illi neceſſe ſit rogare † ſimpliciter, nec proſit *al. ſimiliter nec*
rogaſſe, potius cauſæ ſuæ & prioribus factis & bonis in futurum promiſſis donetur. In certaminibus æqualiū nec uinci illum patiamur, nec iraſci. Demus operam, ut familiaris ſit his, cum quibus contendere ſolet, ut in certamine aſſueſcat non nocere uelle, ſed uincere. Quoties ſuperauerit, & dignum aliquid laude fecerit, attolli non geſtire patiamur. Gaudium enim exultatio, exultationem tumor, & nimia æſtimatio ſui ſequitur. Dabimus aliquod laxamentum: in deſidiam uerò otiumq; non reſoluemus, & procul à contactu delitiarū retinebimus. Nihil enim magis fecit iracundos quàm educatio mollis & blanda. Ideò unicis quo plus indulgetur, pupillisq; quo plus licet, corruptior animus eſt. Non reſiſtet offenſis, cui nihil unquam negatum eſt, cui lachrymas ſolicita ſemper mater abſterſit, cui de pædagogo ſatisfactū eſt. Non uides, ut maiorem quamq; fortunā maior ira comitetur? In diuitibus nobilibusq; & magiſtratibus præcipuè apparet, cum quicquid leue & inane in animo erat, ſecunda ſe aura ſuſtulit. Felicitas iracundiam nutrit, ubi aures ſuperbas aſſentatorum turba circumſtetit. Tibi enim ille reſpondeat, nō pro faſtigio te tuo metiris, ipſe te proijcis, & alia quibus uix ſanæ & ab initio bene fundatæ mentes reſtiterunt. Longe itaq; ab aſſentatione pueritia remouenda eſt. Audiat uerum, & timeat, interim uereatur, ſemper maioribus aſſurgat. Nihil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum fuerat, quieto offeratur, & diuitias parentum in conſpectu habeat, non in uſu. Exprobrentur illi perperam facta. Pertine CA. XXII.
bit ad rem, præceptores pædagogoſq; pueris placidos dari. Proximis applicatur omne quod tenerū eſt, & in eorum ſimilitudinē creſcit: Nutricum & pædagogorū retulere mox in adoleſcentia mores. Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes relatus, uociferantē uideret patrem, Nunquam, inquit, hoc apud Platonem uidi. Non dubito quin citius patrem quàm Platonem imitatus ſit. Tenuis ante omnia ſit uictus, & non pretioſa ueſtis, & ſimilis cultus cum æqualibus. Non iraſcetur aliquem ſibi cōpararī, quem ab initio multis parem feceris. Sed hæc ad liberos noſtros pertinēt, In nobis qui dem ſors naſcendi & educatio, nec uitij locum, nec iam præcepti habet. Sequētia ordinanda ſunt. Contra primas itaq; cauſas pugnare debemus. Cauſa autē iracundiæ, opinio iniuriæ eſt, cui nō facile credendū eſt, nec apertis quidem manifeſtiſq; ſtatim accedendum eſt. Quædā enim falſa, ueri ſpeciem ferūt. Dandum ſemper eſt tempus. Veritatē enim dies aperit. Ne ſint aures criminātibus faciles. Hoc humanæ naturæ uitium ſuſpectum, notumq; nobis ſit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & anteq; iudicemus, iraſcimur. Quid quod non criminationibus tantum, ſed ſuſpitionibus CAP. XXIII.
impellimur, & ex uultu riſuq; alieno peiora interpretari, innocētibus iraſcimur? Itaq;

agenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

agenda est cõtra se causa absentis, & in suspenso ira retinẽda. Potest enim pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida, qui imperfecto opere cõprehensus, & ab ipso tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominauit, quibus quàm maximè charam salutẽ eius sciebat. Et cũ ille singulos, ut nominati fuerant occidi iussisset, interrogauit ecquis superesset? Tu inquit, solus, neminẽ enim alium cui charus esses reliqui. Effecit ira ut tyrannus tyrãnicidæ manus accõmodaret, & præsidia sua gladio suo cæderet. Quanto animosius Alexander, qui cũ legisset epistolam matris, qua admonebatur, ut à ueneno Philippi medici cauerer, acceptã potionẽ non ueritus bibit, Plus sibi de amico suo credidit. Dignus fuit qui innocentẽ haberet, dignus qui faceret. Hoc ergo magis in Alexãdro laudo, quia nemo tam obnoxius iræ fuit. Quo maior aũt moderatio in regibus, hoc laudanda magis est. Fecit hoc & C. Cæsar, ille qui uictoria ciuile clementissimè usus est. Cum † sententiã deprehẽdisset epistolarũ ad Pompeium missarũ, ab his qui uidebãtur aut in diuersis, aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamuis enim moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimũ putant genus ueniæ, nescire quid quisq; peccallet. Plurimũ mali credulitas facit. Sæpe ne audiendum quidẽ est, quoniã in quibusdã rebus satius est decipi quàm diffidere. Tollenda ex animo suspicio & cõiectura, fallacissima iritamẽta. Ille me parũ humane salutauit, Ille oscvlo meo non adhæsit, ille inchoatũ sermonẽ cito abrupit, ille ad cœnã non uocauit. Illius uultus auersior uisus est. Non deerit suspicioni argumentatio. Simplicitate opus est, & benigna rerum æstimatione. Nihil nisi quod in oculos incurret, manifestumq; erit, credamus. Et quoties suspicio nostra uana apparuerit, obiurgemus credulitatẽ. Hæc enim castigatio consuetudinẽ efficiet non facile credendi.

forte, sarcinam aut serinia.

CAP. XXIIII.

CAP. XXV. Vnde illud sequitur, ut minimis sordidisq; rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorus, aut mensa negligentius posita. Ad ista concitari infantia est, ut ægre & infelicis ualetudinis est, quem leuis aura contraxit, affecti oculi, quos candida uestis obturbat, dissolutus delitijs, cuius latus alie no labore condoluit. Mirldem aiunt fuisse ex Sybaritarũ ciuitate, qui cum uidisset fodientem, & altius rastrum alleuantem, lassum se fieri questus, uetuit illud opus in conspectu suo facere: bilẽ habere sæpius questus est, quod solijs rosæ duplicatis incubuisset. Vbi animum simul & corpus uoluptates corrupere, nihil tolerabile uidetur, non quia dura, sed quia molles patimur. Quid enim est cur tussis alicuius, aut sternutamentum, aut musca parum curiose fugata nos in rabiem agat, aut obuersatus canis, aut claruis negligentis serui manibus elapsa. Feret ille æquo animo ciuile conuitium, & ingesta in concione curiaue maledicta: cuius aures tracti subsellij stridor offendit? Perpetietur hic famem, & æstiuæ expeditionis sitim, qui puero male diluenti niuem, irascitur?

CAP. XXVI. Nulla itaq; res magis iracundiam alit, quàm luxuria. Intemperans & impatiens dure contractandus animus est, ut ictum non sentiat, nisi grauem. Irascimur aut his à quibus nec accipere iniuriam potuimus, aut his à quibus iniuriam accipere potuimus. Ex prioribus quædam sine consensu sunt, ut librum quem minutioribus literis scriptum sæpe proiecimus, & mendosum laceranimus, ut uestimenta quæ quia displicebant scidimus. His irasci quàm stultũ est, quæ iram nostram nec meruerunt, nec sentiunt. Sed nos offendunt uidelicet qui illa fecerunt. Primum sæpe antequam hoc apud nos distinguamus, irascimur: deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes iustas afferent. Alius non potuit melius facere quàm fecerit, nec ad tuam cõtumeliam parum didicit. Alius non in hoc ut te offenderet fecit. Ad ultimum quid est dementius, quàm bilem in homines collectam, in res effundere. Atqui ut his irasci dementis est, quæ animata carent, sic & mutis animalibus, quia nulla iniuria nisi à cõsilio profecta. Nocere itaq; nobis possunt, ut ferrum aut lapis, iniuriam quidem facere non possunt. Atqui cõtemni se quidam putant, ubi equi ijdem obsequẽtes alteri equiti, alteri contumaces sint, tanquam iudicio, non cõsuetudine, & arte tractandi, quædam quibusdã subiectiora sint.

CA. XXVII. Atqui ut his irasci stultum est, ita pueris & non multũ à puerorum prudentia distantibus, Omnia enim ista peccata apud æquum iudicem pro innocentia habent imprudentiã. Quædã sunt quæ nocere nõ possunt, nullamq; uim nisi beneficã & salutarem habent

habent, Vt dij immortales, qui nec uolunt obesse, nec possunt. Natura enim illis mitis & placida est, tam longe remota ab aliena iniuria quàm à sua. Dementes itaq; & ignari ueritatis illis imputant sæuitiam maris, immodicos imbres, pertinaciam hyemis, cum interim nihil horũ quæ nobis nocent prosuntq; ad nos proprie dirigantur. Non enim nos causa mundo sumus hyemem æstatemq; referendi, suas ista leges habent, quibus diuina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis uidemur propter quos tanta moueantur. Nihil ergo horũ in nostram iniuriam fit, imò cõtra, nihil non ad salutem. Quædam esse diximus, quæ nocere nõ possunt, quædã quæ nolunt. In his erunt boni magistratus parentesq;, & præceptores, & iudices: quorũ castigatio sic accipienda est, quo modo scalpellũ & abstinentia, & alia quæ profutura torquent. Affecti sumus pœna. Succurrat non tantũ quid patiamur, sed quid fecerimus, in consiliũ de uita nostra mittamur. Si uerum ipsi dicere nobis uoluerimus, pluris litem nostram æstimabimus. Si uolumus æqui omnium rerũ iudices esse, hoc primũ nobis suadeamus, Neminem nostrum esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur, nihil peccaui, nihil feci, imò nihil fateris. Indignamur aliqua admonitiõe, aut coërtione nos castigatos, cũ illo ipso tempore peccemus, quo adijcimus malefactis arrogantiam & cõtumaciam. Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Vt hoc ita sit, quàm angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius officiorũ patet, quàm iuris regula. Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iusticia, fides exigunt? Quæ omnia extra publicas tabulas sunt. Sed ne ad illam quidem arctissimam innocentiæ formulam præstare non possumus. Alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauimus, alijs fauimus. In quibusdam innocentes sumus, quia non successit. Hoc cogitantes æquiores simus delinquentibus, cedamus obiurgantibus, utiq; nobis ne irascamur. Cui enim non, si nobis quoq;? Minime dijs. Non enim illorũ sed lege mortalitatis patimur, quicquid incommodi accidit. At morbi doloresq; incurrunt. Vtiq; aliquò fugiendum est, domicilium putre sortitis. Dicetur aliquis male de te locutus, cogita an prior feceris, cogita de quammultis loquaris. Cogitemus, inquã, alios non facere iniuriã, sed reponere. Alios per nos facere, alios coactos facere, alios ignorantes: & eos qui uolentes scientesq; faciunt, ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere. Aut dulcedine urbanitatis prolapsus est: aut fecit aliquid, non ut nobis obesset, sed quia consequi ipse non poterat, nisi nos repulisset. Sæpe adulatio, dũ blanditur, offendit. Quisquis ad se retulerit quotiens ipse in suspicionem falsam inciderit, quàm multis officijs suis fortuna speciem iniuriæ induerit, quàm multos post odium amare cœperit, poterit non statim irasci, utiq; si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui nullius non uxorem concupiscit, & satis iustas causas putat amandi, quod aliena est, idem uxorem suam aspici non uult: & fidei acerrimus exactor, est perfidus: & mendacia persequitur, ipse periurus: & litem sibi inferri ægerrimè calumniator patitur. Pudicitiam seruorum suorum attentari non uult, qui nõ pepercit suæ. Aliena uitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt. Inde est, quod tempestiua filij conuiuia pater deterior filio castigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoscit, qui nihil suæ negauit, & homicidæ tyrannus irascitur, & punit furta sacrilegus. Magna pars hominum est quæ non peccatis irascitur, sed peccantibus. Faciet nos moderatiores respectus nostri, si consuluerimus nos. Nunquid sic erramus? Expedit ne nobis ista damnare? Maximum remedium est iræ, mora. † Hæc ab illo pœnæ initio non ut ignoscat, sed ut iudicet, desinet, si expectat: nec uniuersam illã tẽtabis tollere, graues habet impetus primos, tota uincetur, dũ partibus carpitur. Ex his quæ nos offendunt, alia renũciantur nobis, alia ipsi audimus aut uidemus. His quæ narrata sunt, nõ debemus cito credere. Multi ementiũtur ut decipiãt, multi quia decepti sunt. Alius criminatione gratiã captat, & fingit iniuriã, ut uideatur diluisse factã. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohærentes diducere uelit. Est suspicax, & qui spectare ludos cupiat, & ex longinquo tutoq; speculetur, quos collisit. De paruula summa iudicaturo, tibi res sine teste probaretur, testis sine iure iurando nõ ualeret, utriq; parti dares actionem, dares tẽpus, nec semel audires. Magis enim ueritas elucet, quo sæpius ad manũ uenerit. Amicũ cõdemnas de præsentibus anteq; audias,

Forte. Nec ab illa pete initio, ut ignoscat.

CAP. XXIX.

CA. XXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

audias, anteq; interroges. Illi anteq; aut accusatorem suum nosse liceat aut crimen, irasceris. Iam uerũ, iamq; quid utrinq; diceretur audisti. Hic ipse qui ad te detulit delinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quod me protrahas. Ego productus negabo. Alioquin nunq; tibi dicam. Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugnæ sũbtrahit. Qui dicere tibi nisi clam nõ uult, pene nõ dicit. Quid est iniquius quam

CAP. XXX. secreto credere, palam irasci? Quorundã ipsi testes sumus. In his naturam excutiemus uoluntatemq; facientium, Puer est, ætati donetur, nescit an peccet. Pater est, aut tantũ profuit, ut illi donanda iniuria eius sit, aut fortassis ipsum hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est, errat. Iussus est, necessitati, quis nisi iniquus succenset? Lætus est. Non est iniuria pati quod prior feceris, Iudex est, plus illius credas sententiæ, quam tuæ. Rex est, si nocentem punit, cede iustitiæ, si innocentem cede fortunæ. Mutum animal est, aut simile muto, imitaris illud, si irasceris. Morbus est aut calamitas, leuius transiliet sustinentem. Deus est, tam perdis operam cum illi irasceris, quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus uir est, qui iniuriam fecit, noli credere, Malus noli mirari. Dabit pœnas alteri quas debet tibi, & iam sibi dedit, qui peccauit. Duo sunt, ut dixi, quæ iracundiam concitant. Primum si iniuriam uidemur accepisse, de hoc satis dictum est. Deinde si inique accepisse, de hoc dicendum est, Iniqua quædam iudicant homines, quia pati non debuerint, quædam quæ non sperauerint, indigna putauimus quæ inopinata sunt. Itaq; maxime cõmouent, quæ contra spem expectationemq; euenerunt.

CAP. XXXI. Nec aliud est quare in domesticis minima offendant, in amicis iniuriam uocemus negligentiam. Quomodo ergo, inquit, inimicorũ nos iniuriæ mouent? quia nõ expectauimus illas, aut certe non tantas. Hoc efficit amor nostri nimius, inuiolatos nos etiam inimicis iudicamus esse debere. Regis quisq; intra se animum habet, ut licentiam sibi dari uelit, in se nolit alteri. Aut ignorantia nos itaq;, aut insolẽtia iracundos facit. Ignorantia. Quid enim mirum est malos mala facinora ædere? Quid noui est, si inimicus nocet, amicus offendit, filius labitur, seruus peccat? Turpissimam aiebat Fabius imperatori excusationem esse, non putaui. Ego turpissimam homini puto. Omnia puta. Expecta & in bonis moribus aliquid existet asperius. Fert humana natura insidiosos amicos, fert ingratos, fert cupidos, fert impios. Cum de moribus unius iudicabis, de publicis cogita. Vbi maxime gaudebis, maxime metues. Vbi tranquilla tibi omnia uidentur, ibi nocitura non desunt, sed quiescunt. Semper futurũ aliquid quod te offendat existima. Gubernator nunq; ita totos sinus explicuit securus, ut non expedite ad cõtrahendũ armamenta disponeret. Illud ante omnia cogita, fœdã esse & execrabilem uim nocendi, & alienissimam homini, cuius beneficio etiam sæua mansuescunt. Aspice elephantorum iugo colla submissa, taurorum pueris pariter ac fœminis persultantibus terga impune calcata, & repentes inter pocula sinusq; innoxio lapsu dracones, & intra domum ursorum leonumq; ora placida tractantibus adulantibusq;. Non ergo feras pudebit cũ animalibus permutasse mentes? Nefas est nocere patriæ: ergo ciui quoque, Nam hic pars patriæ est, Sanctæ partes sunt, si uniuersum uenerabile est: ergo & homini, Nam hic in maiore tibi urbe ciuis est. Quid si nocere uelint manus pedibus? manibus oculi? Vt omnia inter se membra consentiunt, quia singula seruari totius interest: ita homines singulis parcent, quia ad cœtum geniti sumus. Salua aũt esse societas nisi amore & custodia partiũ nõ potest. Ne uiperas quidẽ & natrices, & si qua mortifera aut ictu noceant, effugeremus, si ut reliqua mansuefacere possemus, aut efficere, ne nobis alijsue periculo essent. Ergo ne homini quidem nocebimus, quia peccauit, sed ne peccet. Nec unq; ad præteritum, sed ad futurũ pœna referetur. Non enim irascitur,

CA. XXXII. sed cauet. Nam si puniendum est, cuicunq; prauum maleficumq; ingenium est, pœna neminem excipiet. At enim ira habet aliquam uoluptatem, & dulce est dolorem reddere. Minime: Non enim ut in beneficijs honestũ est merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs. Illic uinci turpe est, hic uincere. Inhumanum uerbum est, & quidem pro iusto receptum, ultio & talio, non multum differt nisi ordine. Qui dolorem regerit tantum excusatius peccat. M. Catonem in balneo quidã percussit imprudens. Quis enim illi sciens faceret iniuriam? Postea satisfacienti Cato non memini, inquit, percussum me

me. Melius putauit, non agnoscere quàm uindicare. Nihil, inquis, illi post tantam petulantiam mali factum est? Imò multum boni, cœpit Catonem nosse. Magni animi est iniurias despicere. Vltionis contumelioſissimũ genus est, non esse uisum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi leues iniurias altius sibi demisere dũ uindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum securus † exaudit. Minus, inquit, contemnemur, si uindicauerimus iniuriam, si tanquam ad remedium sine ira ueniamus, non quasi dulce sit uindicari, sed quasi utile. al. obaudit

De dissimulanda iniuria.

SAepe autem satius fuit dissimulare quàm ulcisci, Potentiorum iniuriæ hilari uultu non patienter tantum ferendæ sunt. Facient iterũ, si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimũ animi magna fortuna insolentes, quos læserũt & oderunt. Notissima uox est eius, qui in cultu regũ consenuerat. Cum illũ quidã interrogaret, quomodo rarissimã rem in aula cõsecutus esset, senectutẽ, Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipsis. Sæpe adeo iniuriã uindicare non expedit, ut ne fateri quidem expediat. C. Cæsar Pastoris splendidi equitis Romani filiũ cum in custodia habuisset, immunditijs eius, & incultioribus capillis offensus, rogante patre, ut salutẽ sibi filij concederet, quasi de supplicio eius admonitus, ad mortẽ duci protinus iussit. Ne tamẽ omnia inhumane faceret aduersum patrẽ, ad cœnã illum inuitauit eo die. Venit Pastor nihil uultu exprobrãte. Propinauit illi Cæsar heminã uini, et posuit illi custodẽ, perdurauit miser, nõ aliter quàm si filij sanguinẽ biberet. Vnguentũ et coronas misit, & obseruare iussit an sumeret. Sumpsit eo die, quo filiũ extulerat, imò quo non extulerat. Iacebat cõuiua centesimus, & potiones uix honestas natalibus liberorũ podagricus senex hauriebat, cum interim non lachrymas emisit, nec dolorẽ aliquo signo erũpere passus est. Cœnauit tanq; pro filio exorasset. Quæris quare? Habebat alterũ. Quid ille Priamus? nõ dissimulauit irã, & regis genua cõplexus est? Funestã persusam q; cruore filij manũ, ad os suũ retulit, & cœnauit, sed tamen sine unguento, sine coronis & illũ hostis sæuissimus multis solatijs, ut cibũ caperet hortatus est, non ut pocula ingentia super caput posito custode siccaret. Contempsisset romanũ patrẽ, si sibi timuisset, nunc irã compescuit pietas. Dignus fuit cui permitteret à conuiuio, ad ossa filij legenda discedere. Ne hoc quidem permisit, benignus interim & comis adolescens propinationibus senem crebris, ut cura leniretur, lacessebat, Cõtra ille se lætũ & oblitũ quid eo esset actũ die † prædixit. Perierat alter filius si carnifici conuiua non placuisset. Ergo ira abstinendũ est siue par est qui lacessendus est, siue superior, siue inferior. Nam cum pare cõtendere, anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidũ. Pusilli hominis & miseri est repetere mordentẽ, ut mures & formicæ, ad quas si manũ admoueris, ora conuertunt. Imbecilla se lædi putant, si tangunrur. Faciet nos mitiores, si cogitauerimus, quod aliquando nobis profuit ille, cui irascimur, et meritis offensam redemerit. Illud quoque occurrat, quantum commendationis nobis allatura sit clementiæ fama, et quàm multos uenia amicos utiles fecerit. Ne irascamur inimicorũ & hostiũ liberis. Inter Syllanæ crudelitatis exempla est, quod à R. P. liberos proscriptorũ submouit. Nihil est iniquius quam aliquẽ hæredẽ paterni odij fieri. Cogitemus quotiens ad ignoscendũ difficiles erimus, an expediat omnes nobis inexorabiles esse. Quàm sæpe ueniã qui negauit, petit, quàm sæpe hic pedibus eius aduolutus est, quem à suis reppulit. Quid est gloriosius quàm irã amicitia mutare? Quos Po. Ro. feliciores habet socios fidelioresq;, quàm quos habuit pertinacissimos hostes? Quod hodie esset imperiũ, nisi salubris prouidentia uictos permiscuisset uictoribus? Irascet aliquis, Tu contra, beneficijs prouoca. Cadit statim simultas ab altera parte deserta, nisi pariter non pugnat. sed si utrinq; certabit ira, cõcurritur: ille est melior, qui prior pedem retulit, uictus est qui uicit. Percussit te, Recede. Referendo enim, & occasionem sæpius feriendi dabis, & excusationẽ non poteris reuelli cũ uoles. Nunq; uelit quisq; tam grauiter hostem ferire, ut relinquat manũ in uulnere, & se ab ictu reuocare non possit. At qui tale ira telum est, uix retrahatur. Arma nobis expedita prospicimus, gladium commodũ & habilem: nõ uitabimus impetus animi his graues magis, furiosos & irreuocabiles? Ea demum uelocitas placet, quæ ubi iussa est,

CA. XXXIII.

al. præstitit

C. XXXIIII.

CA. XXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueſtigiū ſiſtit, nec ultra deſtinata procurrit, & quæ flecti & à curſu ad gradū reduci po-
teſt. Aegros ſcimus neruos eſſe, ubi inuitis nobis mouentur. Senex aut infirmi corpo-
ris eſt, qui cum ambulare uult, currit. Animi motus eos putemus ſaniſsimos ualidiſsi-
mosq́, qui noſtro arbitrio ibunt, non ſuo ferentur. Nihil tam æque profuit, quàm pri-
mum intueri deformitatē rei, deinde periculū. Non eſt ullius affectus facies turbatior,
pulcherrima ora fœdauit, toruos uultus ex tranquilliſsimis reddit. Linquit decor om-
nis iratos, etiamſi amictus illius compoſitus ſit ad legem, retrahet ueſtem, omnemq́ cu
ram ſui effundet. Si capillorū natura uel arte iacentiū non informis eſt habitus, cum a-
nimo inhorreſcunt, & tumeſcunt uenæ, concutitur crebro ſpiritu pectus, rabida uocis
al. trepidi eruptio colla diſtendit. Tūc artus † turbidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio.
Qualē intra putas eſſe animū, cuius extra imago tam fœda eſt? Quāto illi intra pectus
terribilior uultus, acrior ſpiritus eſt, intēſior impetus, rupturus ſe niſi eruperit? Quales
ſunt hoſtiū uel ferarū cæde madentiū, aut ad cædē euntiū aſpectus, qualia poētæ infer-
na monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus, & igneo flatu, quales ad bella excitanda, di-
ſcordiam q́ in populos diuidendā, pacēq́ lacerandā deterrimę inferū exeūt Furiæ: talē
nobis irā figuremus, flāma lumina ardētia ſibilo mugituq́ & gemitu & ſtridore, & li-
qua his inuiſior uox eſt, perſtrepentē, tela manu utraq́ quatientē: neq́ enim illi tegere
ſe, cura eſt: toruā, cruentāq́ & cicatricoſam, & uerberibus ſuis liuidā inceſſu uehemē-
fuſam, multa caligine incurſitantē, uaſtantē, fugantemq́: & omniū odio laborantem,
ſui maxime: ſi aliter nocere nō poſſit, terras, maria, cœlū ruere cupientē, infeſtā pariter,
inuiſamq́. Vel ſi uidetur, qualis apud uates noſtros eſt, Sanguineū quatiens dextra læ-
uaq́ flagellū. Aut ſciſſa gaudens uadit diſcordia palla, aut ſiqua magis dira facies excо-
CA. XXXVI gitari diri affectus poteſt. Quibuſdam, ut ait Seſtius, iratis profuit aſpexiſſe ſpeculum,
perturbauit illos tanta mutatio ſui, uelut in rem præſentē adducti non agnouerunt fe-
& quantulum ex uera deformitate imago illa ſpeculo repercuſſa reddebat? animus ſi
oſtendi, & ſi in ulla materia perlucere poſſet, intuentes nos confunderet, ater maculo-
fuſcq́, æſtuās, & diſtortus, & tumidus. Nūc quoq́ tanta deformitas eius eſt, per oſſa car-
nesq́, & tot impedimenta effluentis. Quid ſi nudus oſtenderetur ſpeculo, qui neminē
deterritū ab ira credit? Quid ergo? qui ad ſpeculū uenerat, ut ſe mutaret, iam mutauе-
rat. Iratis quidem nulla eſt formoſior effigies, quàm atrox & horrida, qualesq́ eſſe, cuā
uideri uolunt. Magis illud uidendū eſt, quàm multis ira per ſe nocuerit. Alij nimio fer-
uore rupere uenas, & ſanguinem ſupra uires elatus clamor egeſsit, & luminum ſuffu-
dit aciem, in oculos uehementius humor egeſtus, & in morbos ægri recidere, nulla ce-
lerior ad inſaniam uia eſt. Multi itaq́ continuauerunt iræ furorem, nec quam expule-
rant mentem unquā receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorē ira. Mortem
liberis, egeſtatem ſibi, ruinā domui imprecantur, & iraſci ſe negant, non minus quàm
inſanire, furioſi. Amiciſsimis hoſtes, uitandiq́ chariſsimis. Legum niſi qua nocent im-
memores, ad minima mobiles. Non ſermone, nō officio adiri faciles. Omnia per uim
gerūt gladijs & pugnare parati, & incūbere. Maximū enim malū illos cepit, & omnia
exuperās uitia. Alia paulatim intrant. Repentina et uniuerſa uis eius eſt, omnes denіq́
C. XXXVII alios affectus ſibi ſubijcit. Amorem ardentiſsimū uincit. Transfoderunt itaq́ armata
corpora, & in eorū quos occiderāt iacuere complexibus. Auaritiam duriſsimū malū,
minimumq́ flexibile ira calcauit, adacta opes ſuas ſpargere, & domui, rebusq́ in unū
collatis inijcere ignem. Quidē non ambitioſus magno æſtimata ira proiecit inſignia,
honoremq́ delatum reppulit? Nullus affectus eſt, in quem non ira dominetur.

LVCII ANNEI SENECAE DE IRA AD NOVA-TVM LIBER TERTIVS.

CAP. I Quod maxime deſideraſti Nouate nunc facere tentabimus, iram exci-
dere animis, aut certe refrenare, & impetus eius inhibere. Id aliquan-
do palam aperteq́ faciendum eſt, ubi minor uis mali patitur: aliquan-
do ex occulto, ubi nimiū ardet, omniq́ impedimento exaſperatur &
creſcit. Refert quantas uires quanq́ integras habeat. Vtrum ne uere-
beranda & agenda ſit, an cedere ei debeamus: dum tempeſtas prima

deſæuit, ne remedia ipſa ſecum ferat, Conſilium pro moribus cuiuſq́ capiendum erit.
Quoſdam enim preces uincunt, quidam inſultant, inſtantq́ ſubmiſsis. Quoſdā terren
do placabimus, Alios obiurgatio, alios confeſsio, alios pudor cœpto deiecit. Alios mo
ra lentū præcipitis mali remediū, ad quod nouiſsime deſcendendū eſt. Cæteri enim af-
fectus dilationē recipiūt, & curari tardius poſſunt. Hæc incitata, & ſeipſam rapiēs uio-
lentia, nō paulatim procedit, ſed dum incipit, tota eſt. Nec aliorū more uitiorū ſolicitat
animos, ſed abducit, & impotentes ſui, cupidosq́ uel communis mali, exagitat. Nec in
ea tantū, in quæ deſtinauit, ſed in occurrentia obiter furit. Cætera uitia impelluntanі-
mos, ira præcipitat. Cæteris etiam ſi reſiſtere contra affectus ſuos non licet, at certe affe-
ctibus ipſis licet ſtare: hæc nō ſecus quàm fulmina procellæq́, & ſi qua alia irreuocabi-
lia ſunt, quia nō eunt, ſed cadūt, uim ſuā magis ac magis tēdit. Alia uitia à ratione, hæc
à ſanitate deſciſcit. Alia acceſſus lenes habent, & incrementa fallentia, in ira deiectus a-
nimorū eſt. Nulla itaq́ reſurget magis attonita, & in uires ſuas prona, & ſiue ſucceſsit
ſuperba, ſiue fruſtratur inſana, ne repulſa quidem in tediū acta, ubi aduerſariū fortuna
ſubduxit, in ſeipſam morſus ſuos uertit. Non refert quantum ſit, ex quo ſurrexit. Ex CAP. II
leuiſsimis enim in maxima euadit, Nullā tranſit ætatem, Nullū hominū genus excipit.
Quædā gentes beneficio egeſtatis non nouere luxuriā, Quædā quia exercitæ & uagæ
ſunt, effugere pigritiam. Quibus incultus mos, agreſtisq́ uita eſt, circunſcriptio ignota
eſt, & fraus et quodcūq́ in foro malum naſcitur, Nulla gens eſt, quam non ira initiget,
tam inter Graios quàm barbaros potens. Non minus pernitiоſa leges metuentibus,
quàm quibus iura diſtinguit modus uiriū. Deniq́ cætera ſingulos corripiūt, hic unus
affectus eſt, qui interdū publice cōcipit. Nunq́ uniuerſus populus fœminæ amore fla-
grauit. Nec in pecuniā aut lucrū tota ciuitas ſpē ſuā miſit. Ambitio uiritim ſingulos oc
cupat, Impotentia non eſt malū publicū. Sæpe in iram uno agmine itum eſt, uiri, fœmi
næ, ſenes, pueri, principes, uulguſq́ conſenſere, & tota multitudo pauciſsimis uerbis
concitata, ipſum concitatorem anteceſsit. Ad arma protinus, ignesq́ diſcurſum eſt, &
indicta finitimis bella, aut geſta cum ciuibus, Totæ cū ſtirpe omni crematæ domus, &
modo eloquio fauorabilis habitus in multo honore, iram ſuæ concionis excepit, in Im
peratorem ſuum legiones pila torſerunt. Diſſedit plebs tota cum patribus, publicū con
ſiliū, ſenatus, non expectatis delectibus, nec nominato Imperatore, ſubitos iræ ſuæ du
ces legit: ac per tecta urbis, nobiles confectatus uiros, ſupplicū manu ſumpſit. Viola-
uit legationes rupto iure gentium, rabieſq́ inſanda ciuitatem tulit, nec datum tempus
quo reſideret tumor publicus, ſed deductæ protinus claſſes, & oneratæ tumultuario
milite. Sine more, ſine auſpicijs populus ductu iræ ſuæ egreſſus, fortuita raptaq́ pro ar
mis geſsit. Deinde magna clade temeritatē audacis iræ luit. Hic barbaris forte ruen- CAP. III
tibus in bella exitus eſt, cum mobiles animos ſpecies iniuriæ perculit, aguntur fiatim,
& quà dolor traxit, ruinæ modo regionibus incidunt incōpoſiti, interriti, incauti, peri
cula appetentes ſua, gaudent feriri, & inſtare ferro, & tela corpore urgere, & per ſuum
uulnus exire. Non eſt inquis dubium quin magna iſta & peſtifera ſit uis. Ideo quemad
modum ſanari debeat mōſtra, Atqui, ut in prioribus libris dixi, ſtat Ariſtoteles defen-
ſor iræ, & uetat illam nobis execari. Calcar ait eſſe uirtutis, Hac erepta, inermem ani-
mum & ad conatus magnos pigrum, inertemq́ fieri. Neceſſarium eſt itaq́ fœdiratem
eius, ac feritatem coārguere, & ante oculos ponere quantum monſtri ſit homo in ho-
minē furens, quantoq́ impetu ruat, nō ſine pernicie ſua pernitioſus, & ea deprimens,
quæ mergi niſi cum mergente non poſſunt. Quid ergo? ſanum hūc aliquis uocat, qui
uelut tempeſtate correptus non it, ſed agitur, & furenti malo ſeruit? nec mandat ultio-
nem ſuam, ſed ipſe eius exactor, animo ſimul ac manu ſæuit, chariſsimorum, eorumq́
quos mox amiſſos fleturus eſt carniſex? Hūc aliquis affectiū uirtuti, adiutorē comitēq́
dat, conſilia ſine quibus uirtus gerit nihil, obturbantem? Caducæ ſiniſtræq́ ſunt uires,
& in malum ſuum ualidæ, in quas ægrū morbus & acceſſio erexit. Non eſt ergo quod
me putes tempus in ſuperuacuis conſumere, quod irā, quaſi dubiæ apud homines opi
nionis, ſic inſamē: cū aliquis ſit, & quidē de illuſtribus philoſophis, qui illi indicat ope-
ras, & tanquam utilem ac ſpiritus ſubminiſtrantem in prælia, in actus rerum, ad omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodcunq; calore aliquo gerendum est, uocet. Ne quem fallat, tanquam aliquo tempore, aliquo loco profutura, ostendenda est rabies eius effrenata & attonita: apparatusq; illi reddendus est suus, eculeus & fidiculæ, & ergastula, & cruces, & circumdati deformibus corporibus ignes, & cadauera quoq; trahens uncus, uaria uinculorum genera, uaria pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, & bestiarum immanium cauernæ. Inter hæc instrumenta collocetur ira, dirum quiddam atq; horridum & furens, omnibus per quæ furit deterior. Vt de cæteris dubium sit, nulli certe affectui peior est uultus, quem in prioribus libris descripsimus, asperum & acrem, et nunc subito retrorsum sanguine fugato, pallentem, nunc in os omni calore ac spiritu uerso, subrubicundum, & similem cruento, uenis tumentibus, oculis nunc trepidis & exilientibus, nunc
CAP. IIII. in uno obtutu defixis & hærentibus. Adijce nunc dentium inter se arietatorum, & aliquē esse cupientiū, non alium sonum, quàm est apris, tela sua attritu acuentibus. Adijce articulorum crepitū, cum se ipsæ manus frangunt, & pulsatum sæpius pectus, anhelitus crebros, tractosq; altius gemitus, instabile corpus, incerta uerba subitis exclamationibus, trementia labra, interdumq; compressa, & dirum quiddam exibilantia. Ferarum, mehercules, siue illas fames exagitat, uel infixum uisceribus ferrum, minus tetra facies est, etiam cum uenatorē suum semianimes morsu ultimo petunt, quàm hominis ira flagrantis. Age, si exaudire uoces ac minas uacet, qualia excarnificati animi uerba sunt: nónne reuocare se quisq; ab ire uolet, cum intellexerit illam à suo primum malo incipere? Non uis ergo admoneam eos, qui iram summa potentia exercent, & argumentum uirium existimant, et in magnis magnæ fortunæ bonis ponunt paratam ultionem, quàm non sit potens, imò nec liber quidem dici possit, iræ suæ captus? Non uis admoneam, quo diligentior quisq; sit, ut ipse se circumspiciat, alia animi mala ad pessimos quosq; pertinere, iracundiam etiam eruditis hominibus, & in alia sanis, irrepere: adeo ut quidam simplicitatis indicium iracundiam dicant, & uulgo credatur facilimus quisq; huic obnoxius? Quorsus, inquis, hoc pertinet? Vt nemo se iudicet tutum ab illa, cum lentos quoque natura & placidos in sæuiciam ac uiolentiam euocet.
CAP. V Quemadmodum aduersus pestilentiam nihil potest firmitas corporis, & diligens ualetudinis cura, Promiscue enim imbecilla robustaq; inuadit: ita ab ira tam inquietis moribus periculum est quàm compositis & remissis, quibus eo turpior ac periculosior est, quo plus in illis mutat. Sed cum primum sit non irasci, secundum retinere, tertium alienæ iræ mederi, dicam primū quemadmodū in iram non incidamus, Deinde quemadmodum ab illa liberemur. Nouissime quemadmodum irascentem retineamus placemusq;, & ad sanitatem reducamus. Ne irascamur præstabimus, si omnia uitia iræ nobis subinde proposuerimus, & illam bene æstimauerimus. Accusanda est apud nos, damnanda: perscrutanda eius mala, & in medium protrahenda sunt: ut qualis sit, appareat, comparanda cum pessimis est. Auaricia acquirit & contrahit, quo aliquis melior utatur, Ira incendit. Paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos egit, quosdam in mortem: quanto plus irascendo, quàm id erat propter quod irascebatur, amisit. Ira patri luctum, marito diuortium attulit, magistratui odium, candidato repulsam. Potior est, inquam, luxuria, quoniam illa sua uoluptate fruitur, hæc alieno dolore uincit malignitatem & inuidiam. Illæ enim infelicem fieri uolunt, hæc facere. Illæ fortuitis malis delectantur, hæc non potest expectare fortunam. Nocere ei quem odit, non noceri uult. Nihil est simultatibus grauius, has ira conciliat, Nihil est bello funestius, In hoc potentium ira prorumpit. Cæterum etiam illa plebeia ira et priuata, inerme, & sine uiribus bellum est. Præterea ira, ut seponamus quæ mox secutura sunt damna, insidias, perpetuam ex certaminibus mutuis solicitudinem, dat pœnas dum exigit. Naturam hominis uitiat: illa in amorē hortatur, hæc in odium. Illa prodesse iubet, hæc nocere. Adijce, quod cū indignatio à nimio sui suspectu ueniat, & animosa uideatur, pusilla est & angusta. Nemo enim non eo à quo se contemptum iudicat, minor est, At ille ingens animus & uerus æstimator sui, non uindicat iniuriam, quia non sentit. Vt tela à duro resiliunt, cum dolore cædentis solida feriuntur: ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius, uelut nulli penetra-

penetrabilem telo, omnes iniurias contumeliasq; respuere. Vltio, doloris cōfessio est. Non est magnus animus, quem incurrit iniuria. Aut potentior te, aut imbecillior læsit. Si imbecillior, parce illi. Si potentior, tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certius, quàm nihil posse, quo instigeris, accidere. Pars superior mundi & ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec uersatur in turbinem, omni tumultu caret, inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus, quietus semper, & in statione tranquilla collocatus, intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & uenerabilis est & dispositus, quorum nihil inuenies in irato. Quis enim traditus dolori & furens non primam reiecit uerecundiam? Quis impetu turbidus, & in aliquem ruens, non quicquid in se uerecundi habuit, abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo constitit incitato? Quis linguæ temperauit? Quis ullam partem corporis tenuit? Quis se tegere potuit. In immensum proderit nobis illud Democriti salutare præceptum, quo monstratur tranquillitas, si neq; priuatim, neq; publice multa, aut maiora uiribus nostris egerimus. Nunquam tam feliciter in multa discurrenti negocia dies transit, ut non aut ex homine, aut ex re offensa nascatur, quæ animū in iras paret. Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: ita in hoc uitæ actu dissipato & uago multa impedimenta, multæ querelæ incidūt. Alius spem nostrā fefellit, alius distulit, alius intercepit. Non ex destinato proposita fluxerūt. Nulli fortuna tā dedita est, ut multa tentanti ubiq; respondeat. Sequitur ergo, ut is cui cōtra quàm proposuerat, aliqua cesserūt, impatiens hominū rerumq; sit. Ex leuissimis causis irascitur, nūc personæ, nunc negocio, nūc loco, nunc fortunæ, nūc sibi. Itaq; ut quietus possit esse animus, non est iactandus, nec multarum, ut dixi, rerū actu fatigandus, nec magnarū supraq; uires appetitarū. Facile est leuia aptare ceruicibus, & in hancaut in illam partem trāsferre sine lapsu. Atqui alienis in nos manibus imposita, ægre sustinemus, uicti in proximos effundimus, & dum stamus sub sarcina, impares oneri uacillamus.
CAP. VI Idem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis, scias. Negocia expedita & habilia sequuntur actorem: ingentia, & supra mensuram agentis, nec dant se facile, & si occupata sunt, premunt atq; adducunt administrantem, qui non quæ facilia sunt, aggreditur, sed uult facilia esse, quæ aggressus est. Quotiēs aliquid conaberis, te simul & ea quæ paras, quibusq; parāris, ipse metire, Facier enim te asperū pœnitentia operis infecti. Hoc interest, utrum quis seruidi sit ingenij, an frigidi, aut humilis. Generoso repulsa irā exprimet, languido inertiq; tristitiam. Ergo actiones nostræ nec paruæ sint, nec audaces, nec improbæ. In uicinum spes exeat. Nihil conemur, quod mox adepti quoq; successisse miremur. Demus operam, ne accipiamus iniuriā quam ferre nescimus. Cum placidissimo & facillimo & minime † obnoxio, morosoq; uiuendum est. Sumūtur à conuersantibus mores. Et ut quædam in contactos è corpore uitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus cōuictores in amorem uini traxit. Impudicorū cœtus fortemq;, & si liceat uirū, emollit. Auaricia in proximos uirus suum transtulit. Eadem ex diuerso ratio uirtutum est, ut omne quod secum habent, mitigent. Nec tam ualetudini profuit utilis regio & salubrius cœlū, quàm animis parū firmis in turba meliorum uersari. Quæres quantum possit, intelliges, si uideris feras quoq; cōuictu nostro mansuescere, nulliq; immani bestiæ uim suā permanere, si hominis contubernio diu passa est. Retunditur omnis asperitas, paulatimq; inter placida dediscitur. Accedit
CAP. VII huc, quod non tantū exemplo melior fit, qui cū quietis hominibus uiuit, sed quod causas irascendi non inuenit, nec uitium suum exercet. Fugere itaq; debebit omneis quos irritaturos iracundiā sciet. Qui sunt, inquit, isti? Multi ex uarijs causis idem facturi. Offendet te superbus cōtemptu, diues cōtumelia, petulās iniuria, liuidus malignitate, pugnax cōtentione, uentosus & mendax uanitate. Non feras à suspicioso timeri, à pertinace uinci, à delicato fastidiri. Elige simplices, faciles, moderatos, qui iram tuā nec euocent, & ferant. Magis adhuc proderunt submissi & humani, et dulces, non tamen usq; in adulationem. Nam iracūdos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster, uir bonus, sed iræ paratioris, cui non magis erat tutum blandiri quàm maledicere. Celium

Universidad de Deusto
Biblioteca

oratorem fuisse iracundissimum constat. Cum quo, ut aiunt, cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens, sed difficile erat illi in crapulam coniecto rixam eius cum quo edebat effugere. Optimum iudicauit quicquid dixisset sequi, & secundas agere. Non tulit Cælius assentientem, sed exclamauit, Dic aliquid contra, ut duo simus. Sed ille quoq; quod non irasceretur iratus, cito sine aduersario desijt. Eligamus ergo uel hos potius, si conscij nobis iracundiæ sumus, qui uultū nostrū ac sermonē sequantur, Facient quidem nos delicatos, et in malam consuetudinē inducent, nihil contra uoluntatem audiendi, sed proderit uitio suo interuallum & quietem dare. Difficilis quoque & indomiti natura, blandientem feret. Nihil asperum tetrumq; palpanti est. Quotiens disputatio longior & pugnacior erit, in prima resistamus antequam robur accipiat. Alit seipsam contentio, & dimissos altius tenet. Facilius est se à certamine abstinere, quàm abducere. CAP. IX Studia quoque grauiora iracundis obmittenda sunt, aut certe citra lassitudinem exercenda, & animus non inter plura uersandus, sed artibus amœnis tradendus. Lectio illum carminum obleniat, & historia fabulis detineat, mollius delicatiusq; tractetur. Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat tibicinos & tubas concitamenta esse, sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens resoluatur? Confusis oculis prosunt uirentia, & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorundam splendore præstringitur, sic mentes ægras studia læta permulcent. Forum, aduocationes, iudicia, fugere debemus, & omnia quæ exulcerant uitium, æque cauere lassitudinem corporis. Consumit enim quicquid in nobis mite placidumq; est, & acria cōcitantur. Ideo quibus stomachus suspectus est, processuri ad res agendas maioris negocij, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio: siue quia calorem inedia compellit, & nocet sanguini, cursumq; eius, uenis laborantibus, sistit: siue quia corpus attenuatum & infirmū incumbit animo. Certe ob eandem causam iracundiores sunt ualetudine aut ætate fessi. Fames quoq; & sitis ex eisdem causis CAP. X uitanda est, exasperat enim & incendit animos. Vetus dictum est, A lassō rixā quæri. Æque autem & ab esuriente, & à sitiente & ab omni homine quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspitionem tactus condolescunt: ita animus affectus, minimis offenditur, adeo ut quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio ad litem euocent. Nunquam sine querela ægra tanguntur, Optimum est itaque ad primum mali sensum mederi sibi, tum uerbis quoque suis minimum libertatis dare, & inhibere impetum. Facile est autem affectus suos cum primum oriuntur reprehendere. Morbum signa præcurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ antè ipsas, notæ ueniūt, ita iræ amoris omniumq; istarum procellarum animos uexantium sunt quædam prænuncia. Qui comitiali uitio solent corripi, iam aduentare ualitudinem intelligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen neruorumq; trepidatio est, si memoria sublabitur caputq; uersatur. Solitis itaq; remedijs incipientem casum occupant, & odore gustuq; quicquid est quod alienat animos repellitur, aut fomentis contra frigus rigoremq; pugnatur: aut si parum medicina profecit uitauerunt turbam & sine teste ceciderunt. Proderit morbum suum nosse, & uires eius antequam spatiētur opprimere. Videamus quid sit quod nos maxime concitet. Alium uerborum, alium rerum contumeliæ mouent. Hic uult nobilitati suæ, hic formæ suæ parci. Ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus. Hic superbiæ impatiens est, hic cōtumaciæ. Illæ seruos non putat dignos quibus irascatur, hic intra domum sæuus est, foris mitis. Ille rogari, inuidiam iudicat, hic non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Scire itaque oportet quid in te imbecillum sit, ut id maxime protegas. CAP. XI Non expedit omnia uidere, omnia audire, multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasq; non accipit, qui nescit. Non uis esse iracundus: ne sis curiosus. Qui inquirit quid in se dictum sit, qui malignos sermones etiā si secreto habiti sint, euerrit, seipse inquietat. Quędam interpretatio eò producit, ut uideantur iniuriæ. Itaq; alia differenda sunt, alia dereidenda, alia donanda. Circunscribenda multis modis ira est. Pleraque in lusum *Festiuus iocus Socratis.* iocumq; uertantur. Socratē aiunt, colapho percussum nihil amplius dixisse, quàm molestum esse, quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent. Non quemadmodum

admodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata. Nec uideo quare difficilis sit moderatio, cum sciam tyrannos quoq; tumida & fortunata licentia, ingenitam sami liaremq; sibi sæuitiam repressisse. Pisistratum certe Athenienssium tyrannum memoriæ proditur, cum multa in crudelitatem eius ebrius conuiua dixisset, nec deessent qui uellent manus ei commodare, & alius hinc, alius illinc faces subderent, placido animo tulisse, & hoc iritantibus respondisse, non magis illi se succensere, quàm si quis obligatis oculis in se incurrisset. Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut leuia aggrauando. Sæpe ad nos ira uenit, sæpius nos ad illam, quæ nunquam accersen CAP. XII da est, etiam cum incidit reijciatur. Nemo dicit sibi, hoc propter quod irascor, aut feci, aut fecisse potui. Nemo animum facientis, sed ipsum æstimat factum. Atqui ille intuendus est, an uoluerit, an inciderit: coactus sit, an deceptus: odium secutus sit, an præmium, sibi morem gesserit, an manum alteri commodauerit. Aliquid peccantis ætas facit, aliquid fortuna, ut ferre, aut pati, aut humanū, aut humile sit. Eo loco nos constituamus, quo ille est cui irascimur. Nunc facit iracūdos iniqua nostri æstimatio, & quæ facere uellemus, pati nolumus. Nemo se differt. Atqui maximū remediū iræ, dilatio est: ut primus eius feruor relanguescat, et caligo quę premit mentē, aut residat, aut minus densa sit. Quædā ex his quæ te præcipitē ferebant, hora nō tantū dies mollict, quædam ex toto euanescent. Si in hoc erit petita aduocatio, apparebit iudiciū non esse iram. Quicquid uoles quale sit scire, tempori trade: Nihil diligenter in†ductu cernitur. Nō potuit *al. fluctu* impetrare Plato à se tempus cū seruo suo irasceretur, sed ponere illum statim tunicam, & præbere scapulas uerberibus iussit, sua manu ipse percussurus. Postquam intellexit irasci se, sicut sustulerat manum suspensam detinebat, & stabat percussori similis. Interrogatus deinde ab amico, qui forte interuenerat, quid ageret, Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo: uelut stupens, gestum illum sæuituro deformē, sapienti uiro seruabat, oblitus iam serui, quia aliū quem potius castigaret inuenerat. Itaq; abstulit sibi in suos potestatē, & ob peccatū quoddam commotior, Tu, inquit, Speusippe seruulū istū uerberibus obiurga, nam ego irascor: ob hoc nō cecidi propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit, plus faciam quàm oportet. Libentius faciam. Non sit iste seruus in eius potestate, qui in sua non est. Aliquis uult irato committi ultionem, cum Plato sibijpse imperium abrogauerit? Nihil tibi liceat dum irasceris. Quare? quia uis omnia licere. Pugna tecum ipse. Si iram uincere non potes, illa te incipit uincere. Si absconditur, si illi exitus non datur, signa eius obruamus, & illam quantum fieri potest, occultam secretamq; teneamus. Cum magna id nostra molestia fiet. Cupit exilire & incendere CAP. XIII oculos, & mutare faciē, sed si eminere illi extra nos licuit, supra nos est. In imo pectoris secessu recondatur, feraturq; nō ferat. Imò in cōtrariū omnia eius indicia flectamus. Vultus remittatur, Vox lenior sit, Gradus lentior, Paulatim cum exterioribus interiora formantur. In Socrate iræ signum erat uocem submittere, loqui parcius, Apparebat tunc illum sibi obstare, Deprehendebatur itaq; à familiaribus & coarguebatur. Nec illi exprobratio latitantis iræ ingrata. Quid ni gauderet, quod iram suam multi intelligerent, nemo sentiret? Sensisset autem, nisi ius amicis obiurgandi se dedisset, sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est. Rogemus amicissimum quemq;, ut tunc maxime aduersus nos libertate utatur, cum minime illam pati poterimus, nec assentiatur iræ nostræ, cōtra nos potens malum & apud nos gratiosum, dum cōspicimus, dū uostri sumus, aduocemus. Qui uinū male ferunt, & ebrietatis suæ temeritatem ac petulantiam metuunt, mandant suis, ut è conuiuio auferantur.

Intemperantiā in morbo suā experti, parere sibi in aduersa ualetudine uetant. Optimum est notis uitijs impedimenta prospicere, & ante omnia ita componere animum, CAP. XIIII ut & grauissimis rebus subitisq; concussus iram aut non sentiat, aut magnitudinē inopinatæ iniuriæ exortā in aluum retrahat, nec dolorem suum profiteatur. Id fieri posse apparebit, si pauca ex ingenti turba exempla protulero, ex quibus utrumq; discere licet, quantū mali habeat ira, ubi hominū præpotentum potestate tota utitur, quantum sibi imperare possit, ubi metu maiore compressa est. Cambysen regem nimis deditum uino, Traxhexaupes unus ex charissimis monebat, ut parcius biberet, turpem esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicens ebrietatem in rege, quē oculi omnium, aures q; sequerentur. Ad hoc ille ut scias inquit, quemadmodū nunquam excidam mihi, approbabo iam, et oculos post uinum in officio esse & manus. Bibit deinde liberalius quàm aliàs capacioribus cyphis, & iam grauis, et uinolentus, ac uiolentus obiurgatoris sui filiū procedere ultra limē iubet, alle uataq; super caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum, et ipsum cor adulescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisoq; pectore hærens in ipso spiculū ostendit, ac respiciens patrē an satis certā haberet manū, interrogauit. At ille negauit Apollinem potuisse certius dimittere. Dij illum male perdant, animo magis quàm conditione manci pium. Eius rei laudator fuit, cuius nimis erat spectatorem fuisse. Occasionem blanditia rum putauit, pectus filij in duas partes diductum, et cor sub uulnere palpitans. Contro uersiam illi facere de gloria debuit, et reuocare iactum, ut regi liberet in ipso patre cer tiorem manum ostendere. O Regem cruentum. O dignum in quem omniū suorum arcus uertantur. Cum execrati fuerimus illum conuiuia supplicijs funeribusq; soluen tem, tamen sceleratius telum illud laudatum est, quàm missum. Videmus quomodo se pater gerere debuerit, stans super cadauer filij sui, & idemq; illam cuius & testis fuerat & causa. Id de quo nunc agitur, apparet, iram supprimi posse. Non maledixit regi, nulla lum emisit ne calamitosi quidē uerbū, cum æque cor suū quàm filij trāsfixum uideret. Potest dici merito deuoralse uerba. Nam si quid tanq; iratus dixisset, nihil tanquā pater facere potuisset. Potest, inquā, uideri sapientius se in illo casu gessisse quàm cū de potan di modo præciperet, quē satis erat unum quàm sanguinē bibere, cuius manus poculis occupari pax erat. Accessit itaq; ad numerum eorum, qui magnis cladibus ostenderūt,
CAP. XV. quanti constarent regum amicis bona consilia. Non dubito quin Harpalus quoque tale aliquid regi suo Persarum suaserit, quo offensus, liberos illi epulandos apposuit, & subinde quæsijt, an placeret cōditura. Deinde ut satis illum plenum malis suis uidit, afferri capita illorum iussit, & quomodo esset acceptus interrogauit, Nō defuerunt mi sero uerba, non os concurrit. Apud regem, inquit, omnis cœna iucunda est. Quid hac adulatione profecit? ne ad reliquias inuitaretur. Non ueto patrem damnare Regis fac tum, non ueto quærere dignam tam truci portento pœnam, sed hoc interim intelli go, posse etiam exigentibus malis nascentem iram abscondi, & ad uerba contraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris refrenatio, utiq; hoc sortitis uitæ genus, & ad regiam adhibitis mensam. Sic editur apud illos, sic bibitur, sic respondetur. Funeribus suis ar ridendum est. An tanti sit uita, uidebimus. Alia ista quæstio est. Non cōsolabimur tam triste ergastulum, nō adhortabimur ferre imperia carnificum, ostendemus in omni ser uitute apertā libertati uiam. Si æger animus, & suo uitio miser est, huic miserias finire secum, licet. Dicam & illi, qui in regem incidit, sagittis pectora amicorū petentem, & illi cuius dominus liberorum uisceribus patres saturat, quid gemis demens, quid expe ctas ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tuæ uindicet, aut rex à longinquo potēs aduolet. Quocunq; respexeris, ibi malorum finis est. Vides illum præcipitem locum? illac ad libertatem descenditur. Vides illud mare, uides illud flumen, illum puteū? Li bertas illic in imo sedet. Vides illam arborem, breuē, horridam, infelicem? pendet in de libertas. Vides iugulū tuum, guttur tuū, cor tuum, effugia seruitutis sunt. Nimis mi hi operosos exitus monstras, & multum animi acroboris exigentes. Quæris quod sit
CAP. XVI ad libertatē iter? Quælibet in corpore tuto uena. Quamdiu quidem nihil tam into lerabile nobis uidetur, ut nos expellat è uita, iram in quocunq; erimus statu, remoueā mus. Pernicioſa est seruientibus. Omnis enim indignatio in tormētum suum proficit, & imperia grauiora sentit, quo contumacius patitur. Sic laqueos fera dum iactat astrin git, sic aues uiscū dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. Nulli tam ar tum est iugū, quod non minus lædat ducentē, quàm repugnantē. Vnū est leuamentū malorum ingentiū, pati, & necessitatibus suis obsequi: sed cum utilis sit seruientibus affectuū suorum, & huius præcipue rabidi atq; effrenis continentia, utilior est regibus. Perierunt omnia ubi quantum suadet ira, fortuna permittit, nec diu potest quæ mul torum malo exercetur potentia stare. Periclitantur enim ubi eos qui separatim gemūt cōmunis metus iunxit. Plerosq; itaq; modo singuli mactauerunt, modo uniuersi, cum illos

illos conferre in unum iras publicus dolor coēgisset. Atqui plerisq; sic irā quasi insigne regium exercuerunt. Sic Darius, qui primus post ablatum Magorum imperium, Per sas & magnam partem orientis obtinuit. Nam cum bellum Scythis indixisset orientē cingentibus, rogatus ab Oraborto nobili sene, ut ex tribus liberis, unum in solatium patri relinqueret, duorum opera uteretur: plusq; rogabatur pollicitus, omnes se illi di xit remissurū, & otiosos in cōspectu parentis abiecit, crudelis futurus, si omnes abdu xisset. At quanto Xerxes facilior, qui Pithio quinq; filiorum patri unius uacationē
CAP. XVII petenti, quem uellet eligere permisit: deinde quem elegerat in partes duas distractum ab utroq; uiæ latere posuit, & hac uictima lustrauit exercitum. Habuit itaq; quē debu it exitum, uictus & late longeq; fusus, ac stratem ubiq; ruinam suā cernens, medius in ter suorum cadauera incessit. Hæc barbaris regibus seritas in ira fuit, quos nulla erudi tio, nullus literarū cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrum qui Clitum charissimū sibi & unà educatū, inter epulas transfodit manu sua, parū adu lantem, & pigre ex Macedone ac libero, in Persicā seruitutē transeuntē. Nam Lysima chum æque familiarem sibi, leoni obiecit. Nūquid ergo hic Lysimachus, felicitate qua dam dentibus leonis elapsus, ob hoc cum ipse regnaret, mitior fuit? Nam Telesphoo rum Rhodium amicum suum undiq; decurtatum, cum aures illi nasumq; abscidisset, in cauea uelut nouum animal aliquod & inusitatū diu pauit, cum oris deiuncti mu tilatiq; deformitas humanā faciem perdidisset. Accedebat fames & squallor & illuuies corporis in stercore suo destituti, callosis super hæc genibus manibusq;, quas in usum pedū angustiæ loci cogebant. Lateribus uerò attritu exulceratis, nō minus fœda quam terribilis erat forma eius uisentibus. Factusq; pœna sua monstrū misericordiam quoq; amiserat, tamē cum dissimillimus esset homini, qui illa patiebatur, dissimilior erat qui faciebat. Vtinam ista sæuitia intra peregrina mansisset exempla, nec in Romanos
CAP. XVIII mores cum alijs aduenticijs uitijs, suppliciorū irarūq; barbariæ translissent. M. Mario, cui uicatim populus statuas posuerat, cui thure & uino R.P. supplicabat, L. Sylla per fringi crura, eruí oculos, amputari manus iussit, et quasi totiens occideret, quotiēs uul nerabat, paulatim & per singulos artus lacerauit. Quis erat huius imperij minister? Quis nisi Catilina, iam omne facinus in Mario exercens? sic illum ante bustum Quin ti Catuli carpebat, grauissimus mitissimi uiri cineribus, supra quos uir mali exempli popularis tamen, & non tam immerito quàm nimis amatus, per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius, qui illa pateretur, Sylla qui iuberet, Catilina, qui faceret. Sed indigna R.P. quæ in corpus suum pariter & hostiū & iudicium gladios reciperet. Quid antiqua persecutor? Modo C. Cæsar Sextū Papiniū, cui pater erat consularis, Bethenum Bassum quæstorem suum procuratoris sui filiū, alioscp et equites Romanos & senatores uno die flagellis cecidit, torsit, non quæstionis, sed animi causa. Deinde adeò impatiēs fuit differendæ uoluptatis, quam ingentem crudelitas sine dilatione po
alterip so loco scebat ut in Cirrha maternorum hortorum, quæ porticum à ripa separat inambulans, quosdam ex illis cū matronis atq; alijs senatoribus ad lucernam decollaret. Quid infia bat? quod periculū, aut priuatū, aut publicū una nox minabatur? quantulū fuit lucem expectare? Denicp ne senatores populi Romani soleatus occideret. Quàm fuerit cru
CAP. XIX delitas eius superba, ad rem pertinet scire, quanq; aberrare aliquādo possumus uideri, et in deuiū exire, sed hoc ipsum pars erit iræ super solita sæuientis. Ceciderat flagellis se natores, ipse effecit, ut dici posset, solet fieri. Torserat per omnia quæ in rerū natura tri stissima sunt, fidiculis, tabularibus, eculeo, igne, uultu suo. Et hoc loco respondebitur, magnam rem, si tres senatores quasi nequā mancipia inter ueſperā et flāmas diuisit, ho mo qui de toto senatu trucidando cogitabat, qui optabat ut populus Romanus unam ceruicē haberet, ut scelera sua tot locis ac temporibus diducta, in unū ictū & unū diem cogeret. Quid tam inauditū, quàm nocturnū supplicium? Cū latrociniū tenebris abscōdi solear, animaduersiones quo notiores sunt, plus ad exemplū emendationēq; proficiūt. Et hoc loco respondebitur mihi, quod tantopere admiraris, isti beluæ quotidianū est, ad hoc uiuit, ad hoc uigilat. Nemo certè inuenietur alius, qui imperauerit silentiū his in quos animaduerti uolebat. Iubebat os inserta spongia includi, ne uocis emittendæ

haberent

Universidad de Deusto
Biblioteca

haberent facultatem. Cui unquam morituro nō est relictum, quo gemeret? timuit ne quam liberiorem uocem extremus dolor mitteret, nequid quod nollet audiret. Sciebat autem innumerabilia esse, quę obiicere illi nemo nisi periturus auderet. Cum spongiæ non inuenirentur, scindi uestimenta miserorum et in os farcire pannos imperauit. Quæ ista sæuitia est? Liceat ultimum spiritum trahere. Da exituræ animæ locum, liceat, animum non per uulnus emittere. Adiicere his longum est, quos patres occisorū eadem nocte, dimissis per domos centurionibus confecit, †homo misericors, luctu liberauit. Non enim Caij sæuitiam, sed iræ malum propositum est scribere, quæ nō tantum in unum furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes, sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut rex Persarum, totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen est. Pepercisse illum iudicas, quod non tota capita præcidit, Nouo genere pœnæ delectatus est. Tale aliquid passi forent Aethiopes, qui ob longissimum uitæ spacium Macrobij appellantur. In hos enim quia non supinis manibus exceperant seruitutem, missisq; legatis libera responsa dederant, quæ contumelioſa reges uocant, Cambyses fremebat, et non prouisis cōmeatibus, nō exploratis itineribus per inuia, per arentia trahebat omnem bello utilem turbam: cui inter primum iter deerant necessaria, nec quicq; subministrabat sterilis & inculta humanoq; † ignota regio. Sustinebant famē, primo tenerrima frondiū, et cacumina arborū, tum coria igne mollita, & quicquid necessitas cibū fecerat. Postq; inter harenas radices quoq; & herbæ defecerant, apparuitq; inops etiam animaliū solitudo, decimū quenq; sortiti, alimentum habuerunt fame sæuius. Agebat adhuc ira regem præcipitem, cum partem exercitus amisisset, partem comedisset, donec timuit, ne et ipse uocaretur ad sortem, tum demum signum receptui dedit. Seruabantur interim illi generosæ aues, & instrumenta expulsarum camelis uehebantur, cum sortirentur milites eius, quis male periret, quis peius uiueret. Hic iratus fuit genti, et ignotæ et immeritæ, sensuræ tamen, Cyrus fluuio. Nā cum Babyloniam oppugnaturus festinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occasionibus sunt, Gyndem late fusum amnem nando transire tentauit, quod uix tutum est, & cum sensit ætatem & ad minimum deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currū alibi solebant, abreptus uehementer cōmouit regē. Iurauit itaq; amnem illum regis commeatus auferentem, eò se redacturum, ut transiri calcariq; etiam à fœminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatū, & tamdiu affecit operi, donec C. & lxxx, † cuniculis diuisum aluеum in ccc. et lx. riuos dispergeret, & siccū relinqueret in diuersum fluentibus aquis. Perijt itaq; tempus, & magna in magnis rebus acfura, & militum ardor, quem inutilis labor fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti cū flumine gerit. Hic furor (Quid enim aliud uoces?) Romanos quoq; contigit. C. enim Cæsar uillam Herculanensi pulcherrimam, quia mater sua aliquando in illa custodita erat, diruit, fecitq; eius per hoc notabilē fortunā. Stantē enim prænauigabamus, nunc causa dirutæ quæritur. Et tam hæc cogitanda sunt exempla quæ uites, quàm illa è cōtrario, quæ sequaris moderata, lenia, quibus nec ad irascendum causa defuit, nec ad ulciscendum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono, quàm duos manipulares duci iubere, qui incumbentes Regio tabernaculo fleciebant, quod homines & periculosissime et libentissime faciunt, de Rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicentem & audientem paulum interesset, quem ille leuiter commouit, & longius, inquit, discedite, ne uos rex audiat. Idem quadam nocte cum quosdam ex militibus suis exaudisset, omnia mala imprecantes Regi, qui ipsos in illud iter & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: & cum ignorantes à quo adiuuarentur explicuisset, nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius uitio in has miserias incidistis. Ei autem bene optate, qui uos ex hac uoragine eduxit. Idem tam miti animo hostiū suorū maledicta quam ciuium tulit. Itaq; cum in paruulo quodam castello Græci obsiderentur, & fiducia loci contemnentes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, et nunc staturā humilē, nunc collisum nasum derideret, gaudeo inquit, et aliquid boni spero, in castris meis Silenum habeo. Cum hos dicaces fames domuisset, captis sicut mos est, ut eos quibus

CAP. XX alter adhuc homo.

forte, uestigio

CAP. XXI

forte, canaliculis

CAP. XXII C. Cæsar.

militiæ utiles erant, in cohortes describeret, cæteros præconio subijceret, id quoq; se negauit facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam habere linguam. Huius nepos fuit Alexander, qui lanceam in conuiuas suos torquebat, qui ex duobus amicis quos paulo ante retuli, alterū feræ obiecit, alterū sibi. Ex his duobus tamen, qui leoni obiectus est, uixit. Non habuit hoc ausum ille uitium, ne paternum quidem. Nam si qua alia in Philippo uirtus fuit, & contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni. Demochares ad illum, Parrhesiastes ob nimiam & procacem linguā appellatus, inter alios Atheniēsium legatos uenerat. Audita benigne legatione Philippus, dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Athenienſibus gratum? Excepit Demochares, te, inquit, suspendere. Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta est, quos Philippus conticescere iussit, & Thersitem illum saluum, incolumemq; dimittere. At uos cæteri legati, inquit, nunciate Athenienſibus, multo superbiores esse, qui ista dicunt, quàm qui impune dicta audiūt. Multa & Diuus Augustus digna memoria fecit dixitq;, quibus appareat illi iram non imperasse. Timagenes historiarum scriptor, quædam in ipsum, quædam in uxorem eius, & in totam domum eius dixerat, nec perdiderat dicta: magis enim circumfertur, & in ore hominum est temeraria urbanitas. Sæpe illum Cæsar monuit, ut moderatius lingua uteretur, per seueranti, domo sua interdixit. Postea Timagenes in contubernio Pollionis Asinij consenuit, ac tota ciuitate dilectus est. Nullum illi limen præclusa Cæsaris domus abstulit: historias quas postea scripserat, recitauit, & combusit, & libros acta Cæsaris Augusti continentes in ignem posuit. Inimicitias gesit cum Cæsare Augusto, nemo amicitiam eius extimuit, nemo quasi fulguris ictum refugit. Fuit qui præberet tam alte cadenti sinum. Tulit hoc, ut dixi, Cæsar patiēter, ne eo quidem motus, quod laudibus suis, rebusq; gestis manus attulerat. Nunquam cum hospite inimici sui questus est, hoc duntaxat Pollioni Asinio dixit, θυμοτερποφής. Paranti, demus excusationem, obstitit: fruere, inquit, mi Pollio, fruere. Et cum Pollio diceret, si iubes Cęsar, statim illi domum meam interdicam, hoc me, inquit, putas facturū, cum ego uos in gratiam reduxerim? Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus, nec ullam habuerat causam desinendi quàm quod Cæsar cœperat. Dicat itaq; quisq; sibi quoties lacessitur, Nūquid potentior sum Philippo? Illi tamen impune maledictū est. Nunquid in domo mea plus possum, quàm toto orbe terrarū diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit, à cōuiatore suo secedere. Quid est? quare ego serui mei † hilarius responsum & contumaciem uultū, & non peruenientem usq; ad me murmurationē, flagellis & cōpedibus expiem? Quis sum, cuius aures lædi nefas sit? Ignouerunt multi hostibus, ego non ignoscam pigris, negligentibus, garrulis? Puerum ætas excuset, fœminam sexus, extraneū libertas, domesticum familiaritas. Nunc primum offendit, cogitemus quamdiu placuerit. Sæpe & alias offendit, feramus quod diu tulimus. Amicus est, fecit quod noluit. Inimicus est, fecit quod debuit. Prudentiori credamus, stultiori remittamus. Pro quocūq; illud respondeamus nobis, sapientissimos quoque uiros multa delinquere, neminem esse tam circumspectum, cuius non diligentia aliquando sibijpsi excidat, Neminē tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum casus impingat, Neminē tam timidum offensarum, qui non in illas dum uitat, incidat. Quomodo homini puſillo solatium in malis fuit, etiam magnorum uirorum titubare, fortunam & æquiore animo filium in angulo fleuit, qui uidit acerba funera, etiā ex regia duci: sic animo æquiore feret ab aliquo lædi, ab aliquo contemni, cuicūq; uenit in mentem, nullam esse tantam potentiam, in quam non incurrat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccāt, cuius non error bonam causam habet? Respiciamus quoties adulescentia nostra in officio parum diligens fuerit, in sermone parum modesta, in uino parum temperans. Si iratus est, demus illi spacium, quo despicere quid fecerit, possit. Seipse castigabit. Deniq; dabit pœnas. Non est quod cum illo paria faciamus. Illud nō uenit in dubium, quin se exemerit turbæ, & altius steterit quisquis despexit lacessentes. Proprium est magnitudinis ueræ, non se sentire percussum. Sic immanis fera ad latratū canum lenta respexit. Sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, incōcussus iniuria persistit,

CAP. XXIII

Timagines

CA. XXIIII.

al. liberius

CAP. XXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitit, qui irascitur, motus est. At ille quem modo altiorem omni incommodo posui, tenet quodam amplexu summū bonum. Nec homini tantū, sed ipsi fortunæ respondet: omnia licet facias, minor es, quàm ut serenitatem meam obducas. Vetat hoc ratio, cui uitam regendā dedi. Plus mihi nocitura est ira, quàm iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus est, ista quouscp me latura sit, incertū est. CAP. XXVI Non possum, inquis, pati. Graue est iniuriam sustinere. Mentiris. Quis enim iniuriam non potest ferre, qui potest iram? Adijce nunc, quod id agis ut iram feras & iniuriā. Quare fers ægri rabiem, et phrenetici uerba? prorū proteruas manus? Nempe quia uidentur nescire, quid faciunt. Quid interest, quo quisq; uitio fiat imprudens? imprudentia par in omnibus patrociniū est. quid ergo, inquis, impune illi erit? Puta te uelle, tamen nō erit. Maxima est enim factæ iniuriæ pœna, fecisse: nec quisquā grauius afficitur, quàm qui ad supplicium pœnitentiæ traditur. Denicp ad conditionem rerum humanarum respiciendum est, ut omniū accidentium æqui iudices simus. Iniquus autem, qui commune uitiū singulis obiecit. Non est Aethiopis inter suos insignitus color, nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos. Vtrumcp decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut fœdum, quod genti suæ publicum est. Et ista quæ retuli, unius regionis atcp anguli consuetudo defendit. Vide nunc quanto in his iustior uenia sit, quæ per totum genus humanum uulgata sunt. Omnes inconsulti et improuidi sumus, omnes incerti, queruli, ambitiosi. Quid leuioribus uerbis huius publicū abscōdo? Omnes mali sumus, Quicquid itacp in alio reprehenditur, id unusquisq; in suo sinu inueniet. Quid illius pallorem, illius maciem notas? Pestilentia est. Placidiores itacp inuicem simus, Mali inter malos uiuimus. Vna CA. XXVII res nos facere potest quietos, mutuæ facilitatis conuentio. Ille mihi iam nocuit, ego illi nondum. Sed iam aliqua fortasse læsisti. Sed lædes. Noli æstimare hanc horam, aut hunc diem. Totum inspice mentis tuæ habitum, etiam si nihil mali fecisti, potes facere. Quanto satius est sanari iniuriam, quàm ulcisci. Multum temporis ultio absumit. Multis se iniurijs obijcit, dum una dolet. Diutius iracimur omnes quàm lædimur. Quanto melius est abire in uniuersum, nec uitia uitijs componere. Numquis satis constare sibi uideatur, si mulam calcibus repetat, & canem morsu? Ista, inquis, peccare se nesciunt. Primum, quàm iniquus est, apud quem hominem esse ad impetrandam uenia nocet. Deinde si cætera animalia hoc iræ tuæ subducit, quod consilio carent, eo loco tibi sit, quisquis cōsilio caret. Quid enim refert, an alia mutis dissimilia habet, si quod in omni peccato muta defendit, simile habet caliginem mentis? Hac peccauit. Hoc enim primum, hoc extremum. Non est quod illi credas, etiam si dixit, iterum nō faciam. Et ille peccabit, et in istum alius, et tota uita inter errores suos uolutabitur. Mansuete imman sueta tractanda sunt. Quod in luctu dici solet, efficacissime & in ira dicetur. Vtrum aliquando desines, an nunc? Si aliquādo, satius est iram relinquere, quàm ab ira relinqui. An semper hæc cogitatio durabit? Vides quàm impacatā tibi denuncias uitā, Qualis CA. XXVIII erit semper ira tumētis? Adijce nunc, quod nisi bene te ipse succenderis, & subinde causas quibus stimuleris, renouaueris, sua spōte ira discedet, & uires illi dies subtrahet. Quāto satius est à te illā uinci quàm se? Huic irascēris, deinde illi: seruis, deinde libertis parentibus, deinde liberis, notis: deinde ignotis. Vbi enim causæ supersunt, nisi depre cator animus accessit. Hinc te illò furor rapiet, & illinc aliò, & nouis subinde iritamentis orientibus, continuabitur rabies. Age infelix, & quando amabis? O quàm bonum tempus in re mala perdis. Quanto nunc satius erat amicos parare, inimicos mitigare, Rempub. administrare, transferre in res domesticas operā, quàm circumspicere quid alicui possis facere mali, quo aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori uulnus infligas, cum id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, etiam si cum inferiore concurses? Victum licet accipias, & ad arbitrium tuum omni patientiæ expositum, sæpe nimia uis cædentis, aut articulum loco mouit, aut neruum in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos, multos debiles fecit, etiam ubi patientiæ est nacta materiam. Adijce nunc, quod nihil tam imbecille natum est, ut sine elidentis periculo pereat. Imbecillos ualentissimis, aliàs dolor, aliàs casus exæquat. Quid quod pleracp eorum propter quæ iracimur, offendunt nos, magis quàm lædunt. Multum autem

autem interest, utrum aliquis uoluptati meæ obstet, an desit: eripiat, an non det. Atqui in æquo ponimus, utrum aliquis auferat, an neget: utrum spem nostram præcidat, an differat: utrum cōtra nos faciat, an pro se: amore alterius, an odio nostri. Quidam uero non tantum iustas causas standi contra nos, sed etiam honestas habent. Alius patrem tuetur, alius fratrem, alius patruū, alius amicum. His tamen non ignoscimus id facientibus, quod nisi facerent, improbaremus. Imò quod est incredibile, sæpe de facto bene existimamus, de faciente male. At mehercule uir magnus ac iustus, fortissimū quēcp CA. XXIX ex hostibus suis, & pro libertate ac salute patriæ pertinacissimum suspicit, & talem sibi ciuem, talem militem contingere optat. Turpe est odisse quem laudes, quanto uerò turpius ob id aliquem odisse, propter quod misericordia dignus est. Si captiuus in seruitutem subito depressus reliquias libertatis tenet, nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit, si ex ocio piger equum uehiculumcp domini cursu non exæquat, si inter quotidianas uigilias sessum somnus oppressit, si rusticum laborem recusat, aut non fortiter obit, à seruitute urbana & seriata translatus ad durum opus. Distinguamus utrum aliquis non possit, an nolit. Multos absoluemus, si cœperimus ante iudicare quàm irasci. Nunc autem primum impetū sequimur. Deinde quamuis uana nos concitauerint, perseueramus, ne uideamur cœpisse sine causa: & quod iniquissimum est, pertinacio- res nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illam & augemus, quasi argumentum sit iuste irascēdi, grauiter irasci. Quanto melius est initia ipsa perspicere, quàm leuia sint, quàm innoxia. Quod accidere uides in animalibus mutis, idē in homine deprehēdes.

Friuolis turbamur & inanibus. Tantū color rubicundus excitat, ad umbram aspis CA. XXX exurgit. Vrsos leonesq; mappa proritat. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt, consternantur ad minima. Idem inquietis & stolidis ingenijs euenit, rerum suspitione feriuntur. Adeo quidem ut interdū iniurias uocent modica beneficia, in quibus frequentissima, certe acerbissima iracundiæ materia est. Charissimis enim iracimur, quod minora nobis præstiterint, quàm mente cōcipimus, quàm quæ alij tulerint, cum utriusq; rei paratum remedium sit. Magis alteri indulsit, nostra nos sine cōparatione delectent. Nunquam erit felix, quem torquebit felicior. Minus habeo quàm speraui, sed fortasse plus speraui quàm debui. Hæc pars maxime metuenda est. Hinc pernicioſissimæ iræ nascuntur, & sanctissima quæcp inuasuræ. Diuū Iuliū plures amici confecerunt quàm inimici, quorum non expleuerat spes inexplebiles. Voluit quidē ille, nec enim quisquam liberalius uictoria usus est, ex qua nihil sibi uindicauit, nisi dispensandi potestatem: sed quemadmodum sufficere tam improbis desiderijs posset, cum tantum omnes cōcupiscerent, quantū poterat unus? Vidit itacp strictis circa sellam suam gladijs comilitones suos, Cimbrum Tullium acerrimum paulò ante suarum partium defensorem, aliosq; post Pompeium demum Pompeianos. Hæc res sua in reges arma con- CA. XXXI uertit, fidissimosq; eò compulit, ut de morte eorum cogitarēt, pro quibus & ante quos mori uotum habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent: Inde dijs quoq; irascimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantū sequatur à tergo ingentis inuidiæ. Tanta tamen importunitas hominum est, ut quamuis multum acceperint, iniuriæ loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi præturam, sed consulatum speraueram. Dedit duodecim fasces, sed nō fecit ordinariū consulem. A me numerari uoluit annum, sed deest mihi ad sacerdotium, Cooptatus in collegium sum, sed cur in unum? Consummauit dignitatem meam, sed patrimonio nihil contulit: & dedit mihi, quæ debebat alicui dare, de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quæ accepisti. Relīqua expecta, & nō dum plenum te esse gaude. Inter uoluptates est, superesse quod speres. Omnes uicisti, primum te esse in animo amici tui lætare. Multi te uincunt. Considera quanto antece- das plures quàm sequaris. Quid si in te maximum uitiū quæris. Falsas rationes cōfi- CA. XXXII cis, data magno æstimas, accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat, Quibusdā timeamus irasci, quibusdam uereamur, quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus, si seruulum infelicem in ergastulum miserrimus, quod properamus uerberare statim, crura protinus frangere. Non peribit potestas ista, si differetur: sine id tempus ueniat, quo ipsi iubeamus. Nunc ex imperio iræ loquimur, cum illa abierit, tunc ui

Universidad de Deusto
Biblioteca

debimus quanti sit ista lis æstimanda. In hoc enim præcipuè fallimur. Ad ferrum uenimus, ad capitalia supplicia, & uinculis, carcere, fame, uindicamus rem, castigandam flagris leuioribus. Quomodo, inquis, nos iubes intueri, quàm omnia per quæ lædi uidemur, exigua, misera, puerilia sint? Ego uero nihil magis suaserim, quàm sumere ingentem animum, & hæc propter quæ litigamus, discurrimus, anhelamus, uidere quàm humilia & abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificũ cogitat respicienda. Circa pecuniam plurimũ uociferationis est, hæc fora defatigat, patres liberosq; cõmittit, uenena miscet, gladios tam percussoribus quàm legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibuta. Propter hanc uxorem maritorumq; noctes strepunt litibus, & tribunalia magistratuum premit turba: Reges sæuiunt, rapiunt, & ciuitates longo seculorum labore constructas euertũt, ut aurum argentumq; in cinere urbium scrutentur. C.XXXIII Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimũtur. Fremitu iudiciorum basilicæ resonant, euocati qui longinquis regionibus iudices sedeãt, iudicaturi, utrius iustior auaricia est. Quid si non propter fiscum quidem, sed pugnum æris, aut imputatum à seruo denarium, senex sine hærede moriturus stomacho dirumpitur? Quid si propter usuram aut millesimam, ualetudinarius fœnerator distortis pedibus, & manibus ad comparendum non relictis, clamat, ac per uadimonia asses suos in ipsius morbi accessionibus uindicat. Si toram mihi ex omnibus metallis, quæ cum maxime deprimimus, pecuniam proferas, si in medium proijcias, quicquid thesauri tegunt, auaritia iterum sub terras referente quæ male egesserat, omnem istam cõgeriem C.XXXIIII dignam non putem quę frontem uiri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt, quæ nobis lachrymas educunt? Cedò nunc persequere cætera, cibos, potiones, horumq; causa paratam ambitionem, munditias, uerbera, contumelias, & motus corporum parum honorificos, & suspiciones, & contumacia iumenta, & pigra mancipia, interpretationes malignas uocis alienæ, quibus efficitur, ut inter iniurias naturę numeretur sermo homini datus. Crede mihi leuia sunt, propter quę nõ leuiter excandescimus, qualia quæ pueros in rixam & iurgium concitant. Nihil ex his quæ tam tristes agimus sæuum est, nihil magnum. Inde, inquam, uobis ira & insania est, quod exigua magna existimatis. Auferre hic mihi hæreditatem uoluit, hic me diu spe suprema captatum eliminatus est, hic scortum meum concupiuit. Quod uinculum amoris esse debebat, sedCA. XXXV tionis atq; odij causa est, idem uelle. Iter angustum, rixas transeuntium concitat, diffusa & late patens uia ne populos quidem collidit. Ista quæ appetitis quia exigua sunt, nec possunt ad alterũ, nisi alteri erepta, transferri, eadem affectantibus pugnam & iurgia excitant. Respondisse tibi indignaris, libertumq; & uxorem, & clientem: Deinde idem de Rep. libertatem sublatam quereris, quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus, contumaciam uocas. Et loquatur, & taceat, & rideat coram dómino, inquis. Imò coram patre familiâs. Quid clamas? Quid uociferaris? Quid flagella media cœna petis, quod serui loquuntur, quod non eodem loco turba concionis est, & silentiũ solitudinis. In hoc habes aures, ut non nisi modulata tantum & mollia, & ex dulci tracta cõpositaq; accipiant? Et trisum audias oportet, & fletũ, & blanditias, & lites, & prosperа, & tristia, & hominum uoces, & fremitus animaliũ, latratusq;. Quid miser expauescis, & ad clamorem serui, & ad tinnitũ æris, aut ianuæ impulsum? cum tam delicatus fueris, tonitrua audienda sunt. Quod de auribus dictum, transferãt ad oculos, qui non minus fastidio laborant si male instituti sunt, macula offenduntur & sordibus, & argento parum splendido, et stagno non ad solẽ perlucente. Hi nempe oculi, qui non ferunt *forte, uenis* nisi uarium ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam † neuis, qui nolunt domi nisi auro preciosa calcare, æquissimo animo foris & scabras lutosasq; semitas spectant, & maiorem partem occurrentiũ squalidam, parietes insularum exC. XXXVI sos, ruinosos, inæquales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat, domi moueat, quàm opinio illic æqua & patiẽs, domi morosa & querula? Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem. Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrũpere, qui quotidie ad rationem reddendã uocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum, quod hodie

hodie malum tuum sanasti? cui uitio obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet sibi quotidie ad iudicem esse ueniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quàm tranquillus altus ac liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censorq; secretus cognoscet de moribus suis? Vtor hac potestate, & quotidie apud me causam dico. Cum sublatũ è conspectu lumen est, & conticuit uxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum scrutor, facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quicquã ex erroribus meis timeam cum possum dicere, Vide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnacius locutus es. Noli postea congredi cum imperitis. Nolũt discere, qui nunquam didicerunt illũ liberius admonuisti quàm debebas, itaq; non emendasti, sed offendisti. De cætero uide, non tantum an uerum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur, ueri patiẽs sit. Admoneri bonus gaudes, pessimus quisq; correptorẽ asperrime patitur. In con C.XXXVII uiuio quorundã te sales, & in dolorem tuum iacta uerba tetigerunt: uitare uulgare conuictus memento, solutior est post unum licentia, quia nunc ne sobrijs quidem pudor est. Iratum uidisti amicum tuum hostiario causidici alicuius, aut † uidisti quod intrantem submouerat, & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo cathenario cani, & hic cum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Recede longius & ride. Nunc iste aliquẽ se putat, quod custodit litigatorũ turba limen obsessum. Nunc ille qui intra iacet, felix fortunatusq; est, & beati hominis ac potentis iudicat indicium, difficilem ianuam, nescit durissimum esse hostiũ carceris. Præsume animo multa esse tibi patienda. Nunquis se hyeme algere miratur? Nunquis in mari nauseare, in uia concuti? Fortis est animus, ad quæ præparatus uenit. Minus honorato loco politus, irasci cœpisti cõuiuatori, uocatori, ipsi qui tibi præferebatur. Demens, quid interest quam lecti premas partem? Honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinum? Non æquis quendam oculis uidisti, quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem? Ergo te Ennius quo non delectaris odisset, & Hortensius simultates tibi indiceret, & Cicero si derideres carmina eius, inimicus esset? Vis tu æquo animo pati cãdidatus sus- C.XXXVIII fragiar? Contumeliam tibi fecit aliquis. Nunquid maiorem quàm Diogeni philosopho *Diogenis* stoico? Cui de ira cum maxime differenti adolescẽs proteruus inspuit, tulit hoc leuiter *patientia* ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat. Cato uidetur melius, cui cum causam agenti in frontem mediam, quantũ poterat attracta pingui saliua, inspuisset Lentulus, ille patrum nostrorum memoria factiosus & impotens, abstersit faciem, & affirmabo, inquit, omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere. Contigit iam nobis Nouate bene componere animũ, si aut non sentit iracundiam, aut superior est. Videamus quomodo alienã iram leniamus, nec enim sani esse tan- C. XXXIX tum uolumus, sed sanare. Primam iram non audebimus oratione mulcere, surda est & amens: dabimus illi spacium, remedia in remissionibus prosunt: nec oculos tumentes tentabimus, uim rigentẽ mouendo incitaturi, nec cætera uitia dum feruent. Initia morborum, quies curat. Quantulum, inquis, prodest remediũ tuum, si sua sponte desinentem irã placat? Primũ ut citius desinat efficit, deinde custodiet ne recidat: ipsum quoq; impetum quem non audet lenire, fallet. Remouebit omnia ultionis instrumenta. Simulabit iram, ut tanquam adiutor et doloris comes plus autoritatis in consilijs habeat: moras nectet, & dum maiorem quærit pœnam, præsentem differet. Omni arte requiem furori dabit. Si uehementior erit, aut pudorem illi cui non resistit, incutiet, aut metum. Si infirmior, sermones inferet uel gratos, uel nouos, et cupiditate cognoscẽdi auocabit. Medicũ aiunt, cum regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scalpellum spongia tectum induxisse. Repugnasset puella remedio palam admoto, eadem quia nõ expectauit, dolorem tulit. Quædam non CAP. XL nisi decepta sanãtur. Alteri dices, Vide ne inimicis iracundia tua uoluptati sit. Alteri, Vide ne magnitudõ animi tui creditumq; apud plerosq; robur cadat. Indignor mehercule, & non inuenio dolendi modum, sed tempus expectandum est, dabit pœnas. Serua istud in animo tuo, cum potueris & pro mora reddes. Castigare uero irascentem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ultro obuiam ire ei, incitare est. Varie aggredieris blandeq;, nisi forte tanta persona eris, ut possis iram comminuere, quemadmodum fecit diuus Augustus: cum cœnaret apud Atedium Pollionem, fregerat unus crystallinum ex seruis: ad mortem rapi eum Atedius iussit, nec uulgari quidem periturum morte: murenis obiici iubebatur, quas ingens piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriæ causa facere? sæuitia erat. Euasit è manibus puer, & confugit ad Cæsaris pedes, nihil aliud periturus, quam ut aliter periret, nec esca fieret. Motus est nouitate crudelitatis Cæsar, & illum quidem dimitti, & crystallina ante omnia coram se frangi iussit, compleriq; piscinam. Fuit Cæsari sic castigandus amicus, bene usus est uiribus suis. E conuiuio rapi homines imperas, & noui generis pœnis lacerari? Si calix tuus fractus est, uiscera hominis distrahentur? Tantum tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas, ubi Cæsar est? Sic instandum potentiæ est, ubi iram ex superiori loco aggredi possit, male tractabilem, ac talem duntaxat, qualem modo retuli. Feram immanem, sanguinariam, quæ iam insanabilis est, nisi maius aliquid extimuit. Pacem demus animo, quam dabit præceptorū salutarium assidua meditatio, actusq; rerum boni, & intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiæ satisfaciat, nil in famam laboremus, sequatur uel mala de bene meritis. At uulgus animosa miratur, & audaces in honore sunt, placidi pro inertibus habētur. Primo forsitan aspectu, sed simul ac æqualitas uitæ fidem facit, non segniciem illam animi esse sed pacē, ueneratur idem illos populus, colitq;. Nihil ergo habet in se utile teter ille & hostilis affectus. At omnia è contrario mala, ferrum, ignes: pudore calcato, cædibus inquinauit manus, membra liberorū dispersit. Nihil uacuum reliquit à scelere, non gloriæ memor, non infamiæ metuēs, inemendabilis cum ex ira in odium obcaluit. Careamus hoc malo, purgemusq; mentem, et extirpemus radicitus ea uitia, quę quamuis tenuia undecunq; hæserint, renascentur, & iram non temperemus, sed ex toto remoueamus. Quod enim malæ rei temperamentū est? Poterimus autē, adnitamur modo: Nec ulla res magis proderit, q̄ cogitatio mortalitatis. Sibi quisq; ut alteri dicat: Quid iuuat ranquam in æternū genitos iras indicere, & breuissimā ætatem dissipare? Quid iuuat dies, quos in uoluptatem honestam impendere licet, in dolorem alicuius tormentumq; transferre? Non capiunt res istæ iacturam, nec tempus uacat perdere. Quid ruimus in pugnam? Quid certamina nobis accersimus? Quid imbecillitatis obliti, ingentia odia suscipimus, & ad frangendū fragiles consurgimus? Iam istas inimicitias, quas implacabili gerimus animo, febris aut aliud malum corporis uetabit geri. Iam paracerrimum media mors dirimet. Quid tumultuamur, & uitam seditiosi cōturbamus? Stat super caput fatū, & pereunti dies imputat, propiusq; ac propius accedit. Istud tempus quod alienæ destinas morti, fortasse citra tuam est. Quin potius uitā breuē colligis, placidamq; & tibi & cæteris præstas? Quin potius amabilem te, dum uiuis omnibus, desiderabilem cum excesseris, reddis? Et quid illum nimis ex alto tecū agentem detrahere cupis? Quid illum oblatrantem tibi, humilem quidem & contemptū, sed superiorbus acidum ac molestū exterrere uiribus tuis tentas? Quid seruo? quid domino? quid regi? quid clienti tuo irasceris? Sustine paulum. Venit ecce mors, quæ nos pares faciat. Videre solemus inter matutina harenæ spectacula, tauri & ursi pugnam inter se colligatorum, quos cum alter alterū uexârit, suus cōfector spectat. Idem facimus: Aliquem nobiscū alligatū lacessimus, cum uicto uictoriq; finis æque maturus immineat. Quietipotius pacatiq;, quantulumcunq; supereſt, exigamus, nulli cadauer nostrū iaceat inultum. Sæpe rixam conclamatū in uicino incendium soluit, & interuētus feræ, latronem uiatoremq; diducit. Colluctari cum minoribus malis nō uacat, ubi metus maior apparuit. Quid nobis cum dimicatione et insidijs? Nunquid amplius isti cui irascēris quàm mortem optas? Etiam te quiescēte morietur, perdis operam. Facere uis, quod futurum est. Nolo, inquis, utiq; occidere, sed exilio, sed ignominia, sed damno afficere. Magis ignosco ei, qui uulnus inimici, quàm qui punctiunculā concupiscit: hic enim non tantum mali animi est, sed pusilli: siue de ultimis supplicijs cogitas, siue de leuioribus, quantulum est temporis, quo aut ille pœna sua torqueatur, aut tu malum gaudium ex aliena percipias? Iam ipsum spiritū expuimus, interim dum trahimus. Dum inter homines

CAP. XLI

CAP. XLII

CAP. XLIII

mines sumus, colamus humanitatem, non timori cuiquam, non periculo simus, detrimenta, iniurias, conuicia, uellicationes contemnamus, & magno animo breuia feramus incommoda, dum respicimus (quod aiunt) uersamusq; nos, immortalitas aderit.

Tertij & ultimi libri de ira, finis.

IN LIBRVM DE IRA PRIMVM.

Cap. 2. *Venena & eorum mutuas sordes.* Rodolphus recte annotarat, *& reorum mutuas sordes, sentit enim mutuas accusationes. Nam olim rei sorditati ueniebant in iudicium.*

CAPVT III. IN FINE.

Regimen est illud. Sic prior æditio. Agricola recte annotauit *regium illud & principale, τὸ ἡγεμονικόν.*
Cap. 5. initio, lege, hic damnatum cum dedecore & traductione uita exigit.

CAPVT VIII.

Sed affectus & ratio, peiusq; in melius animi mutatio est. Sic habebant priores æditiones. Rodolphus *tollit, sed, id suspicor fuisse scilicet, ab explanatore additum: deinde legit, quæ in melius mutatio est. Ex his conijcio fuisse scriptum, affectus qui in peius, & ratio quæ in melius animi mutatio est.*

CAPVT IX.

Si non patitur. Arbitror legendum, si non paret, hoc est, obtemperat.

IN LIBRVM II. CAP. V.

Quid ergo origo huiusmodi mali, inhibita est, aliter, ab ira est. Ita prior æditio. Legendū arbitror, Imbibita est natura, quæ &c. Siue, indita est natura. CAP. X.

Vbi isti biccine locus est? Alius habebat, uni isti hoccine iocus est? Rodolphus *addiuinarat uni isti hoc omne iocus est. Forte melius, ubi hic iræ locus est? Nam sequitur, Aut ridenda omnia aut flenda sunt. Nusquam igitur iræ locus.*

CAPVT XI.

Nec hoc sapientis dici uelim, quod ferè quoq; telum timeri. Sic nostra prior. Quidam habebat, *ne hoc sapienti malim, quod ferè quoq; sapientis telum est timeri.* Rodolphus *annotarat. Nec hoc serpentem malim, quod ferè sapientis quoq; telum est timeri. Nostra minori negocio restituetur, addita literula, nec hoc sapientis dici uelim, quod feræ quoq; telum est, timeri. Sentit enim feras terrore tutas esse, quod negat conuenire sapienti.*

CAPVT XXIII.

Rogauit pro antiquis, & quis supereſſet. Ita prior æditio. Rodolphus *diuinauit, proin, & quis supereſſet. Simplicior diuinatio est, rogauit porrò an quis, siue nunquis, & quis supereſſet. Aut, rogauit è propinquis, & quis superesset? Sed interim occurrit quod uero propius est. Enarrator huic uoci ecquis, interpretans adiecit, pro, an quis. ex eo factum est, pro antiquis.* CAP. XXVI.

Quæ nullam iniuriam à consilio profectam faciunt. Sic prior æditio. Altera, quæ nullam iniuriam si à consilio profectam. Rodolphus *addiuinauit, quia nullam iniuriam nisi à consilio profectam intelligo. Simplicius erat, quia nulla est iniuria, nisi à consilio profecta.*

IN LIBRVM III.

Cap. 12. Si nihil erit petita aduocatio. Rodolphus *mea sententia recte annotarat, pro, nihil, in hoc.*

CAPVT XXXIII.

Quid si in te maximum uitium quæris. Ita prior æditio. Alius, quod sitiente maximū uicium quæris. Rodolphus *annotarat. Quid inficiantis maximum uicium quæris? Rectius, quod in inficiante maximum uitium quæreris &c.*

CAPVT XXXIIII.

Hic me dum spe suprema captus est criminatur. Sic prior æditio. Quædam habebat, hic me diu spem supremam captatus, tum criminatus est. Rodolphus *annotarat, Hic me diu spe suprema captatum, criminatus est, & probatur coniectura.* CAPVT XXXVIII.

Aut pudorem illi cui non resistit incutiet. Rodolphus *sustulerat negationem. Bene habet lectio, si sit cui non resistat, ut intelligas uehementem.*

LVCII ANNEI SENECAE AD NERONEM CAESAREM DE CLEMENTIA, LIBER PRIMVS.

SCribere de clementia Nero Cæsar instituī, ut quodammodo speculi uice fungerer, & te tibi ostenderem, peruenturū ad uoluptatem maximam omnium. Quamuis enim recte factorum uerus fructus sit fecisse, nec ullum uirtutum pretium dignum illis extra ipsas sit, iuuat tamen inspicere & circuire bonam conscientiā, tum immittere oculos in hanc immensam multitudinem, discordem, seditiosam, imposentem, in perniciem alienam suamq; pariter exultaturam, si hoc iugum fregerit, † ita loqui secum, Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qui in terris deorū uice fungerer, ego uitæ necisq; gentibus arbiter, qualem quisq; sortem, statumq;

al. ita ergo loquetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

statumq; habeat, in manu mea positum est. Quid cuiq; mortalium fortuna datum uelit meo ore pronunciat. Ex nostro responso lætitiæ causas, populi, urbesq; concipiunt. Nulla pars usquam nisi uolente propicioq; me, floret. Hæc tot milia gladiorum quæ pars mea cõprimit, ad nutum meum stringẽtur: quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mãcipia fieri, quorumq; capiti regium circundari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea iurisdictio est. In hac tanta facultate rerum, nõ ira me ad iniqua supplicia compulit, non iuuenilis impetus, non temeritas hominũ & † contumelia, quæ sæpe tranquillissimis quoq; pectoribus patientiam extorsit, non ipsa ostentandæ per terrores potentiæ, dira sed frequens magnis imperijs gloria. Conditũ, imò constrictum apud me ferrũ est. Summa parsimonia etiam uilissimi sanguinis. Nemo nõ, cui alia desint, hominis nomine apud me gratiosus est, seueritatem abditam, clementiã in † promptu habeo. Sic me custodio tanquã legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem euocaui, rationem redditurus sim. Alterius ætate prima motus sum, alterius ultima. Alium dignitati donaui, alium humilitati. Quoties nullam inuenerã misericordiæ causam, mihi peperci. Hodie diis immortalibus, si à me rationem repetant, annumerare genus humanũ paratus sum. Potes hoc Cæsar prædicare audacter, omnia in fida tutela haberi, nihil per te, neq; ui, neq; clam Reipub. ereptum. Rarissimam laudem, & nulli adhuc principum concessam concupisti, innocentiam. Non perdis operam, nec bonitas ista tua singularis, ingratos aut malignos æstimatores nacta est. Refertur tibi gratia. Nemo unus homo uni homini tã charus unquã fuit, quàm tu populo Romano, magnum longumq; eius bonũ. Sed ingens tibi onus imposuisti. Nemo iam diuum Augustum, nec Tiberij Cæsaris prima tempora loquitur, nec quod te imitari uelit, exemplar extra te quærit. Principatus tuus ad gustum exigitur. Difficile hoc fuisset, si non naturalis tibi ista bonitas esset, sed ad tempus sumpta. Nemo enim potest personam diu ferre. Ficta cito in naturam suam recidunt, quibus ueritas subest, quæq; (ut ita dicam) ex solido enascũtur, tempore ipso in maius melius q; procedũt. Magnam adibat aleam populus Romanus, cum incertũ esset quò se statim nobilis indoles daret. Iam uota publica in tuto sunt. Nec enim periculum est, ne te subita tui capiat obliuio. Facit quidem auidos nimia felicitas, nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo quod cõtigit, desinant. Gradus à magnis ad maiora fit, & spes improbissimas cõplectuntur, insperata assecuti. Omnibus tamen nunciubus tuis, & hæc confessio exprimitur, esse se felices, & illa, nihil iam his accedere bonis posse, nisi ut perpetua sint. Multa illos cogunt ad hanc confessionẽ, qua nulla in homine tardior est: securitas alta, affluens, ius supra omnem iniuriam positum. Obuersatur oculis lætissima forma Reipub. cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia, Præcipue tamen æqualis, ad maximos imosq; peruenit clementiæ tuæ admiratio. Cætera enim bona proportione fortunæ suæ quisq; sentit, aut expectat maiora minoraq;, ex clementia omnes idem sperant. Nec est quisquam, cui tam ualde innocentia sua placeat, ut non stare in conspectu clementiã paratam humanis erroribus gaudeat.

al. contumacia

al. procinctus

CAP. II Esse autem aliquos scio, qui clementia pessimum quemq; putent sustineri, quoniam nisi post crimen superuacua est, & sola hæc uirtus inter innocentes cessat. Sed primum omnium sicut medicinæ apud ægros usus, etiam apud sanos honor est: ita clementiam quamuis pœna digni inuocent, etiam innocentes colunt. Deinde habet clementia in persona quoq; innocentiũ locum, quia interim fortuna pro culpa est: nec innocentiæ tantum clementia succurrit, sed sæpe uirtuti, quoniamquidem conditione temporum incidunt quædam, quæ possint laudata puniri? Adijce quod magna pars hominũ est, quæ reuerti ad innocentiam possit. Sed non tamen uulgo ignoscere decet. Nam ubi discrimen inter malos bonosq; sublatum est, cõfusio sequitur & uitiorum eruptio. Itaq; adhibenda est moderatio, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat. Nec promiscuam habere ac uulgarem clementiam oportet, nec abscisam. Nam tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Modum tenere debemus, sed quia difficile est temperamentum, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet. Sed hæc suo loco melius dicentur.

Nunc

Nunc in tres partes omnem hanc materiam diuidam. Prima erit mansuetudinis. Secunda quæ naturam clementiæ habitumq; demonstret. Nam cum sint uitia quædam uirtutes imitantia, non possunt secerni, nisi signa quibus dignoscantur impresseris. Tertio loco quæremus, quomodo ad hanc uirtutem perducatur animus, quomodo confirmet eam, & usu suam faciat. Nullam uerò ex omnibus uirtutibus magis homini conuenire, cum sit nulla humanior, constet necesse est, nõ solum inter nos, qui homines sociale animal, cõmuni bono gentiũ uideri uolumus, sed etiã inter illos qui hominem uoluptati donant, quorum omnia dicta factaq; ad utilitatem suam spectant. Nam si quietem petit & ocium, hanc uirtutem naturæ suæ nactus est, quæ pacẽ amat, & manus retinet. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quàm regem aut principẽ decet. Ita enim uirtutes, magnis uiris decori gloriæq; sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pestifera uis est, ualere ad nocendum. Illius demũ magnitudo stabilis fundataq; est, quem omnes tam supra se esse, quàm pro se sciũt, cuius curam excubare pro salute singulorum atq; uniuersorum quotidie experiuntur: quo procedente, non tanquam malum aliquod aut noxium animal è cubili prosilirent, diffugiunt, sed tanquam ad clarum ac beneficum sydus certatim aduolant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, et substernere corpora sua, si per stragem illi humanam, iter ad salutem struendum sit. Somnum eius nocturnis excubijs munitũ, latera obiecti circumfusiq; defendunt, incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusq; consensus, sic protegendi amandiq; reges, & se suaq; iactandi, quocunq; desiderauerit imperantis salus. Nec hæc uilitas sui est, aut demẽtia, pro uno capite tot milia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam senis & inualidi. Quemadmodum totum corpus animo deseruit, & cum hoc tanto magis tantoq; speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis, & in qua sede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi, negociũ illi gerunt, illum hæc cutis munit, illius iussu iacemus, aut inquieti discurrimus, cum ille imperauit, siue auarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, siue ambitiosus, iamdudũ dexterã flammis obiecimus, aut uoluntarie subsiluimus. Sic hæc immensa multitudo, unius animæ circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura uiribus suis, nisi cõsilio sustineretur.

CAP. III.

Suam itaq; incolumitatem amant, cum pro uno homine denas legiones in aciẽ deducunt, cum in prima fronte procurrunt, & aduersa uulneribus pectora ferunt, ne imperatoris sui signa uertantur. Ille est enim uinculũ, per quod Respub. cohæret, ille spiritus utilis quẽ hæc tot milia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperij subtrahatur Rege incolumi mens omnibus una, Amisso rupere fidem. Hic casus Romanæ pacis exitium erit, hic tanti fortunam populi in ruinas ager. Tamdiu ab isto periculo aberit hic populus, quamdiu sciet ferre frenos, quos si quando abruperit, uel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit, hæc unitas & hic maximi imperij contextus, in partes multas dissiliet: idemq; huic urbi dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Ideò principes regesq;, & quocũq; alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum amari ultra priuatas etiam necessitudines. Nam si fanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, ut is quoq; charior sit, in quem se Respub. conuertit. Olim enim ita se induit Reip. Cæsar, ut deduci alterum non posset sine utriusq; pernicie. Nam ut illi uiribus opus est, ita & huic capite.

CAP. IIII.

Longius uidetur recessisse à proposito oratio mea. At mehercules rem ipsam premit. Nam si, quod adhuc colligitur, animus Reipub. tu es, illa corpus tuum, uides ut puto quàm necessaria clementia sit. Tibi enim parcis, cũ uideris alteri parcere. Parcendum itaq; est etiam improbandis ciuibus, non aliter quàm membris languẽtibus. Et si quando misso sanguine opus est, sustinendũ est, ne ultra quàm necesse sit incidat. Est ergo, ut dicebam, clemẽtia omnibus quidẽ hominibus secundũ naturã, maximè tamẽ decora imperatoribus, quanto plus habet apud illos quod seruet, quantoq; in maiore materia apparet. Quantulũ enim nocet priuata crudelitas, Principũ sæuitia bellũ est. Cum autẽ uirtutibus inter se sit cõcordia, nec ulla altera melior aut honestior sit, quædam tamen quibusdam personis aptior est. Decet magnanimitas quemlibet moralẽ,

CAP. V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam illū infra quē nihil est. Quid enim maius, aut fortius, quàm malā fortunā retundere? Hæc tamē magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliusq; in tribunali quàm in plano cōspicitur. Clementia in quācunq; domū peruenerit, eam felicē tranquillamq; præstabit. Sed in regia quo rarior, eo mirabilior. Quid enim est memorabilius, quàm eū cuius iræ nihil obstat, cuius grauiori sentētiæ ipsi qui pereunt assentiuntur, quē nemo interrogaturus est, imò si uehementius excanduit, nec deprecaturus est quidem, ipsum sibi manum inijcere, & potestate sua in melius placidiusq; uti, hoc ipsum cogitantem, Occidere contra legem nemo non potest, seruare nemo præter me. Magnam fortunam magnus animus decet, qui nisi se ad illam extulit, & altior stetit, illam quoq; infra terram deducit. Magni autem animi est proprium, placidū esse tranquillūq;, & iniurias atq; offensiones semper despicere. Muliebre est furere in ira. Ferarum uerò nec generosarū quidem, præmordere & urgere prosectos. Elephantes leonesq; transeunt, quē impulerunt. Ignobilis bestiæ pertinacia est. Non decet regem sæua, nec inexorabilis ira. Non multum enim supra eum eminet, cui se irascendo exæquat. At si dat uitam, si dat dignitatem periclitantibus & meritis amittere, facit quod nulli nisi rerum potienti licet. Vita enim etiam superiori eripitur, nunquā nisi inferiori datur. Seruare propriū est excellētis fortunæ, quæ nunq; magis suspici debet, quàm cū illi contingit idē posse quod dijs, quorū beneficio in lucem ædimur tam boni quàm mali. Deorū itaq; sibi animū asserens princeps, alios ex ciuibus suis, quia utiles bonisq; sunt, libens uideat, alios in numerū relinquat: quosdā esse gaudeat, quosdam patiatur.

CAP. VII. Cogitate in hac ciuitate, in qua turba per latissima itinera sine intermissione defluēs elliditur, quoties aliquid obstitit, quod cursum eius uelut torrentis rapidi moraretur. In qua tribus eodem tempore theatris uiæ postulantur, in qua consumitur, quicquid terris omnibus aratur, quanta solitudo & uastitas futura sit, si nihil relinquitur, nisi qd iudex seuerus absoluerit. Quotus quisq; ex quæstoribus est, qui non ea ipsa lege teneatur qua quæritur? Quotus quisq; accusator uacat culpa? Et nescio an nemo ad dandam ueniam difficilior est, quàm qui illam petere sæpius meruit. Peccauimus omnes, alij grauia, alia leuiora, alij ex destinato, alij forte impulsi, aut aliena nequitia ablati, alij in bonis consilijs parum fortiter stetimus, & innocentiam inuiti ac renitentes perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed usq; ad extremum æui delinquimus. Etiam si quis tam bene purgauit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando peruenit.

CAP. VII. Quoniam deorum feci mentionem, optime hoc exemplum principi constituam, ad quod formetur, ut se talem esse ciuibus quales sibi deos uelit. Expedit ergo habere inexorabilia peccatis atq; erroribus numina, expedit usq; ad ultimam infesta perniciem? Et quis regum erit tutus, cuius non membra aruspices colligant? Quod si dij placabiles sunt, & æque delicta potentiū non statim fulminibus persequuntur, quanto æquius est hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium, & cogitare utrum mundi status gratior oculis pulchriorq; sit sereno & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignes hinc atq; illinc micant. Atqui non alia facies est quieti moderatiq; imperij, quàm serenī cœli & nitentis. Crudele regnum, turbidum, tenebrisq; obscurum est inter trementes, & ad repentinum sonitum expauescentes, nec eo quidem qui omnia conturbat inconcusso. Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se uindicantibus. Possunt enim lædi, doloriq; eorum ab iniuria uenit. Timent præterea contemptum, & non retulisse lædentibus gratiam, infirmitas uidetur, non clementia. At cui ultio in facili est, is omissa ea, certam laudem mansuetudinis cōsequitur. Humili loco positis exerere manū, litigare, in rixam procurrere, ac morem iræ suæ gerere liberius est. Leues inter paria ictus sunt. Regi uociferatio quoq;, uerborumq; intemperantia non ex maiestate est.

CAP. VIII. Graue putas eripi loquendi arbitriū regibus, quod humillimi habent. Ista quidem seruitus est, nō imperiū. Quid tu nō experiris istud nobis esse, non tibi seruitutē? Alia conditio est eorum, qui in turba quam non excedunt latent, quorum & uirtutes ut appareant, diu luctantur, & uitia tenebras habent. Vestra facta dictaq; rumor excipit, & ideò

ideò nullis magis cauendum est, qualem famam habeant, quàm qui qualemcunq; meruerint, magnam habituri sunt. Quàmmulta tibi non licent, quæ nobis beneficio tuo licent. Possum in qualibet parte urbis solus incedere sine timore, quamuis nullus sequatur comes, nullus sit domi, nullus ad latus gladius, tibi in tua pace armato uiuendū est. Aberrare à fortuna tua non potes, obsidet te, & quocunq; descendis, magno apparatu sequitur. Et hæc summæ magnitudinis seruitus est, non posse fieri minorem, sed cum dijs tibi communis ista necessitas est. Nam illos quoq; cœlum alligatos tenet, nec magis illis descendere datum est, quàm tibi tutum. Fastigio tuo affixus es. Nostros motus pauci sentiunt. Prodire nobis, ac recedere, & mutare habitum sine sensu publico licet, tibi non magis quàm soli latere contingit. Multa contra te lux est, omnium in istam conuersi oculi sunt. Prodire te putes, oriris: loqui non potes, nisi ut uocem tuam quæ ubiq; sunt gentes excipiant. Irasci non potes, nisi ut omnia premantur. Sic neminem potes affligere, nisi ut quicquid circa fuerit, quatiatur. Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius, quàm nocent, non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit cogitatur, in eo qui omnia potest. Adijce nunc, quod priuatos homines ad accipiendas iniurias opportuniores, acceptarum patientia facit: regibus certior est ex mansuetudine securitas. Quia frequens uindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat, uoluntas oportet ante sæuiendi, quàm causa deficiat. Alioquin quemadmodum præcisæ arbores plurimis ramis repullulant, & multa satorum genera ut densiora surgant, reciduntur: ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo. Parentes enim liberiq; eorum qui interfecti sunt, & propinqui & amici in locum singulorum succedunt. Hoc quàm uerum sit, admonere te exemplo domestico uolo.

CAP. IX. Diuus Augustus fuit mitis princeps, si quis illū à principatu suo æstimare incipiat: in communi quidem Repub. gladium mouit, cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es, duodeuicesimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorum absconderat, iam insidijs M. Antonij consulis latus petierat, iam fuerat colliega proscriptoris: sed cū annum quadragesimum transisset, et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam stolidi ingenij uirū insidias ei struere. Dictum est & ubi & quādo, & quem admodū aggredi uellet. Vnus ex cōscijs deferebat. Constituit se ab eo uindicare. Consilium amicorum aduocari iussit, Nox illi inquieta erat, cum cogitaret adolescentē nobilem, hoc detracto integrum, Cn. Pompei nepotem damnandū. Iam unū hominem occidere non poterat, cum M. Antonius proscriptionis edictum inter cœnam dictaret. Gemens subinde uoces emittebas uarias, & inter se contrarias. Quid ergo? ego percussorem meum securum ambulare patiar, me solicito? Ergo non dabit pœnas, qui tot ciuilibus bellis frustra petitū caput, tot naualibus, tot pedestribus prelijs incolume, postquam terra mariq; pax parta est, non occidere constituat, sed immolare? Nam sacrificantē placuerat adoriri. Rursus silētio interposito, maiore multo uoce sibi, quàm Cinnæ irascebatur. Quid uiuis, si perire te tam multorum interest? Quis finis erit supplicium? Quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescētulis expositū caput, in quod mucrones acuant. Non est tanti uita, si ut ego non peream, tam multa perdenda sunt. Interpellauit tandem illū Liuia uxor. Et admittis, inquit, muliebre consiliū? Fac quod medici solent, qui ubi usitata remedia non procedunt, tentant contraria. Seueritate nihil adhuc profecisti, Saluidenum Lepidus secutus est, Lepidum Murena, Murenam Cœpio, Cœpionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet: nunc tenta quomodo tibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnæ. deprehensus est. Iam nocere tibi nō potest, prodesse famæ tuæ potest. Gauisus sibi, quod aduocatum inuenerat, uxori quidem gratias egit: renunciari autem extemplo amicis, quos in consiliū rogauerat, imperauit, & Cinnā unū ad se accersit, dimissisq; omnibus egressus est è cubiculo. Cum alteram Cinnæ poni cathedram iussisset, Hoc, inquit, primum à te peto, ne me loquentē interpelles, ne meo sermone medio proclames, dabitur tibi loquendi liberū tempus. Ego te Cinna cum in hostium castris inuenissem, nō factum tantum mihi inimicū, sed natum seruaui, patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es, & tam dives, ut

uicto

Universidad de Deusto
Biblioteca

uicto uictores inuideant. Sacerdotium tibi petenti, præteritis cõpluribus, quorum parentes mecum militauerant, dedi. Cũ sic de te meruerim, occidere me cõstituisti. Cum ad hanc uocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam, Non præstas, inquit, fidem Cinna, conuenerat, ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras: adiecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et cum deixum uideret, nec ex conuentione iam, sed ex conscientia tacentem, Quo, inquit, hoc animo facis? Vt ipse sis princeps? Male mehercule cum Repub. agitur, si tibi ad imperandum nihil præter me obstat. Domum tueri tuam nõ potes. Nuper libertini hominis grauis, in priuato iudicio superatus es. Adeó nihil facilius potes, quàm contra Cæsarẽ aduocare? Cedò si spes tuas solus impedio, Paulus ne te, & Fabius Maximus, & Cossi, & Seruilij ferent, tantumq; agmen nobilitũ nõ inania nomina præferentium, sed eorum, qui imaginibus sui decori sint? Ne totam eius orationem repetendo, magnam partem uoluminis occupem: diutius enim quàm duabus horis locutum esse constat, cum hanc pœnam, qua sola erat contentus futurus, extenderet, Vitam tibi, inquit, Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat. Cõtendamus utrum ego meliore fide uitam tibi dederim, an tu debeas? Post hæc detulit ultro consulatum, questus, quod non auderet petere. Amicissimum fidelissimumq; habuit, hæres solus fuit illi. Nullis amplius insidijs ab ullo petitus est.

CAP. X. Ignouit abauus tuus uictis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset? Salustium, & Cocceios, & Duellios, & totã cohortẽ primã interioris admissionis, ex aduersariorũ castris cõscripsit. Nam Domicios, Messalas, Asinios, Cicerones, & quicquid floris in ciuitate erat, clementiæ suæ debebat. Ipsum Lepidũ quamdiu mori passus non est. Per multos annos tulit ornamenta principis retinentẽ. Eius pontificatum maximum, non nisi mortuo illo transferri in se passus est. Maluit enim illum honorẽ uocari, quàm spolium. Hæc eum clementia ad salutem securitatemq; perduxit, hæc gratum ac fauorabilem reddidit, quamuis nondum subactis Reipub. ceruicibus manũ imposuisset. Hæc hodieq; præstat illi famam, quæ uix uiuis principibus seruit. Deum esse non tanq; fulsit credimus bonum principem Augustum, & bene illi conuenisse parentis nomen fatemur: ob nullam aliã causam, quàm quod contumelias quoq; suas, quæ acerbiores principibus solent esse, quàm iniuriæ, nulla credulitate exequebatur: quod probrosis in se dictis arrisit, quod dare illum pœnas apparebat, cũ exigeret: quod quoscunq; ob adulterium† familiæ suæ damnauerat, adeò non† occidit, ut dimissis quo tutiores essent diplomata daret. Hoc est ignoscere, cum scias multos futuros, qui pro te irascantur, & tibi alieno sanguine gratificantur, non dare tantum salutem, sed præstare.

forte, filiæ al. odit

CAP. XI. Hæc Augustus senex, aut iam in senectutem annis uergentibus. In adolescentia exluit. Arsit ira, multa fecit, ad quæ inuitus oculos retorquebat. Comparare nemo mansuetudini tuæ audebit diuum Augustum, etiam si in certamen iuuenilium annorũ deduxerit senectutem plus quàm maturam. Fuerit moderatus & clemẽs, nempe post mare Acciacum Romano cruore infectũ, nempe post fractas in Sicilia classes, & suas & alienas, nempe post Perusinas aras & proscriptiones. Ego uerò clementiam non uoco lassam crudelitatẽ. Hæc est Cæsar clementia uera, quam tu præstas, quæ non sæuitiæ pœnitentia cœpit. Nullam habere maculam, nunquam ciuilem sanguinẽ fudisse. Hæc est

forte, incomprehensibilis

in maxima potestate, uerissima animi temperantia, & humani generis† cõprehensibilis amor, non cupiditate aliqua, non temeritate incendi, non priorum principũ exemplis corruptis, quantum in ciues suos liceat experiendo tentare, sed hebetare aciem imperij sui. Præstitisti Cæsar ciuitatẽ incruentã, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe stillam cruoris humani misisse: quo maius est mirabiliusq;, quod nulli unq; citius gladius commissus est. Clementia ergo non tantũ honestiores, sed tutiores præstat, ornamentumq; imperiorũ est simul & certissima salus: cũ reges consenuerint, liberisq; ac nepotibus tradiderint regna, tyrannorũ execrabilis, ac breuis potestas est. Quid interest inter tyrannum & regem? Species enim ipsa fortunæ ac licentia par est, nisi quod tyranni in uoluptate sæuiũt, Reges nõ nisi ex causa ac necessitate

CAP. XII. Quid ergo, non reges quoq; occidere solent? Sed quoties id fieri publica utilitas persuadet. Tyrannis sæuitia cordi est. Tyrannus autem à rege distat factis, non nomine. Nam & Dionysius maior iure meritoq; præferri multis regibus potest. Et L. Syllã appellari tyrannum quid prohibet, cui occidendi finem fecit inopia hostium? Descenderit licet e dictatura sua, & se togæ reddiderit, quis tamen unquã tyrannus tam auide humanum sanguinem bibit, quàm ille qui septem milia ciuium Romanorum contrucidari iussit? Et cum in uicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset cõclamationem, tot milium sub gladio gementiũ, exterrito senatu, hoc agamus, inquit, P. C. Seditiosi paucũli meo iussu occiduntur. Hic non est mentitus, paucí Syllæ uidebantur. Sed mox de Sylla consequemur, quomodo hostibus irascẽdum sit, Vtiq; si in hostile nomen ciues, & ex eodem corpore abrupti transierint. Interim hoc quod dicebam clementia efficit, ut magnum inter regem tyrannumq; discrimen sit, uterq; licet non minus armis ualletur: sed alter arma habet, quibus in munimẽtum pacis utitur, alter ut magno timore, magna odia compescat. Nec illas ipsas manus, quibus se cõmisit, securus aspicit. Contrarijs in contraria agitur. Nam ut inuisus sit, quia timetur, timeri uult, quia inuisus est, & illo execrabili uersu, qui multos dedit præcipites, utitur. Oderint dum metuant. Ignarus quanta rabies oriatur, ubi supra modũ odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos, assiduus uerò & acer, & extrema admouens, in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri suadet. Sic feras lineis & pinna conclusas cõtine, easdem à tergo eques telis incessat, tentabunt fugã per ipsa quæ fugerant, proculcabuntq; formidinem. Acerrima uirtus est, quam ultima necessitas extundit: relinquat oportet securi aliquid metus, multoq; plus spei quàm periculorum ostentet. Alioquin ubi quiescenti paria metuuntur, incurrere in pericula iuuat, & aliena anima abuti. Placido tranquilloq; regi fida sunt auxilia sua, quibus ad communem salutem utatur. Gloriosusq; miles, publicæ enim securitati dare operam uidetur, omnem laborem libẽs patitur, ut parentis custos. At illum acerbũ & sanguinarium necesse est grauentur stipatores sui.

CAP. XIII. Non potest habere quisquam fidæ ac bonæ uoluntatis ministros, quibus in tormentis & eculeo, & ferramentis ad mortem paratis utitur, quibus non aliter quàm bestijs homines obiectat, omnibus reis noxior ac solicitior, ut qui homines deosq; testes ac uindices facinorũ timeat, eò perductus ut nõ liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cætera uel pessimum habet crudelitas, Perseuerandum est, nec ad meliora paret regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt. Quid autem eo infelicius, cui iam esse malum necesse est? O miserabilem illum, sibi certe: nam cæteris misereri eius nefas sit, qui cædibus ac rapinis potentiã exercuit, qui suspecta sibi cũcta reddidit, tam externa quàm domestica, cum arma metuat, ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non liberorum pietati. Qui ubi circumspexit quæcunq; fecit, quæcunq; facturus est, & conscientiã suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, sæpe mortem timet, sæpius optat, inuisior sibi quàm seruientibus. E cõtrario is cui curæ sunt uniuersa, quia alia magis, alia minus tuetur, nullam non Reipub. partem tanquam sui nutrit, inclinatus ad mitiora, etiam si ex usu est animaduertere, ostendens quàm inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum est, Qui potentiam suam placide ac salutariter exercet, approbare imperia sua ciuibus cupiens. Felix abunde sibi uisus, si fortunam suam publicauerit, sermone affabilis, accessuq; facilis, uultu qui maximè populos demeretur, amabilis, æquis desiderijs propensus, & iniquis acerbus, qui à tota ciuitate amatur, defenditur, colitur. Eadem de illo homines secreto loquuntur, quæ palàm. Tollere filios cupiunt, & publicis malis sterilitas indicta recluditur. Bene se meriturum de liberis suis quisq; non dubitat, quibus tale seculũ ostenderit. Hic princeps suo beneficio tutus, nihil præsidijs eget, arma ornamenti causa habet.

CAP. XIIII. Quod ergo officium eius est? Quod bonorũ parentum, qui obiurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquã minaciter solent, Aliquando admonere etiam uerberibus. Nunquid aliquis sanus filium à prima offensa exheredat. Nisi magnæ & multæ iniuriæ patientiam euicerint, nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium stilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem & peiore loco iam positam reuocet: simul deplorata est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda peruenit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

peruenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc quod parenti, etiam principi faciendū est, quem appellauimus patrem patriæ, non adulatione uana adducti. Cætera enim cognomina honori data sunt. Magnos & Felices & Augustos diximus, & ambitiosæ mendicitati quicquid potuimus titulorū congessimus, illis hoc tribuentes. Patrem quidem patriæ appellamus, ut sciret datam sibi potestatem patriā, quæ est temperatissima, liberis consulens, suaq; post illos reponens. Tarde sibi pater membra sua abscidat, etiam cum abscinderit, reponere cupiat, & in abscindendo gemat, cunctatus multū diuq;. Prope enim est ut libēter damnet, qui cito. Prope ut inique puniat, qui nimis. †Erixonem *al. Trixonem.* *al. Buxonem.* equitem Romanum, memoria nostra, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphijs confodit. Vix illum Augusti Cæsaris autoritas infestis tam patrū quàm CAP. XV. filiorum manibus eripuit. Tarium qui filium deprehensum in parricidio exilio damnauit, causa cognita, nemo non suspexit, quod contentus exilio, & exilio delegato Massiliæ parricidam continuit, & annua illi præstitit, quanta præstare integro solebat. Hæc liberalitas effecit, ut in qua ciuitate nunq; deest patronus peioribus, nemo dubitaret, quin reus merito damnatus esset, quem is pater damnare potuisset, qui odisse nō poterat. Hoc ipso exemplo dabo, quem compares bono patri bonum principem. Cognituru de filio Tarius, aduocauit in consilium Cæsarem Augustum. Venit in priuatos penates, assedit, pars alieni consilij fuit. Non dixit, imò in meā domū ueniat. Quod si factum esset, Cæsaris futura erat cognitio, non patris. Audita causa, excussisq; omnibus, & his quę adolescens pro se dixerat, & his quibus arguebatur, petit, ut sententiam suam quisq; scriberet, ne ea omniū fieret, quæ Cæsaris fuisset. Deinde priusq; aperiretur codicilli, iurauit se Tarij hominis locupletis hæreditatē non aditurū. Dicet aliquis, pusillo animo, timuit, ne uideretur locum spei suæ aperire uelle filij damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciæ habere in bona conscientia, Principes multa debent etiam famæ dare. Iurauit se non aditurum hæreditatem. Tarius quidem eodem die & alterum hæredem perdidit, sed Cæsar libertatem sententiæ suæ redemit: & postq; approbauit gratuitam esse seueritatem suam, quod principi semper curandum est, dixit relegandum quò patri uideretur. Non culeū, non serpentes, non carcerem decreuit, memor nō de quo censeret, sed cui in consilio esset. Mollissimo genere pœnæ contentū esse debere patrem dixit, in filio adolescentulo impulso in id scelus, in quo se quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset, debere illū ab urbe & à parentis oculis submoueri. CAP. XVI. O dignum, quem in consilium patres aduocarent. O dignum, quem cohæredem innocentibus liberis scriberent. Hæc clementia principem decet, ut quocunq; uenerit, mansuetiora omnia faciat. Nemo regi tam uilis sit, ut illum perire non sentiat, qualiscunq; pars imperij est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum. Non est unum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus suis, pater liberis, præceptor discentibus, tribunus uel centurio militibus. Nónne pessimus pater uidebitur, qui assiduis plagis liberos etiam ex leuissimis causis compesceret? Vter autem præceptor liberalibus studijs dignior, qui excarnificat discipulos, si memoria illis non cōstiterit, aut si parum agilis in legendo oculus hæserit: an qui monitionibus & uerecundia emendare ac docere malit? Tribunū centurionemq; da sæuum, desertores faciet, quibus tamen ignoscitur. Nunquid nam æquum est, grauius homini & durius imperari, quàm imperatur animalibus mutis? Atqui equum non crebris uerberibus exterret, domandi peritus magister. Fiet enim formidolosus & cōtumax, nisi eum tactu blandiente permulseris. Idem facit uenator, qui instituit catulos uestigia sequi, quiq; iam exercitatis utitur ad excitandas uel persequendas feras, Nec crebro illis minatur: contundet enim animos, & quicquid est indolis comminuetur trepidatione degeneri: nec licentiam uagandi errandiq; passim concedit. Adijcias his licet, tardiora agentes iumenta, quę cum ad contumelias & miserias CAP. XVII. nata sint, nimia sæuitia coguntur iugum detrectare. Nullum animal morosius est, nullum maiore arte tractandum quam homo. Nulli magis parcendū. Quid enim stultius, quàm in iumentis quidem & canibus erubescere iram exercere, pessima aūt conditione hominē esse. Morbis medemur, nec irascimur. Atqui et hic morbus est animi, mollem

mollem medicinam desiderat, ipsumq; medentem minime infestum ægro. Mali medici est desperare, ne curet. Idem in his quorum animus affectus est, facere debebit, cui tradita salus omnium est, non cito spem proijcere, nec mortiferā signa pronunciare. Luctetur cum uitijs, resistat, Alijs morbum suum exprobret, quosdam morbi curatione decipiat, citius meliusq; sanaturus remedijs fallentibus. Agat princeps curam, non tantū salutis, sed etiam honestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex sæua animaduersione. Quis enim dubitat posse? At contra maxima, si uim suam continet, si multos iræ alienæ eripuit, neminem suæ impendit. Seruis imperare moderate laus est, & in man- CAP. XVIII cipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat æqui bonię natura, quæ parcere etiam captiuis, & precio paratis iubet. Quanto iustius his iubet, tanto iustius hominibus liberis, ingenuis, honestis, non ut mancipijs abuti, sed his quos gradu antecedas, quorumq; tibi non tradita seruitus, sed tutela. Seruis ad statuā licet confugere, cum in seruum omnia liceant. Est aliquid quod in homine licere commune ius animantium uetet. Quis non Vedium Pollionem peius oderat, quàm serui sui, quod murenas sanguine humano saginabat, & eos qui se ali quid offenderant in uiuarium quid aliud quàm serpentibus obijci iubebat. O hominē mille mortibus dignum, siue deuorandos seruos obijciebat murenis quas esurus erat, siue in hoc tantum illas alebat, ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur, inuisiq; & detestabiles sunt: ita regum & iniuria latius patet & infamia, atq; odium seculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit quàm numerari inter publico malo natos. Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis de- CAP. XIX corum regenti sit quàm clementia, quocunq; modo is, & quocūq; iure præpositus cæteris erit. Eo scilicet formosius id esse, magnificentiusq; fatebimur, quo in maiori præstabitur potestate, quam non oportet noxiam esse, si ad naturæ legem componitur. Natura enim commenta est regem, quod & ex alijs animalibus licet cognoscere, & ex apibus, quarum regi amplissimū cubile est medioq; ac tutissimo loco. Præterea onere uacat, exactor alienorum operum, & amisso rege, totum dilabitur examen. Nec unquā plus unum patiuntur, melioremq; pugna quærunt, Præterea insignis regi forma est, dissimilisq; cæteris, tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maxime distinguitur t fracundissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in uulnere relinquunt, Rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura, nec sæuū esse, nec ultionem magno constaturam petere, telumq; detraxit, & iram eius inermē reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens. Est enim illi mos exerere se in paruis, & ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto uehementius nocet. Vtinā quidem eadem homini lex esset, & ira cum telo suo frangeretur, nec sæpius liceret nocere quàm semel, nec alienis uiribus exercere odia. Facile enim lassaretur furor, si per se sibi satisfaceret, & si mortis periculo uim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat, quantum timeri uoluit, & manus omnium obseruet, & eo quoque tempore quo non captatur, peti se iudicet, nullumq; momentum immune habeat. Hanc aliquis ægrā uitā sustinet, cum liceat innoxiū alijs, ob hoc securū salutarem potentiam eius, lætis omnibus, tractare? Errat enim siquis existimat tutum esse ibi regem, ubi nihil à rege tutū est. Sed securitas securitate mutua pacisceda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in ascensum arduos colles emunire, nec latera montium abscindere, multiplicibus se muris turribusq; sepire. Saluum regem in aperto clementia præstabit. Vnum est inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Quid pulchrius est, quàm uiuere optantibus cunctis, & uota non sub custode nuncupantibus. Si paulum ualitudo titubauit, non spem hominum excitari, sed metum? Nihil esse cuiquam tam preciosum, quod non pro salute præsidis sui commutatum uelit? Omne illi quod contingit, sibi quoq; euenire deputet. In hoc assiduis boni tatis argumentis probauit, non Remp. suam esse, sed se reipublicæ. Quis huic audeat struere aliquod periculum? Quis ab hoc non si possit fortunam quoq; auertere uelit, sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas, florent, sub quo opulenta ciuitas, co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pia bonorum omnium abundat? Nec alio animo rectorem suum intuentur, quàm si Dij immortales potestatem uisendi sui faciãt, intueamur uenerantes colentesq; Quid autem, non proximum illis locum tenet, is qui se ex deorum natura gerit, beneficus ac largus, & in melius potens? Hoc affectare, hoc imitari decet, Maximum ita haberi, ut

CAP. XX optimus simul habeatur. Duabus de causis punire princeps solet, si aut se uindicat, aut alium. Prius de ipsa parte disseram, quæ ipsum contingit. Difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio, quàm ubi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerum excutiat, ut innocentiæ faueat, ut appareat, nõ minus rem agi rei periclitantis, quàm iudicis. Hoc autem ad iusticiam, non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur, ut manifeste læsus, animum in potestate habeat, & pœnam si tuto poterit, donet, sin minus, temperet, longeq; sit in suis, quàm in alienis exorabilior iniurijs. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem uocabo, non in alieno dolore facilẽ, sed eum qui cũ suis stimulis exagitetur, non prosilit, qui intellígit magni animi esse iniurias in summa potentia pati, nec quicquã esse gloriosius principe impune læso.

CAP. XXI. Vltio duas res præstare solet, aut solatiũ affert ei qui accipit iniuriam, aut in reliquũ securitatem. Principis maior est fortuna, quàm ut tali solatio egeat, manifestiorq; uis, quàm ut alieno malo opinionem sibi uirium quærat. Hoc dico, cum ab inferioribus petitus uiolatusq; est. Nam si, quos pares aliquando habuit, infra se uidet, satis uindicatus est. Regem & seruus occidit, & serpens, & sagitta. Seruauit quidem nemo, nisi maior eo quem seruauit. Vti itaq; animo se debet tanto munere deorũ, dandi auferendiq; uitam potens: in his præsertim, quos scit aliquando suo fastigio obstitisse, hoc arbitriũ adeptus, ultionem impleuit, perfecitq; quantum ueræ pœnæ satis erat. Perdidit enim uitam qui debet, & quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus, alienam de capite suo regiamq; sententiam expectauit, in seruatoris sui gloriam uiuet, plusq; nomini eius conferet incolumis, quàm si ex oculis ablatus esset? Assiduum enim spectaculũ alienæ uirtutis est, in triumpho cito transisset. Si uerò regnũ quoq; suum tuto relinqui apud eum potuit, reponiq; eò unde deciderat, ingenti incremento surgit laus eius, qui contentus fuit, ex rege uicto nihil præter gloriam sumere. Hoc est etiam ex uictoria sua triumphare, testariq; nihil se quod dignum esset uictoria apud uictos inuenisse? Cum ciuibus & ignotis atq; humilibus eò moderatius agendum est, quò minoris est afflixisse eos. Quibusdam libenter parcas, à quibusdam te uindicare fastidias, & non aliter quàm ab animalibus paruis & obterentem inquinantibus, reducenda manus est. At in his qui in ore ciuitatis seruati puniriq; erunt, occasione notæ clementiæ utendum est.

CA. XXII Transeamus ad alienas iniurias, in quibus uindicandis hæc tria lex secuta est, quæ princeps quoq; sequi debet: aut ut eum quem punit, emendet, aut ut pœna eius cæteros meliores reddat, aut sublatis malis securiores cæteri uiuant. Ipsos facilius emendabis minore pœna. Diligentius enim uiuit, cui aliquid integri supereſt. Nemo dignitati perditæ parcit. Impunitatis genus est, iam non habere pœna locũ. Ciuitatis autem mores, magis corrigit parcitas animaduersionum. Facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. Et minus grauis nota est, quam turba damnatorum leuat, et seueritas, quod maximum remedium habet, assiduitate amittit autoritatem. Constituit bonos mores ciuitati princeps, & uitia eius compescit, si patiens eorum est, non tanq; probet, sed tanquam inuitus cum magno tormento ad castigandum ueniat. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior multo pœna uidetur, quæ à mitiori constituitur. Præterea uidebis ea sæpe committi, quæ sæpe uindicantur.

CA. XXIII Pater tuus plures intra quinquennium culeo insuit, quàm omnibus seculis infitos accepimus. Multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi uiri, & rerum naturæ peritissimi maluerunt, uelut incredibile scelus, et ultra audaciam positum præterire, quàm dum uindicant, ostendere posse fieri. Itaq; parricidæ cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monstrauit. Pessimo loco pietas fuit, postquam sæpius culeos uidimus, quàm cruces. In qua ciuitate raro homines puniuntur, in ea consensus fit innocentiæ, & indulgentur uelut

uelut publico bono. Putet se innocentem esse ciuitas, erit. Magis irascitur à communi frugalitate desciscentibus, si paucos eos esse uiderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere ciuitati, quanto plures mali sint.

Indicta est aliquando à senatu sententia, ut seruos à liberis cultus distingueret. Dein CA. XXIIII de apparuit quantum periculum immineret, si serui nostri numerare nos cœpissent. Idem scito metuendum esse, si nulli ignoscitur. Cito apparebit, pars ciuitatis deterior quanto prægrauet. Nõ minus principi turpia sunt multa supplicia, quàm medico multa funera. Remissius imperanti, melius paretur. Natura contumax est humanus animus, & in contrarium atq; arduum nitens, sequiturq; facilius quàm ducatur. Et ut generosi atque nobiles equi, melius facili freno reguntur, ita clementiam uoluntaria innocentia impetu suo sequitur, & dignam putat ciuitas, quam seruet sibi. Plus itaque hac uia proficitur. Crudelitas minime humanum malum est, indignũ tam miti animo. Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac uulneribus, & abiecto homine, in syluestre animal transire. Quid enim interest oro te Alexander, leoni Lysimachum ob- CAP. XXV ijcias, an ipse laceres dentibus tuis? Tuum illud os est, tua illa feritas. O quàm cuperes tibi potius ungues esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacem. Non exigimus à te, ut manus ista, exitium familiarium certissimum, ulli salutaris sit, Vt iste animus ferox, insatiabile gentium malum, citra sanguinem cædemq; satietur. Clementia uocatur, si ad occidendum amicum, carnifex inter homines eligitur. Hoc est, quare uel maxime abominanda sit sæuitia, quod excedit fines, primũ solitos, deinde humanos. Noua supplicia conquirit, ingenium aduocat, instrumẽta excogitat, per quæ uarietur atq; extendatur dolor, & delectetur malis hominum. Tunc ille diri animi morbus ad insaniam peruenit ultimã, cum crudelitas uersa est in uoluptatem, & iam occidere hominem iuuat. Nam talem uirũ à tergo sequitur euersio. Odio, ueneno, gladijs, tam multis periculis petitur, quàm multorum ipse periculum est, priuatisq; nonnunquam conſilijs, aliàs uerò consternatione publica circumuenitur. Leuis enim & priuata pernicies non totas urbes mouet. Quod late furere cœpit, & omnes appetit, undique configitur. Serpentes paruulæ fallunt, nec publice consequuntur: ubi aliqua solitam mensuram transit, & in monstrum excreuit, ubi fontes potu infecit, & si afflauit, deurit, obteritq; quacunque incessit, balistis petitur. Possunt uerba dare, & euadere pusilla mala, ingentibus obuiam itur. Sic unus æger, nec domum quidem perturbat: at ubi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis, ac fuga est, & dijs ipsis manus intenduntur. Sub uno aliquo tecto flamma apparuit, familia uiciniq; aquam ingerunt. At incendium uastum, & multas iam domos depastum, parte urbis obruitur.

Crudelitatem priuatorum quoque seruiles manus sub certo crucis periculo ultæ CA. XXVI sunt? Tyrannorum gentes populiq;, & quorum erat malum, & hi quibus imminebat, excindere aggressi sunt. Aliquando sua præsidia in ipsos consurrexerunt, perfidiamq; & impietatem, & feritatem, et quicquid ab illis didicerant, in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquam sperare, quem malum esse docuit? Non diu apparet nequitia, nec quantum uidetur, peccat. Sed puta tutam esse crudelitatem, quale eius regnum est? Non aliud quàm captarum urbium forma, & terribiles facies publici metus. Omnia mœsta, trepida, & confusa. Voluptates ipsæ timentur. Non cõuiuia secura ineunt, in quibus lingua solicite etiam ebrijs custodienda est. Non spectacula, ex quibus materia criminis ac periculi quæritur. Apparantur licet, inquit, magna impensa, & regijs opibus, & artificum exquisitis nominibus, quem tamen è ludo in carcerem ire iuuet? Quod istud dij boni malum est, occidere, sæuire, delectari sono cathenarum, & ciuium capita decidere, quocunq; uentum est multum sanguinis fundere, aspectu suo terrere ac fugare. Quæ alia uita esset, si leones ursiq; regnarent? Si serpentibus in nos, ac noxiosissimo cuiq; animali daretur potestas? Illa rationis expertia, & à nobis immanitatis crimine damnata abstinent suis, & tuta est inter feras similitudo morum. Apud homines tamen nec à necessarijs quidem rabies temperat sibi, sed externa suaq; in æquo habet, quo possit exercitatior à singulorum deinde cædibus, in exitia gentium serpere, & injcere tectis ignem: aratrũ uetustis urbibus inducere, potentiam putat, et unum

Universidad de Deusto
Biblioteca

occidi aut alterum, parum imperatorium credit: nisi eodem tempore grex miserorum subiectus steterit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. Felicitas illa, multis salutem dare, & ad uitam ab ipsa morte reuocare, & mereri clementia ciuicam. Nullum ornamentum principis fastigio dignius pulchriusq; est, quàm illa corona ob ciues seruatos. Non hostilia arma detracta uictis, non currus barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Hæc diuina potentia est, gregatim ac publice seruare, multos autem occidere & indiscretos, incendij ac ruinæ potentia est.

IN LIBRVM DE CLEMENTIA.

Cap. 8. statim in principio. Quid tu non experieris istud nobis esse tibi seruitutem. Ita prior æditio. Rodolphus annotarat. Quid istud non experiris istud non esse tibi seruitutem.

Cap. 9. Seruatum seruaui. In alijs erat, sed natum, ut referatur ad factum, erat enim in hostium castris natus, aut hostium filius.

Cap. 10. Cohortem primam admissionis ex &c. In quadam æditione erat, uiris admissionis: pro quo Rodolphus annotarat, interioris admissionis.

Cap. 11. Comprehensibilis amor. Rodolphus legit, incomprehensibilis. Tolerabilis erat prior lectio, si comprehensibilis accipiatur actiue.

Cap. 12. Sic feras lineas & pinna conclusas contineas, telis incessi &c. In uetustissimo, licet deprauate scripto, sic habebatur, Sic feras lineas & pinnæ clusas, contine, eadem à tergo eques telis incessat &c. Rodolphus paucis syllabis in suo codice mutatis, legit hunc in modum, Sic feras lineas & pinna conclusas contineas, iubeasq; telis incessi, tentabunt fugam, per ipsa quæ fugerant. Quanquam coniunctio, q̃, mihi uidetur redundare: quin & illud contineas, uidetur suppositituũ. satis erat, si iubeas telis incessi.

Cap. 13. Omnibus rebus noxior. Rodolphus legit, reis noxior, uetustissimus habebat, rerum noxior.

Cap. 14. tradi sibi pater membra sua abscindat. Rodolphus legit, tarde sibi pater membra sua abscindat. Semper principi bono omnia facienda, priusquam ueniat ad extrema supplicia, eo quod omnes subditos pro suis membris ducat.

Cap. 19. Est enim illi mos exercere se in paruis. Rodolphus mutarat illis, sed perperam: pronomen enim refert naturam non reges, & exerere pro exercere legendum censeo. Rursus commodior erit lectio, ingentium rerum documenta, per minimas agere.

Immune amet. Hunc locum uarie deprauatum hoc pacto restituimus, nullumq; momentum immune à metu habeat, Hanc aliquis ægram uitam sustinet, cum liceat innoxium alijs, ob hoc securum, salutarem potentiam eius, certis omnibus tractare: Siquidem ante habebatur, immune amet habeat, pro à metu habeat. Suspicor, & alijs mutatum fuisse. pro atq; deinde eius pronomen uidetur redundare.

Omne illo cui contingit, sibi quoque uiuere debeat. Ita prior æditio. Lectionem esse mendosam nullus ambigit. Rodolphus ita restituit, Omne illi quod contingit, sibi quoq; euenire debeat. Commodior erat, omne quod illi contingit, sibi quoq; euenire deputet?

Cap. 20. Vt appareat, ut non minorem magis rem periclitantis quàm iudicis sciat. Rodolphus ita diuinat, ut non minorem agi rem periclitantis &c. Mihi uideor germanam scripturam deprehendisse, si unam uocem expungemus, ut appareat non minus agi rem periclitantis quàm iudicis. Aut si non placet tolli, uerbum sciat, ut mutandum erit, in quod, ut appareat, quod non minorem &c. Quanquam non satis arridet uox, minorem: suspicor fuisse scriptũ, non minus rem agi rei periclitantis. Ex, minus rem agi rei, mutarunt, minorem magis, rem.

Cap. 25. Clementia inuocatus, ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur. Nihil est quod Rodolphus diuinat hoc loco. Non dubium est quin legendum sit, clementia uocatur, si ad occidendum &c. Inde quidam codices habebant, inuocatur, in, si, obscurato iota, & mox s. submota, r, adiuncta præcedenti dictioni. Notat enim principum crudelitatem, qui amicos obijciunt bestijs, iuxta illud Maronis,

Si pereo, manibus hominum perijsse iuuabit.

Cap. 26. Licet inquit. Hunc locum non uno modo deprauatum, feliciter restituit Rodolphus. Apparentur licet, inquit, magna impensa, & regijs opibus, & artificum nominibus, quem tamen è ludo ire in carcerem iuuet?

Quo possint exercitatiora singulorum deinde cædibus in exitia gentium serpere. Sic prior æditio. Rodolphus cum idem inueniret in suo codice, diuinarat hunc in modum, quo possit exercitatior à singulorum deinde cædibus. Hactenus recte nisi quod duarum uocum ordo uidetur inuertendus, à singulorum cædibus, deinde in, &c. At in his quæ sequuntur non recte, à patrum uetustis urbibus inducere. Legit enim, apertum uetustis urbibus incendium inducere, cum uetustissimus codex haberet, aratrum inducere, quod fieri solet urbibus solo æquatis.

LVCII

VT de clementia scriberem Nero Cæsar, una me uox tua, maxime compulit, quam ego non sine admiratione, & cum diceretur, audisse memini, & deinde alijs narrasse. Vocem generosam, magni animi magnæ lenitatis, quæ non composita, nec alienis auribus data, subito crepuit, & bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem in medium adduxit. Animaduersurus in latrones duos Burrus præfectus tuus, uir egregius & tibi principi notus, exigebat à te, scriberes, in quos, & ex qua causa animaduerti uelles. Hoc sæpe dilatum, ut aliquando fieret, instabat. Inuitus inuito cum charta protulisset traderetq;, exclamasti, uellem nescirem literas. O dignam uocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanum imperium colunt, quæq; iuxta iacent dubiæ libertatis, quæq; se contra uiribus aut animis attollunt. O uocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius uerba principes regesq; iuramentũ faciant. O uocem publica generis humani innocẽtia dignam, cui redderetur antiquum illud seculum. Nunc profecto consentire decebat ad æquum bonumq;, expulsa alieni cupiditate, ex qua omne animi malum oritur, pietatem, integritatem cum fide ac modestia surgere, & uitia diuturno abusa regno, tandem felici ac puro seculo dare locum. Futurum hoc Cæsar ex magna parte sperare & confiteri libet. Tradetur ista animi tui mansuetudo, diffundeturq; paulatim per omne imperij corpus, & cũcta in similitudinem tui formabuntur. A capite bona ualetudo. Inde omnia uegeta sunt atq; erecta, aut languore demissa, prout animus eorum uiget aut marcescit. Et erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate: & in totum orbem recti mores reuertentur. Parcetur ubiq; manibus tuis. Diutius me morari hic patère, non ut blandiar auribus tuis, nec enim mihi hic mos est. Maluerim ueris offendere, quàm placere adulãdo. Quid ergo est propter quod bene factis dictisq; tuis, quàm familiarissimum esse te cupiot ut quod nunc natura & impetus est, fiat iudicium. Illud mecum cõsidero, multas uoces magnas, sed detestabiles in uitam humanam peruenisse, celebresq; uulgo ferri, ut illam, oderint, dum metuant. Cui Græcus uersus similis est, qui se mortuo terrã misceri ignibus iubet, & alia huius notæ. At nescio quomodo ingenia immania & inuisa materia secundiori expresserunt sensus uehementes & concitatos. Nullam adhuc uocem audiui ex bono leniq; animosam. Quid ergo est? Vt raro, inuitus, & cum magna cunctatione, cum multis dilationibus. Et ne forte decipiat nos speciosum clementiæ nomen aliquando, & incontrariũ aliquãdo abducat, uideamus quid sit clementia, qua lisq; sit, & quos fines habeat. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis. Plura proponere est tutius, ne una definitio parũ rem cõprehendat, et, ut ita dicã, formula excidat. Itaq; dici potest & inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. Illa finitio contradictiones inueniet, quamuis maxime ad uerũ accedat. Si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita ac debita pœna remittentẽ, reclamabitur, nullam uirtutem cuiquam minus debito facere. Atqui hoc omnes intelligunt, clementiã esse, quæ se flectit citra id, quod merito cõstitui posset. Huic contrariã imperiti putant seueritatẽ, sed nulla uirtus uirtuti cõtraria est. Quid ergo opponitur clementiæ? Crudelitas, quæ nihil aliud est, quàm atrocitas animi in exigendis pœnis. Sed quidam non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt, tanq; qui ignotos homines & obuios non in compendiũ, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti sæuiunt, ut Busiris ille & Procrustes, & piratæ, qui captos uerberant, & in ignem uiuos imponunt. Hęc crudelitas quidem, sed quia nec ultionẽ sequitur, non enim læsa est, nec peccato alicui irascitur, nullũ enim antecessit crimẽ, extra definitionẽ nostrã cadit, quæ finitio cõtinebat in exigendis pœnis intemperantiã animi. Possumus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatẽ, cui uoluptati sæuitia est: possumus insaniam uocare, nam uaria sunt genera eius, et nullum certius quàm quod in cædes hominum & laniationes peruenit. Illos ergo crudeles uocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quem aiunt

CAP. I

CAP. II

ἐμὲ θανόντα γενέσθαι μυχθέστατον.

CAP. III

CAP. IIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

non quidem in homines innocẽtes, sed super humanũ ac probabilem modum sæuisse. Possumus effugere cauillationem, & ita finire, ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora. Hanc clementia repellit longius à se, nam seueritatem illi conuenire certum est. Ad rem pertinet quærere hoc loco quid sit misericordia. Plericq; enim ut uirtutem eam laudant, & bonum hominem uocant misericordem. Hæc autem uitium animi est. Vetracq; circa seueritatem, circaq; clementiam posita sunt, quæ uitare debemus, ne per speciem clementiæ in misericordiam incidamus. In hoc leuiore periculo erratur, sed par-
CAP. V error est à uero recedentium. Ergo quemadmodũ religio deos colit, superstitio violat, ita clementiam mansuetudinemq; omnes boni prælabunt, misericordiam autem uitabunt. Est enim uitium pusilli animi, ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaq; pessimo cuiq; familiarissima est. Anus & mulierculæ sunt, quæ lachrymis nocentissimorum mouentur, quæ si liceret, carcerem effringerent. Misericordia nõ cautam, sed fortunã spectat, clementia rationi accedit. Scio male audire apud imperitos sectam Stoicorum, tãquam nimis duram, & minime principibus regibusq; bonum daturam consilium. Obijcitur enim illi, quod sapientem negat misereri, negat ignoscere. Hæc si per se ponantur, inuisa sunt. Videntur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad pœnam deducere. Quod si est, quid in hac scientia, quæ dedisce re humanitatem iubet, portumq; aduersus fortunam certissimũ mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorq; est, nulla amantior hominum, & communibus bonis attentior: ut propositũ sit usui esse aut auxilio, nec sibi tantum, sed uniuersis singulisq; consulere. Misericordia est ægritudo animi ob alienarũ miserarum speciem, aut tristia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit. Aegritudo autem in sapientem uirum non cadit. Serena enim eius mens est, nec quicquam incidere potest quod illam obducat. Nihil æque hominem, quàm magnus animus decet. Non potest aũt magnus esse idem, si metus & mœror contundit, si mentem obducit, & contrahit. Hoc sapienti ne in suis quidem accidet calamitatibus, sed omnem fortunæ iram reuerberabit, & ante se franget. Eandem semper faciem seruabit placidam et inconcussam, quod facere nõ posset, si tristiciam reciperet. Adijce quod sapiens prouidus est, & in expedito consilium habet. Nunquam autem liquidũ syncerumq; ex turbido uenit. Tristitia enim inhabilis est ad dispiciendas res, utilia excogitanda, periculosa uitanda, æquæ æstimanda. Ergo non miseretur, quia & sine miseria animi facit cætera omnia,
CAP. VI quæ qui miserentur. Volo facere libens, quæ alius animo faciet. Succurret alienis lachrymis, non accedet: dabit manum naufrago, exuli hospitiũ, egenti stipem, non hanc contumeliosam, qua pars maior horum, qui se misericordes uideri uolunt, abijcit & fastidit quos adiuuat, contingitq; ab his timet: sed ut homo homini ex communi dabit. Donabit lachrymis maternis filiũ, & cathenas solui iubebit, & ludo eximet, et cadauer etiã noxiũ sepeliet. At faciet ista tranquilla mente, uultu suo. Ergo nõ miserebitur sapiens, sed succurret, sed proderit, in cõmune auxiliũ natus, ac publicũ bonũ, ex quo dabit cuiq; partẽ: etiã ad calamitosos pro portione, improbandos, & emendandos, bonitatẽ suam permittet. Afflictis uerò & fortius laborãtibus multo libentius subueniet. Quotiens poterit fortunæ intercedet. Vbi enim opibus potius utetur, aut uiribus, quam ad restituenda quæ casus impulit? Vultum quidem non deijciet, nec animum: Carterum omnibus dignis proderit, & deorum more calamitosos propicius respiciet. Misericordia uicina est miseriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem & ipsi suffunduntur: tam mehercule, quàm morbum esse, non hilaritatem, semper arridere ridentibus, & ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere. Misericordia uitium est animorum, nimis miseriæ fauentium, quam siquis à sapiente exigit, prope est, ut lamentationem exigat, & in alienis funeribus gemitus. At quare non ignoscet uacuus? Constituamus nunc quoque quid sit uenia, ut sciamus dari illam à sapiente non debere. Venia est pœnæ meritæ remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare, reddunt rationem diutius, quibus hoc
CAP. VII propositum est. Ego ut breuiter tanquam in alieno iudicio dicam, ei ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autem nihil facit quod non debet, nihil prætermittit quod debet. Itaq;

bet. Itaque pœnam quam exigere debet, non donat, sed illud quod ex uenia consequitur, honestiore tibi uia tribuit. Parcit enim sapiens, cõsulit & corrigit. Idem facit, quod si ignosceret, nec ignoscet, quoniam qui ignoscit, fatetur aliquid se quod fieri debuit omisisse. Aliquem uerbis tantum admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emendabilem intuens. Aliquem inuidia criminis manifeste laborantẽ, iubebit incolumem esse, quia deceptus est, quia per unum lapsus. Hostes dimittet saluos, aliquando etiam laudatos si honestis cautis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti sunt. Hæc omnia non uenia, sed clementiæ opera sunt, Clementia liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Et absoluere illi licet, & quanti uult æstimare litem. Nihil ex his facit tanquam iusto minus fecerit, sed tanquam id quod cõstituit iustissimum sit. Ignoscere autem est, quæ iudicas punienda non punire. Venia debitæ pœnæ remissio est. Clementia hoc primum præstat, ut quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronuncier. Plenior est ergo quàm uenia, et honestior. De uerbo (ut mea fert opinio) controuersia est, de re quidem conuenit. Sapiens multa remittet, multos parum sani, sed sanabilis ingenij seruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui nõ tantum rectas procerasq; arbores colunt, sed illis quoq; quas aliqua deprauauit causa, adminicula quibus regantur applicant. Alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant. Quasdam infirmas uitio loci, nutriunt. Quibusdam aliena umbra laborantibus, cœlum aperiunt. Secundum hæc uidebit perfectus sapiens, quod ingenium qua ratione tractandum sit, donec in rectum praua flectantur.

IN LIBRVM SECVNDVM.

Secundus hic liber non uidetur esse pars operis superioris, sed initium alterius: nec apparet esse perfectum, nisi quod in Seneca docti desiderant ordinem & connexionem.

Cap. 1. A capite bona ualetudo, ea transibit in omnes, uegetata sunt atq; erecta, aut languore demissa prout animus eorũ uiuit aut marcescit. Ita prior æditio. Rodol. nihil mutat, nisi quod pro uegetata legit, uegeta idq; recte. Cæterũ locus hic obscurus est adiectione uerborum aliquot. Primũ hæc uerba, ea transibit, non erant in uetusto codice: quanquã totũ hoc, à capite bona ualetudo in omnes, satis apparet esse annotationem studiosi cuiuspiam, quin & forsan abuntur uerbum adiecticium uidetur. His igitur sublatis pulchre constabit lectio hunc in modum: & cuncti in similitudinem tui, uegeta sunt atq; erecta, aut languore demissa, prout animus eorum uiget aut marcet. Aut si non placet tantum uerborum abijcere, hæc erit tolerabilis lectio, cuius occasionem unus codex dedit: & cuncti in similitudinem tui formabuntur. A capite bona ualetudo. Inde omnia uegeta sunt atque erecta, & cætera, ut in omnes, quod habebat etiam uetustissimus codex, uertas in, inde omnia.

Quid ergo est, ut raro, inuitus, et cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Hic uetustissimum exemplar cum Britanico consentiens, plus habebat uerborum, hunc in modum, Cum magna cunctatione ita aliquando scribas necesse est, istud quod tibi in odium literas adduxit, sed sicut facis cum magna cunctatione, cum multis dilationibus. Quanquam nec hæc uerba uidentur carere mendo, nec admodum quadrant sensui.

Cap. 4. Hanc clementia repellit longius stare à se: nam seueritatem illi conuenire adesse certum est. Pertinet quærere. Ita prior æditio, haud dubium quin deprauate. Nec usquam erat syncera scriptura: pauculis immutatis restituetur. Hanc clementia repellit longius à se. Nam seueritatem illi conuenire certum est. Ad rem pertinet &c. Nam pro adesse in quibusdã erat, ad rem, et in uetustissimo nõ erat, certũ est, ut legendũ suspicer. Nã cũ seueritate illi cõuenit.

Cap. 6. Ira uitium est animorum, uirtus miseria patientium. Ita prior æditio, numirũ deprauate. Vetustissimus sic, Misericordia uitium est animorum, nimis miseria pauentiũ. Rodolphus ita diuinat, Ira uitium est animorũ, uicinæ miseriæ pstentium. Legendum arbitror, Misericordia uicium est animorum nimis miseriæ fauentium.

LVCII ANNEI SENECAE DE VITA BEATA AD GALLIONEM FRATREM, LIB. VNVS.

VIuere Gallio frater omnes beate uolunt, sed ad peruidendum quid sit, quod beatam uitam efficiat, caligant. Adeoq; non est facile conse- CAP. I
qui beatam uitam, ut ab ea quisq; eo longius recedat quo ad illam concitatius fertur. Si uia lapsus est, quæ in contrarium ducit, ipsa uelocitas maioris interualli causa fit. Proponendum est itaq; primum, quid sit quod appetamus. Tunc circumspiciendum est, quà contendere ilò celerrime possimus, intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit quantum quotidie proficiamus, quantoq; propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalis impellit. Quamdiu quidem passim uagamur, non ducem secuti, sed fremitum & clamorem dissonum in diuersa uocantium, conteritur uita inter errores, breuis etiamsi dies noctesq; bonæ menti laboremus. Decernatur itaque & quò tendamus, & quà, non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quæ procedimus. Quoniam quidem non eadem hic, quæ in cæteris peregrinationibus conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare. At hic tritissima quæq; uia & celeberrima maxime decipit. Nihil ergo magis præstandum est, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quò eundum est, sed quò itur. Atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quàm quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt, quodq; exempla pro bonis multa sunt, nec ad rationem, sed ad similitudinem uiuimus. Inde ista tanta coacceruatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit ut non alium in se attrahat, primi exitio sequentibus sunt. Hoc in omni uita accidere uideas licet, nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & autor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum unusquisq; mauult credere quàm iudicare, nunquam de uita iudicatur, semper creditur. Versatq; nos & præcipitat traditus per manus error, alienisq; perimus exemplis. Sanabimur, si modo seperemur à cœtu. Nunc uerò stat contra rationem defensor mali sui populus. Itaq; idem euenit quod in comitijs, in quibus eos factos prætores idem qui fecere mirantur, cum se mobilis fauor circumegit. Eadem probamus, eadem reprehẽdimus. Hic exitus
CAP. II est omnis iudicij, in quo lis secundum plures datur. Cum de beata uita agitur, nõ est quod mihi illud discessionũ more respondeas, Hæc pars maior esse uidetur. Ideò enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis geritur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est. Quæramus quid optime factũ sit, non quid usitatissimũ: & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat, non quid uulgo ueritatis pessimo interpreti probatum sit. Vulgus autem tam chlamydatos quàm coronatos uoco. Non enim colorem uestium quibus prætexta corpora sunt aspicio. oculis de homine non credo. Habeo melius certiusq; lumen, quo à falsis uera dijudicem. Animi bonum animus inueniat. Hic si unquã illi respirare et recedere in se uacauerit, O quàm sibiipsi uerum, tortus, à se, fatebitur, ac dicet, Quicquid feci adhuc infectum esse mallem. Quicquid dixi cum recogito, in multis uideo. Quicquid optaui, inimicorum execrationem puto. Quicquid timui, dij boni, quanto leuius fuit, quàm quod cõcupiui. Cum multis amicitias gessi, & in gratiam ex odio (si modo ulla inter malos gratia est) redij, mihiipsi
aliquãdo rem. nondũ amicus sum. Omnẽ operam dedi, ut me multitudini educerẽ, & †aliquã dotem notabilem facerem. Quid aliud quàm telis me opposui, & maliuolentiæ quod morderet ostendit? Vides tu istos, qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratiæ adulantur, qui potentiã extollunt? Omnes aut sunt hostes, aut (quod in æquo est) esse possunt. Quàm magnus mirantium, tam magnus inuidentium populus est.

CAP. III Quin potius quæro aliquid usu bonum quod sentiam, nõ quod ostendam. Ista quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus misera sunt. Quæramus aliquid non in specie bonum, sed solidũ & æquabile, et à secretiore parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positum est, inuenietur. Scire tantum opus est, quo manum porrigas, Nunc uelut in tenebris uicina transimus, offendantes in ipsa quæ desideramus. Sed ne te per circuitus traham, aliorum quidem opiniones præteribo: nam & enumerare illas longum est, & coarguere: nostram accipe. Nostram uerò cum dico, non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus. Est & mihi censendi ius, Itaq; aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere. Fortasse & post omnes citatus, nihil improbabo ex his quę priores decreuerint, et dicam, Hoc amplius censeo. Interim quod inter omnes Stoicos conuenit, rerum naturæ assentior. Ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumq; formari, sapientia est. Beata est ergo uita conueniens naturæ suæ, quæ non aliter contingere potest, quàm si primum sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ. Deinde sit fortis ac uehemens, tum pulcherrima & patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumq; ad id curiosa, non

non anxie tamen, illarum rerum quæ uitam instruunt diligens, sine admiratione cuiuscunque usura fortunæ muneribus, non seruitura. Intelligis etiam si non adijciam, sequi perpetuam tranquillitatem, libertatem, depulsis his quæ aut iritant nos, aut terrent. Nam pro uoluptatibus & pro illis quæ parua aut fragilia sunt, & in ipsis flagitijs noxia, ingens gaudium subit, inconcussum, & æquabile, et pax cum concordia animi, & magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas est. Potest ali- CAP. IIII.
ter quoq; definiri bonum nostrum, id est, eadem sententia nõ ijsdem comprehendi uerbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coartatur, et aut in cornua, sinuata media parte, curuatur, aut recta frõte explicatur, Vis illi, utcunq; ordinatus est, eadem est, & uoluntas pro eisdem partibus standi, Ita definitio summi boni aliàs diffundi potest & porrigi, aliàs colligi, & in se cogi. Idem utiq; erit si dixero, Summum bonum est animus fortuita despiciens, uirtute lætus: aut inuicta uis animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa, & conuersantium cura. Libet itaque definire, ut beatum dicamus hominem illum, cui nullum bonum malumq; sit, nisi bonus malusq; animus. Honesti cultor, uirtute contentus, quem non extollunt fortuita nec frangunt, qui nullum maius bonum eo quod sibiipsi dare potest, nouerit, cui uera uoluptas erit, uoluptatum contemptio. Licet, si euagari uelis, idem in aliam atque aliam faciem, salua & integra potestate, transferre. Quid enim prohibet nos beatum dicere liberum animum, & erectum, & interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum? Cui unum bonum fit honestas, unum malum turpitudo? Cætera uilis turba rerum, nec detrahens quicquam beatæ uitæ, nec adijciens, sine auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens. Hunc ita fundatũ necesse est, uelit nolit, sequatur hilaritas continua, & lætitia alta, atque ex alto ueniens, ut quæ suis gaudeat, nec maiora domesticis cupiat. Quid ni ista penset bene cum minutis & friuolis, & non perseuerantibus corpusculi motibus? Quo die infra uoluptatem fuerit, & infra dolorem erit. Vides autem quàm malam & noxiam seruitutem seruitu- CAP. V.
rus sit, quẽ uoluptates doloresq;, incertissima dominia impotentissimaq;, alternis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est. Hanc non alia res tribuit, quàm fortunæ negligentia. Tum illud oritur inæstimabile bonum, quies mentis in tuto collocatæ, & sublimitas, expulsisq; terroribus ex cognitione ueri gaudium grande et immotum, comirasq; & diffusio animi, quibus delectabitur non ut bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere cœpi, potest beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis. Quoniam & saxa timore & tristicia carent, nec minus pecudes, non ideo tamen quisquam felicia dixerit, quibus non est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines, quos in numerum pecorum & animalium redegit hebes natura, & ignoratio sui. Nihil interest, inter hos & illa. Quoniam illis nulla ratio est, his praua, & malo suo, atque in peruersum solers. Beatus enim nemo dici potest, extra ueritatem prorsus. Beata ergo uita est in recto certoq; iudicio stabilita & immutabilis. Tunc enim pura mens est, & soluta omnibus malis, cum non tantum lacerationes, sed etiam uellications effugerit, statura semper ubi constitit, ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna uendicatura. Nam quod ad uoluptatem pertinet, licet circumfundatur undique, per omnes uias influat, animumq; blandimentis suis leniat, aliaq; ex aliis admoueat, quibus totas quoq; partes nostri solicitet, quis mortalium cui ullum supereſt hominis uestigiũ, per diem noctẽq; titillari uelit, et deserto animo, corpori operam dare?

Sed & animus quoq;, inquit, uoluptates habebit suas. Habeat sanè sedeatq; luxuriæ CAP. VI
& uoluptatũ arbiter, impleat se omnibus eis, quæ oblectare sensus solent, Deinde præterita respiciat, & exoletarum uoluptatum memor exultet prioribus, futurisq; iam imminet, ac spes ordinet suas, & dum corpus in præsenti sagina iacet cogitationes ad futura præmittat, hoc mihi uidetur miserior, quoniam mala pro bonis amplecti demẽtia est. Nec sine sanitate quisquam beatus est: nec sanus, cui offutura pro optimis appetuntur: Beatus est ergo iudicij rectus. Beatus est præsentibus, qualiacunque sunt, contentus, amicusq; rebus suis. Beatus is cui omnem habitum rerum suarum ratio commendat. Videaut̃ & in illis qui summum bonum uoluptatem dixerunt, quàm turpi illud

loco

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco posuerint. Itaq; negant posse uoluptatem et à uirtute deduci, et aiunt, nec honeste quenquam uiuere ut non iucunde, nec iucunde ut nō honeste quoq;. Non uideo quomodo ista diuersa in eandem copulam conjciantur. Quid est oro uos, cur separari uoluptas à uirtute non possit? uidelicet quod omne bonis ex uirtute principiū est. Ex huius radicibus etiam ea quæ uos & amatis & expetitis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non uideremus quædam iucunda, sed non honesta, quædā uerò honestissima, sed
CAP. VII. aspera & per dolores exigenda. Adjce nunc, quod uoluptas etiam ad uitā turpissimam uenit. At uirtus malam uitā non admittit. Et infelices quidam nō sine uoluptate, imò ab ipsa uoluptate sunt, quod non eueniret si uirtuti se uoluptas immiscuisset, qua uirtus sæpe caret, nunq; indiget. Quid dissimilia imò diuersa componitis. Altū quiddam est uirtus, excelsum, & regale, inuictū, infatigabile. Voluptas, humile, seruile, imbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornices & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus, Voluptatem latitantem sæpius, ac tenebras captantē, Circa balnea ac sudatoria, ac loca ædilem metuentia, mollem, eneruem, mero atq; unguento madentem, pallidam ac fucatam, & medicamentis pollutam. Summū bonum immortale est, nescit exire, nec satietatem habet nec pœnitentiam. Nunquā recta mens uritur, nec sibi odio est, nec quicquam mutauit, quia semper secuta est optima. At uoluptas, tunc cum maxime delectat, extinguitur. Nec multum loci habet, itaq; cito implet, & tædio est, & post primum impetum marcet. Nec id unquā certum est, cuius in motu natura est. Ita nō potest quidem ulla eius esse substantia, quod uenit transitu celerrime in ipso usu sui periturum. Eò enim peruenit, ubi desinit, & dum incipit, spectat ad finem.
CAP. VIII. Quid quod tam bonis quàm malis uoluptas ineſt. Nec minus turpes dedecus, quàm honestos egregia delectant. Ideoq; præceperunt ueteres optimam sequi uitam, non iucundissimā, ut rectæ ac bonæ uoluntatis non dux, sed comes uoluptas sit. Natura enim duce utendum est. Hanc ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate uiuere, & secundum naturam. Hoc quid sit, iam aperiam. Si corporis dotes & apta naturæ cōseruabimus diligenter & impauide, tanquam in diem data et fugacia, si nō subierimus eorū seruitutem, nec nos aliena possederint, si corpori grata & aduenticia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia & armatura leuis. Seruiant ista, non imperent, ita demū utilia sunt mēti. Incorruptus uir sit externis et insuperabilis, miratorq; sui, tantū fidens animo, atq; in utrumq; paratus artifex uitæ. Fiducia eius non sine scientia sit, non sine constantia. Maneant illi semel placita, nec ulla in decretis eius litura sit. Intelligitur, etiā si non adiecero, compositum ordinatumq; fore talem uirū, & in his quæ aget cum comitate magnificum. erit uera ratio sensibus insita, & capiens inde principia. Nec enim habet aliud unde conetur, aut unde ad uerum, impetū capiat, & in se reuertatur. Nam mundus quoq; cuncta complectens, rectorq; uniuersi deus, in exteriora quidē tendit & redit. Idem nostra mens faciat, cum secuta sensus suos per illos se ad externa porrexit, & illorum & sui potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac potestas concors sibi, & ratio illa certa nascetur, nō diffidens, nec hæsitans in opinionibus cōprehensionibusq; nec in sua persuasione. Quæ cum se disponit, & partibus suis consensit, et, ut ita dicam concinit, summū bonū tetigit. Nihil enim prauī, nihil subiti supereſt, nihil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo. Nihilq; inopinatum faciet: sed quicquid
CAP. IX aget, in bonum exibit, facile & parate, & sine tergiuersatione agentis. Nam pigritia & hæsitatio pugnam & inconstantiam ostendit. Quare audacter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam. Virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atq; unitas erit, dissident uitia. Sed tu quoq;, inquis, uirtutem, non ob aliud colis, quàm quia aliquam ex illa speras uoluptatem. Primum non si uoluptatem præstatura uirtus est, ideò propter hanc petitur. Non enim hanc præstat, sed nec huic laborat. Sed labor eius quamuis aliud petat, hoc quoq; assequetur. Sicut in aruo quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulæ quamuis delectet oculos, tantum operis insumptum est: aliud fuit ferenti propositum, hoc superuenit. Sic uoluptas non est merces, nec causa uirtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet, sed quia placet delectat.

delectat. Summum bonum in ipso iudicio est, & habitu optimæ mentis, quæ cum sinum impleuit, et finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonum, nec quicq; amplius desiderat. Nihil est extra totum, non magis, quàm ultra finem. Itaq; erras cum interrogas quid sit illud propter quod uirtutē petā. Quæris enim aliquid supra summū. Interrogas quid petam extra uirtutem ipsam. Nihil enim habet melius, ipsa preciū sui est. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam summū bonum est, infrangibilis animi rigor, & prouidentia, subtilitas, sanitas, & libertas, concordia, & decor: aliquid etiamnum exigis maius ad quod ista referantur? Quid mihi uoluptatem nominas? Hominis bonum quæro non uentris, qui pecudibus ac beluis laxior est. Dissimulas, in-
CAP. X quit, quid à me dicatur. Ego enim nego quemq; posse iucunde uiuere, nisi simul & honeste uiuat. Quod non potest mutis cōtingere animalibus, nec bonum suum cibo metientibus. Clare, inquam, ac palàm testor hanc uitam, quam ego iucundam uoco, non sine adiecta uirtute contingere. At quis ignorat plenissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos, & nequitiam abundare iucundis, animumq; ipsum nō tantum genera uoluptatis praua, sed multa suggerere? In primis insolentiam & nimiam æstimationem sui, tumoremq; elatum supra cæteros, & amorem rerum suarum cæcum & improuidum. Delitias fluentes, ex minimis ac puerilibus causis exultationem, iam dicacitatem & loquacitatem, ac superbiam contumelijs gaudentem, desidiam, dissolutionemq; segnis animi indormientis sibi. Hæc omnia uirtus discutit, & aurem peruellit, & uoluptates æstimat, antequam admittat: ne quas probauit, magni pendit, utiq; enim admittit, nec usu earum, sed temperantia læta est. Temperantia autem cum uoluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem complecteris, ego compesco. Tu uoluptate frueris, ego utor. Tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. Tu omnia uoluptatis causa facis, ego nihil. Cum dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo loquor sapiente, cui soli concedis uoluptatem. Non uoco autem sapientem supra quem quic
CAP. XI quam est, nedum uoluptas, Atqui ab hac occupatus, quomodo resistet labori, ac periculo, egestati, & tot humanam uitam circumstrepentibus minis? Quomodo conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fragores, & acerrimorum hostium, tam molli aduersario uictus? Quicquid uoluptas suaserit, faciet. Age, non uides quàm multa suasura sit? Nihil inquis, poterit suadere turpiter, quia adiuncta uirtuti est. Non tu uides iterū quale sit summum bonum, cui custode opus est, ut bonum sit? Virtus autem quomodo uoluptatem reget, quam sequitur, cum sequi parentis sit, regere imperantis? A tergo ponitis, quod imperat. Egregiū autē uirtutis apud uos officium, uoluptates præstare. Sed uidebimus an apud quos tam contumelioſe tractata uirtus est, adhuc uirtus sit, quæ habere nomen suum non potest, si loco cesſit. Interim de quo agitur, multos ostendam uoluptatibus obsessos, in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis necesse est malos. Aspice Nomentanum & Apicium, terrarum ac maris (ut isti uocant) bona conquirentes, & super mensam recognoscentes omnium generum animalia. Vide hos eosdem è lectis suis spectantes popinam suam, aures uocum sono, spectaculis oculos, saporibus palatum suū delectantes: mollibus lenibusq;
CAP. XII fomentis, totum lacessitur eorum corpus. Et ne nares interim cessent, odoribus uarijs inficitur locus ipse, in quo luxuriæ parentatur. Hos esse in uoluptatibus dices, nec tamen illis bene erit, quia non bono gaudent. Male, inquit, illis erit, quia multa interueniunt, quæ perturbant animum, & opiniones inter se contrariæ mentem inquietabunt. Quod ita esse cōcedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti, et inæquales, & sub ictu pœnitentiæ positi, magnas percipiunt uoluptates, ut fatendum sit, tam longinquum illos ab omni molestia abesse, quàm à bona mente, & (quod plerisq; contingit) hilarem insaniam insanire, ac per risum furere. At contra sapientiū remissæ uoluptates et modestæ, ac penè languidæ sunt compressæq;, & uix notabiles: ut quæ neq; accersitæ ueniant, nec quamuis per se accesserint, in honore sint, neq; ullo gaudio percipientium exceptæ. Miscent enim illas & interponunt uitæ, ut ludum iocumq; inter seria. Desināt ergo inconuenientia iungere, & uirtuti uoluptatem implicare, per quod uitium pessimis quibusq; adulantur. Ille effusus in uoluptates, ac uagabundus semper atq; ebrius, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia scit se cum uoluptate uiuere, credit & cum uirtute: audit enim uoluptatem à uirtute separari non posse. Deinde uitijs suis sapientiam inscribit, & abscondenda profitetur. Ita non ab Epicuro impulsi luxuriantur, sed uitijs dediti luxuriam suam in philosophiæ sinu absconderunt, & eò concurrunt, ubi audiant laudari uoluptatem. Nec æstimabitur uoluptas illa Epicuri, Ita mehercules enim sentio, quum sobria ac sicca sit, sed ad nomen ipsum aduolant, quærentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac uelamentum. Itaq; quod unum habebant in malis bonum, perdunt, peccandi uerecundi-

CAP. XIII am. Laudant etenim ea quibus erubescant, et uitio gloriantur: Ideoq; ne resurgere quidem adolescentiæ licet, cum honestus turpi desidiæ titulus accesserit. Hoc est cur ista uoluptatis laudatio pernicioſa sit, quia honesta præcepta intra latent, quod corrumpit apparet. Mea quidem ista sententia est (inuitis hæc nostris popularibus dicam) sancta Epicurũ & recta præcipere, & si propius accesseris, tristia. Voluptas enim illa ad pronum & exile reuocatur: Et quã nos uirtuti legem dicimus, eam ille dicit uoluptati. Iubet illam parere naturæ. Parum est autẽ luxuriæ, quod naturæ satis est. Quid ergo est? Ille quisquis desidioſum ocium, & gulæ ac libidinis uices felicitatem uocat, bonum malæ rei quærit autorem: & dum ille uenit blando nomine inductus, sequitur uoluptatẽ, non quam audit, sed quam attulit, & uitia sua cum cœpit putare similia præceptis, indulget illis, non timide nec obscure luxuriatur, etiam inoperto capite. Itaq; non dico quod plericq; nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse, Sed illud dico, male audit, Infamis est, & immerito. Nec hoc scire quisquam potest, nisi interius admissus erit. Frons ipsa dat locum fabulæ, & ad malam spem iritat. Hoc tale est, quale uir fortis stola indutus. Constante tibi pudicitia uirtus salua est. Nulli corpus tuum impudicitiæ uacat, sed in manu tympanum est. Titulus itaq; honestus eligatur, et inscriptio ipsa excitans animum ad ea repellenda quæ non statim uenerint uitia. Quisquis ad uirtutem accesit, dedit generosæ indolis spem. Qui uoluptatem sequitur, uidetur eneruis, fra-

al. ui ctus, degenerans † uir, peruenturus in turpia, nisi aliquis distinxerit illi uoluptates, ut sciat quæ ex eis intra naturale desiderĩ resistant, quæ in præceps ferantur, infinitæq; sint, & quo magis implentur eo magis inexplebiles. Agedũ uirtus antecedat, tutũ erit omne uestigium: & uoluptas nocet nimia, in uirtute nõ est uerendũ, ne quid nimiũ sit,

CAP. XIIII quia in ipsa est modus. Non est bonũ quod magnitudine laborat sua. Rationabilẽ porrò sortitis naturam, quę melius res, quàm ratio proponitur, et si placet illa iuncture si hoc placet, scilicet ad beatam uitam ire comitatũ, uirtus antecedat, comitetur uoluptas, & circa corpus, ut umbra uersetur. Virtutem quidam excellentissimam omnium, uoluptati tradidere ancillam. Nihil magnum animo capientis est. Prima uirtus sit, hæc ferat signa. Habebimus nihilominus uoluptatem, si domini eius & temperatores erimus. Aliquid nos exorabit, nihil coget. At hi qui uoluptati tradidere principia, utroq; caruere. Virtutem enim amittunt. Cæterum non ipsi uoluptatem, sed ipsos uoluptas habet, cuius aut inopia torquentur, aut copia strangulantur. Miseri, si deserũtur ab illa, miseriores si obruuntur. Sicut deprehensi mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. Euenit autem hoc nimia intemperantia, et amore ęo rei. Nam mala pro bonis petenti periculosum est assequi. Vt feras cum labore periculoq; uenamur, & captarum quoq; illarum sollicita possessio est, sæpe enim laniant dominos: ita habentis magnæ uoluptates in magnum malum euasere, captæq; cepere. Quæ quo plures maioresq; sunt, eo ille minor, ac plurium seruus est, quem felicem uulgus appellat. Permanere licet in hac etiamnum huius rei imagine: quemadmodum qui bestiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magno æstimat, & magnos canibus circundare saltus, ut illarum uestigia premat, potiora deserit, multisq; officijs renunciat: ita qui sectatur uoluptatem, omnia postponit: & primam libertatem negli-

CAP. XV. git, ac pro uẽtre dependit, nec uoluptates sibi emit, sed se uoluptatibus uendit. Quid tamen, inquit, prohibet in unum uirtutem uoluptatemq; confundi, & ita effici summum bonum, ut idem & honestum & iucundum sit? Quia pars honesti non potest esse nisi honestum & iucundum sit. Nec summum bonum habebit syncerítatem suam, si aliquid in se uiderit dissimile meliori. Nec gaudium quidem quod ex uirtute oritur, quamuis

quamuis bonum sit, absoluti tamen boni pars est, non magis quàm lætitiæ tranquillitas, quamuis ex pulcherrimis causis nascantur. Sunt enim ista bona, sed consequentia summum bonum, non cõsummantia. Qui uerò uoluptatis uirtutisq; societatem facit, & ne ex æquo quidem, fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est † uetat: li- *forte eneruat*
bertatemq; illam uoluptas ista demum, si nihil se preciosius nouit, inuitam sub iugum mittit. Namq; (quod maxima seruitus est) incipit illi opus esse fortuna. Sequitur uita anxia, suspicioſa, trepida, † casum pariens, temporum suspensa momenta. Non das uir- *al. casuum iam patiens.*
tuti fundamentũ graue, immobile, sed iubes illam in loco uolubili stare. Quid autem tam uolubile est, quàm fortuitorũ expectatio, & corporis rerumq; corpus afficientium uarietas? Quomodo hic potest deo parere, & quicquid euenit bono animo excipere, nec de fato queri, casuum suorum benignus interpres, si ad uoluptatũ dolorumq; punctiunculas concitatur? Sed nec patrię quidẽ bonus tutor aut uindex est, nec amicorum propugnator, si ad uoluptates uerget. Illò ergo summum bonum ascendat, unde nulla ui detrahitur, quò neq; dolori, neq; spei, neq; timori sit aditus, nec ulli rei quæ deterius summi boni ius faciat. Ascendere autem illò sola uirtus potest. Illius gradu cliuus iste frangendus est. Illa uirtus fortiter stabit, & quicquid euenerit feret, non patiẽs tantum, sed etiam uolens, Omnemq; temporum difficultatem sciet legem esse naturæ. Et ut bonus miles feret uulnera, enumerabit cicatrices, & transuerberatus telis, moriens amabit eum, pro quo cadet, Imperatorem, Habebit in animo illud uetus præceptũ: deum sequere. Quisquis autem cogitur, queritur, & plorat, & gemit, imperata facere ui cogi- *Deum sequere*
tur, & inuitus rapitur ad iussa nihilominus. Quæ autem demẽtia est potius trahi quàm sequi? Tam mehercule, quàm stultitia & ignorantia conditionis suæ, dolere, quod aliquid tibi incidit durius, aut æque mirari, uel indigne ferre ea, quæ tam bonis accidunt quàm malis. Morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transuerso in uitam humanam incurrentia. Quicquid ex uniuersa constitutione patiendum est, magno nisu erigatur animo. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia, nec perturbari his quæ uitare nostræ potestatis non est. In regno nati sumus, deo parere libertas est.

Ergo in uirtute posita est uera felicitas. Quid hæc tibi uirtus suadebit? Ne quid aut CAP. XVI.
bonum, aut malum existimes, quod nec uirtute, nec malicia contingeret. Deinde ut sis immobilis contra malum ex bono, ut quà fas est, deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittitur? Ingentia & æqua diuinis. Nihil cogeris, nullo indigebis, liber eris, tutus, indemnis, nihil frustra tentabis, nihil prohiberis. Omnia tibi ex sententia cedent. Nihil aduersum accidet. Nihil contra opinionem ac uoluntatem. Quid ergo? uirtus ad uiuendum beatæ sufficit, perfecta illa & diuina? Quid ni sufficiat? imò superfluit, Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? quid extrinsecus opus est ei, qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad uirtutem tendit, etiam si multum processit, opus est tamen aliqua fortunæ indulgentia, adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exoluit, & omne uinculum mortale. Quid ergo interest? Quod alij alligati sunt, alij astricti, alij districti quoq;. Hic qui ad superiora progressus est, & se altius extulit, laxam cathenam trahit, nondũ liber, iam tamen pro libero. Si quis itaq; CAP. XVII
ex istis qui philosophiam conlatrant, quod solent dixerit, quare ergo tu fortius loqueris quàm uiuis? Quare superiori uerba summittis, & pecuniam necessarium tibi instrumentum existimas, & damno moueris, & lachrymas, audita coniugis aut amici morte, demittis, & respicis famam, & malignis sermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi est quàm naturalis usus desiderat? Cur non ad præscriptum tuum cœnas? Cur tibi nitidior suppellex est? Cur apud te uinum ætate tua uetustius bibitur? Cur autem domus disponitur? Cur arbores præter umbram nihil daturæ conseruntur? Quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Quare † pædagogus preciosa ueste succin- *al. pædagium*
gitur? Quare ars est apud te ministrare, nec temere & ut libet collocatur argentum, sed perire seruatur, & aliquis est scindendi obsonij magister? Adisce si uis, cur trans mare possides? Cur plura quàm nosti possides? Turpiter, aut tam negligens es, ut non noueris pauculos seruos, aut tam luxurioſus, ut plures habeas, quàm quorum notitiæ memoria sufficiat. Adiuuabo postmodum conuitia, & plura mihi quàm putas obijciam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunc hoc respondeo tibi, non tanquam sapiens, sed solum ut maleuolentiã tuam pa-
scam. Nec erro, Exigo itaq; à me ut non optimis par sim, sed ut malis melior. Hoc mihi
satis est, quotidie aliquid ex uitijs meis demere, & errores meos obiurgare. Non perue-
ni ad sanitatem, ne perueniam quidem, delinimenta magis quàm remedia podagræ
meæ compono, cõtentus si rarius accedit, & si minus fera minatur. Vestris quidem pe-
CAP. XVIII dibus comparatus debilis cursor sum. Hæc pro me non loquor. Ego enim in alto ui
tiorum omnium sum, sed pro illo, cui aliquid † apti est. Aliter, inquit, loqueris, Aliter
al. acti uiuis. Hoc per malignissima capita, & optimo cuiq; inimicissima, Platoni obiectũ est,
obiectum Epicuro, obiectũ Zenoni, Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum
ipsi uixerunt, sed quemadmodum ipsis uiuendum esset. De uirtute nõ de me loquor.
Et cum uitijs conuitiũ facio, in primis meis facio, cum potuero, uiuã quomodo opor-
tet. Nec malignitas me ista multo ueneno tincta deterrebit ab optimis. Nec uirtus qui-
dem istud, quo alios spargitis, uos necatis, me impediet, quo minus perseuerem lauda-
re uitam, non quam ago, sed quam agendam scio, quo minus uirtutem adorem, & ex
interuallo ingenti reptabundus sequar. Expectabo scilicet ut quicquam maleuolentiæ
inuiolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit nec Cato? Cur & aliquis nõ istis diues nimis
uideatur, quibus Demetrius Cynicus parum pauper est? O uirum acerrimũ & contra
omnia naturæ desideria pugnantem, hoc pauperiorem quàm cæteros cynicos, quod
cum sibi interdixerit habere, interdixit & poscere. Negãt satis egere. Vides enim, non
CAP. XIX uirtutis scientiam, sed egestatis professus est. Diodorum Epicureum philosophum,
qui intra paucos dies, finem uitæ suæ manu sua imposuit, negant ex decreto Epicuri fe-
cisse, quod sibi gulam præcidit. Alij dementiam uideri uolunt factum hoc eius, alij te-
meritatem. Ille interim beatus, ac plenus bona conscientia, reddidit sibi testimonium
præcedentis uitæ, laudabilisq; eius ætatis in portu, & ad ancoram uitæ actæ quiete, di-
cit quod uos inuiti audistis, quasi uobis quoq; faciendũ sit, Vixi, & quem dederat cur-
sum fortuna, peregi. De alterius uita, de alterius morte disputatis, & ad nomen magno
rum ob aliquam eximiam laudem uirorum, sicut ad occursum ignotorum hominum
minuti canes, latratis. Expedit enim uobis neminem uideri bonũ, quasi aliena uirtus
exprobratio delictorum uestrorum sit. Inuidi splendida cum sordibus uestris conser-
tis, nec intelligitis quanto id uestro detrimẽto audeatis. Nam si illi qui uirtutẽ sequun-
tur, auari, libidinosi, ambitiosiq; sunt, quid uos estis, quibus ipsum nomẽ uirtutis odio
est? Quid mirum? cum loquãtur fortia, ingentia, omnes humanas tempestates euaden-
tia, cum refigere se crucibus conentur, in quas unusquisq; uestrum clauos suos ipse adij
cit, ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent. Hi qui in seipsos animaduer
tunt, quot cupiditatibus, tot crucibus distrahuntur, & maledici, in alienam contume-
liam uenusti sunt. Crederem illis hoc uacare, nisi quidam ex patibulo suos spectatores
CAP. XX conspuerent? Non præstant philosophi quæ loquuntur, multum tamen præstant,
quod loquuntur, quod honesta mente concipiunt. Nam si & paria dictis agerent, quid
esset illis beatius? Interim non est, quod contemnas bona uerba, & bonis cogitationi-
bus plena præcordia. Studiorum salutarium, etiam citra effectũ laudanda tractatio est.
Quid mirum, si non ascendunt in altum? Ardui aggressus ad uirtutes suspice, etiam si
decidunt magna conantes. Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ
uires, conari alta, tentare, & mente maiora concipere, quàm etiam ingenti animo ador
natis effici possint. Quis sibi proposuit hæc? Ego mortem eodem uultu audiam, quo ui
bebo & uidebo. Ego laboribus quantiscunq; illi erunt parebo, animo fulciens corpus.
Ego diuitias & præsentes & absentes æque contemnam, nec si aliubi iacebunt tristior,
al. animosior nec si circa me fulgebunt † animo ducor. Ego fortunam nec uenientem sentiam nec re
cedentem. Ego terras omnes tanquam meas uidebo, meas tanquam omnium. Ego sic
uiuam, quasi sciam alijs me natum, & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo
enim melius genere negocium meum agere potui? unum me donauit omnibus, uni
mihi omnes. Quicquid habebo, nec sordide custodiã, nec prodige spargam. Nihil ma-
gis possidere me credam, quàm bene donata: non numero, nec pondere beneficia, nec
ulla nisi accipientis æstimatione perpendam. Nunquam id mihi multum erit, quod di-
gnus

gnus accipiet. Nihil opinionis causa, omnia conscientiæ faciam, populo spectante fieri
credam, quicquid me cõscio faciam. Edendi erit bibendiq; finis desideria naturæ restin
guere, non implere aluum & exinanire. Ego amicis iucundus, inimicis mitis & facilis,
exorabor antequam roger, honestis precibus occurram. Patriam meam esse mundum
sciam, & præsides deos, supra me, circaq; me stare, factorũ dictorumq; censores. Quan
docunq; autem natura spiritũ repetet, aut ratio dimittet, testatus exibo, bonam me con
scientiam amasse, bona studia, nullius per me libertatem diminutam, à nemine meam.
Qui hoc facere proponet, uolet, tentabit, ad deos iter faciet, hoc ille etiam si non te- CAP. XXI.
nuerit, magnis tamen excidit causis. Vos quidem qui uirtutẽ cultoremq; eius odistis,
nihil noui facitis. Nam & solem lumina ægra formidant, & auersantur † diem splendi al. eundem
dum nocturna animalia, quæ ad primum eius ortum stupent, & latibula sua passim pe
tunt, abduntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite, & infelicem linguam bo-
norum exercere conuitio. Instate, commordete, citius multo frangetis dentes, quàm
imprimetis. Quare ille philosophiæ studiosus est, & tam diues uitam agit? Quare opes
contemnendas dicit, & habet: uitam contemnendam putat, & tamen uiuit? Valetudi-
nem contemnendã, & tamen illam diligentissimè tuetur, atq; optimam mauult? Et exi
lium nomen uanũ putat, & ait, quid est enim mali mutare regiones, & tamen senescit
in patria. Et inter longius tempus & breuius nihil interesse iudicat, tamen si nihil pro-
hibet, extendit ætatem, & in multa senectute placidus uiuit: Ait ista debere contemni,
non ne habeat, sed ne solicitus habeat. Non abiget illa à se, sed abeuntia securus prose-
quetur. Diuitias quidem ubi tutius fortuna deponet quàm ibi, unde sine querela red-
dentis receptura est? Marcus Cato cum laudaret Curium & Coruncanum, & seculum
illud in quo censorium crimen erat, paucæ argenti armillæ, possidebat ipse quadragies
sestertium, minus sine dubio quàm Crassus, plus quàm censorius Cato, Maiore spatio
si comparentur proauum uicerat quàm à Crasso uinceretur. Et si maiores illi obueniſ-
sent opes, non spreuisset. Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis pu-
tat. Non amat diuitias, sed mauult. Non in animum illam gazam, sed in domum reci-
pit. Nec respuit possessas diuitias, sed contemnit, & maiorem uirtutis suæ materiã sub-
ministrari uult. Quid autem dubij est, quin maior materia sapienti uiro sit animum CAP. XXII.
explicãdi suum in diuitijs quàm in paupertate, cum in hac unum genus uirtuti sit, non
inclinari, nec deprimi, in diuitijs & temperantia, & liberalitas, & diligentia, & dispo-
tio, & magnificentia, campum habeat patentem? Non contemnet se sapiens, etiam si
fuerit minimæ staturæ, esse tamen se procerum uellet, & exilis corpore acamisso ocu-
lo ualebit, mallet tamen sibi corporis esse robur. Et hæc ita, ut sciat esse aliud in se ualen-
tius, malam ualetudinẽ tolerabit, bonam optabit. Quædam enim etiam si in summam
rei parua sunt, ut & subduci sine ruina principalis boni possint, adijciũt tamen aliquid
ad perpetuam lætitiam, & ex uirtute nascentem. Sic illum afficiunt diuitiæ & exhila-
rant, ut nauigantem secundus & ferens uentus, ut dies bonus, & in pruina ac frigore
apricus locus. Quis porrò sapientium nostrorum dico, quibus unum est bonum uir-
tus, negat etiam hæc quæ indifferentia uocamus, habere in se aliquid precij, & alia alijs
esse potiora? Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris, quibusdam multum. Ne er-
res itaq;, inter potiora diuitiæ sunt. Quid ergo, inquis, me derides, cum eundem apud
te locum habeant, quem apud me? Vis scire quod non habeant eundem locum? Mihi
diuitiæ si effluxerint, nihil auferent, nisi semetipsas: tu stupebis, & uideberis tibi sine te
relictus, si illæ à te recesserint. Apud me diuitiæ aliquem locum habebũt, Apud te sum
mum. Ad postremum, diuitiæ meæ sunt, tu diuitiarum es.
Desine ergo philosophis pecuniam interdicere. Nemo sapientem paupertate dam- C. XXIII
nauit. Habebit philosophus amplas opes, sed nulli detractas, nec alieno sanguine cru-
entas, sine cuiusquam iniuria partas, sine sordidis quæstibus, quarum tam honestus sit
exitus, quàm introitus, quibus nemo ingemiscat nisi malignus. Inquantum uis exag-
gera illas, honestæ sunt, in quibus cum multa sint quæ quisq; sua dicere uelit, nihil est
quod quisquam suum possit dicere. Ille uerò fortunæ benignitatem à se non submoue
bit, & patrimonio per honesta quæsito, nec gloriabitur nec erubescet. Habebit tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam quo glorietur, si aperta domo & admissa in res suas ciuitate poterit dicere, quod quisq; agnouerit, tollat. O magnum uirum optime diuitem, si post hanc uocem tantum dem habuerit: ita dico, si tuto & securus scrutationem populo præbuerit, Si nihil quisquam apud illum inuenerit quò manus inijciat, audacter & propalam erit diues. Sic sapiens nullum denarium intra limen suum admittat male intrantẽ, Idem magnas opes munus fortunæ fructumq; uirtutis non repudiabit, nec excludet. Quid enim est, quare illis bonum locum inuideat? ueniant, hospitentur. Nec iactabit illas, nec absconder. Alterum infruniti animi est, alterum timidi, & pusilli uelut magnum bonum intra limen continentis, nec, ut dixi, eijciet illas è domo. Quid enim dicet? utrum ne inutiles estis, An ego uti diuitijs nescio? Quemadmodum qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen uehiculum malet, si pauper si poterit esse diues uolet, & habebit utiq; opes, sed tanquam leues & auolaturas, nec ulli alij, nec sibi graues esse patietur. Quid donabit? erexistis aures. Quid expeditis sinũ? Donabit, aut bonis, aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dignissimos eliget, ut qui meminerit tam expensorum quàm acceptorum rationem esse reddendam. Donabit exrecta & probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit simum silem, non perforatum, ex quo multa exeant, & nihil excidat.

CA. XXIIII Errat, si quis existimat facilem rem esse donare. Plurimũ ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu & impetu spargitur. Hunc promereor, illi credo. Huic succurro, huic misereor. Illum instruo, dignum quem non diducat paupertas, nec occupatum teneat. Quibusdam non dabo quamuis desit, quia etiam si dedero, erit defecturum. Quibusdam offeram. Quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens, nunquã magis nomina facio, quàm cum dono. Quid tu, inquis, recepturus donas? imò non perditurus. Eo loco sit donatio, unde repeti non debeat, reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodũ thesaurus alte obrutus, quem non eruas, nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis uiri, quantam habet benefaciendi materiam? Quis enim liberalitatem tantum ad togatos uocat? Hominibus prodesse natura iubet, serui liberiúe sint hi, ingenui an libertini, iustæ libertatis, an inter amicos datæ, quid refert, ubicunq; homo est, ibi beneficio locus. Potest itaq; pecuniam intra limen suum diffundere, & liberalitatem exercere, quæ non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiscitur, ita nominata est. Hæc apud sapientem, nec unquam in turpes indignosq; impingitur, nec unquam ita defatigata erit, ut non quotiens dignum inuenerit, quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis, quæ honeste, fortiter, animose, à studiosis sapientiæ dicuntur. Et hoc primum attende te, Aliud est studiosus sapientiæ, aliud iam adeptus sapientiam. Ille tibi dicet, optime loquor, sed adhuc inter mala uolutor plurima. Non est, quod me ad formulam meam exigas, cum maxime facio me & formo, & ad exemplar ingens attollo: si processero, quantum proposui, exige, ut dictis facta respondeant. Assecutus uero humani boni summam aliter tecum aget, & dicet, primum non est, quod tibi permittas de melioribus ferre sententiam. Mihi iam quod argumentum est recti contigit, malis displicere. Sed ut tibi rationem reddam, quam nulli mortalium inuideo, audi quid promittam & quanti quemq; æstimem. Diuitias nego bonum esse, nam si essent bonæ, bonos faceret. Nunc quod apud malos deprehenditur, dici bonum nõ potest. Hoc illis nomen nego. Cæterum & habendas esse, & utiles, & magna commoda uitæ conferentes fateor. Quid ergo est, quare illas non in bonis numerem? Et quid in illis præstem aliud, quàm uos, quoniam inter utrosq; conuenit habendas, audite. Pone in opulentissima me domo, pone aurum argentumq; in promiscuo usu sit. Non suspiciam me ob ista, quæ etiam si apud me, extra me tamen sunt. Insublicium pontem me transfer, & inter egentes abige, non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero cõsideo, qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem, an frustum panis desit, cui non deest mori posse? Quid ergo est? domum illam splendidam malo, quàm putentem. Pone in instrumentis splendentibus, & delicato apparatu, nihilo me feliciorem credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuis meis substernetur. Nihilo

CAP. XXV

hilo miserior ero, si lapsa ceruix mea in manipulo fœni acquiescet, si super circense tomentum, per futuras ueteris lintei effluens, incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit ostendere, prætextatus & candidatus, quàm nudis scapulis. Vt sententiæ omnes mihi ex uoto cedant, nouæ gratulationes prioribus subtexantur, non ob hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis, hinc illinc percutiatur animus, damno, luctu, incursionibus uarijs, nulla hora sine querela sit, non ideo me dicam inter miserrima miserum, non ideo aliquem execrabor diem, prouisum est enim à me, ne quis mihi ater dies esset. Quid ergo est, Malo gaudia temperare, quàm dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicet, Fac me uictorem uniuersarum gentium. Delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thebas à solis ortu uehat. Iura reges Persarum petant. Me hominem maxime cogitabo, cum dijs undique consultabo. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus præcipitem mutationem, in alienum imponar ferculum, exornaturus uictoris superbi ac feri pompam, non humilior sub alieno curru agar, quàm in meo stetteram. Quid ergo est? uincere tamen, quàm capi malo. Totum fortunæ regnum despiciam, sed ex illo si dabitur electio, meliora sumam. Quicquid ad me uenerit, bonum fiet, sed malo faciliora ac iucundiora ueniant, & minus uexatura tractantem. Non est enim quod æstimes ullam esse sine labore uirtutem, Sed quædam uirtutes stimulis, quædam frenis egent. Quemadmodum corpus in procliuo retineri debet, in ardua impelli, ita quædam uirtutes in procliui sunt, quædam cliuum subeunt. An dubium sit, quin ascendat, nitatur, obluctetur, patientia, fortitudo, perseuerantia, & quæcunque alia duris opposita uirtus est, & fortunam subigit? Quid ergo? non æque manifestum est per deuexum ire, liberalitatem, temperantiam, mansuetudinem? In his continemus animum ne prolabatur. In illis exhortamur, incitamusq;. Acerrimas ergo paupertati adhibebimus, illas quæ impugnatæ fiunt fortiores: diuitijs illas diligentiores, quæ suspensum gradum ponunt, & pondus suum sustinent. Cum hoc ita diuisum sit, malo has in usu mihi esse, quæ exercendæ tranquillius sint, quàm eas quarum experimentum sanguis & sudor est. Ergo non ego, inquit sapiens, aliter uiuo quàm loquor, sed uos aliter audistis. Sonus tantummodo uerborum ad aures uestras peruenit, quid significet, non quæritis. Quid ergo inter me stultum, & te sapientem interest, si uterque habere uolumus plurimum? Diuitiæ apud sapientem uirum in seruitute sunt, apud stultum in imperio. Sapiens diuitijs nihil permittit, uobis diuitiæ omnia. Vos tanquam aliquis uobis æternam possessionem earum promiserit, assuescitis illis & hæretis: sapiens tunc paupertatem præcipue meditatur, cum in medijs diuitijs constitit. Nunquam imperator ita paci credit, ut non se præparet bello, quod etiam si non geritur, indictum est. Vos domus formosa, tanquam nec ardere nec ruere possit, insolentes, uos opes tanquam periculum omne transcenderint, maioresq; sint quàm quibus consumendis satis uirium habeat fortuna, obstupefaciunt. Ociosi diuitijs luditis, nec prouidetis illarum periculum: sicut barbari plerunque inclusi, & ignari machinarum, segnes laborem obsidentium spectant, nec quò illa pertingant, quæ ex longinquo instruuntur intelligunt. Idem uobis euenit, Marcetis in uestris rebus, nec cogitatis quot casus undique immineant, iamiamq; preciosa spolia laturi. Sapienti quisquis abstulerit diuitias, omnia illi sua relinquet. Viuit enim præsentibus lætus, futuri securus, Nihil magis Socrates, inquit, aut aliquis alius, cui idem ius aduersus humana atq; eadem potestas est, persuasi mihi, quàm ne ad opiniones uestras actum uitæ meæ flecterem. Solita conferte undique uerba, non conuitiari uos putabo, sed uagire uelut infantes miserrimos, Hæc dicet ille cui sapientia contigit, quem animus uitiorum immunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium, iubet. Adijciet his illa, æstimatio me uestra non meo nomine, sed uestro mouet, Quia calamitas est odisse, & lacessere uirtutem, bonæ spei euiratio est. Nullam mihi iniuriam facitis, sed ne dijs quidem hi qui aras euertunt, sed malum propositum apparet, malumq; consilium, etiam ubi nocere non potuit. Sic uestras hallucinationes fero, quemadmodum Iupiter optimus maximus ineptias poëtarum, quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adulterum illum induxit &

CAP. XXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

abnoctantem: alius sæuum in deos, alius iniquum in homines, Alius raptorem ingenuorum, corruptorem, & cognatorum quidem. Alius parricidam, & regni alieni paterniq; expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est, quàm ut pudor hominibus peccandi demeretur, si talem credidissent. Sed quanquã ista me nihil lædant, uestra tamen uos moneo causa, suspicite uirtutem. Credite his, qui illam diu secuti, magnum quiddam ipsos, & quod in dies maius appareat, sequi clamant. Et ipsam ut deos, & professores eius ut antistites colite, & quotiens mentio sacrarum literarum interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non ut plerique existimant, à fauore trahitur, sed imperatur silentium ut rite peragi possit sacrum, nulla uoce mala obstrepente. Quod multo magis necessarium est imperari uobis, ut quotiens aliquid ex illo profertur oraculo, intenti & compressa uoce audiatis. Cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atq; humeros suspensa manu cruentat, cum aliqua genibus per uiam repens ululat, laurumq; linteatus senex, & medio lucernam die proferens, conclamat, iratum aliquem deorum, concurritis & auditis, & diuinum esse eum, inuicem mutuum alentes stuporem affirmatis: ecce Socrates ex illo carcere, quem intrando purgauit, omniq; honestiorem curia reddidit, proclamat, Quis iste furor? quæ ista inimica dijs hominibusq; natura, infamare uirtutes, & malignis sermonibus sancta uiolare? Si potestis, bonos laudate: si minus, transite. Quod si uobis exercere tetram istam licentiam placet, alter in alterum incurrite. Nam cum in cœlum insanitis, non dico sacrilegium facitis, sed operam perditis. Præbui ego aliquando Aristophani materiam iocorum, tota illa comicorum poëtarum manus in me uenenatos sales suos effudit. Illustrata est † manus mea, per ea ipsa, per quæ petebatur. Produci enim illi & tentari expedit, nec ulli magis intelligunt quanta sit, quàm qui uires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nulli magis quàm seribus nota est. Præbeo me nõ aliter quàm rupes aliqua in uadoso mari destituta, quam fluctus non desinunt undecunq; moti sunt uerberare, nec ideo aut loco eam mouent, aut per tot ætates crebro incursu suo consumunt. Assilite facite impetum, ferendo uos uincam. In ea quæ firma & insuperabilia sunt quicquid incurrit, malo suo uim suam exercet. Proinde quærite aliquem mollem cedentemq; materiam, in quam tela uestra figantur. Vobis autẽ uacat aliena scrutari mala, & sententias ferre de quoquam? Quare hic Philosophus latius habitat? Quare hic lautius cœnat? Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum neuos, aut uerrucas derideat, quem † uera scabies depascitur. Obijcite Platoni, quod petierit pecuniam, Aristoteli quod acceperit, Democrito quod neglexerit, Epicuro, quod consumpserit, mihi ipsi Alcibiadem & Phædrum obiectate. O uos usu maxime felices, cum primum uobis imitari uitia nostra contigerit. Quin potius mala uestra circunspicitis, quæ uos ab omni parte confodiunt, alia grassantia extrinsecus, alia in uisceribus ipsis ardentia? Nõ eo loco res humanæ sunt, etiam si statum uestrum parum nostis, ut uobis tantum otij superfit, ut in probra meliorum agitare linguam uacet. Hæc uos non intelligitis, & alienum fortunæ uestræ uultum geritis, sicut plurimi quibus in circo aut in theatro desidentibus, iam funesta domus est, nec annunciatum malum. At ego ex alto prospiciens, uideo quæ tempestates, aut immineant uobis paulo tardius rupturæ nymbum suum, aut tam uicinæ, aut uos ac uestra rapturæ sint, si propius accesserint. Quid porrò, nónne nunc quoq; (etiam si parum sentitis) turbo quidam animos uestros rotat, & inuoluit fugientes, petentesq; eadem, & nunc in sublime alleuatos, nunc in infima allisos rapit? Cur nobis magno cõsensu uitia commendant? Licet nihil aliud quàm quod sit salutare tentemus, proderit tamen primo in seipsum secedere. Meliores erimus singuli. Quid quod secedere ad optimos uiros, & aliquod exemplum eligere, ad quod uitam dirigamus licet? Tunc potest obtinere quod semel placuit, ubi nemo interuenerit, qui iudiciũ adhuc imbecillum populo adiutore detorqueat. Tunc potest æquali uitam & uno tenore producere, quam propositis diuersissimis scindimus. Nam inter cætera mala illud pessimum est, quod uitia ipsa mutamus. Sic ne hoc quidem nobis cõtingit, permanere in malo, iam familiari. Aliud ex alio

Fauete linguis

CAP. XXVII

al. mens

al. fera

CA. XXVIII

ex alio placet, uexatq; nos. Hoc quoq; quod iudicia nostra non tantum prauа, sed etiam leuia sunt. Fluctuamus, aliudq; ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus, alternæ inter cupiditatem nostram, & pœnitentiam uices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudicijs, & id optimum nobis uidetur, quod petitores laudatoresq; multos habet, non id quod laudandũ petendumq; est. Nec uiam bonam ac malam per se æstimamus, sed turba uestigiorũ, in quibus nulla sunt redeuntium. Dices mihi, quid agis Seneca? deseris partes. Certe Stoici nostri dicunt, Vsq; ad ultimum uitæ finem in actu erimus, non desinemus communi bono operam dare, adiuuare singulos, opem ferre etiam inimicis, eniti manu, Nos sumus, qui nullis annis uacationes damus, & quod ait ille uir disertissimus, Caniciem galea premimus. Nos sumus, apud quos usq; eo nihil ante mortem ociosum est, ut si res patitur, non sit ipsa mors ociosa. Quid nobis Epicuri præcepta in ipsis Zenonis principijs loqueris? Quin tu bene nauiter, si partium piget, transfugis potius quàm prodis? Hæc tibi in præsentia respondebo. Nunquid uis amplius, quàm ut me similem ducibus nostris præstem? Quid ergo est: non quò miserint me illi, sed quò duxerint, ibo. Nunc probo tibi non desciscere me à præceptis Stoicorum. Nam ne ipsi quidem à suis desciuerunt: & tamen excusatissimis essem, etiam si non præcepta illorum sequerer, sed exempla. Hoc quod dico, in duas diuidam partes. Primum ut possit aliquis, uel à prima ætate contemplationi uirtutis totum se tradere, rationem uiuendi quærere, atq; exercere secreto. Deinde, ut possit hoc aliquis, emeritis iam stipendijs, profligatæ ætatis iure optimo facere, & alios actus animos referre, uirginum uestalium more, quę annis inter officia diuisis discunt facere sacra, & cum didicerunt docent. Hæc Stoicis quoq; placere ostendam, non quia legem dixerim mihi, nihil contra dictum Zenonis Chrysippiue committere, sed quia res ipsa patitur me ire in illorum sententiam, quam siquis semper unius sequitur, non id uitæ, sed factionis est. Vtinam quidem iam † tententur omnia, & inoperta confestim ueritas esset, nihilq; ex decretis mutaremus. Nunc ueritatem cum eis ipsis qui docent, quærimus. Duæ maximæ in hac re dissident sectæ Epicureorũ & Stoicorum, sed utraq; ad ocium diuersa uia mittit. Epicurus ait. Non accedet R. P. sapiens, nisi si quid interuenerit. Zenon ait, Accedet ad R. P. nisi si quid impedierit. Alter ocium ex proposito petit, alter ex causa. Causa autem late illa patet, si R. P. corruptior est, quàm ut adiuuari possit, si occupata est malis, non nitetur sapiens insuper uacuum, nec se nihil profuturis impendet, si parum habebit autoritatis aut uirium. Nec illum erit admissura R. P. si ualetudo illum impediet, quomodo nauem quassam non deduceret in mare, Quomodo nomen in militiam non daret debilis, sic ad uitam quam inhabilem sciet, non accedet. Potest ergo & ille cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates, in tuto subsistere, & protinus commendare se bonis artibus, & illud beatum ocium exigere, uirtutum cultor, quæ exerceri etiam quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigitur, ut prosit hominibus, si fieri potest multis, si minus paucis, si minus, proximis, si minus, sibi. Nam cũ se utilem cæteris efficit, cõmune agit negotium. Quoniam qui se deteriorẽ facit, non sibi tantũmodo nocet, sed etiã omnibus eis, quibus melior illis prodesse potuisset. Sed si quis bene de se meretur, hoc ipso alijs prodest, quod illis profuturum parat. Duas R. P. animo complectamur, Alteram magnam, & uere publicam, qua dij atq; homines continentur, in qua non ad hunc angelum respicimus, aut illum, sed terminos ciuitatis nostrę cum sole metimur. Alteram cui nos asscripsit cõditio nascendi. Hæc aũt Athenienſiũ erit, aut Carthaginensiũ erit, aut alterius alicuius, quæ non ad omnes pertineat homines, sed ad certos. Quidam eodẽ tempore utriq; R. P. dant operã maiori minoriq;, quidam tantũ minori, quidã tantũ maiori. Huic maiori R. P. & in ocio deseruire possumus, imò uero nescio an in ocio melius: ut quæramus quid sit uirtus, una pluresue sint, Natura an ars bonos uiros faciat. Vnum sit hoc, quod maria terrasq;, & mari ac terris inserta complectitur, an multa deus corpora eiusmodi sparserit. Cõtinua sit omnis & plena materia, ex qua cuncta gignũtur, an diducta, & solidis inane permixtum sit. Deus sedens opus suũ spectet, an tractet. Vtrũ ne extrinsecus illi circũfusus sit, an toti inditus. Immobilis

CAP. XXIX.

CAP. XXX.

al. ostenderentur.

CAP. XXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit mundus,an inter caduca, & ad tempus nata numerandus. Hæc qui contemplatur,
quid deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere summum bonum
esse secundum naturam uiuere. Natura ad utrumq; genuit, & contemplationi rerum
CA. XXXII. & actioni. Nunc probemus, quod prius diximus. Quid porrò, hoc non erit proba-
tum, si se unusquisq; consuluerit, quantam cupiditatem habeat ignota noscendi, quàm
ad omnes fabulas excitetur? Nauigant quidam, & labores peregrinationis longissimæ
una mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditum remotumq;. Hæc res ad spe
ctacula populos contrahit, hæc cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquita-
tes euoluere, mores barbarorum audire gentium. Curiosum nobis natura ingenium
dedit, & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia, spectatores nos tantis rerum spectacu-
lis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam niti
da & non uno genere formosa solitudini ostenderet. Vt scias illam spectari uoluisse, nō
tantū aspici, uide quem nobis locum dederit. In media nos sui parte cōstituit, & cōspe-
ctum omnium nobis dedit, nec erexit tantummodo hominem, sed etiam ad contem-
plationem factum, ut ab ortu sydera in occasum labentia prosequi posset, & uultū suū
circumferre cum toto corpore, sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. De-
inde sena per diem, sena per noctem, signa prolucent. Nullam non partē sui explicuit,
ut per hæc quæ obtulerat eius oculis, cupiditatem faceret etiam cæterorū: nec enim o-
mnia, nec tanta uisimus, quanta sunt, sed acies nostra aperit sibi inuestigando uiam, &
fundamenta ueri iacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mun
do inueniat antiquius. unde ista sidera exierint, quis fuerit uniuersi status anteq; singu
la in partes discederent, quæ ratio mersa & confusa diduxerit, Quis loca rebus assigna-
uerit, sirapte natura grauia descenderint, euolauerint leuia, an propter ipsum pondus
al. maxime corporum altior aliqua uis legem singulis dixerit: an illud uerum sit, quod † à me pro-
batur, homines diuini spiritus esse partem, ac ueluti scintillas quasdam sacrorū in ter-
ras desiluisse, atq; ex alieno loco exisse. Cogitatio nostra cœli munimenta perrumpit,
nec contenta est id quod ostenditur scire, illud, inquit, scrutor quod ultra mundum ia-
cet, utrum ne profunda uastitas sit, an & hoc ipsum terminis suis claudatur: qualis sit
habitus exclusis, informia, & confusa sint, an in omnem partem tantundem loci obti-
nentia, an & illa in aliquem cultum descripta sint: huic cohæreant mundo, an longe ab
hoc secesserint, & in uacuo uolutentur: indiuidua sint, per quæ struitur omne id quod
natum futurumq; est, an continua eorum materia sit, & per totū mutabilis. Vtrū con-
traria inter se elementa sint, an non pugnent, sed per diuersa conspirent. Ad hæc quæ-
renda natus, æstima quod nō multū acceperit temporis, etiam si illud totum sibi uen-
dicat: cui licet nihil facilitate eripi, nihil negligentia patiatur excidere, licet horas suas
auarissime seruet, & usq; in ultimæ ætatis humanæ terminos procedat, nec quicq; illi
ex eo quod natura cōstituit, fortuna cōcutiat, tamen homo ad immortalitū cognitionē
nimis mortalis est. Ego secundū naturam uiuo, si totū me illi dedi, si illius admirator
cultorq; sum. Natura aūt utrumq; facere me uoluit, & agere, & contemplationi uaca-
re. Vtrumq; facio, quoniam ne cōtemplatio quidē sine actione est. Sed refert, inquis,
an ad hāc uoluptatis causa accesserit, nihil aliud ex illa petēs, quàm assiduā cōtemplatio
nem, quæ sine exitu est. Est enim dulcis, & habet illecebras suas. Aduersus hoc tibi re-
spondeo, æque refert, quo animo ciuilem agas uitam, an ut semper inquietus sis, nec
unquā sumas illud tempus, quo ab humanis ad diuina respicias. Quomodo res appe-
tere sine ullo uirtutū amore, & sine cultu ingenij, ac nudas ædere operas, minime pro-
al. conferri babile est (miscerí enim inter se ista, & † cōsiderari debent) sic imperfectum ac langui-
dum bonum est, in ocium sine actu proiecta uirtus, nunq; id quod didicit ostendens.
Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare? nec tantum quid faciendum
sit cogitare, sed etiam aliquando manum exerere, & ea quæ meditata sunt, ad uerum
perducere? Quid si per ipsum sapientem non est mora, si non actor deest, sed agenda
desunt, ecquid illi secum esse permittes? Quo animo ad ocium sapiens secedit? Vt sciat
secum quoq; ea acturum, per quæ posteris prosit. Nos certe sumus, qui dicimus, & Ze
nonem & Chrysippum maiora egisse quàm si duxissent exercitus, gessissent honores,
leges

leges tulissent, quas non uni ciuitati, sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est,
quare tale ociū non conuenit bono uiro, per quod futura secula ordinet, nec apud pau
cos concionetur, sed apud omnes omnium gentiū homines quicunq; erunt? Ad sum-
mam quæro, an ex præceptis suis uixerint Cleanthes & Chrysippus & Zenon. Non
dubie respondebis, sic illos uixisse, quemadmodū dixerant esse uiuendū. Atqui nemo
illorū R. P. administrauit. Non fuit, inquis, aut ea fortuna, aut dignitas ea, quæ admitti
ad publicarum rerum tractationem solet, sed ijdem nihilominus non segnem egere
uitam. Inuenerunt quemadmodū plus quies illorū hominibus prodesset, quàm aliorū
discursus & sudor. Ergo nihilominus hi multū egisse uisi sunt, quamuis nihil publice
agerent. Præterea tria genera sunt uitæ, inter quæ quid sit optimū quæri solet. Vnum
uoluptati uacat, alterum contemplationi, tertium actioni. Primum deposita conten-
tione, depositoq; odio, quod implacabile diuersa sequentibus indiximus, uideamus
an hæc omnia ad idem sub alio atq; alio titulo perueniunt. Nec ille qui uoluptatē pro-
bat, sine contemplatione est, nec ille qui se contēplationi inseruit, sine uoluptate est,
nec ille cuius uita actionibus destinata est, sine contemplatione est. Plurimum, inquis,
discriminis est, utrū aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit. Sanè gran-
de discrimen. Tamen alterum sine altero non est. Nec ille sine actione contemplatur,
nec is sine contemplatione agit. Nec ille tertius, de quo male existimare consensimus,
uoluptatem inertem probat, sed eam, quæ actione efficit firmos. Ita & hæc ipsa uolup-
taria secta in actu est. Quid ni in actu est, quum ipse dicat Epicurus aliquando se recess-
surum à uoluptate, dolorem etiam appetiturum, si aut uoluptati imminebit pœniten-
tia, aut dolor minor pro grauiore sumetur? Quò pertinet hoc dicere? Vt appareat con
templationem placere omnibus. Alij petunt illam, nobis statio est, non portus hæc.
Adijce nunc huc, quod è lege Chrysippi uiuere ocioso licet. Non dico ut ocium patia-
tur, sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet R. P. accessurū. Quid autem
interest, quomodo sapiens ad ocium ueniat, utrū quia R. P. illi deest, an quia ipse R. P.
Si omnibus defutura R. P. est, semper autem deerit fastidiose quærentibus, interrogo
ad quam R. P. sapiens accessurus sit. Ad Athenienſiū, in qua Socrates damnatur, Ari-
stoteles ne damnaretur fugit? in qua opprimit inuidia uirtutes? Negabis mihi accessu-
rum in hanc R. P. sapientem. Ad Carthaginensium ergo R. P. sapiens accedet, in qua
assidua seditio, & optimo cuiq; infesta libertas est, Summa æqui ac boni uilitas, aduer-
sus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostilitas? Et hanc fugiet. Si per-
censere singulas uoluero, nullam inuenero, quę sapientem, aut quam sapiens pati pos-
sit. Quod si nō inuenitur illa R. P. quam nobis fingimus, incipit omnibus esse ocium
necessarium, quia quod unum præferri poterat ocio, nusquam est. Si quis dicit optimū
esse nauigare, deinde negat nauigandum in eo mari, in quo naufragia fieri soleant, &
frequenter subitæ tempestates sint quæ rectorem in contrarium rapiant, puto hic me
uetat nauem soluere, quum laudet nauigationem.

Libri de uita beata finis.

IN LIBRVM DE BEATA VITA.

Cap. 2. Non est quod mihi illud dissensionum more respondeas. Hæc pars maior esse uidetur. Rodolphus recte notarat, discessionem. Indicat enim consultationis genus, quo pedibus itur in sententiam, Et in hoc numerantur suffragia, non expenduntur.

Cap. 3. tum pulcherrima & patiens. Rodolphi codex habebat patiens anxij, hoc quid sibi uelit nescio, nisi forte pro anxij, scriptum erat auxilij.

Cap. 13. Vix peruenturus in turpia. Quoddam exemplar habebat, uir. Prior lectio uidetur argutior.

Cap. 15. In regno libertas non est, In regno nati sumus. Aeditio Teruisiana non habebat, in regno libertas non est. Sed ea uerba sunt annotatoris.

Cap. 20. Nam quidem si & patria &c. Quidem uidetur redundare.

Cap. 21. Nec sordidum crimen erat, paruæ &c. Quidam habebat, necessarium crimen. Rodolphus non male coniectat, censorium crimen erat.

*Cap. 25. Nihilo miserior ero. Ante hæc uerba Rodolphi codex habebat, Malem magnam meam. Ipse legit ma-
lo strangulam meam. Videntur immissicia.*

Omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes mihi ex uoto decidant. Rodolphi codex habebat. *Aut sententiæ omnes mihi ex uoto decidant. Ipse correxit, ut sententiæ omnes mihi ex uoto cedant.*

Cap. 23. Admonitio nota sit. Hæc uerba nihil faciunt ad sensum. Suspicor ab annotatore adiecta, *admonitio notabilis.* Itaq; distinximus.

LVCII ANNEI SENECAE AD SERENVM DE TRANQVILLITATE VITAE LIBER PRIMVS.

INquirenti mihi in me, quædam uitia apparebant Serene in aperto posita, quæ manu præciderem, quædam obscuriora & in recessu, quædam non continua, sed ex interuallis redeuntia: quæ uel molestissima dixerim, ut hostes uagos, & ex occasionibus assilientes, per quos neutrum licet, nec tanq; in bello paratu esse, nec tanquam in pace securum. Illum tamen habitum in me maxime deprehendo, (Quare enim non uerum ut medico fatear) me, nec bona fide liberatum his quæ timebam & oderam, nec rursus obnoxium. In statu ut non pessimo, ita maxime querulo & moroso positus sum. Nec ægroto, nec ualeo. Non est quod dicas, omnium uirtutum tenera esse principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Non ignoro etiam quæ in speciem laborant, dignitatem dico et eloquentiæ famam, & quicquid ad alienum suffragium uenit, mora conualescere. Et quæ ueras uires parant, & quæ ad placendum fuco quodam subornantur, expectant annos, donec paulatim colorem diuturnitas ducat. Sed ego uereor, ne consuetudo quæ rebus affert constantiam, hoc uitium in me altius figat. Tam bonorum quàm malorum longa conuersatio amorem inducit. Hæc animi inter utrunq; dubij, nec ad recta fortiter, nec ad prauа uergentis infirmitas qualis sit, non tam semel tibi possum, quàm per partes ostendere. Dicam quæ accidant mihi, tu morbo nomen inuenies. Tenet me summus amor parsimoniæ, fateor. Placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata uestis, non ponderibus, aut mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domestica, & uilis, nec seruata, nec sumēda sollicite. Placet cibus, quem nec parent familiæ, nec spectent, non ante multos paratus dies, nec multorum manibus ministratus,
al. ubilibet sed parabilis facilisq;, nihil habeat accersiti precio, sed †habilibus non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, nec rediturus qua intrauerat. Placet minister incultus & rudis uernula, argentum graue rustici patris, sine ullo opere & nomine artificis: & mensa non uarietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum
al. priuatum successiones ciuitati nota, sed in usum posita, quæ nullius conuiuæ oculos, nec uoluptate moretur, nec accendat inuidia. Cum bene ista placuerunt, præstringit animum apparatus alicuius pædagij, diligentius quàm iam intra †latus uestita & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. Iam domus etiam quæ calcatur preciosa, & diuitijs per omnes angulos dissipatis, tecta ipsa fulgētia, & assentator comesq; patrimonio rum pereuntium populus. Quid perlucentes ad imum aquas, & circumfluentes ipsa conuiuia, quid epulas loquar, scena sua dignas? Circumfudit me ex longo frugalitatis
al. cum situ uenientem, multo splendore luxuria & undiq; circumsonuit. Paulū titubat acies, facilius aduersus illam animū quàm oculos attollo. Recedo itaq; nō peior, sed tristior. Nec inter illa friuola mea †tam altus incedo, tantusq; morsus subit, & dubitatio numquid illa meliora sint, nihil horum me mutat, nihil tamen non cōcutit. Placet uim præceptorum sequi, & in mediam ire Rempub. Placet honores fascesq;, non purpura aut aureis uirgis addictum capessere, sed ut amicis propinquisue, & omnibus ciuibus, omnibus deinde mortalibus paratior, utiliorq; sim. Promptus compositus, sequor Zenonem, Cleanthem, Chrysippum, quorum tamē nemo ad Rempub. accessit, & nemo
al. misit non †omisit. Ad quam cum animum insolitū aretari permisi, ubi aliquid occurrit, aut indignum (ut in omni uita humana multa sunt) aut parum ex facili fluens, aut mulcā temporis res non magno æstimandæ popposcerunt, ad ociū conuertor: & quemadmodum pecoribus fatigatis quoq; uelocior domum gradus est, placet intra parietes suos utrā coércere. Nemo ullum auferat diem, nihil dignū tanto impendio redditurus, sibi ipse animus hæreat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicē spectet. Amet expers publicæ

publicæ priuatæq; curæ tranquillitas. Sed ubi lectio fortior erexit animū, aculeos subiderūt exempla nobilia, prosilire libet in forū, cōmodare alteri uocem, alteri operam, etsi nihil profuturam, tamē conaturā prodesse, alterius coércere in foro superbiā, male secundis rebus elati. In studijs puto mehercule melius esse res ipsas intueri, & harum causa loqui, cæterum uerba rebus permittere, ut quà duxerint, hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est seculis duratura componere? Vis tu †non id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es, minus molestiarum habet funus tacitum. Itaq; occupandi temporis causa in usum tuum, non in prœconiū aliquid simplici stilo scribe. Minore labore opus est studentibus in diem. Rursus ubi se animus cogitationis magnitudine leuauit, ambitiosus in uerba est, altiusq; ut spirare, ita eloqui gestit, & ad dignitatē rerū exit oratio, oblitus tum lenis pressionisq; iudicij sublimis feror, & ore non tantū meo. Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus hæc me sequitur bonæ mentis infirmitas, cum ne paulatim defluam uereor, aut quod est solicitius, ne semper casuro similis pendeam, & plus fortasse sit, quàm quod prouideo. Familiariter enim domestica aspicimus, & semper iudicio fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire, nisi putassent se peruenisse, nisi quædam in se dissimulassent, quædam apertis oculis transiliissent. Non est enim quod magis aliena iudices adulatione perire, quàm nostra. Quis sibi uerū dicere ausus est? Quis non inter †adulantium, blandientiumq; positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaq; si quod habes remedium, quo hanc fluctuationē meam sistas, dignū putes me, qui tibi tranquillitatem debeam, non esse periculosos motus animi, nec quicquam tumultuosi afferentis scio. Vt uera tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate uexor, sed nausea. Detrahe ergo quicquid hoc est mali, & succurre in conspectu terrarum laboranti.
al. laudantium

De stabilitate mundi.

QVæro mehercule iamdudum Serene ipse tacitus, cui talem affectum animi simlem putem. Nec ullius propius admoneor exemplo, quàm eorum, qui ex longa & graui ualetudine expliciti, motiunculis, leuibusq; interim offensis perstringuntur, & cū reliquias effugerint, suspicionibus tamē inquietantur, medicisq; iam sani manū porrigunt, & omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum Serene nō parum est corpus sanum, sed sanitati parum assueuit. Sic est quidam tremor etiam tranquilli maris, aut lacus qui ex tempestate requieuit. Opus est itaq; non illis durioribus, quæ etiā transcurrimus, ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes grauis, sed illud quod ultimū uenit, ut fidē tibi habeas, & recta ire uia te credas, nihil auocatus transuersis multorum uestigijs passim discurrentiū, & quorundam circa ipsam errantiū uiam. Quod desideras autem, magnum & summum est, deoq; uicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem, Græci εὐθυμίαν uocant, de qua Democriti uolumen egregiū est. Ego eam tranquillitatem uoco, nec enim imitari & transferre uerba ad illorum formam necesse est. Res ipsa de qua agitur, aliquo signanda nomine est, quod appellationis Græcæ uim debet habere, non faciem. Ergo quærimus quomodo animus semper æqualis, secundoq; cursu eat, propicius sibi sit, & sua lætus aspiciat, & hoc gaudium nō interrumpat, sed placido statu maneat, nec attollens se unquam, nec deprimens. Id tranquillitas erit. Quomodo ad hāc peruenīri possit, in uniuersum quæramus. Sumes tu ex publico remedio quantum uoles. Totum interim uitium in medium protrahendum est, ex quo cognoscet quisq; partem suam. Simul tu intelliges quanto minus negocij habeas cum fastidio tui, quàm hi quos ad professionem speciosam allīgatos, & subingenti titulo laborantes, in sua simulatione pudor magis quàm uoluntas tenet. Omnes in eadem causa sunt, & hi qui leuitate uexantur, ac tedio, assiduaq; mutatione propositi, quibus semper magis placet, quod reliquerunt, & illi qui marcent & oscitāt. Adijce illos, qui non aliter quàm quibus difficilis somnus, uersant se, & hocatq; illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant: statum uitæ suæ formando subinde, in eo nouissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad nouandum pigra deprehendit. Adijce & illos, qui non incōstantiæ uitio parū leues sunt, sed inertia. Viuūt, nō quomodo uolūt, sed quomodo cœperūt. Innumerabiles deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprietates sunt, sed unus effectus uitij, displicere sibi: hoc oritur ab intemperantia animi, & cupiditatibus timidis, aut parum prosperis, ubi aut non audent, quantum cupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent, semper instabiles mobilesq; sunt. Quod necesse est accidere pendentibus ad uota sua. Omni uita pendent, & inhonesta se ac difficilia docent, coguntq;, & ubi sine præmio labor est, torquet illos irritum dedecus et dolent se praua frustra uoluisse. Tunc illos et pœnitentia cœpti tenet, & incipiendi timor, surrepitq; illa iactatio animi, non inuenientis exitum, quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obsequi possunt, & cunctatio uitæ, parum se explicans, & inter destituta uota torpentis animi situs. Quæ omnia grauiora sunt, ubi odio infelicitatis operosæ ad ocium profugerunt, ad secreta studia: quæ pati non potest animus ad ciuilia erectus, agendiq; cupidus, & natura inquietus, parum scilicet in se solationū habens: ideoq; detractis oblectationibus, quas ipsæ occupationes discurrentibus præbent, domum, solitudinem, parietes non fert, inuitus aspicit se, sibi relictus. Hinc illud est tedium, & displicentia sui, & nusquam residentis animi uolutatio, & ocij sui tristis atq; ægra patientia, utiq; ubi causas fateri pudet, tormenta introrsus egit uerecundia, in angusto inclusæ cupiditates sine exitu seipsas strangulant. Inde mœror marcorq; & ille fluctus mentis incertæ, quam inchoata habent suspensam, deplorata, tristem, Inde ille affectus ocium suum detestantium, quærentiumq; nihil ipsos habere, quod agant, & alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit enim liuorē infelix inertia, & omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt prouehere. Et ex hac animaduersione alienorum processuum, & suorū desperatione, obiurascens fortunæ animus, & de seculo querens, & in angulos se retrahens, & pœnæ incubans suæ, dum tædet sui pigetq;. Natura enim humanus animus agilis est, & pronus ad motus, Grata omnis illi excitādi se, fabstrahendiq; materia est, gratior quibusdam pessimis ingenijs, quæ occupationibus libenter deteruntur. Vt ulcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudēt, & fœdam corporum scabiem delectat, quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates uelut mala ulcera erumpunt, uoluptati esse laborem uexationemq;. Sunt enim quædam quæ corpus quoq; nostrum cū quodam dolore delectant, ut uersare se & mutare nondum fessum latus, & alio atq; alio positum uentilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in uarios habitus scipe componens. Quod proprium ægri est, nihil diu pati, & mutationibus ut remedijs uti. Inde peregrinationes suscipiuntur uagæ, & littora pererrantur, & modo mari se, modo terra experitur, semper præsentibus infesta leuitas. Nunc Campaniā petamus, iam delicata fastidio sint, inculta uideantur. Brutios & Lucanos saltus persequamur. Aliquid tamē inter deserta amœni requiratur, in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium squalore releuentur. Tarentum petatur, laudatusq; portus, & hyberna cœli mitioris, & tecta uel antiquæ satis opulenta turbæ. Iam flectamus cursum ad urbem, nimis diu à plausu & fragore aures uacauerunt. Iuuat iam & humano sanguine frui. Aliud ex alio suscipitur, & spectacula spectaculis mutantur. Vt ait Lucretius, hoc le quisq; modo semper fugit. Sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse, & urget grauissimus comes. Omnes itaq; scire debemus, non locorum uitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes, nec uoluptatis, nec nostræ, nec ullius rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem quod proposita sæpe mutando, in eadem reuoluebantur, & nō reliquerant nouitati locū. Fastidio illis esse cœpit uita & ipse mundus, & subit illud rabidarū delitiarum, quousq; eadem,

al. attollendiq;

De exercitatione animi.

ADuersus hoc tedium quo auxilio putem utendum, quæris. Optimum erat (ut ait Athenodorus) actione rerum & Reipub. tractatione, & officijs ciuilibus se detinere. Nam ut quidam sole & exercitatione curam corporis educunt, Athleticiq; utilissimum est, lacertos suos, roburq; cui se uendicauerunt, maiore temporis parte nutrire: ita nobis animum ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere esse longe pulcherrimum est. Nam cum utilem se efficere ciuibus mortalibusq; propositū habeat, simul & exercetur & proficit, qui in medijs se officijs posuit, communia priuataq; pro facul-

tate administrans. Sed quia in hac, inquit, tam insana hominum ambitione, tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est, & plus futurum semper est quod obstet, quàm quod succedat, à foro quidem & publico recedendum est, sed habet, ubi se etiam in priuato lare explicet magnus animus. Nec ut leonum animaliumq; impetus, caueis coërcetur, sic hominum quorum maxime in seductu actiones sunt, ita tamen delituerit, ut ubicunq; ocium suum absconderit, prodesse uelit singulis & uniuersis, ingenio, uoce, consilio. Nec enim is solus Reipub. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloq; censet, sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, uirtute instruit animos, qui ad pecuniam luxuriāq; cursum ruentes prensat ac retrahit, &, si nihil aliud, certe moratur, in priuato publicum negocium agit. An ille plus præstat, qui inter peregrinos & ciues, aut urbanus prætor adeuntibus assessoribus uerba pronunciat, quàm qui docet quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorū intellectus, quantum bonum sit bona conscientia. Ergo si tempus in studia conferas, quod subduxeris officijs, non deseruieris, nec munus detractaueris. Neque enim ille solus militat, qui in acie stat, & cornu dextrum læuumq; defendit, sed qui portas tuetur, & statione minus periculosa, non ociosa tamē sungitur, uigiliasq; seruat, & armamentario præest. Quæ ministeria quamuis incruenta sint, in numerum stipendiorum uenient. Si te ad studia reuocaueris, omne uitæ fastidium effugeris, nec noctem fieri opta bis tedio lucis, nec tibi grauis eris, nec alijs superuacuus, multos in amicitiam attrahes, affluetq; ad te optimus quisq;. Nunquam enim quamuis obscura uirtus latet, sed mittit sui signa. Quisquis dignus fuerit, uestigijs illam colliget. Nam si omnem conuersationem tollimus, & generi humano renunciamus, uiuimusq; in nos tantum conuersi, sequitur hanc solitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum. Incipiemus ædificia alia ponere, alia subuertere, & mare submouere, & aquas cōtra difficultates locorum educere, & male dispensare tempus, quod nobis natura consumendum dedit. Alij parce illo utimur, alij prodige: alij sic impendimus, ut possimus rationem reddere, alij ut nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpius est, quàm grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu uixisse, præter ætatem. Mihi charissime Serene nimis uidetur submisisse temporibus se Athenodorus, nimis cito re gnis, salua militari dignitate. Sanctiores tutioresq; sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis ueniunt. Hoc puto uirtuti faciendum, studioso q; uirtutis, si præualebit fortuna, & præcidet agendi facultatem, non statim auersus inermisq; fugiat, latebras quærens, quasi ullus locus sit, quò non possit fortuna persequi. Sed parcius se inserat officijs, & cum delectu inueniat aliquid, in quo utilis ciuitati sit. Militare non licet, honores spernum contubernalem, amicū fidelem, temperātem conuiuam agat. Officia si ciuis amiserit, homīnis exerceat. Ideo magno animo nos non urtius urbis mœnibus cluſimus, sed in totius orbis cōmercium emisimus. Patriamq; nobis mundum profesi sumus, ut liceret latiorem uirtuti campū dare. Præclusum tibi tribunal est, & rostris prohiberis, aut comitijs, respice post te, quantum latissimarum regionum pateat, quantum populorum. Nunq; tibi ita magna pars obstruetur, ut nō maior relinquatur. Sed uide ne totum istud uitium tuum sit. Non uis enim nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut suses administrare Rempub. Quid si militare nolis, nisi imperator aut tribunus? etiam si alij primam frontē tenebunt, te sors inter gregarios posuit, inde uoce, adhortatione, exemplo, animo, milita. Præcisis quoq; manibus, ille in prælio inuenit, quod partibus confecit, qui stat tantum & clamore iuuat. Tale quiddam facies, si à prima te Reipub. parte fortuna submouerit, stes tamen, clamore iuues: si quis fauces oppressit, stes tamen, & silentio iuues. Nunquam inutilis est opera ciuis boni. Auditu enim, uisu, uultu, nutu, obstinatione tacita, incessuq; ipso prodest. Vt salutaria, quæ citra gustum tactumq; odore proficiunt, ita uirtus utilitatē etiam ex longinquo & latens fundit, siue potitur &

Suses cōsul. lingua Pœnorū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fruitur suo iure, siue precarios habet accessus, cogiturq; uela cõtrahere, siue ociosa mutaq; est, & angusto circumscripta, siue adaperta, in quocunq; habitu est, prosit. Quid tu parum utile putas exemplũ bene quiescentis? Longe itaq; optimũ miscere ociũ rebus, quotiens actuosa uita impedimentis fortuitis, aut ciuitatis cõditione prohibetur. Numquam enim usq; eo intercluſa sunt omnia, ut nulli actioni locus honestæ sit. Nunquid potes inuenire urbem miseriorem, quàm Athenienſium fuit, cum illam triginta tyranni diuellerent? mille trecentos ciues, optimum quemq; occiderant. Nec finem ideo faciebat, sed irritabat seipsam sæuitia. In qua ciuitate erat areopagos religiosissimum iudicium, in qua senatus, populusq; senatui similis coibat, quotidie carnificum triste collegiũ, & infelix curia tyrannis angusta. Poterat ne illa ciuitas conquiescere, in qua tot tyranni, quot satellites erãt? Ne spes quidẽ ulla recipiendæ libertatis animis poterat offerri, nec ulli remedio locus apparebat, contra tantam uim malorum. Vnde enim miseræ ciuitati tot Harmodios? Socrates tamen in medio erat, & lugentes patres cõsolabatur, & desperantes de Repub. exhortabatur, & diuitibus opes suas mœrentibus exprobrabat seram periculosæ auariciæ pœnitentiam, & imitari uolentibus magnum circumferebat exemplar, cũ intra triginta dominos liber incederet. Hũc tamen Athenæ ipsæ in carcere occiderũt, & qui tutò insultauerat agmini tyrannorũ, eius libertatẽ libertas nõ tulit, ut scias & in afflicta Repub. esse occasionẽ sapienti uiro ad se proferendum, & in florenti ac beata, pecuniã, inuidiã, mille alia uitia inermia regnare. Vtcũq; ergo se Respub. dabit, utcunq; fortuna permittet, ita aut explicabimus nos, aut cõtrahemus. Vtiq; mouebimus, nec alligati metu torpebimus. Imò ille uir fuerit, qui periculis undiq; imminentibus, armis & cathenis circũfrementibus non allisérit uirtutẽ, nec absconderit. Non enim debet seruantem se obruere, ut opinor. Curius Dentatus aiebat, malle esse se mortuũ, quàm non uiuere. Vltimum malorum est, ex uiuorum numero exire antequam moriaris, sed faciendum erit, si in Reipub. tempus minus tractabile inciderit, ut plus ocio ac literis uendices, nec aliter quàm periculosa nauigatione submersus portũ petas, nec expectes donec res te dimittant, sed ab ipsis teipse diſiungas.

CAP. IIII. Inspicere autem debemus primum nosmetipsos, deinde quæ aggredimur negocia, deinde eos quorum causa, aut cum quibus. Ante omnia necesse est seipsum æstimare. Quia ferè plus nobis uidemur posse quàm possimus. Alius eloquentiæ fiducia prolabitur, alius patrimonio suo plus imperauit, quàm ferre possit: alius infirmũ corpus laborioso oppressit officio. Quorundã parũ idonea est uerecundia rebus ciuilibus, quæ firmam frontem desiderant, quorundã contumacia non facit ad aulam. Quidã non habent iram in potestate, & illos ad temeraria uerba quælibet indignatio effert. Quidam urbanitatem nesciunt cõtinere, nec periculosis abstinent salibus. Omnibus his utilior negocio quies est. Ferox impatiensq; natura iritamenta nocitura libertati euitet.

CAP. V de actione. Aestimanda sunt deinde ipsa quæ aggredimur, & uires nostræ cum rebus quas tentaturi sumus cõparandæ. Debet enim semper plus esse uiriũ in † actore, quàm in pondere. Necesse est ut opprimant onera, quæ ferente maiora sunt. Quædam præterea nõ tam magna sunt negocia, quàm fœcunda, multumq; negociorũ ferunt. Et hæc fugienda sunt, ex quibus noua occupatio multiplexq; nascetur. Nec accedendum eò, unde liber regressus nõ sit. His admouenda manus est, quorũ finẽ, aut facere, aut sperare possis. Certe relinquenda quæ latius actu procedunt, nec ubi proposueris desinunt.

CAP. VI Hominũ quoq; delectus habendus est, an digni sint, quibus partem uitæ nostræ impendamus, an ad illos temporis nostri iactura perueniat. Quidam ultro officia nostra nobis imputant. Athenodorus ait, ne ad cœnam quidem se iturum ad eum, qui sibi nil pro hoc debiturus sit. Puto intelligis, multo minus ad eos iturum, qui cum amicorum officijs paria in mensa faciunt, qui fercula pro congiarijs numerant, quasi in alienũ honorem intemperantes sint, deinde illi sint testes spectatoresq;. Non delectabit popina secreta. Considerandum est, utrum natura tua agendis rebus, an ocio, studio, contemplationiq; aptior sit, & eò inclinandum, quò te uis ingenij defert. Isocrates Ephorũ iniecta manu à foro subduxit, utiliorem componendis monimentis historiarum ratus. Mala enim respondent coacta ingenia, reluctante natura irritus labor est.

Debis

De his quæ animum delectant, & de commodis amicitiæ, & quod amicus cupiditate uacuus eligatur.

NIhil tamen æque oblectauerit animum, quàm amicitia fidelis. Quantum bonum est, ubi sunt præparata pectora, in quæ tuto secretum omne descendat, quorum cõscientiam minus quàm tuam timeas, quorum sermo solicitudinem leniat, sententia consilium expediat, hilaritas tristiciam dissipet, conspectus ipse delectet. Quos scilicet uacuos, quantum fieri poterit à cupiditatibus, eligemus. Serpunt enim uitia, et in proximum quemq; transiliunt, & cõtactu nocent. Itaq; ut in pestilentia cauendum est, ne corruptis iã corporibus, & morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, afflatuq; ipso in proximo laborabimus: ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, ut quamminime inquinatos assumamus. Initium morbi est, ægris sana miscere, nec hoc præceperim tibi, ut neminem nisi sapientem sequaris, aut attrahas. Vbi enim istud inuenies, quod tot seculis quærimus? Pro optimo est minime malus. Vix tibi esset facultas delectus felicioris, si inter Platonas & Xenophontas, & illum Socratici fœtus prouentum bonos quæreres, aut si tibi potestas Catonianæ fieret ætatis, quæ plerosque dignos tulit, qui Catonis seculo nascerentur, sicut multos peiores, quàm unquam aliàs maximorumq; molitores scelerum. Vtraque enim turba opus erat, ut Cato posset intelligi, habere debuit & bonos, quibus se approbaret, & malos in quibus uim suam experiretur. Nunc uero in tanta bonorum egestate minus fastidiosa fiat electio. Præcipue tamen uitentur tristes, & omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querelas placet. Constet illi licet fides & beneuolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens.

De mutatione animi.

TRanseamus ad patrimonia, maximam humanarum errumnarum materiam. Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus, desideria, dolorum laborumq; patientiam, cum ijs quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægrauabit. Itaque cogitandum est, quanto leuior dolor sit non habere quàm perdere, & intelligemus paupertatem eo minorem tormentorum, quo minorem damnorum esse materiam. Erras enim si putas animosius detrimenta diuites ferre. Maximis minimisq; corporibus par est dolor uulneris. Bion eleganter ait, Non minus molestum esse caluis quàm comatis pilos uelli. Idem scias licet de pauperibus locupletibusq;, par illis esse tormentum. Vtrique enim pecunia sua adhæsit, nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autem est, ut dixi, facilius q; non acquirere, quàm amittere. Ideoq; lætiores uidebis quos nunquam fortuna respexit, quàm quos deseruit. Vidit hoc Diogenes, uir ingentis animi, & effecit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem uoca, & quod uoles ignominiosum securitati nomen impone. Putabo hunc non esse felicem, si quem mihi alium inueneris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est, inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios, unum esse, cui nocerí non possit. Siquis de felicitate Diogenis dubitat, potest ipse dubitare & de deorum immortalium statu, an parum beate degant, quod illis non prædia, nec horti sint, nec alieno colono rura preciosa, nec grande in foro fœnus. Non pudet, quisquis diuitijs adstupes? Respice agedum mundum, Nudos uidebis deos, omnia dantes, nihil habentes. Hũc tu pauperem putas, an dijs immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorem tu Demetrium Pompeianum uocas, quem nõ puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum, uelut imperatori exercitus, referebatur, cui iamdudum diuitiæ esse debuerant, duo uicarij et cella laxior. At Diogeni seruus unicus fugit, nec eum reducere cum monstraretur, tanti putauit. Turpe est, inquit, Manen sine Diogene posse uiuere, Diogenem iam sine Manene non posse. Videtur mihi dixisse, Age tuum negocium fortuna, nihil apud Diogenem tui est. Fugit mihi seruus, imò liber abijt. Familia uestiarium petit uictumq;. Tot uentres auidissimorum animalium tuendi sunt. Emenda uestis, & custodiendæ rapacissimæ manus, & flentium detestantiumq; ministerijs utendum. Quanto ille felicior, qui nihil ulli debet, nisi quod facillime negat sibi. Sed quoniam nõ est tantum roboris

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis, angustanda certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortunæ simus expositi. Habiliora sunt corpora pusilla, quæ in arma sua contrahi possunt, quàm quæ superfunduntur, & undique magnitudo sua uulneribus obiecit. Optimus pecuniæ modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit.

De uana gloria remouenda.

CAP. IX PLacebit autē nobis mensura, si prius parsimonia placuerit, sine qua nec ullæ opes sufficiunt, nec ullæ non satis patent, præsertim cum in uicino remediū sit, & possit ipsa paupertas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere. Assuescamus à nobis remouere pompam, & usu rerum ornamēta metiri. Cibus famem domet, potio sitim, libidoq; qua necesse est effluat. Discamus membris nostris inuitis cultū uictumq; non ad noua exempla componere, sed ut maiorum suadent mores. Discamus cōtinentiam augere, luxuriam coërcere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem æquis oculis aspicere, frugalitatem colere, etiamsi nos pudebit desiderijs naturalibus paruo parata remedia adhibere, spes effrenatas, & animum in futura eminentē uelut sub uinculis habere, id agere, ut diuitias à nobis potius quàm à fortuna petamus. Non potest, inquam, tanta uarietas & iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna armamenta pandentibus: cogendæ in artum res sunt, ut tela in uanum cadant, Ideoq; exilia interdum calamitatesq; in remedium cessere, & leuioribus incommodis grauiora sanata sunt, ubi parum audit præcepta animus, nec curari mollius potest. Quid ni, durius enim consulitur, & si paupertas & ignominiosa rerum euersio adhibetur, malo malū opponitur. Assuescamus ergo cœnare posse sine populo, & seruis paucioribus seruiri, et uestes parare in quod inuentæ sunt, habitare cōtractius. Non in cursu tantum circiq; certamine, sed in spacijs uitæ interius flectendum est. Studiorum quoq;, quæ liberalissima impensa est, tamdiu rationem habet, quamdiu modum. Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus uix tota uita sua indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit, multoq; satius est paucis te autoribus tradere, quàm errare per multos. Quadraginta milia librorum Alexādriæ arserūt, pulcherrimū regiæ opulentiæ monimentum, alius laudauerit, sicut Liuius, qui elegantiæ regum curæq; egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud, aut cura, sed studiosa luxuria: imò ne studiosa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum comparauerant: sicut pleriq; ignaris etiam seruilium literarum, libri non studiorum instrumenta, sed cœnationum ornamenta sunt. Paretur itaq; librorum quantum satis sit, nihil in apparatum. Honestius, inquis, in hos impensas quàm in Corinthia pictasq; tabulas effuderim. Vitiosum est ubique quod nimium est. Quid habes cur minus ignoscas nomen marmore atque ebore captanti, quàm opera conquirenti, aut ignotorum autorū aut improbatorū, & inter tot milia librorū oscitanti, cui uoluminū suorū frontes maxime placent, titulique? Apud desidiosissimos ergo uidebis quicquid orationū hilariarūq; est, & tecto tenus extructa loculamenta. Iam enim inter balnearia & thermas, bibliotheca quoq;, ut necessariū domus ornamentū expolitur. Ignoscerem plane, si è studiorum nimia cupidine oriretur. Nunc ista exquisita, & cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum, in speciem & cultum parietum comparantur.

De aduersitate ferenda.

CAP. X AT in aliquod genus uitæ difficile incidisti, & tibi ignoranti uel publica fortuna, uel priuata laqueum impegit, quem nec soluere possis, nec abrumpere. Cogita compeditos, primo ægre ferre onera, & impedimenta crurium, deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uitæ oblectamenta, & remissiones, & uoluptatem, si uolueris malam putare uitam potius quàm inuidiosam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm cum sciret quibus erumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudine inuenit, cito in familiaritatem grauissima adducens. Nemo duraret si rerum aduersarum eandem uim assiduitas haberet, quam primus ictus. Omnes cum fortuna copulati sumus. Aliorum aurea cathena est, aliorum laxa, aliorum arcta & sordida. Sed quid refert? eadem custodia uniuersos circumdedit, alligatiq; sunt etiam qui alligauerunt. Nisi tu forte leuiorem in sinistra cathenam putas. Alium honores, alium opes uinciunt. Quosdā nobilitas, quosdā humilitas premit, quibusdam aliena supra caput imperia sunt, quibusdā sua, quosdā exilia uno loco tenent, quosdā sacerdotia. Omnis uita seruitiū est. Assuescendum itaq; conditioni suæ, et quamminimum de illa querendum, & quicquid habet circa se commodi, apprehēdendū est. Nihil tam acerbū est, est, in quo non æquus animus solatium inueniat. Exiguæ sepe areæ in multos usus describentis arte patuere, & quamuis angustum pedem dispositio fecit † habitaculū. Adhibe rationem difficultatibus, possunt & dura molliri, & angusta laxari, & grauia † rite ferentes minus premere. Non sunt præterea cupiditates in longinquum mittendæ, sed in uicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his quæ aut non possunt fieri, aut difficulter possunt, prope posita, speiq; nostræ alludentia sequamur. Sed sciamus omnia æque leuia esse, extrinsecus diuersas facies habentia, introrsus pariter uana. Nec inuideamus altius stantibus. Quæ excelsa uidebantur, prærupta sunt. Illi rursus quos sors iniqua in ancipiti posuit, tutiores erunt, superbiā detrahendo rebus per se superbis, & fortunā suam quamaxime potuerunt in planum deferēdo. Multi quidē sunt, quibus necessario hærendū sit in fastigio suo, ex quo non possunt, nisi cadendo descendere, Sed hoc ipsum testentur maximū onus suū esse, quod alijs graues esse cogantur, nec subleuatos se, sed suffixos, iustitia, mansuetudine, humana lege, & benigna manu præparent multa ad secundos casus præsidia, quorum spe securius pendeant. Nihil tam æque hos ab his animi fluctibus uendicauerit, quàm semper aliquem incrementis terminum figere, nec fortunæ arbitrium desinendi dare, sed seipsos quidem ultro citra extrema hortentur consistere. Sic & aliquæ cupiditates animum acuent, & finitæ non in immensum incertumq; producent.

al. habitabilē alsciti

CAP. XI imperfectos

Ad † imperitos & mediocres, & male sanos hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. Huic non timide, nec pedetentim ambulandum est. Tanta enim fiducia sui est, ut obuiam fortunæ ire non dubitet, nec unquam loco ulli cessurus sit, nec habet ubi illam timeat, quia non mancipia tantum possessionesq; & dignitatem, sed corpus quoq; suum & oculos, & quicquid est chariorem uitam facturum, seq; ipsum inter precaria numerat, uiuitq; ut commodatus sibi, & reposcentibus sine tristicia redditurus. Nec ideo est uilis sibi, quia scit se suum non esse, sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspecte, quàm religiosus homo sanctusq; solet intueri fidei commissa. Quandocunque autem reddere iubebitur, nō queretur cum fortuna, sed dicet, gratias ago pro eo quod possedi, habuiq;. Magna quidem res tuas mercede colui, sed quia imperas, illas do, cedo gratus libensq;. Siquid habere me tu uolueris, etiam nunc seruabo, si aliud placet, ego uero faciam. Signatumq; argentum, domum, familiamq; meam reddo, restituo. Appellauerit natura, quæ prior nobis credidit, & huic dicemus, Recipe animo meliore quàm dedisti, non tergiuersor nec refugio, paratum habes à uolente, quod non sentienti dedisti, Aufer. Reuerti unde ueneris, quid graue est? Male uiuet, quisquis nescit bene mori. Huic itaq; primum rei precium detrahendum est, & spiritus inter seruitia numerandus. Gladiatores (ait Cicero) inuisos habemus, si omni modo uitam impetrare cupiunt, fauemus si contemptum eius præ se ferunt. Idem euenire nobis scias. Sepe enim causa moriēdi est timide mori, fortuna illa quæ ludos sibi facit, Quo, inquit, te reseruem malum et trepidum animal? eo magis cōuulneraberis & confodieris, quia nescis præbere iugulum. Viues diutius, & morieris expeditius, qui ferrum non subdu cta ceruice, nec manibus oppositis, sed animo se recipis. Qui mortem timebit, nihil unquam pro homine uiuo faciet. At qui scit hoc sibi cum conciperetur statim dictum, uiuet ad formulam, & simul illud quoq; eodem animi robore præstabit, ne quid ex his quæ eueniunt subitum sit. Quicquid enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet, qui ad præparatos expectantesq; nihil afferūt noui, securis & beata tantum spectantibus graues eueniunt. Morbus et captiuitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam in quàm tumultuosum me cōtuberniū natura duxisset. Totiens in uicinia mea conclamatum est, totiens prope limen immaturas exequias fax cereusq; præsit. Sæpe altius ruentis ædificij fragor sonuit. Multos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex his, quorum forum, curia, sermo, metum contraxerat, nox abstulit, & uinctas ad sodalitiũ manus copulatas intercidit. Miror aliquando ad me pericula accessisse, quæ circa me semper errauerũt? Magna pars hominũ est, quæ nauigatura de tempestate nõ cogitat. Nunc̃ me in bona re, mali pudebit autoris. Publius tragicis comicisq; uehementior ingenijs quotiens mimicas ineptias, & uerba ad summã caueã spectantia reliquit, inter multa alia cothurno non tantum siparijs fortiora, & hoc ait, Cuiuis potest accidere quod cuiquam potest. Hoc siquis in medullas demiserit, & omnia aliena mala quorum ingens quotidie copia est, sicaspexerit, tanquam illis liberum & ad se iter sit, multo ante se armabit, quàm petatur. Sero animus ad periculorum patientiam posi pericula instruitur. Non putaui hoc futurum, nunquam hoc euenturum credidissem. Quare autem non? Quæ sunt diuitiæ quas non egestas, & fames, & mendicitas à tergo sequatur? Quæ dignitas, cuius non prætextam & augurale, & lora † patricia, & sordes comitentur, & exportatio, notæ & mille maculæ, & extrema contemptio? Quod regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momentum interest inter solum, & aulam ingenuam. Scito ergo omnem conditionem uersabilem esse, et quicquid in ullum incurrit, posse in te quoque incurrere. Locuples es, nũquid ditior Pompeio? cui cum Granius, uetus cognatus, hospes nouus, aperuisset Cæsaris domum ut suam clauderet, defuit panis & aqua: cum tot flumina possideret in suo orientia, & in suo cadentia, mendicauit stillicidia, fame ac siti perijt, in palatio cognata, dum illi hæres publicum funus esurienti locat. Honoribus summis functus es. Nunquid aut tam magnis, aut tam insperatis, aut tam uniuersis, quàm Seianus? Quo die illum senatus deduxerat, populus in frusta diuisit: in quem quicquid congeri poterat, dij hominesq; cõtulerant, ex eo nihil superfuit, quod carnifex traheret. Rex es, non ad Crœsum te mittam, qui in rogum suum descendit iussus, & extingui uidit, factus non regno tantum, sed etiam morti suæ superstes: non ad Iugurtham, quem populus Romanus intra annum quàm timuerat, spectauit, Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem, inter Caianas custodias uidimus. Alter in exilium missus est: alter ut meliore fide † mitteretur optabat. In tanta rerum sursum ac deorsum euntium uersatione, si non quicquid fieri potest, pro futuro habes, das in te uires rebus aduersis, quas infregit, quisquis prior uidit. Proximum ab his erit, ne aut in superuacuis, aut ex superuacuo laboremus: id est, ne aut quæ non possimus consequi concupiscamus: aut adepti, cupiditatum uanitatem nostrarum sero post multũ pudorẽ intelligamus. Id est, ne aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristicia sequitur, si aut non successit, aut successus pudet.

ex primitia

al. uteretur

De uagationibus contra propositum.

CAP. XII

Circumcidenda est concursatio, qualis est magnæ parti hominum, domos, & thea-
tra, & fora pererrantium. Alienis se negocijs offerunt, semper aliquid agentibus
similes. Horum etsi aliquem exeuntem de domo interrogaueris, quo tu? quid cogitas? Respondebit tibi, Non mehercule scio, sed aliquos uidebo, aliquid agã. Sine proposito uagantur quærentes negocia, nec quæ destinauerunt agunt, sed in quæ incurrerunt. Inconsultus illis uanusq; cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes agũtur. His plericq; similem uitam agunt, quorum nõ immerito quis inquietam inertiam dixerit. Quorundam quasi ad incendium currentium misereberis, usq; eo impellunt obuios, & se aliosq; præcipitant. Cum interrim concurrerint, aut salutaturi aliquem non resalutaturum, aut funus ignoti hominis prosecuturi, aut iudicium sæpe litigantis, aut ad sponsalia sæpe nubentis, & lectică affectati, quibusdam locis & ipsi tulerint, deinde domũ cum superuacua redeuntes lassitudine, iurant nescisse seipsos, quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa uestigia. Omnis itaq; labor aliquò referatur, aliquò respiciat. Nõ industria inquietos, sed insanos falsæ rerũ imagines agitant. Nam ne illi quidem sine aliqua spe mouentur, proritat illos alicuius rei species, cuius uanitatem capta mens nõ coarguit. Eodem modo unumquemq; ex his qui ad augendum turbã exeunt, inanes & leues etiã causæ per urbem circumducunt, nihilq; habentem in quo laboret lux orta expellit: & cum multorum

multorum frustra liminibus illisus nomenclator persalutauit, à multis exclusus, neminem ex omnibus difficilius domi quàm se conuenit. Ex hoc malo depẽdet illud † temerariũ uitium, auscultatio, & publicorũ secretorũq; inquisitio, & multarũ rerum scientia, quæ nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur. Hoc secutũ puto Democritum ita cœpisse, Qui tranquille uolet uiuere, nec priuatim agat multa, nec publice ad superuacua se ferat. Nam si necessaria sunt, & priuatim & publice non tantũ multa, sed innumerabilia agenda sunt. Vbi uerò nullum officiũ solẽne nos citat, inhibendæ actiones sunt.

al. teterrimum

De uarietate fortunæ.

CAP. XIII

NAm qui multa agit, sæpe fortunæ potestatem sui facit, quàm tutissimum est raro experiri, cæterum semper de illa cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere. Nauigabo, nisi si quid inciderit, & prætor fiam, nisi si quid obstiterit, & negociatio mihi respondebit, nisi si quid interuenerit. Hoc est, quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. Non illum casibus hominum excepimus, sed erroribus. Nec illi omnia ut uoluit cedunt, sed ut cogitauit. In primis autem cogitauit aliquid posse propositis suis resistere. Necesse est autem leuius ad animum peruenire destitutæ cupiditatis dolorem, cui successum non utiq; promiseris.

De minatione mortis.

CAP. XIIII

FAciles etiam nos facere debemus, ne nimis destinatis rebus indulgeamus, transeamus in ea, in quæ nos casus deduxerit, nec mutationes aut consilij aut status pertimescamus, dummodo nos leuitas inimicissimum quieti uitium non excipiat. Nam & pertinacia necesse est anxia & misera sit, cui fortuna sæpe aliquid extorquet, & leuitas multo grauior, nusquam se continens. Vtrumq; infestum est tranquillitati, et nihil mutare posse, & nihil pati, Vtiq; animus ab omnibus externis in se reuocandus est, sibi cõfidat, se gaudeat, sua suspiciat, recedat quantum potest ab alienis, et se sibi applicet, damna non sentiat, etiam aduersa benigne interpretetur. Nunciato naufragio, Zeno nostor cum omnia sua audiret submersa, Iubet, inquit, me fortuna expeditius philosophari. Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam. Habes, inquit, cur tibi placeas, hemina sanguinis in tua potestate est: nam quod ad sepulturam pertinet, ò te ineptum, si putas interesse, supra terram an infra putrescam. Canius Iulius uir in primis magnus, cuius admirationi ne hoc quidem obstat, quod nostro seculo natus est, cum Caio diu altercatus, postquam abeunti, falleris, ille dixit, Ne forte inepta spe tibi blandiaris, ducit te iussi. Gratias, inquit, ago optime princeps. Quid sentiret dubito. Multa enim occurrunt mihi. Cõtumelioſus esse uoluit, et ostendere quanta crudelitas esset, in qua mors beneficium erat? An exprobrauit illi quotidianam dementiam? Agebant enim gratias, & quorum liberi occisi, & quorum bona ablata erant. An tanquam libertatem libenter accepit? Quicquid est, magno animo respondit. Dicit aliquis, Potuit post hæc iubere illum Caius uiuere. Non timuit hoc Canius. Nota erat Caij in talibus imperijs fides. Credis ne illum decem medios usq; ad supplicium dies sine ulla solicitudine exegisse? Verisimile non est, quæ uir ille dixerit, quæ fecerit, quàm in tranquillo fuerit. Ludebat latrunculis, cum centurio agmen periturum trahens, & illum quoq; citari iuberet. Vocatus numerauit calculos, & sodali suo uide, inquit, ne post mortem meam mentiaris te uicisse. Tum annuens centurioni, testis, inquit, eris, uno me antecedere. Lusisse tu Caniũ illa † tabula putas? illusit. Tristes erant amici talem amissuri uirum. Quid mœsti, inquit, estis uos? Quæritis an immortales animæ sint. Ego iam sciam, nec desijt in ipso ueritatem fine scrutari, & ex † morte sua quæstionem habere. Prosequebatur illum philosophus suus, iam non procul erat tumulus, in quo Cæsari deo nostro fiebat quotidianum sacrum, inquit, Quid Cani nunc cogitas? aut quæ tibi mens est? Obseruare, inquit Canius, proposui illo uelocissimo momento, an sensurus sit animus exire se, promisitq; siquid explorasset circumiturum amicos, & indicaturum quis esset animarum status. Ecce in media tempestate tranquillitas, Ecce animus æternitate dignus, qui fatum suum in argumentum ueri uocat, qui in ultimo illo gradu positus, exeuntem animam percunctatur, nec usque ad mortem, sed etiam aliquid in ipsa morte discit. Nemo diutius philosophatus, sed non raptim

al. talia

al. more suo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquetur magnus uir, & cum cura dicendus. Dabimus te in omnem memoriam clarissimum caput, Caianæ cladis magna portio.

CAP. XV

Sed nihil prodest priuatæ tristiciæ causas abiecisse. Occupat enim nonnunquam odium generis humani, & circumcurrit tot scelerum felicium turba, cum cogitaueris, quàm sit rara † integritas, quàm ignota innocentia, ut uix unquã est, nisi cum expedit, fides, sed libidinis lucra damnaq; pariter inuisa, & ambitio usq; eo iam se suis non continens terminis, ut per turpitudinẽ splendeat. Agitur animus in nõctem, & uelut euersis uirtutibus quas non sperare licet, non habere prodest, tenebræ oboriuntur. Inde itaq; flectendi sumus, ut omnia uulgi uitia non inuisa nobis, sed ridicula uideantur, & Democritum potius imitemur quàm Heraclitum. Hic enim quoties in publicum processerat, flebat, ille ridebat. Huic omnia quæ agimus miseriæ, illi ineptiæ uidebantur. Eleuanda ergo omnia, et facili animo ferenda. Humanius est deridere uitam, quàm deplorare. Adijce, quod de humano quoq; genere melius meretur qui ridet illud, quàm qui luget. Ille & spei bonæ aliquid relinquit, hic aũt stulte deflet, quæ corrigi posse desperat: & uniuersa cõtemplatus, maioris animi est, qui risum nõ tenet, quàm qui lachrymas, quando leuissimum affectum animi mouet, & nihil magnum, nihil seuerum, nec seriũ quidẽ ex tanto apparatu putat. Singula propter quæ læti ac tristes sumus sibi quæque proponat, & sciat uerũ esse, quod Bion dixit, Omnia hominũ negocia limilia nuptijs esse, nec uitam illorum magis sanctam aut seueram esse, quàm conceptus inchoatos. Sed satius est publicos mores & humana uitia placide accipere, nec in risum, nec in lachrymas excidere. Nam alienis malis torqueri æterna miseria est. Alienis delectari malis, uoluptas inhumana. Sicut illa inutilis humanitas flere, quia aliquis filium suum efferat, & frontem suam fingere. In tuis quoq; malis id agere te oportet, ut dolori tantum des, quantum poscit, non quantum consuetudo. Plericq; enim lachrymas fundunt ut ostendant, & toties siccos oculos habent, quoties spectator defuit, turpe iudicantes non flere, cum omnes faciant. Adeò penitus hoc se malum fixit, ex aliena opinione pendere, ut in simulatione etiam simplicissima dolor eueniat. Sequitur pars quæ solet nõ immerito contristari, & in solicitudinẽ deduci, ubi bonorũ exitus mali sunt, ubi Socrates cogitur in carcere mori, Rutilius in exilio uiuere, Pompeius & Cicero cliẽtibus suis præbere ceruicem, Cato ille uirtutũ uiua imago incumbens gladio, simul de se ac de Repub. palàm † facere. Necesse est queri tam iniqua præmia fortunã persoluere. Et quid sibi quisq; nunc speret, cum uideat pessima optimos pati? Quid ergo est? Videbriter & ignaue perire, nihil perijt. Aut digni sunt, quorum desiderio uirtus tibi placeat, aut indigni, quorum desideretur ignauia. Quid enim est turpius, quàm si maximi uiri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus toties dignũ laudibus & dicamus, Tanto fortior, tanto felicior, hominis effugisti casus, liuorem, morbum, existi, ex custodia, nõ tu dignus mala fortuna, Dijs uisus es indignus in quẽ iam aliquid fortuna posset. Subducentibus uerò se, et in ipsa morte ad uitam respectantibus, manus injiciendæ sunt. Neminẽ flebo lætum, neminẽ flentem. Ille lachrymas meas ipse absterlit, hic suis lachrymis efficit, ne ullis dignus sit. Ergo Herculem fleã, quod uiuus uritur, aut Regulum, quod tot clauis configitur, aut Catonẽ, quod uulnera sua fortiter tulerit? Omnes isti leui temporis impensa inuenerunt, quomodo æterni fierent, ad immortalitatẽ moriendo uenerunt. Est & illa sollicitudinum nõ mediocris materia, si te anxie cõponas, nec ullis simpliciter ostendas, qualis multorũ uita est ficta, & ostentationi parata. Torquet enim assidua obseruatio sui, et deprehendi aliter quàm solet metuit. Nec unquam cura soluimur, ubi toties nos æstimari putamus, quoties aspici. Nam & multa incidũt, quæ inuitos denudent, & ut bene cedat tanta sui diligentia, nõ tamen iucunda uita, aut secura est, semper sub persona uiuentium. At illa quantum haberet uoluptatis syncera & per se ornata simplicitas, nihil † obdens moribus suis. Subit tamen & hæc uita cõtemptus periculum, si omnia omnibus patent. Sunt enim qui fastidiant quicquid propitiate contemni, quàm perpetua simulatione torqueri. Modũ tamen rei adhibeamus, adierunt. Sed nec uirtuti periculum est, ne admota oculis reuiescat, & satius est simpli-

al. simplicitas.

al. satis facit

al. obtendens

multum interest, an simpliciter uiuas, an negligenter. Multum in se recedendum est. Conuersatio enim dissimilium, bene composita disturbat, & renouat affectus, et quicquid imbecillum in animo nec perduratum est, exulcerat. Miscenda tamẽ ista, et alternanda sunt, solitudo & frequentia. Illa nobis faciet hominũ desiderium, hæc nostri, & erit altera alterius remedium. Odium turbæ sanabit solitudo, tedium solitudinis turba. Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubescebat, & Cato uino laxabat animum curis publicis fatigatum, & Scipio triumphale illud & militare corpus mouit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est, etiam incessu ipso ultra muliebrẽ molliciem fluentibus, sed ut illi antiqui uiri solebãt inter lusum ac festa tempora uirilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis, meliores acrioresq; requieti surgent. At fertilibus agris non est imperandũ cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulum resoluti & remissi. Nascitur ex assiduitate laborum, animorum hæbetatio quædam & languor. Nec ad tanta hominũ cupiditas tenderet, nisi naturalem quandam uoluptatem haberet lusus iocusq;, quorũ frequens usus omne animis pondus, omnemq; uim eripiet. Nam & somnus refectioni necessarius est. Hunc tamen si per diem noctemq; continues, mors erit. Multũ interest, remittas aliquid an soluas. Legum conditores festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni, ut dixi, uiri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant, quidam nullum non diem inter ocium et curas diuidebant. Qualem Pollionem Asinium oratorem magnum meminimus, quem nulla † hora ultra decimam retinuit. Ne epistolas quidem post eam horam legebat, ne quid nouæ curæ nascerentur, sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidem medio die † interuixerũt, & in postmeridianas horas aliquid leuioris operæ distulerunt. Maiores quoque nostri nouam relationem post horam decimam in senatu fieri uetabant. Miles uigilias diuidit, & nox immunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo, dandumq; subinde ocium, quod alimenti ac uirium loco sit, & inambulationibus apertis uagandum, ut cœlo libero & multo spiritu augeat attollatq; se animus. Aliquando uectatio iteraq;, & mutata regio uigorem dabunt, conuictusq; & liberalior potio: nonnunq; & usq; ad ebrietatem ueniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. Trudit enim curas & ab imo animũ mouet, & ut morbis quibusdã ita tristitiæ medetur. Liberq; non ob hoc centiam linguæ dictus est inuentor uini, sed quia liberat seruitio curarũ animũ & assebris moderatio est, & Solonem, Arcesilaumq; indulsisse uino creduũt. Catoni ebrietas obiecta est, at facilius efficier, quisquis obiecerit, crimẽ honestũ, quàm turpem Catonẽ. Sed nec sæpe faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat, & aliquando tamen in exultationẽ libertatemq; extrahendus, tristisq; sobrietas remouenda paulisper. Nam siue Græco poëtæ credimus, aliquando & insanire iucundum est, siue Platoni, frustra poëticas fores compos sui pepulit, siue Aristoteli, nullũ magnum ingeniũ sine mixtura dementiæ fuit. Non potest grande aliquid & supra cæteros loqui, nisi mota mens. Cum uulgaria & solita contempsit, instinctuq; sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius, ore mortali. Nõ potest sublime quicquam & in arduo positum contingere, quam diu apud se est. Decidat oportet à solito, & efferatur, & moueat frenos, & rectorem capiat suum, eoq; feratur, quò per se timuisset † ascendere.

forte, cuꝝ

al. interuixerunt.

Habes Serene charissime quæ possint tranquillitatem tueri, quæ restituere, quæ surrepentibus uitijs resistant. Illud tamen scito nihil horum satis esse ualidum, rem imbecillam seruantibus, nisi intenta & assidua cura circumeat animum labentem.

al. accedere

Libri primi de tranquillitate, finis.

IN LIBRVM DE TRANQVILLITATE VITAE.

Cap. 1. De *luxuria perditorum, diligentius quàm iam intra latus, &c.* De luxuria perditorũ aliquis annotauit in margine, id imperitus aliquis coniecit in contextum. Hoc admoneo, ne quis reponat, ueluti incuria prætermissa.

Ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem pro pædagogi Rodolphus mauult pædagij. Et mox pro, quàm intra latus legit, quàm intra priuatum. Et ore tantum modo. Rodolphi liber habebat eadem. Ipse reposuerat, & ore tantum non meo.

Cap. 3. Quàm quid sit iusticia, &c. desunt duo uerba, qui docet, aut similia.

Non enim debet seruare se, nec obruere, ut opinor. Rodolphi codex pro nec, habebat uel. Id ille uertit in uelo, et ex, seruare, fecit seruantem. Forte sic erat legendum, Non enim debet celare se, nec obruere.

Cap. 11. Inter solum & aulam ingenuam. Lectio uidetur tolerabilis. Significat enim ædes magnificas solo æquatas. Rodolphus tamen ita mutarat, diuinationem, ut opinor sequutus, inter solum & aliena genua.

Capite 35. Viginti legionum sanguinem fratri parare. Sic prior æditio. Legendum censeo, uiginti legionum sanguine fratri parentare.

LVCII ANNEI SENECAE AD SERENVM LIBER SECVNDVS.

CAP. I

TAntum inter Stoicos Serene & cæteros sapientiam professos interesse, quantum inter fœminas & mares, non immerito dixerim, cum utraq; turba ad uitæ societatem tantundem conferat, sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Cæteri sapientes & molliter & blande, ut ferè domestici & familiares medici ægris corporibus, non qua optimum & celerrimum est medentur, sed qua licet. Stoici uirilem ingressi uiam, non ut amœna ineuntibus uideatur curæ habent, sed ut quàm primum nos eripiant, & in ardua per quæ uocamur, & confragosa sunt, Quid enim plano ad lum æditum uerticem educant, qui adeò extra omnem teli iactū surrexit, ut supra fortunam emineat. Et tur excelsum? Sed ne tam abrupta quidē sunt quàm quidam putant. Prima tamen pars saxa rupesq; habet & inuij speciem, sicut pleraq; ex longinquo speculantibus ableisia & connexa uideri solent, cum aciem longinquitas fallat. Demum propius adeuntibus eadem illa quæ in unum congesserat error oculorum, paulatim adaperiuntur, tum illis quæ præcipitia ex interuallo apparebant, redit lene fastigium. Nuper cum incidisset mentio Catonis, indigne ferebas (sicut es iniquitatis impatiens) quod Catonem ætas sua parum intellexisset, supra Pompeios & Cæsares surgentem, infra Vatinios posuisset: & tibi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legem, toga in foro esset erepta, quodq; à rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosæ factionis manus tractus, uoces improbas, et sputa, et omnes alias insaniæ multitudinis cōtumelias pertulisset. Tūc ego respondi, habere te quod Reipub. nomine moueremis, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisq; uenundabat, & tacita cupiditate corrupti nō intelligebāt

CAP. II se dum uendunt, & uenire. Pro ipso quidem Catone securum te esse iussi. Nullū em sapientem nec iniuriam accipere, nec contumeliam posse. Catonem autē certius exemplar sapientis uiri nobis deos immortales dedisse, quàm Vlyssem et Herculē prioribus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronunciauerunt, inuictos laboribus, & contemptores uoluptatis, & uictores omnium terrarū. Cato cum feris manus non contulit, quas consectari uenatoris agrestisq; est, nec monstra igne ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset cœlum unius humeris inniti, excussa iam antiqua credulitate, & seculo ad summam perducto solertiam. Cum ambitu congressus multiformi malo, & cum potentiæ immensa cupiditate, quam totus orbis in tres diuisus partes satiare non poterat, aduersus uitia ciuitatis degenerantis, & pessum sua mole sidentis stetit solus, & cadentem Rempub. quantū modo una retrahi manu poterat retinuit, donec uel abreptus uel abstractus, comitem se diu sustentatæ ruinæ dedit, simulq; extincta sunt, quæ nefas erat diuidi. Neq; enim Cato post libertatem uixit, nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse à populo, quod aut prætoram illi detraxit aut togam, & sacrum illud caput purgamentis oris aspersit? Turus est sapiens, nec ulla affici aut iniuria aut contumelia potest. Videor mihi intueri animum

CAP. III tuum inclusum et efferuescentem, paratum acclamare. Hæc sunt quæ autoritatē præceptis uestris detrahant. Magna promittitis, & quæ ne optari quidē, nedum credi possint. Deinde ingentia locuti, cum pauperē negastis esse sapientem, non negatis solere illi, & seruum, & uestem, & tectum, & cibum deesse. Cum sapientem negastis insanire non

non negaris & alienari, & parum sana uerba emittere, & quicquid uis morbi cogit audere. Cum sapientem negastis seruum esse, ijdem non inficiamini et uenum iturum, et imperata facturum, & domino suo seruilia præstiturum ministeria. Ita sublato alte supercilio in eadem quæ cæteri descenditis, mutatis rerū nominibus. Tale itaq; aliquid et in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrum atque magnum est, nec iniuriam, nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum autem interest, utrum sapientē extra indignationem, an extra iniuriam ponas. Nam si dicis illum æquo animo laturum, nullum habet priuilegium. Contigit illi res uulgaris, & quæ discitur ipsa iniuriarū assiduitate, patientia. Si negas accepturum iniuriam, id est, neminem illi tentaturum face re, omnibus relictis negocijs Stoicus fio. Ergo uero sapientem nō imaginario honore uerborum exornare constitui, sed eo loco ponere quo nulla permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui lacessat, qui tentet? Nihil in rerum natura tam sacrum est quod sacrilegium non inueniat. Sed nō ideò diuina minus in sublimi sunt, si existunt, qui magnitudinem multum ultra se positam nō ictur petant. Inuulnerabile est, nō quod nō feritur, sed quod non lęditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibebo. Nunquid dubium est, quin certius robur sit, quod nō uincitur, quàm quod nō lacessitur, cum dubiæ sint uires inexpertæ, at merito certissima firmitas habeatur, quæ omnes incursus respuit? Sic tu sapientem melioris scito naturæ, si nullius illi iniuria nocet, quàm si nulla sit. Et illum sortem uirum dicam, quem bella non subigunt, nec admota uis hostilis exterret, non cui pingue ocium est inter desides populos. Huiusmodi igitur sapientem nulli esse iniuriæ obnoxium. Itaq; non refert quàm multa in illum conijciantur tela, cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duricia est, nec secari adamas, aut cædi uel teri potest, sed incurrentia ultro retundit: quemadmodum quædam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa, rigorem suum habitumq; conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi ulla sęuitiæ uestigia tot uerberati procellis ostentāt: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab iniuria, quàm illa quæ retuli. Quid igitur CAP. IIII. non erit aliquis qui sapienti facere tentet iniuriam? Tentabit, sed non peruenturam ad eum. Maiore enim interuallo à contactu inferiorum abductus est, quàm ut ulla uis noxia, usq; ad illum uires suas perferat. Cum potentes imperio æditi, & consensu seruientium ualidi, nocere ei tentent, tam citra sapientem omnes eorū impetus deficient, quàm quæ neruo, tormentisue in altum exprimūtur, cum extra usum exilierunt, citra cœlum tamen flectuntur. Quid tu putas, cum stolidus ille rex multitudine telorū diem obscurasset, ullam sagittam in solem incidisse? Aut dimissis in profundum cathenis Neptunum potuisse contingi? Vt cœlestia humanas manus effugiūt, & ab his qui templa diruunt, aut simulachra conflant, nihil diuinitati nocetur. Ita quicquid fit in sapientē proterue, petulanter, superbe, frustra tentatur. At satius erat neminē esse qui facere uellet. Rem difficilem optas humano generi, innocentiā. At non fieri, eorum interest qui facturi sunt, non eius qui pati, ne si fiat quidem potest. Imò nescio, an magis uires sapientia ostendat tranquillitatis inter lacessentia, Sicut maximum argumentum est, Imperatoris armis uirisq; pollentis, tuta securitas & in hostium terra. Diuidamus si tibi uidetur Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa natura grauior est: hæc leuior, tamen delicatis grauis, qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio et uanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruū, qui flagellis quàm colaphis cædi malit, & qui mortem ac uerbera tolerabiliora credat, quàm cōtumeliosa uerba. Ad tantas ineptias peruentum est, ut non dolore tantum, sed doloris opinione uexemur, more puerorum, quibus metus incutit umbra, & personarum deformitas, & deprauata facies, lachrymas uerò euocant nomina parum grata auribus, et digitorū motus, & alia quæ impetu quodam erroris improuidi refugiunt. Iniuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere. Malo autem sapientia nō relinquit locum. Vnū malum enim illi est turpitudo, quæ introire eò ubi iam uirtus honestumq; est, non potest.

Iniuria ergo ad sapientem nō peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiēs, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria CAP. V

diminutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

diminutio eius est, in quem incurrit. Nec potest aliquis iniuriam accipere sine aliquo detrimento, uel dignitatis, uel corporis, uel rerum extra nos positarum. Sapiens autē nihil perdere potest, omnia in se reposuit, nihil fortunę credit, bona sua insolidū habet contentus uirtute, quæ fortuitis nō indiget. Ideoq; nec augeri, nec minui potest. Nam in summū producta, incrementi non habent locum. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, uirtutem autem non dat, ideò nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, immota. Sic contra casus indurat, ut nec inclinari quidem, nedum uinci possit. Aduersus apparatus terribilium, rectos oculos tener, nihil ex uultu mutat, siue illi dura, siue secunda ostentantur. Itaq; nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione uirtutis est, ex qua depelli nunq; potest, Cæteris precario utitur. Quis aūt iactura mouetur alienis? Quod si iniuria nihil lædere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia uirtute sui salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorceres fuit, ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, Nunquid perdidisset, Nihil inquit, Omnia namq; mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam cesserat, & filias rapuerat hostis, & patriam uiolauerat. Ille illi uictoriam excussit, & se urbe capta, non uictum tantum, sed indemnem esse testatus est. Habebat ergo secum uera bona, in quæ non est manus iniectio. At ea quæ dissipata & direpta ferebantur, non iudicabat sua, sed aduentitia, & nutum fortunæ sequentia, ideò non ut propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus affluentium lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc, an huic fur, an calumniator, aut uicinus potens, aut diues aliquis, regnum orbæ senectutis exercens, facere iniuriam possit, cui bellum & hostis ille egregiam artem quassandarum urbium professus, eripere nihil possit. Inter nutantes ubique gladios, & militarem in rapinam tumultum, inter flammas & sanguinem stragemq; impulsæ ciuitatis, inter fragorem templorum super deos suos cadentium, uni homini pax fuit. Non est itaque quod audax iudices promissum, cuius tibi si parum fidei habeo, sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in homine, aut tantam animi magni-

CAP. VI tudinem cadere, sed si prodit in medium qui dicat, Non est quod dubites, an tollere se homo natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes, uulnera, magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat, & dura placide ferat, & secunda moderate, nec illis cedens, nec his fretus, unus idemq; inter diuersa sit, nec quicquā suum nisi se putet esse, ea quoq; parte qua melior est: tandē assum hoc uobis probaturus, sub isto tot ciuitatum euersore, munimenta incursu arietis labefieri, & turrium altitudinē cuniculis ac latentibus fossis repente residere, & æquaturum æditissimas arces aggerem crescere, at nulla machinamenta posse reperiri, quæ bene fundatum animum agi-

fur. eripui me nudum domo. rent. † Eripimus erumnis domos, & incendijs undiq; relucentibus, per flammas, per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, et senior & hostilia circa me omnia uidens, tamen integrum incolumemq; esse censum meum profiteor, teneo, habeo quicquid mei habui. Non est quod me uictum, uictorem te credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa, & dominum mutantia, ubi sint nescio. Quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderūt isti diuites patrimonia, Libidinosi amores suos, & magno pudoris impendio dilecta scorta. Ambitiosi curiam & forum, & loca exercendis in publico uitijs destinata. Fœneratores perdiderūt tabellas suas, quibus auaricia falso læta, diuitias imaginatur. Ego quidē omnia integra illibataq; habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui lamentantur, strictis gladijs nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sinu fugiunt. Ergo ita habe Serene, perfectum illum uirum humanis diuinisq; uirtutibus plenum, nihil perdere. Bona eius solidis & inexuperabilibus munimentis præcincta sunt. Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander intrauit. Non Carthaginis aut Numantiæ mœnia, una manu capta. Non capitolium, arcemue. Habent ista hostile uestigium, illa quæ sapientem tuentur, à flamma & ab incursu tuta sunt, nullum introitū habent, nec

CAP. VII. præbent, excelsa, inexpugnabilia, dijs æqua. Non est quod dicas, ita ut solet, hunc sapientem nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenij uanum decus, nec ingentem imaginem falsæ uirtutis concipimus, sed qualem confirmamus exhibuimus

exhibuimus, & exhibemus. Raro forsitan magnisq; ætatū interuallis inuenitur. Neq; enim magna & excedentia solitum ac uulgarem modum crebro gignuntur. Cæterum hic ipse M. Cato, à cuius mentione hæc disputatio processit, uereor ne supra nostrum exemplar sit. Denicq; ualidius debet esse quod lædit, eo quod læditur. Non est autem fortior nequitia uirtute. Non potest ergo lædi sapiens. Iniuria in bonos non tentatur nisi à malis. Bonis inter se pax est. Mali tam bonis pernicioſi sunt quàm mali inter se. Quod si lædi nisi infirmior non potest, nec iniuria bonis, nisi à dispari uerenda est, iniuria in sapientem uirum non cadit. Illud enim iam nō es admonendus, neminem bonum esse nisi sapientem. Sed iniuste, inquis, Socrates damnatus est: iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet, posse euenire, ut faciat aliquis iniuriam mihi, & ego non accipiam: tanquam si quis rem cum in uilla mea surripuit, in domo mea ponat, illе furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Potest aliquis nocens geri, quamuis non nocuerit. Si quis cum uxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit. Aliquis mihi uenenum dedit, sed uim suam remixtum cibo perdidit. Venenum illud dando, sceleri se obligauit, etiam si non nocuit. Nō minus latro est, cuius telum oppositа ueste elusum est. Omnia scelera, & ante affectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt. Quædam eius conditionis sunt, & hac uice copulantur, ut alterum sine altero esse non possit. Quod dico conabor facere manifestū. Possum pedes mouere, ut non currā, currere non possum, ut non moueam. Possum, quamuis in aqua sim non natare, si nato, non possum in aqua non esse. Ex hac sorte & hoc est de quo agitur, si iniuriā accepi, necesse est factam esse, si est facta, nō est necesse accepisse me. Multa enim incidere possunt quæ submoueant iniuriam. Vt intentam manum deijcere alicui casus potest, & emissa tela declinare, ita iniurias qualescunq; potest aliqua res depellere, & in medio intercipere, ut & factæ sint, nec acceptæ. Præterea nihil iustum iustitia pati potest, quia non coëunt contraria. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste.

Non est quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere, nec prodesse quidem quisquam potest, & sapienti nihil deest, quod accipere possit loco muneris, & maius nihil CAP. VIII. potest tribuere sapiēti. Habere enim prius debet, quàm dare. Nihil autem habet quod ad se transferri sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti, aut prodesse. Quemadmodum diuina nec iuuari desiderant, nec lædi possunt, Sapiens autem uicinus proximusq; dijs cōsistit, excepta mortalitate, similis deo. Ad illa nitens petensq; excelsa, ordinata, intrepida, æquali & cōcordi cursu fluentia, secura, benigna, bono publica nata, & sibi & alijs salutaria, nihil humile concupiscet, nihil flebit, qui rationi innixus per humanos casus, diuino incedit animo. Non habet ubi accipiat iniuriam, ab homine me tantum dicere putas? sed nec à fortuna quidem, quæ quoties cum uirtute cōgressa est, nunquam par recessit. Si maximum illud, ultra quod nihil habent iratæ leges, ac sæuissimi domini minantur, in quo imperium suum consumit fortuna, æquo placidoq; animo accipimus, & scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem, multo facilius alia tolerabimus, Damnum, & dolores, & ignominias, lorum commutationes, orbitates, dissidia, quæ sapientem, etiam si uniuersa circumueniant, non mergunt, nedum ad singulorū impulsus mœreat. Et si fortunæ iniurias moderate fert, quāto magis hominū potentium, quos scit fortunæ manus esse. Omnia CAP. IX. itaq; sic patitur, ut hyemis rigorem, & intemperantiam cœli, ut feruores morbosq;, & cætera sorte accidentia. Nec de quoquā tam bene iudicat, ut illum quicquam putet consilio fecisse, quod in uno sapiente est. Aliorum omnium non consilia, sed fraudes & insidiæ, & motus animorum inconditi sunt, quos casibus adnumerat. Omne autem fortuitum circa nos sæuit & iniuriatur. Illud quoq; cogita, iniuriarum latissime patere materiam illis, per quæ periculum nobis quæsitum est, ut accusatore submisso aut crimina tione falsa, aut iritatis in nos potentiorum motibus, quæq; alia intra togatos latrocinia sunt. Est & alia iniuria frequens, si lucrum alicui excussum est, aut præmium diu capta tum, si magno labore affectata hæreditas auersa est, & quæstuosæ domus gratia erepta. Hęc effugiet sapiens, qui nescit nec in spe, nec in metu uiuere. Adijce nunc, quod iniuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur. Caret autem pertur

Universidad de Deusto
Biblioteca

batione uir rectus, erroribus moderatur suis, altæ quietis & placidæ. Nam si illum tangit iniuria, & mouet & impedit. Caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriæ species, nec aliter careret ira, nisi & iniuria, quam scit sibi nō posse fieri. Inde tā erectus lætusq; est, inde continuo gaudio elatus. Adeo autem ad offensiones rerum hominumq; non contrahitur, ut illi ipsa iniuria usui sit, per quam experimentū sui capit, & uirtutē tentat. Faueamus obsecro uos huic proposito, æquisq; & animis & auribus assimus, dum sapiens iniuriæ excipitur, nec quicquam ideo petulantiæ nostræ, aut rapacissimis cupiditatibus, aut certe temeritati superbiæq; detrahitur. Saluis uitijs nostris, hæc sapienti libertas quæritur, non ut uobis facere non liceat iniuriam agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum demittat, patientiaq; se ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris pleriq; uicere, cædentium manus obstinata patientia fatigando. Ex hoc pugnatore genere patientiam & sapientiam eorum qui exercitatione longa ac fideli, robur perCAP. X tiendi lassandiq; omnem inimicam uim consecuti sunt. Quoniam priorem partem percurrimus, ad alteram transeamus. Quoniam quibusdam proprijs, pleriscp; non cōmunibus cōtumeliam refutabimus. Est minor iniuria, quam queri magis quàm exqui possumus, quam leges quoq; nulla dignam uindicta putauerunt. Hunc affectū mouet humilitas animi contrahentis se, ob factum dictumq; inhonorificum. Ille me hodie non admisit, cum alios admitteret. Sermonem meum aut superbe auersatus est, aut parlam risit, & non in medio me loco, sed in imo collocauit, & alia huiusmodi notæ. Quæ quid uocem, nisi querelas nauseantis animi, in quæ ferè delicati & felices incidūt. Non uacat enim hæc notare cum peiora instant. Nimio ocio ingenia nostra infirma, & muliebria, & inopia ueræ iniuriæ lasciuientia, his cōmouentur, quorum pars maior constat uitio interpretantis. Itaq; nec prudentiæ quicquam in se esse, nec fiduciæ ostendit, qui contumelia afficitur. Non dubie enim contemptum se iudicat, & hic morsus non sine quadam humilitate animi euenit, supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam nouit, nulliq; tantum de se licere nunciat, quàm sibi, & omnes has quas non miserias animorum, sed molestias dixerim, non uincit, sed ne sentit quidem. Alia sunt quæ sapientem feriunt, etiam si non peruertant, ut dolor corporis & debilitas, aut amicorum liberorumq; amissio, & patriæ bello flagrantis calamitas. Hæc non nego sentire sapientem. Nec enim lapidis illi duriciam ferriue
CAP. XI asserimus. Nulla uirtus est, qua te nō sentias perpeti. Quid ergo est? Quosdam ictus recipit, sed receptos euincit, sanat, & cōprimit. Hęc uero minora, ne sentit quidem, nec aduersus ea solita illa uirtute utitur dura tollerandi, sed aut non annotat, aut digna risu putat. Præterea cum magnam partem contumeliarū superbi insolentesq; faciant, & male felicitatem ferentes, habet quo istum affectum inflatum respuat, pulcherrimā uirtutem omnium, animi sanitatem magnitudinemq;, Illa quicquid huiusmodi est transcurrit, ut uanas somniorū species, uisusq; nocturnos, nihil habētes solidi, neq; ueri. Simul
d. excelsiora illud cogitat, omnes inferiores esse, quantū illis audaciæ sit, tanto† audaciora despicere. Contumelia à cōtemptu dicta est, quia nemo nisi quem contempsit, afficit tali iniuria. Nemo autem meliorem maioremq; contemnit, etiā si facit aliquid quod cōtemnentes solent. Nam & pueri os parentum feriunt, et crines matris turbauit lacerauitq; infans, & sputo aspersit, aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & uerbis obscœnioribus non pepercit, & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui fecit, cōtemnere non potest. Eadem causa est, cur nos mancipiorū nostrorū urbanitas in dominos contumelioſa delectet, quorum audacia ita demum sibi in conuiuijs ius facit, si cœpit à domino. Vt quisq; cōtemptissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidem in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiā acuunt, & sub magistro habent, qui probra meditate effundant. Nec has contumelias uocamus, sed argu
CAP. XII tias. Quanta autem dementia est, hisdem modo delectari, modo offendi, & rem ab amico dictam, maledictum uocare, à seruulo, ioculare conuitium. Quem animum nos aduersus pueros habebimus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canosq; puerilitas est. An quicquam illi profecerunt, quibus animi mala sunt, auctiq; in maius errores, qui à pueris magnitudine tantum formaq; corporum differūt?

Cæterum

Cæterum non minus uagi incertiq;, uoluptatū sine delectu appetentes, trepidi, & non ingenio, sed formidine quieti, Non ideo quicquam inter illos pueros q; interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumq; & æris minuti auaritia est, his auri argentiq; & urbium: quod illi inter ipsos magistratus gerunt, et prętextam fascesq; ac tribunal imitantur, hi autem in campo soroq; serio ludunt. Illi in littoribus arenæ cōgestu simulachra domorum excitant, hi ut magnum aliquid agentes, in lapidibus ac parietibus, & tectis moliendis occupati, ad tutelam corporū inuenta, in periculū uerterunt. Ergo par pueris, sed longius progressus, sed in alia maioraq; error est. Non immerito itaq; horū contumelias sapiens ut iocos accipit, & aliquando illos tanquam pueros malo pœnaq; admonet, & afficit, non quia accepit iniuriā, sed quia fecerunt, ut desināt facere. Sic enim & pecora uerbere domantur, nec irascimur illis cum sessorem recusauerint, sed compescimus, ut dolor contumaciam uincat. Ergo & illud solutum scies, quod nobis opponitur, quare si non accepit iniuriam nec contumeliā sapiens, punit eos qui fecerūt? Non enim se ulciscitur, sed illos emendat? Quid est autem quare hanc animi firmitatem CA. XIII non credis in uirum sapientem cadere, cum tibi in alijs idem notare, sed non ex eadem causa liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quisue febricitātis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit? Hunc affectum aduersus omnes habet sapiens, quemadmodum aduersus ægros suos medicus, quorum nec obscœna si remedio egent contrectare, nec reliquias & effusa intueri dedignatur, nec per furorem sæuientium excipere conuicia. Scit sapiens, omnes hos qui togati, purpuratiq; incedunt, ualentes coloratosq; male sanos esse, quos non aliter uidet, quàm ægros intemperatos. Itaq; ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentem. Quo animo honores eorum nihilo æstimat, eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placet sibi, si illum mendicus coluerit, nec contumeliā iudicabit, si illi homo plebis ultimæ salutanti mutuam salutationē non reddiderit, sic nec se suspiciet quidem, si illum multi diuites susp exerint. Scit enim illos nihil à mendicis differre, imo miseriores esse, Illi enim exiguo, hi multo egent: & rursus non tangetur, si illum rex Medorum Attalusue Asiæ, salutantē silentio ac uultu arroganti transierit. Scit statum eius non magis habere quicquam inuidendum, quàm eius cui in magna familia cura contigit ægros insanosq; compescere. Num moleste feram si non reddiderit nomen aliquis ex his, qui ad castra negociantur, nequam mancipia ementes uendentesq;, quorum tabernæ pessimorum seruorum turba refertæ sunt? Non ut puto, quid enim is boni habet, sub quo nemo nisi malus est? Ergo ut huiusmodi humanitatem inhumanitatemq; negligit, ita & regis habētis sub se Parthos, Medos, & Bactrianos, Sed quos metu continet, sed propter quos remittere arcum non tibi contingit, sed postremos & uenales, sed nouum aucupantes dominum. Nullius ergo mouebitur cōtumelia. Omnes enim inter se differunt. Sapiens quidem pares illos ob æqualem stultitiā omnes putat. Nam si semel se dimiserit eò, ut aut iniuria moueatur, aut contumelia, non poterit unquam esse securus. Securitas autem propriū bonum sapientis est, nec cōmittet, ut in iudicando sibi cōtumeliam factam, honorem habeat ei, qui fecit. Necesse est enim à quo quisquam cōtemni moleste ferat, suspici gaudeat. Tanta quosdā dementia tenet, ut con-
CAP. XIIII tumeliā sibi posse fieri putent à muliere. Quid refert quantū habeat, quot lecticarios, quàm oneratas aures, quàm laxam sellam, æque impudens animal est, & nisi scientia ac cessit, ac multa eruditio, ferè cupiditatum incontinēs. Quidam se à cinerario impulsos moleste serunt, & contumeliam uocant hostiarij difficultatem, nomenclatoris superbiam, cubicularij supercilium. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta uoluptate implendus animus, ex alienorū errorum tumultu, cōtemplari quietem suam. Quid ergo? Sapiens non accedit ad fores, quas durus ianitor obsidet? Ille uero, si res necessaria uocabit, experietur, & illum quem quærit tanquam canem acrem, obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans, & in pontibus quibusdam pro transitu dari. Itaq; illi quoq; quisquis erit, qui salutatorium publicum exerceat, donabit. Scit emere uenalia. Ille pusilli animi est qui sibi placet, quod hostiatorium libere respondit, & uirgam eius fregit, quod ad dominū accessit & petijt† tornum. *al. torum, forte corium*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facit se aduersarium qui cõtendit, & ut uincat, par fuit. At sapiens colaphis percussus, quid faciet? Quod Cato cum illi os percussum esset, non excanduit, non uindicauit. Iniuriam non remisit quidẽ, sed factam negauit. Maiore animo non agnouit, quàm ignouisset. Non diu in hoc hærebimus. Quis enim nescit, nihil ex his quæ creduntur bona aut mala ita uideri sapienti, ut omnibus? Non respicit quid homines turpe iudicẽt, aut miserum, non it quà populus, sed ut sydera contrarium mundo iter intendunt, ita hic

CAP. XV aduersus opinionem omnium uadit. Desinite itaq; dicere, non accipiet ergo sapiẽs iniuriam, si cædetur? si quis oculos illi eruet? non accipiet contumeliã, si obscœnorum uocibus improbis per forum ageture? si in conuiuio regis recumbere infra mensam, ne sciẽs cũ seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur? si quid aliud ferre cogetur, eorum quæ excogitari pudori ingenuo molesta possunt? Inquantumcunq; ista uel numero, uel magnitudine creuerint, eiusdem naturę erunt. Si non tangant illum parua, nec magna quidem. Si non tangent pauca, nec plura quidem. Sed ex imbecillitate uestra conlecturam non capitis ingentis animi, & cum cogitatis quantum putetis uos pati posse, sapientiæ paulo ulteriorem terminum ponitis. At illum in alijs mundi finibus sua uirtus collocauit, nihil uobiscum commune habentem. Quare & aspera & quæcunq; toleratu grauia sunt, auditu q; & uisu refugienda, cum non obruent, cum eorum cœtu, et qualis singulis talis uniuersis obsistet. Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intolerabile, & animi magnitudinem intra certos fines tenet, male agit. Vincit nos fortuna, nisi tota uincatur. Nec putes istam Stoicam esse duriciã. Epicurus quem uos patronum inertiæ uestræ assumitis, putatisq; mollia ac desidiosa præcipere, & ad uoluptatem ducentia, Raro, inquit, sapienti interuenit fortuna. Quàm penè emisit uiri uocem. Vis tu fortius loqui, & illum ex toto submouere? Domus hæc sapientis angusta sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis obseruatur ianitoribus, turbã uenali fastidio digerentibus, sed per hoc limen uacuum, & ab hostiarijs liberum fortuna non transit. Scit non esse illic sibi locum, ubi sui nihil est. Quod si Epicurus quoq; qui corpori plurimum indulsit, aduersus iniurias exurgit, quid apud nos incredibile uideri potest, aut supra humanæ naturæ mensuram? Ille ait iniurias tolerabiles esse sapienti, nos iniurijs non esse.

CAP. XVI Nec enim est, quod dicas hoc naturæ repugnare. Non negamus rem incõmodam esse uerberari & impelli, & aliquo mẽbro carere, sed omnia ista negamus iniurias esse, non sensum illis doloris detrahimus, sed nomen iniuriæ, quod non potest recipi, uirtute salua. Vter uerius dicat, uidebimus. Ad cõtemptum quidem iniuriæ uterq; consentit. Quæris quid inter duos intersit? Quod inter gladiatores fortissimos, quorum alter premit uulnus, & constat in gradu, alter respiciens ad clamantem populum, significat nihil esse, & intercedi non patitur. Non est, quod putes magnũ, quo dissidemus. Illud quoq; agitur, quod unum ad nos pertinet. Vtraq; exempla hortantur cõtemnere iniurias, & quas iniuriarũ umbras ac suspicionem dixerim, cõtumelias. Ad quas despicendas non sapienti opus est uiro, sed tantum cõspiciente, qui sibi possit dicere, utrum merito mihi ista accidunt, an immerito? Si merito, non est contumelia, iudicium est. Si immerito, illi qui iniusta facit, erubescendum est. Equidem illud contumelia dicitur, in capitis mei leuitatem iocatus est, et in oculorum ualetudinem, et in crurum gracilitatem, & in staturam. Quæ contumelia est, quod apparet audire? Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus indignamur, & eorum alijs libertatem nõ relinquimus, quæ

CAP. XVII ipsi dicere assueuimus. Iocis temperatis delectamur, immodicis irascimur. Chrysippus ait quendam indignatũ, quod illum ueruecem aliquis maximũ dixerat. In senatu flentem uidimus Fidum Corneliũ Nasonis generum, cum illum Corbula Struthiocamelum depilatum dixisset. Aduersus alia maledicta mores & uitam conuulnerantia, frontis illi firmitas constitit, aduersus hoc tam absurdum lachrymæ prociderunt. Tanta animorũ imbecillitas est, ubi ratio discessit. Offendimur si quis sermonem nostrum imitatur, si quis incessum, si quis uitiũ aliquod corporis aut linguæ exprimit, quasi notiora illa fiant alio imitante quàm nobis facientibus. Senectutẽ quidam inuiti audiũt, & canos et alia ad quę uoto peruenitur. Paupertatis maledictũ quosdã percussit, quam sibi obiecit, quisquis abscondit, itaq; materia petulantibus & propter contumeliam ut

banis detrahitur, si ultro illam & prior occupes. Nemo alijs risum præbuit, qui ex se ceperit. Vatinium hominẽ natum & ad risum, et ad odium, scurrà fuisse, & uenustũ ac diserẽ, memoriæ proditũ est. In pedes suos ipse plurima dicebat, & in fauces concisas: sic inimicorũ quos plures habebat, quàm morbos, et in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Si ille hoc potuit duricia oris, qui assiduis cõuicijs depudere didicerat, cur is non posset, qui studijs liberalibus & sapientiæ cultu ad aliquem profectum peruenerat? Adijce, quod genus ultionis est, eripere ei qui fecit contumeliæ uoluptatem. Solent dicere, miserũ me, puto non intellexit, adeo fructus cõtumeliæ in sensu & indignatione patientis est. Non debet quidẽ homo esse contumelioſus. Deinde non deerit illi aliquando par. Inuenietur qui te quoq; uindicet. C. Cæsar inter cætera uitia quibus abundabat, contumelioſus mirabiliter ferebatur, † omnis aliqua nota feriendi, ipse materiarius benignissima, tanta illis palloris insaniam testatis fœditas erat, tanta oculorum sub fronte simul latentium toruitas, tanta capitis destituti, & enudatis capillis asperſi deformitas. Adijce obsessam setis ceruicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum. Immensum est, si uelim singula referre, per quæ in patres auosq; suos contumelioſus fuit, per quæ in uniuersos ordines, ea referam quæ illum exitio dederunt. Asiaticum Valerium in primis ferocem habebat uirum, & uix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in conuiuio, in concione uoce clarissima, qualis in concubitu esset uxor eius obiecit. Dij boni, hoc uirum audire, principem scire, & usq; eo licentiam peruenisse, ut non dico consulari, non dico amico, sed tantũ marito princeps, & adulterium suum narret, & fastidium? De Chærea tribuno militum, sermo promanauerat, quod languidus † somno, & infracta uoce suspectior. Huic Caius signum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat, aliter atq; aliter exprobrans armato mollicie. Hoc, ipse perlucidus, crepidatus, auratus. Coëgit itaq; illum uti ferro, ne sæpius signum peteret. Ille primus inter coniuratos manum sustulit, ille ceruicem mediam uno ictu decidit, plurimum deinde undiq; publicas ac priuatas iniurias ulciscentium gladiorũ ingestum est. Sed primus uir fuit, qui minime uisus est. At idem Caius omnia contumelias putat, & fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus. Iratus fuit Herennio Macro, qui illum Caium salutauerat, nec impune cessit Primipilario, quod Caligulã dixerat. Hic enim in castris natus, & alumnus legionum uocari solebat, nullo nomine militibus familiarior unquam factus, sed iam Caligulam conuitium & probrum iudicabat. Conturbatis ergo hoc ipsum solatio erit, etiam si nostra facilitas ultionem omiserit, futurum aliquem, qui pœnas exigat à procace, & superbo, & iniurioso, quæ uitia nunquam in uno homine, et in una contumelia consumuntur. Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam, ut Socratis, qui comœdiarum publicatos in se & spectatos sales in partem bonam accepit, risitq; non minus, quàm cum ab uxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur. At Iphicrates cui mater barbara et Thressa obiiciebatur, respondit & deorũ matrem Idæam esse. Non est in rixã colluctationemq; CAP. XIX ueniendũ, procul auferendi pedes sunt, & quicquid horum ab imprudentioribus fiet, fieri autem nisi ab imprudentibus non potest, negligendũ. Et honores & iniuriæ uultu timore contumeliarum aut tedio, necessaria omittemus, ex publicis & priuatis officijs. Aliquando etiam † salutantibus non occurremus, dum muliebris nos cura angit, aliquid contra animum audiendi, Aliquando etiam obærati potentibus, detegemus hunc affectũ, intemperanti libertate. Non est autem libertas nihil pati. Fallimur, libertas est animũ opponere iniurijs, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda ueniãt, exteriora deducere à se, ne inquieta agenda sit uita, omnium risus, omniũ linguas timenti. Quis omnium est, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest. Diuerso autem remedio utetur, sapiens affectatorq; sapientiæ. Imperfectis enim & adhuc ad publicum se iudicitũ dirigentibus, hoc proponendũ est, inter iniurias ipsas cõtumeliasq; debere uersari. Omnia leuiora accidunt expectantibus, quoq; honestior est genere, fama, patrimonioq;, hoc se fortius gerat, Memor in prima acie altos ordines stare, contumelias & uerba probrosa, & ignominias, & cætera dehonestamenta uelut clamorem

CAP. XVIII al. omnibus aliqua nota feriendis

a. salutaribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostium ferat, & longinqua tela, & saxa sine uulnere circa galeas crepitantia. Iniurias uerò, ut uulnera, alia armis, alia pectori infixa, nō deiectus, ne motus quidē gradu, fusti neat. Etiam si premeris, & infesta ui urgeris, cedere turpe est, assignatū à natura locum tuere. Quæris quis sit locus uiri sapientis? Aliud auxiliū est huic contrariū. Vos enim rem geritis, illi parta uictoria est: nec repugnate uestro bono, & hanc spem dum ad uerum peruenitis alite in animis, libēterq; meliora excipite, & opinione ac uoto iuuate. Esse aliquem in quem fortuna non possit ex Republica humani generis est.

Libri secundi & ultimi de tranquillitate, finis.

IN LIB. QVOD IN SAPIENTEM NON CADIT INIVR.

Cap. 3. ijdem non iturum inficiamini, & uenum & imperata facturum. Ex Rodolphi codice qui locum hunc habebat deprauatum, restituimus sermonis confusum ordinem: *ijdem non inficiamini iturum & uenum, aut quod melius est, & uenum iturum.*

Cap. 6. Eripimus erumnis domos, aliás erepsimus domo. Rodolphus diuinauit. *Eripui me nudum domo.*

Cap. 10. Quoniam quibusdam proprijs plerisque communibus contumeliam refutauimus. Quoddam exemplar habebat. *Quoniam quibusdam proprijsq; contumeliam refutauimus.* Vtraq; lectio nō uacat mendo, nisi proprijs dictum est pro, proprijs quoq;, & pro quoniam, malim, quaiam, Nam Rodolphus legit, refutabimus. Sentit enim se speciatim demonstraturum, quod in genere tractauit.

Cap. 12. Auctiq; in maiores errores. Alius habebat, aut utiq; in maiores errores. Neutra lectio integra est, sed ita legendum, auctiq; in maius errores. Rodolphus diuinat, aut utiq; maiores errores. Id probari poterat, si legatur, quibus paria animi mala sunt, aut utiq; maiores errores.

Cap. 14. Non id quod populus. Rodolphus mea sententia recte mutarat, non it quo populus, nisi quod malim, non it qua populus.

LVCII ANNEI SENECAE AD PAVLINVM DE BREVITATE VITAE LIBER VNVS.

CAP. I

Maior pars mortaliū Paulíne de naturæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui gignimur, quod hæc tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spacia decurrant, adeo ut exceptis admodum paucis, cæteros in ipso uitæ apparatu uita destituat. Nec huic publico, ut opinantur malo, turba tantum et imprudens uulgus ingemuit. Clarorum quoq; uirorū hic affectus querelas euocauit. Inde illa maximi medicorū exclamatio est, Vitam breuem esse, longam artem. Inde Aristoteli cum rerū natura exigenti minime conueniens sapienti uiro lis est. Aiunt animalibus tantū indulsisse, ut quina, aut dena secula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorē terminum stare. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa uita, & in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus breuem uitam, sed fecimus, nec inopes eius, sed prodigi sumus. Sicut amplæ & regiæ opes ubi ad malum dominū peruenerūt, momento dissipantur. At quamuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, usu crescūt. Ita ætas nostra bene disponenti multū patet.

CAP. II

Quid de rerum natura querimur? illa se benigne gessit. Vita, si scias uti, longa est. Alium insatiabilis tenet auaricia: aliū in superuacuis laboribus operosa sedulitas: alius uino madet, alius inertia torpet, alium defatigat ex alienis iudicijs suspensa semper ambitio. Alium mercandi præceps cupiditas circa omnes terras, omnia maria, spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido militiæ, nunquam non aut alienis periculis intentos, aut suis anxios. Sunt quos ingratus superiorum cultus uoluntaria seruitute cōsumat. Multos aut affectatio alienæ fortunæ, aut suæ odium detinuit. Plerosq; nihil certū sequentes, uaga & inconstās, & sibi displicens leuitas, per noua consilia iactauit. Quibusdam nihil in quo cursum dirigant placet, sed marcentes oscitantesq; fata deprehendūt, adeo ut quod apud maximū poētarum more oraculi dictum est, uerum esse non dubitem, Exigua pars est uita qua nos uiuimus. Cæterum quidem omne spacium, non uita sed tempus est. Vrgentia circumstant uitia undiq;, nec resurgere, aut in dispectum ueri attollere oculos sinunt, & emersos, & in cupiditate infixos premunt. Nunquam illis re-

currere ad se licet, sed si quando aliqua quies fortuito contingit, ueluti profundo mari, in quo post uentum quoq; uolutatio est, fluctuantur, nec unquam illis à cupiditatibus suis otium instar. De istis me putas disserere, quorum in confesso mala sunt? Aspice illos, ad quorum felicitatem cōcurritur, bonis suis effocantur. Quammultis graues sunt diuitiæ? Quammultorum eloquētia quotidiano ostentandi ingenij spatio, sanguinem educit? Quammulti continuis uoluptatibus pallent? Quammultis nihil liberi reliquit circumfusus clientiū populus? Omnes deniq; istos ab infimis usq; ad summos pererra. Hic aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat. Alius in alium consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur. His illos dignosci uidebis notis. Hic illius cultor est, ille illius, suus nemo est. Deinde dementissima quorundam indignatio est. Queruntur de superiorum fastidio, quod ipsis adire uolentibus non uacuerint. Audet quisquam de alterius superbia queri, qui sibijpsi nunquam uacat. Ille tamen quisquis est insolenti quidem uultu, sed aliquando respexit. Ille aures suas ad tua uerba demisit. Ille te ad latus suum recepit. Tu non inspicere te unc̄q;, non audire dignatus es. Non est itaq; quod ista officia cuiquam imputes, quoniamquidem cū illa facceres, nō esse cum aliquo uolebas, sed tecum esse non poteras. Omnia licet quæ unc̄q; ingenia fulserunt in hoc unum consentiant, nunquam satis hanc humanarū mentiū caliginem mirabuntur. Prædia sua occupari à nullo patiuntur, & si exigua contentio est de modo finiū, ad lapides & arma discurrūt. In uitā suā incedere alios sinunt, imò uerò ipsi etiā possessores eius futuros inducunt. Nemo inuenitur qui pecuniam suam diuidere uelit, Vitā unusquisq; quammultis distribuit. Astricti sunt in continendo patrimonio, Simul ad temporis iacturam uentū est, profusissimi in eo, cuius unius honesta auaricia est. Libet itaq; ex seniorū turba cōprehendere aliquē, Peruenisse te ad ultimū ætatis humanæ uidemus. Centesimus tibi uel supra premitur annus. Agedum ad cōputationem ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum Respub. quantum cliens abstulerit, quantum lis uxoria, quantum seruorum coērtio, quantū officiosa per urbem discursitatio. Adijce morbos quos manu fecimus. Adijce quod & sine usu iacuit. Videbis te pauciores annos habere quàm numeras. Repete memoria tecum, quando certus consilij fueris, quotus quisq; dies ut destinaueras recesserit, qui tibi usus tui fuerit, quādo in statu suo uultus, quando animus intrepidus, quid tibi in tam longo æuo facti operis sit: quammulti uitam tuam diripuerint, te non sentiente quid perderes: quantum uanus dolor, stulta lætícia, auida cupiditas, blanda conuersatio abstulerit, quàm exiguum tibi de tuo relictum sit, intelliges te immaturum mori. Quid ergo est in causa? Tanquam semper uicturi uiuitis. Nunc̄q; uobis fragilitas uestra succurrit. Non obseruatis quantum temporis transierit, uelut ex pleno & abundanti perditis, cum interim fortasse ille ipse alicui uel homini uel rei donatus ultimus dies sit. Omnia tanquam mortales timetis. Omnia tanquam immortales concupiscitis. Audies plerosq; dicentes, à quinquagesimo in ocium secedam, sexagesimus annus ab officijs me dimittet. Et quē tandem longioris uitæ prædem accipis? Quis ista sicuti disponis ire patietur? Non pudet te ad reliquias uitæ reseruare, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quàm serum est tunc uiuere incipere, cum desinendum est? Quæ tam stulta mortalitatis obliuio, ad quinquagesimum annum differre sana consilia, & inde uelle uitam inchoare, in quod pauci perduxerunt. Potentissimis & in altum sublatis hominibus excidere uoces uidebis, quibus ocium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo si tuto licear descendere. Nam ut nihil extra lacessat, aut quatiat, in te ipsa fortuna ruit. Diuus Augustus cui dij plura quàm ulli præstiterunt, non desijt quietem sibi precari, uacationem à Repub. petere. Omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, ut sibi pararet ocium. Hic labores suos etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se uicturū sibi. In quadam ad senatū missa epistola, cū requiem suam nō uacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem, pollicitus esset, hæc uerba inuení. Sed ista fieri speciosius quàm promitti possunt, me tamē cupido temporis optatissimi mihi prouexit, ut quanquam rerum lætícia moratur adhuc, perciperem

CAP. III.

CAP. IIII.

CAP. V.

al. sperarat

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid uoluptatis ex uerborum dulcedine. Tanta uisa est res ocium, ut illam quia usu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia uidebat, ex se uno pendentia, qui omnibus gentibus fortunā dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantum illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum solicitudinum tegerent: cum ciuibus primū, deinde cum collegis, nouissime cū affinibus, coactus armis decernere, mari terraq; sanguinem fudit: per Macedoniam, Siciliam, Aegyptum, Syriam, Asiamq;, & omnes prope oras bello circumactus, Romana cæde lassos exercitus ad externa bella conuertit. Dum alpes pacat, immixtosq; mediæ paci & imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum Euphratem & Danubium terminos mouet, in ipsa urbe, Murenæ, Cæpionis, Lepidi, Egnatiorum in eum mucrones acuebantur. Nondum horum effugerat insidias, filia, & tot nobiles iuuenes adulterio uelut sacramento adacti, iam infractam ætatem territabant, post quam iterum timenda cum Antonio mulier. Hæc ulcera cum ipsis membris abscideratur, alia subnascebātur, uelut graue multo sanguine corpus, partes semper aliquæ rumpebantur. Itaq; ocium optabat, in huius spe & cogitatione labores eius residebāt. Hoc uotum erat eius qui uoti compotes tacere facere poterat. M. Cicero inter Catilinas, Clodios iactatus, Pompeiosq; & Crassos, partim manifestos inimicos, partim dubios amicos, dum fluctuatur cum Republica, & illam pereuntem tenet, nouissime abductus, nec secundis rebus quietus, nec aduersarum patiens, quotiens illū ipsum consulatum suum non sine causa, sed sine fine laudatum detestatur, quàm flebiles uoces exprimit in quadam ad Atticum epistola, iam uicto patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refouente? Quid agam, inquit, hic quæris, moror in Tusculano meo semiliber. Alia deinceps adijcit, quibus & priorem ætatem complorat, & de præsenti queritur, & de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero, at mehercules nunquam sapiens in tam humile nomen procedet, nunquam semiliber erit. Integræ semper libertatis, & solidæ, solutus, & sui iuris, altior cæteris. Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est? CAP. VI Liuius Drusus uir acer & uehemens cum leges nouas, & mala Gracchana mouisset, stipatus ingenti totius Italiæ cœtu, exitum rerum non prouidens, quas nec agere licebat, nec iam liberum erat inchoatas relinquere, exceratus inquietam à primordijs uitam, dicitur dixisse, uni sibi, nec puero quidem unquam ferias cōtigisse. Ausus est enim & pupillus adhuc & prætextatus, iudicibus reos commendare, & gratiam suam interponere tam efficaciter, ut quædam iudicia constet ab illo rapta. Quo non erumperet tam immatura ambitio? Scires in malū ingens, & priuatum, & publicum euasuram illam tam festinatam audaciam. Sero itaque quærebatur, nullas sibi ferias contigisse, à puero seditiosus, & foro grauis. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit. Subito enim uulnere per inguen accepto, collapsus est, aliquo dubitante, an mors uoluntaria esset in illo, an tempestiua. Superuacuum est commemorare plures, qui cum alijs felicissimi uiderentur, ipsi in se uerum testimonium dixerunt. Sed his querelis nec alios mutauerunt, nec seipsos. Nam cum uerba crumperent, affectus ad consuetudinem relabebantur. Nostra mehercule uita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur. Ista omnia nullum non seculum deuorabit. Hoc uero spacium quamuis natura currit, ratio dilatat, cito nos effugiat necesse est. Non enim apprehenditis, nec retinetis, nec uelocissimæ omnium rei moram facitis, sed abire ut rem superuacuam ac reparabilem sinitis. In primis autem & illos numero, qui nulli rei, nisi uino ac libidini uacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Cæteri etiam si uanæ gloriæ imagine teneantur, speciose tamen errant. Licet auaros mihi, licet uel iracundos enumeres, uel bellatores, omnes isti uirilius peccant. In uenerem ac libidinem proiectorum inhonesta labes est. Omnia istorum tempora excute. Aspice quamdiu computent, quamdiu insidientur, quamdiu timeant, quamdiu colant, quantum uadimonia sua atque aliena occupent, quantum conuiuia quæ iam ipsa officia sunt, uidebis quemadmodum illos respirare non sinant uel mala sua uel bona. Denique inter omnes conuenit, nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato. Non eloquentiam, non liberales disciplinas, quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia

omnia uelut inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati quàm uiuere, nullius rei difficilior est scientia. Professores aliarum artium uulgo multiq; sunt. Quasdam CAP. VII uero ex his pueri admodum ita percepisse uisi sunt, ut etiam præcipere possent. Viuere in tota uita discendum est, quod magis mirandum est, in tota uita discendū est mori. Tot maximi uiri relictis omnibus impedimentis, cum diuitijs, officijs, uoluptatibus renunciassent, hoc unum in extremam usq; ætatem egerunt, ut uiuere scirent. Plures tamen ex his nondum se scire confessi è uita abierunt, nedum ut isti sciant. Magni mihi crede, & supra humanos errores eminentis uiri est, nihil ex suo tempore delibare, & ideo uita eius longissima est, cui quantumcunq; patuit, totum ipsi uacauit. Nihil inde incultū otiosumq; iacuit. Nihil sub alio fuit, neq; enim quicquā repperit dignū quod cum tempore suo permutaret, custos eius parcissimus. Itaq; satis illi fuit. His uerò necesse est defuisse, ex quorum uita multum populus tulit. Nec est quod putes hinc illos intelligere damnum suum, plerosq; certe audies ex his quos magna felicitas grauat, inter clientium greges, aut causarum actiones, aut cæteras honestas miserias exclamare interdum, mihi uiuere non licet. Quid ni non liceat? Omnes illi qui te sibi aduocant, tibi abducunt. Ille reus quot dies abstulit, quot ille candidatus, quot illa anus, efferendis hæredibus lassa, quot ille adiritandam auariciam captantium simulatus æger? Quot ille potentior amicus, qui nos, non in amicitia, sed in apparatu habet? Dispunge, inquā, acrecense uitæ tuæ dies, uidebis paucos admodum & †ridiculos apud te resedisse. Asforte, reijculos sequutus ille quos optauerat fasces cupit ponere, & subinde dicit. Quando hic annus præteribit? Facit ille ludos quorum sortem sibi obtingere magno æstimauit. Quando, inquit, istos effugiam? Diripitur ille toto foro patronus, & magno concursu omnia ultra quàm audiri potest complet. Quando, inquit, res proferentur? Præcipitat quisq; uitam suam, & futuri desiderio laborat, præsentium tedio. At ille qui nullum non tempus in usus suos confert, qui omnes dies tanquam uitam ordinat, nec optat crastinū, nec timet. Quid enim est quod iam ulla hora nouæ uoluptatis possit afferre? Omnia uota ad satietatem percepta sunt, de cætero foro fortuna ut uolet ordinet, uita iam in tutò est. Huic potest detrahi nihil, adijci sic, sicut aliquis uentre quoq; admodū saturo iam, non pleno, aliquid cibi quod nec desiderat capit. Non est itaque quod quenquam propter canos, aut rugas putes diu uixisse. Non ille diu uixit, sed diu fuit. CAP. VIII Quid enim illum multum putas nauigasse, quē ꝛeua tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac uiribus uentorū ex diuerso furentiū per eadem uestigia in orbem egit? Non ille multum nauigauit, sed multum iactatus est. Mirari soleo cum uideo aliquos tempus petere, & eos qui rogantur facillimos. Illud uterq; speciat, propter quod tempus petitum est, ipsum tempus quidem neutri quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Res omniū pretiosissima luditur. Fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculos non uenit. Ideoq; uilissima æstimatur, imò penè nullum pretium eius est. Annua congiaria homines charissimi accipiunt, & in his aut laborem, aut operam, aut diligentiam suā locant, nemo æstimat tempus. Vtuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdem ægros uide si mortis periculum admotum est propius, medicorum genua tangentes: si metuunt capitale supplicium, omnia sua ut uiuant paratos impendere. Tanta in illis discordia affectuum est. Quod si posset quemadmodum præteritorum annorum cuiusq; numerus proponi sic futurorum, quomodo illi qui paucos uiderent superesse, trepidarent, quomodo illis parcerent? Atqui facile est, quamuis exiguū dispensare, quod certum est. Id debet seruari diligentius, quod nescias quando deficiat. Nec est tamē quod ignorare putes illos quàm chara res sit. Dicere solent, eis quos ualidissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare. Dant, nec intelligunt, dant autem ita, ut sine illorum incremēto sibi detrahant, sed hoc ipsum an detrahant nesciunt, ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. Ibit quà cœpit ætas, nec cursum suum, aut reuocabit, aut supprimet; nihil aūt tumultuabitur, nihil admonebit uelocitatis suæ, tacita labetur. Non illa se regis imperio, nō fauore populi longius proferet. Sicut † missa est à primo decurret, nusquā deuertet, nusquā remorabit. Quid fiet? tu occupatus es, uita festinat. Mors interim aderit, cui uelis nolis forte, iussa uacandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uacandum est. Potest ne quisquam sensus hominum, eorum dico qui prudentiam iactant, operosius occupari sibi, ut melius possint uiuere? Impendio uitæ uitam instruunt, cogitationes suas in longum ordinant. Maxima porrò uitæ iactura dilatio est, illa primum quemq; extrahit diem, illa eripit præsentia, dum ulteriora promittit. Maximum uiuendi impedimentum est, expectatio, quæ pendet ex crastino. Perdis hodiernum, quod in manu fortunæ positum est disponis, quod in tua dimittis. Quò spectas, quò te extendis? Omnia quæ uentura sunt, in incerto iacent. Protinus uiue, clamat ecce maximus uates, uelut diuino ore instinctus, salutare carmen canit,

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui

Prima fugit. Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas fugit, cũ occupaueris, tamen fugiet. Itaq; cum celeritate temporis, utendi uelocitate certandum est, uelut ex torrente rapido, nec semper casuro, cito hauriendũ est. Hoc quoq; pulcherrime ad exprobrandum insinitam cogitationem, quod nõ optimam quamq; ætatem, sed diem dicit. Quid securus in tanta temporum fuga lentus menses tibi & annos, & longã seriem (utcunq; auiditati tuæ uisum est) exporrigis? De die tecum loquitur, & de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo, quin prima quæq; optima dies fugiat mortalibus miseris & occupatis, quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati, inermesq; ueniunt. Nihil enim prouisum est, subito in illam nec opinantes incidebant. Accedere eam quotidie non sentiebant. Quemadmodum quos aut sermo, aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, peruenisse ante sciunt, quàm appropinquasse: ita hoc iter uitæ assiduum & citatissimũ, quod dormientes uigilantesq;
CAP. X eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine. Quod proposui, si in partes uelim & argumẽta diducere, multa mihi occurrent, per quæ probem breuissimam esse occupatorũ uitam. Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrarijs philosophis, sed ex ueris & antiquis, contra affectus impetum non subtilitate pugnandũ, nec minu-
al. Suggillatione tis uulneribus, sed incursu auertendam aciem non probam. † Cauillatione enim contundi debere non uellicari. Tamen ut illis error exprobretur suus, docendi, non tantũ deplorandi sunt. In tria tempora uita diuiditur, quod est, quod fuit, & quod futurũ est. Ex his quod agimus breue est, quod acturi sumus dubium, quod egimus certum. Hoc est enim in quo fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati, nec enim illis uacat præterita respicere, & si uacet, iniucunda est præteritæ rei recordatio, Inuiti namq; ad tempora male exacta animum reuocant, nec audent ea retractare, quorum uitia etiam quæ aliquo præsentis uoluptatis lenocinio
f. putescunt surrepebant, retractando † putescunt. Nemo, nisi à quo omnia acta sunt sub censura sua, quæ nunquam fallitur, libenter se in præteritum torquet. Ille qui multa ambitiose concupijt, superbe contempsit, & impotenter uicit, insidiose decepit, auare rapuit, prodige effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui hæc est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnum fortunæ subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incursus exagitat. Hęc nec turbari, nec eripi potest, perpetua eius & intrepida possessio est. Singuli tantum dies, & hi per momenta præsentes sunt. At præteriti temporis, omnes cum iusseris aderunt, ad arbitrium tuum se inspici ac detineri patiuntur, quod facere occupatis non uacat. Securæ & quietæ mentis est in omnes uitæ suæ partes discurrere. Occupatorum animi cum uelut sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. Abijt igitur uita eorũ in profundum, & ut nihil prodest, licet quantumlibet ingeras, si non subest quod excipiat ac seret: sic nihil refert quantum temporis detur, si non est ubi subsidat, per qualsos foratosq; animos transmittitur. Præsens tempus breuissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullũ uideatur, in cursu enim semper est. Fluit & præcipitatur, ante desinit esse, quàm uenit. Nec magis moram patitur quàm mundus, aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio, nunquam in eodem uestigio manet. Solum igitur ad occupatos præsens pertinet tempus, quod tam breue est, ut arripi, nõ possit, & idipsum illis districtis in multa, subducitur. Deniq; uis scire quàm non diu uiuant? Vide quàm cupiat diu uiuere. Decrepiti senes paucorum annorum accessionem uotis mendicant. Minores natu

natu seipsos esse fingunt, mendacio sibi blandiuntur, & tam libenter fallunt, quàm si fata unà decipiant. Iam ergo cũ aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodum pauentes moriuntur, non tanq; exeant de uita, sed tanquam extrahantur, Stultos se fuisse quod non uixerint clamitant, & si modo euaserint ex illa ualetudine, in otio uicturos. Tunc quàm frustra parauerint, quibus non fruerentur, quàm in cassum omnis labor ceciderit, cogitant. At quibus uita procul ab omni negocio agitur, quid ni spatiosa sit? Nihil ex illa delegatur, nihil aliò atq; aliò spargitur, nihil inde fortunæ traditur, nihil negligentia interit, nihil largitione detrahitur, nihil superuacuum est, tota (ut ita dicam) in reditu est. Quantulacunq; itaq; abunde sufficit, & inde quandocunq; ultimus dies uenerit, non cunctabitur uir sapiens ire ad mortem certo gradu. Quæris forte quos occupatos uocem. Non est quod me solos putes dicere, quos à basilica immissi deinde canes eijciunt, quos aut in sua uides turba speciosius elidi, aut in aliena cõtemptius, quos officia domibus suis euocant, ut alienis foribus illidant, quos hasta prætoris infamibus beat lucris, & quandoq; supputatio exercet. Quorundam ocium occupatum est in uilla, aut in lecto suo, in media solitudine quamuis ab omnibus recesserunt, sibijpsi molesti sunt. Quorum non otiosa uita est dicenda, sed desidiosa occupatio. Illum tu otiosum uocas, qui Corinthia paucorum furore preciosa, anxia subtilitate concinnat, & maiorem dierum partem in eruginosis lamellis consumit, qui in CAP. XII.
ceromate (nam proh facinus ne Romanis quidem uitijs laboramus) spectator puerorum rixantium sedet, qui uicorum suorum greges metatur, & colonorum paria deducit, qui athletas nouissimos pascit? Quid illos otiosos uocas, quibus apud tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut dissecta coma restituitur, aut deficiens hinc atq; illinc in frontem compellitur? Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit, tanquam uirũ tonderet. Quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia sua in annulos suos reciderunt? Quis est istorum, qui non malit rempublicam suam turbari quàm comam? qui non solicitior sit de capitis sui decore, quàm de salute? Qui non comptior esse malit quàm honestior? Hos tu otiosos uocas inter pectinem speculumq; occupatos? Quid illi, qui in componendis, audiendis, discendis canticis operati sunt, dum uocem cuius rectum cursum natura & optimum & simplicissimum fecit, inflexu modulationis ineptissimæ torquent? Quorum digiti aliquod inter se carmen metientes semper sonant, quorum cum ad res serias etiam sæpe tristes adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? Non habent isti otium, sed iners negocium. Conuiuia mehercule horum non posuerim inter uacantia tempora, cũ uideam quàm solliciti argentũ ordinent, quàm diligenter exoletorũ suorum tunicas succingant, quàm suspensi sint, quomodo aper à coco cæsus exeat. Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria decurrant. Quanta arte scindantur aues in frusta non enormia, quàm curiose infelices pueruli ebriorũ sputa detergant. Ex his elegantiæ lautitiæq; fama captatur, & usq; eo in omnes uitæ successus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione, nec edant. Nec illos quidem inter otiosos numeraueris, qui sella se & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quas si deserere illas non liceat, horas occurrunt, quos quando lauari debeant, quando † per *al. natare*
noctare, quando cœnare, alius admonet, & usq; eo nimio delicati animi languore soluuntur, ut per se scire non possint, an esuriant. Audio quendam ex delicatis, si modo delitiæ uocandæ sunt, uitam & cõsuetudinem humanam dediscere, cum ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset, dixisse interrogãdo, iam sedeo? Hunc tu ignorantem an sedeat, putas scire an uiuat, an uideat, an otiosus sit? Nõ facile dixerim, utrũ magis miserear, si hoc ignorauit, an si se ignorare finxit, Multarum quidem rerum oblitionem non sentiunt, sed imitantur, quædam uitia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humilis & contempti hominis esse uidetur, scire quid faciat. I nunc & mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura mehercule prætereunt quàm fingunt, & tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum seculo processit, ut iam mimorum arguere possimus negligẽtiam, esse aliquem, qui usq;

eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XIII. eo delitijs interierit, ut an sedeat, alteri credat. Nō est ergo ociosus hic, aliud nomen imponas. Aeger est, imò mortuus est. Ille ociosus est, cui ocij sui sensus est, Hic uerò semiuiuus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. Quomodo potest hic alicuius temporis dominus esse? Persequi singulos longum est, quorum aut † latercl. latrunculi culi, aut pila, aut excoquendi in sole corporis cura cōsumpsere uitam. Non sunt ociosi, quorū uoluptates multum negocium habent: nam de illis nemo dubitabit, quin operose nihil agant, qui in literarū inutilium studijs detinentur, quæ iam apud Romanos quoq; magna manus est. Græcorum iste morbus fuit, quærere quem numerum remigum Vlyxes habuisset, prior scripta esset Ilias, an Odyssea. Præterea an eiusdem esset autoris. Alia deinceps huius notæ, quæ siue contineas, nihil tacitam conscientiam iuuant, siue proferas non doctior uideberis, sed molestior. Ecce Romanos quoq; inualit inane studium superuacua discendi. His diebus audiui quendam sapientem referentem, quod primus nauali prælio Duillius uicit, primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantes. Etiamsi nunc ista ad ueram gloriam non tendunt, circa ciuilium tamen operum exempla uersantur. Non est profutura talis scientia, est tamen quæ nos speciosa rerum uanitate detineat. Hoc quoq; quærentibus remittamus, quis Romanis primus persuasit nauem conscendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus caudex apud antiquos uocatur, unde tabulæ codices dicuntur, & naues nunc quoq; quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicatæ uocantur. Sanè & hoc ad rem pertineat, quod Valerius Coruinus primus Messanam uicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in se translato nomine Messana appellatus est, paulatimq; uulgo permutante literas, Messala dictus est: num & hoc quenq; curare permittas, quod primus L. Sylla in circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati tunc darentur, ad conficiendos eos missis à rege Bocho iaculatoribus? Et hoc sanè remittatur: num & Pompeium primum in circo elephantorum duodeuiginti pugnam edidisse, commissis more prælij noxijs hominibus, ad ullam rem bonam pertinet? Princeps ciuitatis, et inter antiquos principes, ut fama tradidit bonitatis eximiæ, memorabile putauit spectaculi genus, nouo more perdere homines. Depugnant, parum est, lancinantur, parū est, ingenti mole animaliū obterantur. Satius erat ista in obliuionem ire, ne quis postea potens disceret, inuideretq; rei mini-

CAP. XIIII. me humanæ. O quantū caliginis mentibus humanis obijcit magna felicitas. Ille se supra rerū naturā esse tunc credidit, cum tot miserorū hominū cateruas, sub alio cœlo natis beluis obijceret, cum bellum inter tam disparia animalia cōmitteret, cum in conspectu populi Romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idē postea Alexandrina perfidia deceptus, ultimo mancipio transfodiendū se præbuit, tū demū intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illò reuertar, unde decessi, & in alia materia ostendam superuacuam quorundam diligentiam, idē enarrabat Metellum uictis in Sicilia Pœnis triumphantem, unū omnium Romanorū ante currū centum & uiginti captiuos elephantes duxisse: Syllam ultimū Romanorū protulisse pomœrium, quod nunq; prouinciali, sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit. Hoc scire magis prodest, quàm Auentinū montē extra pomœriū esse, ut ille affirmabat propter alterā ex duabus causis: aut quod plebs eò secessisset, aut quod Remo auspicante illo loco aues non addixissent. Alia deinceps innumerabilia, quæ aut ficta sunt, aut mendacijs similia. Nam ut concedas omnia eos fide bona dicere ut ad præstationem scribant, tamen cuius ista errores minuent? cuius cupiditates prement? quē fortiorem, quē iustiorem, quem liberaliorem facient? Dubitare se interim Fabianus noster aiebat, an satius esset nullis studijs admoueri, quàm his implicari. Soli omniū ociosi sunt, qui sapientiæ uacant, soli uiuunt: nec enim suam tantū ætatē bene tuentur, omne æuum suo adijciunt. Quicquid annorum ante illos actum est, illis acquisitū est, nisi ingratissimi sumus. Illi clarissimi sacrarū opinionū cōditores, nobis nati sunt, nobis uitam præparauerunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducimur, nullo nobis seculo interdictū est, in omnia admittimur, & si magnitudine animi egredi humanę imbecillitatis angustias libet, multū per quod spaciemur

ciemur temporis est: Disputare cū Socrate licet, dubitare cū Carneade, cū Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis uincere, cum Cynicis excedere, cum rerum natura in consortium omnis æui pariter incedere. Quid ni ab hoc exiguo et caduco temporis transitu, in illa nos toto demus animo, quæ immensa, quæ æterna sunt, quæ cū melioribus communia? Isti qui per officia discursant, qui se aliosq; inquietant, cum bene insanierint, cum omniū limina quotidie perambulauerint, nec ullas apertas fores præterierint, cum per diuersas domos meritoriam salutationem circumtulerint, quotumquemq; ex tam immensa, & uarijs cupiditatibus districta urbe poterunt uidere? quàm multi erunt quorū illos aut somnus, aut luxuria, aut inhumanitas submoueat? quàm multi qui illos cum diu torserint, simulata festinatione transcurrant? quàm multi per refertū clientibus atriū prodire uitabunt, & per obscuros æditū aditus profugient, quasi nō inhumanius sit decipere, quàm excludere? quàm multi ex hesterna crapula semisomnes & graues, illis miseris somnum suum rumpentes, ut alienum expectent, uix aleuatis labijs insusurratum millies nomē, ex citatione superbissima reddent? Hos in ueris officijs morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quotidie & Democritum, cæterosq; antistites bonarum artium, qui Aristotelem & Theophrastum uolent habere quàm familiarissimos: nemo horum non uacabit, nemo non uenientem ad se beatiorem, amantioremq; sui dimittet, nemo quenquam uacuis à se manibus abire patietur. Nocte conuenire & interdiu ab omnibus mortalibus possunt. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt: horum nemo annos tuos conteret, suos tibi contribuet: nullius ex his sermo periculosus erit, nullius amici capitalis † sumptuosa obseruatio. Ferres ex his quicquid uoles, per illos non stabit, quo minus plurimum quantum ceperis, haurias. Quæ illum felicitas, quàm pulchra senectus manet, qui se in horū clientelā contulit: habebit cū quibus de minimis maximisq; rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, à quibus audiat uerū sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorū se similitudinē effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra potestate, quot sortiremur parentes, forte nobis datos: nobis uerò ad nostrum arbitriū nasci licet, nobilissimorum ingeniorū familiæ sunt. Elige in quam ascisi uelis, non in nomen tantū adoptaberis, sed in ipsa bona, quæ non sunt sordide nec maligne custodienda, maiora fiūt, quo illa pluribus diuiseris. Hi tibi dabunt ad æternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo eijcietur subleuabunt: hæc una ratio est extendendæ mortalitatis, imò in immortalitatem uertendæ: Honores & monumenta, quicquid aut decretis ambitio iussit, aut operibus extruxit, cito subruitur, nihil non longa demolitur uetustas, & mouet ocyus, quod consecrauit, Sapientiæ noceri non potest, nulla delebit ætas præsens, & nulla diminuet sequens, ac deinde semper ulterior aliquid ad ueneration em conferet: quoniam quidem in uicinio uersatur inuidia simplicius longe posita miramur. Sapientis ergo multum patet uita, non idem illum qui cæteros terminus includit, solus generis humani legibus soluitur, omnia illi secula, ut deo seruiunt. Transiuit tempus, aliquid hac recordatione comprehendit, instat, hoc utitur, uenturū est hoc præcipit. Longam illi uitā facit, omniū temporum in unum collatio: illorum breuissima ac solitissima ætas est, qui præteritorum obliuiscuntur, præsentia negligunt, de futuro timent. Cum ad extrema uenerint, sero intelligunt miseri, tamdiu se dum nihil agunt occupatos fuisse. Nec est quod hoc argumento probari putes, longā illos agere uitam, quia interdum mortem inuocant: uexat illos imprudentia incertis affectibus, & incurrenti bus in ipsa quæ metuunt. Mortem sæpe ideò optant, quia timent, Illud quoq; argumētum non est, quod putes diu uicturos, quod sæpe illis longus uidetur dies, quod dum uenient ad condictum tempus cœnæ, tarde ire horas queruntur: nam si quando illos deserunt occupationes, in ocio relicti æstuant, nec quomodo disponant, aut extrahant sciunt. Itaq; ad occupationem aliquam tendunt, & quod interiacet, omne tempus graue est: tam me Hercules, quàm quando dies muneris gladiatorij eductus est, aut cum alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectatur constitutum, † transilire medi os dies uolunt. Omnis illis speratæ rei longa dilatio est, ad illud tempus, quod amanti breue est, & præceps, breuiusq; multo fit suo uitio, aliunde enim aliò transfugiunt, &

CAP. XV

al. suspicioſa

CAP. XVI

al. tranſire

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõsistere in una cupiditate non possunt. Non sunt illi longi dies, sed inuisi. At contra, quàm exiguæ noctes uidentur, quas in cõplexu scortorũ aut uino exigunt. Inde etiam poëtarum furor, fabulis humanos errores alentium, quibus uisus est Iupiter uoluptate cõcubitus Alcmenæ duplicasse noctem. Quid aliud est uitia incendere quàm auctores illis inscribere deos, & dare morbo, exemplo † dignitatis excusatã licentiã? Possunt istis non breuissimæ uideri noctes, quas tam chare mercantur? Diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu. Ipsæ uoluptates eorũ trepidæ & uarijs terroribus inquietæ sunt, subitóq; cũ maxima exultatione sollicita cogitatio, Hæc quàm diu? Ab hoc affectu reges suam fleuere potentiam, nec illos magnitudo fortunæ suæ delectauit, sed uenturus aliquando finis exterruit. Cum per magna camporum spacia porrigeret exercitum, nec numerum eius, nec mensuram comprehenderet Persarum rex insolentissimus, lachrymas fudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. At illis erat admoturus fatum ille qui flebat, perdituruſq; alios in terra, alios in mari, alios in prælio, alios in fuga: & intra exiguum tempus consumpturus illos, centesimum annum timebat. Quid quod gaudia eorum quoq; trepida sunt? nonenim solidis causis innituntur, sed eadem qua oriuntur, uanitate turbantur. Qualia autem putes tempora esse, etiam ipsorum confessione misera, cum hæc quoq; quibus se attollunt, & supra hominem efferunt, parum syncera sint. Maxima quæq; bona solicita sunt, nec ulli fortunæ minus bene quàm optimæ creditur. Alia felicitate, ad tuendã felicitatem opus est, & pro ipsis quæ successerũt uotis, uota facienda sunt. Omne enim quod fortuito euenit, instabile est, quod altius surrexit, oportunũ est in occasum. Neminem porrò casura delectant. Miserrimam ergo necesse est non tantũ breuissimam uitam eorum esse, qui magno parant labore, quod maiore posideãt, operosè assequuntur quæ uolunt, anxiè tenent quæ assecuti sunt. Nulla interim nunquam amplius redituri temporis est ratio. Nouæ occupationes ueteribus substituuntur, spes spem excitat ambitionem ambitio, miseriarũ nõ finis quæritur, sed materia mutatur. Nostri nos honores torserunt, plus temporis alieni auferunt, candidati laborem destituimus, suffragationes incipimus, accusandi deposuimus molestiam, iudicandi nanciscimur: iudex desijt esse, quæsitor est, alienorum bonorum mercenaria procuratione consenuit, suis opibus detinetur. Marium caliga dimisit, consolatus exercet. Quintius dictaturam properat euadere, ab aratro reuocabitur. Ibit in Pœnos nõ tantæ maturus rei Scipio, uictor Hannibalis, uictor Antiochi, sui consulatus decus, fraterni sponsor, ni per ipsum mora sit, cum Ioue reponetur: ciuiles seruatorem agitabunt seditiones, & post fastiditos à iuuene æquos honores, iam senem contumacis exilij delectabit ambitio. Nunquam deerunt uel felices, uel miseræ solicitudinis causæ, per occupationes intercludetur ocium, nunquam agetur, semper optabitur. Excerpe itaq; te uulgo Pauline clarissime, & in tranquilliorẽ portum non pro ætatis spacio iactatus, tandem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim priuatas sustinueris, partim publicas in te conuerteris. Satis iam per laboriosa & inquieta documenta exhibita uirtus est, experire quid in ocio faciat. Maior pars ætatis, certè melior Reipub. data sit. Aliquid temporis tui sume etiã tibi. Nec te ad segnem, aut inertem quietẽ uoco, non ut somno & charis turbæ uoluptatibus, quicquid est in te indolis uiuæ demergas. Non est istud acquiescere. Inuenies maiora omnibus adhuc tractatis operibus, quæ repositus & securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes administrans, tam abstinenter, quàm alienas, tam diligenter quàm tuas, tam religiose quàm publicas, in officio amorem cõsequeris, in quo odium uitare difficile est, sed tamen mihi crede, satius est uitæ suæ rationem, quàm frumenti publici nosse. Istum autem animi uigorem, rerũ maximarum capacissimum, à ministerio honorifico quidem, sed parum ad beatam uitam apto, ad te reuoca, & cogita non id egisse te ab ætate prima omni cultu studiorum liberalium, ut tibi multa milia frumenti cõmitterentur, maius quiddam & altius de te promiseras. Non deerũt & frugalitatis exactæ homines, et laboriosæ operæ. Tanto aptiora exportandis oneribus tarda iumenta sunt, quàm nobiles equi, quorũ generosam pernicitatẽ quis unquam graui sarcina pressit? Cogita præterea quantum solicitudinis sit, ad tam

al. diuinitatis.

CAP. XVII

CA. XVIII

tam tẽ molem obijcere, cum uentre humano tibi negocium est. Nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus esuriens. Modo intra paucos illos dies, quibus C. Cæsar perijt, siquis inferis sensus est, hoc gratissime ferens, quod dicebat populo Romano superstiti, septem aut octo certè dierum cibaria superesse, dum ille pontes nauibus iungit, & uiribus imperij ludit, aderat ultimũ malorũ obsessis quoque, alimentorum egestas. Exitio penè ac fame constitit, & quæ famem sequitur rerum omnium ruina, furiosi & externi & infeliciter superbi regis imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrũ, saxa, ignes, gladium excepturi, summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali regebant cum ratione. Quædam enim ignorantibus ægris curanda sunt. Causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse. Recipe te ad hæc tranquilliora, tutiora, maiora. Simile tu putas esse, utrum cures ut incorruptum à fraude aduehentium & negligentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore uitietur, & concalescat, ut admensuram pondusq; respondeat: an ad hæc sacra & sublimia accedas, sciturus quæ natura sit Dijs, quæ uoluptas, quæ conditio, quæ fortuna, quis animum tuum casus expectet, ubi nos à corporibus dimissos natura componat? Quid sit quod huius mundi grauissima quæq; in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, syderа cursibus suis excitet? Cætera deinceps ingentibus plena miraculis. Vis tu relicto solo, mente ad ista respicere? Nunc dum calet sanguis uigentibus ad meliora eundum est. Expectat te in hoc genere uitæ multum bonarũ artium, amor uirtutũ atq; usus, cupiditatum oblitio, uiuendi atq; moriendi scientia, alta rerum quies. Omnium quidem occupatorum conditio misera est, eorum tamen miserrima, qui ne suis quidem occupationibus laborant, ad alienum dormiunt somnum, ad alienum ambulant gradum; ad alienum comedunt appetitum, amare & odisse res omnium liberrimas, iubentur. Hi si uelint scire quàm breuis ipsorum uita sit, cogitent, ex quota parte sua sit. Cum uideris itaq; prætextam † Arti sæpe sumptam, cum celebre in foro nomẽ, non inuideris, ista uitæ damno parantur, ut unus ab illis numeretur annus, omnes annos suos contenerent. Quosdam autem cum in summum ambitionis enixerentur, inter prima luctantes ætas relinquit. Quosdam cum in cõsummationem dignitatis per mille indignationes erupissent, misera subit cogitatio ipsos laborasse in titulum sepulchri. Quorundam ultima senectus dum in nouas spes ut iuuẽta disponitur, inter conatus magnos et improbos inualida defecit. Fœdus ille, quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu & imperitiæ coronæ assensiones captantẽ, spiritus liquit. Turpis ille, qui uiuendo lassus citius quàm laborando, inter ipsa officia collapsus est. Turpis, quem in accipiendis immorientem rationibus, diu tractus risit hæres. Præterire quod mihi occurrit exemplum nõ possum. Tyrannus fuit exactæ diligentiæ senex, qui post annum nonagesimum cum uacationem procurationis à C. Cæsare ultro accepisset, componi se in lecto, & uelut exanimem à circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus ociũ domini senis, nec finiuit ante tristiciam, quàm labor illi suus restitutus est. Adeo ne iuuat occupatum mori? Idem plerisq; animus est, diutius cupiditas illis laboris, quàm facultas est, cum imbecillitate corporis pugnant, senectutẽ ipsam nullo alio nomine grauem iudicant, quàm quod illos seponit. Lex à quinquagesimo anno militem non cogit, à sexagesimo senatorem nõ citat. Difficilius homines à se ocium impetrant, quàm à lege. Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuo sunt miseri, uita est sine fructu, sine uoluptate, sine ullo profectu animi, nemo in cõspicuo mortem habet, nemo non procul spes intendit. Quidam uerò disponunt etiam illa quæ ultra uitam sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitiosas exequias. At me hercule istorum funera tanquam nimium uixerint, ad faces & cereos ducenda sunt.

CAP. XIX

CAP. XX

forte Arij

IN LIBRVM DE BREVITATE VITAE.

Cap. 6. In se uerum testimonium dixerunt prodentes omnem actum annorum suorum. Alius habebat, per ostentationem actuum animorum ipsorum. Rodolphus recte animaduertit, hunc sermonem esse interpretis non Senecæ, eoq; submouimus, ne quis requirat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.7. paucos admodum & ridiculos. Opinor legendum, & reijculos, hoc est deteriores: uidelicet senectutis.

Cap.10. Cauillationes enim contundi debere. Quidam habebat, contendi sed mendose. Vide num legendum sit, cauillatione, nam Rodolphus pro hoc notauit suggillatione, ut accipias impetus affectuum non debere uellicari, sed cum ignominia contundi.

Cap.12. qui in ceromathena. Rodolphus bene restituit, in ceromate, nam.

Qui uicorum suorum greges metatur. Alius habebat, Qui uictorum suorum greges mercantium. Prior magis probatur, quanquam neutra in totum syncera est.

Aut deficiens hinc atq; hinc. Pro deficiens malim diffluens. Tanquam uirum tonderet. Forte tanquam uiuum tonderet, Aut tanquam non uirum tonderet. Decet enim uirum neglectius curari.

Capite 19. & ad alienum gradiuntur uiaticum, &c. Vsque ad amare & odisse, sunt adiecta à barbaro quopiam, eoq; submouimus.

LIBER DE CONSOLATIONE AD POLYBIVM ἀκέφαλος.

NOstra corpora firma sunt, si redigas ad conditionem naturæ omnia destruentis, & unde edidit eodem reuocantis. Caduca sunt. Quid enim immortale manus mortales fecerint? Septem illa miracula, & si qua his multo mirabiliora sequentium annorum extruxit ambitio, aliquando solo æquata uisentur. Ita est, nihil perpetuum, pauca diurna sunt. Aliud alio modo fragile est, rerum exitus uariantur. Cæterum quicquid cœpit & desinit. Mundo quidam minantur interitum, & hoc uniuersum, quod omnia diuina humanaq; complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit, & in confusionem ueterem, tenebrasq; demerget. Eat modo aliquis, & singulas comploret animas, Carthaginis ac Numantiæ Corinthiq; cinerem, & si quid aliud altius cecidit, lamentetur, cum etiam hoc quod non habet quò cadat, sit interiturum. Eat aliquis & fata tantum aliquando nefas auSUra, sibi non pepercisse conqueratur. CAP.XXI

Quis tam superbæ impotentisq; arrogantiæ est, ut in hac naturæ necessitate omnia ad eundem finem reuocantis, se unum ac suos seponi uelit? ruinæq; ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solatium est, cogitare id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnesq; passuri: & ideò mihi uidetur rerum natura quod grauissimum fecit commune fecisse, ut crudelitatem fati consolaretur æqualitas. Illud te quoque non minimum adiuuerit, si cogitaueris nihil profuturum dolorem tuum, nec illi quem desideras nec tibi, noles enim longum esse, quod irritum est. Nam si quicquam tristicia profecturi sumus, non recuso quicquid lachrymarum fortunæ meæ superfluit, tuæ affundere. Inueniam etiam nunc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur, atque adeò ipse hanc litem meam faciam. Iniquissima omnium iudicio fortuna, adhuc uidebaris eum hominem contempsisse, qui munere tuo tantam uenerationem receperat, ut quod raro ulli contingit, felicitas eius effugeret inuidiam. Ecce eum dolorem quem saluo Cæsare accipere maximum poterat impressisti, & cum bene illum undiq; circumisses, intellexisti hanc partem tantum modo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres? pecuniam eriperes? nunquam illi obnoxius fuit, nunc quoq; quantum potest, illam à se abiecit, & in tanta felicitate acquirendi, nullum maiorem ex ea fructum, quàm contemptum eius petit. Eriperes illi amicos? sciebas tam amabilem esse, ut facile in locum amissorum posset alios substituere. Vnum enim ex his hunc quos in principali domo potentes uidi, cognouisse uideor. quem omnibus amicum habere cum expediat, magis tamen etiam libet. Eriperes illi bonam opinionem? solidior est hæc apud eum, quàm ut à te quoq; ipsa cõcuti posset. Eriperes bonã ualetudinẽ? sciebas animum eius liberalibus disciplinis, quibus non innutritus tantum, sed innatus est, sic esse fundatum, ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritum? quantulum nocuisses, Longissimũ illi æuũ ingenij fama promisit. Id egit ipse, ut meliore sui parte duraret, & compositis eloquentiæ præclaris operibus, à mortalitate se uindicaret. Quamdiu fuerit ullus literis honor, quamdiu steterit aut Latinæ linguæ potentia, aut Græcæ gratia, uigebit cum maximis uiris,

uiris, quorum se ingenijs uel contulit, uel si hoc uerecundia eius recusat, applicuit.

Hoc ergo unum excogitasti, quomodo illi maxime posses nocere. Quo melior enim est quisq;, hoc sæpius ferre te consueuit, sine ullo delectu furentem, & inter ipsa beneficia metuendam. Quantulum erat tibi immunem ab hac iniuria præstare eum hominem, in quem uidebatur indulgentia tua ratione certa peruenisse, & non ex tuo more temerè incidisse: Adijciamus, si uis, ad has querelas ipsius adolescentis interceptam inter prima incrementa indolem, Dignus fuit ille te fratre, tu certe eras dignissimus, qui nec ex indigno quidem quicquam doleres fratre. Redditur illi testimonium æqua le omnium hominum. Desideratur in tuum honorem, laudatur in suum, nihil in illo fuit quod non libenter agnosceres. Tu quidem etiam minus bono fratri fuisses bonus, sed in illo pietas tua idoneam nacta materiam, multo se liberius exercuit. Nemo potentiam eius iniuria sensit, nunquam ille te fratrem ulli minatus est, Ad exemplum se modestiæ tuæ formauerat, cogitabatq; quantum tu et ornamentum tuorum esses et onus. Suffecit ille huic sarcinæ. O dura fata, & nullis æqua uirtutibus, antequam felicitatem tuam nosceret frater tuus, exemptus est. Parum autem me indignari scio, nihil est enim difficilius, quàm magno dolori, paria uerba reperire. Iam nunc tamen si quid proficere possumus, fateamur & conqueramur. Quid tibi uoluisti tam iniusta & tam uiolenta fortuna? Tam cito indulgentiæ tuæ pœnituit? quæ ista crudelitas est, in medios fratres impetum facere, & tam cruenta rapina, concordissimam turbam imminuere, tam bene stipatam optimorum adolescentium domum, in nullo fratre degenerantem turbare, & sine ulla causa delibare uoluisti? Nihil ergo prodest innocentia ad omnem legem exacta, nihil antiqua frugalitas, nihil felicitatis summæ potentia, summa conseruata abstinentia, nihil syncerus & tutus literarum amor, nihil ab omni labe mens uacans? Luget Polybius, & in uno fratre quicquid de reliquis possit metuere, admonitus, etiam de ipsis doloris sui solatijs timet. Facinus indignum, luget Polybius, & aliquid propicio dolet Cæsare: hoc sine dubio impotens fortuna captasti, ut ostenderes neminem contra te, ne à Cæsare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus, stant dura & inexorabilia, nemo illa conuitio, nemo fletu, nemo causa mouet, nihil unquam parcunt ulli, nec remittunt. Proinde parcamus lachrymis, nihil proficientibus. Facilius enim nos illi dolori adijciet, quàm illum nobis reducet. Qui si nos torquet, non adiuuat, primo quoq; tempore deponendus est, & ab inanibus solatijs, atq; amara quadam libidine dolendi, animus recipiendus est. Nam lachrymis nostris, ni ratio finem fecerit, fortuna non faciet. Omnes agedum mortales circumspice. Larga ubiq; flendi & assidua materia. Alium ad quotidianum opus laboriosa egestas uocat. Alium ambitio nunquam quieta sollicitat. Alius diuitias quas optauerat, metuit, & uoto laborat suo. Alium solicitudo, alium labor torquet, alium super uestibulum obsidens turba. Hic habere se dolet liberos, hic perdidisse. Lachrymæ nobis deerunt, antequam causæ dolendi. Non uides qualem uitam nobis rerum natura promiserit, quæ primum nascentium hominum fletum esse uoluit. Hoc principio ædimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit, sic uitam agimus, ideoq; moderate id fieri debet à nobis, quod sæpe faciendum est, & respicientes quantum à tergo rerum tristium immineat, si non finire lachrymas, at certè reseruare debemus. Nulli parcendum est rei magis quàm huic, cuius tam frequens usus est: Illud quoque te non minimum adiuuerit, si cogitaueris nulli minus gratum esse dolorem tuum, quàm ei, cui præstari uidetur. Torqueri ille te aut non uult, aut non intelligit: nulla itaque eius officij ratio est, quod ei cui præstatur, si nihil sentit, superuacuum est, si sentit, ingratum est. Neminem toto orbe terrarum esse, qui delectetur lachrymis tuis, audacter dixerim. Quid ergo? quem nemo aduersus te animum gerit, eum esse tu credis fratris tui, ut crucietur tuo noceat tibi, ut te uelit abducere ab occupationibus tuis, id est, à studio & Cæsare? Non est hoc simile ueri. Ille enim indulgentiam tibi tanquam fratri ostendit, & præstitit uenerationem tanquam parenti, cultum tanquam superiori, ille desiderio tibi esse uult, tormento esse non uult. Quid itaque iuuat dolori intabescere, quem si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit? De alio fratre, cuius incerta CAP.XXII CAP.XXIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

posset uoluntas uideri, omnia hæc dubie ponerem, & dicerem: siue te torqueri lachrymis nunc; desinentibus frater tuus cupit, indignus hoc affectu tuo est: siue nō uult, uterq; uestrū inertē dolorem dimittite. Nec amplius frater sic desiderari debet, nec pius sic uelit. In hoc uerò, cuius tam explorata pietas est, pro certo habendū est, nihil esse illi posse acerbius, quàm si tibi hic casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos indignissimos hoc malo sine ullo flendi fine cōturbat idē & exhaurit. Pietatē tuā tamen nihil æque à lachrymis iam inutilibus abducet, quàm si cogitaueris, fratribus tuis exemplo esse debere, fortiter hanc fortunæ iniuriā sustinendi. Quod duces magni faciunt, rebus afflictis, ut hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem uiderint, & ipsi collabantur, id nunc tibi quoq; faciendum est: indue dissimilem animo tuo uultū, & si potes, proijce omnē ex toto dolorē: sin minus, introrsus abde, & contine, ne appareat, & da operā, ut fratres tui te imitentur, qui honestum putabūt quodcunq; facientem uidere

CAP. XXV rint, animumq; ex uultu tuo sument, & solatium debes esse, & cōsolator illorū. Nō poteris autem horum mœrori obstare, si tuo indulseris. Potest & illa res à luctu te prohibere nimio, si tibijpsi renunciaueris, nihil horum quæ facis posse subduci. Magnam tibi personam hominum consensus imposuit, hæc tibi tuenda est. Circunstat te omnis ista consolantium frequentia, & in animum tuum inquirit, ac perspicit quantum robo ris ille aduersus dolorem habeat, & utrum ne tu tantum in rebus secundis indulgere scias, an & aduersas possis uiriliter ferre, obseruabuntur oculi tui. Liberiora omnia sunt his, quorum affectus tegi possunt. Tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit, omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris uulnere, utrū ne statim percussus arma submiseris, an in statu & in gradu steteris. Olim te in aliorem ordinem & amor Cæsaris extulit, & tua studia deduxerunt, nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est, quàm consumendum se dolori committere? Non idem tibi in luctu pari, quod tuis fratribus licet. Multa tibi nō permittit opinio de studijs ac moribus recepta, multū à te homines exigunt, multū expectant. Si uolebas tibi omnia licere, non conuertisses in te ora omnium: nunc autem tibi præstandum est, quantum promisisti omnibus illis, qui opera ingenij tui laudant, qui describunt, quibus cum fortuna tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil unquàm ita potes indignum facere prouecti & eruditi uiri professione, ut non multos admirationis de te suæ pœniteat. Non licet tibi flere immodice, nec hoc tantummodo non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet, aut à tumultu rerum in ocium ruris gratia quietis confugere, aut assidua laboriosi officij statione fatigatum corpus, uoluntaria peregrinatione recreare, aut spectaculorum uarietate animum detinere, aut ex tuo arbitrio diem disponere. Multa tibi non licent, quæ

CAP. XXVI humillimis in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est ex magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: Audienda sunt tot hominum milia, tot disponēdi libelli, tantus rerum ex orbe toto accurrentiū congestus. Vt possit per ordinē suum principis maximi officium geri, quieti animi est. Non licet tibi unquam flere, ut multos flentes audire possis, ut periclitantium, & ad misericordiam mitissimi Cæsaris peruenire cupientium lachrymæ prosint, tibi tuæ assiccandæ sunt. Hoc tamen etiam tum leuioribus remedijs adiuuabit, cum uoles omnium rerum obliuisci, cogita Cæsarem, uide quantam huius in te indulgentiæ fidem, quantā industriam debeas, intelliges nō magis tibi incuruari licere, quàm illi (siquis modo est fabulis traditus) cuius humeris mundus innititur. Cæsari quoq; ipsi cui omnia licent, propter hoc ipsum multa nō licent. Omniū domos illius uigilia defendit, omniū ociū illius labor, omniū delicias illius industria, omniū uacationē illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarū dedicauit, sibi eripuit, & syderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunq; ali licet, nec subsistere, nec quieq; suū facere. Ad quendam itaq; modū tibi quoq; eadem necessitas iniungitur, non licet tibi ad utilitates tuas, ad studia tua respicere. Cæsare orbem terrarum possidente, impartiri te nec uoluptati, nec dolori, nec ulli rei potes, sortum te Cæsari debes. Adijce nunc, quod cū semper prædices, chariorem tibi spiritu tuo Cæsarem

Cæsarem fore, fas tibi non est, saluo Cæsare, de fortuna queri. Hoc incolumi, salui tibi sunt tui, nihil perdidisti, non tantū siccos oculos tuos esse, sed etiā lætos oportet. In hoc tibi omnia sunt, hic pro omnibus est. Quod longe à sensibus tuis prudentissimis pijssi miscq; abest, aduersus felicitatē tuam parū gratus es, si tibi quicquā hoc saluo flere permittus. Monstrabo etiamnū, non quidē firmius remediū, sed familiarius. Siquando te domū receperis, tūc erit tibi metuenda tristicia. Nam quādiu numē tuū intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum, omnia in te Cæsar tenebit: cum ab illo discesseris, tunc uelut occasione data, insidiabitur solitudini tuæ dolor, & requiescenti animo tuo paulatim irrepet. Itaq; non est quod ullū tempus uacare patiāris à studijs: tūc tibi literæ tuæ tamdiu ac fideliter amatæ, gratiam referant, tunc te illæ antistitem & cultorē suum uindicēt: tūc Homerus & Virgilius tam bene de humano genere meriti, quām tu de omnibus & de illis meruisti, quos pluribus notos esse uoluisti quam scripserant, multū tecū morentur: tutum hic erit omne tempus, quod illis tuendum commiseris. Tunc Cæsaris tui opera, ut per omnia secula domestico narrentur præconio, quantum potes cōpone. Nam ipse tibi optime formandi condendiq; res gestas, & materiam dabit & exemplum. Non audeo te usq; eo producere, ut fabellas quoq; & Aesopeos logos, intentatum Romanis ingenijs opus, solita uenustate cōnectas. Difficile est quidē, ut ad hæc hilariora studia tam uehementer perculsus animus, tam cito possit accedere. Hoc tamē argumentū habeto iam corroborati eius, & redditi tibi, si poterit sc à seuerioribus scripris ad hæc solutiora producere. In illis enim quamuis ægrum cum adhuc, & secum re luctantem aduocabit ipsa rerū quas tractabit austeritas: hæc quæ remissa fronte cōmentanda sunt, non feret, nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaq; debebis eum seueriore materia primum exercere, deinde hilariore temperare. Illud quoq; magno tibi erit leuamento, si sæpe te interrogaueris, utrum ne meo nomine doleo, an eius qui decessit: Si meo, petit me indulgentem iactatio, et incipit dolor, hoc uno excusatus quod honestus est, cum ad utilitatem respiciat à pietate descisse. Nihil autem minus bono uiro conuenit, quàm in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo, necesse alterutrum ex his duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus est, euasit omnia frater meus uitæ incommoda, & in eum restitutus est locum, in quo fuerat antequam nascerctur, et expers omnis mali, nihil cupit, nihil patitur. Quis iste est furor, pro eo me nunquam dolere desinere, qui nunquam doliturus est? Si est aliquis defuncti sensus, nūc animus fratris mei uelut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris & arbitrij gestit, & rerum naturæ spectaculo fruitur, & humana omnia ex superiore loco despicit, diuina uerò quorum rationem tamdiu frustra quæsierat, propius intuetur. Quid itaq; eius desiderio maceror, qui aut beatus aut nullus est? Beatum deflere inuidia est, nullum dementia. An hoc te mouet, quod uidetur ingentibus & gratis, & maxime circumfusis bonis caruisse? Cū cogitaueris multa esse quæ perdidit, cogita plura esse quæ non timet. Non ira eum torquebit, non morbus affliget, nō suspicio lacesset, non edax & inimica semper alienis processibus inuidia consectabitur, nō metus solicitabit, non leuitas fortunæ cito munera sua transferentis inquietabit, Si bene computes, plus illi remissum, quàm ereptum est. Non opibus fruetur, non tua simul ac sua gratia, non accipiet beneficia, non dabit. Miserum putas quod ista amisit, an beatum quod non desiderat? Mihi crede, is beatior est, cui fortuna superuacua est, quàm is cui parata est. Omnia ista bona, quæ nos speciosa sed fallaci uoluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaq; complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum inuidia cōspiciuntur, eosq; ipsos quos exornant & premunt, plus minantur quàm prosunt. Lubrica & incerta sunt, nunquam bene tenentur: nam ut nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnæ felicitatis tutela solicita est. Si uelis credere altius uexitatem intuentibus, omnis uita supplicium est. In hoc profundum inquietumq; proiecti mare, alternis æstibus reciprocum, & modo alleuans nos subiectis incrementis, modo maioribus damnis deferens, assidueq; iactans, nunq; stabili cōsistimus loco, pendemus & fluctuamur, & alter in alterū illidimur, & aliquando naufragiū faci mus, semper timemus. In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari

CAP. XXVII

CAP. XXVIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauigantibus, nullus portus nisi mortis est. Ne itaq; inuideris fratri tuo, quiescit tandē liber, tandem tutus, tandem æternus est, superstitem Cæsarem, omnemq; eius prolem, superstitem te cum omnibus habet fratribus. Antequā quicquam ex suo fauore fortuna mutaret stantem adhuc illam & munera plena manu cōgerentem reliquit. Fruitur nunc aperto & libero cœlo, ex humili atq; depresso in eum emicuit locum, quisquis ille est, qui solutas uinculis animas beato recipit sinu, & nūc libere uagatur, omniaq; rerum naturæ bona cum summa uoluptate perspicit. Erras non perdidit lucem frater tuus sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis commune est iter, Quid fata deflemus? non reliquit ille nos, sed antecessit. Magna felicitas est, in felicitate mori. Est,

CAP. XXIX mihi crede, magna felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totum quidem diem certi est, quis in tam obscura et inuoluta ueritate diuinat, utrum ne fratri tuo mors inuiderit, an consuluerit? Illud quoq; iusticia in omnibus rebus necesse est te adiuuet cogitantem, non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti, sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius tibi uti fruiq; licuit. Iniquus est, qui muneris sui arbitriū danti non reliquit, Auidus, qui non lucri loco habet quod accepit, sed damni, quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriam uocat finem uoluptatis. Stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi præsentium, qui nō & in præteritis acquiescit, & ea iudicat certiora quæ abierūt, quia de illis ne delinant nō est timendū. Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantūmodo quæ habet ac uidet, frui se putat, et habuisse eadem pro nihilo ducit: citò enim nos omnis uoluptas relinquit, quæ fluit & transit & penè antequam ueniat, aufertur. Itaq; in præteritum tempus animus mittendus est, & quicquid nos unquam delectauit reducendum, ac frequenti cogitatione pertractandū est. Longior fideliorq; est memoria uoluptatū, quàm præsentia. Quod habuisti ergo optimū fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites quāto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris. Rerum natura illum tibi sicut cæteris fratribus, non mancipio dedit, sed cōmodauit, cum uisum est deinde repetijt, nec tuam in eo satietatē secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam soluisse se molestè ferat, eam præsertim cuius usum gratuitum acceperit, nónne iniustus uir habebitur? Dedit natura fratri tuo uitam, dedit & tibi, quæ suo iure usa, à quo uoluit debitum suum citius exegit: nō illa in culpa est, cuius nota erat conditio, sed mortalis animi spes auida, quæ subinde quid rerū natura sit obliuiscitur, nec unquam sortis suæ meminit, nisi cum admonetur. Gaude itaque habuisse & tam bonum fratrem, & usum fructum eius, quamuis breuior uoto tuo fuerit, boni consule. Cogita iucundissimum, quod habuisti, humanum quod perdidisti. Nec enim quicquam minus inter se consentaneū est, quàm aliquem moueri, quod sibi talis frater parū diu contigerit, non gaudere quod tamen contigerit. At inopinanti ereptus est. Sua quemq; credulitas decipit, & in eis quæ diligit, uoluntaria mortalitatis oblitio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiam facturam esse testata est. Quotidie præter oculos nostros transeunt notorum ignotorumq; funera, nos tamen aliud agimus, & subi

CAP. XXX tum id putamus esse, quod nobis tota uita denunciatur futurum. Non est itaq; ista fato rum iniquitas, sed mentis humanæ prauitas insatiabilis rerum omniū, quæ indignatur inde se exire, quò admissa est precario. Quanto ille iustior, qui nunciata filij morte, dignam magno uiro uocem emisit. Ego cum genui, tum moriturum sciui. Prorsus nō mireris ex hoc natum esse, qui fortiter mori posset, non accepit tanquam nouum nuncium filij mortem. Quid est enim noui hominē mori, cuius tota uita nihil aliud quàm ad mortem iter est? Ego cum genui, tum moriturum sciui. Deinde adiecit rem maioris & prudentiæ & animi, huic rei sustuli. Omnes huic rei tollimur, quisquis ad uitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus ergo omnes eo quod datur, reddamusq; id cum reposcemur, alium alio tempore fata comprehendent, neminem præteribunt. In procinctu stet animus, & id quod necesse est, nunquam timeat, quod incertum est, semper expectet. Quid dicam duces ducumq; progenies, & multis aut consulatibus conspicuos, aut triumphis, sorte defunctos inexorabili? Tota cum regibus regna, populique cum gentibus tulere fatum suum. Omnes imò omnia in ultimum diem spectant, non idem uniuersis finis est. Alium in medio cursu uita deserit, alium in ipso aditu relinquit,

linquit, alium in extrema seruitute fatigatū iam & exire cupientē uix emittit, alio quidem atq; alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus. Vtrū ne stultius sit nescio mortalitatem ignorare, an impudentius recusare. Agedum illa quæ multo ingenij labore tui celebrata sunt, in manus sume, utriuslibet autoris carmina, quæ tu ita resoluisti, ut quamuis structura illorū recesserit, permaneat tamen gratia. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtuliſti, ut (quod difficillimū erat) omnes uirtutes in alienā te orationē secutæ sint: nullus erit in illis scriptis liber, qui non plurima uarietatis humanæ incertorumq; casuum, & lachrymarū ex alia atq; alia causa fluentium exempla tibi suggerat. Lege quo spiritu ingentibus intonueris rebus. Pudebit te subito deficere, & ex tanta orationis magnitudine decidere. Ne cōmiseris, ut quisquis extemplo, ac modo scripta tua mirabatur, quærat quomodo tam grandia, tamq; solida, tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis, quæ te torquent, ad hæc tot & tanta quæ consolantur conuerte, ac respice optimos fratres, respice uxorem, filium respice. Pro omnium horū salute, hac tecum portione fortuna decidit. Multos habes in quibus acquiescas. Ab CA. XXXI hac te infamia uindica, ne uideatur omnibus plus apud te ualere unus dolor, quàm hęc tam multa solatia. Omnes istos unà tecū perculsos uides, nec posse tibi subuenire, imò etiam ultro expectare, ut à te subleuentur intelligis, et ideo quanto minus in illis doctrinæ, minusq; ingenij est, tanto magis assistere te necesse est communi malo. Est autem hoc ipsum solatij loco, inter multos dolorem suum diuidere, qui quia dispensatur inter plura, exigua debet apud te parte subsidere. Non desinam totiens tibi offerre Cæsarem, illo moderante terras & ostendente, quanto melius beneficijs imperium custodiatur, quàm armis, Illo rebus humanis præsidente, non est periculum, ne quid perdidisse te sentias, in hoc uno tibi satis præsidij, satis solatij est. Attolle te & quotiens lachrymæ suboriuntur oculis tuis, totiens illos in Cæsarem dirige. Siccabuntur maximi & clarissimi conspectu numinis. Fulgor eius, illos ut nihil aliud possint aspicere præstringet, in se hęrentes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus, à quo nunquam deijcis animum cogitandus est, hic contra fortunam aduocandus: nec dubito cum tanta illi aduersus omnes suos sit mānsuetudo, tantaq; indulgentia, quin multis iam solatijs tuum istud uulnus obduxerit, nonnulla quæ dolori obstarent tuo congesserit. Quid porrò ut nihil horum fecerit, nónne protinus ipse conspectus per se tantummodo, cogitatusq; Cæsar maximo solatio tibi est? Dij illum Deæq; omnes terris diu cōmodent, ¶ At faciant, ut quamdiu mortalis erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorē Romano imperio filium, longa fide approbet, & ante illum consortē patris quam successorem accipiat. Sera & nepotibus demum nostris dies nora sit, qua illum gens sua cœlo asserat. Absti̇ne ab hoc manus tuas fortuna, nec in isto potentiam tuam, nisi ea parte qua prodes, ostenderis. Patêre illum generi humano iamdiu ægro & affecto mederi, patêre quicquid prioris principis furor concussit, in locum suum restituere ac reponere. Sydus hoc quod præcipitato in profundum, ac demerso in tenebras orbi resulsit, semper luceat. Hic Germaniam pacet, Britanniam aperiat, & patris triumphos ducat & nouos, quorum me quoq; spectatorem futurum ex uirtutibus eius promittit clementia: nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere, imò ne deiecit quidem, sed impulsum à fortuna & cadentem sustinuit, & in præceps euntem leniter diuinæ manus usus moderatione deposuit. Deprecatus est pro me senatū, et uitam mihi non tantum dedit, sed petijt. Viderit qualem uolet esse, æstimet causam meam, uel iusticia eius bonam perspiciet, uel clementia eius faciet bonam: utrumq; in æquo mihi eius beneficium erit, siue innocentem me scierit esse, siue uoluerit. Interim magnum miserarum mearum solatium est, uidere misericordiam eius totum orbem peruagantem, quæ quū ex ipso angulo, in quo ego defixus sum, complures multorū iam annorū ruina obrutos effoderit, & in lucem reduxerit, non uereor ne me unum transeat. Ipse autem optimè nouit tempus, quo cuiq; debeat succurrere: ego omnem operam dabo, ne perueni re ad me erubescat. O felicem clementiam tuam Cæsar, quæ efficit ut quietiorem sub te agant uitam exules, quàm nuper sub Caio agere principes, Non trepidant, nec per singulas horas gladium expectant, nec ad omniū nauium conspectum pauent. Per te

habent,

al. Acta hic diui Augusti, & annos uincat, quamdiu, &c.

CA. XXXII

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent, ut fortunæ sæuientis modum, ita spem quoque melioris eiusdem, ac præsentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima, quæ etiam percussi colunt.

CA. XXXIII Hic itaq; princeps, qui publicũ omnium hominum solatiũ est, aut me omnia fallũt, aut iam recreauit animũ tuũ, et tam magno uulneri maiora adhibuit remedia, iam te omni cõfirmauit modo, iam omnia exempla quibus ad animi æquitatem compelleris, tenacissima memoria retulit, Iam omnium præcepta sapientũ tibi facundia explicuit. Nullus itaq; melius has alloquendi partes occupauerit, aliud habebũt hoc dicente pondus uerba, uelut ab oraculo emissa, omnem uim doloris tui diuina eius cõtundet auctoritas. Hũc itaq; tibi puta dicere, non te solũ fortuna desumpsit sibi, quem tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terrarum aut est, aut fuit sine aliqua complorationе. Transibo exempla uulgaria, quæ etiam si minora, tamen mira sunt. Ad fastos et annales perducã publicos, uides omnes has imagines, quæ impleuere Cęsareũ atriũ, nulla non harũ aliquo suorũ incõmodo insignis est, nemo nõ ex istis in ornamentum seculorũ refulgentibus uiris, aut desiderio suorũ tortus est, aut à suis cum maximo animi cruciatu delideratus est. Quid tibi referã Scipionẽ Africanũ, cui mors fratris in exilio nunciata est? Is frater qui eripuit fratrẽ carcere, non potuit eripere fato. Et quàm patiens iuris & æqui pietas Africani fuerit, cũctis apparuit. Eodem enim die quo Scipio Africanus uiatoris manibus fratrẽ abstulerat, tribuno quoq; plebis priuatus intercessit, tam magno tamẽ fratrẽ desiderauit hic animo, quàm defenderat. Quid referã Aemilianũ Scipionẽ, qui uno penè eodemq; tempore spectauit patris triumphũ, duorumq; fratrũ funera, adolescentulus tamen, ac propemodũ puer, tanto animo tulit illam familiæ suæ, super ipsum Pauli triumphũ concidentis subitã uastitatẽ, quanto debuit ferre uir in hoc natus, ne urbi Romanæ aut Scipio deesset, aut Carthago superesset. Quid
C. XXXIIII referam duorũ Lucullorũ diremptã morte cõcordiã? Quid Pompeios, quibus ne hoc quidem sæuiens reliquit fortuna, ut una deniq; concideret ruina. Vixit Sextus Pompeius, primũ sorori superstes, cuius morte optime cohærentis Romanæ pacis uincula resoluta sunt. Idemq; uixit superstes optimo fratri, quẽ fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eũ deiiceret, quàm patrẽ deiecerat, & post hunc tamẽ casum Sextus Pompeius non tantũ dolori, sed bello suffecit. Innumerabilia undiq; exempla separatorũ morte fratrũ succurrunt, imò contra uix ulla unquàm horũ paria cõspecta sunt unà senescentia, sed contentus nostræ domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus acsanitatis, ut fortunam ullis quæratur luctum intulisse, quam sciet etiã Cæsarũ lachrymas concupisse. Diuus Augustus amisit Octauiam sororẽ charissimã, & ne ei quidem rerũ natura lugendi necessitatem abstulit, cui cœlum destinauerat: imò uerò idem omni genere orbitatis uexatus, sororis filium successioni præparatum suæ perdidit. Deniq; ne singulos eius luctus enumerem, & generos ille amisit, & liberos, & nepotes. At nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat sensit, nũc tot tantosq; luctus cepit rerum omnium pacatissimum eius pectus, uictorq; diuus Augustus nõ gentium tantummodo externarum, sed etiam dolorum fuit. Caius Cæsar diui Augusti auunculi mei nepos, circa primos iuuentutis suæ annos Lucium fratrum charissimum sibi, princeps iuuentutis principem eiusdem iuuentutis amisit in apparatu Parthici belli, & grauiore multo animi uulnere quàm postea corporis ictus est, quod utrumque pijssime idem & fortissime tulit. Cæsar patruus meus Drusum Germanici patrem, minorem natu quàm ipse erat fratrem, intima Germaniæ recludentem, et gentes ferocissimas Romano subijcientem imperio, in cõplexu & osculis suis amisit, modum tamen lugendi non sibi tantum, sed etiam alijs fecit, ac totum exercitũ, non solum mœstum, sed etiam attonitum, corpus Drusi sui sibi uendicantem, ad mortem Romani luctus redegit, iudicauitq; non militandi tantum disciplinam esse seruandam, sed etiã dolendi. Non potuisset ille lachrymas alienas compescere, nisi prius pressisset suas.

CA. XXXV M. Antonius auus meus, nullo minor nisi eo à quo uictus est, tunc cum Rempub. constitueret, & triũphali potestate præditus, nihil supra se uideret, exceptis uero duobus collegis omnia infra se cerneret, fratrẽ interfectũ audiuit. Fortuna impotens quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis. Eo ipso tempore quo Marcus Antonius ciuium

usum suorum uitæ sedebat mortisq; arbiter, M. Antonij frater duci iubebatur ad supplicium. Tulit hoc tamen tam triste uulnus eadem magnitudine animi Marcus Antonius, qua omnia alia aduersa tolerauerat, & hoc fuit ei lugere, uiginti legionũ sanguine fratri parentare. Sed ut omnia alia exempla præteream, ut in me quoq; ipso alia taceam funera, bis me fraterno luctu fortuna aggressa est, bis intellexi lædi me posse, uinci non posse. Amisi Germanicum fratrem, quem quomodo amauerim intelligit professo quisquis cogitat, quomodo suos fratres, pij fratres ament. Sic tamen affectũ meum rexi, ut nec relinquerem quicquã quod exigi deberet à bono fratre, nec facerẽ quod reprehendi posset in principe. Hæc ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eundem ostendere quàm nihil sacrũ intactumq; sit fortunæ, quæ ex his penatibus ausa est funera ducere, ex quibus erat deos paritura. Nemo itaq; miretur aliquid ab illa, aut crudeliter fieri, aut inique. Potest enim hæc aduersus priuatas domos ullam æquitatẽ nosse, aut ullam modestiam, cuius implacabilis sæuitia, totiens ipsa funestauit puluinaria? Faciamus licet illi conuicia, non nostro tantum ore, sed etiam publico, non tamen mutabitur, aduersus omnes se preces, omnesq; ceremonias eriget. Hoc fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit, nihil inausum sibi reliquit, nihil intactũ. Ibit uiolentior per omnia, sicut semper est solita. Eas quoque domos ausa est iniuriæ causa intrare, in quas per templa aditur, & atram laureatis foribus inducere uestem. Hoc unum obtinea-
CA. XXXVI mus ab illa uotis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere, si Romanum adhuc nomen propitia respicit, hunc principem, lapsis hominum rebus datum, sicut omnibus mortalibus, sibi esse sacratum uelit. Discat ab illo clementiam, atq; à mitissimo omniũ principe mitis fieri. Debes itaq; omnes intueri eos, quos pauloante retuli, aut ascitos cœlo, aut proximos, & ferre æquo animo fortunam, ad te quoq; porrigentem manus, quas ne ab eis quidem per quos usuimus abstinet. Deles illorum imitari firmitatem in perferendis & euitandis doloribus, & in quantum modo homini fas est per diuina ire uestigia. Quamuis in alijs rebus dignitatum magna discrimina, uirtus in medio posita est, neminem dedignatur, qui modo dignum se illa iudicat. Optime certe illos imitaberis, qui cum indignari possent non esse ipsos experes huius mali, tamen in hoc uno se cæteris exæquari hominibus non iniuriam, sed ius mortalitatis iudicauerũt, tulerũtq;, nec nimis acerbe & aspere quod acciderat, nec molliter & effœminate. Nam & non sentire mala sua non est hominis, et non ferre, non est uiri. Non possum tamen cum omnes circumiuerim Cæsares, quibus fortuna fratres & sorores eripuit, hunc præterire ex omni Cæsarum numero excerpẽdum, quem rerum natura in exitiũ opprobriumq; humani generis ædidit, à quo imperiũ euersum, aduersum funditus principis pijssimi recreat clementia. C. Cæsar amissa sorore Drusilla, is homo qui non magis dolere quàm gaudere principaliter posset, conspectum, conuersationemq; ciuium suorum profugit, exequijsq; sororis suæ non interfuit, iuita sorori non præstitit, sed in Albano suo secessit, ac foro & aduocatis, & huiusmodi alijs occupationibus acerbissimi funeris eleuabat mala. Proh pudor imperij, principis Romani lugentis sororem, alea solatium animi fuit. Idem ille Caius furiosa inconstantia, modo barbam capillumq; submittens, modo Italiæ ac Siciliæ oras errabundus permetiens, & nunquam satis certus utrum lugeri uellet, an coli sororem. Eodem enim tempore quo templa illi constituebat ac puluinaria, eos qui parum mœsti fuerant, crudelissima afficiebat animaduersione. Eadem enim intemperie animi aduersarum rerum ictus ferebat, qua secundarum elatus euentu, supra humanum intumescebat modum. Procul istud exemplum ab omni Romano uiro, luctũ suum aut intempestiuis uacare lusibus, aut sordium ac squalloris fœditate iritare, aut alienis malis oblectare, minime humano solatio. Tibi uero nihil ex consuetudine mutandum tua. Quoniamquidem ea institui-
C. XXXVII sti amare studia, quæ optime & felicitatem extollunt, & facillime minuunt calamitatẽ, eademq; & ornamenta hominum maxima sunt & solatia. Nunc itaq; studijs tuis immergere, acrius nunc illa tibi uelut munimenta animi circũda, nec ex ulla tibi uelut tui parte, inueniat introitũ dolor. Fratris quoq; tui produc memoriam aliquo scriptorum monimento tuorũ. Hoc enim unum est rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

noceat, nulla consumat uetustas. Cætera quæ per constructionẽ lapidũ & marmoreas moles, aut terrenos cumulos in magnam eductos altitudinem constant, non propagarunt longam diem, quippe & ipsa intereũt. Immortalis est ingenijs memoria, hãc tuo fratri largire, in hac eum colloca, & melius illum † diutino semper cõsecrabis ingenio, quàm irrito dolore lugebis. Quod ad ipsam fortunam pertinet, etiamsi nunc agi apud te causa eius nõ potest, omnia illa quæ nobis dedit, ob hoc ipsum quod aliquid eripuit, inuita sunt: tunc tamen erit agenda, cum primum æquiorem te illi iudicem dies fecerit: tunc enim poteris in gratiam cum illa redire: Nam multa prouidit quibus hanc emendaret iniuriam. Multa etiam nunc dabit quibus redimat. Deniq; ipsum quod abstulit, ipsa dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio uti tuo, noli adesse dolori tuo. Potest quidem eloquentia tua, quæ parua sunt approbare pro magnis, rursus magna attenuare, & ad minima ducere. Sed alio ista uires seruet suas, nunc tota se in solatium tuum conferat. Sed tamen dispice, ne hoc iam quoq; sit superuacuum. Aliquid enim à nobis natura exigit, plus uanitate contrahitur. Nũquam autem ego à te, ne ex toto mœreas exigam. Et scio inueniri quosdã duræ magis quàm fortis prudentiæ uiros, qui negent doliturum esse sapientem. Hi uerò uidentur nunquã in huiusmodi casum incidisse. Alioquin extudisset illis fortuna superbam sapientiam, & ad confessionem eos ueri etiã inuitos compulisset. Satis præstiterit oratio, si id unum ex dolore, quod et supersit & abundat exciderit. Nam ut quidem nullum omnino secum patiatur, nec sperandum ulli, nec concupiscendum est. Hũc potius modum seruet, qui nec impietatem imitetur, nec insaniam, & nos in eo teneat habitu, qui & piæ mẽtis est, nec moræ, Fluant lachrymæ, sed eædem desinant, trahantur ex imo pectore gemitus, sed ibidẽ & finiantur. Sic rege animum tuum, ut & sapientibus te approbare possis & fratribus. Effice ut frequenter fratris tui memoriã tibi uelis occurrere, ut illum & sermonibus celebres, & assidua recordatione repræsentes tibi. Quod ita deniq; consequi poteris, si tibi memoria eius iucundam magis quàm flebilem feceris. Naturale est enim ut semper animus abeo refugiat, ad quod cum tristicia reuertitur. Cogita modestiã eius, cogita in rebus agendis fortitudinem, in exequendis industriam, in promissis constantiã. Omnia dicta eius ac facta & alijs expone, & tibimetipse cõmemora. Qualis fuerit cogita, qualisq; sperari potuerit. Quid enim de illo non tuto sponderi fratre possit? Hæc utcunq; potui, longo iam situ obsoleto & hebetato animo composui, quæ si aut parum respondere ingenio tuo, aut parum mederi dolori uidebuntur, cogita quàm non possit is alienæ uacari consolationi, quem sua mala occupatum tenent, & quàm nõ facile latina ei uerba homini succurrant, quem barbarorum inconditus grauisq; fremitus circumsonat.

for. durato

IN FRAGMENTVM AD POLYBIVM.

Statim in initio. Nostra corpora. alius nostra compares. Cap. 21. Voles enim longum esse, quod iturum est. Rodolphus diuinautt, quod iuturum est. Opinor legendum, Nolis enim longum esse, quod irritum est.

Cap. 21. Ecce eum dolorem. Post hæc uerba quidam codex habebat, illi nomine Polybio, qui eius est frater. Verum satis apparet hæc adiecta ab interprete.

Cap. 26. Vt possit per ordinẽ suũ principis maximi officiũ geri, ubiq; animi est. Rodolphus diuinat, ubiq; æstriũ animi est. At non placet. Propius uerò est ut legamus, ubi quies animi est? ut uox, ut, habeat uim concedentis.

LVCII ANNEI SENECAE AD MARTIAM DE CONSOLATIONE LIBER VNVS.

NIsi te Martia scirem tam longe ab infirmitate muliebris animi quàm à cæteris uitijs recessisse, & mores tuos uelut antiquũ aliquod exemplar aspici, non auderem obuiam ire dolori tuo, cui uiri quoq; liberi hærent & incumbunt. Nec spem accepissem, tam iniquo tempore, tam iniquo iudice, tam inuidioso crimine, posse me efficere, ut fortunam tuam absolueres. Fiduciã mihi dedit, exploratum iam robur animi, & magno experimento approbata uirtus tua. Non est ignotũ qualem te in persona patris tui gesseris, quem non minus quàm liberos dilexisti, excepto eo, quod non optabas superstitẽ, nec scio an & optaueris. Permittit enim sibi quædam contra

dam contra bonum morem magna pietas. Mortem A. Cremutij Cordi parentis tui quantum poteras inhibuisti. Postquam tibi aperuit inter Seianianos satellites illam unam patriæ seruitutis fugam, nõ fauisti consilio eius, sed dedisti manus uicta, fudistiq; lachrymas palàm, & gemitus deuorasti, non tamen hilari fronte texisti, Et hoc illo secutus, quo magna pietas erat, nihil impie facere. Vt uero aliquem spiritum mutatio temporum dedit, ingenium patris tui, de quo sumptum erat supplicij, in usum hominum reduxisti, et à uera uindicasti morte, ac restituisti in publica monumẽta libros, quos uir ille fortissimus sanguine suo scripserat. Optime meruisti de Romanis studijs, magna illorum pars arserat: optime de posteris, ad quos ueniet incorrupta rerũ fides, autori suo magno imputata: optime de ipso, cuius uiget uigebitq; memoria, quamdiu fuerit in precio Romana nosci, quamdiu quisquam erit, qui reuerti uelit ad acta maiorum, quamdiu quisquam erit qui uelit scire quid sit uir Romanus, qui subactis iam ceruicibus omnium, et ad Sylianum iugum adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu, liber. Magnum mehercule detrimentũ R.P. ceperat, si illum ob dictas partes pulcherrimas in oblitionem correptum, in eloquentiam & libertatem non eruisses, Legitur, floret in manus hominum in pectora receptus, uetustatem nullam timet. At illorum carnificum cito scelera quoq; quibus solis memoriam meruerunt tacebunt. Hæc magnitudo animi tui uetuit me ad sexum tuum respicere, Vetuit ad uultum quem tot annorum continua tristicia, ut semel obduxit, tener. Et uide quàm non surrepam tibi, nec furtum facere affectibus tuis cogitem: Antiqua mala in memoriam reduxi, & uis scire hanc quoq; plagam esse sanandam, ostendi tibi æque magni uulneris cicatricem. Alij itaq; molliter agunt & blandiuntur. Ego confligere cum tuo mœrore cõstitui, & defessos exhaustosq; oculos, si uerum audire uis, magis iam ex consuetudine quàm ex desiderio fluentes continebo, si fieri potuerit fauente te remedijs tuis, sin minus, uel inuita, teneas licet & amplexeris dolorem tuum, quem tibi in filij locum superstitem feci sti. Quis enim erit finis? Omnia in superuacuum tentata sunt. Fatigatæ allocutiones amicorum, autoritates magnorum & affinium tibi uirorum: studia, hæreditarium & paternum bonum, surdas aures irrito, ac uix ad breuem occupationem proficiente solatio transeunt. Istud idem remedium naturale temporis quod maximas erumnas componit, in te una uim suã perdidit: tertius iam præterijt annus, cum interim nihil ex illo impetu cecidit, renouat se, & corroborat quotidie luctus, & iã sibi ius mora fecit, eoq; adductus est, ut putet turpe desinere. Quemadmodum omnia uitia penitus insidunt, nisi dum surgunt oppressa sint: ita quoq; tristicia & miseria, & in se sæuitia, ipsa nouissime acerbitate pascuntur, & fit infelicis animi, praua uoluptas dolor. Cupissem itaque primis temporibus ad istam curationẽ accedere, leuiore medicina fuisset oriens adhuc restingenda mali uis: uehementius contra inueterata pugnandũ est. Nam uulnerum quoq; sanitas facilis est, dum à sanguine recentia sunt: tunc & uruntur, et in altum reuocantur, & digitos scrutantiũ recipiunt, ubi corrupta in malum ulcus se uerterunt, difficilius curantur. Non possum nunc per obsequium, nec molliter assequi tam durum dolorem. Frangendus est. Scio à præceptis incipere omnes qui monere aliquẽ uolunt, & in exemplũ desinere. Mutari hunc interim ordinem expedit. Aliter enim cum alio agendum est. Quosdam ratio ducit, quibusdam nomina clara opponenda sunt, & autoritas, quæ liberum non relinquat animum ad speciosa stupendi. Duo tibi ponam ante oculos maxima & sexus & seculi nostri exempla, Alterius fœminæ quæ se tradidit ferendam dolori, Alterius quæ pari affecta casu, maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis dominium, sed cito animum in sedem suam reposuit. Octauia & Liuia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserunt filios iuuenes, utraq; spe futuri principis certa. Octauia Marcellũ, cui & auunculus & socer incumbere cœperat, in quem onus imperij reclinaret, adolescentem animo alacrem, ingenio impotentem, sed frugalitatis continentiæq;, in illis autẽ annis aut opibus non mediocriter admirandæ, patientem laboris, uoluptatibus alienum, quantumcunq; imponere illi auunculus, & (ut ita dicam) inædificare uoluisset, laturum. Bene legerat nulli cessura ponderi fundamenta. Nullum finem per omne uitæ suæ tempus flendi gemendiq; fecit. Nec ullas admisit uo-

CAP. II

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces, salutare aliquid afferentes. Nec auocari quidem se passa est, intenta in unam rem, & toto animo affixa. Talis per omnem uitam fuit, qualis in funere, non dico ex luctu tanto consurgere, sed alleuari recusans, secundam orbitatem iudicans lachrymas omittere. Nullam habere imaginem filij charissimi uoluit, nullam sibi fieri mentionem. Oderat omnes matres, & in Liuiam maxime furebat, quia uidebatur ad illius filium transisse, sibi promissa felicitas, tenebris & solitudini familiarissima. Nec ad fratrem quidem respiciens, carmina celebrandæ Marcelli memoriæ composita, aliosq; studiorum honores reiecit, et aures suas aduersus omne solatium clausit, à solennibus officijs seducta & ipsam magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se & abdidit. Assidentibus liberis nepotibus lugubrem uestem non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus saluis orba sibi uidebatur.

CAP. III. Diua Liuia amiserat filium Drusum magnum futurum principem, iam magnum ducem. Intrauerat ipse penitus Germaniam, & ibi signa Romani fixerunt, ubi tux ullos esse Romanos notum erat. In expeditione uictor decesserat, ipsis illum hostibus ægrum cum ueneratione, & pace mutua prosequentibus, nec optare quod expediebat audentibus. Accedebat ad hanc mortem, quam ille pro Repub. obierat, ingēs ciuium prouinciarumq;, & totius Italiæ multitudo, per quam effusis in officium lugubre municipijs, coloniisq;, usq; in urbem ductum erat funus triumpho simillimū. Non licuerat matri ut filij oscula gratumq; extremi sermonē oris hauriret, longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi totiens illum amitteret irritata. Vt primum tamē intulit tumulo, simul & dolorem suum posuit, nec plus doluit quàm aut honestum erat, aut Cæsare, aut æquo maius. Non desijt itaq; Drusi sui celebrare nomen, utiq; illum sibi priuatim publiceq; repræsentare, & libentissime de illo loqui, de illo audire, cum memoriam alterius nemo posset retinere & frequentare, quin illam tristem sibi redderet. Elige itaq; utrum exemplū putas probabilius, si illud prius sequi uis, eximis te numero uiuorum. Auersaberis & alienos liberos & tuos, ipsumq; desiderabis triste matribus † agmen occurrere. Voluptates honestas permissas, al. omen tanquā parum decoras fortunæ tuæ reijciēs, inuisam habebis lucem, & ætati tuæ quod non præcipitet te quamprimum & finiat, infestissima eris. Quod turpissimū effrenissimumq; est animo tuo, in meliore noto parte, ostendes te uiuere nolle, mori non posse. Si ad hoc maximum fœminæ exemplum applicueris, moderatius ac mitius eris in omnis, nec te tormentis macerabis. Quę enim maior est amentia, pœnas à se illicitas exigere, & mala sua augere. Quam in omni uita seruasti, morum probitatem & uerecundiam, in hac quoq; re præstabis. Est enim quædam & dolendi modestia: illum ipsum iuuenem dignissime quietum, quem semper nominatū, cogitatumq; faciet, meliore ponnes loco, si matri suæ qualis uiuus solebat, hilaris, & cum gaudio occurrit.

CAP. IIII. Nec te ad fortiora ducam præcepta, ut humano ferre humana iubeam modo, ut ipso funebri die oculos matris exliccem. Ad arbitrum tecum ueniam. Hoc inter nos quæretur, utrum magnus esse debeat an perpetuus. Non dubito quin Liuiæ Augustæ, quàm familiariter coluisti, magnum tibi placeat exemplum. Illa te ad suum concilium uocat: Illa in primo furore, cum maxime impatientes ferocesq; sunt miseriæ, se consolandam philosopho uiri sui præbuit, & multum eam rem profuisse sibi confessa, plusquam populum Romanum, quem nolebat tristem tristicia sua facere, plusquam Augustum qui subducto altero adminiculo titubabat, nec luctu suorum inclinādus erat: plusquam Tyberium filium, cuius pietas efficiebat, ut in illo acerbo & defleto gentibus funere, nihil sibi nisi numerum deesse sentiret. Hic, ut opinor, aditus illi fuit, hoc principium apud fœminam opinionis suæ custodem diligentissimam. Vsque in hunc diem Liuia (quantum quidem ego sciam, assiduus uiri tui comes, cui non tantum quæ in publicum emittūtur nota sunt, sed omnes quoq; secretiores animorum uestrorum motus) dedisti operam ne quid esset, quod in te quisquam reprehenderet. Nec id in maioribus modo obseruasti, sed in minimis, ne quid faceres, cui famam, liberrimam principum iudicem, uelles ignoscere. Nec quicquam pulchrius existimo in fastigio collocatis, quàm multarum rerum ueniam dare, & nullius petere. Seruandus itaque tibi in hac

bi in hac re tuus mos est, Ne quid committas quod minus aliterue factum uelis.

Deinde rogo atq; obsecro, ne te difficilem amicis, & intractabilem præstes. Non est CAP. V enim quod ignores, omnes hos nescire, utrum aliquid loquantur coram te de Druso, an nihil, ne aut obliuio clarissimi iuuenis illi faciat iniuriam, aut mentio tibi: cum secedimus, & in unum cōuenimus, facta eius dictaq; quanto meruit suspectu celebramus, coram te altum nobis de illo silentium est. Cares itaq; maxima uoluptate, filij tui laudibus, quas non dubito quin uel impendio uitæ, si potestas detur, in æuum omne sis prorogatura: quare patere, imò accerse sermones quibus ille narretur, & apertas aures præbe ad nomen memoriamq; filij tui, nec hoc graue duxeris cæterorū more, qui eiusmodi casibus partem mali putant, audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem, & oblita meliorem fortunam tuam, quà deterior est aspicis. Non conuertisti te ad conuictus filij tui, occursus iucundos, nō ad pueriles dulcesq; blandicias, nō ad incrementa studiorum. Vltimam illam faciem rerum premis. Illi tanquam ipsa per se parum horrida sit, quicquid potes congeris. Ne obsecro te concupieris peruersissimam gloriam, infelicissimam uideri. Simul uerò cogita, non esse magni animi se rebus prosperis CAP. VI fortem gerere, ubi secundo cursu uita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & obsequens uentus ostendit. Aduersi aliquid incurrat oportet, quod animum probet. Proinde ne submiseris te, imò cōtra fige stabilē gradum, & quicquid onerum supra cecidit sustine, primo duntaxat strepitu contenta. Nulla re maior inuidia fortunæ fit, quàm æquo animo. Post hoc ostendit illi filium incolumem, ostēdit ex amisso nepotes. Tuum illic Martia negocium actum, tibi Arius assedit, & mutata persona consolatus est, Sed puta Martia ereptum tibi amplius quàm unquam ulla mater amiserit. Non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam. Si fletibus fata uincūtur, conferamus, eat omnis inter luctus dies, noctem sine somno tristicia consumat, ingerantur lacerato pectori manus, & in ipsam faciem impetus fiat, Atq; sese omni genere sæuitiæ, profecturus mœror exerceat. Sed si nullis planctibus defuncta reuocantur, si sors immota, & in æternum fixa, nulla miseria mutatur, & mors tenuit quicquid abstulit, desinat dolor qui perit. Quare regamur, nec nos ista uis transuersos auferat. Turpis est nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia uela deseruit, permisit tempestati nauem. At ille uel in naufragio laudandus, quem obruit mare clauum tenentem & obnixum. Atenim naturale desiderium suorum est. Quis negat, quam- CAP. VII diu modicum est, nam in discessu non solum amissione charissimorū necessarius morsus est, & firmissimorum quoq; animorum contractio. Sed plus est quod opinio adjecit, quàm quod natura imperauit. Aspice mutorum animalium quàm concitata sunt desideria, & tamen quàm breuia. Vaccarū uno die alteróue mugitus auditur. Nec diutius equarum uagus ille amensq; discursus est. Feræ cum uestigia catulorum consectatæ sunt, & syluas peruagatæ, cum sæpe ad cubilia expilatæ redierint, rabiem intra exiguum tempus extinguunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circumfremunt, intra momentum tamen quietæ, uolatus suos repetunt. Nec ulli animali longum fœtus sui desiderium est, nisi homini, qui adest dolori suo, nec tantum quantū sentit, sed quantum constituit afficitur. Vt scias autem nō esse naturale luctibus frangi, primum magis fœminas quàm uiros, magis barbaros quàm placidos eruditæq; gētis homines, magis indoctos quàm doctos, eadem orbitas uulnerat: atqui ea quæ à natura uim acceperunt, eadem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale, quod uarium est. Ignis omnes ætates, omnium urbium ciues tam uiros quàm fœminas, quia naturaliter, uret: ferrum in omni corpore exhibebit secandi potentiam. Quare quia uires illi à natura datæ sunt, quæ nihil impium constituit. Paupertatem, lucrum, ambitionem alius aliter sentit, prout illum consuetudo infecit, & imbecillum impatientemq; reddit præsumpta opinio de non timendis terribilis. Deinde quod naturale est non decrescit mo- CAP. VIII ra. Dolorem dies consumit, licet contumacissimum quotidie insurgentem, & contra remedia efferuescentem, tamen illum efficacissimum mitigandæ ferociæ tempus eneruat. Manet quidem tibi Martia etiamnum ingens tristicia, & iam uidetur duxisse callum non illa concitata, qualis in illo fuit, sed pertinax & obstinata. Tamen hanc quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ætas tibi minutatim eximet, quoties aliud egeris, animus relaxabitur, nunc teipsa cu-
stodis. Multum autem interest, utrum tibi permittas mœrere an imperes. Quanto ma-
gis hoc morum tuorum elegantiæ conuenit, finem luctus potius facere quàm expecta
re, nec illum operiri diem quo te inuita dolor desinat, ipsa illi renuncia.

IX Vnde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione nostri, si id non fit naturæ iussu,
quod nihil nobis mali antequam eueniat proponimus, sed ut immunes ipsi, & aliud
& pacatius ingressi iter, alienis non admonemur casibus, illos esse communes. Tot præ
ter domum nostram ducuntur exequiæ, de morte non cogitamus: tot acerba funera,
nos togam nostrorum infantium, nos militiam & paternæ hæreditatis successionem
animo agitamus. Tot diuitum subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunquam
in mentem uenit, nostras quoq; opes æque in lubrico positas. Necesse est itaq; magis
corruamus, qui quasi ex inopinato ferimur. Quæ multo ante prouisa sunt, langui-
dius incurrunt. Vis tu scire te ad omnes expositam ictus stare, & illa quæ alios tela fixe
runt circa te uibrasse? uelut murũ aliquem, aut obsessum multo hoste locũ, & arduum
ascensu, inermis adeas, expecta uulnus, & illa superne uolantia cum sagittis pilisq; la-
xa, puta in tuum librata corpus, quoties aut ad latus, aut penes tergum ceciderunt, ex-
clama, Non decipies me fortuna, nec securam aut negligentẽ opprimes. Scio quid pa-
res, alium percussisti, me petisti. Quis unquam res suas quasi periturus aspexit? Quis
unquam nostrum de exilio, de egestate, de luctu cogitare ausus est? Quis non, si admo
neatur ut de suis cogitet, tanquam dirum omen respuat, & in capita inimicorum, aut
ipsius intempestiui monitoris abire illa iubeat? Non putaui futurũ. Quicquam tu pu-
tas non futurum, quod multis scis posse fieri, quod multis uides euenisse? Egregiũ uer-
sum & dignum audiui, est enim è populo, Cuiuis potest accidere, quod cuiquam po-
test. Ille amisit liberos, & tu amittere potes. Ille damnatus est, & tua innocẽtia sub ictu
est. Terror decipit. Hic effœminat, dum patimur, quæ nunquam pati nos posse præui-
dimus. Aufert uim præsentibus malis, qui futura prospexit.

CAP. X Quicquid est hoc Martia quod circa nos ex aduentitio fulget, liberi, honores, opes,
ampla arua, & excluſorum clientium turba, referta uestibula, clara, nobilis, aut formo-
sa coniunx, cæteraq; ex incerta & mobili sorte pendentia, alieni commodatiq; appa-
ratus sunt, nihil dono datur, collaticijs, & ad dominum redituris instrumentis scena a-
dornatur. Alia ex his primo die, alia secundo referentur, pauca usq; ad finem perseue-
rabunt, Ita non est quod nos suspiciamus, tanquam inter nostra positi, mutuo accepi-
mus. Vsus fructus noster est, cuius tempora ille arbiter muneris sui temperat. Nos o-
portet in promptu habere, quæ in certũ diem data sunt, & appellatos sine querela red-
dere. Pessimi est debitoris, creditori facere conuicium. Omnes ergo nostros, & quos
superstites lege nascendi optamus, & quos præcedere iustissimum ipsorum uotum est,
sic amare debemus, tanquam nihil nobis de perpetuitate, imò nihil de diuturnitate co-
rum promissum sit. Sæpe admonendus est animus † metuere ut recessura, imò tanquã
recedentia: quicquid à fortuna datum est, tanquam exemplo abiturum possideat. Ra-
pite ex liberis uoluptates, fruendos uos inuicem liberis date, & sine dilatione omne
gaudium aduertite. Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnam aduocationem
dedi. Nihil de hac hora, Festinandum est. Instat à tergo mors, iam deficiet iste comita-
tus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est. Mi-
seri nescitis in fugam uiuere. Si mortuũ tibi filium doles, eius temporis quo natus est,
crimen est. Mors enim illi nascenti determinata, & in hanc legem datus, hoc fatum ab
utero statim prosequebatur, In regnum fortunæ, & quidem durum atq; inuictum per-
uenimus, illius arbitrio digna atq; indigna passuri, corporibus nostris impotẽter, con-
tumelioſe, crudeliter abutetur: alios ignibus peruret, uel in pœnam admotis, uel incer-
tis, alios nudos mari iactabit, & luctatos cum fluctibus, ne in harenam quidem aut lit-
tus exploret, sed in alicuius uentrem immensæ beluæ detrudet. Alios morborum ua-
rijs generibus emaceratos, diu inter uitam mortemq; detinebit, ut uaria & libidinosa,
mancipiorumq; suorum negligens domina, & pœnis & muneribus errabit. Quid o-
pus est partes deflere? Tota uita flebilis est. Vrgebunt noua incommoda priusquam

al. metiri

ueteribus satisfeceris. Moderandus est itaq; nobis animus ad hæc maxime quæ immo
derate fertis, & in metus, & in dolores humanum pectus dispensandum.

Quæ demum ista tuæ publicæq; conditionis obliuio est? Mortalis nata es, mortales CAP. XI.
peperisti, putre ipsa fluidumq; corpus, & casibus morbisq; repetita, speraſti tam imbe-
cilla materia solida et æterna gestasse? Decessit filius tuus, id est, decurrit adhunc finem,
ad quem, quæ feliciora partu tuo putas, properant. Hæc omnis ista quæ in foro litigat,
in theatris desidet, in templis precatur turba, non dispari gradu uadit. Et quę diligis ue
neraris, & quæ despicis, unus exæquabit cinis. Hoc iubet illa Pythicis oraculis ascripta
uox γνῶθι σεαυτόν. Quid est homo? quodlibet quassum uas, & quodlibet fragile, iacta
tu, non tempestate, ut dissiperis est opus. Vbicunq; arietaueris, solueris. Quid est ho-
mo? imbecillimum corpus, & fragile, nudum, suapte natura inerme, alienæ opis indi-
gens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum: cum bene lacertos exercuit, cuius-
libet feræ pabulum, cuiuslibet uictima: ex infirmis fluidisq; contextum, & liniamen-
tis exterioribus nitidum, frigoris, æstus & laboris impatiens: ipso rursus situ & ocio
iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modum inopia rumpit. Anxiæ soli-
citæq; tutelæ, precarij spiritus, & male inhærentis, qua parum repentinum audiet ex
improuiso sonus auribus grauis excutit. Soli semper sibi nutrimentum uitiosum &
inutile. Miramur in hoc mortem unius, qua singulis opus est. Nunquid enim ut con-
cidat, res magni momenti est? Odor illi saporq;, & lassitudo, & uigilia, & humor, & ci-
bus, & sine quibus uiuere non potest, mortifera sunt. Quocunq; se mouet infirmitatis
suæ statim conscium, non omne cœlum ferens, aquarum nouitatibus, flatuq; non fami
liaris auræ, & tenuissimis causis atq; offensionibus morbidũ, putre, † causaq; fletus ui- *al. casurum, fletu*
tam auspicatum: cæterum quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet, In
quantas cogitationes oblitum conditionis suæ uenit. Immortalia æterna uolutat ani-
mo, & in nepotes pronepotesq; disponit, cum interim longa conantem eum mors op
primit, & hoc quod senectus uocatur, pauci sunt circuitus annorum.

Dolor tuus ô Martia, si modo tibi ulla ratio est, utrũ sua spectat incõmoda, an eius CAP. XII.
qui decessit? Vtrũ te amisso filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates cepisti, an quod
maiores, si diu uixisset, percipere potuisti? Si nullas te percepisse dixeris, tolerabilius ef-
ficies detrimentum tuum. Minus enim homines desiderant ea, ex quibus nihil gaudij
læticiæq; perceperant: si confessa fueris percepisse magnas uoluptates, oportet te non
de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Peruenerunt
enim satis magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione, nisi forte hi qui catulos
auesq;, & friuola animorum oblectamenta summa diligentia nutriũt, fruuntur aliqua
uoluptate ex uisu tactuq;, & blanda adulatione mutorũ, liberos nutrientibus non ipsa
fructus educatione acquiritur. Licet itaq; tibi nihil industria eius contulerit, licet nihil
diligentia custodierit, nihil prudentia quæsierit sua, ipsum quod habuisti quod amasti,
fructus est. At potuit longior esse, non maior. Melius tamen tecum actum est quàm si
omnino non contigisset. Quoniam si ponatur electio, utrum satius sit non diu felicem
esse, an nunquam, est melius, discessura nobis bona quàm nulla contingere. Vtrum ne
malles degenerem aliquem, & numerum tantum nomenq; filij expleturum habuisse,
an tantæ indolis quantæ tuus fuit? Iuuenis cito prudens, cito maritus, cito pater, cito o-
mnis officij curiosus, cito sacerdos, omnia tanquam prospera. Nulli fere & magna bo-
na & diuturna contingunt. Non durat, nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas. Filium
tibi dij immortales nõ diu dant. Statim tibi talem dederunt, qualis diu effici potest. Ne
illud dicere quidem potes, electam te à dijs, cui frui non liceret filio. Circumfer per om-
nem notorum & ignotorum frequentiam oculos, occurrent passim ubiq; qui maiora
senserunt, ista magni iudices senserunt principes. Ne deos quidem fabulæ immunes
reliquerunt, puto ut nostrorum funerum leuamentum esset, etiam diuina concidere.
Circunspice, inquam, omnes, nullam miseram nominabis domum, quæ non inueniat
in miseriore solatiũ. Non, mehercule, tam male de moribus sentio tuis, ut putem posse
te leuius pati casum tuum, si tibi ingentem numerum lugentium produxero. Maleuo
li solatij genus est, turba miserorum. Quosdam tamen referam, non ut scias hoc solere

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominibus accidere (Ridiculum est enim mortalitatis exempla colligere) sed ut scias fuisse multos qui lenierunt aspera, ferendo placide. A felicissimo incipiam. Lucius Syl la filium amisit, nec ea res, aut malicia eius & acerrimam uirtutē in hostes ciuesq; contu dit, aut effecit, ut cognomē illud usurpasse saluo uideretur, quod amisso filio assumpsit, nec odia hominum uerita, quibus male nimis secundæ res constant, nec inuidia deo rum, quorum illud crimen erat, Sylla tam felix. Sed istud inter res nondum iudicatas habeatur, qualis Sylla fuerit, at inimici fatebuntur bene illum arma sumpsisse, bene po suisse: hoc de quo agitur constabit, non esse maximum malum, quod etiam ad felicissi mos peruenit. Nec nimis admiretur Græcia illum patrem, qui in ipso sacrificio nuncia ta filij morte tibicinem tantū tacere iussit, & coronā capiti detraxit, cætera rite perfecit.

CAP. XIII Pulcherrimus hoc fecit pontifex, cui postem tenenti & capitolium dedicanti mors filij nunciata est: quam ille exaudisse dissimulans, & solennia pontificalis carminis uerba concepit, gemitu nō interrumpente precationem, & ad filij sui nomen, Ioue propitio. Putasses eius luctus aliquem finem esse debere, cuius primus dies, primus impetus ab altaribus publicis, & fausta nuncupatione non abduxit patrem. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidem destitit. Idem tamen ut redijt domum, & impleuit oculos, & aliquas uoces flebiles misit, & peractis, quæ mos erat præstare defunctis, ad capitolium hilari redijt uultu. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo uictum ante currum egit Persæ inclyti regis nomē, duos filios in adoptionem dedit, quos sibi seruauerat extulit. Quales retentos putas, cum inter cōmodatos Scipio fuisset? Non sine motu uacuum Pauli cur rum Po. Ro. aspexit. Cōcionatus est tamē, & egit dijs gratias, quod compos uoti factus esset. Precatum enim se, ut siquid ob ingentem uictoriam inuidiæ dandum esset, id suo potius quàm publico damno lueretur. Vides quàm magno animo tulerit, orbitati suæ gratulatus est, & qui magis poterat mouere tāta mutatio? solatia simul atq; auxilia perdidit. Non contigit tamen tristem Paulum Persæ uidere. Quid nunc te per innumerabilia magnorum uirorum exempla ducam, & queram miseros, quasi non difficilius sit inuenire felices? Quota quæq; domus usq; ad exitum omnibus partibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Vnūquenq; animo occupa, & ex eo magistratu cita Lucium si uis Bibulum, & C. Cæsarem, uidebis inter collegas & inimicissimos concor dem fortunam. Lucij Bibuli melioris quàm fortioris uiri duo simul filij interfecti sunt. Aegyptio quidem militi ludibrio habiti, ut non minus ipsa orbitate, autor eius, digna res lachrymis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob inuidiam collegæ domi latuerat, postero die quàm geminum funus renunciatum est, processit ad solita in publicum officia. Quid minus potest quàm unum diem duobus filijs dare? Tam cito liberorum luctum finiuit, qui consulatum anno luxerat. C. Cæsar cum Britannū pera graret, nec oceano felicitatem suam continere posset, audiuit decessisse filiam, publica secum fata ducentem. In oculis erat iam Cn. Pompeius, nō æquo laturus animo quen quam alium esse in Repub. magnum, & modū impositurus incremētis, quoniam gra uia illi uidebantur, cum incommune crescerent: tamen intra tertium diem imperato ria obijt munia, & tam cito dolorem uicit, quàm omnia solebat.

CAP. XIIII Quid aliorum tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim uidetur uio lare fortuna, ut sic quoq; generi humano prosint, ostendentes, ne eos quidem qui dijs geniti deosq; genituri dicantur, sic suam fortunā in potestate habere, quemadmodum

CAP. XV alienam. Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta Cæsarum turba, adoptatione desertam domum sulsit. Tulit tamen fortiter tanquam eius iam res age batur, cuius quàm maxime intererat, de dijs neminem queri. Tib. Cæsar & quem ge nuerat, & quem adoptauerat amisit, ipse tamen pro rostris laudauit filium, stetitq; in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo uelamento, quod pontificis ocu los à funere arceret, & flente populo Romano non flexit uultum: experiendum se de dit Seiano ad latus stanti, quàm patienter possit suos perdere. Vides ne quanta copia uirorum maximorum sit, quos non excepit hic omnia prosternens casus, in quos tot

al. uidelicet animi bona, tot ornamenta publice priuatimq; congesta erant? Sed † uide ut in orbem

ista tempestas, & sine delectu uastat omnia, agitq; ut sua. Iube singulos conferre ratio nem, nulli contigit impune nasci.

Scio quid dicas, oblitus es fœminam te consolari, uirorū refers exempla. Quis enim CAP. XVI. dixerit naturam maligne cum mulieribus ingenuis egisse, et uirtutem illarū in arctum retraxisse? Par illis, mihi crede, uigor, par ad honesta libera facultas, dolorem, laborem ex æquo (si cōsueuere) patiuntur. In qua istud urbe, dij boni, loquimur, in qua regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerunt. Bruto libertatem debemus, Lucretiæ Brutum. In qua Cloeliam contempto hoste & flumine, ob insignem audaciam tantum non in uiros transcripsimus, Equestri insidiens statuæ in sacra uia celeberrimo loco Cloelia, exprobrat iuuenibus nostris puluinū ascendētibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus. Quod tibi si uis exempla referri fœminarum, quæ suos fortiter desiderauerunt, nō hostiatim quærā. Ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primam Scipionis filiam, Gracchorum matrē, duodecim illa partus, totidē funeribus recognouit: & de cæteris facile est, quos nec æditos, nec amissos ciui tas sentit. T. Gracchū, & C. quos etiā qui bonos uiros negauerit, magnos fatebitur, & occisos uidit et insepultos: consolantibus tamen miseramq; dicentibus, Nunq;, inquit, non felicem me dicam, quæ Gracchos peperi. Cornelia Liuium Drusum clarissimum iuuenē illustris ingenij, uadentē per Gracchorū uestigia, imperfectis tot rogationibus intra penates interemptū suos, amiserat, in certo cædis autore: tamen & acerbā mortē filij, & inultam tam magno animo tulit, quàm ipse leges tulerat. Iam cū fortuna in gratiam Martia reuerteris, si tela quæ in Scipiones, Scipionumq; matres ac filios egit, quibus Cæsares petijt, ne à te quidē continuit. Plena & infesta uarijs casibus uita est, à quibus nulli lōga pax, uix inducię sunt. Quatuor liberos sustuleras Martia. Nullū aūt frustra cadet telū, quod in cōfertum agmen immissum est. Mirū est tantā turbam iam potuisse sine iniuria damnoue præteruehi. Ad hoc iniquior fortuna fuit, quod nō tantū filios eripuit, sed elegit. Nunq; tamen iniuriā dixeris, ex æquo cū potentiore diuidere: duas tibi reliquit filias, & harū nepotes, & ipsum quem maximè luges, prioris oblita, non ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias similes patri, si male fers, magna onera, si bene, magna solatia: in hoc te perduxit, ut illas cum uideris, admonearis filij, non dolo ris. Agricola, euersis arboribus, quas aut uentus radicitus euulsit, aut contortus repentino impetu turbo perfregit, sobolem ex illis residuam fouit, & amissarū semina statim plantasq; disponit, & momento (Nam ut in damna, ita ad incrementa rapidū ueloxq; tempus est) adolescunt amissis lætiora. Has nunc Mecilij filij tui filias in eius uicē substitue, & uacantem locū exple. Vnū dolorem, geminato solatio leua. Hæc quidem natura mortaliū est, ut nihil magis placeat, quàm quod amissum est. Iniquiores sumus aduersus relicta, ereptorū desiderio. Sed si æstimare uolueris, quàm tibi ualde fortuna etiā cū sæuierit pepercerit, scies te habere plusq; solatia. Respice tot nepotes, duas filias.

Hic illud quoq; Martia mouet me, si esset cuiq; pro moribus fortuna, nunq; mala bo- CAP. XVII. nos sequerentur: nunc uideo, exempto discrimine, & eodem modo malos bonosq; lactari. Graue est tamen quem educaueris iuuenem, iam matri, iam patri præsidium ac decus, amittere. Quis negat graue esse? sed humanū est. Ad hoc genita es ut perderes, ut perires, ut sperares, metueres, alios teq; inquietares, mortem & timeres, & optares, & quod est pessimū, nunq; scires cuius esses status. Siquis Syracusas petenti diceret, Omnia incōmoda, omnes uoluptates futuræ peregrinationis tuæ ante cognosce, dein de ita nauiga. Hæc sunt quæ mirari possis: uidebis primū ipsam insulā ab Italia angusto interciſam freto, quam cōtinenti quondā † cessisse cōstat, subito illud mare irrupit, *iunctam fuisse* et Hesperiū Siculo latus abscidit: deinde uidebis, licebit enim tibi auidissimū maris uerticem restringere, fretū, illā fabulosam Charybdim dico, quamdiu ab austro uacat, quæ tā, at si quis inde uentus spirauit, hiatu magno profundoq; nauigia sorbentē. Videbis celebratissimū carminibus fontē Arethusam, nidi tissimi ac perlucidissimi ad imū stagni, gelidissimas aquas profundentem: siue illas primum nascentes inuenit, siue flumen integrū subter tot maria, & à cōfusione peioris undæ seruatum reddidit. Videbis portum quietissimū omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adiuuit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus, sic tutũ, ut ne maximarũ quidẽ tempestatũ locus furori sit. Videbis ubi Athe-
narum potentia fracta, ubi tot milia captiuorũ, ille excisis infinitam altitudinem saxis,
al. laxius Naulius carcer incluserat, & ipsam ingentẽ ciuitatem, & †latius territoriũ quàm mul-
tarũ urbiũ fines sint: lympidissima hyberna, & nullũ diem sine interuentu solis: sed eũ
omnia ista cognoueris, grauis & insalubris æstas, hyberni cœli beneficia corrũpit. Erit
Dionysius illic tyrannus, libertatis, iusticiæ, legũ exitiũ, dominationis cupidus, etiam
post Platonẽ, uitæ, etiã post exitiũ: alios uret, alios uerberabit, alios ob leuem offensam
iubebit detruncari, accerset ad libidinẽ mares fœminasq́, & inter fœdos regiæ intem-
perantiæ greges parum erit simul binis coire. Audisti quid te inuitare possit, quid ab-
sterrere. Proinde, aut nauiga, aut resiste. Post hanc denunciationem, siquis dixisset in-
trare se Syracusas uelle, satis ne iustam querelam de ullo, nisi de se habere posset, qui
non incidisset in illam, sed prudens sciensq́ uenisset. Dicet omnibus nobis natura, ne-
minem decipio. Tu si filios sustuleris, potes habere formosos, & deformes, sed si for-
tasse tibi multi nascentur, esse ex illis aliquis tam seruator patriæ quàm proditor pote-
rit. Non est quod speres tantæ dignationis futuros, ut nemo tibi propter illos maledi-
cere audeat. propone tamen & tantæ futuros turpitudinis, ut ipsis maledictum sit. Ni-
hil uetat illos tibi suprema præstare, & laudari te à liberis tuis, sed sic te para tanquam
in ignem positura, uel puerum, uel iuuenem, uel senem. Nihil enim ad rem pertinent
anni, quoniam nullum non acerbum funus est, quod parens sequitur.

CAP. XVIII. Post has leges propositas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas, qui tibi nihil spo
ponderunt. Ad hanc imaginem agedum totius uitæ introitum referamus. Syracusas
uisere deliberãti tibi quicquid delectare poterat, quicquid offendere, expositi: puta na-
scenti me tibi uenire in consilium, intratura es urbem dijs hominibusq́ communem,
omnia complexam, certis legibus æternisq́ deuinctam, indefatigata cœlestium officia
uoluentem. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis uno sydere omnia impleri,
solem quotidiano cursu diei noctisq́ spatia signantem, annũ, æstatem, hyememq́ æ-
qualiter diuidentem. Videbis nocturnã lunæ succession em à fraternis occursionibus
lene remissumq́ lumen mutuantem, & modo toto ore terris imminentem, accessioni-
bus, damnisq́ mirabilem, semper proximæ dissimilem. Videbis quinq́ sydera diuer-
sas agentia uias, & in contrariũ præcipiti mundo nitentia, ex horũ leuissimis motibus
fortunæ populorũ dependent, & maxima ac minima proinde formantur, prout æquũ
iniquumue sydus incessit. Miraberis cõiecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua ful-
mina, & cœli fragorem. Cum satiatos spectaculo superiorum in terram oculos deiece-
ris, excipiet te alia forma rerum aliterq́ mirabilis. Hinc camporum in infinitum paten
tium fusa planicies. Hinc montiũ magnis & niualibus surgentium iugis, erecti in sub-
lime uertices, deiectus fluminũ, & ex uno fonte in orientem occidentemq́ defusi am-
nes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & tantum syluarum cum suis animali-
bus, autumq́ concentu dissono. Varij urbium situs, & secluse nationes locorum dif-
ficultate, quarũ aliæ se in erectos subtrahunt montes, aliæ ripis, lacu, uallibus, palude,
circumfunduntur: adiuta cultu seges & arbusta sine cultore fertilia, & riuorum leuis
inter prata discursus, & amœni sinus, & littora in portum recedentia, sparsæ tot per ua
stum insulæ, quæ interuentu suo maria circumdant & distinguunt. Quid lapidũ gem-
marumq́ fulgor, & inter rapidorum torrentium cursum aurũ harenis interfluens, &
in medijs terris medioq́ rursus mari nitentes ignium faces, & uinculum terrarũ ocea-
nus, cõtinuationem gentium triplici sinu scindens, & ingenti licentia exæstuans. Vi-
debis his inquietis, et sine uento fluctuantibus aquis in mari, et fidem excedẽti magni-
tudine terrentia animalia, quædam grauia & alieno se magisterio mouentia, quædam
uelocia, concitatis perniciora nauigijs & remigijs, quædã haurientia undas, & magno
prænauigantium periculo efflantia. Videbis hic nauigia, quas non nouere terras que-
rentia. Videbis nihil humanæ audaciæ intentatum, erisq́ ei spectatrix, & ipsa pars ma
gna conantiũ discs, docebisq́ artes illas quæ uitam instruant, alias quæ ornent, alias
quæ regant. Sed istic erunt mille corporũ & animorũ pestes, & bella, & latrocinia, &
naufragia, & intemperies cœli, corporisq́, & charissimorum acerba desideria, & mors

incertũ an per facinus, an per pœnam cruciatumq́. Delibera tecum, & perpende quid
uelis, ut in illa uenias, per ista exeundũ est. Respondebis nolle te uiuere. Quid nic? imò
puto ad id non accedes, ex quo tibi aliquid detrahi doles. Viue ergo ut conuenit.

Nemo, inquis, nos consuluit, Consulti sunt de nobis parentes nostri, qui cum con- CAP. XIX.
ditionem uitæ nossent, in hanc nos sustulerunt. Sed ut ad solatia ueniam, uidebis pri-
mum quid curandum sit, deinde quemadmodum. Mouet lugentem desiderium eius,
quem dilexit, id per se desiderabile apparet. Absentes enim futuros dum uiuerẽt non
flemus, quamuis omnis usus illorum nobis & conspectus ereptus sit. Opinio est ergo
quæ nos cruciat, & tanti quodq́ malum est, quanti illud taxauimus. In nostra potesta-
te remedium habemus. Iudicemus illos abesse, & nosmetipsi nõ fallamus. Dimisimus
illos, imò consecuturi præmisimus. Mouet & illud lugentem, non erit qui me defen-
dat, qui contemptum uindicet. Vt minime probabili, sed uero solatio utar, In ciuitate
nostra plus orbitas confert quàm eripit. Adeoq́ senectutem solitudo, quæ solebat de-
struere, ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, & liberos seruent, & or
bitatem manufaciant. Scio quid dicas. Non mouent me detrimenta mea, etenim non
est dignus solatio, qui filium sibi decessisse sicut mancipium moleste fert, cui quicquam
in filio respicere præter ipsum uacat. Quid igitur te Martia mouet? Vtrum quod filius
tuus decessit, an quod non diu uixit? Si quod decessit, semper debuisti dolere, semper
enim scisti moriturum. Cogita nullis defunctum malis affici. Illa quæ nobis inferos fa-
ciunt terribiles, fabula est. Nullas imminere mortuis tenebras, nec carcerẽ, nec flumina
flagrantia igne, nec obliuionis amnem, nec tribunalia, nullos in illa reos libertate tam
laxa, nullos iterum tyrannos. Luserunt ista poëtæ, & uanis nos agitauere terroribus.
Mors omnium dolorũ & solutio est, & finis, ultra quam mala nostra non exeunt, quæ
nos in illam tranquillitatem, in qua anteq́ nasceremur iacuimus, reponit. Si mortuo-
rum aliquis misereatur, & non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est.
Id enim potest aut bonũ aut malum esse, quod aliquid est: quod uerò ipsum nihil est,
& omnia ad nihil redigit, nulli nos fortunæ tradit. Mala enim bonaq́ circa aliquã uer-
santur materiam. Nõ potest fortuna tenere, quod natura dimisit, nec potest miser esse,
qui nullus est. Excessit filius tuus terminos, intra quos seruijt. Excepit illum magna &
æterna pax, non paupertatis metu, non diuitiarum cura, non libidinis per uoluptatem
animos carpentis stimulis incessitur, nõ inuidia felicitatis alienæ tangitur, nec suæ pre-
mitur, nec conuitijs quidem ullis uerecundæ aures uerberantur, & nulla publica cla-
des conspicitur, nulla priuata, non solicitus futuri pendet ex euentu, semper in dete-
riora dependenti. Tandem ibi constitit, unde nil eum pellat, ubi nil teneat.

O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut ut optimũ inuentũ naturæ lau- CAP. XX.
datur, quæ siue felicitatem includit, siue calamitatem repellit, siue satietatem aut lassi-
tudinem senis terminat, siue iuuenile æuum, dum meliora sperantur in flore deducit,
siue pueritiã ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdã
uotum, de nullis melius merita, quàm de his ad quos uenit antequã inuocaretur. Hæc
seruitutẽ inuito domino remittit. Hæc captiuorũ cathenas leuat, carcere educit, quos
exire imperiũ impotens uetuerat. Hæc exulibus in patriam semper animum oculosq́
tendentibus, ostendit, nihil interesse inter quos quisq́ iaceat, Hęc ubi res fortuna male
diuisit, & æquo iure genitos, aliũ alij donauit, exæquat omnia. Hæc est quæ nihil quic-
quam alieno fecit arbitrio. Hæc est in qua nemo humilitatem sensit. Hæc est quæ nulli
paruit. Hæc est Martia quam pater tuus cõcupiuit. Hæc est, inquam, quæ efficit, ut na-
sci non sit supplicium, quæ efficit, ut non concidam aduersus minas casuum, ut seruare
animum saluum ac potentem sui possim. Habeo quod appellẽ. Video istic cruces non
unius quidem generis, sed aliter ab alijs fabricatas, Alij capite conuersos in terram su-
spendere, alij per obscœna stipitem egerunt, alij brachia patibulo explicuerũt. Video
fidiculas, uideo uerberã, & membris & singulis articulis singula docuerunt machina-
menta, & uideo mortem. Sunt istic hostes cruenti, ciues superbi. Sed uideo istic et mor
tem. Non est molestum seruire, ubi si domini pertesum est, licet uno gradu ad liberta-
tem transire, coram te iura uitæ beneficio mortis habeo. Cogita quantum boni opor-

tuna

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuna mors habeat, quam multis diutius uixisse nocuerit. Si Cn. Pompeiũ, decus istius firmamentũq; imperij, Neapolis fortuna abstulisset, indubitatus populi Romani princeps excesserat. At nunc exigui temporis adiectio, fastigio illum suo depulit. Vidit legiones in conspectu suo cæsas, & ex illo prælio in quo prima acies senatus fuit, quàm infelices reliquiæ sunt, Imperatorem ipsum superfuisse: uidit Aegyptiũ carnificem, & sacrosanctum uictoribus corpus satelliti præstitit, etiam si incolumis fuisset pœnitentiam salutis acturus. Quid enim erat turpius, quàm Pompeiũ uiuere beneficio regis? M. Cicero si eo tempore, quo Catilinæ sicas deuitauit, quibus pariter cum patria petitus est, concidisset, liberata Repub. conseruator eius, si deniq; filiæ suæ sunus secutus fuisset, tunc felix mori potuit. Non uidisset strictos in ciuilia capita mucrones, nec diuisa percussoribus occisorum bona, ut etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia uendentem, nec cædes, nec locata publicè latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum. M. Catonem si à Cypro & hæreditatis regiæ dispensatione redeuntem mare deuoraſſet, uel cum illa pecunia, quam afferebat ciuili bello stipendium, nónne illi bene actum foret? hoc certe secum tulisset, neminem ausurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio pauciſſimorum, uirum libertati non suæ tantum, sed publicæ natã coëgit Cæsarem fugere, Pompeium sequi. Nihil ergo mali immatura mors attulit illi, omnium etiam malorum remisit patientiam. Nimis cito perijt & immaturus. Primũ puta illi superfuisse, comprehẽde quantum plurimum procedere homini licet, quantũ est, ad breuissimum tempus editi cito cessuri loco. Venienti in pactũ hoc, prospicimus hospitiũ, de nostris ætatibus loquor, quas incredibili celeritate conuolui constat. Computa urbium secula, uidebis quàm nõ diu steterint etiam quæ uetustate gloriantur. Omnia humana breuia & caduca sunt, infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cũ populis, urbibusq;, & fluminibus, et ambitu maris puncti loco ponimus, ad uniuersa referentes, minorem portionem ætas nostra quàm partem puncti habet, si tempori comparetur omni. Huius est enim maior mensura quàm mundi, utpote cum ille se intra huius spatium remetiatur. Quid ergo interest id extẽdere, cuius quantumcunq; fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo, imò multum est quod uiuimus, si satis est. Licet mihi uaces, & in moram tardatæ senectutis nouies centenos decenosq; pereenseas annos, cum ad omne tempus dimiseris animũ, nulla erit illa breuissimi longissimiq; æui differentia, si inspecto quanto quis uixerit spacio, comparueris quanto non uixerit. Deinde non immaturus decessit, Vixit enim quantum debuit uiuere. Nihil enim iam supererat. Nõ una hominibus senectus est, ut ne animalibus quidem, intra xiiij. quædam annos defatigauit, & hæc illis longissima ætas est, quæ homini prima. Dispar cuiq; uiuendi facultas data est. Nemo nimis cito moritur, qui uicturus diutius quàm uixit non fuit. Fixus est cuiq; terminus, manebit ubi positus est, nec ullum ulterius diligentia aut gratia promouebit, †scit libenter illum ex consilio perdidisse. Tulit suum, metasq; dati peruenit ad æui. Non est itaq; quod sic te oneres, potuit diutius uiuere, non est interrupta eius uita, nec unquam se annis casus interiecit. Soluitur quod cuiq; promissum est, eunt ut sua fata, nec adijciunt quicquam, nec ex promisso semel demunt. Et frustra uota ac studia fiunt. Habebit quisq; quantum illi dies primus aſcripsit, ex illo quo primũ lucem uidit iter mortis ingressus est, accessitq; fato propior, & illi ipsi, qui adijciebantur adolescentiæ anni, uitæ detrahebantur. In hoc omnes errore uersamur, ut non putemus ad mortem, nisi senes inclinatosq; iam uergere, cum illò infantia statim & iuuenta omnisq; ætas ferat. Auguria opus suum, fata nobis sensum nostræ necis auferunt, quoq; facilius obrepat mors, sub ipso uitæ nomine latet. Infantem in se pueritia conuertit. Puritiam pubertas, iuuentutem senectus abstulit. Incrementa ipsa si bene computes damna sunt.

dl. nec illũ diligentia ex cõsilio perdidit.

CAP. XXI. Quereris Martia non tam diu uixisse filium tuũ quàm potuisse. Vnde enim scis an diutius illi expedierit, an illi hac morte consultum sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam bene positæ sint et fundatæ, ut nihil illi, procedenti tempore timendum sit? Labuntur humana ac fluunt. Nulla pars uitæ nostræ tam obnoxia aut tenera est, quàm quæ maximè placet. Ideoq; felicissimis optanda mors est, quia in tanta incõstantia rerum, nihil nisi quod præterijt certum est. Quis tibi recepit, illud pulcherrimum filij tui corpus, in summa pudoris custodia, inter luxuriosæ urbis oculos cõseruaturũ, si potuisset ita morbos euadere, ut ad senectutem formæ illæsum perferret decus.

Cogita animi mille labes. Neq; enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, usq; in senectutem pertulerunt, sed interuersa pleruncq; sunt, aut fœda prologui, ex quo luxuria fœdior inuasit, & cogit dehonestare speciosa principia. Aut in popinam uentremq; proiectis, summa illis curarũ fuit, quid essent, quid biberent. Adijce incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medicorum, ossa uiuis legentium, & totas in uiscera manus demittentium, & nõ simplici dolore pudenda curantium. Post hæc exilium. Non fuit innocentior filius tuus, quàm Rutilius, quàm Coruncanus, non fuit sapientior quàm Socrates, non fuit sanctior quàm Cato, qui uoluntario uulnere transfixit pectus. Cum ista perspexeris, scies optime cum his agi, quos natura, quia illos hoc manebat uitæ stipendium, cito in tutum recepit. Nihil est tam fallax, quàm uita humana, nihil tam insidiosum, non mehercule quisquam accepisset, nisi daretur inscijs. Itaq; felicissimum est non nasci, proximum puto breuitate uitæ defunctos, cito in integrum restitui. Propone illud acerbissimum tibi tempus, quo Seianus patrem tuum elicti suo Atrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob unũ aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat, Seianum in ceruices nostras nec imponi quidem, sed descendere. Decernebantur illæ statuæ in Pompeij theatro ponendæ, quod exustum Cæsar reficiebat. Exclamauit tunc Cordus, uere theatrum perire. Quis ergo non rumperetur, supra cineres Cn. Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi imperatoris consecrari pessimum militẽ: consecrãtur subscriptio, & acerrimi canes, quos ille ut sibi mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circũlatrare etiam hominem illum imparatum incipiunt. Quid faceret si uiuere uellet, Seianus rogandus erat, si mori, filia, uterq; inexorabilis. Cõstituit filiã fallere. Vsus itaq; balneo, & quo plus imponeret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit, & dimissis pueris quædam per fenestram, ut uideretur edisse, proiecit à cœna. Deinde quasi iam satis in cubiculo edisset, abstinuit, alteroq; die, & tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaq; te Charissima, inquit, filia, & hoc unum tota celata uita, iter mortis ingressus sum, & iam medium ferè teneo. Reuocare me nec debes, nec potes. Atq; ita lumẽ omne præcludi iussit, & se in tenebris condidit. Cognito consilio eius, publica uoluptas erat, quod è faucibus auidissimorũ luporũ educeretur præda. Accusatores, Seiano autore, adeunt consulũ tribunalia, queruntur mori Cordum, ut interpellarẽt quod coẽgerant. Adeò illis Cordus uidebatur effugere. Magna res erat in quæstione, an mortis rei perderentur, dum deliberatur, dum accusatores itetum adeunt, ille se absoluerat. Vides ne Martia quantæ iniquorum temporum uires exinopinato ingruant? Fles quod quenq; tuorum mori necesse fuit, penè non licuit.

CAP. XXII.

CAP. XXIII. Præter hoc etiam omne futurum incertum est, & ad deteriora certius. Facilius ad superos iter est, animis cito ab humana conuersatione dimissis, minus enim fecis ponderis traxerunt: anteq; obducerentur, & altius terrena conciperent, liberati, leuiores ad originem suam reuolant, & facilius quicquid est illud absoluti transfluũt. Nec unq; magnis ingenijs chara in corpore mora est. Exire atq; erumpere gestiunt, ægrè has angustias ferunt, uagi per omne sublime, & ex alto assueti humana despicere. Inde est quod Plato clamat, Sapientis animum totum in morte prominere, hoc uelle, hoc meditari, hac semper cupedine ferri in exteriora tendentem. Quid tu Martia, cum uideres senilem in iuuene prudentiam, uictorem omnium uoluptatum animum, emendatum, carentem uitio, diuitias sine auaritia, honores sine ambitione, uoluptates sine luxuria appetentem, diu tibi putabas illum sospitem posse contingere? Quicquid ad summum uenit, ad exitum prope est. Eripit se aufertq; ex oculis perfecta uirtus. Nec ultimum tempus expectant, quæ in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Viuacior est, qui cum lenta difficiliq; materia commissus, fumoq; demersus ex sordido lucet, eadem enim detinet causa, quæ maligne alit. Sic ingenia quæ illustriora, breuiora sunt. Nã ubi incremento locus non est, uicinus occasus est. Fabianus ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait, quod noſtri quoq; parentes uidere, puerum Romæ fuiſſe, ſtatura ingentis uiri: ſed hic cito deceſſit, & moriturum breui nemo non prudens dixit. Non poterat enim ad illam ætatem peruenire, quam præceperat. Ita eſt indicium imminentis exitŋ maturitas, & appetit finis, ubi incrementa conſumpta ſunt.

CAP. XXIII Incipe uirtutibus illum, non annis æſtimare: ſatis diu uixit, pupillus relictus ſub tutorũ cura, uſq; ad decimumquartum annum fuit ſub matris cuſtodia ſemper, cum haberet ſuos penates, relinquere tuos noluit. Adoleſcens ſtatura, pulchritudine, cætero corporis robore caſtris natus, militiam recuſauit, ne à te diſcederet. Computa Martia quàm raro liberos uideant, quæ in diuerſis domibus habitant. Cogita tot illos perire annos matribus, & per ſolicitudinem exigi, quibus filios in exercitu habẽt. Scies multum patuiſſe hoc tempus, ex quo nihil perdidiſti. Nunquam à conſpectu tuo receſſit, ſub oculis tuis ſtudia formauit excellentis ingenij & æquaturi animum, niſi obſtitiſſet uerecundia, quæ multorum profectus ſilentio preſſit. Adoleſcens rariſſimæ formæ in tam magna mulierum turba uiros corrumpentium, nullius fœminæ ſpei ſe præbuit, Et cum quarundam uſq; ad tentandũ peruenĩſſet improbitas, erubuit quaſi peccaſſet, quod placuerat. Hac ſanctitate morũ effecit, ut puer admodum dignus ſacerdotio uideretur, materna ſine dubio ſuffragatione. Sed ne mater quidem niſi pro bono candidato ualuiſſet, harum contemplatione uirtutum filium gerit. Quid ſi nunc ille tibi magis uacat? Nunc nihil habet quò uocetur. Nunquam tibi ſolicitudini, nunquam mœrori erit, quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluiſti. Cætera exempta caſibus, plena uoluptatis ſunt, ſi modo uti filio ſcis, ſi modo quid in illo precioſiſſimũ fuerit intelligis, imago duntaxat filij tui periit, & effigies non ſimillima. Ipſe quidem æternus meliorisq; nũc ſtatus eſt, diſpoliatus oneribus alienis, & ſibi relictus. Hæc quæ uides oſſa circũuoluta neruis, & obductam cutẽ, uultũq;, & miniſtras manus, & cætera quibus inuoluti ſumus, uincula animorũ tenebræq; ſunt. Obruitur his animus, effigatur, inficitur, arcetur à diuerſis, & ſuis in falſa cõiectus: omne illi cum hac carne graui certamen eſt, ne abſtrahatur & ſidat, nititur illo, unde dimiſſus eſt, ibi illum æterna requies manet pro confuſis craſſisq; pura & liquida referentem.

CAP. XXV. Proinde non eſt quod ad ſepulchrum filij tui curras. Peſſima eius & ipſi moleſtiſſima iſtic iacent oſſa cineresq;, non magis illius partes quàm ueſtes, aliaq; tegumenta corporum. Integer ille, nihilq; terris relinquens fugit, & totus exceſſit: paulumq; ſupra nos commoratus, dum expurgat inhærentia uitia ſitumq; omnis mortalis ætui excutit, deinde ad excelſa ſublatus, inter felices currit animas, excipitq; illũ cœtus facer, Scipiones, Catonesq;, utiq; contemptores uitæ, & mortis beneficio liberi. Parens tuus Martia illic nepotem ſuum, quanquam illic omnibus omne cognatũ eſt, applicat ſibi noua luce gaudentem, & uicinorum ſyderum meatus docet, nec ex coniecturis, ſed omnium ex uero peritus in arcana naturæ liber ducit. Vtq; ignotarũ urbium monſtratus hoſpiti gratus eſt, ita ſciſcitanti cœleſtium cauſas, domeſticus interpres: & in profunda terrarũ promittere aciem iuuat. Delectat enim ex alto relicta reſpicere. Sic itaq; Martia te gere, tanquam ſub oculis patris filijq; poſita, non illorum quos noueras, ſed tanto excellentiorum, & in ſummo locatorum: erubeſce quicquam humile aut uulgare, & mutatos in melius tuos flere, in æterna rerum per uaſta & libera ſpacia dimiſſos. Non illos interfuſa maria diſcludunt, nec altitudo montium aut inuiæ ualles, aut incerta uada Syrtium: tramites plani, & ex facili mobiles, & expediti, & inuicem peruij ſunt, intermixtiq; ſyderibus.

CAP. XXVI. Puta itaq; ex illa arce cœleſti patrem tuum Martia, & cui tantum apud te autoritatis erat, quantum tibi apud filium tuum, nõ illo ingenio, quo ciuilia bella defleuit, quo proſcribẽtes in æternum ipſe proſcripſit, ſed tanto clariore, quanto eſt ipſe ſublimior, dicere: Cur te filia tam longa tenet ægritudo? Cur in tanta ueri ignorantia uerſaris, ut inique actum iudices cum filio tuo, quod in tædium uerſus uitæ ipſe ad maiores ſe receperit ſuos? Neſcis quantis fortuna procellis diſturbet omnia? quàm nullis benignam facile ſe præſtitit, niſi qui in unum cum illa contraxerat. Reges ne diceres felicitſſimos futuros, ſi maturius illos mors ſtantibus ſubtraxiſſet malis? An Romanos duces, quorum

rum nihil magnitudini deerit, ſi aliquid ætati detraxeris? An nobiliſſimos uiros clariſſimoſq; ad ictum militaris gladij compoſita ceruice formatos? Reſpice patrem atque auum tuum. Ille in alieni percuſſoris uenit arbitrium. Ego nihil in me cuiquam permiſi, & cibo prohibitus oſtendi, quàm magno me iuuat animo ſcripſiſſe. Cur in domo noſtra diutiſſime lugetur, qui feliciſſime moritur? Coimus in unum omnes, uidemusq; uos alta nocte circundari. Nil apud uos ut putatis optabile, nil excelſum, nil ſplendidum, ſed humilia cuncta, & grauia, & anxia, & quotam partem luminis noſtri cernentia. Quid dicam, nulla hic arma mutuis furere concurſibus, nec claſſes claſſibus frangi, nec parricidia, aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus ſtrepere dies perpetuos, † nihil in obſcuro, detectas mentes, & aperta præcordia, & in publico medioq; uitam, & omnis æui proſpectum, uenientiumq;. Iuuabit unius ſeculi me fata componere in partem ultima mundi, & inter pauciſſimos geſta, tot ſecula, tot ætatum contextam ſeriem, quicquid annorum eſt, licet uiſere, licet ſurrectura, licet ruitura regna proſpicere, & magnarum urbium lapſus, & maris nouos curſus. Nam ſi poteſt tibi ſolatio eſſe deſide rijs tuis commune fatum, nihil conſtat loco ſtabili, & nihil quo ſtat loco ſtabit. Omnia ſternet, adducetq; ſecum uetuſtas, nec hominibus ſolum (Quota enim iſta fortuitæ potentiæ portio eſt) ſed locis, ſed regionibus, ſed mundi partibus ludet, tot ſupprimet montes, & alibi rupes in altum nouas exprimet, maria ſorbebit, flumina auertet, & commercio gentium rupto, ſocietatem generis humani cœtuſq; diſſoluet. Alibi hiatibus uaſtis ſubducet urbes, tremoribus quatiet, & ex infimo peſtilentiæ halitus mittet, et inundationibus quicquid habitatur, obducet. Necabitq; omne animal orbe ſubmerſo, & ignibus uaſtis torrebit incendetq; mortalia. Et cum tempus aduenerit, quo ſe mundus renouaturus extinguat, uiribus iſta ſe ſuis cædent, & ſydera ſyderibus incurrent, & omni flagrante materia, uno igne quicquid nunc ex diſpoſito lucet, ardebit. Nos quoq; felices ánima, & æternæ ſorte, cum deo uiſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis, & ipſius parua ruinæ ingentis acceſſio in antiqua elementa uertemur. Felicem filium tuum Martia, qui iſta iam nouit.

aliter, uel

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD MARTIAM.

Cap. 1. *Salamannos ſatellites. Alius habebat, Seſanianos, Rodolphus annotarat, Seianianos.*

Cap. 4. *Vſque in hunc diem Liuia. Hic uidentur aliunde aſſuta quædam, quæ nihil faciunt ad ſenſum, nimirum hæc. Aſſiduus uirtutum comes, cui non tantum quæ in publicum emittunt uota, ſed omnes qui ſunt ſecretiores animorum motus. His ſublatis congruit orationis tenor, uſque in hunc diem Liuia, quantum quidem ego ſciam, deeſſi operam, ne quid eſſet &c.*

Cap. 10. *Alios ignibus peruret, uel in pœnam admotis, uel incerta nudos maria iactabit. Conſentiebant exemplaria. Legendum arbitror, Alios ignibus peruret uel in pœnam admotis, uel incertis, ſiue infertis, alios nudos mari iactabit. Incertos ignes uocat, incendium forte ortũ. Infertos ignes intelligas licet, febres ac peſtilentias. Alij ignes admouentur, alij inferuntur.*

Cap. 28. *Semper in deteriora dependenti. Alius, ſemper interiora dependendi. Rodolphus ſemper anteriora deprendens, quanquam dependens bene habebat.*

LVCII ANNEI SENECAE AD ALBINAM MATREM DE CONSOLATIONE LIBER VNVS.

Sæpe iam mater optima impetum cepi cõſolandi te, ſæpe continui. Vt auderem, multa me interpellabant. Primum uidebar depoſiturus omnia incõmoda, cum lachrymas tuas, etiam ſi ſupprimere non potuiſſem, abſterſiſſem. Deinde plus habiturum me autoritatis non dubitabam ad excitandam te, ſi prior ipſe conſurrexiſſem. Præterea timebam ne à me nõ uicta fortuna aliquem meorum uinceret. Itaq; utcunq; conabar manu ſuper plagam meam impoſita, ad obliganda uulnera ueſtra reptare. Hoc propoſitum meum erat. Rurſusq; retardare, dum recens sæuiret. Sciebam dolori tuo occurrendum non eſſe, ne ipſum ſolatia iritarent, & accenderent. Nam in morbis quoq; nihil eſt magis periculoſum, nec pernicioſum, quàm immatura medicina. Expectabam dum ipſe uires ſuas frangeret, & ad ſuſtinenda remedia mora mitigatus, tangi ſe ac tractari pateretur. Præterea cum clariſſimorum omnia ingeniorum monumenta, ad compeſcendos moderandoſq; luctus compoſita

Universidad de Deusto
Biblioteca

euoluerem, non inueniebam exemplum eius, qui consolatus suos esset, cum ipse ab illis comploraretur. Ita in re noua hæsitabam, uerebarq; ne hoc non consolatio, sed exulceratio. Quid quod nouis uerbis, nec ex uulgari & quotidiana sumptis allocutione, opus erat homini ad cõsolandos suos, ex ipso rogo caput alleuanti. Omnis autem magnitudo doloris modum excedẽtis, necesse est ut stilo delectum uerborum eripiat, cum sæpe uocem quoq; ipsam intercludat. Vtcunq; connitar, non fiducia ingenij, sed qua possum instar efficacissimæ consolationis esse consolator. Cui nihil negares, huic
CAP. II hoc utiq; te non esse negaturam (licet omnis mœror contumax sit) spero, ut desiderio tuo uelis à me modum statui. Vide quantum de indulgentia tua promiserim mihi, potentiorem me futurum apud te nõ dubito quàm dolorem tuum, quo nihil est apud miseros potentius. Itaq; ne statim cum eo concurram, adero prius illi, & quibus excitetur ingeram, omnia proferam, & rescindam quæ iam obducta sunt. Dicet aliquis, quod hoc genus est consolandi, obliterata mala reuocare, & animum in omnium errumnarum suarum conspectu collocare, uix unius patientem? Sed is cogitet quæcunq; usq; eo pernicioſa sunt, ut contra remedium conualuerint, plerunq; contrarijs curari. Omnes itaq; luctus suos, omnia lugubria admouebo. Hoc erit non molli uia mederi, sed urere ac secare. Quid cõsequar? ut pudeat animum, tot miseriarum uictorem, ægre ferre unũ uulnus in corpore tam cicatricoso, Fleant itaq; diutius & gemant, quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, ut ad leuissimarum iniuriarum motus collabantur: at quorum omnes anni per calamitates transierunt, grauissima quoq; forti & immobili constantia perferant. Vnũ habet assidua infelicitas boni, quod quos sæpe uexat, nouissime indurat. Nullam tibi uacationem dedit à grauissimis luctibus, nec natalem quidem tuum excepit. Amisisti matrem statim nata, imò dum nascereris, & ad uitam quodammodo exposita, creuisti sub nouerca, quam tu quidem omni obsequio, & pietate, quanta uel in filia cõspici potest, matrem fieri coëgisti. Nulli † tam magno constitit & bona nouerca. Auunculum indulgentissimum optimum ac fortissimum uirum, cum aduentum eius expectares, amisisti. Et ne sæuitiam suam fortuna leuiorem deducendo faceret, intra tricesimum diem, charissimum uirum tuum, ex quo mater trium liberorum eras, extulisti. Lugenti tibi luctus nunciatus est, omnibus quidem absentibus liberis, quasi de industria in id tempus cõiectis malis tuis, ut nihil esset ubi se dolor tuus inclinaret. Transeo tot pericula, tot metus, quos sine interuallo uitæ incursantes pertulisti, modo in eundem sinũ, ex quo tres nepotes emiseras, ossa trium
al. osculis nepotum recepisti. Intra uigesimum diem, in quæ filium meum in manibus et in † oculis tuis mortuũ funeraueras, raptum me audisti. Hoc adhuc defuerat tibi, lugere uiuos.

CAP. III Grauissimum est ex omnibus, quæ unquam in corpus tuum descenderunt, recens uulnus, fateor, non summã cutem tenet, rupit, pectus, & uiscera ipsa diuisit. Sed quemadmodum tyrones leuiter saucij non uociferantur, et manus medicorum magis quàm ferrum horrent, at ueterani quamuis confossi patienter ac sine gemitu uelut aliena corpora excoriari patiuntur, ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. Lamentationes quidem & ululatus, & alia per quæ insciæ mulieres tumultuantur, amoue. Perditi sti enim tot mala, si nondũ misera esse didicisti. Et quid? Videor ne tecum timide egisse, cũ nil tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coaceruata ante te posui? Magno id animo feci. Constitui enim uincere dolore, dolorem tuum, non circumscribere.

CAP. IIII Vincam puto, primum si ostendero nihil me pati, propter quod possim dici miser, nedum propter quod miseros etiam quos cõtingam faciam. Deinde si ad te transiero, & probauero, ne tuam quidem grauem esse fortunam, quæ tota ex mea pendet. Hoc prius aggrediar, quod pietas tua audire gestit, nihil mali esse mihi: si hoc tibi demonstrare non potero, ipsas res quibus me putas premi non esse intollerabiles, faciam manifestum. Sin id credi non potuerit, at ego mihi ipse satis placebo, quod inter eas res beatus ero, quæ miseros solent facere. Non est quod de me alijs credas, ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adijciam, quo securior sis, nec fieri quidem me posse miserum.

CAP. V Bona conditione conditi sumus, si eam non deseruimus. Id egit rerum natura, ut ad bene

bene uiuendum non magno apparatu opus esset. Vnusquisq; facere se beatum potest. Leue momentum in aduenticijs rebus est, & quod in neutram partem magnas uires habeat. Nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt. Laborauit enim semper, ut in se plurimũ poneret, intra se omne gaudium peteretur. Quid ergo? sapientem me esse dico? Minime. Nam id quidem si profiteri possem, non tantum negarem misse rum me esse, sed omnium fortunatissimum, et in uicinum deo perductum prædicarem. Nunc, quod satis est ad omnes miserias leniendas, sapientibus uiris me dedi, & nondũ in auxilium mei ualidus, in aliena castra confugi, eorum scilicet, qui facile se & sua tuentur. Illi me iusserunt stare assidue, uelut in præsidio positum, & omnis conatus fortunæ, & omnes impetus prospicere, multo antequam incurrant. Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile eam sustinere potest, qui semper expectat. Nam & hostium aduentus eos prosternit, quos inopinate occupauit. At qui futuro se bello ante bellum parauerunt, compositi & adaptati primum, qui tumultuosissimus est, ictum facile excipiunt. Nunquam ego fortunæ credidi, etiam si uideretur pacem agere, omnia illa quæ in me diligentissime conferebat, pecuniam, honores, gloriam, eo loco posui, unde posset ea sine motu meo repetere. Interuallum inter me & illam magnum habui. Itaq; abstulit illa, non auulsit. Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius uelut sua & perpetua amauerunt, qui se propter illa suspici uoluerunt, iacent & mœrent, cum inualidos & pueriles animos, omnis solidæ uoluptatis ignaros, falsa & mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se lætis rebus non inflauit, nec mutatis contrahit, aduersus utrunq; statum inuictum animum tenet, exploratæ iam firmitatis. Nam in ipsa felicitate quid contra infelicitatem ualeret, est expertus. Itaq; ego in illis quæ omnes optant, existimaui semper nihil ueri boni inesse, cũ inania & speciosa ac decepturo fuco circumlita inueniantur, nihil habentia fronti suæ simile. Nam in illis quæ mala uocãtur, nihil tam terribile ac durum inuenio, quàm opinio uulgi minabatur. Verbum quidem ipsum, persuasione quadam, & cõsensu iam asperius ad aures uenit, & audientes tanquam triste & execrabile ferit, ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

Remoto igitur iudicio plurium, quos prima rerum facies utcunq; credita est, aufert, uideamus quid sit exilium, nempe loci commutatio est. Angustare uideor uim eius, & quicquid pessimum in se habet subtrahere. Hanc cõmutationem loci sequuntur incõmoda, paupertas, ignominia, contemptus. Aduersus ista postea confligam. Interim primum illud intueri uolo, quid acerbi afferat ipsa loci cõmutatio. Carere patria intolerabile est. Aspice hanc frequentiã, cui uix urbis immensa tecta sufficiũt. Maxima pars illius turbæ patria caret, ex municipijs & colonijs suis, ex toto deniq; orbe terrarũ confluxerunt: alios abducit ambitio, alios necessitas officij publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulentum, & oportunum uitijs locum quærens, alios liberalium studio rum cupiditas, alios spectacula. Quosdã traxit amicitia, quosdã industria, latam ostendendæ uirtuti nacta materiã: quidam uenalem formam suam attulerunt, quidam uenalem eloquentiã. Nullum non hominũ genus cõcurrit in urbem, & uirtutibus & uitijs magna precia ponentem. Iube omnes istos ad nomen citari, & unde domo quisq; sit, quære. Videbis maiorem partem esse, quæ relictis sedibus suis uenerit in maximã quidem ac pulcherrimã urbem, non tamen suam. Deinde ab hac ciuitate discede, quæ uelut cõmunis patria potest dici, omnes urbes circumi, Nulla est ubi magnã partem peregrinæ multitudinis non inuenias. Nunc transiliens ab ipsis, quarum amœna positio et opportunitas regionis plures allicier, deserta loca, & asperrimas insulas, Sciathũ & Seriphum, Gyarum & Corsicam pete. Nullũ inuenies exilium, in quo non aliquis animi causa moretur. Quid tam nudum inueniri potest? quid tam abruptã undiq; quàm hoc saxum? quid ad copias respicienti iciunius? quid ad homines immansuetius? quid ad ipsum loci situm horridius? quid ad cœli naturam intemperatius? plures tamen hic peregrini quàm ciues sunt & consistunt. Vsq; eo ergo commutatio ipsa locorum grauis non est, ut hic quoq; locus à patria quosdam abduxerit. Inuenio qui dicant inesse naturalem quandam animis iritationem cõmutandi sedes, & transferendi domicilia. Mobilis enim

CAP. VI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis enim & inquieta mens homini data est. Nusquã se tenet, spargitur, & cogitationes suas in omnia nota atq; ignota dimittit, uaga, & quietis impatiens, & nouitate rerum lætissima: quod non miraberis, si propriam eius originem aspexeris, non ex terreno & graui concreta corpore, ex illo cœlesti spiritu descendit. Cœlestium autem natura semper in motu est. Fugit, & uelocissimo cursu agitur. Aspice sydera mundi illustria. Nullum eorum perstat, Labitur assidue, & locum ex loco mutat, quamuis cum uniuerso uersatur, in contrarium nihilominus ipsi mundo refertur, per omnes signorum partes discurrit, perpetua eius cogitatio, & aliunde aliò commigratio est. Omnia uoluuntur. Semper in tumultu sunt, & ut lex & naturæ necessitas ordinauit aliunde aliò deferuntur. Cum per certa annorum spacia orbes suos explicuerunt, iterum ibunt per quæ uenerunt. Nunc & animum humanum, ex ijsdem quibus diuina constant compositum seminibus, moleste ferre puta transitum ac migrationem, cum dei natura assidua & citatissima cõmutatione, uel delectet se, uel conseruet. A cœlestibus agedum te ad humana cõuerte. Videbis gentes, populosq; mutasse sedem. Quid sibi uolunt in medijs Barbarorum nationibus Græcæ urbes? Quid inter Indos, Persasq; Macedonicus sermo? Scythia & totus ille ferarum, indomitarumq; gentium tractus, ciuitates Achaiæ Ponticis impositas littoribus ostentat. Non perpetuæ hyemis sæuitia, non hominum ingenia, ad similitudinem cœli sui horrentia, transferentibus domus suas obstiterũt. Atheniensis in Asia turba est. Miletus cccc.lxx, urbium populũ in diuersa effudit. Totum Italiæ latus quod inferiori mari alluitur, maior Græcia fuit. Tuscos Asia sibi uendicat. Tyrij Africam incolunt, in Hispania Pœni: Græci se in Galliam immiserunt, in Græciam Galli. Pyrenæus Germanorũ transitus non inhibuit, per inuia, per incognita uersauit se humana leuitas. Liberos, coniuges q;, & graues senio parentes traxerunt. Alij longo errore iactati, non iudicio elegerunt locum, sed lassitudine proximũ occupauerunt. Alij armis sibi ius in aliena terra fecerũt. Quasdam gentes cum ignota peterent, mare hausit. Qui ea ibi consederunt, ubi illos rerum inopia deposuit. Nec omnibus eadem causa relinquendi, quærendiq; patriam fuit. Alios excidia urbium suarum hostilibus armis elapsos, in aliena spoliatos suis, expulerunt. Alios domestica seditio submouit, alios superfluentis populi frequentia ad exonerãdas uires emisit. Alios pestilẽtia, aut frequens terrarũ hiatus, aut aliqua intolleranda infelicis soli uitia eiecerunt. Quosdam sertilis oræ in maius † lataæ fama corrupit. Alios alia causa exciuit domibus suis, Illud itaq; est manifestũ, nihil eodem loco mansisse quo genitũ est. Assiduus humani generis discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua urbium fundamenta iacsuntur. Noua gentiũ nomina, extinctis nominibus prioribus, aut in accessionem ualidioris cõuersis, oriuntur. Omnes autem istæ populorũ transformationes, quid aliud quàm publica exilia sunt? Quid tam longo te circuitu traho? Quid interest enumerare Antenorem Patauij conditorem, & Euandrum in ripa Tyberis regna Arcadum collocantem? Quid Diomedem, alios q; quos Troianum bellũ uictos simul uictores q; per alienas terras dissipauit? Romanum imperiũ nempe autorem exulem respicit, quem profugum, capta patria, exiguas reliquias trahentem, necessitas & uicinis metus, longinqua quærentẽ in Italiam deduxit. Hic deinde populus quot colonias in omnes prouincias misit, ubicunq; uicit, Romanus habitabat. Ad hanc commutationem locorum libenter nomina dabat, & relictis aris suis trans maria sequebatur colonus senex. Res quidem nõ desiderat plurium enumerationẽ: Vnum tamen adijciam, quod in oculos se ingerit. Hæc ipsa insula sæpe iam colonos mutauit.

CAP. VII

CAP. VIII Vt antiquiora quæ ueritas obduxit transeã, Phocide relicta, Grai qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula consederunt. Ex qua quid eos fugauerit incertum est, Vtrum cœli grauitas, an præpotentis Italiæ conspectus, an natura importuosi maris. Nam in causa non fuisse ueritatem accolarum, eo apparet, quod maxime tunc truculentis & incognitis Galliæ populis se interposuerunt. Transierunt deinde Ligures in eam, transierunt et Hispani, quod ex similitudine ritus apparet. Eadem enim tegumenta capitum, idemq; genus calceamenti, quod Cantabris est, & uerba quædam. Nam totus sermo conuersatione Græcorum, Ligurumq; primo desciuit. Deductæ deinde sunt duæ

duæ ciuium Romanorum Coloniæ, altera à Mario, altera à Sylla. Toties huius aridi et spinosi saxi mutatus est populus, uix deniq; inuenies ullam terram, quam etiam nunc indigenæ colant. Permixta omnia & instituta sunt. Alius alij successit. Hic cõcupiuit, quod alij fastidio fuit, ille unde expulerat, eiectus est. Ita fato placuit, nullius rei eodem semper loco stare fortunam. Aduersus ipsam mutationem locorum, detractis certis incommodis quæ exilio adhærent, satis hoc remedij putat Varro doctissimus Romanorum, quod quocunq; uenimus eadem rerum natura utendum est. M. Brutus satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus uirtutes suas ad locum ferre secum, ad quem migraturi sunt. Hæc etiam siquis singula parum iudicat efficacia ad consolandũ exulem, utraq; in unum collata fatebitur plurimũ posse. Quantulũ enim est quod perdidimus. Duo quæ pulcherrima sunt, quocunq; nos mouerimus, sequentur, natura cõmunis et propria uirtus. Id actum est, mihi crede, ab illo, quisquis formator uniuersi fuit, siue ille deus est potens omniũ, siue incorporalis ratio ingentium operum artifex, siue diuinus spiritus per omnia maxima ac minima, æquali intentione diffusus, siue fatum & mutabilis causarum inter se cohærentiũ series, Id, inquam, actum est, ut in alienũ arbitrium, nisi uilissima quæq; non caderent. Quicquid optimũ homini est, id extra humanã potentiã iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus hic, quo nihil neq; maius, neq; ornatius, rerũ natura genuit. Animus contemplator, admiratorq; mundi, pars eius magnificentissima, propria nobis, & perpetua, tamdiu nobiscum mansura, quamdiu ipsi manebimus. Alacres itaq; & erecti quocunq; res tulerit, intrepido gradu properemus.

CAP. IX Emetiamur quascunq; terras, nullum inuenturi solum intra mundũ quod alienum homini est. Vndecunq; ex æquo ad cœlum erigitur acies, paribus interuallis omnia diuina ab omnibus humanis distant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo eius insatiabiles sunt, non obducantur, dum mihi lunam solemq; intueri liceat, dum cæteris inhærere syderibus, dum ortus eorũ, occasus, interuallaq;, & causas inuestigare uelocius meandi, uel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes, & alias immobiles, alias non in magnum spacium exeuntes, sed intra se circũagentes suum uestigiũ, quasdam subito erumpentes, quasdam igne fuso perstringentes aciem, quasi decidãt, uel longo tractu cum luce multa præteruolantes. Dum cũ his sim, & cœlestibus (qua homini fas est) immiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem, in sublimi semper habeam, quantum refert mea quid calcem? Atqui non est hæc terra frugifera aut lætarũ arborum ferax. Non magnis & nauigabilibus fluminũ alueis irrigatur. Nihil gignit, quod aliæ gentes petant, uix ad tutelam incolentiũ fertilis. Non preciosus hic lapis cæditur, Non auri argenti q; uenæ eximuntur, Angustus animus est, quem terrena delectant. Ad illa adducendus est, quę ubiq; æque splendent: & hoc cogitandũ est, ista ueris bonis per falsa & praue credita obstare: quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustulerint, quo latius uicos correxerint, quo depressius æstiuos specus foderint, quo maiori mole fastigia † cœnationũ sub duxerint, hoc plus erit quod illis cœlum abscondat. In eam te regionem casus eiecit, in qua latissimum receptaculum casa est. Næ & tu pusilli animi es & sordide se consolantis, si non id fortiter pateris, quæ Romuli casam nosti. Dic illud potius. Istud humile tugurium nempe uirtutes recipit. Iam omnibus templis formosius erit, cum illic iusticia conspecta fuerit, cum prudentia, pietas omnium officiorum recte dispensandorum ratio, humanorũ diuinorum q; scientia. Nullus angustus est locus, qui hanc tam magnarum uirtutũ turbam capit, nullum exiliũ graue est, in quo licet cum hoc ire comitatu. Brutus in eo libro quem de uirtute composuit, ait se uidisse Marcellum Mitylenis exulantem, & quantũ modo natura hominis pateretur, beatissime uiuentem, neq; unquã bonarum artium cupidiorẽ quàm illo tempore. Itaq; adijcit, uisum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo rediturus esset, quàm illũ in exilio relinqui. O fortunatiorẽ Marcellum, eo tempore quo exilium suum Bruto approbauit, quàm quo R. P. cõsulatum rexit. Quantus uir ille fuit, qui effecit ut aliquis exul sibi uideretur, quod ab exule recedebat. Quantus uir ille fuit, qui in admirationem sui adduxit hominem, etiam Catoni suo mirandum. Idem Brutus ait, C. Cæsarem Mitylenas præteruectum, quia non sustineret

al. contignationum

Universidad de Deusto
Biblioteca

neret uidere † defortunatum uirum. Illi quidem reditum impetrauit senatus publicis precibus, tam solicitus ac mœstus, ut omnes isto die Bruti habere animum uiderentur, & non pro Marcello, sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo fuissent: sed plus multo consecutus est, quo die illū exulem Brutus relinquere non potuit, nec Cæsar uidere. Contigit enim illi testimonium utriusq; Brutus sine Marcello reuerti se doluit, Cæsar erubuit. Non dubitas quin semper ille Marcellus tantus uir sic ad tolerandū æquo animo exilium seipse adhortatus sit, Ita te disciplinis imbuisti, ut scires omnem locum sapienti uiro patriam esse: porrò hic qui te expulit, non ipse per annos decem cōtinuos patria caruit, propagandi sine dubio imperij causa, sed nempe caruit: nunc ecce trahit illū Africa resurgentis belli minis plena, trahit Hispania, quæ fractas & afflictas partes resouit, trahit Aegyptus infida, totus denicq; orbis qui ad occasionem concussi imperij intentus est, cui primū rei occurret, cui parti se opponet. Aget illū per omnes terras uictoria sua. Illū suspiciant & colant gentes, tu uiue Bruto miratore contentus. Bene ergo exiliū tulit Marcellus, nec quicquā in animo eius mutauit loci cōmutatio, quamuis eum paupertas sequeretur, in qua nihil mali esse, quisquis modo nondū peruenit in insaniam omnia subuertentis auariciæ atq; luxuriæ, intelligit. Quantulum est enim, quod in tutelam hominis necessariū sit, & cui deesse hoc potest, illo modo uirtutem habenti? Quod ad me quidē pertinet, intelligo me non opes, sed occupationes perdidisse: coporis exigua desideria sunt, frigus submouere uult, alimentis famem ac sitim extinguere, quicquid extra concupiscitur, uitijs non usibus laboratur: non est necesse omne perscrutari profundum, nec strage animaliū uentrem onerare, nec conchylia ultimi maris ex ignoto littore eruere. Dij istos deæq; perdant, quorum luxuria tam inuidiosi imperij fines transcendit. Vltra Phasim capere uolunt, quod ambitiosam popinā instruat, nec piget à Parthis, à quibus nondum pœnas repetimus, aues petere. Vndiq; conuehūt omnia uota fastidienti gulæ. Quod dissolutus delicijs stomachus uix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt ut edant, edunt ut uomant, epulas, quas toto orbe conquirunt nec concoquere dignantur. Ista siquis despicit, quid illi paupertas nocet? Si quis concupiscit, illi paupertas etiam aliquid prodest. Inuitus enim sanatur, & si remedia ne coactus quidem recipit, interim certe dum nō potest illa, nolenti similis est. C. Cæsar, quem mihi uidetur rerum natura edidisse, ut ostenderet quid summa uitia in summa fortuna possent, centies sestertio cœnauit uno die, & in hoc omnium adiutus ingenio, uix tamen inuenit quomodo prouinciarum tributum una cœna fieret. O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos nō excitatur. Pretiosos autem, non eximius sapor aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin si ad sanam illis mentem placeat reuerti, quid opus est tot artibus uentri seruientibus? quid mercaturis? quid uastatione syluarū? quid profundi perscrutatione? passim iacent alimenta, quæ rerum natura omnibus locis disposuit, sed hic uelut exci-

CAP. X

transeunt, & omnes regiones peruagantur, maria trajiciunt, & cum famem exiguo cibo possint sedare, magno iritant. Libet dicere, quid deducitis naues, quid manus & aduersus feras & homines armatis, quid tāto tumultu discurritis, quid opes opibus aggeritis? Non uultis cogitare, quàm parua uobis corpora sint. Nonne furor & ultimus mentium error est, cum tam exiguum capias, cupere multum. Licet itaq; augeatis census, promoueatis fines, nunquā tamen corpora uestra laxabitis. Cum bene cesserit negociatio, multum militia retulerit, cum indagati undiq; cibi coierint, nō habebitis ubi istos apparatus uestros collocetis. Quid tam multa conquiritis? Maiores nostri, quorū uirtus etiam nunc uitia nostra sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat, quorum tecta nondum auro fulgebant, quorum templa nondū gemmis renitebant. Itaq; tunc per fictiles deos religiose iurabatur, qui per illos iurauerāt, ad hostē morituri, ne fallerent, redibāt. Scilicet minus beate uiuebat dictator noster, qui Samnitū legatos audit, cum uilissimū cibū in foco ipse manu sua uersaret, illa qua iam sæpe hostē percusserat, † lanceq; in capitolini Iouis gremio reposuerat, † quam Apicius nostra memoria † uicit, qui in ea urbe, ex qua aliquādo philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiā popinæ professus, disciplina sua seculum

al. deformatiū

al. lanceam
al. atqui.
al. uixit

culum infecit, cuius exitum nosse operæprecium est: cum sestertium milies in culinam congessisset, cum tot congiaria principum, & ingens capitolij uectigal singulis commessationibus hausisset, ære alienō oppressus, rationes suas tunc primū coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centies computauit, & uelut in ultima fame uicturus si sestertio centies uixisset, ueneno uitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertium centies egestas fuit, imò cum putat pecuniæ modum ad rem pertinere.

Sestertium centies aliquis extimuit, & quod alij uoto petunt, ueneno fugit. Illi uerò tam prauæ mentis homini ultima potio saluberrima fuit. Tunc uenena edebat, bibebatq;, cum immensis epulis non delectaretur tantum, sed gloriaretur, cum uitia sua ostentaret, cum ciuitatem in luxuriam suam conuerteret, cum iuuentutem ad imitationem sui solicitaret, etiam in malis exemplis per se docilem. Hæc accidunt diuitias non ad rationem reuocantibus, cuius certi sunt fines, sed ad uitiosam cōsuetudinem, cuius immensum et incomprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil est satis, naturæ etiam satis est parum. Nullum ergo paupertas exulis incommodum habet, nulli etiam tam inops exilium est, quod non alendo homini abunde fertile sit. An uestem, an domum desideraturus est exul? sed si hoc quoq; ad usum tantū desiderabit, neq; tectum ei deerit, neq; uelamen. Aeque enim exiguo tegitur corpus, quàm alitur. Nihil enim homini natura quod necessariū faciebat, fecit operosum. Sed desiderat saturatā multo cōchylio purpurā, intextam auro, uarijsq; coloribus distinctā & artibus. Non fortunę uitio, sed suo pauper est, etiam si illi quicquid amiserit restitueris, nihil ages. Plus enim restituendo deerit, ex eo quod cupit, quàm exuli ex eo quod habuit. Si desiderabit aureis fulgentē uasis suppellectilem, & antiquis nominibus artificū argentū nobile, æs paucorū insania pretiosum, et seruorū turbā, quæ quamuis magnā domū angustet, iumentorū corpora differta, & coacta pinguescere, & nationū omniū lapides, ista congerantur licet, nunq; explebunt inexplebilē animū: nō magis quàm ullus sufficiet humor ad sanandū eum, cuius desideriū non ex inopia, sed ex æstu ardentiū uiscerū oritur, nō enim sitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum aut alimentis euenit. Eadē natura est in omni desiderio, quod modo non ex inopia, sed ex uitio nascitur: quicquid enim illi congesseris, nō finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continebitur itaq; intra naturalē modū, pauperatē nō sentiet, qui naturalē modū excedet, eum in summis opibus quoq; paupertas sequetur. Necessarijs rebus exilia sufficiunt, superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit, hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperrimis, cū quod tantū satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis abundat & fruitur. Pecunia nihil ad animū pertinet, nō magis quàm ad deos immortales: omnia ista quæ imperita ingenia & nimis corporibus suis abdita suspiciunt, scilicet lapides, aurū & argentū, & magni leuatiq; mensarū orbes, terrena sunt pondera, quæ non potest amare syncerus animus, ac naturæ suæ memor, leuis † ipse expers, & quandocūq; emissus fuerit, ad summa emicaturus. Interim quantū per moras membrorū, & hanc circūfusam grauemq; sarcinā, licet, celeri & uolucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoq; nec exulare unq; potest liber, & dijs cognatus, & omni mundo omniq; æuo par. Nam cogitatio eius circa omne cœlū, & in omne præteritū futurūq; tēpus immittitur. Corpusculū hoc, custodia et uinculum animi, hucatq; illuc iaciatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidē ipse sacer & æternus est, & cui nō possit injici manus. Nec me putes ad leuanda incōmoda paupertatis, quam nemo grauem sentit nisi qui putat, uti tantū præceptis sapientū. Primū aspice, quanto maior pars sit pauperū, quos nihilo notabis tristiores solicitioresq; diuitibus, imò nescio an eo lætiores sint, quo animus eorū in pauciora distrahitur. Transeamus à pauperibus, eamus ad locupletes, quammulta sunt tempora, quibus pauperibus similes sunt. Circumcisæ sunt peregrinantium sarcinæ, & quotiescunq; festinantem necessitas itineris exigit, comitum turba dimittitur. Militantes quotam partem rerum suarū secum habent, cum omnem apparatū castrensis disciplina submoueat. Nec tantum conditio illos temporū, aut locorū inopia pauperibus exæquat, Sumunt quosdā dies, cū iam illos diuitiarū tedium cepit, quibus humi cœnent, & remoto auro, argentoq; fictilibus utantur. De-

CAP. XI.

al. curæ

CAP. XII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentes hoc quod aliquando concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligo mentium, quanta ignorantia ueritatis exercet, qui fugiũt quod uoluptatis causa imitantur. Me quidẽ quoties antiqua exempla respexi, paupertatis uti remedijs pudet. Quontãquidẽ eò temporũ luxuria prolapsa est, ut maius uiaticũ exulũ sit, quàm olim patrimonium principũ fuit. Vnũ fuisse Homero seruũ, tres Platoni, nullum Zenoni, à quo cœpit Stoicorũ rigida ac uirilis sapientia, satis constat. Num ergo quisquam eos miseros uixisse dicet, ut nõ ipse miserrimus ob hoc omnibus uideatur. Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicæ gratiæ sequester fuit, ære collato funeratus est. Attilius Regulus, cum Pœnos in Africa funderet, ad senatum scripsit, mercenarium sirum decessisse, ab eo desertum esse rus, quod senatui publice curari dum abesset Regulus, placuit. Fuit ne tanti seruum non habere, ut colonus eius Ro. Po. esset. Scipionis filiæ ex ærario dotem receperunt, quia nihil illis reliquerat pater. Aequum mehercules erat, Ro. Po. tributum Scipioni semel conferre, cum à Carthagine semper exigeret. O felices uiros puellarum, quibus Ro. Po. loco soceri fuit. Beatiores ne istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubunt, quàm Scipionem, cuius liberi à senatu tutore suo in dotem æs graue acceperunt. Dedignatur aliquis paupertatem, cuius tam claræ imagines sunt? Indignatur exul aliquid sibi deesse, cũ defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio funus, cum omnibus illis id quod deerat, ideò honestius suppletũ sit, quia defuerat? His ergo aduocatis non tantũ tuta est, sed etiam gratiosa paupertas.

CAP. XIII. Responderi potest, quid artificiose ista diducis, quæ singula sustineri possunt? Commutatio loci tolerabilis est, si tantum locum mutes: paupertas tolerabilis est, si ignominia ei ablit, quæ sola opprimere animos solet. Aduersus hunc quisquis me malorum turba terrebit, his uerbis utendum erit: si contra unam quamlibet partem fortunæ satis tibi roboris est, idem aduersus omnes erit. Cum semel animũ uirtus indurauit, undiq; inuulnerabilem præstat. Si auaricia dimisit, uehementissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non faciet, Si ultimum diem non quasi pœnam, sed quasi naturæ legem aspicis, ex quo pectore mortis metũ eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare, Si cogitas, libidinem non uoluptatis causa homini datam, sed propagandi generis quem non uiolauerit hoc secretum & infixum uisceribus ipsis exitium, omnis alia cupiditas intactum præteribit. Non singula uitia ratio, sed pariter omnia prosternit, in uniuersum semel uincit. Ignominia tu putas quemquam sapientem moueri posse, qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus uulgi secessit. Plus etiam quàm ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem uultu, quo aliquando solus triginta tyrannos in ordinem redegerat, carcerem intrauit, ignominiam ipsi loco detracturus: neq; enim poterant carceres uideri, in quibus Socrates erat. Quis usq; eo ad cõspiciendam ueritatem excæcatus est, ut ignominiam putet M. Catonis fuisse, duplicem in petitione præturæ & consulatus repulsam. Ignominia illa præturæ & cõsulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemnitur, nisi à se contemptus est. Humilis & proiectus animus fit isti cõtumeliæ oportunus: qui uerò aduersus sæuissimos casus se extollit, & ea mala quibus alij opprimuntur, euertit, ipsas miserias insularum loco habet, quando ita affecti sumus, ut nihil æque magnam apud nos admirationem occupet, quàm fortiter miser. Ducebat Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis occurrebat, deijciebat oculos, & ingemiscebat, non tanquam in hominem iustum, sed tanq; in ipsam iusticiam animaduerteretur. Inuentus est tamen qui faciem eius inspueret, poterat ob hoc non moleste ferre, quod sciebat neminem id ausurum animi puritatis. At ille absterfit faciem, & subridens ait comitanti magistratui, Admone illum, ne postea tam improbe oscitet. Hoc fuit contumeliæ ipsi contumeliam facere. Scio quosdam dicere, contemptu nihil esse grauius, mortem ipsis potiorem uideri. His ergo respondebo, & exilium sæpe contemptione omni carere. Si magnus uir cecidit, magnus fecit. Non magis illum putes contemni, quàm cum ædium sacrarum ruinæ calcantur, quas religiosi æque ac stantes adorant.

CAP. XIIII. Quoniã meo nomine nihil habes mater charissima, quod te in infinitas lachrymas agat, sequitur ut causæ tuæ te stimulẽt. Sunt autem duæ: nam aut istud te mouet, quod

præsidium aliquod uideris amisisse: aut illud, quod desiderio ipsum per te pati non potes. Prior pars mihi leuiter perstringenda est. Noui enim animum tuum, nihil in suis præter ipsos amantem. Viderint illæ matres, quæ potentiam liberorum muliebri impotẽtia exercent, quæ quia fœminis honores nõ licet gerere, per illos ambitiosæ sunt, quæ patrimonia filiorũ & exhauriunt & captant, quæ eloquentiã commodando alijs fatigãt. Tu liberorũ tuorũ bonis plurimũ gauisa es, minimũ usa: Tu liberalitati nostræ semper imposuisti modum, cum tuæ non imponeres. Tu filiafamiliâs locupletibus filijs ultrò contulisti. Tu patrimonia nostra sic administrasti, ut tanquam de tuis laborares, tanquam alienis abstineres. Tu gratiæ nostræ tanquam alijs rebus utereris peperciisti, & ex honoribus nostris nihil ad te nisi uoluptas & impensa pertinuit. Nunquam indulgentia ad utilitatem respexit. Non potes itaq; erepto filio desiderare, quæ incolumi nunquam ad te pertinere duxisti.

Illò omnis consolatio mihi uertenda est, unde uera uis materni doloris oritur. Ego complexu filij charissimi careo, non cõspectu eius, nõ sermone fruor. Vbi est ille, quo uiso tristem uultum relaxassem, in quo omnes solicitudines meas deposuit? Vbi colloquia, quorũ inexplebilis eram, ubi studia, quibus libentius quàm fœmina, familiarius quàm mater intererãt? Vbi ille occursus, ubi matre uisa semper puerilis hilaritas? Adijciam istis loca ipsa gratulationum & conuictuum, & ut necesse est, efficacissimas ad uexandos animos recentis conuersationis notas. Nam hoc quoq; aduersus te crudeliter fortuna molita est, quod te ante xiij. diem quàm percussus sum, securam nec quicq; tale metuentem aggredi uoluit: bene nos lõginquitas locorum diuiserat, bene aliquot annorum absentia huic te malo præparauerat: redisti, non ut uoluptatem ex filio percipe res, sed ne cõsuetudinẽ desiderij perderes. Si multo antea fugisses, fortius tulisses, ipso interuallo desiderium molliente: si non recessisses, ultimum certe fructum biduo diutius uidendi filium tulisses. Nunc crudele fatum ita composuit, ut nec fortunæ meæ interesses, nec absenti assuesceres: sed quanto ista duriora sunt, tanto maior tibi uirtus adhibenda est, & uelut cum hoste noto, ac sæpe iam uicto, acrius est congrediendũ. Non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit, per ipsas cicatrices percussa es. Nõ est quod utaris excusatione nominis muliebris, cui pene concessum est, imò datũ in lachrymas ius, non immensum tamen: & ideò maiores decem mensium spacium lugentibus uiros dederunt, ut cum pertinacia muliebris mœroris publica constitutione deciderent, non prohibuerunt luctus, sed finierunt. Nam & infinito dolore cum aliquem ex charissimis amiseris affici, stulta indulgentia est: & nullo, nimis inhumana duricia. Optimum inter pietatem & luctũ temperamentũ est, & sentire desiderium, & opprimere. CAP. XV.

Nõ est quod ad quasdam fœminas respicias, quarum tristiciam semel sumptã mors finit. Nosti quasdam, quæ amissis filijs, imposita lugubria nunquam exuerũt. A te plus exigit uita ab initio sortior, non potest muliebris excusatio contingere ei, à qua omnia uitia muliebria abfuerunt. Nõ te maximum seculi malum impudicitia, in numerũ plurium adduxit. Non gemmæ te, non margaritæ flexerunt, nõ tibi diuitiæ uelut maximũ generis humani bonum refulserunt, nõ te bene in antiqua & seuera institutam domo periculosa etiam probis peiorum detorsit imitatio, non te fœcunditatis tuæ, quasi exprobraret ætatem, puduit. Nunquam more aliarũ, quibus omnis cõmendatio ex forma petitur, tumescẽtem uterum abscõdisti, quasi indecens onus, nec intra uiscera tua cõceptas spes liberorum elisisti. Non faciem lenocinijs, aut coloribus polluisti, nunq; tibi placuit uestis, quæ adsit nihil aliud est exigẽda, quàm ut nudam componeret: unicũ tibi ornamẽtum, pulcherrima & nulli obnoxia ætati forma, maximum decus uisa est pudicitia. Non pores itaq; ad obtinendum dolorem muliebre nomen prætendere, ex quo te uirtutes tuæ seduxerunt: tantum debes à fœminarũ lachrymis abesse, quantum à uitijs. Nec fœminæ quidẽ te sinẽt intabescere uulneri tuo, sed leuiori necessario mœrore cito defunctã, iubebũt exurgere, si modo illas intueri uoles fœminas, quas cõspecta uirtus inter magnos uiros posuit. Corneliã ex duodecim liberis ad duos fortuna redegit. Si numerare funera Corneliæ uelles, amiserat decem, si æstimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamẽ circa se, & fatũ eius execrãtibus interdixit, ne fortunã accusarẽt, quæ

for. quicquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sibi filios Graechos dedisset. Ex hac fœmina debuit nasci, qui diceret in cõcione, Tu matri meæ maledicas, quę me peperit. Multo mihi uidetur animosior uox matris. Filius magno æstimabat Gracchorũ natales, mater & funera. Rutilia Cottã filiũ secuta est in exilium, & usq; eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati, quàm desiderium, nec ante in patriã, quàm cum filio redijt. Eundem iam reductũ & in Repub. florentem tam fortiter amisit, quàm secuta est, nec quisq; lachrymas eius post elatum filium notauit. In expulso uirtutẽ ostendit, in amisso prudentiam. Nam & nihil illam à pietate deterruit, & nihil in tristicia superuacua stultaq; detinuit. Cum his te numeraris fœminis uolo, quarũ uitam semper imitata es, earum in coërcenda comprimendaq; ægritudine optime sequeris exemplum. Scio rem non esse in nostra potestate, nec ullum affectum seruire, minime uerò eum qui ex dolore nascitur. Ferox enim & aduersus omne remedium contumax est, Volumus eum interim obruere, & deuorare gemitus, per ipsum tamen compositum fictumq; uultum lachrymæ profunduntur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus. At illum inter ipsa quibus auocamur spectacula, leuis aliqua desiderij nota subiuit. Ideò melius est illum uincere quàm fallere. Nam qui delusus uoluptatibus, & occupationibus abductus est, refugit, & ipsa quiete impetum ad sæuiendum colligit. At quisquis rationi cessit, in perpetuum componitur. Non sum itaque monstraturus illa, quibus usos multos esse scio, ut peregrinatione te uel longa detineas, uel amœna delectes, ut rationum accipiendarum diligentia, patrimonij administratione multum occupes temporis, ut semper nouo te aliquo negocio implices. Omnia ista ad exiguum momentum prosunt, nec remedia doloris, sed impedimenta sunt. Ego autem malo illum desinere quàm decipi. Itaq; illò te duco, quò omnibus qui fortunam fugiunt, cõfugiendum est, ad liberalia studia: illa fanabunt uulnus tuum, illa omnem tristiciam tibi euellent. His & si nunquam assuesses, nunc utendum erat, si quantum tibi patris mei antiquus rigor permisit, omnes bonas artes, nõ quidem comprehendisti, attigisti tamen. Vtinam quidem uirorum optimus pater meus, nimis maiorum consuetudini deditus, uoluisset te sapientũ præceptis erudiri potius quàm imbui, Non parandum tibi nunc cõtra fortunam esset auxilium, sed proferendum: propter istas quæ literis non ad sapientiam utuntur, sed ad luxuriam construunt, minus est indulgere studijs passus: beneficio tamen rapacis ingenij plus quam pro tempore hausisti, facta disciplinarum omnium fundamenta. Nunc ad illas reuertamur, tutam te præstabunt illæ, consolabuntur illæ, delectabunt illæ, si bona fide animum tuum intrauerint, nunquam amplius intrabit dolor, nunquam sollicitudo nunquam afflictionis irritæ superuacua uexatio. Et nulli horum patebit pectus tuum. Nam cæteris uitijs iampridem clusum est. Hæc quidẽ certissima præsidia sunt, & quæ sola te fortunæ eripere possint, sed quia nondũ in illum portum quem studia promittunt, peruenieris, adminiculis quibus innitaris opus est, uolo & interim solatia tua tibi ostendere. Respice fratres meos, quibus saluis, fas tibi non est accusare fortunam. Inutroq; habes quod te diuersa uirtute delectet, alter honores industria consecutus est, alter sapienter contempsit. Acquiesce alterius filij dignitate, alterius quiete, utriusque pietate. Noui fratrũ meorum intimos affectus, alter in hoc dignitatem excolit, ut tibi ornamento sit, alter in hoc se ad tranquillam quietamq; uitam recepit, ut tibi uacet. Bene liberos tuos & in auxilium & in oblectamentum fortuna disposuit, poteris alterius dignitate defendi, alterius ocio frui. Certabunt uitæ officijs, & unius desiderium, duorum pietate supplebitur. Audacter possum promittere, nihil tibi deerit, præter numerum: ab his ad nepotes quoq; respice, M. blandissimum puerum, ad cuius conspectum nulla potest durare tristicia, nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquã pectore fuerit, quod non circunfusus ille permulceat. Cuius non lachrymas illius hilaritas supprimat? cuius nõ contractum sollicitudine animum illius argutiæ soluant? quẽ non in iocos uocabit illa lasciuia, quem non in se conuertet & abducet infixum cogitationibus, illa neminẽ satiatura garrulitas? Deos oro contingat hunc habere nobis superstitẽ. In me omnis fatorum crudelitas lassata cõsistat, quicquid matri dolendum fuerit, in me transierit. Floreat reliqua in suo statu turba, nihil de orbitate, nihil de condi-

tione mea querar. Fuerim tantũ, nihil amplius dolituræ domus, piamentum. Tene in gremio tuo cito tibi daturam pronepotes Nouatillam, quam sic in me trãstuleram, sic mihi ascripseram, ut posset uideri, quod me amisit, quamuis saluo patre, pupilla: hanc & pro me dilige: abstulit illi nuper fortuna matrem, tua potest efficere pietas, ut perdidisse se matrem doleat tantum, nõ & sentiat: nunc mores eius compone, nunc formã. Altius præcepta descendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus, Tuis assuescat sermonibus. Ad tuum formetur arbitrium, multum sibi dabis, etiam si nihil dederis præter exemplum. Hoc iam tibi solenne officium pro remedio erit. Non potest animum pie dolentem à solicitudine auertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio. Numerares inter magna solatia patrem quoq; tuum, nisi abesset, nunc tamen ex affectu tuo quid illius intersit cogita: intelliges quanto iustius sit te illi seruari, quàm mihi impendi: quoties te immodica uis doloris inuaserit, & sequi te iubebit, patrẽ cogita. Tu tot quidem nepotes pronepotesq; dando effecisti, ne unica esses, consummatio tamen ætatis actæ feliciter in te uertitur, illo uiuo nefas est te quod uixeris queri.

Maximũ adhuc solatium tuum tacueram, sororẽ tuam, illud fidelissimũ pectus tibi, in quod omnes curæ tuæ pro indiuiso transferuntur, illum animũ omnibus nobis maternum. Cum hac tu lachrymas tuas miscuisti, in hac tu primũ respirasti. Illa quidem affectus tuos sequitur. In mea tamen persona non tantum pro te dolet, illius manibus in urbem prolatus sum, illius pio maternoq; nutritio per longum tempus æger conualui. Illa pro quæstura mea gratiam suam extendit, & quæ ne sermonis quidem, aut datæ salutationis sustinuit audaciam, pro me uicit indulgentia uerecundiam. Nihil illi seductum uitæ genus, nihil modestia, & in tanta fœminarũ petulantia rustica, nihil quies, nihil secreti & ad ocium repositi mores obstiterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa fieret. Hæc est mater charissima solatium, quo reficiaris. Illi quantũ potes te iunge, illius arctissimis amplexibus alliga. Solent mœrentes ea quæ maximè diligũt fugere, & libertatem dolori suo quærere, Tu ad illã te, & quicquid cogitaueris confer, siue seruare habitum illum uoles, siue deponere, apud illam inuenies, uel finem dolori tuo uel comitem: sed si prudentiam perfectissimæ fœminæ noui, non patietur te nihil profuturo mœrore consumi, & exemplum tibi suum, cuius ego etiam spectator fui, narrabit. Primum uirum amiserat auunculum nostrum, cui uirgo nupserat, in ipsa quidem nauigatione: tulit tamen eodem tempore & luctũ, & metum, euictisq; tempestatibus corpus eius naufraga euexit. O quàm multarum egregia opera in obscuro iacent, sed si huic illa simplex annumerandis uirtutibus contigisset antiquitas, quanto ingeniorũ certamine celebraretur uxor, quæ oblita etiam imbecillitatis, oblita etiam firmissimis metuendi maris, caput suum periculis pro sepultura obiecit, & dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit. Nobilitatur carminibus hominum, quæ se pro coniuge uicariam dedit: hoc amplius est, discrimine uitæ sepulchrum uiro quærere: maior est amor, qui pari periculo minus redemit. Post hoc nemo mirat, quod per sedecim annos, quibus maritus eius Aegyptũ obtinuit, nunq; in publico cõspecta est. Neminem prouincialem in domũ suam admisit, nihil à uiro petijt, nihil à se peti passa est. Itaq; loquax & ingeniosa in contumelias præfectorũ prouincia, in qua etiã qui uitauerunt culpã, non effugerũt infamiam, uelut unicũ sanctitatis exemplũ suspexit, & quod illi difficillimũ est, cui etiã periculosi sales placent, omnem uerborũ licentiam cõtinuit, et hodie similẽ sibi, quamuis nunq; speret semper optat. Multũ erat, si per sedecim annos illã prouincia probasset, plus est quod ignorauit. Hoc non ideò refero, ut eius laudes exequar, quas circunscribere potius est quàm partem transcurrere, sed ut intelligas magni animi esse fœminam, quam nõ ambitio, non auaricia, comites omnis potentiæ pestes, uicerunt, non metus mortis eam, exarmata naui naufragium suum spectantẽ, deterruit, quominus exanimi uiro hærens, nõ quæreret, quemadmodum inde exiret, sed quem admodum efferret. Huic parem uirtutem exhibeas oportet, & animũ à luctu recipias, & id agas ne quis te putet partus tui pœnitere. Cæterum quia necesse est cum omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere, nec quemq; nunc ex liberis tuis frequentius tibi obseruari, non quia illi minus chari sint, sed quia naturale est ma-

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus sæpius ad id decurrere quod doleat, qualem me cogites accipe. Lætū & alacrē, uelut optimis rebus: sunt autem optimæ, quum animus omnis cogitationis expers operibus suis uacat, & modo se leuioribus studijs oblectat, modo ad cōsiderandam sui, uniuersiq; naturam ueri auidus insurgit. Terras primum situmq; earum quærit. Deinde conditionem circumfusi maris cursusq; eius alternos & recursus, tunc quicquid inter cœlum terrasq; plenū formidinis interiacet perspicit, & hoc tonitribus, fulminibus uentorum flatibus, ac nimborum niuisq; et grandinis iactu tumultuosum spatiū, tunc peragratis humilioribus ad summa prorumpit, et pulcherrimo diuinorum spectaculo fruit, æternitatis suæ memor in omne quod fuit, futurūq; est omnibus euadit seculis.

Libri Senecæ ad Albinam de consolatione finis.

IN CONSOLATIONEM AD ALBINAM.

Cap. 9. adhortatus sit, quod carere non est miserum: hæc quinq; uerba ab annotatore adiecta scriba indoctus retulerat in contextum. Ea submonuimus ne quis temerè reponat.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATVRALIVM QVAESTIONVM. LIB. I. PRAEFATIO.

QVantum inter philosophiam interesit Lucili uirorum optime, & cæteras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophia, inter illam partem quæ ad homines, & hanc quæ ad deos spectat. Altior est hæc & animosior, multū permisit sibi, non fuit oculis contenta. Maius esse quiddam suspicata est, ac pulchrius quod extra conspectum natura posuisset. Deniq;, tantum inter duas interest, quantum inter deum et hominem. Altera docet, quid in terris agendum sit, altera quid agatur in cœlo. Altera errores nostros discutit, & lumen admouet, quo discernantur ambigua uitæ: altera
al. ereptos multo supra hanc caliginē in qua uolutamur excedit, & è tenebris †erutos, illo perducit, unde lucet. Equidē tunc naturæ rerū gratias ago, cū illā nō ab hac parte uideo, quæ publica est, sed cū secretiora eius intrauī: cum disco quę uniuersi materia sit, quis autor sit, aut custos, quid sit deus, totus in se intēdat, an ad nos aliquādo respiciat, faciat quoti die aliquid, an semel fecerit, pars mundi sit, an mundus, liceat illi hodieq; decernere, & ex lege fatorū aliquid derogare, an maiestatis dimīnutio sit, & confessio erroris mutanda feciſſe. Necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber & potēs est, ipse enim est necessitas sua. Nisi ad hæc admitterer, nō fuerat operæpreciū nasci. Quid enim erat, cur in numero uiuentiū me positū esse gauderē? An ut cibos & potiones percolarem? ut hoc corpus casurū ac fluidū, perituriq;
al. farcirem nisi subinde impleatur, †farcirē, & uiuerē ægri minister, ut mortem timerem, cui uni omnes nascimur? Detrahe hoc inestimabile bonū, non est uita tanti, ut sudem, ut æstuē. O quàm cōtempta res est homo, nisi supra humana se erexerit. Quamdiu cū affectibus colluctamur, quid magnifici facimus? Etiam si superiores sumus, portenta uincimus. Quid est, cur suspiciamus nosmetipsos, quia dissimiles deterrimis sumus? Non uideo quare sibi placeat, qui robustior est ualetudinario. Multū interest inter uires et bonam ualetudinem. Effugisti uitia animi, non est tibi frons ficta, nec in alienam uoluntatem sermo compositus, nec cor inuolutū, nec auaricia, quæ quicquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat, nec luxuria pecuniam turpiter amittens, quam turpius reparet, nec ambitio quæ te ad dignitatem nisi per indigna non ducet. Nihil adhuc cōsecutus es. Multa effugisti, te nondum. Virtus enim ista quam affectamus magnifica est. Non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animum laxat, ac præparat ad cognitionem cœlestium dignumq; efficit, qui in consortium dei ueniat. Tunc consummatum habet plenumq; bonum sortis humanæ, cum calcato omni malo petit altū, & in interiorem naturæ sinum uenit. Tunc iuuat inter sydera ipsa uagantem diuitū pauimenta ridere, & totā cū auro suo terram, non illud tantum dico, quod egesſit, & signandum monetæ dedit, sed & illud quod in occulto seruat posterorum auaricia. Nec potest ante contemnere porticus, & lacunaria ebore fulgētia, & tōsiles syluas, & deriuata in domos flumina, quàm totum

totum circumeat mundū, & terrarum orbem superne despiciens, angustum, et magna ex parte opertum mari, etiam ea parte qua extat late squalidum, & aut ustum aut rigentem, sibijpse air. Hoc est punctū, quod inter tot gentes ferro & igni diuiditur? O quàm ridiculi sunt mortalium termini. Vltra Istrum Dacus nō exeat, †Isthmus Samothracas *forte, Strymo Thracas.* includat, Parthis obstet Euphrates, Danubius Sarmatica ac Romana disterminet, Rhenus Germaniæ modum faciat, Pyreneus medium inter Gallias & Hispanias iugū extollat. Inter Aegyptum & Aethiopias harenarum inculta uastitas iaceat. Si quis formicis det intellectum hominis, nónne et illæ unam aream in multas prouincias diuident? Cum te in illa uerè magna sustuleris, quoties uidebis exercitus sub rectis ire uexillis, *al. ulteriora.* & quasi magnum aliquid agatur, equitem modo † altiora explorantem, modo à lateribus affusum, libebit dicere, It nigrum campis agmen. Formicarum iste discursus est in angusto laborantium. Quid illis & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? Punctum est illud, in quo nauigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis, minima etiam cum illis utrinq; oceanus occurrit. Sursum ingentia spacia sunt, in quorum possessionem animus admittitur, at ita, si minimum secum ex corpore tulit, si sordidū omne deterſit, & expeditus leuisq; ac contentus modico emicuit. Cum illa tetigit, alitur, crescit, ac uelut uinculis liberatus, in origenem redit. Et hoc habet argumentū diuinitatis suæ, quod illum diuina delectāt, nec ut alienis, sed interest ut suis. Secure spectat occasus syderum atq; ortus, & tam diuersas concordantiū uias. Obseruat ubiq;, quæ stella † pri- *forte, proximum terris.* mum cœlis lumen ostendat, ubi culmen eius summum, quà cursus sit, quousq; descendat. Curiosus spectator excutit singula, & quærit. Quid ni quærat? scit illa ad se pertinere. Tunc contemnit domicilij prioris angustias. Quantum enim est, quod ab ultimis littoribus Hispaniæ usq; ad Indos iacet? Paucissimorum dierum spacium, si nauē suus uentus impleuit. At illa regio cœlestis per triginta annos uelocissimo syderi uiā præ- *al. nunquam.* stat, † nusquam resistenti, sed æqualiter cito. Illic demum discit, quod diu quæsiuit. Illic incipit deum nosse. Quid est deus? Mens uniuersi. Quid est deus? Quod uides to- *Quid deus.* tum, & quod non uides totum. Sic demū magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest. Si solus est omnia, opus suum & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter naturā dei, & nostram? Nostri melior pars, animus est, in illo nulla pars extra animum. Totus ratio est, cum interim tantus error mortalia teneat, ut hoc quo neq; formosius est quicquam, nec dispositius, nec in proposito cōstantius, existiment homines fortuitum & casu uolubile, ideoq; tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates & cætera quibus terræ ac terris uicina pulsantur. Nec hæc intra uulgum dementia est, sed sapientiam quoq; professos cōtingit. Sunt qui putent sibijpsis animum esse, & quidem prouidum ac dispensantem singula & sua et aliena: hoc autem uniuersum, in quo nos quoq; sumus, expers esse consilij, & aut ferri temeritate quadam, aut natura nescient quid faciat. Quàm utile existimas ista cognoscere et rebus terminos ponere, quantum deus possit, materiam ipse sibi formet, an data utatur. Vtrum idea materiæ prius superuenit, an materia ideæ: deus quicquid uult efficiat, an in multis rebus illū tractanda destituant, & à magno artifice † parua formentur multa, non quia cessat ars, sed quia *al. prave.* id in quo exercetur sæpe inobsequens arti est. Hæc inspicere, hæc discere, his incumbere, nónne transilire est mortalitatem suam & in meliorem transcribi sortem? Quid tibi inquis ista proderūt? Si nihil aliud, hoc certè, sciam omnia †angusta esse † uersus deū. *al. augusta.* Nunc ad propositum ueniam opus. Audi quid de ignibus philosophia uelit, quos *al. sed hæc deinde.* aēr transuersos agit. Magna ui illos excuti argumentum est, quod obliqui feruntur & prærapida celeritate. Apparet illos non ire, sed proijci. Ignium multæ uariæq; facies *CAP.* sunt. Aristoteles quoddam genus illorum Capram uocat. Si me interrogaueris quare, prior mihi rationem reddas oportet, quare hœdi uocētur. Si autem, quod commodissimum est, conuenerit inter nos, ne alter alterum interroget, quid dicit ille, respondeo, facilius erit de reipsa quærere, quàm mirari, quid ita Aristoteles globum ignis appellauerit Capram. Talis fuit forma eius, qui bellum aduersus Perseum Paulo gerente luna ei magnitudine apparuit. Nos quoq; uidimus nō semel flammam ingentis pilæ speciē, quæ tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa diui Augusti excessum simile

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodigium. Vidimus quum de Seiano actum est, nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit. Dices mihi. Ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes deos † mortium signa præmittere, & quicquam esse in terris tam magnum quod perire mundus † sciat? Erit aliud isti rei tempus. Videbimus an certus omniū rerum ordo ducatur, et alia aliis ita cōplexa sint, ut quod antecedit, aut causa sit sequētium, aut signum. Videbimus an dijs humana sint curæ, aut series ipsa, quid factura sit, certis rerū notis nunciet. Interim illud existimo, huiusmodi ignes existere, aëre uehementius trito, cum inclinatio eius in alteram partem facta est, & non cessit, sed inter se pugnauit. Ex hac uexatione nascuntur trabes & globi & faces & ardores. At cum leuius collisus & (ut ita dicam) † fricius est, minora lumina excutiuntur, crinemq; uolantia sydera ducunt. Tunc ignes tenuissimi iter exile designāt, & cœlo producunt. Ideò nulla sine huiusmodi spectaculis nox est. Non enim opus est ad efficienda ista magno aëris motu. Denicq;, ut breuiter dicam, eadem ratione fiunt ista qua fulmina, sed ui minore. Quemadmodum nubes mediocriter collisæ fulgurationes efficiunt, sed maiore impetu impulsæ fulmina, sic quanto illas minus presseris, tanto leuiora fulmina emittunt. Aristoteles eiusmodi rationē reddit. Varia & multa terrarum orbis expirat, quædam humida, quædam sicca, quæ dā calentia, quædam cōcipiendis ignibus idonea. Nec mirum est, si terris omnis generis & uaria euaporatio est, cum in cœlo quoq; non unus appareat color rerum, sed acrior sit caniculæ rubor, Martis remissior, Iouis nullus, in lucem purā nitore perducto. Necesse est ergo in magna copia corpusculorum quæ terræ eiectant, & in superiorem agūt partem, aliqua in nubes peruenire alimenta ignium, quæ non tantum collisa possint arere, sed etiam afflata radijs solis. Nam apud nos quoq; stramenta sulphure aspersa ignē ex interuallo trahunt. Veri ergo simile est, talem materiam inter nubes congregatam facile succendi, & maiores minoresue ignes existere, prout illis fuit plus, aut minus uirium. Illud enim stultissimum est existimare, aut stellas decidere, aut transilire, aut aliquid illis auferri & abradi, nāsi hoc fuisset, iam defuissent. Nulla enim nox est qua non plurimæ ire, & in diuersum uideantur abduci. Atqui, quo solent, quæq; inueniūtur loco. Magnitudo sua singulis constat. Sequitur ergo, ut infra illa, ista nascātur, & cito intercidant, quia sine fundamento sunt & sede certa. Quare ergo etiā nō interdiu transferuntur? Quid si dicā stellas inter diu non esse, quia non apparent? Quemadmodum illæ latent & solis fulgore obumbrantur, sic faces quoq; transcurrunt interdiu, sed abscondit eas diurni luminis claritas. Si quando tamen tanta uis emicuit, ut & aduersus diem uindicare sibi suum fulgorem possint, apparent. Nostra quoq; ætas non semel uidit diurnas faces, alias ab oriente in occidentē uersas, alias ab occasu in ortū. Argumentum tempestatis nautæ putant, cū multæ transuolant stellæ, quod si signū uentorū est, ibi uenti sunt, id est, in aëre, qui medius inter lunā & terrā est. In magna tempestate apparent, quasi stellæ uelo insidentes. Adiuuari se tunc periclitantes existimant, Pollucis & Castoris numine. Causa autem melioris spei est, quod iam apparet frangi tempestatem, & desinere uentos. Aliquando feruntur ignes, non sedent. Gylippo Syracusaspe tenti uisa est stella super ipsam lanceam constitisse. In Romanorum castris uisa sunt ardere pila, ignibus scilicet in illa delapsis qui sæpe fulminū modo animalia ferire solent, & arbusta, & si minore ui mittuntur, defluunt tantum & insidunt, non feriunt nec uulnerant. Alij inter nubes eliduntur, alij sereno, si aër ad exprimendum ignes aptus fuit. Nam sereno quoq; cœlo aliquando tonat, ex eadem causa, qua nubilo, aëre inter se collisō. Qui etiam si est lucidior ac siccior, coire tamen & facere corpora quædam similia nubibus potest, quæ percussa reddant sonum. Quandoq; igitur fiunt trabes, quādoq; clypei & uastorum imagines ignium, ubi in talem materiam incidit similis causa, sed maior.

al. motuum.
al. denunciat.
al. stricius

CAP. II

Videamus nunc quemadmodum fiat is fulgor, qui sydera circumnectit, intra Memoriæ proditum est, quo die diuus Augustus urbem, ex Apollonia reuersus, intrauit, circa solem uisum coloris uarij circulum, qualis esse in arcu solet, hunc Græci halō uocant, quem nos dicere coronam aptissime possimus. Quemadmodum fieri dicatur exponam. Cum in piscinam lapis missus est, uidemus in multos orbes aquam descendere, & fieri primum angustissimū orbem, deinde laxiores ac deinde maiores, donec euanescat

euanescat impetus, & in planiciem immotarum aquarum soluatur. Tale quiddam cogitemus fieri etiam in aëre, cum spissior factus, plagam sentire potest, lux solis aut lunæ uel cuiuslibet syderis incurrēs, recedere illum in circulos cogit. Nam humor & aër & omne quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis est eius quod impellit. Omne autem lumen rotundum est, ergo & aër percussus lumine hunc modū exhibet. Ob hoc tales splendores Græci areas uocauēre, quia ferè terendis frugibus loca destinata sunt rotunda. Nos autē non existimemus istas, siue areæ siue coronæ sint, in uicinia syderum fieri, plurimum ab hijs absunt, quamuis cingere ea & coronare uideantur. Non longe à terra fit talis effigies, quàm uisus noster solita imbecillitate deceptus, circa ipsum sydus putat positam. In uicinia autem solis & stellarum nihil tale potest fieri, quia illic æther tenuis est. Nam formæ crassis demum spissisq; corporibus imprimi solent, in subtilibus non habent ubi consistant, aut hæreant. In balneis quoq; circa lucernā tale quiddam aspici solet, ob aëris densi obscuritatē, frequentissimæ aūt austro, cū cœlum maxime graue & spissum est. Nonnunq; paulatim diluūtur & desinūt, Nonnunquā ab aliqua parte rumpuntur, & inde uentum nautici expectant, unde cōtextus coronæ perit. Si autē à septentrione discesserit, aquilo erit, Si ab occidente, Fauonius, quod argumentum est, inter eam partem cœli has fieri coronas, intra quā uenti esse solent. Superiora autē non habent coronas, quia ne uentos quidē. His argumentis & illud adijce, nullam coronam colligi nisi stabili aëre & pigro uento. Aliter non solet aspici. Nam qui stat aër, impelli & deduci et in aliquam faciem fingi potest. Is autem qui fluit, nec feritur quidem lumine. Nō enim formatur nec resistit, quia prima quæq; pars eius dissipatur. Nunq; ergo ullum sydus talem sibi effigiē circundabit, nisi cū aër erit densus atq; immotus, & ob hoc custodiens incidentem in se rotundi lineam luminis, nec sine causa. Repete igitur exemplū, quod paulo ante proposui, Lapillus in pisci nam aut lacū & aliquā aliigatam aquā missus, circulos facit innumerabiles, & hoc quidem nō facit in flumine. Quare? quia omnem figuram, fugiens aqua disturbat. Et hoc idem in aëre euenit, ut ille qui manet possit figurari, at ille qui rapitur & currit non det sui potestatem, & omnē ictum uenientemq; formā exturbet. Hæ de quibus dixi coronæ cū dilapsæ sint æqualiter, & in semetipsis euanuerint, significatur aëris quies & omnium tranquillitas, † et tunc aquā expecta. Cum ad unā partē cesserint, illinc uentus est unde findūtur. Si ruptæ pluribus locis sunt, tempestas fit. Quare id accidat, ex his quæ iam proposui, intelligi potest. Nam si facies uniuersa subsedit, apparet temperatū esse aëra, & sic placitū. Si ab una parte intercisa est, apparet inde aëra incumbere, & ideò illa regio uentū dabit. At cū undiq; & concerpta & lacerata est, manifestū est à pluribus partibus in illam impetum fieri, & inquietū aëra hinc atq; hinc assilire, itaq; ex hac inconstantia cœli, tam multa tentantis & undiq; laborātis, futura tempestas uentorū plurium apparet. Hæ coronæ noctibus ferè circa lunam, & alias stellas notantur, & interdiu raro, adeò ut quidam ex Græcis negauerint eas omnino fieri, cū illos historiæ coarguant. Causa autem raritatis hæc est, quod solis fortius lumen est, & aër agitatus ab illo, calefactusq; solutior est: lunæ autem inertior uis est, & ideò à circumposito aëre facilius sustinetur, eo quod sydera cætera infirma sunt, nec perrumpere aera ui sua possunt. Excipitur itaq; illorum imago, & in materia solidiore ac minus cedente uersatur. Debet enim aër nec tam spissus esse, ut excludat ac submoueat à se lumen immissum, nec tam tenuis & solutus, ut nullam uenientibus radijs moram præbeat: hæc noctibus temperatura contingit, cum sydera coniectum aëra luce leui non pugnaciter, nec aspere feriunt, spissioremq;, quàm solet esse interdiu, inficiunt. At contra arcus in nocte non fit, aut admodum raro, quia luna non habet tantum uirium, ut nubes transeat, & illis colorem suffundat, qualem accipiunt sole perstricte. Sic enim formam arcus discoloris excipiunt, quia aliæ partes in nubibus tumidiores sunt, aliæ submissiores, quædā crassiores, quàm ut solē transmittant, aliæ imbecilliores, quàm ut excludant. Hæc inæqualitas alternis lucē umbrāq; permiscet, & exprimit illā mirabilē arcus uarietatē. Alterā causa eiuscemodi arcus redditur. Videmus cū fistula aliquo loco rupta est, aquā pertenue foramē elidi, quæ sparsa cōtra solē oblique positū, faciē arcus repræsentat. Idem

Areæ

Hæ quatuor noces uidentur superesse

CAP. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebis accidere, si quãdo uolueris obseruare fullonẽ, cũ os aqua impleuit, & uestimẽta tendiculis diducta leuiter aspergit, apparet uarios edi colores in illo aëre aspersio, quales in arcu fulgere solent. Huius rei causam in humore esse nõ dubitaueris. Nõ fit enim unquã arcus nisi nubilo. Sed quæramus quomodo fiat. Quidam aiunt esse aliqua stillicidia, quæ solẽ transmittant, quædam magis coacta, quàm ut transluceãt: itaq; ab illis fulgorẽ reddi, ab his umbram, & sic utriusq; intercursu effici arcũ, in quo pars fulgeat, quæ solẽ recipit, pars obscurior sit, quæ exclusit, & ex se umbrã proximis facit. Hoc ita esse quidã negant, poterat enim umbra & lux causa uideri, si arcus duos tantũ haberet colores, & sic ex lumine umbraq; constaret. Sed nunc diuersi niteant cũ mille colores, Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit, Vsq; adeo quod tangit idẽ est, tamen ulti ma distant. Videmus in eo aliquid flãmei, aliquid lutei, aliquid cerulei, & alia in pictu ræ modũ subtilibus lineis ducta, ut ait Poëta, ut an dissimiles colores sint, scire nõ possis nisi cũ primis extrema cõtuleris. Nã cõmissura decipit, usq; adeo mira arte naturę quod à similimis cœpit & in dissimilima desinit. Quid ergo istic duo colores faciũt luminis, atq; umbræ, cum innumerabiliũ ratio reddenda sit? Qui ita existimant arcum fieri, dicunt in ea parte in qua pluit, singula stillicidia pluuię cadentis, singula specula esse, à singulis ergo imaginẽ reddi solis. Deinde multas imagines, imò innumerabiles, & deuexas, & in præceps transeuntes confundi. Itaq; et arcum esse multarũ imaginũ solis cõfusiones. Hoc sic colligunt, Pelues inquiũt mille die sereno pone, & omnes habebũt imaginem solis. In singulis foliis, dispone singulas guttas, singulæ habebunt imaginem solis. At cõtra ingens stagnũ nõ habebit nisi imaginẽ unam. Quare? quia omnis circumscripta leuitas & circundata suis finibus, speculum est. Itaq; piscinã ingentis magnitudinis, insertis parietibus in plures diuide, totidem illa habebit imagines solis, quot lacus habuerit. Relinque il ã sicut est diffusa, semel tibi imaginem reddet. Nihil refert quam exiguus sit humor aut lacus. Si circunseptus est, speculum est. Ergo stillicidia illa infinita, quæ imber cadens defert, totidem specula sunt, totidem solis facies habent. Hæ contra intuenti pertubatæ apparent, nec discriminãtur interualla, quibus singula distant, spatio prohibente discerni. Deinde pro singulis apparet una facies turbida ex omnibus. Aristoteles idem iudicat. Ab omni inquit, leuitate acies radios suos replicat. Nihil aũt leuius aqua & aëre. Ergo etiã ab aëre spisso uisus noster in nos redit: Vbi uerò hebes & infirma est acies, quolibet aëris ictu defecit. Quidam hoc genere ualetudinis laborãt, ut ipsi sibi uideantur occurrere, ut ubiq; imaginẽ suam cernant. Quare? quia infirma uis oculorũ non potest ne proximum quidẽ sibi aërem perrumpere, sed resistit. Itaq; quod in aliis efficit densus aër, in his facit omnis. Satis enim ualet qualiscunq;, ad imbecillem aciem repellendam: longe aũt magis uisum nostrum nobis remittit, qui crassior est, & peruinci non potest, sed radios luminum nostrorũ moratur, & eò unde exierint reflectit. Ergo cum multa stillicidia sint, totidem specula sunt. Sed quia parua sunt, solis colorem sine figura exprimunt. Deinde cũ in stillicidijs innumerabilibus, et sine interuallo cadentibus reddatur idem color, incipit facies esse nõ multarũ imaginũ inter missarũ sed unius longæ atq; cõtinuæ. Quomodo inquis, tu mihi multa milia istic imaginũ esse dicis, ubi nullam uideo? Et quare cũ solis color unus sit, imaginũ diuersus est? Vt et hęc quæ proposuisti refellam, et alia quæ nõ minus refellenda sunt, illud dicam oportet: nihil acie nostra fallacius, non tantum in his à quibus subtiliter peruidendis illam colorũ diuersitas summouet, sed etiamnũ his quoq;, quæ ad manum cernit. Remus integer in tenui aqua fracti speciẽ reddit. Poma per uitrũ aspicientibus multo maiora sunt. Colũnarũ interualla porticus longiores iungunt. Ad ipsum solem reuertere, hunc quẽ toto orbe terrarũ maiorem probat ratio, acies nostra sic contraxit, ut sapientes uiri pedalem esse cõtenderint. Quẽ uelocissimũ omniũ esse scimus, nemo nostrũ uidet moueri, nec ire crederemus, nisi appareret isse. Mundũ ipsum præcipiti uelocitate labentẽ, & ortus occasusq; intra momentũ tẽporis reuoluentẽ, nemo nostrũ sentit procedere. Quid ergo miraris, si oculi nostri innumerabilia stillicidia non separant, & ingenti spacio intuentibus minutarum imaginũ discrimẽ interit? Illud esse dubiũ nulli potest, quin arcus imago solis sit, roscida & cana nube concepta. Quod ex hoc tibi appareat. Nunq; non aduersa

aduersa soli est, sublimis aut humilis, prout ille se submisit, aut sustulit contrario motu. Illo enim descendente altior est, alto depressior. Sępe talis nubes à latere solis est, nec arcum efficit, quia nõ ex recto imaginẽ trahit. Varietas aũt non ob aliã causam fit, quàm 3
quia pars coloris à sole est, pars à nube illa: humor aũt modo ceruleas lineas, modo uirides, modo purpuræ similes, et luteas aut igneas ducit, duobus coloribus hanc uarietatẽ efficientibus, remisso & intento. Sic enim & purpura eodẽ conchylio nõ in unũ modũ exit. Interest quantũ macerata sit, crassius medicamentum an aquatius traxerit, sa pius mersa sit an excocta, an semel tincta. Non est ergo mirũ cum duæ res sint, sol & nubes, id est corpus & speculum, si tam multa genera colorũ exprimuntur, quæ in multis generibus possunt aut incitari, aut languescere. Alius enim est color ex igneo lumine, alius ex obtuso & leniore. In alijs rebus uaga inquisitio est, ubi nõ habemus quod manu tenere possimus, & late coniectura mittenda est: hic apparet duas causas esse arcus, solem nubemq;, quia nec sereno unquam fit, nec ita nubilo, ut sol lateat. Ergo utiq; ex his est, quorũ sine altero non est. Iam nunc illud accedit, quod æque manifestum est spe CAP. IIII
culi ratione imaginem reddi, quia nunq; nisi ex contrario redditur, id est nisi ex altera parte steterit, quod apparet, ex altera quod ostendit. Rationes quæ nõ persuadent, sed cogunt, à geometris adserũtur, nec dubiũ quicq; relinquitur, quin arcus imago solis sit male expressi, ob uitium figuramq; speculi. Nos interim † repetemus alias probationes, al. tentemus
quæ de Platone legi possunt. Inter argumẽta sic nascentis arcus pono, quod celerrime nascitur, igneũ enim uariũq; corpus cœlo intra momentũ subtexitur & æque celeriter aboletur, nihil autem tam cito redditur à speculo, quàm imago. Non enim facit quicq; sed ostendit. Parianus Artemidorus adijcit, & quale genus nubis esse debeat, quod talem soli imaginem reddit. Si speculũ, inquit, concauum feceris, quod fit sectæ pilæ pars for. propiores
si extra mediũ constiteris, quicunq; iuxta te steterint, uniuersi à te uidebuntur † priores tibi quàm speculo. Idem, inquit, euenit, cum rotundam & cauam nubem intuemur à forte, propior
latere, ut solis imago à latere discedat, † priorq; nobis sit, & in nos magis cõuersa. Color CAP. V
igitur igneus à sole est, ceruleus à nube, cæteri utriusq; mixturæ. Contra hæc illa dicuntur. De speculis duæ opiniones sunt, alij enim in his simulachra cerni putant, id est corporum nostrorum figuras à nostris corporibus emissas ac separatas: alij imagines aiunt non esse in speculo, sed ipsa aspici corpora, retorta oculorum acie, & in se rursus deflexa. Nunc nihil ad rem pertinet, quomodo ipsas uideamus, sed quomodo imago similis debeat è speculo reddi. Quid nam est tam dissimile, quàm sol & arcus, in quo neq; color neq; figura solis, neq; magnitudo apparet? Arcus longior ampliorq; est longeq; ea parte, qua fulget, rubicundior quàm sol, cæteris uerò coloribus diuersus. Deinde cũ uelis speculũ aëri cõparare, des oportet mihi eandem leuitatẽ corporis, eandem æqualitatẽ, eundem nitorẽ. Atqui nullæ nubes habent similitudinẽ speculi, per medias sæpe transimus, nec in illis nos cernimus. Qui montiũ summa conscendunt, spectant nubẽ nec tamen imaginem suam in illa cernunt. Singula stillicidia singula specula sunt. Concedo, sed illud nego ex stillicidijs constare nubem. Habent enim quædam, ex quibus fieri stillicidia possunt, non ipsa. Nec aquã quidem habent nubes, sed materiam futuræ aquæ. Concedam tibi & guttas innumerabiles in nubibus esse, & illas faciem reddere, non tamen omnes unam reddunt, sed singulæ singulas. Deinde inter se specula cõiunge, in unam imaginem non coibunt, sed quæq; particula † in se rei similitudinem clau- al. uisæ
det. Sunt quædam specula ex multis minutisq; composita, quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet, unaquaq; parte faciem suam exprimente. Hæ cum sint cõiuncta & simul collocata, nihilominus seducunt imagines suas, & ex uno turbam efficiunt. Cæterum cateruam illam non confundunt, sed diremptam in facies singulas distrahũt. Ergo arcus uno circumscriptus ductu, una totius est facies. Quid ergo, inquit, non & aqua, rupta fistula, sparsa, & remo excussa habere quiddam simile, his quos uidemus in arcu, coloribus solet? Verum est, sed non ex hac causa, ex qua tu uideri uis, quia unaquæq; stilla recipit imaginem solis. Citius enim cadunt stillæ quàm ut concipere imaginem possint. Standum est, ut id quod imitantur excipiant. Quid ergo fit? Colorẽ non imaginẽ ducũt, alioquin, ut ait Nero Cæsar disertissime, Colla cytheriacæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

splendent agitata columbæ,& uariis coloribus pauonum ceruix,quoties aliquò deflectitur,nitet. Nunquid ergo dicemus specula eiusmodi plumas,quarũ omnis inclinatio in colores nouos transit? Non minus nubes diuersam speculis naturam habent quam aues retuli & Chamæleontes,& reliqua animalia, quorum color aut ex ipsis muratur, cum ira uel cupidine accensa,cutem suam uariant,humore diffuso, aut positione lucis, quam prout rectam uel obliquam receperint,ita colorantur. Quid enim simile speculis habent nubes,cum illa non perluceant,hæ transmittant lucem? Illa densa & coacta, hæ raræ sint:illa eiusdem materiæ tota,hæ è diuersis temere cõpositæ,& ob hoc discordes,nec diu cohæsuræ. Præterea uidemus ortu solis partem quandam cœli rubere,uidemus nubes aliquando igneí coloris. Quid ergo prohibet, quomodo hunc colorem unum accipiunt solis occursu,sic multos ab illis trahi, quamuis non habeant speculi potentiam? Modo,inquis,inter argumenta ponebas,semper arcum contra solem excitari,quia ne à speculo quidem imago redderetur,nisi aduerso. Hoc,inquit, cõmune nobis est. Nam quemadmodum opponendum est speculo,id cuius imaginem in se transferat,ita sol ad hoc apte ponendus est,sic ut nubes infici possit. Non enim idem facit si undiq; fulsit,& ad hoc opus est radiorum idonea locatio. Hæc dicuntur ab his, qui uideri uolunt nubem colorari. Posidonius & hi qui specularí ratione talem effici iudicãt uisum,hoc respondent. Si ullus esset in arcu color,permaneret,& uideretur eo manifestius,quo propius. Nunc imago arcus ex longinquo clara est, interit cum è uicino est uentura. Huic contradictioni non consentio,cum ipsam sententiam probem. Quare? dicam. Quia coloratur quidem nubes,sed ita ut color eius non undiq; appareat. Nam ne ipsa quidem undiq; apparet. Nubem enim nemo,qui in ipsa est, uidet. Quid ergo mirum,si color eius non uidetur ab eo à quo ipsa non uisitur? Atqui quamuis ipsa nõ uideatur,est, ergo & color, Ita non est argumentum falsi coloris, quia idem apparere accedentibus desinit. Idem enim in ipsis euenit nubibus,nec ideò falsæ sunt, quia non uidentur. Præterea cum dicitur tibi nubem sole esse suffectam, non dicitur tibi colorẽ illum immixtum esse uelut duro corpori ac stabili & manenti, sed ut fluido & uago, & nihil amplius quàm perbreuem speciem recipienti. Sunt etiam quidam colores,qui ex interuallo uim suam ostendunt. Purpuram tyriam quo melior saturiorq; est, eo oportet ut altius teneas,ut fulgorem suum ostendat. Non tamen ideo non habet illa colorem,quia quem optimum habet,non quomodocunq; explicetur, ostendit. In eadẽ sententia sum,qua Posidonius,ut arcum iudicem fieri nube formata in modum concaui speculi & rotundi, cui forma sit partis pilæ sectæ,Hoc probari, nisi geometræ adiuuerint, non potest, qui argumentis nihil dubij relinquentibus docent, solis illam esse effigiem,non similem. Neque enim omnia aduersus specula respondent. Sunt quæ uidere extimescas,tanta deformitate corruptam faciem uisentium reddunt, seruata similitudine in peius. Sunt quæ cum uideris,placere tibi uires tuæ possint,in tantum lacerti crescunt, & totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt quæ dextras facies ostendant,sunt quæ sinistras,sunt quæ torqueãt uel euertant. Quid ergo mirum est,eiuscemodi speculum quo solis species uitiosa reddatur, in nube quoque fieri? Inter cætera argumenta & hoc erit, quod nunquam maior arcus dimidio circulo apparet,& quod eo minor est,quo altior est sol, Et bibit ingens Arcus, ut ait Vergilius noster,cum aduentat imber,sed non eadem,undecunq; apparuerit, minas affert. A meridie ortus magnam uim aquarum uehet. Vinci enim non poterunt uehementissimo sole,tantũ est illis uiriũ. Si circa occasum resultit,rorabit & leuiter impluet. Si ab ortu circaue surrexerit,serena promittit. Quare tamẽ si imago solis est arcus,longe ipso sole maior apparet? Quia est alicuius speculi natura talis ut maiora multo quàm uideat,ostendat, & in portentuosam magnitudinem augeat formas: alicuius inutcem talis est ut minuat. Illud mihi dic,quare in orbem ear facies nisi orbi redditur? Dices forte,unde sit ille color uarius: unde talis figura sit, non dices, nisi aliquod exemplar, ad quod formetur,ostenderis. Nullum autem aliud, quàm solis est à quo fatearis illi colorem dari,sequitur ut detur & forma. Denicq; inter me & te cõuenit,colores illos quibus regio cœli depingitur à sole esse. Illud unum inter nos non conuenit,tu dicis illum

CAP. VI

colorem esse,ego uideri. Qui siue est,siue uidetur,à sole est. Tu non expedies,quare color ille subito desinat,cum omnes fulgores paulatim discutiantur. Pro me est & repentina eius facies & repentinus interitus. Proprium enim est speculi hoc, quod non per partes struitur,quod apparet,sed statim totum fit. Aeque cito omnis imago in illo abletur quàm ponitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda uel remouenda opus est, quàm ostendi & abduci. Non est propria in ista nube substantia, nec corpus, sed mendax est sine re similitudo. Vis scire hoc ita esse? Desinet arcus,si obtexeris solem. Oppone,inquam, soli alteram nubem, istius uarietas peribit. At maior est aliquanto arcus, quam sol. Dixi modo fieri specula, quæ multiplicent omne corpus quod imitantur. Illud adiiciam omnia per aquam uidentibus longe esse maiora. Literæ quamuis minutæ et obscuræ per uitream pilam aqua plenam,maiores clariores; cernuntur. Poma formosiora quàm sint uidentur,si innatant uitro. Sydera ampliora per nubem aspicienti cernũtur,quia acies nostra in humido labitur,nec apprehendere quod uult fideliter potest. Quod manifestum fiet,si poculum adimpleueris aqua,& in id conieceris annulum. Nam cum in ipso fundo faceat annulus,facies eius in summo aquę redditur. Quicquid uidetur per humorẽ, longe amplius uero est. Quid mirum maiorem reddi imaginem solis, quæ in nube humida uisitur, cum de causis duabus hoc accidat, quia in nube est aliquid uitro simile,quod potest perlucere,est aliquid & aquæ, quam si nõdum habet, tamen iam apparet eius natura,in quam ex sua uertatur. Quoniam inquis,uitri fe- CAP. VII
cisti mentionem,ex hoc ipso contra te argumentum sumam. Virgula solet fieri uitrea, stricta,uel pluribus angulis in modum clauæ torosa,hæc si ex transuerso solem accipit, colorem talem qualis in arcu uideri solet,reddit,ut scias hic nõ imaginem solis esse, sed coloris imitationem ex repercussu. In hoc argumento multa sunt pro me. Primũ quod apparet quiddã leue esse debere, simile speculo, quod solem repercutiat: deinde quod apparet non fieri ullum colorem,sed speciem falsi coloris,qualem ut dixi columbarum ceruix,& sumit & ponit,utcunq; deflectitur: hoc autem & in speculo est,cuius nullus uidetur color,sed simulatio quædam coloris alieni. Vnum tamen hoc soluendum est, quod non uisitur in illa uirgula solis imago, cuius bene exprimendæ capax non est. Ita conatur quidem reddere imaginem, quia leuis est materia, & ad hoc habilis, sed nõ potest, quia enormiter † fracta est. Si apte fabricata foret, totidem redderet soles, quot habuisset † inspectores. Quæ quia non discernuntur inter se,non satis in uicem speculi *al. facta fõ. infectiuus*
nitent, inchoant tantum imagines nec exprimunt, & ob ipsam uicinitatem turbant, & in speciem coloris unius adducunt. At quare arcus non implet orbem, sed di- CAP. VIII
midia pars eius uidetur, cum plurimum porrigitur, incuruaturq;? Quidam ita opinantur. Sol cum sit multo altior nubibus à superiore tantum illas percutit parte, ut quitur ut inferior pars earum non tangatur lumine. Ergo cum ab una parte solem accipiant,unam partem eius tantum imitantur,quæ nunquam dimidia maior est. Hoc argumentum parum potens est. Quare? quia quamuis sol à superiori parte sit,totam tamen percutit nubem. Ergo contingit? Quid ni? cum radios transmitter e soleat, & omnem densitatem perrumperet? Deinde contrariam rem proposito suo dicunt. Nam si superior est sol,et ideo tantum superiori parti nubium affunditur,nunquam terrarenus descendit arcus. Atqui usq; in humum demittitur. Præterea nunquam non contra solem est arcus. Nihil ad rem pertinet,supra infráue sit,quia totum,quod contra est,latus uel *Cur arcus non sit dimidius circuli.*
beratur. Deinde aliquando arcum & occidens facit,cum certe ex inferiore parte nubes ferit,terris propinquus, Atqui & tunc dimidia pars est, quãuis solem nubes ex humili & sordido accipiant. Nostri qui sic in nubilo,quomodo in speculo lumen reddi uolũt, nubem cauam faciunt,& sectæ pilæ partem,quæ non potest totũ orbem reddere, quia ipsa est pars orbis. Proposito accedo,argumento non cõsentio. Nã si in concauo speculo tota facies oppositi orbis exprimitur, & in semiorbe nihil prohibet aspici totã pilã, etiamnũ diximus circulos apparêre soli lunęq; in similitudine arcus circumdatos, quare & ille arcus in circulum iungitur nunquam? Deinde quare semper concauæ nubes solem accipiunt, nec aliquando planæ & tumentes? Aristoteles ait, post autumnale *Post autumnale æquinoctium qualibet hora est arcus.*
æquinoctium qualibet hora diei arcum fieri, æstate non fieri, nisi incipiente aut incli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nato iam die. Cuius rei causa manifesta est. Primum medio die sol calidissimus nubes euincit, nec potest ab his imaginem suam accipere, quas scindit. At matutino tempore, & uergens ad occasum cum minus uirium habeat, minus calidus est, & ideo à nubibus & sustineri & repercuti potest. Deinde cum arcum facere non soleat, nisi aduersus his, in quibus facit, nubibus, cum breuiores dies sunt semper obliquus est. Itaque qualibet diei parte etiam cum altissimus est habet aliquas nubes, quas ex aduerso ferire potest. At temporibus æstiuis supra nostrum uerticem fertur. Itaque medio die excellissimus terras rectiore aspicit linea, quàm ut ullis nubibus possit occurri. Omnes enim tũc sub

CAP. IX se habet. Nunc dicendum est de uirgis, quas non minus pictas uariasq; & æque pluuiarum signa solemus accipere. In quibus non multum operæ consumendum est, quia uirgæ nihil aliud quàm imperfecti arcus sunt. Nam facies quidem illis est picta, sed nihil curuati habent. In rectum iacent. Fiunt autem iuxta solem ferè in nube humida, & iam se spargente. Itaq; idem est in illis qui in arcu color, tantum figura mutatur,

CAP. X quia nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est. Similis uarietas in coronis est, sed hoc differunt, quod coronæ ubicũq; fiunt, ubicunq; sydus est, arcus non nisi contra solem. Virgæ non nisi in uicinia solis. Possum & hoc modo differentiam omnium reddere. Coronam si diuiseris, arcus erit, si direxeris, uirga. In omnibus color multiplex est, ex ceruleo fuluoq; uarius. Virgæ soli tantum adiacent. Arcus solares lunares

CAP. XI. esq; omnes sunt. Coronæ omnium syderum. Aliud quoq; uirgarum genus apparet, cum radij per angusta foramina nubium tenues, intenti distantesq; inter se diriguntur, & ipsi signa imbrium sunt. Quomodo nunc me hoc loco geram? Quid eas uocem? imagines solis? Historici soles uocant, & binos ternosq; apparuisse memoriæ tradunt. Græci παρήλια appellant, quia in propinquo ferè à sole uisuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur, sed imaginem eius figuramq;. Cæterum nihil habent ardoris, hebetes ac languidi. His quod nomen imponimus? An facio quod Vergilius, qui dubitauit de nomine, deinde id de quo dubitauerat posuit? & quo te nomine dicam, Rhetica, nec cellis ideo contende falernis. Nihil ergo prohibet illas parelia uocari. Sunt autem imagines solis in nube spissa & uicina in modum speculi. Quidam parelion ita diffiniunt, nubes rotunda & splendida, similisq; soli. Sequitur enim illum, nec unquam longius relinquitur, quàm fuit cum apparuerit. Nũquis nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte, aut placido lacu uidit? Non ut puto, Atqui tam in sublimi facies eius potest, quàm inter nos, reddi, si mo-

CAP. XII do idonea est materia, quæ reddat. Quoties defectionem solis uolumus deprehendere, ponimus pelues, quas aut oleo, aut pice implemus, quia pinguis humor minus facile turbatur, & ideo quas recipit imagines seruat. Apparêre autem imagines nõ possunt, nisi in liquido & immoto. Tunc solemus notare quemadmodum se luna soli opponat, aut illum tanto maiorẽ, subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si ita contigit, ut latus occurrerit, modo totum. Hæc dicitur perfecta defectio, quæ stellas quoq; ostendit & intercipit lucem, tunc scilicet cum uterq; orbis sub eodem libramento stetit. Quemadmodum ergo in ære utriusq; imago in terris aspici potest, ita in aëre, cum sic coactus aër & limpidus constitit, ut faciem solis acciperet, quam & aliæ nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut raræ aut sordidæ. Mobiles enim spargunt illam, raræ emittunt, sordidæ turpesq; non sentiunt, sicut apud nos imaginem

CAP. XIII maculosa non reddunt. Solent & bina fieri parelia eadem ratione. Quid enim impedit quo minus tot sint, quot nubes fuerunt aptæ ad exhibendum imaginem solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulachra talia existant, ut iudicent unum esse solis, alterum imaginis. Nam apud nos quoque cum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit conspectus alterius, omnia implentur, & una imago à uero est, cæteræ imaginum effigies sunt. Nihil enim refert quid sit, quod speculo ostendatur. Quicquid enim uidet, reddit. Ita illic quoque in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit, ut inter se aspiciant, altera nube solis imaginem, altera imaginis reddi. Debent autem hæ nubes, quæ hoc præstant, densæ esse, leues, splendidæ, planè naturæ solis. Oh hoc omnia quæ huius sunt simulachra, candida sunt & similia lunaribus circulis, quia

experculsu oblique accepto sole resplendent. Nam si infra solem nubes fuerit, & propior, ab eo dissipatur: longe autem posita radios non remittit, nec imaginem efficit. Quia apud nos quoq; specula cum à nobis procul abducta sunt, faciem non reddunt, quia acies nostra non habet usq; ad nos recursum. Pluuiarum autem & hi soles (utar enim historica lingua) indicia sunt: utiq;, si à parte austri constiterunt, inde maxime nubes ingrauescunt, cum utrinq; solem cinxit talis effigies (si Arato credimus) tempestas surgit. Tempus est alios quoq; ignes percurrere, quorum diuersæ figuræ sunt. Ali- CAP. XIIII
quando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi & hærentes nonnunquã uolubiles, Horũ plura genera cõspiciuntur. Sunt enim uelut corona cingente introrsus ignes. Cœli recessus est similis effossæ in orbem speluncæ sunt pithiæ, cum magnitudo uasti rotundiq; ignis dolio similis, uel fertur, uel in uno loco flagrat. Sunt Chasmata, cum aliquod cœli spacium desedit, & flammam dehiscens uelut in abdito ostentat. Colores quoq; horum omnium plurimi sunt. Quidam ruboris acerrimi, quidam ieuanidæ ac leuis flammæ, quidam cãdidæ lucis, quidam micantes, quidam æqualiter & sine eruptionibus aut radijs fului. Videmus ergo stellarum longos à tergo albescere tractus. Hæc uelut stellæ exiliũt & transuolant, uidenturq; longum ignem porrigere, propter immeniam celeritatem, cum acies nostra non discernat transitum earum, sed quacunq; cucurrerunt, totum ignitum credat, Tanta enim est uelocitas motus, ut partes eius non dispiciantur, sed tantum summa prendantur. Intelligimus magis, quã † appareat stella, quàm quã eat. Itaq; uelut igne continuo, totum iter signat, quia uisus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed uidet simul & unde exilierit & quò peruenerit. Quod fit in fulmine, longus nobis uidetur ignis eius, quia cito spacium suum transilit, & oculis nostris occurrit uniuersum per quod deiectus est. At ille non est extenti corporis, per omne spatium per quod uenit, neq; tam lõga & extenuata in impetum ualent. Quomodo ergo prosiliunt? Attritu aëris ignis incensus, uento præceps impellitur, non semper tamen uento attritúue fit. Nonnunquam ex aliqua opportunitate aëris nascitur. Multa enim sunt in sublimi, ficca, calida, terrena, inter quæ oritur, et pabulum suũ subsequens defluit, ideoq; uelociter rapitur. At quare color diuersus est? Quia refert, quale sit id quod incenditur, & quàm uehemens quo incenditur. Ventũ autem significat eiusmodi lapsus, & quidem ab ea parte qua erumpit. Fulgores, in- CAP. XV
quis, quomodo fiunt, quos Græci σέλλας appellant? Multis ut aiunt, modis. Potest illos uentorum uis edere, potest superioris cœli seruor. Nam cum late fusus sit ignis, inferiora aliq tãdo, si sunt idonea accendi, corripit. Potest stellarum motus cursu suo excitare ignẽ, & in subiecta transmittere. Hoc uero non potest fieri, ut aër uim igneam in æthera elidat, ex qua fulgor ardórue sit stellæ, uel similis excursus? Ex hijs fulgoribus quædam in præceps eunt similia prosilientibus stellis, quædã certo loco permanent, & tantum lucis emittunt, ut fugent tenebras, & diem repræsentent, donec consumpto alimento, primum obscuriora sint, deinde flammæ modo, quæ in se cadit, per assiduam diminutionem redigantur in nihilum. Ex his quædam in nubibus apparent, quædam supra nubes, cum aër spissus, ignem, quem propior terris diu pauerat, usque in sydera expressit. Horum aliqua non patiuntur moram, sed transcurrunt aut extinguntur subinde qua reluxerant. Hij fulgores dicuntur, quia breuis facies illorum & caduca est, nec sine iniuria decidens, sæpe enim fulminum noxas ediderunt. Ab his recta ui demus icta sine fulmine, quæ astrapoplecta Græci uocant, At quibus longior mora & fortior ignis est, motumq; cœli † sequens, aut qui proprios cursus agunt, cometas nostri putant, de quibus dicemus. Horum genera sunt pogoniæ, lampades, & cyparissiæ, & alia omnia quorũ ignis in exitu sparsus est. Dubium an inter hos ponantur trabes, & pithiæ, quæ raro sunt uisæ. Multa enim conglobatione ignium indigent, cum ingens illorum orbis aliquando matutini amplitudinem solis exuperet. Inter hæc ponas licet, & quod frequenter in historijs legimus, cœlum ardere uisum, cuius nonnunquam tam sublimis ardor est, ut inter ipsa sydera uideatur, nonnunquam tam humilis, ut speciem longinqui incendij præbeat. Sub Tiberio Cæsare cohortes in auxilium Ostiensis Coloniæ cucurrerunt, tanquam conflagrantis: cum cœli ardor fuisset per

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnam partem noctis, parũ lucidus, crassi fumidiq; ignis. De his nemo dubitat quin habeant flammam quam ostendunt, certa illis substantia est. De prioribus quæritur, de arcu dico & coronis, an decipiant aciem & mendacio constent, an illis quoque uerum sit, quod apparet. Nobis non placet in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi, nihil enim iudicamus in speculis, nisi fallaciam esse, nihil aliud quam alienum corpus mentientibus. Non enim est in speculo, quod ostenditur. Alioquin nõ exiret, nec alia protinus imagine obduceretur, nec innumerabiles modo interirent, modo exciperentur formæ. Quid ergo? Simulachra ista sunt, & inanis uerorum corporum imitatio, suntq; ista à quibusdam ita composita, ut & † hæc possint detorquere in prauum. Nam (ut dixi) sunt specula quæ faciem prospicientium obliquent, sunt quæ in infinitum augeant, ut humanum habitum excedant, modumq; nostrorum corporum. Hoc loco uolo tibi narrare fabellam, ut intelligas quàm nullum instrumentum iritandæ uoluptatis libido contemnat, & ingeniosa sit ad incitandum furorem suum. Hostius quidã fuit obscœnitatis usq; in scenam productæ. Hunc diuitem auarum sestertij milies seruũ diuus Augustus indignũ uindicta iudicauit, cum à seruis occisus esset, & tamen non pronunciauit iure cæsum uideri. Non erat ille tantummodo ab uno sexu impurus, sed tam uirorũ quàm fœminarũ auidus fuit. Fecitq; specula eius notæ cuius modo retuli, imagines longe maiores reddentia, in quibus digitus brachij mensuram & longitudinem & crassitudinem excederet. Hæc autem ita disponebat, ut cum uirum ipse pateretur, aduersus omnes admissarij sui motus in speculo uideret, ac deinde falsa magnitudine ipsius membri tanquam uera gaudebat. In omnibus quidem balneis agebat ille delectum, & aperta mensura legebat uiros, sed nihilominus mendacijs quoque insatiabile malum delectabat. I nunc, dic, speculum mundiciarum causa repertum. Fœda dictu sunt, quæ portentum illud ore suo † lacerandum dixerit fecerit q;, cum illi specula ab omni parte opponerentur ut ipse flagitiorũ suorum spectator esset, & quæ secreta quoque conscientia premuntur, & quæ accusatus quisq; fecisse se negat, non in os tantum, sed in oculos suos ingereret. At hercules scelera cõspectum suum reformidant. Inditis quoq;, & ad omne dedecus expositis, tenerrima est oculorum uerecundia. Ille autem quasi parum esset inaudita & incognita pati, oculis suis illa aduocauit, nec quantum peccabat uidere cõtentus, specula sibi per quæ flagitia sua diuideret, disponeretq; circumdedit: & quia non tam diligenter intueri poterat, cum compressus erat, & caput merserat, † genibusq; alienis obhæserat, opus suũ sibi per imagines offerebat. Speculabatur illam libidinem oris sui, spectabat sibi admissos pariter in omnia uiros. Non nunquam inter marem & fœminã distributus, & toto corpore patiente expositus, spectabat nefanda. Quid'nam homo impurus reliquit, quod in tenebris faceret? Non pertimuit diem, sed ipsos concubitus portentuosos sibijpse ostendit, sibijpse approbauit. Quid non putes in ipso habitu uoluisse pingi? Est aliqua etiam prostitutis modestia, et illa corpora publico obiecta ludibrio, aliquid, quo infelix patientia lateat, obtendunt, adeo quodã modo lupanar quoq; uerecundum est. At illud monstrũ obscœnitatẽ surã spectaculum fecerat, & ea sibi ostentabat, quibus abscondendis nulla satis alta nox est. Simul, inquit, & uirum & fœminam patior, nihilominus illa quoq; superuacua mihi parte, alicuius contumelia marem exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoq; in partem libidinis ueniant, & testes eius exactore sue sint. Etiã ea quæ ab aspectu corporis nostri positio submouit, arte uisantur, ne quis me putet nescire quid faciam. Nihil egit natura, quod humanæ libidini ministeria tam maligna dedit, quod aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inueniam quemadmodum morbo meo † & potiar & satisfaciam. Quo nequitiam meam, si ad naturæ modum peccor? Id genus speculorum circumponam mihi, quod incredibilem imaginum magnitudinem reddat. Si liceret mihi, ad uerum ista perducerem, quia non licet, mendacio pascar. Obscœnitas mea, plus quàm capit, uideat, & patientiam suam ipsa miretur. Facinus indignum, hic fortasse cito & antequam hæc uideret occisus est. Ad speculum suum immo laudus fuit. Derideantur nunc philosophi, quod de speculi natura disserant, quod inquirãt, quid ita facies nostra nobis, & quidẽ in nos obuersa reddatur. Quid sibi rerũ natura

al. hoc possent & detorquerent.

al. lacinandũ

al. clunibus.

4

CAP. XVII

natura uoluit, quod cum uera corpora dedisset, etiã simulachra eorum aspici uoluisset. Quorsum pertinuerit, hanc comparare materiam, excipiendarũ imaginum capacem. Non in hoc scilicet, ut ad speculũ barbam faciemq; uelleremus, aut ut faciem uiri polire mus, In nulla re illa negociũ luxuriæ concesit, sed primũ omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendum cominus solem ignoraturi erãt formam eius, hebetato illum lumine ostendit. Quamuis enim eum orientem occidentemq; contemplari liceat tamen habitum eius, ipsum qui uerus est, non rubentis, sed candida luce fulgentis nesciremus, nisi in aliquo nobis humore leuior, & aspici facilior occurreret. Præterea duorũ syderum occursum, quo interpolari dies solet, nõ uideremus, nec scire possemus, quid esset, nisi liberius humi solis lunęq; imagines uideremus. Inuenta sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multi ex hoc consecuti primo sui noticiam, deinde & ad quædam consilium. Formosus, ut uitaret infamiam, deformis, ut sciret redimendum esse uirtutibus, quicquid corpori deesset. Iuuenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audendi. Senex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmetipsos uidendi. Fons cuiq; perlucidus aut leue saxum imaginem reddit. Nuper me in littore uidi, cum placidum uentis staret mare, Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculum se † cernentiũ? Aetas illa simplicior & fortuitis contenta, nondum in uitium beneficium detorquebat, nec inuentũ naturæ in libidinem luxumq; rapiebat. Primo faciem suam cuiq; casus ostẽdit, deinde cum insitus sui mortalibus amor, dulcẽ aspectũ formæ suæ faceret, sæpius ea despexere, in quibus prius effigies suas uiderant. Postq; deterior populus ipsas subiit terras, effossurus obruenda, ferrum primo in usu fuit, & id homines impune eruerẽt, si solũ eruissent. Tunc demum alia terræ mala, quorum leuitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in poculo, ille in ere ad alios usus comparato uidit, et mox proprio huic ministerio præparatus est orbis, nondum argenti nitor, sed fragilis utilisq; materia: tunc quoque cum antiqui illi uiri incondite uiuerent, satis nitidi, si squalorem opere collectum aduerso flumine eluerent, cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depectere, & in hac re quisque sibi, alteriq; operam dabat inuicem. Cõiugum quidem manu, crinis ille, quem effundere olim mos uiris fuit attrectabatur, sed illum sibi sine ullo artifice formosi quatiebant, non aliter quàm iubam generosa animalia. Postea rerum iam potiente luxuria, specula totis paria corporibus auro argentoq; cælata sunt, denique gemmis adornata, et pluris unum ex his fœminæ constitit, quàm antiquarum dos fuit, non illa quæ publice dabatur, sed imperatorum pauperum liberis. An tu existimas, ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculum, cum illis dos fuisset æs grauis? O paupertas felix, quæ tanto titulo locum fecit. Non fecisset illis senatus dorem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui soceri loco senatus fuit, intellexit se accipisse dotem, quam fas nõ esset reddere. Iam libertinorum uirgunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit pro se Scipio. Processit enim molestius, paulatim opibus ipsis inuitata luxuria, & incrementum ingens uitia acceperunt. Adeoq; omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, ut quicquid mundus muliebris uocabatur sarcinæ uiriles sint, Minus dico, etiam militares. Iam speculum ornatus tantum causa adhibitum, nulli non uitio munerario, necessarium factum est.

al. comentium

6

7

IN NATVRALIVM QVAESTIONVM LIB. I.

EX CAP. I.

Quod perire mundus sciat. Pro sciat, denunciat, magis arrisit Fortunato. quum sensus sit idem: mihi sciat uidetur argutius. Etenim qui nescit, nec potest quidem prædicere. 1

EX CAP. II.

Et sic placitum. Fortunatus putat hæc uerba reijcienda. Tolerari possunt si legas, & placidum. Potest & illud ferri, & sic placidum: ut intelligas ideo placidum, quia temperatus est. 2

EX CAP. III.

Quam quia pars coloris sole est sparsa nubes illa. Sic prior æditio, sine dubio mendose. Fortunatus diuinat legendum, quia pars coloris sole sparsa est, pars nube illa. Exemplar Britannicum hactenus suffragabatur, quod pro nubes, habebat in nube. Mihi probabilius uidetur, pars à scribæ culpa, mutatum in sparsa, ut hæc fuerit germana lectio, quia pars coloris à sole est, pars à nube illa. 3

EX

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX CAP. XVI.

4 *Quo nequitiam meam. Fortunatus putat non absurde legi, nequitia mea. Hoc ut uerum sit, apud Horatium in codicibus emendatis non legitur. Quo mihi fortuna est, sed, quo mihi fortunam, si non conceditur uti? Et habet abrupti sermonis tropus suam gratiam. Ita, quo nequiciam, meam, subaudi, exerceo?*

EX CAP. XVII.

Multi ex hoc consecuti. Fortunatus mauult consequuntur. Nec mihi displicet, si legas prouitaret, uitet, pro sciret, sciat.

Postquam deterior populus subijt in ipsas terras se effossurus, ferrum obruendum, primum in usu fuit, & id homines impune irruerent, si solum irruissent. Sic prior editio. Locus hic torsit Fortunatū. Mihi probatur quod habebat exemplar Britannicum, Postquam deterior populus, ipsas subijt terras, effossurus obruenda, ferrum primum in usu fuit. Nam eruerent & eruissent legendum esse, pro irruerent, & irruissent, alius ante nos monstrauit.

Et poculū unū, ex his fœmina constitit. Sic prior editio. Britannicū exemplar habebat, & pluris unum ex his fœminæ constitit, quam antiquarum dos fuit. In Italicis habebatur in hunc modum, quod antiquarum dos fuit.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATVRALIVM QVAESTIONVM LIB. II.

CAP. I OMnis de uniuerso quæstio in cœlestia, in sublimia, & terrena diuiditur. Prima pars naturam syderū scrutatur, & magnitudinem, & formas ignium, quibus mundus includitur. Solidum ne sit cœlum, ac firmæ concretæq; † materiæ, an ex subtili tenuiq; nexum, agatur, an agat, & infra se sydera habeat, an in contextu sui fixa, quemadmodū anni uices seruet, solem an retro flectat, Cætera deinceps his similia. Secunda pars tractat inter cœlum terramq; uersantia. Hæc sunt nubila, imbres, niues, & humanas motura tonitrua mentes, Quæcunque aër facit patitūrue. Hæc sublimia dicimus, quia editiora imis sunt. Tertia illa pars de agris, terris, arbustis, satis quærit, & ut iurisconsultorum uerbo utar, de omnibus quæ solo continentur. Quomodo, inquis, de terrarum motu quæstionem eo posuisti loco, quo de tonitruis fulguribusq; dicturus es? Quia cum motus terræ fiat spiritu, spiritus aūt sit aër agitatus, & si subeat terras, nō ibi spectandus, est, cogitetur in ea sede, in qua illū natura disposuit. Dicā, quod magis uidebitur mirū, inter cœlestia, & de terra dicendū erit. Quare, inquis? quia cū propria terræ excutimus suo loco, utrū lata sit & inæqualis, et enormiter proiecta, an tota in formā pilæ spectet, & in orbē partes suas agat, alliget aquas, an aquis alligetur, ipsa animal sit, an iners corpus, & sine sensu, plenū quidē spiritus, sed alieni, & cętera huiusmodi quoties in manus uenerint, terrā sequentur, & in imis collocabuntur. At ubi quæretur, quis terræ sit situs, qua parte mūdi subsederit, quomodo aduersus sydera cœlūq; posita sit, hæc quæstio cedit superioribus, &
CAP. II ut ita dicā, meliorē conditionē sequitur. Quoniā dixi de partibus, in quas omnis rerum naturæ materia diuiditur, quædam in cōmune sunt dicenda, & hoc primū præmendū, inter ea corpora, à quibus unitas est, aëra esse. Quid sit hoc, & quare præcipiendum fuerit, scies si paulo altius repetiero, & dixero aliquid esse cōtinuū, aliquid cōmissum. Continuatio est partiū inter se non intermissa cōiunctio. Vnitas est sine cōmissura continuatio, & duorum inter se cōiunctorū corporū tactus. Nunquid dubiū, quin ex his corporibus quæ uidemus tractamusq;, quæ aut sentiūtur aut sentiunt, quædam sint composita, Illa cōstant, aut nexu, aut aceruatione, utputa funis, frumentum, nauis, Rursus non composita, ut arbor, lapis. Ergo concedas oportet, ex his quoq; quæ sensū effugiunt, cæterū ratione prenduntur, esse in quibusdam unitatem corporum. Vides quomodo auribus tuis parcam. Expedire me poteram, si philosophorū lingua uti uoluissem, ut dicerem unita corpora: hoc cum tibi remittam, tu inuicem mihi refer gratiā. Quare istud? si quando dixero unum, memineris me non ad numerū referre, sed ad naturam corporis, nulla ope externa, sed unitate sua cohærentis: Ex hac nota corporum
CAP. III aër est. Omnia quæ in noticiam nostram cadunt uel cadere possunt, mundus complectitur, Ex his quędam eius sunt partes, quędam materiæ loco relicta. Desiderat omnis natura materiam, sicut ars omnis quę manu constat. Quid sit hoc, apertius faciam. Pars enim nostri, manus, ossa, nerui, oculus: materia, succus recentis cibi, iturus in partes. Rursus

tes. Rursus quasi pars nostri est sanguis, qui tamen & materia est. Parat enim & alia, & nihilominus in numero est eorum, quibus totū corpus efficitur. Sic mundi pars est CAP. IIII aër, & quidem necessaria: hic est enim qui cœlum terramq; connectit, qui ima ac summa sic separat, ut tamen iungat. Separat, quia medius interuenit: iungit, quia utriq; per hoc inter se consensus est. Supra se dat, quicquid accepit à terris. Rursus uim syderū in terrena trāsfundit. Quem sic partem mundi uoco, ut animalia & arbusta. Nam genus animalium arbustorumq; pars est uniuersi, quia in consumatione uniuersi acceptum, & quia non est sine hoc uniuersum. Vnum autem animal, & una arbor, quasi pars est, quia si perierit, tamen id ex quo perit, totum est. Aër autem, ut dicebam, & cœlo & terris cohæret. Vtriq; innatus est. Habet autem unitatē, quicquid alicuius rei natiuā pars est. Nihil enim nascitur, sine unitate. Terra & pars est mundi & materia. Pars quare CAP. V sit, non puto te interrogaturū, ut æque interroges quare cœlū pars sit, quia, scilicet, nō magis sine hoc quàm sine illa uniuersum esse potest, quod cum his uniuersum est, ex quibus, id est, ex illo, & ex ista alimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis diuiduntur. Hinc quicquid est uirium singulis, hinc ipsi mundo tam multa posceti submiſtratur, hinc profertur quo sustineantur tot sydera, tam exercitata, tam auida, per diem noctemq;, ut in opere: ita & in pastu. Et omnium quidem rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis sit, apprehendit. Mundus autem, quantum in aeternum desiderabat, inuasit. Pusillum tibi exemplum magnæ rei ponam. Qua tantū complectuntur humoris, quantum ad effectum animalis exituri sat est. Aër conti- CAP. VI nuus terræ est, & sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discesit. Pars est totius mundi, sed idem tamē quicquid terra in alimentum misit, recipit, ut, scilicet, materia nō pars intelligi debeat. Ex hoc omnis inconstantia tumultusq; est, Hunc quidā ex distantibus corpusculis, ut puluerem struunt, plurimumq; à uero recedunt. Nunquam enim contexti nisi per unitatem corporis nisus est, cum partes consentire ad intensionem debeant & conferre uires. Aër autem si in atomos diuiditur, sparsus est. Teneri uerò diſiecta non possunt. Intensionē aëris ostendent tibi inflata nec ad ictum cedentia. Ostendent pondera, per magnū spatiū ablata, gestante uento. Ostenderit uoces quæ remissæ † claraeq; sunt, prout aër se cōcitauit. Quid enim est uox, nisi intensio aëris, ut audiatur linguæ formata percussu? Quid cursus & motus omnis, nónne intenti spiritus opera al. elataeq; sunt? Hic facit uim, & uelocitatem neruis currentibus. Hic cum uehementer cōcitatus ipse se torsit, arbusta syluasq; † conuoluit, & ædificia tota corripiens in altum, frangit. al. conuellit Hic mare per se languidum & iacens incitat. Ad minora ueniamus. Quis enim sine intensione spiritus cantus est? cornua & tubæ, & ea quæ aliqua pressura maiorem sonitū reddunt, quàm qui ore reddi potest, nónne aëris intensione partes suas explicant? Considéremus quàm ingentem uim per occultum agāt paruula admodū semina, & quorū exilitas in commissura lapidum locum inueniat, in tantū cōualescunt, ut ingentia saxa distrahant, & in momenta dissoluant, scopulos rupesq; radices in terra minutissimæ ac tenuissimæ findunt. Hoc quid est aliud, quàm intensio spiritus, sine qua nil ualidum, & contra quam nil ualidius est. Esse autem unitatem in aëre, uel ex hoc intelligi potest quod corpora nostra inter se cohærent. Quid enim aliud est, quod tenet ea quam spiritus? Quid est aliud quo animus noster agitetur? Quis est illi motus, nisi intensio? Quæ intensio, nisi ex unitate? Quæ unitas, nisi hæc esset in aëre? Quid autē producit fruges & segetem imbecillā, ac uirentes erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quàm spiritus intensio & unitas? Quidem aëra discerpunt & in particulas diduCAP. VII cunt, ita ut illi inane permisceant. Argumentū autem existimant nō pleni corporis, sed multū uacui habentis? quod auibus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisq; per illum transcursus est, Sed falluntur. Nam aquarum quoque similis facilitas est, nec de unitate illarum dubium est, quæ sic corpora accipiunt, ut semper in contrarium ac ceptis refluant. Hanc nostri circumstantiā, Græci autē περίστασιν appellant, quæ in aëre quoq; sicut in aqua fit. Circūstat enim omne corpus à quo impellitur. Nihil autē opus erit inani admisto, sed hoc aliās. Nunc autē esse quædam in rerum natura uehementia, magnicq; impetus, est colligendum. Nihil enim nisi intensione uehementius est, & CAP. VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen mehercules per aliud nihil intendi poterit, nisi per semetipsum fuerit intentum. Dicimus enim eodem modo nō posse quicquam ab alio moueri, nisi aliquid fuerit mobile ex semetipso. Quid autem est, quod magis creditur ex semetipso habere intentionem, quàm spiritus? Hunc intendi quis negabit, cum uiderit iactari terram cum montibus, tecta, murosq; plures & magnas cum populis urbes, cum totis maria littoribus? Ostendit intensionem spiritus uelocitas eius & diductio. Oculus statim per multa milia aciem suam intendit, uox una totas urbes simul percutit, lumen non paulatim prorepit, sed semel uniuersis insunditur rebus, Aqua autē sine spiritu quemadmodū posset intendi? Nunquid dubitas quin sparsio illa quæ ex fundamentis mediæ arenæ crescens in summam altitudinem amphitheatri peruenit, cum intēsione aquæ fiat? Atqui
forte, nec tollo magis. †uero nec manus, nec ullum aliud tormentum aquam poterit mittere aut agere quam spiritus, Huic se commodat, hoc inserto & agente attollitur, & contra naturam suam multa conatur, & ascendit nata defluere. Quid nauigia sarcina depressa parum ostendunt non aquam sibi relistere quo minus mergātur, sed spiritum? Aqua enim cederet, nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustineretur. Discus ex loco superiore in piscinā missus, non descendit, sed resilit, quemadmodum, nisi spiritu referente? Vox autē qua ratione per parietum munimenta transmittitur, nisi quod solido quoq; aër ineſt, qui sonum extrinsecus missum & accipit & remittit? scilicet spiritu nō aperta tantum intendens, sed etiā abdita & inclusa. Quod illi facere expeditū est, quia nusquam †diuisus,
forte, diffisus. sed per ea ipsa, quibus separari uidetur, coit secum. Interponas licet muros & mediam altitudinem montium, per omnia ista prohibetur nobis esse peruius, non sibi, id enim
3 intercluditur tantum, per quod illum nos sequi possumus. Ipse quidem transit per ip-
CAP. X sum quod scinditur, & media non circumscindit, tamen & utrinque cingit. Permeat ab æthere lucidissimo aër, in terram usq; diffusus, agilior quidem, tenuior & altior terris, nec minus aquis, cæterum æthere spissior grauiorq; frigidus per se & obscurus, lumē illi calorq; † alimentum sunt, sed per omne spaciū sui similis non est, mutatur enim à proximis. Summa pars eius est siccissima calidissimaq;, & ob hoc etiam pertenuissima, propter uiciniam æternorū ignium, & illos tot motus syderum, assiduumq; cæli circum actum. Illa pars ima & uicina terris, densa & caliginosa est, quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperatior, si summis imisq; conferas, quantū ad
al. siccitatem †synceritatē tenuitatemq; pertinet, cæterum utraq; parte frigidior. Nā superiora eius calorem uicinorum syderum sentiunt, inferiora quoq; tepent, primū terrarum halitu, qui multum secum calidi affert, deinde quia radij solis replicantur, & quousque redire
reduplicato potuerunt, †id duplicato calore benignius fouent, Deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbustisq; ac satis calidus est. Nihil eñ uiueret sine calore. Adijce nūc ignes, non tantum manu factos & certos, sed opertos terris quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in abscondito flagrant & obscuro semper. Etiamnū tot partes eius sertiles rerum, habent aliquid teporis, quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars aëris, ab his submota in frigore suo manet. Natura enim aëris frigida
CAP. XI est. Qui cum sic diuisus sit, iam sui parte maxima uarius & inconstans & mutabilis
forte, agit est. Circa terram plurimum† audet, plurimū patitur, exagitat & exagitatur, nec tamen eodem modo totus afficitur, sed aliter alibi ac partibus inquietus est ac turbidus. Causas autem illius mutationis & inconstantiæ alias terra præbet, cuius positiones huc aut illò uersæ magna ad aëris temperiem momenta sunt, aliàs syderum cursus. Ex quibus soli plurimum imputes, Illum sequitur annus, ad illius flexum hyemes æstatesq; uertuntur. Lunæ proximum ius est, Sed & cæteræ quoq; stellæ non minus terrena quàm incumbentem spiritum terris afflciunt, & ortu suo occasuue contrario, modo frigora, modo imbres, aliasq; terrarū iniurias turbidæ mouent. Hoc necessarium fuit præloqui dicturo de tonitruo ac fulminibus & fulgurationibus. Nam quia in aëre fiunt, naturā
CAP. XII eius explicare oportebat, quo facilius appareret quid facere aut pati posset. Tria sunt ergo quæ accidunt, fulgurationes, fulmina, & tonitrua, quæ unà facta serius audiūtur. Fulguratio ostendit ignem, Fulminatio emittit, Illa (ut ita dicam) cōminatio est, & tonatio sine ictu, ista iaculatio cum ictu. Quædā sunt ex his, de quibus inter omnes conuenit,

uenit, quedam in quibus diuersæ sententiæ sunt. Conuenit illis, omnia ista in nubibus & è nubibus fieri, etiamnum conuenit & fulgurationes & fulminationes, aut igneas esse, aut † ignei spiritus. At illa nūc transeamus, in quibus lis est. Quibus putant ignem *ignea specie*
esse in nubibus, quidam ad tempus fieri, nec prius esse, quàm mitti. Nec inter illos qui dem quid proferat ignem, cōuenit. Alius enim † aliunde illū colligit. Quidam autem *al. à lumine*
radios solis inter currentis recurrentisq;, sæpius in se relatos, ignem excitare dicit. Anaxagoras uero ait illum ex æthere distillare, & ex tanto ardore cœli multa decidere, quę nubes diu incluſa custodiāt. Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodē momento exilere, quo fiat. Cuius sententia talis est, Duæ mundi partes in imo iacent, terra & aqua, utraq; ex se reddit aliquid. Terrenus uapor siccus est, & fumo similis, qui uentos, tonitrua & fulmina facit, aquarum halitus humidus est, & in imbres & niues cedit. Sed siccus ille terrarum uapor, unde uentis origo est, quia coaceruatus est, cū cotu nubium uehementer impactarum à latere elliditur, deinde, ubi latius ferit nubes proximas, hæc plaga cū sonu incutitur, qualis in nostris ignibus redditur, cum flāma uitio lignorum uirentium crepat, Et ille spiritus habens aliquid humidi secum, cum est conglobatus, rumpitur flamma. Eodem modo spiritus ille quem paulò ante exprimi collisis nubibus dixi, impactus alijs nec rumpi, nec exilire silentio potest. Dissimilis autem crepitus fit, ob dissimilem impactionem nubium. Quare aliæ maiorem sonitū habent, aliæ minorem. Cæterum illa uis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, leni impetu accensus & uanus. Ante autem uidemus fulgorem quàm sonitum audiamus, quia oculorum uelocior est sensus, & multū aures antecedit. Falsam autem CAP. XIII
esse opinionē eorum, qui ignem in nubibus seruant, per multa colligi potest. Si de cœlo cadit, quomodo non quotidie fit, cum tantundē illic semper ardeat? Deinde nullam rationem reddiderunt, quare ignis quem natura sursum uocat, defluat. Alia enim conditio nostrorum ignium est, ex quibus fauillæ cadunt, quæ ponderis secum aliquid habent. Ita non descendit ignis, sed præcipitatur & deducitur. Huic simile nihil accidit in igne purissimo, in quo nihil est quod deprimatur. Aut si ulla pars eius deciderit, in periculo totus est, quia totum potest excidere, quod potest carpi. Deinde illud quod quotidie leuitas cadere prohibet, si in abdito suo tenet graue, quomodo illic esse potuit, un de caderet? Quid ergo? Non aliqui ignes in inferiora ferri solent, sicut hæc ipsa de quibus quærimus fulmina? Fato enim non eunt, sed feruntur. Aliqua illos potentia deprimit, quæ non est in æthere. Nihil enim iniuria illic cogitur, nihil rumpitur, nihil præter solitum euenit. Ordo rerum est, & expurgatus ignis in custodia mundi, summas sortitus oras, operas pulcherrime circumit, hinc discedere nō potest, sed ne ab externo quidem exprimi, quia in æthere nulli incerto corpori locus est. Certa enim & ordinata nō pugnant. Vos inquam, dicitis, cum causas stellarum transuolantium redditis, posse CAP. XIIII
aliquas partes aëris ad se trahere ignem, ex æthere decidentem, & ex eo superioribus 4
locis ardore hic accendi. Sed plurimum interest, utrū aliquis dicat ignem ex æthere decidere, quod natura non patitur, an dicat ex ignea ui calorem in ea, quæ subiecta sunt, transilire, an hic accēdi. Non enim illinc ignis cadit, quod non potest fieri, sed hic nasci tur. Videmus certe apud nos late incendio peruagante, quasdam insulas, quæ diu concaluerant, ex se concipere flāmam. Itaq; uerisimile est in aëre summo, qui naturam rapiendi ignis habet, aliquid accēdi calore ætheris superpositi. Necesse est enim, ut & imus æther habeat aliquid aëri simile, & summus aër non sit dissimilis imo ætheri, quia non fit statim ex diuerso in aduersum transitus. Paulatim ista confinio uim suam miscent ita, ut dubitare possis, an aër, an hic iam æther sit. Quidā ex nostris existimant, aëra, CAP. XV
cum in ignem & aquam mutabilis sit, non detrahere aliunde causas flāmarum nouas: ipse enim se mouendo accendit, & quum densos, compactosq; nubiū sinus dissipat, necessario uastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum. Illa porrò nubium difficulter cedentium pugna, aliquid confert ad concitandum ignem. Sic quemadmodum ferro aliquid manus ad secandum confert, sed secare ferri est. Quid ergo CAP. XVI
inter fulgurationē & fulmen interest? dicam, Fulguratio est late ignis explicitus, Fulmē est coactus ignis & impetu iactus. Solemus duabus manibus, inter se iunctis, aquā

Universidad de Deusto
Biblioteca

concipere, & compressa utrinq; palma, in modum syphonis exprimere. Simile quid
dam & illic fieri puta. Nubium inter se compressarum angustiæ mediũ spiritum emit-
tunt, & hoc ipso inflãmant, & tormenti modo eiiciunt. Nam balistæ quoq; & scorpio
C.XVII nes tela cum sono expellunt. Quidam existimant ipsum spiritum per frigida atq; hu
mida euntem, sonũ reddere. Nam ne ferrum quidẽ ardens silentio tingitur. Sed quem-
admodum, si in aquam feruens massa descendit, cum multo murmure extinguitur, ita
ut Anaximenes ait, spiritus incidẽs nubibus tonitrua edit, & deinde cum luctatur, per
C.XVIII obstantia & intercisa uadens, ipsa ignem fuga accendit. Anaximander omnia ad spi
ritum retulit. Tonitrua, inquit, sunt nubis ictæ sonus. Quare inæqualia sunt? Quia &
5 ipse ictus inæqualis est. Quare & sereno tonat? Quia tunc quoq; per crassum & liccum
aëra spiritus prosilit. At quare aliquando non fulgurat & tonat? quia tenuior & infir-
mior spiritus, qui in flãmam non ualuit, in sonũ ualuit. Quid est ergo ipsa fulguratio?
aëris diducentis se, corruentisq; iactatio, languidum ignem, nec exiturum aperiens.
C. XIX Quid est fulmen? Aerioris densioris q; spiritus cursus. Anaximãdrus ait omnia ista
sic fieri, ut ex æthere aliqua uis in inferiora descendit. Ita ignis impactus nubibus frigi-
dis sonat. At cum illas interscindit fulget, & minor uis ignium, fulgurationes facit, ma-
CAP. XX ior fulmina. Diogenes Apolloniates ait, Quædam tonitrua igne, quædam spiritu
fieri. Illa ignis facit, quæ ipse antecedit & nunciat: illa spiritus, quæ sine splendore cre-
puerunt. Vtrunq; sine altero fieri, & esse aliquando concedo, ita tamen, ut non discre
ta illis potestas sit, sed utrunq; ab utroq; effici possit. Quis enim negabit spiritũ magno
impetu latum, cum efficit sonum effecturum & ignem? Quis & hoc non concedet ali-
quãdo ignem quoq; rumpere posse nubes, & non exilire, si plurimarũ aceruo nubiũ,
cum paucas perscidisset, oppressus est? Ergo & ignis ibit in spiritũ, perdetq; fulgorem
al. secta infra & speciem, dum † secuta in terra incendit. Adijce nunc, quod necesse est, ut impetus
fulminis, & præmittat spiritus & agat ante se, & à tergo trahat uentum, cum tam ua-
sto ictu aëra inciderit. Itaq; omnia, antequam feriantur, intremiscũt uibrata uento, quẽ
CAP.XXI ignis ante se pressit. Dimissis nunc præceptoribus incipiamus per nos moueri, & à
confessis transeamus ad dubia. Quid enim confessi est? Fulmen ignem esse, & æque ful
gurationem, quæ nihil aliud est, quàm flamma, futura fulmen, si plus uirium habuisset.
Non natura ista, sed impetu distant. Esse illum ignem calor ostendit, qui si non esset, o-
stendit effectus. Magnorũ enim sæpe incendiorũ causa fulmen fuit. Syluæ illo creman
tur, & urbiũ partes, etiam quæ non percussa sunt, tamen adusta cernuntur, quędã uero
uelut fuligine colorantur. Quid quod omnibus fulguritis odor sulphureus est? Ergo et
utramq; rem ignem esse cõstat, utranq; rem inter se meando distare. Fulguratio est ful-
men, non in terras usq; perlatum. Et rursus licet dicas, fulmen esse fulgurationem, usq;
in terras perductam. Non ad exercendũ uerba hæc diutius pertracto, sed ut ista cogna
ta esse, & eiusdem notæ ac naturæ probem. Fulmen est quiddã plus, quàm fulguratio,
C.XXII uertamus istud, Fulguratio est penè fulmen. Quoniã constat esse utramq; rem ignẽ,
uideamus quemadmodũ apud nos fieri soleat ignis. Eadem enim ratione & supra fit,
duobus modis, Vno, si excitatur, sicut ex lapide percusso, Altero, si attritu inuenitur,
sicut cum duo ligna inter se diutius trita sunt. Nõ omnis hoc tibi materia præstabit, sed
idonea eliciẽdis ignibus, sicut laurus, hederæ, & alia in hunc usum nota pastoribus. Po
test ergo fieri, ut nubes quoq; ignẽ eodem modo uel percussæ reddant, uel attritæ. Vi-
deamus quantis procellæ uiribus ruant, quanto uertantur impetu turbines. Id tormen
tum in quod obuium fit, dissipatur, & rapitur, & longe à loco suo proiicitur. Quid er-
go mirum, si tanta uis ignem excutit, uel aliunde, uel sibi? Vides enim quantum feruo-
rem sensura corpora sunt, horum transitu trita, uita exanimata, Nihil tamen tantum in
C.XXIII his debet credi, ac in ui syderum, quorũ ingens & confessa potentia est. Sed fortasse
nubes quoq; in nubes incitatæ fremente uento, & leuiter urgente, ignem euocabunt,
qui explendescat, nec exiliat. Minore enim ui ad fulgurandũ opus est, quàm ad fulmi-
al. attrita nandũ. Superioribus colligimus, inquantũ feruorẽ quædã † astricta perducerẽtur. Cũ
aũt aër mutabilis in ignẽ, maximis uiribus suis in ignẽ cõuersus est, atteratur, credibile
est, & uerisimile ignẽ caducũ excuti, & cito interiturũ, quia non ex solida materia ori-
tur, nec

tur, nec in qua possit cõsistere. Transit itaq;, tantumq; habet moræ, quantũ itineris, & CA.XXIIII
cursus sine alimento coniectus est. Quomodo, inquis, cum dicas hanc ignis esse na-
turam, ut petat superiora, fulmen tamen terram petit, aut falsum est, quod deinde dixi-
sti? Est enim illi æque sursum iter atque deorsum. Vtrumque uerum potest esse. Ignis
enim natura in uerticem surgit, & si nihil illum prohibet, ascendit, Sicut aquæ natura
defertur, si tamen aliqua uis accessit, quæ illam in contrarium ageret, illò intenditur,
unde imbre deiecta est. Fulmen autem cadit eadem necessitate qua excutitur. In his ig-
nibus accidit quod arboribus, quarũ cacumina si tenera sunt, ita deorsum trahi possunt
ut etiam terram attingant, sed cum permiseris, in locum suum exilient. Itaque non est,
quod eum spectes cuiusq; rei habitum, qui illi nõ ex uoluntate est. Si ignem permittis
ire quò uelit, cœlum, id est, leuissimi cuiusq; sedem repetet: ubi est aliquid, quod eum
ferat, & ab impetu suo auertat, id non natura, sed seruitus eius fit. Dicis, inquis, nu- CAP.XXV
bes attritas edere ignem, cum sint humidæ, imò hudæ, quomodo ergo possunt gigne-
re ignem, quem nõ magis uerisimile est ex nube, quàm ex aqua generari? Ignis qui CAP.XXVI
nascitur, primum in nubibus non est aqua, sed aër spissus ad gignendam aquam præ-
paratus, nondum in illam mutatus, sed iam pronus & uergens. Non est quod eam exi-
stimes tunc colligi, sed effundi. Simul fit, & cadit. Deinde si concessero humidam esse
nubem, conceptis aquis plenam, nihil tamen prohibet ignem ex humido quoq; educi,
imò ex ipso (quod magis mireris) humore. Quidam negauerunt in ignem quicquam
posse mutari, priusquam mutatum esset in aquam. Potest ergo nubes, salua quam con-
tinet aqua, ignẽ parte aliqua sui reddere, ut sæpe aliqua pars ligni ardet, alia sudat. Nec
hoc dico, non contraria inter se ista esse, & alterũ altero perimi, sed ubi ualentior ignis,
quàm humor est, uincit. Rursus ubi copia humoris exuperat, tũc ignis sine effectu est,
Itaq; non ardent uirentia. Refert ergo quantum aquæ sit. Exigua enim uis non resistit
nec ignem impedit. Quid ni? Aruorum nostrorũ memoria, ut Posidonius tradit, cum
insula in Aegeo mari surgeret, spumabat interdiu mare, & fumus ex alto ferebatur.
Nam demum prodebat ignem, non continuum, sed ex interuallis emicantem, fulmi-
num more, quoties ardor inferius iacentis, superum pondus euicerat. Deinde saxa cõ-
uoluta, rupesq; partim illæsæ, quas spiritus antequam uerterẽtur expulerat, partim ex-
esæ & in leuitatem pumicis uersæ, nouissime cacumen exusti montis emicuit. Postea
altitudini adiectum, & saxum illud in magnitudinem insulæ creuit. Idem nostra me-
moria, Valerio Asiatico consule iterum accidit. Quorsus hæc retuli? ut appareret nec
extinctum ignẽ mari superfuso, nec impetũ eius, grauitate ingentis undæ prohibitum
exire. Ducentorum passuum fuisse altitudinem Asclepiodotus Posidonij auditor tra-
didit, per quam diruptis aquis ignis emersit. Quod si immensa aquarũ uis, subeũtium
ex imo flammarum uim non potuit comprimere, quanto minus in aëre extinguere ig-
nem poterit, nubium tenuis humor & roscidus? Adeò res ista nõ habet ullam moram,
quę contra causas ignium sit, quos nõ uidemus emicare, nisi impendente cœlo, serenũ
sine fulmine est. Non habet istos metus dies purus, nec nox quidem nisi obscura nubi-
bus. Quid ergo? Num aliquando etiam apparentibus stellis, & nocte tranquilla fulgu-
rat? Sed scias licet nubes illic esse, unde splendor effertur, quas uideri à nobis terrarum
tumor nõ sinit. Adijce nunc quod fieri potest, ut nubes summæ & humiles attritu suo
ignem reddant, qui in superiora expressus, parte syncera puraq; cœli uisatur, sed fit in
sordida. Tonitrua distinxêre quidam ita, ut dicerent, unum esse genus, cuius sit gra- CA.XXVII
ue murmur, quale terrarum motum antecedit, clauso uento & fremente. Hoc quomo
do illis uideatur fieri dicam. Cum spiritum inter se clausere nubes, in cõcauis partibus
earum uolutatus aër, similẽ agit mugitibus sonum raucũ & æqualem, & continuum.
Itaq; etiam ubi illa regio humida est, exitum claudit. Ideò huiusmodi tonitrua uenturi
prænuncia imbris sunt. Aliud genus est acre, quod crepitũ magis dixerim, quàm sonũ
qualẽ audire solemus, cũ super caput alicuius dirupta uesica est. Talia edũtur tonitrua,
cũ globata dissoluitur nubes, & spiritũ quo distenta fuerat emittit. Hoc proprie fragor
dicitur, subitus & uehemens, quo edito cõcidunt homines & exanimantur, quidã ue-
rõ uiui stupent, & in totũ sibi excidunt, quos uocamus attonitos, quorũ mentes sonus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille cœlestis loco pepulit. Hic fieri illo quoq; modo potest, ut inclusus aër caua nube & motu in ipso extenuatus diffundatur. Deinde cum maiorē sibi locum quærit, à quibus inuolutus est, sonum paritur. Quid autem? nō quemadmodū illisæ manus inter se plausum edunt, sic illisarum inter se nubium sonus potest esse magnus, quia magna concurrunt inter se? C. XXVIII Videmus, inquit, nubes impingi montibus, nec sonum fieri. Primum omniū non quocunq; modo impulsæ sunt tonant, sed si apte sunt compositæ ad sonū edendum. Auersæ inter se manus collisæ non plaudunt, sed palma cum palma collata plausum facit. Et plurimum interest, utrum cauæ concutiantur, an planæ & extentæ. Deinde nō tantum nubes ire oportet, sed agi magna ui & procellosa. Etiam mons nō al. primam scindit nubem, sed digerit, & † propriam quamq; partem eius soluit. Ne uesica quidem quocunq; modo spiritum emittens sonat. Si ferro diuisa est, sine ullo auriū sensu exit. Rumpi illam oportet ut sonet, nō secari. Idem de nubibus dico, nisi multo impetu dissolutæ, non sonant. Adijce nunc, quod nubes in monte actæ nō frangūtur, sed circumfunduntur in aliquas partes montis, arboris ramos, frutices, aspera saxa, & eminentia. Et ita discutiuntur, & si quem habent spiritum, multifariā emittunt, qui nisi uniuersus erumpit nec crepat. Hoc ut scias, uentus qui circa arborem funditur, sibilat, nō tonat. Lato (ut ita dicam) ictu, & totum globum semel dissipāte opus est, ut sonitus erumpat Ç. XXIX qualis auditur cum tonat. Præter hæc natura aptus est aër ad uoces. Quid ni, cū uox al. dißecari nihil aliud sit quàm ictus aëris? Debent ergo nubes utrinq; † inseri, & cauæ & intētæ. Vides enim quanto uocaliora sunt uacua quàm plena, quāto intenta quàm remissa. Item tympana & cymbala sonant, quia illa repugnantem ex ulteriore parte spiritū pulsant, hæc ad ipsum aërem acta, nisi cōcauo non tinniunt. Quidam, inter quos Asclepio- CAP. XXX dotus est, iudicant sic quorundam quoq; corporum cōcursu tonitrua, & fulmina excuti posse. Aetna aliquando multo igne abundauit. Ingentem uim arenæ urētis effudit. Inuolutus est dies puluere, populosq; subita nox terruit. Illo tēpore aiūt plurima fuisse tonitrua et fulmina. Quæ concursu aridorum corporū facta sunt, nō nubium, quas uerisimile est, in tanto ardore aëris nullas fuisse. Aliquando Cambises ad Ammonem misit exercitum, quem arena austro mota, et more niuis incidens, texit, deinde obruit. Tunc quoq; uerisimile est fuisse tonitrua fulminaq;, attritu arenæ sese affricantis. Non repugnat proposito nostro ista opinio. Diximus enim utriusq; naturæ corpora efflare terras, & ficci aliquid & humidi in toto aëre uagari. Ita si quid tale interuenit, nubem facit solidiorem crassioremq;, quàm si tantum simplici spiritu intexeretur. Illa frangi potest & edere sonum: ista quæ dixi sine incendijs uaporantibus aëra repleuerint, siue uentis terras uerrentibus, necesse est nubem faciant antequàm sonum. Nubes autem arida quàm humida esse censetur. Est autem nubes (ut diximus) spissitudo aëris crassi, CA. XXXI Cæterum mira fulminis, si intueri uelis, opera sunt, nec quicquam dubij relinquentia, quin diuina insit illis & subtilis potentia. Loculis integris acillæsis conflatur argentum. Manente uagina gladius liquescit. Et inuiolato ligno, circa pila ferrum omne distillat. Stat fracto dolio uinum, nec ultra triduum rigor ille durat. Illud æque inter annotanda ponas, licet, quod & hominum & cæterorum animalium quæ icta sunt caput spectat ad exitum fulminis, quod omnium percussarum arborum contra fulmina hastulæ surgunt. Quid quod malorum serpentium & aliorum animalium, quibus mortifera uis inest, cum fulmine icta sunt, uenenum omne cōsumitur? Vnde inquit, scis? In uenenatis corporibus uermis non nascitur. Fulmine icta, intra paucos dies uermināt.

C. XXXII Quid quod futura portendunt, nec unius tantum aut alterius rei signa dant, sed sæpe longum fatorum sequentium ordinem nuntiant, & quidem certis euidentibus, longeq; clarioribus, quàm si scriberentur. Hoc autē inter nos & Thuscos, quibus summa persequendorum fulminū est scientia, interest, nos putamus quod quia nubes collisæ sunt, ideò fulmina emittantur. Ipsi existimant nubes collidi ut fulmina emittātur. Nam cum omnia ad deum referant, in ea sunt opinione, tanq; non quia facta sunt, significēt, sed quia significatura sunt, fiant: eadem tamen ratione fiunt, siue illis significare proposito est, siue consequens. Quomodo ergo significant, nisi à deo mittantur? Quo- al. ideo modo aues non in hoc motæ, ut nobis occurrerent, dextrum auspicium sinistrumue fecerunt.

fecerunt. Et illas, inquis, deus mouit. Nimis illum ociosum et pusillæ rei ministrū facis, si alijs somnia, alijs extra disponit. Ita nihilominus diuina ope gerūtur. Si à deo pennæ auium reguntur, nec pecudum uiscera sub ipsa securi formantur. Alia ratione fatorum series explicatur, indicia uenturi ubiq; præmittens, ex quibus nobis quædam familiaria, quædam ignota sunt. Quicquid fit, alicuius rei futuræ signum est, fortuita & sine ratione uaga diuinationem nō recipiunt. Cuius rei ordo est, etiam prædictio est. Cur ergo aquilæ hic honor datus est, ut magnarū rerum faceret auspicia? Aut coruo, aut pauciſsimis auibus, & cæterarum sine præsagio uox est? Quia quædam in artem nondum redacta sunt. Quædam uerò ne redigi quidem possunt, ob nimium remotam conuersationem. Cęterum nullum animal est, quod nō motu & occursu suo prædicat aliquid. Non omnia scilicet, sed quædam notantur, Auspicium est obseruantis. Ad eum itaq; pertinet, qui † induxerit animum. Cæterum & illa quæ pereunt. Quinq; stellarum potestates Chaldæorum obseruatio excepit. Quid tū? tot milia syderum iudicas otiosa lucere? Quid est porro aliud, quod errorē incutiat peritis nataliū, quàm quod paucis nos syderibus assignant, cum omnia quæ supra nos sunt, partē sibi nostri uindicent? Submissiora forsitan in nos propius uim suam dirigunt, & ea quæ frequentius mota, aliter nos, aliter cætera animalia prospiciunt. Cæterum & illa quæ aut immota sunt aut propter uelocitatem uniuerso mundo parem immotis similia, non extra ius dominiumq; nostri sunt. Aliud aspice & distributis rem efficis tractas. Nō magis autem facile est scire quid possint, quàm dubitari debeat, an possint. Nunc ad fulmina reuertamur, CA. XXXIII quorum ars in tria diuiditur. Quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam spectat, secunda ad diuinationem, tertia ad propiciādos deos, quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare, ut promissa firment, deprecari, ut remittant minas. Summam esse uim fulmi- C. XXXIIII num iudicant, quia quicquid alia portendunt, interuentus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portēditur, fixum est, nec alterius ostenti significatione † minuitur. Quicquid al. mutatur exta, quicquid aues minabuntur, secundo fulmine abolebitur. Quicquid fulmine denuntiatum est, nec extis, nec aue contraria refellitur. In quo mihi falli uidentur. Quare? Quia ueris uerius nihil est. Si aues futura cecinerunt, non potest hoc auspicium fulmine irritum fieri. Aut si potest, non futura cecinere. Non enim nunc auem comparo & fulmen, sed duo ueri signa, quæ si unum significant, paria sunt. Itaq; si fulminis interuentus submouet, extorū uel augurū iudicia, male inspecta exta, male obseruata augu ria sunt. Non enim refert utrius rei maior potentiórue natura sit, sed utra uim attulit, signum quantum ad hoc par est. Si dicas flammæ uim maiorem esse, quàm fumi, non mentieris, sed iudicandum, an in igne idem ualet flamma, quod fumus. Itaq; si hoc dicunt, quoties extra aliud significabunt, aliud fulmina, fulminum erit autoritas maior, fortasse consentiam: sed hoc dicunt, quamuis altera signa uerum prædixêre, fulminis ictus prior deleuit, & ad se fidem traxit, falsum est. Quare? quia nihil interest, quam multa auspicia sint, fatum unum est, quod si bene primo auspicio intellectum est, secundo non interit, idem est. Fatū fulmine mutari non potest. Quid ni? Nam fulmen ipsum CA. XXXV fati pars est. Quid ergo expiationes, procurationesq;, quò pertinēt, si immutabilia sunt fata? Permitte mihi illam rigidam sectā tueri eorū, qui excipiunt ista, & nihil aliud esse existimant fata, quàm ægræ mentis solatia. Aliter ius suum peragunt, nec ulla commouentur prece, non misericordia flectūtur, non gratia. Seruant cursum irreuocabilem, ingesta ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se nō recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superueniens præcipitat: sic ordinem fati æterna series regit, cuius hæc prima lex, stare decreto. Quid enim intelligis fatū? Exi- CA. XXXVI stimo necessitatem rerum omnium actionumq;, quam nulla uis rumpat. Hanc sacrificijs, & capite niueæ agnæ exorari iudicas, diuina non nosti. Sapientis quoque uiri sententiam negatis posse mutari. Tanto magis dei, cum sapiens quid sit optimum in præsentia sciat, illius diuinitati omne præsens sit. Agere tamen nunc eorum uolo causam, qui procuranda existimant fulmina, & expiationes non dubitant prodesse, aliquando ad submouenda pericula, aliquando ad lenienda, aliquando ad differenda. Quid sit C. XXXVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod sequitur, paulo post prosequar. Interim hoc habent commune nobiscum, quod nos quoq; existimamus uota proficere, salua ui ac potestate fatorum: quædam enim à dijs immortalibus ita suspensa, relicta sunt, ut in bonum uertant, si admotæ dijs preces fuerint, si uota suscepta. Ita non est hoc contra fatũ, sed ipsum quoq; in fato est. Aut futurũ, inquit, est, aut non. Si futurũ est, etiam si non susceperis uota fiet. Si non est futurum, etiam si susceperis uota, non fiet. Falsa est ista illatio, quia illam mediam inter ista exceptionem præteris. Futurũ, inquam, hoc est, sed si uota suscepta fuerint, hoc quoq;
C.XXXVIII necesse, inquit, est, fato cõprehensum sit, ut aut suscipias uota, aut non. Puta me tibi manus dare, & fateri hoc quoq; fato esse comprehensum, ut utiq; fiant uota. Ideò fient. Fatũ est, ut hic discrtus sit, sed si literas didicerit: ab eodem fato continetur, ut literas discat, ideo discet. Hic diues erit, sed si nauigauerit. At in illo fati ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoq; protinus fatum est, ut nauiget, ideo nauigabit. Idem dico tibi de expiationibus. Effugiet pericula, si expiauerit prædictas diuinitus minas. At hoc quoq; in fato est, ut expiet. Ideo expiabit. Ista nobis opponi solent, ut probetur nihil uoluntati nostræ relictum, & omne ius fato traditũ. Cum de ista re agetur, dicam, quemadmodum manente fato aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc uero id de quo agitur, explicaui, quomodo si fati certus est ordo, expiationes † propiciationesq;, prodigiorũ pericula auertant, quia cum fato non pugnant, sed ipsa in lege data sunt. Quid ergo, inquis, aruspex mihi prodest? Vtiq; enim expiare etiã non suadente illo mihi necesse est. Hoc prodest, quod fati minister est. Sic cum sanitas uideatur esse de fato, debetur & medico, quia ad nos beneficium fati per huius manus uenit. Genera † fulminum tria esse ait Cecinna. Consiliariũ, Autoritatis, & quod status dicitur. Cõsiliarium ante rem fit, sed post cogitationẽ cum aliquid in animo cogitantibus, aut suadetur fulminis ictu, aut dissuaderur. Autoritatis est, ubi post rem factam uenit, cum bonam fortunam malam ue significat. Status est, ubi quietis nec agentibus quicquã, nec cogitantibus quidem fulmen interuenit. Hoc aut minatur, aut promittit, aut monet. Hoc monitoriũ uocat, sed nescio quare non idem sit, quod consiliariũ. Nam & qui monet cõsiliũ dat, sed habet aliquã distinctionẽ. Ideoq; separatur à cõsiliario, quia illud suadet dissuadetq;, hoc solam impendẽtis periculi euitationẽ continet. Vt cum timemus ignem aut fraudem à proximis, aut insidias à seruis. Etiamnũ tamen aliam distinctionem utriusq; uideo. Consiliarium est, quod cogitanti factum est. Monitorium, quod nihil cogitanti. Habet autem utraq; res suam proprietatem. Suadetur deliberantibus, at ultronei
CAP. XL monentur. Primo omnium non sunt fulminum genera, sed significationum. Nam fulminũ genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod urit. Quod terebrat, subtile est & flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob synceram & puram flammæ tenuitatem: quod dissipat, conglobatum est, & habet commixtam uim spiritus coacti & procellosi. Itaq; illud fulmen per id foramẽ, quod ingressum est, redit & euadit. Huius late sparsa uis, rumpit icta, non perforat. Tertium illud genus, quod urit, multum terreni habet, & igneum magis est quàm flammeum. Itaq; relinquit magnas ignium notas, quæ percussis inhæreant. Nullũ quidem sine igni fulmen uenit, sed hoc proprie igneũ dicimus, quod manifesta ardoris uestigia imprimit. Quod urit, & fuscat, tribus modis urit: aut enim afflat, & leui iniuria lædit, aut comburit, aut accendit. Omnia ista urunt, sed genere & modo differunt. Quodcunque combustum est, utique & ustum est. At non omne quod ustum, utique & combustum est. Item quod accensum est. Potest enim illud ipso transitu ignis ussisse. Quis nescit uri quid, nec ardere? Nihil autẽ potest ardere, quod non uratur. Vnum hoc adijciam. Potest aliquid esse combustum, quod
CAP.XLI non sit accensum. Potest accensum esse, nec combustum. Nunc ad id transeo genus fulminis, quo icta fuscantur. Hoc autem decolorat, aut colorat. Vtrique distinctionem suam reddam. Decoloratur id, cuius color uitiatur, non mutatur. Coloratur id, cuius alia fit quàm fuit facies, tanquam cerulea, uel nigra, uel pallida. Hæc adhuc Hetruscis & philosophis communia sunt. In illo dissentiunt, quod fulmina dicunt à Ioue mitti, & tres illi manubias dant. Prima (ut aiunt) monet & placata est, & ipsius consilio Iouis mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilij sententia.

Duodecim

Duodecim enim deos aduocat, quæ prodest quidem, sed non impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium dijs, quos superiores & inuolutos uocant. Quæ uastat & includit, & iniquè mutat statum priuatum & publicum, quem inuenit. Ignis enim nihil esse, quod sit, patitur. In his primam faciem si intueri uelis, CAP. XLII errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est, quàm credere fulmina è nubibus Iouẽ mittere, columnas, arbores, statuas suas nonnunquam petere, ut impunitis sacrilegis, percussis ouibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, & ad suum cõciliũ à Ioue deos, quasi in ipso parum consilij sit, aduocari: illa læta & placata esse fulmina, quæ solus executiat, pernicioſa, quibus mittendis maior numinum turba interfuit. Si quæris à me, quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse, ut crederent Iouem, aut non æquæ uoluntatis, aut certe minus paratum esse: uel tunc cum emisit ignes, quibus innoxia capita percuteret, scelerata trãsiret, aut noluit iustius mittere, aut non successit? Quid ergo sicuti sunt, cum hoc dicerent? Ad coërcendos animos imperitorum sapientissimi uiri, indicauerũt ineuitabilem metum, ut supra nos aliquid timeremus. Vtile erat in tanta audacia scelerum aliquid esse, aduersum quod nemo sibi satis potens uideretur. Ad conterrendos itaq; eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuere super caput iudicem & quidem armatum. Quare id solum fulmen quod Iupiter mittit, placabi- CAP. XLIII le est, perniciosum id, quod deliberauit, & quod alijs quoq; dijs autoribus mittit? Quia Iouem, id est, regem, prodesse etiam solum oportet nocere non, nisi cum pluribus uisum est, discant hi quicunq; magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec fulmen quidem mitti. Aduocent, cõsiderent multorum sententias, placita temperent, et hoc sibi proponant, ubi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem suum satis esse consilium. In hoc quoq; tam imperiti non fuere, ut Iouem existimarent tela mutare, CAP. XLIIII poëticam ista licentiam decent. Est aliud leuius fulmen, cui dextra cyclopum. Sæuitia flammæq; minus, minus addidit iræ. Tela secunda uocant superi. Illos uero altissimos uiros error iste non tenuit, ut existimarent Iouem modo leuioribus fulminibus & luforijs telis uti. Sed uoluerunt admonere eos, quibus aduersus peccata hominum fulminandum est, non eodem modo omnia esse percutienda, quædam frangi debere, quædam eligi & distingui, quædam admoneri. Ne hoc quidem crediderunt, Iouem esse CAP. XLV qualem in capitolio, et in cæteris ædibus uidemus, mittere manu fulmina, sed eundem quem nos Iouem intelligunt, custodem rectoremq; uniuersi, animum ac spiritũ, mundani huius operis dominum & artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum uocare? Non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, ex quo sunt omnes causæ causarum. Vis illum prouidentiam dicere? recte dices. Est enim, cuius consilio huic mundo prouidetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum naturam uocare? Non peccabis. Est enim, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu uiuimus. Vis illum uocare mundum? non falleris. Ipse enim est, totum quod uides, totus suis partibus inditus, & se sustinens ui sua. Idem & Hetruscis uisum est, & ideo fulmina à Ioue mitti dixerunt, quia sine illo nihil geritur. At quare Iupiter ferienda transit, aut innoxia ferit? In maiorem me quæstionem uocas, cui suus locus, suus dies dandus est. CAP. XLVI Interim hoc dico, fulmina non mitti à Ioue, sed sic omnia disposita, ut ea etiam quæ ab illo non fiunt tamen sine ratione non fiant. Vis eorum, illius permissio est. Nam & si Iupiter illa nũc non facit, Iupiter nõ fecit, ut non fierent. Singulis non adest, sed signũ, & uim, & causam dedit omnibus. Huic illorũ diuisioni non accedo. Aiunt aut per- CAP. XLVII petua aut finita esse fulmina, aut prorogatiua. Perpetua quorum significatio in totam uitam pertinet, nec unam rem id enunciat, sed contextum rerum per omnem deinceps ætatem futurarum complectitur. Hæc sunt fulmina, quæ prima accepto patrimonio, & in nouo hominis aut urbis statu fiunt. Finita ad diem utique respondent. Prorogatiua sunt, quorum minæ differri possunt, auerti tolliq; non possunt. Dicã quid CAP. XLVIII sit, quare huic diuisioni non consentiam. Nam & quod perpetuum uocant fulmen, finitum est. Aeque enim talia ad diem respondent. Nec ideo finita non sunt, quia multum tempus significant. Et quod prorogatiũ uidetur, finitum est. Nam illorũ quoq; confessione certum est, quousq; impetretur dilatio. Priuata enim fulgura negant ultra

decimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

decimum annum, publica ultra triceſimum poſſe differri. Hoc modo etiſta finita ſunt, quia ultra quod non prorogarentur incluſum eſt. Omnium ergo fulgurum & omnis euentus dies ſtata eſt. Non poteſt enim ulla incerti eſſe comprehenſio. Quæ inſpicienda ſint in fulgure, paſsim & uage dicunt, & ſic paſsiones eorum debere diuidi, quem admodũ ab Attalo philoſopho, qui ſe huic diſciplinæ dederat, diuiſa ſunt, ut inſpiciantur ubi factũ ſit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. Hæc ſi digerere in partes ſuas

CAP. XLIX uoluero, quid poſtea faciam, niſi in immenſum procedam? Nunc nomina fulgurũ, quæ à Cecinna ponuntur, aperte ſtringam, & quid de his ſentiam, exponã. Aiũt eſſe poſtulatoria, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetũtur. Monitoria, quibus docetur, quid cauendũ ſit. Peſtifera, quæ mortem exiliumq; portendunt. Fallacia, quæ per ſpeciẽ alicuius boni nocent. Dant conſulatũ malo futurũ gerentibus, & hæreditatẽ

al. demptalia cuius compendium magno ſit luendum incõmodo. † Dentanea, quæ ſpeciem periculi ſine periculo afferunt. Peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminũ minæ. Atte-

al. Atterranea. 10. ſtata quæ prioribus conſentiunt. † Artencata, quæ in incluſo fiũt. Obruta, quibus iam prius percuſſa nec procurata feriuntur. Regalia, quorum ui tangitur, uel comitiũ, uel principalia urbis liberæ loca, quorum ſignificatio regnũ ciuitati minatur. Inferna, cum è terra exiliunt ignes. Hoſpitalia, quæ ſacrificijs ad nos Iouem arceſſunt, & (ut uerbo eorum molliori utar) inuitant. Hunc uenire cum magno inuitantium periculo affir-

CAP. L mat. Auxiliaria, quæ aduocata dicuntur, ſed aduocantium bono ueniunt. Quanto ſimplicior diuiſio eſt, qua utebatur Attalus noſter egregius uir, qui Hetruſcorum diſciplinam græca † ſubtilitate miſcuerat. Ex fulminibus quædam ſunt, quæ ſignificant

al. utiliter id, quod ad nos pertinet, quædam aut nihil ſignificant, aut id, cuius intellectus ad nos non peruenit. Ex his quæ ſignificant, quædam ſunt læta, quædam aduerſa, quædã nec aduerſa nec læta. Aduerſorum hæ ſpecies ſunt. Aut ineuitabilia mala portendunt, aut

al. quæ prorogari euitabilia, aut quæ minui poſſunt, aut † prolongari. Læta aut menſura ſignificant, aut caduca. Mixta aut habent partem boni aut mali, aut mala in bonum, aut bona in malũ uertunt. Nec aduerſa nec læta ſunt, quæ aliquam nobis actionem ſignificant, qua nec terreri nec lætari debemus, ut peregrinationem in qua nec metus, nec ſpei quicquam

CAP. LI ſit. Reuertar ad ea fulmina, quæ ſignificant quidem aliquid, ſed quod ad nos non pertineat. Tanquam utrum eodem anno idem futurum ſit fulmen, quod factũ eſt. Ni-

CAP. LII hil ſignificant fulmina, aut id cuius noticia nos effugit, ut illa quæ in uaſtum mare ſparguntur, aut in deſertas ſolitudines, quorum ſignificatio uel nulla eſt, uel perit. Pauca adhucadijciam ad enarrandam uim fulminis, quæ non eodem modo omnem materiam uexat. Valentiora quia reſiſtunt, uehementius diſſipat, cedentia nõnunquam ſine iniuria tranſit. Cum lapide ferroq; & duriſsimis quibuſq; cõfligit, quia uiam neceſſe eſt per illa impetu quærat. Itaq; facit uiam qua effugiat: teneris & rarioribus parcit, quanquam & flammis opportuna uideantur, quia tranſitu patente minus ſæuit. Loculis itaq;, ut dixi, integris pecunia quæ in his fuerat, conflata reperitur, quia ignis tenuiſsimus per occulta foramina tranſcurrit. Quicquid autem in tigno ſolidũ inuenit, ut contumax uincit. Non uno autem, ut dixi, modo ſæuit, ſed quid quæq; uis fecerit, ex ipſo genere iniuriæ intelligis, & fulmen opere cognoſcis. Interdum in eadem materia, multa diuerſa, eiuſdem uis fulminis facit: ſicut in arbore, quod aridiſsimũ eſt, urit, quod ſolidiſsimum & duriſsimum eſt, terebrat et frangit, ſummos cortices diſſipat, interiores libros interioris arboris rumpit ac ſcindit, folia pertundit ac ſtringit, uinũ ge-

CAP. LIII lat, ferrum & æs fundit. Illud eſt mirum, quod uinũ fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potum aut exanimat, aut dementes facit. Quare illud accidat quærenti mihi, illud occurrit. Ineſt fulmini uis peſtifera. Ex hoc aliquem remanere ſpiritũ in eo humore quem coëgit gelauitq;, ueriſimile eſt. Nec enim alligari potuiſſet, niſi aliquod illi eſſet additum uinculum. Præterea olei quoq; et omnis unguenti teter poſt fulmen odor eſt. Ex quo apparet, ineſſe quandam ſubtiliſsimo igni, & contra naturam acto, peſtilentem potentiam, qua non tantũ icta cadunt, ſed etiam afflata. Præterea quocunq; decidit fulmen, ibi odorem ſulphuris eſſe certum eſt, qui quia natura grauis eſt, ſæpius hauſtus alienat. Sed ad hoc uacui reuertemur. Fortaſſe enim libebit oſtendere, quantum

quãtum omnia iſta à philoſophia artium parente fluxere. Illa primum & quæſiuit cauſas rerum, & obſeruauit effectus, & quod in fulminis inſpectione longe melius eſt, iniqs rerum exitus contulit. Nunc ad opinionem Poſidonij reuertar. E terra terre-

CAP. LIIII. niſq; omnibus pars humida efflatur, pars ſicca & fumida remanet. Hæc fulminibus alimentum eſt, illa imbribus. Quicquid in aëra ſicci fumoſiq; peruenit, id includi ſe nubibus non fert, ſed rumpit claudentia. Inde eſt ſonus, quem nos tonitruum uocamus. In ipſo quoq; aëre quicquid attenuatur, ſimul ſiccatur & calet. Hoc quoq; ſi incluſum eſt, æque fugam quærit, & cum ſono euadit. Et modo uniuerſam eruptionem facit, eoq; uehementius intonat, modo per partes & minutatim. Ergo tonitrua hæc ſpiritus exprimit, dum aut rumpit nubes, aut peruolat. Volutatio autem ſpiritus, in nube conclu-

CAP. LV, forte, ſirit ſi, uehementiſsimum eſt atterendi genus. Tonitrua nihil aliud ſunt, quàm citi aëris ſonitus, qui fieri, niſi dum aut † terit, aut rumpitur, non poteſt. Et ſi collidũtur, inquit, nubes inter ſe, ſit is quem deſiderat ictus, ſed non uniuerſus. Non enim tota totis concurrunt, ſed partibus partes. Non ſonant mollia, niſi illiſa duris ſint. Itaq; non auditur fluctus, niſi impactus. Ignis, inquit, miſſus in aquam, ſonat, dum extinguitur. Puta ita eſſe pro me eſt. Non enim ignis tunc ſonum efficit, ſed ſpiritus per extinguentia effugiens. Vtdem tibi & fieri ignẽ in nube, & extingui, è ſpiritu naſcitur & attritu. Quid ergo inquit, non poteſt aliqua ex his tranſcurrentibus ſtellis incidere in nubem & extinguir? Exiſtimemus poſſe aliquando & id fieri. Nũc naturalem cauſam quærimus & aſsiduam, non raram & fortuitam. Puta me confiteri uerum eſſe, quod dicis. Aliquando poſt tonitrua emicare ignes, ſtellis tranſuerſis & cadentibus ſimiles, non ob hoc tonitrua facta ſunt, ſed hoc fit quia tonitrua facta ſunt. Clidemus air, fulgurationis ſpeciẽ inanem eſſe, non ignem. Sic enim per noctem ſplendorem motu remorũ uideri. Diſsimile eſt exemplum. Illic enim ſplendor intra ipſam aquam apparet. Hic quod ſit in aëre erumpit & exilit. Heraclitus exiſtimat fulgurationem eſſe uelut apud nos inci-

CAP. LVI. pientium ignium conatus, & primam flammam incertam, modo intereuntem, modo inſurgentem. Hoc antiqui fulgetra dicebant, tonitrua nos pluraliter dicimus. Antiqui autem tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Cecinam inuenio facũdum uirum, ſi habuiſſet in eloquentia nomen, & niſi illum Ciceronis umbra preſsiſſet. Etiamnum illo uerbo utebãtur antiqui correpto, quo nos producta una ſyllaba utimur. Dicimus enim ut ſplendere, ſic fulgere. Atqui illis ad ſignificandam tam ſubitam è nubibus eruptionem lucis, mos erat uti media ſyllaba correpta, ut dicerent fulgere. Quid ipſe

CAP. LVII. exiſtimem quæris? Adhuc enim alienis opinionibus accõmodaui manum, dicam, fulgurat, cum repentinũ late lumen emicuit. Id euenit, ubi in ignem extenuatis nubibus aër uertitur, nec uires, quibus longius proſiliat, inuenit. Non miraris puto, ſi aëra aut motus extenuat, aut extenuatio incendit. Sic liquefcit excuſſa glans funda, & attritu aëris uelut igne diſtillat. Ideò æſtate† plura ſunt fulmina, quia plurimum calida eſt. Fa-

al. plurima fiunt cilius autẽ attritu calidiore ignis exiſtit. Eodem modo fit fulgor, qui tantũ fulget, & fulmen quod mittitur. Sed illi leuior uis, alimentiq; eſt minus. Et ut breuiter dicam quod ſentio, Fulmen eſt fulgur intentũ. Ergo ubi calidi fumiq; natura, emiſſa terris, in nubes incidit, & diu in illarum ſinu uolutata eſt, nouiſſimè erumpit. Et quia uires non habet, ſplendor eſt. At ubi fulgura illa plus habuere materiæ, & maiore impetu arſerunt,

CAP. LVIII. non apparent tantum, ſed decidunt. Quidam utiq; exiſtimant fulmen reuerti, quidam ſubſidere, ubi alimenta prægrauauerunt, & fulmen ictu languidiore delatum eſt. At quare fulmen ſubitum apparet, nec continuatur† aſſiduus ignis? Quia celerrimum eſt miriq; motus, ſimul & nubes rumpit, & aëra incendit. Deinde deſinit flamma quie

al. aſsiduis ignibus ſcente motu, Non enim eſt aſſiduus ſpiritus curſus, ut ignis poſſit extendi, ſed quoties fortius ipſa iactatione ſe accendit, fugiendi impetum capit. Deinde cum euaſit, & purgna deſijt, ex eadem cauſa modo uſq; ad terram profertur, modo diſſoluitur, ſi minore ui preſſus eſt. Quare oblique fertur? Quia ſpiritu conſtat. Spiritus obliquus eſt, flexuoſusq;. Et quia natura ignem ſurſum uocat, iniuria deorſum premit, incipit obliquus eſſe. Interdum autem neutra uis alteri cedit, & ignis in ſuperiora nititur, et in inferiora deprimitur. Quare frequẽter cacumina montiũ feriũtur? Quia oppoſita ſunt nubibus,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. LIX

& è cœlo cadentibus, per hęc transeundum est. Intelligo quid iam dudum desideras, quid efflagites, malo inquis fulmina nō timere, quàm nosse. Itaq; alios doce quemadmodum fiant. Ego mihi metum illorum excuti malo, quàm naturā indicari. Sequar quò uocas, omnibus enim rebus omnibusq; sermonibus aliquid salutare miscendum est. Cum imus per occulta naturæ cum diuina tractamus, uendicandus est à malis suis animus, ac subinde firmandus, quod etiam eruditis & hoc unum agentibus, necessarium est, non ut effugiamus ictus rerum, undiq; enim tela in nos iaciuntur, sed ut fortiter constanterq; patiamur. Inuicti esse possumus, incōcussi non possumus, quanquam interim spes subit, inconcussos quoque esse nos posse. Quomodo inquis? Contemne mortem, & omnia quæ ad mortem ducunt contempta sint, licet illa bella sint siue naufragia, seu morsus ferarum, siue ruinarum subito lapsu procidentium pondera. Nunquid † aliud facere possunt, quàm ut corpus ab anima resoluant? Hæc nulla diligentia euitat, nulla felicitas domat, nulla potentia euincit, talia uerò fortitudine disponuntur. Mors omnes æque uocat. Iratis dijs propicijsq;, moriēdum est. Animus ex ipsa desperatione sumatur. Ignauissima animalia, quæ natura ad fugam genuit, ubi exitus non patet, tentant corpore imbelli. Nullus pernicioſior hostis est, quàm quem audacem angustiæ faciunt, longeq; uiolentius semper ex necessitate quàm ex uirtute corrigimur. Maiora aut certe paria conatur animus magnus ac perditus. Cogitemus nos tanquam ad mortem proditos esse, & sumus. Ita est Lucili. Omnes reseruamur ad mortem. Totum hunc quem uidemus populum, quousq; cogitas esse? cito natura reuocabit & condet, nec de re, sed de die queritur. Eodem citiùsue tardiùsue ueniendum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus omnium uidetur & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis? Nónne contemneres eum, qui inter perituros constitutus, beneficij loco peteret, ut ultimus ceruicem præberet? Id facimus. Magno æstimamus mori tardius. In omnes constitutum est capitale supplicium, & quidem constitutione iustissima. Nam quod maximum solet esse solatium extrema passuris, quorum causa eadem sors est. Sequeremur traditi à iudice aut magistratu, et carnifici nostro præstaremus obsequium. Quid interest, ad mortem iussi eamus an ultronei. O te dementem & oblitum fragilitatis tuæ, si tunc mortem times, cum tonat. Ita'ne salus tua in hoc uertitur? Viuos si fulmen effugis? Petet te gladius, petet te lapis, petet febris. Non maximum expiculis tuis, sed speciosissimum fulmen est. Male scilicet erit actum tecum, si sensum mortis tuæ celeritas infinita peruenerit, si mors tua † prædicetur, si tu tunc quidem cum exspiras, non superuacuæ, sed alicuius magnæ rei signum es? Male scilicet tecum agitur, si cum fulmine ceciderit. Si paueſcis ad cœli fragorem, nubiúmue trepidas, quoties aliquid effulsit expiras. Quid ergo? Honestius iudicas delectione animi perire quàm fulmine? Eo itaq; fortius aduersus cœli minas surge, & cum mundus undiq; exarserit, cogita te nihil habere de tanta morte perdendum. Quod si tibi parari credis illam cœli confusionem, illam tempestatum discordiam, si propter te ingestæ illisæq; nubes strepunt, si in tuum exitium tanta uis ignium excutitur, at tu solatij loco numera tanti esse mortem tuam. Sed non erit huic cogitationi locus. Casus iste demet metum. Est interea cætera quoque hoc commodum eius, quod expectationem tuam antecedit. Nemo unquam fulmen timuit, nisi qui effugit.

fort. amplius

al. procuretur

Libri secundi naturalium quæstionum finis.

IN LIBRVM SECVNDVM.

EX CAP. IX.

a *Esse quandam in rerum natura uehementiam magnosq; impetus.* Sic Fortunatus: *Hic si mutes magnisq; impetus, quod ille sibi fatetur inuentum in uetustis codicibus, non cohærebit cum superioribus. Vehementia nihil aliud est, quàm magnus impetus. Exemplar Britannicum sic habebat, Esse quædam in rerum natura uehementia magnisq; impetus.*

b *Et tamen me hercules per aliud nihil intendi poterit, nisi per semetipsum fuerit intentum. Ita superior editio. Britannicum exemplar ad hunc modum, tam me hercules quàm nihil intendi ab alio poterit, nisi per semet aliquid fuerit intentum.*

g *Ipse quidem transit per ipsum quod scindit, & media non circumscindit, tamen & utrunq; cingit. In alijs erat, Ipse quidem*

Ipse quidem transit per ipsum quo scinditur, & media non circumscindit tamen, sed utrūq; cingit. Ita repperit Fortunatus. Britannicum exemplar habebat hunc in modum, per ipsum quod abscinditur, & media circumfundit tantum, & utrinq; cingit, sed permeat.

EX CAP. XIIII.

Posse aliquas partes aëris ad se trahere ignem ex æthere decidentem ex his superioribus ardere, ac sic accendi, Sic prior æditio. *Fortunatus ita legit, Posse aliquas partes aëris ad se trahere ignem, ex locis his superioribus, ardere an sic accendi? Britannicum habebat, trahere ignem ex his locis superioribus, & ex eo ardore sic accendi. Fortunatus ita diuinat esse legendum, Posse aliquas partes aëris ad se trahere ignem ex æthere decidentem, & locis his superioribus ardere, an hic accendi? Ea lectio satis cōgrueret, si pro inquam scriptum esset, utrum. Pro sed, quod mox sequitur, Nam, quod plurimum interest. Tolerabilis erit lectio si ex uertatur in &, et ardere in ardore, & sic in hic, ad hunc modum. Vos inquam dicitis, quum causas stellarum transuolantium redditis, posse aliquas partes aëris ad se trahere ignem, ex æthere decidentem, et locis superioribus, & ex eo ardore hic accendi. Quanquā hoc, ex locis superioribus, uidetur adiectum ab interprete quopiam. Itaq; non urget quæstionem, sed ostendit illorum responsionem non esse absolutam. Idq; mox explicat. Sed plurimum interest, &c.* 4

EX CAP. XVIII.

Per cursum & siccum aëra. Sic prior æditio. *Britannicum exemplar habebat, per crassum & siccum aëra. Fortunatus diuinat, per aëra percussum & scissum. Forte legendum, per sudum & siccum aëra.* 5

EX CAP. XXVIII.

Et ita discutiuntur, & si quem, &c. Fortunatus legit, & ita quum ducuntur, si quem habent spiritum multifariam emittunt. Et mox, qui non uniuersus erumpit & crepat. Hic sensus plane repugnat ijs quæ mox sequuntur. Britannicū exemplar subuenit ita legens, qui nisi uniuersus erumpit, nec crepat. Miror hic nihil offensum fuisse fortunatū. 6

EX CAP. XXXII.

Cæterum & illa quæ pereunt. Britannicum exemplar habebat, & illa fiunt quæ pereunt. Perire dicit, non obseruata cuiquam. Quanquam subolet locum non carere mendo. Forte legendum, seruata & illa, siue, certa sunt & illa quæ pereunt. 7

Quod si bene nec primum auspicium intellectum est, secundo non interest. Ita prior æditio. Aliud exemplar habebat, quod siue primo auspicio intellectum est, siue secundo, nihil interierit. Neutra placet. Tertiam sequuti sumus. 8

EX CAP. XXXV.

Aliter ius suum peragunt. Aliter usurpatum uidetur pro, alioqui, ut referatur ad ægræ mētis solatia. In quodam erat, Fata irreuocabiliter ius suum peragunt. At non probatur. 9

EX CAP. XLIX.

Artencata, alias Atterranea rursus, Atercauta. Atteranea habebat exemplar Britannicum, uox ab atro dicta uidetur, peculiaris auruspicum. 10

EX CAP. LV.

Itidem tibi & fieri ignem in nube & extingui. E spiritu nascitur. Ita prior æditio. Fortunatus offensus absurditate sermonis legit, qui è spiritu nascitur. Atqui dure cohæret uerbum infinitum cum superioribus, fieri et extingui. Britannicum exemplar habebat. Vt dem tibi & fieri, &c. Vt tibi concedam ignem fieri & extingui in nube, non tamen aliunde fit, quàm è spiritu. 11

EX CAP. LIX.

Nam quod maximum solet esse solatium extrema passuris, quorum causa eadem sors est. Sic prior æditio. Tolerabilius quod alij legunt, quod eorum in causa eadem sors est. Mollius erit, omissa coniunctione, quod. Eorum causa eadem sors est, id est, suppliciorum causa, eadem sors est, etiamsi nihil horum ad plenum satisfacit. 12

LVCII ANNEI SENECAE NATVRALIVM QVAESTIONVM LIB. III. QVI EST DE AQVIS. PRAEFATIO.

NON præterit me Lucili uirorum optime, quàm magnarum rerum fundamenta ponam senex, qui mundum circuire constitui, & causas secretaq; eius eruere, atq; alijs noscenda producere. Quando tam multa consequar? tam sparsa colligam? tam occulta perspiciam? Premit à tergo senectus, & obijcit annos inter uana studia consumptos, tanto magis urgeamus, & damna ætatis male exemptæ labor farciat. Nox ad diē accedat. Occupationes patrimonij recidātur, longe à dominio iacentis † causa soluatur, sibi totus animus uacet, & ad contemplationem sui saltem † ipso impetu respiciat. Faciet ac sibi instabit, & quotidie breuitatem temporis metietur. Quicquid amissum est, id diligenti usu præsentis uitæ recolliget, sidelissimus est ad honesta expœnitentia transitus. Libet mihi exclamare illum poëtæ

1

al. cura.
al. in ipso fugæ impetu.
al. in ipso fine.

O inclyti

Universidad de Deusto
Biblioteca

inclyti uersum, Tollimus ingentes animos, & maxima paruo Tempore molimur? Hoc dicerem, si puer iuuenisq; molirer. Nullum non tam magnis rebus tempus angustum est. Nunc uerò ad rem seriam, grauem, immensam, postmeridianis horis accessimus, faciamus quod in itinere fieri solet. Qui tardius exierunt, uelocitate pensant moram. Festinemus & opus, nescio an superabile, magnum certè, sine ætatis excusatione tractemus. Crescit animus quoties cœpti magnitudinem† ostendit, & cogitat quantũ proposito, non quantum sibi supersit. Consumpsere se quidam, dum acta regum exterorum componunt, quæq; passi inuicem auisq; sunt populi. Quanto satius est sua mala extinguere, quàm aliena posteris tradere? Quanto potius deorum opera celebrare, quàm Philippi aut Alexandri latrocinia, cæterorumq;, qui exitio gentium clari, non minores fuere pestes mortaliũ, quàm inundatio, qua planũ omne persusum est, quàm conflagratio, qua magna pars animantium exaruit? Quemadmodum Hannibal superauerit alpes scribunt, quemadmodum cõfirmatum Hispaniæ cladibus bellum Italiæ inopinatus intulerit, Intractisq; rebus etiam post Carthaginem, pertinax reges pererrauerit, contra Romanos ducem se promittens, etiam sine exercitu. Quemadmodum non dubitauerit senex omnibus angulis bellum quærere, adeò sine patria esse pati poterat sine hoste non poterat. Quanto satius, quid faciendũ sit quàm quid factum sit quærere ac docere eos, qui sua permisere fortunæ, nihil stabile ab illa datũ esse, eius omnia fluere aura mobilius? nescit enim quiescere, gaudet lætis tristia substituere, & utraq; miscere. Itaq; in secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat, alternæ sunt uices rerum. Quid exultas? Ista quibus ueheris in summũ, nescis ubi te relictura sint, habebũt suum non tuum, finem. Quid iaces? ad imum delatus es, nunc est resurgendi locus. In melius aduersa, in deterius optata flectuntur. Ita concipienda est animo uarietas, non priuatarum tantum domuũ quas leuis casus impellit, sed etiam reipublicæ. Regna ex infimo coorta supra imperantes constitere. Vetera imperia in ipso flore cecidêre. Inueniri nõ potest numerus, quàm multa ab alijs facta sint, nunc cum maxime, deus alia exaltat, alia submittit, nec molliter pònit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat. Magna ista, quia parui sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Quid præcipuum in rebus humanis est? Non classibus maria complesse, nec in rubri maris littore signa posuisse, nec deficiente terra ad iniurias alio rum errasse in oceano ignota quærentem, sed animo omne uidisse, & qua nulla est maior uictoria, uitia domuisse. Innumerabiles sunt, quę urbes, qui populos habuere in potestate, paucissimi qui se. Quid est præcipuum? Erigere animum supra minas & promissa fortunæ. Nihil dignum putare, quod speres. Quid enim habet dignum, quod concupiscas? quia à diuinorum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quàm quorum oculi in densam umbram ex claro sole rediere. Quid est præcipuum? posse læto animo aduersa tolerare, quicquid acciderit sic ferre, quasi tibi uolueris accidere. Debuisses enim uelle, si scisses omnia ex decreto dei fieri. Flere, queri, ingemere, desciscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & contumax, luxuriæ non aduersus tantum, sed & infestus, nec auidus periculi, nec fugax, prosperitatem non expectans, sed aduersus utrumque intrepidus & inconfusus, nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. Quid est præcipuum? non admittere in animo mala consilia, puras ad cœlum manus tollere, nullum petere bonum, quod ut ad te transeat, aliquis possit amittere, optare, quod sine aduersario optatur, bonam mentem. Cætera magno æstimata mortalibus, etiam si quis domum casus abstulerit, sic intueri, quasi exitura, quà uenerint. Quid est præcipuum? Altos supra† fortunam spiritus hominis attollere, Meminisse, ut siue felix eris, scias hoc non futurum diu, siue infelix, scias, hoc te non esse, nisi cum putes. Quid est præcipuum? In primis librum animum habere. Hæc res efficit non è iure Quiritium ut sit liber, sed * è iure naturæ. Liber autem est, qui seruitutem effugit suam. Hæc est assidua seruitus, & ineluctabilis, & per diem ac noctem æqualiter premens, sine interuallo, sine commeatu. Sibi seruire, grauissima seruitus est, quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi referre mercedem, si ante oculos & naturam tuam posueris & æta-

fort. attendit

al. fortuita

& ætatẽ, ac tibi ipse dixeris, quid insanio? quid anhelo? quid sudo? quid terram uerso? quid forum uiso? Nec multo opus est, nec diu. Ad hoc proderit nobis inspicere rerum naturam, primo discedemus à sordidis, deinde animum ipsum, quo magno summoq; opus est, seducemus à corpore. Deinde in occultis exercitata subtilitas, nõ erit in aperto deterior. Nihil autem est apertius his salutaribus, quæ contra nequitiam nostram suroremq; discuntur, quæ damnamus, nec ponimus. Quæramus ergo de aquis, & inuestigemus, qua ratione fiant. Siue, ut ait Ouidius, Fons erat illimis nitidis argenteus undis. siue ut ait Vergilius, Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis, It mare præruptum & pelago premit arua sonanti. Siue ut apud te Iunior charissime inuenio. Elysius siculis de fontibus exilit amnis. Quomodo aquas subministret, quomodo tot flumina ingentia per diem & noctem decurrant, quare alia hybernis aquis intumescãt, alia in defectu cæterorũ omnium crescant. Nilum interim seponamus à turba, propriæ naturæ & singularis, illi diem suum dabimus, nunc uulgares aquas prosequemur, tam frigidas quàm calentes. In quibus quærendum erit, utrũ calidæ nascantur, an fiant. De cæteris quoq; disseremus, quas insignes, aut sapor, aut aliqua reddit utilitas. Quædam enim oculos, quædam neruos iuuant, quædam inueterata & desperata à medicis uitia percurant. Quædam medentur ulceribus, quædam interiora fouent potu, et pulmonis ac uiscerum querelas leuant. Quædam supprimunt sanguinem, tam uarius 4
singulis usus, quàm gustus est. Aut stant omnes aquæ, aut fluũt, aut colliguntur, aut CAP. II
uarias habent uenas. Aliæ sunt dulces, aliæ uariæ, asperæ quippe interueniũt, salsæq; amaræq;, aut medicatæ ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, aluminosas. Indicat uim sapor. Habent præterea multa discrimina. Primũ tactus, frigidæ calidæq; sunt: deinde ponderis, omnes leues aut graues sunt. Deinde coloris, puræ sunt & turbidę, ceruleæ, lucidæ. Deinde salubritatis, sunt enim salubres & utiles, sunt mortiferæ, sunt quæ cogãtur in lapidẽ. Quędam tenues, quędam pingues, quędam alunt, quędã sine ulla bibentis ope transeunt, quædã hausta fœcunditatẽ afferunt. Vt stet aqua aut fluat, loci po- CAP. III
sitio efficit, in deuexo fluit, in plano cõtinetur & stagnat, & aliquando in aduersum spiritu impellitur, tunc cogitur, non fluit. Colligitur ex imbribus, ex suo fonte natiua est. Nihil tamen prohibet eodem loco aquam colligi & nasci, quod in Fucino uidemus, in quẽ montis circumuecti fluuij deriuantur. Sed & magnæ latentesq; in ipso undæ sunt, itaq; etiam cum hyberni defluxêre torrentes, faciem suam seruant. Primum ergo
quæramus, quomodo ad continuandos fluminum cursus terra sufficiat, unde tantum C. IIII
aquarum exeat. Miramur, quod accessionem fluminum maria non sentiant. Æque mirandum est, quod detrimenta exeuntium terra non sentit. Quid est, quod illam sic impleuit, ut præbere tantum ex recondito possit, ac subinde sic suppleat? Quamcunq; rationem reddiderimus de flumine, eadem erit riuorum ac fontium. Quidam iu- C. V
dicant terram quicquid aquarum emiserit, rursus accipere, & ob hoc maria non crescere, quia quod influxit non in suum uertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras, secreto reuertitur, colaturq; transitu mare, quod per multiplices anfractus terrarum uerberatum, amaritudinem ponit, & prauitatem saporis in tanta soli uarietate exuit, & in synceram aquam transit. Quidam existimant, quicquid eximbribus terra concipit, in flumina rursus emitti. Et hoc argumenti loco ponunt, quod C. VI
paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber. Ideò siccas esse aiunt Aethiopiæ solitudines, paucosq; inueniri in interiore Africa fontes, quia feruida cœli natura sit, & penè semper æstiua. Squallidæ itaque sine arbore, sine cultu arenæ iacent, taris imbribus sparsæ, quos statim combibunt. At contra constat Germaniam Galliamq;, & proxime ab his Italiam, abundare riuis & fluminibus, quia cœlo humido utuntur, & ne æstas quidem imbribus caret. Aduersus hæc multa dici posse ui- C. VII
des. Primum ego tibi, uinearum diligens fossor, affirmo, nullam pluuiã esse tam magnam, quæ terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. Omnis humor intra primam crustam consumitur, nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest imber suggerere amnibus uires, qui summam humum tingit? Pars maior eius per fluminum alueos in mare effertur. Exiguum est quod sorbet terra, nec id seruat. Aut enim arida

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& absumit quicquid in se fusum est: aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. Et ideo primis imbribus non augentur amnes, quia totos in se sitiens terra trahit. Quid quod quædam flumina erumpunt saxis & montibus? His quid conferent pluuiæ, quæ per nudas rupes deferuntur, nec habent terram cui insideant? Adijce, quod in siccissimis locis, putei in altum acti, per ducenum aut tricenum pedum spatia, inueniunt aquarum uberes uenas, in ea altitudine, in quam aqua non penetret, ut scias illic non cœlestem esse, nec collecticium humorem, sed quod dici solet uiuam aquam. Illo quoque argumento hæc opinio refellitur, quod quidam fontes in summo montis cacumine redundãt. Apparet ergo illos sursum agi, aut ibi concipi, cum omnis
CAP. VIII aqua pluuialis decurrat. Quidam existimant quemadmodum in exteriore parte terrarum uastæ paludes iacent, magni & nauigabiles lacus, quemadmodum ingenti spacio terræ maria porrecta sunt, infusa uallibus, sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quàm apud nos oceanum, & sinus eius, imò eo latius, quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egerumtur, quos quid miraris si terra detractos non sentiat, cum adiectos maria non sentiant?
CAP. IX Quibusdam hæc placet causa. Aiunt habere terram intra se cauos recessus, & multum spiritus, qui necessario frigescit, umbra graui pressus. Deinde piger & immotus, in aquam cum desijt conuertitur. Quemadmodum supra nos mutatio aëris umbram facit, ita infra terras riuum agit. Supra nos stare non potest segnis diu & grauis. Aliquando enim sole tenuatur, aliquando uentis expanditur. Itaq; interualla magna imbribus sunt. Sub terra uerò quicquid est, quod illum in aquam conuertat, idem semper est, umbra perpetua, frigus æternum, inexercitata densitas, semper ergo præbebit fonti aut flumini causas. Placet nobis terram esse mutabilem. Huc quoque quicquid efflauit quia non aëre libero concipitur, crassescit, & protinus in humorem conuertitur.
CAP. X Habes primas aquarum sub terra nascentium causas. Adijcias etiam licet, quod fiant omnia ex omnibus. Ex aqua aër. Ex aëre aqua. Ignis ex aëre. Ex igne aër. Quare ergo non terra fiat ex aqua, & ex terra aqua? quæ si in alia mutabilis est, & in aquam, imò maxime in hanc. Vtraque cognata res est, utraque grauis, utraq; densa, utraq; in extremum mundi compulsa. Ex aqua terra fit. Cur non aqua fiat è terra? At magna flumina sunt. Cum uideris, quanta sunt, rursus ex quanto prodeant aspice. Rursus miraris, cum labantur assidue, quædam uerò concitata rapiantur, quod præsto sit illis semper aqua noua. Quid si mireris, quod cum uenti totum aëra impellant, non deficiat spacio spiritus, sed per dies noctesq; æqualiter fluit, nec ut flumina certo alueo feratur, sed per uastum cœli spatium lato impetu uadit? Quid si ullam undam superesse mireris, quæ superueniat tot fluctibus fractis? Nihil deficit quod in se redit, omnium elementorum alterni recursus sunt. Quicquid alteri perit, in alterum trãsit. Et natura partes suas uelut in ponderibus constitutas examinat, ne portionũ æquitate turbata mundus præponderet. Omnia in omnibus sunt. Non tantum aëa in ignem transit, sed num quam sine igne est. Detrahe illi calorẽ, rigescet, stabit, durabitur. Transit aër in humorem, sed nihilominus non sine humore. Et aëra & aquam facit terra, sed nõ magis unũ sine aqua est, quàm sine aëre. Et ideo facilior inuicem transitus est, quia illis in quæ transeundum est, iam mixta est. Habet ergo terra humorẽ, hunc exprimit. Habet aëra, hunc umbra hyberni frigoris densat, ut faciat humorem, Ipsa quoq; mutabilis est in hu-
CAP. XI. morem, natura sua utitur. Quid ergo, inquis, si perpetui sunt amnes, uel causæ quibus flumina oriuntur ac fontes, quare aliquando siccantur, aliquando quibus nõ fuere locis exeunt? Sæpe motu terrarum itinera turbant, & ruina interscindit cursum aquis quæ recentes & nouos exitus quærunt, & aliquo impetu faciunt, aut ipsius qualsatione terræ aliunde aliò transferuntur. Apud nos euenire solet, ut amisso cannali suo flumina primum refundantur, deinde quia perdiderunt uiam, faciant hoc, quod accidisse ait Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem noua uis fontium emersit. Sed & alios quoq; casus interuenire quidam opinantur, qui alter euo-
al. decidant cent aquas, aut à cursu suo † deijciant, atq; auertant. Fuit aliquãdo aquarum inops Hemus, sed cum Gallorum gens à Cassandro obsessa in illum se contulisset, & syluas ceci-

disset, ingens aquarum copia apparuit, quas uidelicet in alimentum sui nemora ducebant, quibus excisis humor, qui desijt in arbusta consumi, supersusus est. Idem ait circa Magnesiam accidisse. Sed pace Theophrasti dixisse liceat, non hoc est simile ueri, quia ferè aquosissima sunt, quæcunq; umbrosissima. Quod non eueniret, si aquas arbusta siccarent, quibus alimentum ex proximo est, fluminum uerò uis ex intimo manat, ultraq; excipitur quàm radicibus euagari licet. Deinde succisæ arbores plus humoris desiderant, non tantum id quo uiuant, sed & id quo crescant. Idem ait, circa Arcadiã, quæ urbs in Creta insula est, fontes & lacus substitisse, quia desierit coli terra diruta urbe, postea uerò quam cultores receperit, aquas quoq; recepisse, Causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere. Quomodo ergo plurimos uidemus in locis desertissimis fontes? Plura deniq; inuenimus, quæ propter aquas coli cœperunt, quàm quæ aquas habere cœperint quia colebantur? Non enim esse pluuialem hanc aquam, quæ uastissima flumina à fonte statim, magnis acta nauigijs defert, ex hoc intelligas licet, quod per hyemem æstatemq; par est à capite deiectus. Pluuia potest facere torrentem, non potest autem æquali inter ripas suas tenore labentem. Aquam non faciunt imbres, sed excitant. Paulo repetamus CAP. XII hoc altius si uidetur, & scies te non habere quod quæris, cum ad ueram omnium originem accesseris. Flumen nempe facit copia cuiuscunq; aquæ perennis. Ergo si quæris à me, quomodo aqua fiat, Interrogabo inuicem, quomodo aër fiat, aut terra. Si rerum elementa sunt quatuor, non potest interrogari unde aqua sit, quarta enim pars est naturæ. Quid ergo miraris, si rerum naturæ portio tam magna, potest aliquid ex se semper effundere? Quomodo aër & ipsa quarta pars mundi uentos & auras mouet, sic aqua riuos & flumina. Si uentus est fluens aër, & flumen est fluens aqua. Satis & multum illi uirium dedi, cum dixi elementum est. Intelligis quod ab illo proficiscitur, nõ posse deficere. Aqua, ait Thales, ualentissimum elementum est, hoc fuisse primum CAP. XIII putat, ex hoc surrexisse omnia. Sed nos quoq; aut in eadem sententia eius aut in ultima sumus. Dicimus enim ignem esse, qui occupet mundum, & in se cuncta conuertat. Hunc euanidum considere, & nihil relinqui aliud in rerum natura, igne restincto quàm humorem, in hoc futuri mundi speciem latere. Ita ignis exitus mundi est, humor primordium. Miraris amnes ex hoc posse exire semper, qui pro omnibus fuit, & ex quo sunt omnia? Hic humor † rerum primordium sic positus est, ut fluminibus edendis sufficere, ut riuis & fontibus posset. Quæ sequitur Thaletis inepta sententia est. Ait enim terrarum orbem aqua sustineri, & uehi more nauigij, mobilitateq; eius fluctuare, tunc cum dicitur tremere. Non est ergo mirum, si abundat humor ad flumina fundenda, cum mundus in humore sit totus. Hanc ueterem & rudem sententiam explode. Nec est quod credas in hunc orbem aquam subire, & per rimas facere † semitam. Aegyptij quatuor elementa fecêre, deinde ex singulis bina, marem & fœminam. Aërem marem iudicant, qua uentus est. Fœminam, qua nebulosus & iners. Aquam uirilem uocant mare, muliebrem omnem aliam. Ignem uocant masculũ, qua ardet flamma, & fœminam qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorem marem uocãt, saxa cautesq;, fœminæ nomen assignant huic tractabili ad culturam. Et mare unum est, ab initio scilicet ita constitutum, habet suas uenas, quibus impletur atq; æstuat. Quo modo maris, sic & huius aquæ mitioris, uasta in occulto uia est, quàm nullius fluminis cursus exhauriet. Abdita est uirium eius ratio. Tantum ex illa, quantum superfluum sit emittitur. Quædam ex istis sunt quibus assentire possumus, sed hoc amplius censeo. Placet natura regi terram, & quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus & uenæ sunt & arteriæ illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In terra quoq; sunt alia itinera, per quæ aqua, & alia per quæ spiritus currit, adeoq; illam ad similitudinem humanorum corporum natura formauit, ut maiores quoq; nostri aquarum appellauerint uenas. Sed quemadmodum in nobis, non tantum sanguis est, sed multa genera humorum, alia necessarij, alia corrupti, ac paulo † pinguioris, in capite cerebrum, in ossibus medullæ, musculi, saliuæq; & lachrymæ, & quiddam additum articulis, per quod citius flectantur ex lubrico, sic in terra quoq; sunt humoris genera complura. Quædam

al. in diductione rerum ad aquas reductius est, sic positus.

al. sentinam

CAP. XIIII

C. XV

al. pigriorik.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fer. omne metallorũ genus.

quæ matura durentur, Hinc est† omnis metallorum humus, ex quibus aurum argen-
tumq; petit auaritia: quædam quæ in lapidem ex liquore uertuntur. In quibusdam u
ro locis terra humorq; liquescit, sicut bitumen, & cætera huic similia. Hæc est causa a
quarum, secundum legem naturæ uoluntatemq; nascentium. Cæterum ut in nostris
corporibus, ita in illa sæpe humores uitia concipiunt, aut ictus aut quassatio aliqua, aut
loci senium, aut frigus, aut æstus corrupere naturam, & sulphuratio contraxit humo-
rem, qui modo diuturnus est, modo breuis. Ergo ut in corporibus nostris sanguis cũ
percussa uena est, tamdiu manat, donec omnis effluxit, aut donec uenæ scissura subsi-
dit, atq; intercluſit, uel aliqua alia causa retro dedit sanguinẽ, ita in terra solutis ac pate-
factis uenis, riuus aut flumen effunditur. Interest quantum aperta sit uena, quomo-
do consumpta aqua sit, modo exiccatur aliquo impedimento, modo coit uelut in cica-
tricem, premitq; quam fecerat uiam, modo illa uis terræ, quam esse mutabilem dixi-
mus, desinit posse alimenta in humorem cõuertere, aliquando autem exhausta replen
tur, modo per se uiribus recollectis, modo aliunde translatis. Sæpe enim inania appo-
sita plenis humorem in se attrahunt. Ipse transire facilis in aliud. Sæpe ipsa terra in ta-
bem resoluitur & humescit. Idem euenit sub terra quod in nubibus, si spissetur grauio-
6 remq; quàm ut manere in natura sua possit, gignat humorem. Sæpe colligitur roris
modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in unum locis confluit. Sudorem aqui-
legis uocant, quia guttæ quædam uel pressura loci eliduntur, uel æstu euocantur. Hic
tenuis unda uix fonti sufficit, & ex magnis causis, magnisq; conceptibus excedunt am
nes, nonnunquam leuiter si aqua pondere suo se tantum detulit, non nunquam uehe-
CAP. XVI menter & cum sono suo, si illam spiritus intermixtus eiecit. Sed quare quidam fon
tes senis horis pleni, senisq; sicci sunt? Superuacuum est nominare singula flumina,
quæ certis mensibus magna, certisq; angusta sunt, & occasionem singulis quærere,
cum possim eandem causam omnibus reddere. Quemadmodum quartana ad horam
uenit, quemadmodum podagra ad tempus respondet, quemadmodum purgatio, si ni
hil obstitit, statum diem seruat, quemadmodum præsto est ad mensem suum partus,
sic aquæ interualla habent, quibus se retrahant, & quibus reddant. Quędam autem in-
terualla quia minora sunt, ideo notabilia, quædã maiora nec minus certa. Et quid hoc
mirum est, cum uideas ordinem rerum, & naturam per constituta procedere? Hyems
nunq; aberrauit. Aestas suo tempore incaluit. Autumni uerisq;, ut solet, facta mutatio
est. Tam solstitium quàm æquinoctium suos dies retulit. Sunt & sub terra minus no-
ta nobis iura naturæ, sed non minus certa. Crede infra, quicquid uides supra. Sunt &
illic specus uasti, sunt ingentes recessus, & spatia suspensis hinc & inde montibus laxa.
Sunt abrupti in infinitum hiatus, qui sæpe illapsas urbes receperunt, & ingentẽ in alio
ruinã cõdidêre. Hæc spiritu plena sunt. Nihil enim usq; inane est, & stagna obsessa te-
nebris & locis amplis. Animalia quoq; illis innascũtur, sed tarda & informia, ut in aere
cæco pinguiq; concepta, & in aquis torpentibus facta, pleraq; ex his cæca ut talpæ &
subterranei uermes, quibus deest lumen quia superuacuum est. Inde ut Theophrastus
CAP. XVII affirmat, pisces quibusdam locis eruũtur. Multa hoc in loco tibi in mentem uenere,
quæ urbane in re incredibili fabulosaq; dicas, Non cum retibus aliquem, aut cum ha-
mis, sed cum dolabra ire piscatum. Expecta ut aliquis in mari uersetur. Quid est autem
quare pisces in terram nõ transeant, si nos maria transimus? Permutabimus sedes. Hoc
miraris accidere. Quanto incredibiliora sunt opera luxuriæ, quoties naturã aut men-
titur aut uincit. In cubili natant pisces, & sub ipsa mensa capitur, qui statim transfera-
tur in mensam. Parum uidetur recens mullus, nisi qui in conuiuæ manu moritur. Vi-
treis ollis inclusi offeruntur, & obseruatur morientium color, quem in multas muta-
tiones mors luctante spiritu uertit, alios necant in garo, et condiunt uiuos. Hi sunt qui
fabulas putant pisces uiuere posse sub terra, & effodi non capi. Quàm incredibile illis
uideretur, si audirent natare in garo piscem, nec cœnæ causa occisum esse super cænam
cum multum in delitijs fuit, & oculos antequam gulam pauit. Permitte mihi quæsti-
CAP. XVIII one seposita castigare luxuriam. Nihil est, inquis, nullo expirante formosius. Ipsa col-
luctatione animam afficienti rubor primum, deinde pallor suffunditur, quàm æque ua
riatur,

riatur, & in cæteras facies inter uitam & mortem coloris est uagatio longa, somniculo- 7
sæ inertisq; luxuriæ. Quàm sero experrecta circumscribi se & fraudari tanto bono sen
sit. Hoc adhuc tanto spectaculo & tam pulchro piscatores fruebantur, qui coctum pi-
scem & exanimem in ipso ferculo etiam experirẽtur. Mirabamur tantum in illis esse
fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum piscem, qui, ut aiunt, saperet ip-
sum mare. Ideo cursu aduehebatur, ideo gerulis cum anhelitu & clamore properanti-
bus dabatur uia. Quò peruenere delicię? Is pro putrido iam piscis affertur, qui non ho
die eductus, hodie occisus est. Nescio de re magna tibi credere. Ipse oportet mihi cre-
dam, huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc fastum peruenere uentres delica
torum, ut gustare non possint piscem, nisi quem in ipso conuiuio natantem, palpitan-
temq; uiderint. Quanto ad solertiam luxuriæ plures eunt, tanto subtilius quotidie &
elegantius aliquid excogitat furor, usitata contemnens. Illa audiebamus. Nihil esse me
lius saxatili mullo. At nunc audimus. Nihil est moriente formosius. Da mihi in manus
uas uitreum in quo exultet, in quo trepidet, ubi multum diuq; laudatus ex illo perluci-
do uiuario extrahitur, tunc ut quisq; peritior est mõstrat. Vide quomodo exarserit ru-
bor, omni acrior minio. Vide quas per latera uenas agat. Ecce sanguineum putes uen-
trem, quàm lucidum quiddam ceruleumq; sub ipso tempore effulsit. Iam porrigitur &
pallet, & in unum colorem componitur. Ex his nemo morienti amico assidet, nemo ui
dere mortem patris sui sustinet, quam optauit. Quotus quisq; funus domesticum ad ro
gum prosequitur, fratrum, propinquorumq; extrema hora deseritur, ad mortem mul-
li concurritur. Nihil enim est illo formosius. Non tempero mihi, quin utar interdum
temerarijs uerbis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam, dentibus,
& uentre, & ore contenti, oculis quoq; gulosi sunt. Sed ut ad propositum reuertar, CAP. XIX
accipe argumentum magnam uim aquarum in subterraneis occuli fertilem fœdo situ
piscium. Si quando erupit, affert secum immensam animalium turbam, horridam aspi-
ci, & turpem ac noxiam gustu. Certe cum in Caria circa Myndum urbem talis exilis-
set unda, periere quicunque illos ederant pisces, quos ignoto ante eum diem cœlo no-
uus amnis ostendit. Nec id mirum. Erant enim pinguia & differta, ut ex longo ocio,
corpora, cæterum inexercitata, & in tenebris saginata, & lucis expertia ex qua salubri-
tas ducitur. Nasci autem posse pisces in illo terrarum profundo, sit indicium, quod an-
guillæ quoq; latebrosis locis nascuntur, grauis & ipse cibus ob ignauiam, utique si al-
titudo luti penitus abscondit. Habet ergo non tantum uenas aquarum terra, ex qui-
bus corriuatis flumina effici possunt, sed & amnes magnitudinis uastæ, quorum alijs
semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu deuorentur. Alij sub aliquo lacu emer-
gunt. Iam quis ignorat esse quædam stagna sine fundo? Quorsum hæc pertinet? Vt
appareat hanc magis amnibus æternam esse materiam, cuius non tanguntur extre-
ma, sicut fluminum & fontium. At quare aquis sapor uarius? propter quatuor cau CAP. XX
sas. Ex solo prima est, per quod feruntur. Secunda ex eadem similitudine eius nascitur.
Tertia ex spiritu, qui in aquam transfiguratus est. Quarta ex uitio, quod sæpe conci-
piunt corruptæ per iniuriam. Hæ causæ saporẽ dant aquis uarium. Hæ medicaminum
potentiam. Hæ grauem spiritum, odoremq; pestiferum. Hæ leuitatem grauitatemq;,
aut calorem aut nimium rigorem. Interest utrum per loca sulphure an uitro an bitumi
ne plena transeant. Hac ratione corruptæ, cum uitæ periculo bibuntur. Hinc illud de
quo Ouidius ait: Flumen habent Cicones quod potum saxea reddit Viscera, quod
tactis inducit marmora rebus. Medicatum est, & eius naturæ habet limum, ut corpo-
ra & adglutinet & induret. Quemadmodũ Puteolanus puluis, si aquam attigit saxum
est, sicè contrario, hæc aqua si solidum tetigit, hæret & affligitur. Inde est, quod res abie-
tæ in eundem lacum lapideæ subinde extrahuntur. Quod in Italia in quibusdam lo-
cis euenit, siue uirgam siue frondem demerseris, lapidem post paucos dies extrahis.
Circumfunditur enim corpori limus, allinitur q; paulatim. Hoc minus uidetur tibi mi
rum, si notaueris albulam, & ferè sulphuratam aquam circa canales suos, † ripasq; dura al. cymbasq;
ri. Aliquã harum habent causam illi lacus, quos quisquis faucibus hausit, ut idem poë-
ta ait: Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem. Similem habet uim mero,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed uehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas donec exiccetur, dementia est, & nimia grauitate defertur in somnum: sic aquæ huius sulphurea uis habet quoddã acrius ex aëre noxio uirus, quod mentem aut furore mouet, aut sopore opprimit. Hoc habet mali & amnis. Quem quicunq; parum moderato gutture traxit. Haud aliter titubat, quàm si mera uina bibisset. CAP. XXI In quosdam specus qui despexere moriuntur, tam uelox malum est, ut transuolantes aues deijciat: talis est aër, talis locus, ex quo letalis aqua distillat. Quod si remissior fuerit aëris & loci pestis, ipsa quoq; temperatior noxa, nihil amplius quàm tentat neruos, uelut ebrietate torpentes. Nec miror, si locus atque aër aquas inficit, similesq; regionibus reddit, per quas & ex quibus ueniunt. Pabuli sapor apparet in lacte, & uini uis exístit etiam in aceto: nulla res est, quæ non eius à quo CAP. XXII nascitur notas reddat. Aliud est etiam aquarum genus, quod nobis placet cœpisse cum mundo. Siue ille æternus sit, hoc quoque fuit semper, siue initium aliquod est illi, hoc quoque cum mundo dispositum est. Quid sit hoc, quæris? Oceanus & quodcunque ex illo mare terras interluit. Iudicant quidam flumina quoq;, quorum in enarrabilis natura est, cum ipso mundo traxisse principia, ut Histrum, ut Nilum uastosq; amnes, magisq; insignes quàm ut dici possit, eandem illis originem quàm cæteris esse

CAP. XXIII Hæc est ergo aquarum diuisio, ut quibusdam uidetur. Post illam cœlestes quas ex superioribus nubila ejciunt. Ex terrenis aliæ sunt, ut ita dicam, supernatantes, quæ in CAP. XXIIII summa humo repunt, aliæ abditæ, quarum reddita est ratio. Quare quædam aquæ caleant, quædam etiam ferueant intantum, ut non possint esse usui, nisi aut in aperto euanuere, aut mixtura frigidæ intepuere, plures causæ redduntur. Empedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere, si subiecti sunt solo, per quod aquis transcursus est. Facere solemus dracones & miliaria & complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per decliue circundatas, ut sæpe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est. Frigida itaque intrat, effluit calida. Idem sub terra Empedocles existimat fieri, quem non fallí credebant. Quibus balnearia sine igne calefiunt, spiritus in illa feruens loco æstuanti infunditur. Hic per riuos lapsus non aliter quàm igne subdito, parietes & uasa balnei calefacit. Omnis denique frigida transitu mutatur in calidam, nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur. Quidam existimant per loca sulphure plena exeuntes uel introëuntes aquas, calorẽ beneficio materiæ per quam fluunt, trahere, quod ipso odore gustuq; testantur. Reddunt enim qualitatem eius, qua caluerunt materiæ.

CAP. XXV Quod ne accidere mireris, uiuæ calcí aquam infunde, feruebit. Quædam aquæ mortiferæ sunt, nec odore notabiles, nec sapore. Circa Nonacrin in Arcadia styx appellata ab incolis, aduenas fallit, quia non facie, non odore suspecta est, qualia sunt magnorum artificum uenena, quæ deprehendi nisi morte non possunt. Hæc autem, de qua paulo ante retuli aqua, summa celeritate corrumpit, nec remedio locus est, quia protinus hausta duratur, nec aliter quàm gypsum sub humore constringitur, & alligat uiscera. Est autem noxia aqua, in Thessalia circa tempe, quam & feræ & pecus omne deuitat, per ferrum & æs transit, tanta uis illí inest etiam dura molliendi, nec arbusta quidem ulla alit & herbas necat. Quibusdam fluminibus uis inest mira. Alia enim sunt quæ potа inficiunt greges ouium, intraq; † certum tempus, quæ fuere nigræ albam ferunt lanam, quæ albæ uenerant, nigræ abeunt. Hoc etiam in Bœotia amnes duo efficiunt, quorum alteri ab effectu Melas nomen est, uterque ex eodem lacu exeunt, diuersa facturi. In Macedonia quoque ut ait Theophrastus est flumen, ad quod qui facere albas oues uolunt, adducunt. Quod ut diutius potauere, non aliter quàm infectæ mutantur. At si illis lana opus fuerit nigra, uel pulla, paratus gratuitus infector est, & ad Peneon eundem gregem appellunt. Autores nouos habeo esse in Galatia flumen, quod idem in † omnibus efficiat. Esse in Cappadocia, quo poto equís: nec ullí præterea animalí, color mutatur, & spargitur albo cutis. Quosdam lacus esse qui nandi imperitos ferant, notum est. Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, & mergí proiecta non possunt, & si grauia sint. Huius rei palàm causa est, quamcunque uis rem expende & contra aquam statue, dummodo utriusque par sit modus, si aqua grauior

al. breue

al. ouibus

grauior est leuiorem rem, quàm ipsa est, feret, & tanto supra se extollet, quanto erit leuior, grauiora descendunt. At si aquæ, & eius rei quam contra pensabis, par pondus erit, nec pessum ibit, nec extabit, sed æquabitur aquæ, & natabit quidem, sed pene mersa ac nulla eminens parte. Hoc est cur quædam tigna supra aquam, penè tota, efferantur, quædam ad medium † submersa sint, ad æquilibrium aquæ, quædam descendant. al. submissa Namq; cum utriusq; pondus par est, neutraq; res alteri cedit, grauiora descendunt, leuiora gestantur. Graue autem & leue est, non æstimatione nostra, sed comparatione eius quo uehi debet. Itaque ubi aqua grauior est, hominis corpore, aut saxi, non sinit id quo non uincitur mergi. Sic euenit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant. De solidis & duris loquor. Sunt enim multi pumicosi & leues, ex quibus quæ constant insulæ in † India natant. Theophrastus est autor. Ipse ad Cutylias natantem insulam uidi. Alia in Vadimonis lacu uehitur, alia in lacu Stationẽsi. Cutyliarum insula & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua sustinetur, & in hanc atque illam partem non tantum uento impellitur, sed & aura. Nec unquã illi per diem & noctem in uno loco statio est, adeo mouetur leui flatu. Huic duplex causa est. Aquæ grauitas medicatæ, ob hoc ponderosæ, & ipsius insulæ materia uecti bilis, quæ non est corporis solidi, quamuis arbores alat. Fortasse enim leues truncos frondesq; in lacus sparsas pinguis humor apprehendit, ac uinxit. Itaq; etiam si qua in illa saxa sunt, inuenenies aquosa & fistulosa: qualia sunt quæ duratus humor efficit utique circa medicatorum fontium riuos, quæ ubi purgamenta aquarum coaluerunt, ex spuma solidantur. Necessario leue est, quod ex uentoso inaniq; concretum est. Quorundam causa non potest reddi, quare aqua Nilotica fœcundiores fœminas faciat, adeo ut quarundam uiscera longa sterilitate præclusa, ad conceptum relaxauerit. Quare quædam in Lycia aquæ conceptum fœminarum custodiant, quas solent petere, quibus parum tenax uolua est. Quid ad me attinet? Pono ista inter temere uulgata. Creditum est quasdam aquas scabiem afferre corporibus, quasdam uitiliginem & fœdam ex albo uarietatem, siue insa siue pota sit, quod uitium dicunt habere aquam ex rore collectam. Quis non grauissimas esse aquas credat, quæ in crystallum coëunt? Contra autem est, tenuissimis hoc enim euenit, quas frigus ab ipsa tenuitate facillime gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapis, apud Græcos ex ipso nomine apparet, κρύσταλλος enim appellant æque hunc perlucidum lapidem, quàm illam glaciem, ex qua fieri creditur. Aqua enim cœlestis minimum in se terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis, donec omni aëre excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est. Aestate quædam flumina augentur, ut Nilus, cuius aliàs ratio reddetur. Theophrastus est autor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore æstiuo, quatuor autem esse iudicant causas. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est, aut quia maiores in remoto imbres sunt, quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus uentis ostium cæditur, & reuerberatur fluctu, amnis restitit qui crescere uidetur, quia non effunditur. Quarta ratio est syderum. Hæc enim quibusdam mensibus magis urgent, & exhaurisunt flumina, cum longius recesserunt, minus consumunt, atque trahunt. Itaque quod impendere solebant, id incremento accedit. Quædam flumina palàm in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur: quædam consumuntur paulatim & intercidunt, eadem ex interualla reuertũtur, recipiuntq; & nomen & cursum. Causa manifesta est, sub terra uacat locus. Omnis autem humor natura ad inferius, & ad inane defertur. Illò itaq; recepta flumina cursus egere secreto: sed cum primum aliquid solidi quod obstaret occurrit, prærupta parte, quæ minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum. Sic ubi terreno Lycus est eporus hiatu, Exístit procul hinc, alioq; renascitur ore. Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus, Redditur argolicis ingens Erasinus in undis. Idem & in oriente Tigris facit, absorbetur & desideratus diu tandem longe remoto loco purgamenta eiectat, ut Arethusa in Sicilia, quinta quaque æstate per olympia. Inde opinio est Alphæon ex Achaia eo usque penetrare, & agere sub mare cursum, nec antequam in Syracusano littore emergere: ideo quibus diebus

CAP. XXVI

Herm. Lydia
Insula mobilis

olympia

Universidad de Deusto
Biblioteca

olympia sunt, uictimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. Et hoc etiam à te traditum est, ut in prima parte Lucili charissime, & à Vergilio qui alloquitur Arethusam. Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos, Doris amara suã non intermisceat undam. Est in Chersoneso Rhodiorũ fons, qui post magnũ interuallũ temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusq; est: hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutũ aut folia, sed testas quoq; & quicquid putre iacuit, expellant: ubicũq; autem facit mare, cui hæc natura est, ut omne immundum stercoros umq; littoribus impingat. Quædã uero partes maris id certis temporibus faciunt, ut circa Messanam & Mylas simo quiddam simile, turbulentũ in littus mare profert, feruetq; & exæstuat, non sine odore fœdo. Vnde illic stabulari solis boues fabula est. Sed difficilis ratio est quorundã, utiq; inibi tempus eius ualde quo purgatur obseruatum, sed incertum est. Itaq; proxima quidem inueniri & uicina non potest causa, ceterum publica est illa. Omnis aquarum stantium clausarumq; natura se purgat. Nam in his quibus cursus est non possunt uitia consistere, quæ sua uis defert et exportat. Illæ quæ non emittunt quicquid insedit, magis minúsue æstuant. Mare uero cadauera stramentaq; & naufragorum † reliqua similia ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuq;, sed tranquillum quoq; placidumq; purgatur. Sed monet me locus, ut quæram cum fatalis dies diluuij uenerit, quemadmodum magna pars terrarũ undis obruatur.

f. reliquijs

CA. XXVII

Vtrum oceani utribus fiat, & externum in nos pelagus exurgat, an crebri sine intermissione imbres, & elisa æstate hyems pertinax, immensam uim aquarum ruptis nubibus † deruat. An flumina tellus largius fundat, aperiatq; fontes nouos: aut non sit unã tanto malo causa, sed omnis ratio cõsentiat, & simul imbres cadant, flumina increscãt, maria sedibus suis excita percurrant, & omnia uno agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est, Nihil difficile est naturæ, utiq; ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce utitur uiribus, dispensatq; se incrementis fallentibus, subito ad rui nam toto impetu uenit. Quàm longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans. Quantis laboribus tener educatur, quàm diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus adolescit, at quàm nullo negocio soluitur. Vrbes constituit ætas, hora dissoluit. Momẽto fit cinis, diu sylua. Magna tutela stant aut uigent omnia, cito ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura flexerit, in exitum mortalium satis est. Ergo cum affuerit illa necessitas temporis, multa simul fata causas mouent, nec sine concussione mundi tanta mutatio est, ut quidam putant, inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt imbres, & sine ullis solibus triste nubilo cœlũ est. Nebulaq; continua, & ex humido spissaq; caligine, nunquam exiccantibus uenis. Inde uitium satis est, segetum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis quæ seruntur manu, palustris omnibus campis herba succrescit, mox iniuriam & ualidiora sentire. Solutis quippe radicibus, arbusta procumbunt, & uitis atq; omne uirgultum non tenetur solo, quod molle fluidũq; est: iam nec gramina aut pabula læta aquis sustinent, fame laboratur, & manus ad antiqua alimenta porrigitur, qua ilex & quercus excutitur, & quæcunq; in his arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. Labant ac madent tecta, & in imum usq; receptis aquis fundamẽta desidunt, ac tota humus stagnat, frustra ritubantium fultura tentatur. Omne enim † fundamentum in lubrico figitur, & lutosa humo nihil stabile est. Postquam magis magisq; nimbi ingruunt, & congesti

al. deijciat

al. firmamentũ

seculis tabuerũt niues, deuolutus torrens altissimis montibus rapit syluas male hærentes, & saxa reuolutis remissa compagibus rotat. Abluit uillas, & intermixtos ouiũ greges deuehit, uullisq; minoribus tectis quæ in transitu abduxit, tandem in maiora uiolentus oberrat. Vrbes & implicitos trahis mœnibus suis populos, ruinam an naufragium quærantur incertos, adeo simul, & quod opprimeret, & quod mergeret, uenit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Notissime ruina magna gentiũ clarus onustusq; diffunditur. Flumina uero suapte natura uasta & tempestatibus rapta alueos relinquũt. Quid tu esse Rhodanũ, quid putas Rhenum atq; Danubium, quibus torrens etiam in cannali suo cursus est, cum superfusi non uias sibi fecere ripas, ac scissa humo simul excessere alueos? Quanta cum præcipitatione

uoluuntur

uoluuntur, ubi per campestria fluens Rhenus, ne spatio quidem languidus, sed latissime uelut per angustum aquas implet? Cumq; Danubius non iam radices, nec media montium stringit, sed iuga ipsa solicitat, ferens secum madefacta montium latera, rupesq; deiectas, & magnarum promontoria regionum, quæ fundamentis laborantibus à continente recesserunt. Deinde non inueniens exitum, omnia enim sibiipse præclu serat, in orbem redit, ingentem terrarum ambitum atq; urbium uno uortice inuoluit. Interim permanent imbres, fit cœlũ grauius, ac sic diu malum ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilum, nox est, & quidem horrida & terribilis intercussu luminis diri: crebra enim micant fulmina, procellæ quatiunt mare, tũc primum auctum fluminum accessu, & sibi angustum: iam promouet littus, non continetur suis finibus, sed prohibent exire torrentes, aguntq; fluctus retro: pars tamen maior, ut maligno ostio retenta, restagnat, & agros in formam unius lacus redigit. Iam omnia quæ prospici possunt, aquis obsidentur. Omnis tumultus in profundo latet, & immensa ubiq; altitudo est, tantum in summis montium iugis uada sunt. In ea excelsissima cum liberis coniugibusq; fugere, actis ante se gregibus: diremptum inter miseros commercium ac translitus, quoniam quicquid submissius erat, id unda compleuit. Aeditissimis quibusque adhærebant reliquiæ generis humani, quibus in extrema perductis, hoc unum solatio fuit, quod transierat in stuporem metus, non uacabat timere mirantibus, ne dolor quidem habebat locum. Quippe uim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est.

Ergo insularum modo eminent montes, & sparsas Cycladas augent, ut ait ille poëtarum ingeniosissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit. Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto. Nisi tantum impetum ingenij & materiæ ad pueriles ineptias reduxisset. Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones. Non est res satis sobria, lasciuire deuorato orbe terrarum. Dixit ingentia & tantæ confusionis imaginem cepit cum dixit, Exspatiata ruunt per apertos flumina campos, Pressaq; labant sub gurgite turres. Magnifice hoc, si non curauit, quid oues & lupi faciant. Natari autem in diluuio & in illa rapina potest? aut nõ eodem impetu pecus, quo raptum erat, mersum est omne? Concepisti imaginem quantam debebas. Obrutis omnibus terris cœlo ipso in terram ruente perser. Scies, quid deceat, si cogitas orbem terrarum natare. Nunc ad propositũ reuertamur. Sunt qui existimant immodicis imbribus uexari terras posse, non obrui. Magno impetu magna ferienda sunt. Faciet pluuia segetes malas, fructum grando decutiet, intumescent riuis flumina, sed residents.

C. XXVIII

Quibusdam placet moueri mare, & illinc causam tantæ cladis accersi. Non potest torrentium, aut imbrium, aut fluminum iniuria fieri tam grande naufragiũ: ubi instar illa pernicies, mutariq; genus humanum placuit, fluere assiduos imbres, & non esse modum pluuijs concesserim, suppressis aquilonibus, & flatu sicciore austris, nubes & imbres & amnes abundare. Sed adhuc in damna profectum est. Sternuntur segetes & deplorata colonis Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni. Non lædi debent terræ, sed abscondi. Denique cum per ista prolusum est, crescunt maria, sed super solitum, & fluctum ultra extremum tempestatis maximæ uestigium mittunt. Deinde à tergo uentis surgentibus ingens æquor inuoluunt, quod longe à conspectu † uentis, litoribus frangitur. Deinde ubi littus his prolatum est, & pelagus in alieno constitit, uelut admoto malo cominus, procurrit æstus ex imo recessu maris. Nam ut aëris ut æthe-

uentis supera esse uidetur

ris, sic huius elementi larga materia est, multoq; in abdito plenior. Hæc fatis mota non æstu (nam æstus fati ministerium est) attollit uasto sinu fretũ, agitq; ante se. Deinde in mirã altitudinem erigitur, & illis tutis hominũ receptaculis supereret. Nec id aquis † aridum est, quoniam æquo terris fastigio ascenderet. Si quis excelsa perlibret, maria paria sunt. Nam par undiq; sibi ipsa tellus est. Caua eius & plana eius undiq; inferiora sunt. Sed istis adeo in rotundum orbis æquatus est, in parte autem eius & maria sunt, quæ in unius æqualitatem pilæ coëunt. Sed quemadmodum campos intuentem, quæ paulatim deuexa sunt, fallunt, sic non intelligimus curuaturas maris, & uidetur planum quicquid apparet, at illud æquale terris est. Ideoq; ut effluat, non magna mole se tollet, dum satis est illi, ut supra paria ueniat, leuiter exurgere, nec à littore ubi inferius est,

al. arduum

sed à

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed à medio, ubi ille cumulus est. Defluit ergo ut solet æstus æquinoctialis, sub ipsum lunæ solisq; coitum, omnibus alijs maior undare. Sed hic qui ad occupãdas terras emittitur, solitis maximisq; uiolentior, plus aquarum trahit, nec antequam supra cacumina eorum, quos perfusurus est, mõtium creuit, deuoluitur. Per centena milia quibusdam locis æstus excurrit innoxius, & ordinem seruat. Ad mensuram enim crescit, iterumq; decrescit. At ipso tempore solutus legibus sine modo fertur. Qua ratione, inquis? Eadem qua conflagratio futura est † Vtrum sit deo uisum ordiri meliora, uetera finire? Aqua & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus & ex his interitus est. Ergo quandocunque placuere res nouæ mundo, sic in nos semper mare emittitur desuper, ut feruor ignisq;, cum aliud genus exitij placuit. Quidam existimant terram quoque concutti, & dirupto solo noua fluminum capita detegere, quæ amplius ut è pleno profundant. Berosus, qui Belum interpretatus est, ait, cursu ista syderum fieri, & adeo quidem affirmat, ut conflagrationi atq; diluuio tẽpus assignet: arsura enim terrena contendit, quando omnia sydera, quæ nunc diuersos agunt cursus in Cancrum conuenere, sic sub eodem posita uestigio, ut recta linea exire per orbes omnium possit: inundationem futuram, cum eadem syderum turba in Capricornum conuenerit. Illic solstitium, hic bruma conficitur. Magnæ porentiæ signa quæ in ipsa mutatione anni momenta sunt. Et istas ego receperim causas (neq; enim ex uno est tanta pernicies) & illa quæ in conflatione nostris placent, huc quoque transferenda puto, siue anima est mundus, siue corpus, natura gubernante, ut arbores, ut sata, ab initio eius usq; ad exitum, quicquid facere, quicquid pati debeat, inclusum est, ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem barbæ & canorum nondum natus infans habet, totius enim corporis & sequentis ætatis in paruo occultoq; liniamenta sunt. Sic origo mũdi, non minus solem & lunam, & uices syderum, & animalium ortus, quàm quibus mutarentur terrena, cõtinuit. In his fuit inundatio, quæ nõ secus quàm hyems, quàm æstas, lege mundi uenit. Itaq; non pluuia istud fiet, sed pluuia quoq;, non incursu maris, maris quoq; incursu, non terræ motu, sed terræ quoq; motu. Omnia adiuuabunt naturam, ut naturæ constituta peragantur. Maximam tamen causam, ad se inundandam, terra ipsa præstabit, quam diximus esse mutabilem, & solui in humorem. Ergo quandocunq; erit terminus rebus humanis, cum partes eius interire debuerint, aboleriue funditus totæ, ut de integro totæ, rudes, innoxiæq; generentur, nec superstit in deteriora magister, plus humoris, quàm semper fuit, fiet. Nunc enim elementa ad id quod debetur pensa sunt. Aliquid oportet alteri accedat, ut quæ libramento stant inæqualitas turbet. Accedet humori. Nunc enim habet quo ambiat terras, non quo obruat. Quicquid illi adiecteris, necesse est in alium locum exundet. Vnde ergo terra habeat, minus ut ualidioribus infirma succumbat? Incipiet ergo putrescere, dehinc laxata ire in humorem, & assidua tabe defluere. Tunc exilient sub montibus flumina, ipsosq; impetu quatient, inde aura tacita manabunt. Solum omne aquas reddet, summi scaturient montes, quemadmodum in morbum transeunt sana, & ulceri uicina consentiunt, ut quæq; proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, stillabunt, & deinde current, & hiante pluribus locis saxo, per fretum salient, & maria inter se component. Nihil erunt Adriatici, nihil Siculi æquoris fauces, nihil Charybdis, nihil Scylla. Omnes nouũ mare fabulas obruet, & hic qui terras cingit Oceanus extremas, ueniet in medium. Quid ergo est? nihil omnus tenebit alienos menses hyems, æstas prohibebitur, & quodcunq; terras sydus excicat, compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina, Caspium & Rubrum mare, Ambrachij & Cretici sinus, Propontis & Pontus. Peribit omne discrimen. Confundetur quicquid in suas partes natura digessit. Nõ muri quemq; turrẽsue tuebuntur. Nõ proderunt templa supplicibus, nec urbiũ summa, quippe fugientes unda præueniet, & ex ipsis arcibus deferet. Alia ab occasu, alia ab oriente cõcurrent, unus humanum genus condet dies. Quicquid tam longa fortunæ indulgentia excoluit, quicquid supra cæteros extulit, nobilia pariter atq; adornata, magnarumq; gentium regna pessundabit.

CAP. XXX Sunt omnia, ut dixi, facilia naturæ, utiq; à primo facere constituit, ad quæ non subito, sed ex denuntiato uenit. Iam autem à primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi

f. Alterutrum sit cum Deo.

CAP. XXIX

formi unitate discederet, quando mergerentur terrena, decretũ est, & ne sit quando q; uelut in nouo opere, dura molitio, olim ad hæc maria se exercẽt. Non uides ut fluctus in littora tanquam exiturus incurrat? Non uides, ut æstus fines suos transeat, & in possessionem terrarum mare inducat? Non uides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porrò istinc, unde tantum tumultum uides, metus est è mari & magno impetu erumpentibus fluuijs? Vbi non humorem natura dispposuit, ut undiq; nos, cum uoluisset, aggredi posset. Mentior, nisi eruentibus terram humor occurrit, & quoties nos auaricia, aut defodit, aut aliqua causa penetrare altius cogit, eruenti finis aliquando est. Adijce nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, & multum maris conditi, multum fluminum per operta labentium. Vndiq; ergo erit causa diluuio, cum aliæ aquæ subin fluunt terras, aliæ circunfluunt, quæ diu coẽrcitæ uincent, & amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnium tunc mare ora fontium implebit, & maiore hiatu soluet. Quemadmodũ corpora nostra ad egestum uenter exhaurit, quemadmodum eunt in sudorem uires: ita tellus liquefiet, & alijs causis quiescentibus, intra se, quò mergatur, inueniet, sic magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mora exitij. Tentatur dissoluiturq; concordia, cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undiq; ex aperto & abdito superne ab infimo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam uiolentum & incõtinens sui, contumax, infestumq; renitentibus, quàm magna uis undæ, utetur libertate permissa, & iubente natura, quæ scindit circuitq;, complebit. Vt ignis, diuersis locis ortus, cito miscet incendium, flammis coire properantibus, sic momento redundantia maria se committent. Nec ea semper licentia undis erit, sed peracto exitio generis humani, extinctisq; pariter feris in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra sorbebit, † terram pelagus stare, aut intra terminos suos fure re coget, & reiectus è nostris sedibus in sua secreta pelletur oceanus, & antiquitus ordo reuocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturq; terris homo insçius scelerum, & melioribus auspicijs natus. Sed illis quoq; innocentia non durabit, nisi dum noui sunt, cito nequitia subrepit, uirtus difficilis inuentu est, rectorem ducemq; desiderat, etiam sine magistro uitia discuntur.

al. pelagumq; stare.

EX LIBRI TERTII PRAEFATIONE.

1 Prætermittat ergo senectus. &c. Britannicum exemplar habebat, præmittat ergo senectus. Non dubito quin Seneca scripserit, premat à tergo senectus &c. Nisi malis, premit & obijcit, quod sanè mollius est.

EX EADEM

2 In primis labris animam habere. Vt intelligas paratam ad mortem, quanquam altera scriptura magis arridet. Ac mox, Hæc res efficit non euenire quærenti ut sit liber, sed euenire naturæ. Fortunatus tantum mutat, quærenti in Quiriti. Britannicum exemplar probabilius habebat, non è iure Quiritium, sed è iure naturæ. Nam omnino dubito, an latinè possis quiritem dicere, singulari numero, duntaxat apud rhetores.

EX CAP. I.

3 Apud Terentium Iunior charissime. Pro Terentium legendum, te, quod indicauit Fortunatus, & huic suffragatur codex Britannicus. Iunior Lucij cognomen est.

4 Tam uarius illius usus quàm gratus est. Melius quod habebat exemplar Britannicum, quàm gustus est. Ex gustu enim iudicantur aquæ, quæ ad quid sint usui.

EX CAP. XIII.

5 Hunc eundem languere considero. Sic prior æditio. Britannicum exemplar pro eundem, habebat euanidum, & recte ni fallor.

EX CAP. XV.

6 Sæpe terra si facilis est, in tabem ipsa resoluitur & humescit. Idem euenit sub terra, quod in nubibus ut spissetur, grauiorq; quàm ut manere in natura sua possit gignat humorem. Ita prior æditio, quæ tolerabilis est, si legas, grauio remq;. Fortunatus legit. Ipse transire facilis in aliud. Ipsa terra in tabem resoluitur, &c. Hæc lectio uidetur altera deprauatior. Supposuimus lectionem quam diuinauit Fortunatus, donec germana extiterit.

EX CAP. XVIII.

7 Quàm sero expressero circunscribi se &c. Hoc loco torquetur Fortunatus, uariamq; diuinat lectionem. At uetus lectio mea sententia bene habet, si pro expressero, legas experrecta.

EX CAP. XX.

8 Circa cannales suos cymbas q; durari. Sic prior æditio. Alij legunt, riuos pro cymbas. Britãnicũ habebat ripasq;.

9 Amnis eius. Sic prior æditio. Lynceslius amnis bene reposuit Fortunatus. Sed stomachatur sine causa, quod Mintius asscripserim, ex codice, non ex somnio meo. Neq; enim aliud tum agebam in transcursu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX CAP. XXVI.

10 *Chodiorum fons. Rhodiorum reposuit Fortunatus, atq; id habebat exemplar Britannicum.*

EX CAP. XXVII.

11 *Adesse recesserũt. Ita prior æditio. Fortunatus diuinat, auulsa. Britãnicũ exẽplar habebat àcõtinente recesserũt.*

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS
QVAESTIONVM NATVRALIVM.
lib. 4. in quo de niue, grandine & pluuia agitur. Præfatio.

Delectat te quemadmodũ scribis Lucili uirorum optime Siclia, & officiũ procurationis ociosæ. Delectabit, si cõtinere id intra fines suos uolueris, nec efficere imperiũ, quod est procuratio. Facturũ te hoc non dubito. Scio quàm sis ambitioni alienus, quàm familiaris ocio & literis. Turbam rerũ hominumq; desiderant, qui se parum nesciunt. Tibi tecũ optime conuenit. Nec mirũ paucis istud cõtingere, imperiosi nobis ipsi molesti sumus, si modo amore nostri, modo tædio laboramus, infelicẽ animũ nunc superbia inflamus, nũc cupiditate distẽdimus, aliàs uoluptate laxamus, aliàs sollicitudine exurimus. Quod est miserrimũ nunc̃q; sumus singuli. Necesse est itaq; assidua utamur, in tã magnorum uitiorũ contubernio, rixa. Fac ergo mi Lucili, quod facere consueuisti. A turba quantum potes te separa, nec adulatoribus latus præbeas: artifices sunt ad captãdos superiores, Par illis, etiã si bene caueris, nõ eris. Sed mihi crede proditioni, si capieris, ipse te trades. Habent hoc in se naturale blanditiæ, etiã cũ reijciuntur placẽt, sæpe exclusæ nouissime recipiuntur. Hoc enim ipsum imputãt, quod repellũtur, & † subijci ne cõtumelia quidẽ possunt. Incredibile est, quod dicturus sum, sed tamen uerũ. Ea miseria quisq; patitur, quã patitur. Fortasse enim idẽ, qui patet patitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te cõsequi, ut sis impenetrabilis, cũ omnia caueris, per ornamẽta fiet, Alius adulatione clàm utetur parce: alius ex aperto palàm rusticitate simulata, quasi simplicitas illa nõ ars sit. Plancus artifex ante Villeũ maximus, aiebat nõ esse occulte, nec ex dissimulato blandiendũ. Perit, inquit, procari, si latet. Plurimũ adulator cum deprehensus est, profit, plus etiamnũ si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos in † persona tua Plancos cogita, & hoc non esse remediũ tanti mali, nolle laudari. Crispus Passienus, quo ego nil noui subtilius in omnibus rebus, maxime in distinguendis & curãdis uitijs, sæpe dicebat, adulationi opus nõ claudere ostium, sed aperire. Et quidẽ sic, quẽadmodũ opponi amicæ solet. Quę si impulit grata est, gratior si effregit. Demetriũ egregium uirũ memini dicere cuidã libertino potenti, facilẽ sibi esse ad diuitias uiã, quo die pœnituisset bonæ mentis. Nec inuidebo, inquit, uobis hanc artẽ, sed docebo eos quibus quæsito opus est, quemadmodũ non dubiã fortunã maris, non emendi uendendiq; litẽ subeant, non incertã fidem ruris, incertiorẽ fori tentent, quemadmodũ non solũ facili, sed etiã hilari uia pecuniã faciant, gaudentesq; dispolient. Te, inquit, longiorẽ Fido Anneo iurabo, & Apollonio pycta, quãuis staturã habeas Thetisi Threcæ incõpositi. Hominẽ quidẽ non esse ullum liberaliorẽ, non mentiar, cum possis uideri omnibus donasse, quicquid dereliquisti. Ita est mi Iunior, quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frõtem suã perfricuit, cecidit aliã, hoc citius expugnat, Eò enim iam dementiæ uenimus, quod qui parce adulatur, pro maligno sit. Solebã tibi dicere Gallionẽ fratrem meum, quem nemo nõ parũ amat, etiã qui amare plus non potest, talia uicia non nosse, hoc eũ odisse: ab omni illũ parte tentasti, ingeniũ suspicere cœpisti, omniũ maximũ & dignissimum, quod cõsecrari mallet, quàm conteri, pedes abstulit, frugalitatẽ laudare cœpit, quare sic à nobis resiluit? uti nos nec laudare ne damnare uideatur. Prima statim uerba præscidit. Cœpisti mirari comitatẽ & compositã suauitatẽ, quæ illos quoq;, quos transit, abducit, gratuitũ etiam in obuios meritũ. Nemo enim mortaliũ uni tam dulcis est, quàm hic omnibus, cũ interim tanta naturalis boni uis est, uti artem simulationemq; nõ redoleat. Nemo non imputari sibi bonitatẽ publicam patitur. Hoc quoq; loco blanditijs tuis restitit, ut exclamares inuenisse te inexpugnabilem uirum aduersus insidias, quas

al. subigi

f. prouincia

quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiã, & in euitando ineuitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraueras posse apertis auribus recipi, quãuis blãda diceres, quia uera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis à uero petitur ueritas. Nolo tamen tibi displiceas, quasi male egeris, & quasi ille aliquid iocorũ aut doli suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar cõponere. Cũ quis ad te adulator accesserit, dicito: Vis tu ista uerba, quæ iam ab alio magistratu ad aliũ cum lictoribus transeãt, ferre ad aliquem qui paria facturus, uult, quicquid dixeris audire. Ego nec decipere uolo, nec decipi possum. Laudari me à uobis, nisi laudaretis etiam malos, uellem. Quid aũt necesse est in hoc descendere, ut te petere cominus possint? Longum inter uos interuallũ sit. Cum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeas? Ipse te lauda, dic, liberalibus me studijs tradidi, quã quam paupertas alia suaderet, & ingeniũ abduceret, ubi præsens studij preciũ est. Ad gratuita carmina deflexi me, & ad salutare philosophię studium contuli. Ostendi in omne pectus eandem cadere uirtutem, & eluctatus nataliũ angustias, nec sorte me, sed animo mensus, par maximis steti. Nõ mihi inimicitia Getulici Caij fidem eripuit, non in aliorum personã infeliciter † amatorũ, Messala & Narcissus, diu publici hostes, antequam sui, propositum meum potuerũt euertere. Ceruicem pro fide apposui. Nullum uerbum mihi, quod non salua bona conscientia procederet, excussum est. Pro amicis omnia timui, pro me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuissem. Non mihi muliebres fluxere lachrymæ, nõ è manibus ullius supplex pependi. Nihil indecorum nec bono, nec uiro feci. Periculis meis maior, paratus ire in ea quæ minabantur, egi gratias fortunæ, quod experiri uoluisset, quanti æstimarem fidem. Non debebat mihi paruo res tanta constare. Nec examinauit me quidem diu, neq; enim paria pendebant, utrum satius esset me perire pro fide, an fidem pro me. Non præcipiti impetu in ultimum cõsilium, quo me eriperem furori potentiũ, misi. Videbam apud Caium tormẽta, uidebã ignes. Sciebam olim sub illo in cum statũ res humanas decidisse, ut inter misericordiæ opera haberetur occidi. Nõ tamẽ ferro incubui, nec in mare aperto ore desilui, ne uiderer pro fide tantũ mori posse. Adijce nunc inuictum muneribus animũ, & in tanto auaritiæ certamine, nunquam suppositam manum lucro. Adijce nunc uictus parsimoniam, seruitutis modestiam. Aduersus minores humanitatem, aduersus maiores reuerentiam. Post hoc ipse te consule, uera ne an falsa memoraueris. Si uera sunt, coram magno teste laudatus es: si falsa, sine teste derisus es. Possum & ipse nũc uideri te, aut captare aut experiri. Vtrumlibet crede, & omnes timere à me incipe. Vergilianum illud excude,

Nusquam tuta fides. Aut Ouidianum, Quà terra patet fera regnat Erinnys, In facinus iurasse putes. Aut illud Menandri (Quis enim non in hoc magnitudinem ingenij sui concitauit, detestatus consensum humani generis tendentis ad uitia) omnes ait, malos uiuere, & in scenam uelut rusticus poëta prosiluit. Non senem excepit, non puerum, non fœminam, nõ uirum, & adijcit, singulos peccare non paucos, sed iam scelus esse contextum. Fugiendum ergo, & in se redeundũ est, imò etiam à se recedendum. Hoc tibi, & si diuidimur mari, præstare tentabo, ut dubium uiæ iniecta manu ad meliora perducam. Et ne solitudinem sentias, hinc tecum miscebo sermones. Erimus unà, qua parte optimi sumus, dabimus inuicem consilia, & ex uultu audientis pendentia. Longe te ab ista prouincia abducam, ne forte magnam historijs esse fidem credas, & placere tibi incipias, quoties cogitaueris. Hãc ego habeo sub meo iure prouinciam, quæ maximarũ urbium exercitus & sustinuit & fregit, cum inter Carthaginem & Romam ingentis belli precium iacuit: cum quatuor Romanorum principũ, id est, totius imperij uires contractas in unum locum uidit, altamq; Pompeij fortunam erexit, Cæsaris fatigauit, Lepidi transtulit, omniumq; cepit: quæ illi ingenti spectaculo interfuit, ex quo liquere mortalibus posset, quàm uelox foret ad imũ lapsus ex summo, quamq; diuersa uia magnã potentiã fortuna destrueret. Vno enim tempore uidit Pompeium Lepidumq;, ex maximo fastigio aliter ad extrema deiectos, cum Pompeius alienũ exercitum fugeret, Lepidus suum. Itaq; ut totum mente abducam, quamuis multa habeat Sicilia in se, circaq; se mirabilia, omnes interim prouinciæ tuæ quæstiones prætere-

f. armati Messalinæ

CAP. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibo, & in diuersum cogitationes tuas abstraham. Quæram enim tecum id, quod libro superiore distuli. Quid ita Nilus æstiuis mensibus abundet. Cui Danubiũ similem habere naturã philosophi tradiderũt, quod & fontis ignoti, & æstate quàm hyeme maior sit. Vtrunq; apparuit falsum. Nam & caput eius in Germania esse cõperimus, & æstate quidem incipit crescere, sed adhuc manẽte intra mensurã suam Nilo, primis caloribus, cum sol uehementior inter extrema ueris niues emollit, quas ante cõsumit, quàm intumescere Nilus incipiat. Reliquo uero æstatis minuitur, & ad hybernã magnitudinem

CAP. 11 redit, atq; ex ea dimittitur. At Nilus ante ortũ caniculę augetur medijs æstibus, ultrà æquinoctiũ. Hunc nobilissimũ amnem natura extulit ante humani generis oculos, & ita disposuit, ut eo tempore inundaret Aegyptũ, quo maxime usta feruoribus terra undam altius traheret, tantum hausura, quantũ siccitati annuæ sufficere possit. Nam in ea parte, qua in Aethiopiã uergit, aut nulli imbres sunt, aut rari, & qui insuetã aquis cœlestibus terram non adiuuent. Vnam ut scis Aegyptus in hoc spem suã habet. Proinde sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influxit, aut parcior. Nemo aratorũ aspicit cœlum. Quare non cum poëta in eo iocor, & illi Ouidium suum impingo, qui ait,

Tibullus habet hoc carmen non Oui. Nec pluuias supplicat herba loui. Vnde crescere incipiat si cõprehendi posset, causæ quoq; incrementi inuenirẽtur. Nunc uero magnas solitudines peruagatus, & in paludes diffusus, gentibus sparsus circa Philas primum ex uago & errante colligitur, Phile insula est aspera & undiq; prærupta, duobus in unũ coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferũt. Vrbem totam cõplectitur. Hanc Nilus magnus magis quàm uiolentus, egressus Aethiopiam arenasq; per quas iter ad cõmercia Indici maris est, prælabitur. Excipiunt autẽ cataractæ, nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per arduas excisasq; pluribus locis rupes Nilus insurgit, & uires suas concitat. Frangitur enim occurrentibus saxis, & per angustias eluctatur, ubicunq; uincit, aut uincitur, fluctuat, & illic excitatis primũ aquis, quas sine tumultu leni alueo duxerat, uiolentus, & torrens per malignos transitus prosilit, dissimilis sibi. Quippe ad id lutosus & turbidus fluit. At ubi in scopulos cautiũ intrauit spumat, & illi non ex natura sua, sed ex in-

a Perſis iuria loci color est. Tandem eluctatus obstantia in uastam altitudinem subito destitutus cadit, cum ingenti circumiacentiũ regionũ strepitu. Quem perferre gens ibi † asperis collocata non potuit, obtusis assiduo fragore auribus, & ob hoc sedibus ad quietiora translatis. Inter miracula fluminis incredibilem incolarum audaciam accepi. Bini paruula nauigia conscendunt, quorum alter nauem regit, alter exhaurit. Deinde multum inter rapidam insaniã Nili, & reciprocos fluctus uolutati, tandem tenuissimos canales tenent, per quos angusta rupium effugiunt, et cum toto flumine effusi, nauigium ruens manu temperant, magnoq; spectantiũ metu in caput missi, cum iam adploraueris, mersosq; atq; obrutos tanta mole crediderís, longe ab eo, in quem ceciderant, loco nauigant, tormenti modo missi. Nec mergit cadẽs unda, sed planis aquis tradit. Primũ incrementũ Nili circa insulam, quam modo retuli, Philas nascitur. Exíguo ab hoc spacio petra diuiditur, ἄβατον Græci uocãt, nec illam ulli, nisi antistites calcãt, illa primum saxa auctũ fluminis sentiunt. Post magnũ deinde spacium duo eminẽt scopuli. Nilidas uocant incolæ, ex quibus magna uis funditur, nõ tamen quanta operire posset Aegyptum. In hæc ora stipem sacerdotes & aurea dona præfecti, cũ solenne uenit sacrum faciũt. Hinc iam manifestus nouarũ uirium Nilus, alto ac profundo alueo fertur, ne in latitudinẽ excedat obiectu montiũ pressus. Circa Memphim demũ liber, & per campestria uagus, in plura scinditur flumina, manuq; canalibus factis, ut sit modus inundatiũ potestate, per totã discurrit Aegyptũ. Initio diducitur, deinde cõtinuatis aquis in Sciẽ laci ac turbidi maris stagnat, cursum illi uiolentiãq; eripit latitudo regionũ, in quas extenditur, dextra leuaq; totã amplexus Aegyptũ. Quantũ creuit Nilus tantũ speri in annũ est. Nec cõputatio fallit agricolã, adeo ad mensurã fluminis respondet, quam sertilem facit Nilus. Is arenoso & sitienti solo & aquã inducit & terrã: nam cũ turbulẽtus fluat omnẽ in siccis atq; hiantibus locis fecem relinquit, & quicquid pingue secũ tulit, arentibus locis illinit, iuuatq; agros duabus ex causis, & quod inundat, & quod oblimat. Ita quicquid non adijt, sterile ac squalidũ iacet. Si creuit super debitũ, nocuit. Mira itaq;

itaq; natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras & euiscerent, Nilus tanto cæteris maior, adeo nihil excedit, nec abradit, ut cõtra adijciat uires, minimumq; in eo sit quod solũ temperet. Illato enim limo, arenas saturat ac † iungit. Debetq; illi Aegy- *al. inungit*
ptus non tantum fertilitatem terrarũ, sed ipsas. Illa facies pulcherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. Latent campi, opertæq; sunt ualles, oppida insularũ modo extãt. Nullũ in mediterraneis, nisi per nauigia cõmercium est. Maiorq; est lætitia gentibus, quo minus terrarum suarum uident. Sic quoq; cum serípis continet Nilus, per septena ostia in mare emittitur, quodcunq; elegeris ex his mare est. Multos nihilominus igno biles ramos in aliud atq; aliud littus porrigit. Cæterũ beluas, marinis uel magnitudine uel noxa pares educat. Et ex eo quantus sit, æstimari potest, quod ingentia animalia & pabulo sufficienti, & ad uagandũ loco, continet. Babillus uirorũ optimus, perfectusq; in omni literarũ genere, rarissimus autor est, cum ipse præfectus obtineret Aegyptũ, Heraclitio ostio Nili, quod est maximũ, spectaculo sibi fuisse delphinorũ à mari occurrentium, & crocodilorũ à flumine aduersum agmen agentium, uelut pro partibus præliũ. Crocodilos ab animalibus placidis, morsuq; innoxijs uictos. His superior pars corporis dura & impenetrabilis est, etiam maiorum animaliũ dentibus, at inferior mollis ac tenera; hanc delphini spinis quas dorso eminentes gerunt, submersi uulnerabant, & in aduersum † emersi diuidebant. Recisis hoc modo pluribus, cæteri uelut acie uersa re *al. emiſſi*
fugerunt. Fugax animal audaci, audacissimũ timido. Nec illos Tentyritæ generis aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu & temeritate. Vltro enim insequũtur, fugientesq; iniecto trahunt laqueo, pleriq; pereunt, quibus minus præsens animus ad persequendũ fuit. Nilum aliquãdo mari nam aquam detulisse Theophrastus est autor, Biennio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse decimo regni anno & undecimo constat. Significatam aiunt duobus rerũ potientibus defectionem. Antonij enim Cleopatræq; defecit imperium. Per nouem annos, non ascendisse Nilum superioribus seculis Callimachus est autor. Sed nunc ad inspiciendas causas, propter quas æstate Nilus crescat, accedam, & ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait ex Aethiopiæ iugis solutas niues ad Nilũ usq; decurrere. In eadem opinione omnis uetustas fuit. Hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides † tradebant. Sed falsum esse argumentis plurimis patet. *al. credebant*
Primo Aethiopiam feruentissimã esse indicat hominũ adustus color, & Troglodytæ, quibus subterraneæ domus sunt. Saxa uelut igni feruescunt, non tantũ medio, sed inclinato quoq; die, ardens puluis, nec humani uestigij patiẽs, argentũ replumbatur, signorum coagmenta soluũtur, nullũ materiæ † superadornatæ manet operimentũ. Auster *al. ſuper adoratæ*
quoq; qui ex illo tractu uenit, uentus calidissimus est. Nullum ex his animalibus quæ latent bruma, unquam reconditur. Etiam per hyemẽ in summo & aperto serpens est. Alexãdriæ quoq; quæ longe ab huiusmodi immodicis coloribus est posita, niues non cadunt, superiora etiam pluuia carent. Quemadmodũ ergo regio tantis subiecta feruoribus duraturas per totam æstatẽ niues recipit? Quas sanè aliqui montes illic quoq; excipiant, nunq; tamen magis quàm alpes, quàm Thraciæ iuga aut Caucasus. Atqui horum montiũ flumina uere & prima æstate intumescunt, deinde hybernis minora sunt. Quippe uernis temporibus imbres niuẽ diluunt, reliquias eius primus calor dissipat. Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo æstate. Altissimæ sunt & in illis septentrionalibus iugis niues. Phasis quoq; per id tempus eas oras tenẽs crescerer, si niues flumina possent contra æstatẽ magna producere. Præterea si hæc causa attolleret Nilum, æstate prima plenissimus flueret. Tunc enim maximæ & integræ adhuc niues, ex mollissimoq; tabes est. Nilus aũt per menses quatuor liquitur, & illi æqualis accessio est. Si Thaleti credis, Etesiæ descendẽti Nilo resistũt, & cursus eius acto contra hostia mari sustinent: ita reuerberatus in se recurrit, non crescit, sed exitu prohibitus resistit, & quacunq; mox potuit incõcessus erumpit. Eudimenes Massilienſis te- *Flantibus Etesijs Nilus maior effluit.*
stimoniũ dicit, Nauigaui, inquit, Atlanticũ mare. Inde Nilus fluit maior, quamdiu Etesiæ tempus obseruant, tunc enim ejcitur mare instantibus uentis. Cum resederint, & pelagus cõquiescit, minorq; discedenti inde uis Nilo est. Cęterũ dulcis maris sapor est, & similes Niloticis beluæ. Quare ergo si Nilum Etesiæ prouocant, & ante illos incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca

incrementum eius, & post eos durat? Præterea non sit maior quo illi flauere uehementius? Nec remittitur incitaturq́, prout illis impetus fuit, quod fieret, si illorum uiribus crescere. Quid quod Etesiæ littus Aegypti uerberant, & contra illos Nilus descendit, inde uĕturus, unde illi, si origo ab illis esset. Præterea ex mari purus et ceruleus efflueret nō ut nunc turbidus uenit. Adde quod testimoniū eius testiū turba coarguitur. Tunc erat mendacio locus, cum ignota essent externa littora. Libebat illis fabulas mittere. Nunc uerò tota exteri maris ora mercatorū nauibus stringitur, quorum nemo narrat nunc ceruleum Nilum, aut mare saporis alterius, quod & natura credi uetat, quia dulcissimū quodq; & leuissimum sol trahit. Præterea quare hyeme non crescit, & tunc potest uentis cōcitari mare, aliquanto quidē maioribus. Nā Etesiæ temperati sunt. Quod si è mari ferretur Atlantico, semel oppleret Aegyptū. At nunc per gradus crescit. Oenopides Chius ait hyeme calorē sub terris contineri, ideo & specus calidos esse & tepidiorem puteis aquam, itaq; uenas interno calore siccari. Sed in alijs terris augentur imbribus flumina. Nilum, quia nullo imbre adiuuetur, tenuari, deinde crescere per æstatem, quo tempore frigent interiora terrarū, & redit rigor fontibus: quod si uerū esset, æstate flumina crescerent, omnesq; putei æstate abundarent. Deinde nō calorem hyeme sub terris esse maiorē. Aqua & specus & putei tepent, quia aëra rigentem extrinsecus non recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex eadem causa æstate refrigent, quia illò remotus, seductusq; aër calefactus nō peruenit. Diogenes Apolloniates ait, Sol humorē ad se rapit, hunc exsiccata tellus, tum ex mari ducit, tum ex cæteris aquis. Fieri autem non potest, ut una ficca sit tellus, alia abundet. Sunt enim perforata omnia, & inuicem peruia. Sicca ab humidis sumunt aliquando. Nisi aliquid terra acciperet, exaruisset. Ergo undas sol trahit, sed ex his quæ premunt, maxime hæc meridiana sunt. Terra cum exaruit plus ad se humoris adducit, ut in lucernis oleū illò fluit, ubi exuritur. Sic aqua illò incumbit, quo uis caloris & terræ æstuātis arcessit. Vnde ergo trahit? ex illis scilicet partibus semper hybernis, septentrionalibus, unde exundat. Ob hoc pontus in inferum mare assidue fluit rapidus, non ut cætera maria alternatis ultro citro æstibus, in unam partē semper pronus & torrens. Quod nisi faceret, hisq; itineribus, quod cuiq; deest, redderetur, quod cuiq; supereſt, emitteretur, iam aut siccata essent omnia, aut inundata. Interrogare Diogenem libet, quare cum pontus & amnes cuncti inuicem commeent, nō omnibus locis æstate maiora sunt flumina. Aegyptum sol magis percoquit. Itaq; Nilus magis crescit. Sed in cæteris quoq; terris aliqua fluminibus fiat adiectio. Deinde quare ulla pars terræ sine humore est, cum omnis ad se ex alijs regionibus trahit, eoq; magis quo calidior est. Deinde quare Nilus dulcis est, si illi
CAP. III. è mari unda est? Nec enim ulli flumini dulcior gustus. Grandinem hoc modo fieri, si tibi affirmauero, quo apud nos glacies fit, gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. Itaq; ex his me testibus numero secundæ notæ, qui uidisse quidem se negant, sed audisse. Aut quod historici faciunt, & ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere, sed adijciunt, penes autores fides erit. Ergo si mihi parum credis, Posidonius tibi autoritatem promittet, tam in illo quod præterit, quàm in hoc quod secuturū est. Grandinem enim fieri ex nube aquosa etiam in humorem uersa sic affirmabit, tanquam interfuerit. Quare autem rotunda sit grando, etiam sine magistro scire potes, cum adnotaueris stillicidiū omne cōglomerari. Quod & in speculis apparet, quæ humorem halitu colligunt, & in poculis sparsis, aliaq; omni leuitate: nam & in herbarum uel arborum foliis, si quæ guttæ adhæserunt, in rotundum iacent. Quid magis est saxo durum? quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cauantur aqua: aut ut alius poēta ait, Stillicidij casus lapidem cauat, & hæc ipsa excauatio rotūda fit. Ex quo apparet illud, huic quoq; simile esse quod cauat. Locū enim sibi ad formam & habitū sui exculpit. Præterea potest, etiam si non fuerit grando talis, cum defertur corrotundari, & toties per spacium aëris densi deuoluta æquabiliter atq; in orbem teri. Quod nix pati non potest, quia non est tam solida, imò quia tam fusa est, & non per magnam altitudinem cadit, sed circa terras initiū eius est. Ita non longius illi per aëra, sed ex proximo lapsus est. Quare non & ego idem mihi permittam, quod

Anaxagoras

Anaxagoras, cū inter nullos magis quàm inter philosophos esse debeat æqua libertas: Grando nihil aliud est quàm suspensa glacies. Nix in pruina pendens cōgelatio. Illud enim iam diximus, quod inter aquā & rorē interest, hoc inter pruinā & glaciem, nec non inter niuem et glaciem interesse. Poteram me peracta quæstione dimittere, sed CAP. IIII. bene emensum dabo, & quoniam cœpi tibi molestius esse, quicquid in hoc loco quæritur, dicam. Quæritur aūt, quare hyeme ningat, non grandinet, et uere iam frigore infracto grando cadat. Nam, ut fallar tibi, uerū mihi quidem persuadetur, qui me usq; ad mendacia hæc leuiora, in quibus os præcidi, non oculi erui solent, credulum præsto. Hyeme aër riget, & ideò nondū in aquā uertitur, sed in niuē, cui aër propior est. Cum uer cœpit maior inclinatio tēporis sequitur, & calidiore cœlo maiora fiunt stillicidia. Ideò ut ait Vergilius noster, Cum ruit imbriferū uer, uehementior immutatio est aëris undiq; patefacti & soluentis se, ipso tempore adiuuante. Ob hoc nimbi graues magis uastiq; quàm pertinaces deferuntur. Bruma lentas pluuias habet & tenues, quales sæpe solent interuenire, cū pluuia rara & minuta, niuem quoq; admixtā habet. Dicimus niualē diem, cū altū frigus, & triste cœlū est. Præterea aquilone flante & suū cœlū habente, minutæ pluuiæ sunt. Austro imber improbior est, & guttæ pleniores sunt.

Rem à nostris positā nec dicere audeo, quia infirma uidetur, nec præterire. Quid e- CAP. V.
nim mali est aliquid & faciliori iudicio scribere? Imò si omnia argumenta ad trutinam cœ- al. obrussam
perimus exigere, silentiū indicetur. Pauca enim admodū sunt sine aduersario. Cætera etiam si uincūt litigant. Aiunt quicquid circa Scythiam & Pontū & septentrionalem plagā, glaciatū & astrictū est, uerè relaxari. Tunc flumina gelata discedere, tunc obrutos montes niues soluere. Credibile est ergo frigidos spiritus inde fieri, & uerno cœlo immisceri. Illud quoq; adijciunt, qd nec sum expertus, nec experiri cogito. Tu quoq; CAP. VI.
censeo, si uolueris uerum exquirere, niuem ita caue experiaris. Minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam & duram niuem calcant, quàm eorū qui teneram & labefactam. Ergo si non mentiuntur, quicquid ex illis septentrionalibus locis iam disturbata niue & glacie frangente se fertur, id meridianæ partis tepentem iam humidūq; aëra alligat, & perstringit. Itaq; cū pluuia futura erit, grando fit, iniuria frigoris. Non tempero
mihi quo minus omniū nostrorū ineptias proferam, quosdā peritos obseruandarū nubiū esse affirmant, & prædicere cū grando uentura sit, & hoc intelligere usu ipso potuisse, cū colorem nubiū notassent, quem grando toties insequebatur. Illud incredibile, Cleonæ fuisse publicè præpositos χαλαζοφύλακας speculatores futuræ grandinis. Hi cū signū dedissent adesse iam grandinem, quid expectas ut homines ad penulas discurrerent, aut adstoreas. Imò pro se quisq; albū agnū immolabat, alius pullum. Protinus al. scortea
aūt illæ nubes aliò declinabant, cū aliquid gustassent sanguinis. Hoc rides. Accipe & id rideas magis. Si quis nec agnū, nec pullū habebat, quod sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat. Et ne tu auidas aut crudeles existimes nubes, digitū suū bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se auertebat, quàm ab illo in quo maioribus hostijs exorata erat. Rationē huius rei quidā CAP. VII.
quærunt. Alteri ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cū grandine aliquis paciscatur, & tempestates munusculis redimat, quāuis munera & deos uincant. Alteri suspicari ipsos aiunt, esse in ipso sanguine uim quandā potentē auertendæ nubis, ac repellendæ. Sed quomodo in tā exiguo sanguine potest esse uis tanta, ut in altū penetret, & eā sentiant nubes? Quāto expedito expeditius erat dicere, mendaciū & fabula est? At Cleonæ iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura prouidendæ forte, animadtēpestatis, quod negligentia eorū uineæ uapulassent, aut segetes procidissent. Et apud uertebant
nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc an- Vineas ne ex
tiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus & repelli, quorū nihil posse fieri tā palàm cantassito.
est, ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit. Vnā rem ad hoc adijciā, CAP. VIII.
& fauere, ac plaudere te iuuabit. Aiunt niuem in ea parte aëris fieri, quæ propè terras est. Hanc enim plus habere caloris ex tribus causis. Vna, quod omnis terrarū euaporatio, cū multū intra se feruidi aridiq; habeat, hoc est calidior, quo recētior. Altera quod radij solis à terra resiliūt, et in se currūt. Horū duplicatio proxima quæq; à terris calefa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit. Quæ ideò plus habent teporis, quia solē bis sentiunt. Tertia causa est, quod magis
CAP. IX. superiora perflantur. At quæcunq; depressa sunt, minus uentis uerberantur. Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est, hoc calorē citius cōcipit, & diutius seruat. Itaq; si in solē posueris æneum uas & uitreū & argenteū, æneo citius calor accedit, diutius hærebit. Adijcit deinde quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quæ duriora & pressiora densioraq; sunt, necesse est minora foramina esse, & tenuiorem in singulis spiritū. Sequitur, ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiunt, sic hæc foramina occulta & oculos effugiētia, & celerius feruorem sentiant, & propter easdē angustias quicquid receperunt tardius reddant. Hæc
CAP. X. lōge præparata ad id perducūt, de quo nūc quæritur. Omnis aër quo propior est terris hoc crassior. Quemadmodū in aqua & in omni humore sex ima est, ita in aëre spississima quęq; desidūt. Iam aūt probatū est, omnia quo crassioris solidiorisq; materiæ sunt, hoc fidelius custodire calorē receptum, sed quo editior est aër, & quo longius à terrarū colluuie recessit, hoc syncerior puriorq; est. Itaq; solem nō retinet, sed uelut per inane
CAP. XI. transmittit, ideò minus calefit. Contra aūt quidam aiunt cacumina montiū, hoc calidiora esse debere, quo propiora soli sunt. Qui mihi uidētur errare, quod Apenninū & Alpes & alios notos ob eximiā altitudinem montes, intantū putant crescere, ut illorū magnitudo sentire solis uiciniā possit. Excelsa sunt ista quādiu nobis cōparantur: at uerò ubi ad uniuersum respexeris, manifesta est omniū humilitas. Inter se uincuntur, & uincunt. Cæterū intantū nihil attollitur, ut collatione totius nulla sit uel maximis portio, quod nisi esset, non diceremus totū orbē terrarū pilā esse. Pilæ proprietas est cū æqualitate quadam rotunditas, æqualitatem aūt hanc accipe, quam uides in lusoria pila. Non multum illi cōmissuræ & rimæ earum nocent, quo minus par sibi ab omni parte dicatur: quomodo in hac pila, nihil illa interualla officiunt ad speciē rotundi, sic nec in uniuerso quidem orbe terrarū, editi montes, quorū altitudo totius mundi collatione cōsumitur. Qui dicit altiorem montem, quia solem propius excipiat, magis calere debere, idem dicere potest lōgiorem hominem citius quàm pusillum debere calefieri, & citius caput eius quàm pedes. At quisquis mundum mensura sua æstimauerit, & terram cogitauerit tenere puncti locum, intelliget nihil in illa posse ita eminere, ut cœlestia magis sentiat, uelut in propinquū illis accesserit. Montes isti quos suspicimus, & uertices æterna niue obsessi, nihilominus in imo sunt, sed propius quidē soli est mōs, quàm campus aut uallis, sed sic, quo modo est pilus pilo crassior, arbor arbore, et mōs monte maior esse dicitur. Isto enim modo, & arbores aliæ magis quàm aliæ dicentur uicinæ cœlo, quod falsum est, quia inter pusilla nō potest esse magnum discrimen, nisi dum inter se cōparantur. Vbi ad collationē immensi corporis uentū est, nihil interest quanto alterū altero sit maius, quia etiam si magno discrimine, tamē minima uincun-
CAP. XII. tur. Sed ut ad propositum reuertar, propter has quas retuli causas, plerisq; placuit, in ea parte aëris niuē concipi, quæ uicina terris est, & ideò minus alligari, quia minore rigore coit. Nam uicinus aër plus habet frigoris, quàm ut in aquā & imbrem transeat, & minus quàm ut duretur in grandinem. Hoc medio frigore non nimis intento ni-
CAP. XIII. ues fiunt coactis aquis. Quid istas, inquis, ineptias, quibus nec literatior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? Quomodo fiant niues dicis, cum multo magis ad nos dici à te pertineat, quomodo emendæ non sint niues. Haha iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud & sine effectu iurgium est. Litigemus tamen, etiam si superior futura est, pugnantes ac reluctantes uincat. Quid porro? Hanc ipsam inspectionem naturæ nihil iudicas ad id, quod uis, cōferre? Cum quęrimus, quo modo nix fiat, & dicimus illam pruinæ similem habere naturā, plus illi spiritus quàm aquæ inesse, non putas exprobrari illis, cum emere aquam turpe sit, si nec aquam quidem emunt? Nos uerò quæramus potius quomodo fiant niues, quàm quomodo seruentur, quoniam non cōtenti uina diffundere ueterana, & per sapores ætatesq; disponere, inuenimus quomodo stiparemus niuem, ut ea æstatem euinceret, & contra anni feruorem defenderetur loci frigore. Quid hac diligentia consecuti sumus? Nempe ut gratuitam mercemur aquā. Nobis dolet, quod spiritū, quod solem emere non possumus,

mus, quod hic aër etiam delicatis diuitibusq; ex facili nec emptus uenit. O quàm nobis male est, quod quicquam à rerum natura in medio relictum est. Hoc quod illa fluere & patere omnibus uoluit, cuius haustum uitæ publicum fecit, hoc quod tam homini quàm feris auibusq;, & inertissimis animalibus, in usum large ac beate profundit, contra se ingeniosa luxuria redegit ad precium. Adeò nihil potest illi placere, nisi charum. Vnum hoc erat, quod diuites in æquum turbæ deduceret, quo uno non possent antecedere pauperrimum. Illi, cui diuitiæ molestæ sunt, excogitatum est, quemadmodum etiam aqua caperet luxuriam. Vnde ad hoc peruentum sit, ut nulla nobis aqua satis frigida uideretur quæ flueret, dicam. Quamdiu sanus & salubris cibi capax stomachus est, impleturq;, non premitur, naturalibus fomentis contentus est. Vbi quotidianis cruditatibus non temporis æstus, sed suos sentit, ubi ebrietas continua uisceribus insedit, & præcordia bile in quam uertitur torret, aliquid necessario quæritur, quo æstus ille frangatur, qui ipsis aquis incalescit, remedijs incitat uitium. Itaq; non æstate tantum, sed & media hyeme niuem hac causa bibunt. Quæ huius rei causa est, nisi intestinum malum, & luxu corrupta præcordia, quibus nullum interuallum unquam quo interquiescerent datū est, sed prandia, cœnis usq; in lucem perductis, ingesta sunt, & distentos copia ferculorū ac uarietate, comessatio altius mersit? Deinde nunquam intermissa intemperantia, quicquid ante decoxerat, efferauit, & in desiderium sem- al. anide
per noui rigoris accendit. Itaq; quamuis cœnationem uelis ac specularibus muniant, & igne multo dom ent hyemem, nihilominus stomachus ille solutus & æstu suo languidus, quęrit aliquid quo erigatur. Nam sicut animo relictos stupentesq; frigida spargimus, ut ad sensum sui redeant, ita uiscera istorum uitijs torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa uehementiore perusseris. Inde est, inquam, quod nec niue cōtenti sunt, sed glaciem, uelut certior illi ex solido rigor sit, ac sæpe repetitis aquis diluunt: quæ non è summo tollitur, sed ut uim maiorem habeat, & pertinacius frigus ex abdito effoditur. Itaq; ne unum quidem eius est precium, sed habet institores aqua, & annonam proh pudor uariam. Vnguentarios Lacedæmonij urbe expulere, et propere cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderēt. Quid illi fecissent, si uidissent reponendæ niuis officinas, & tot iumenta deportandæ aquæ deseruientia, cuius colorem saporemq; paleis, quibus custodiūt, inquinant? At dij boni, quàm facilè est extinguere sitim sanam. Sed quid sentire possunt emortuæ fauces, & occallatæ cibis ardentibus? Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil calidum illis satis est. Sed ardentes boletos, & raptim condimento suo mersatos, demittunt penè fumantes, quos deinde restinguant niuatis potionibus. Videbis inquam quosdam graciles, & palliolo focaliq; circumdatos, pallentes & ægros, non sorbere solum niuem, sed etiam esse, & frusta eius in cyphos suos derjcere, ne inter ipsam bibendi moram tepescant. Sitim istam esse putas? Febris est, & quidem eo acrior, quod non tactu uenarum, nec in cutem effuso colore deprehenditur. Sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictum malum, & ex molli fluidoq; durum atq; patiens. Non intelligis omnia consuetudine uim suam perdere? Itaq; nix ista, in qua etiamnū natatis, eo peruenit usu, & quotidiana stomachi seruitute, ut aquę locū obtineat. Aliquid adhuc quęrite illa frigidius, quia pro nihilo est familiaris rigor.

IN LIBRVM QVARTVM EX CAPITE II.

Aestate proueniunt, & illis altißimæ in septentrionalibus iugis niues sunt. Phasis quoq; per Indiæ campos orā tenens crescret. Ita prior æditio, Fortunatus ita legit, æstate. Sunt & illis in septentrionalibus altißimæ iugiter niues. Phasis quoq; per Indiæ tempus, & oris tenus crescret, si niues, &c. Cum utraq; lectio sit depraua ta ne torquerem lectorem, id quod diuinat Fortunatus, in contextum reposui, cessurum, ubi quid reperietur probabilius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATVRALIVM QVAESTIONVM. LIB. V. IN QVO de uentis & aëris motu agitur.

CAP. I. VENTVS est fluens aër. Quidam ita definierunt, Ventus est aër fluens in unam partem. Hæc definitio uidetur diligentior, quia nunquam aër tam immobilis est, ut non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum leuiter commouetur, nec in unam partem inclinatur. Itaq; si legeris, Cum placidum uentis staret mare, scito illud non stare, sed succuti leuiter, & dici tranquillum, quia nec huc nec illò impetum capiat. Idem & de aëre iudicandum est, non esse unquam immobilem, etiam si quietus sit. Quod ex hoc intelligas licet, cũ sol in aliquem clausum locum infusus est, uidemus corpuscula minuta in aduersum ferri, alia sursum, alia deorsum uarie concursantia. Ergo parum diligenter comprehendet quod uult, qui dixerit, fluctus est maris agitatio, quia tranquillum quoq; agitatur. At ille abunde sibi cauerit, cuius hæc definitio fuerit. Fluctus est maris in unam partem agitatio. Sic in hac quoq; re, de qua nunc maximè quærimus, non circumscribetur, qui ita se gesserit, ut dicat: Ventus est fluens aër in unam partẽ. Aut, uentus aër est fluens impetu, aut uis aëris in unam partem euntis, aut cursus aëris aliquò concitatior. Scio quid responderi pro diffinitione altera possit. Quid necesse est adijcere te, in unam partem fluens aër? Vtiq; enim quod fluit, in unam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se mouetur, sed si aliquò fertur. Potest ergo aliquid moueri, & non fluere, & è contrario non potest fluere, nisi in unam partem. Sed si hæc breuitas satis à calumnia tuta est, hac utamur. Si uerò aliquis circumspectior est, uerbo non parcat, cuius adiectio ca uillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

CAP. II. Democritus ait, cum in angusto inani multa sunt corpuscula, quæ ille atomos uocat, sequi uentum. At contra quietum & placidum aëris statum esse, cum in multo inani pauca sunt corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut uico quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur, ubi turba in angustum cucurrit, aliorum in alios incidentium rixa fit: sic in hoc quo circumdati sumus spacio, cum exiguum locum multa corpora impleuerint, necesse est alia alijs incidant & impellantur ac repellantur, implicenturq; & comprimantur, ex quibus nascitur uentus, cũ illa quæ colluctabantur incubuere, & diu fluctuata ac dubia inclinauere se. At ubi in magna laxitate corpora pauca uersantur, nec arietare possunt, nec impelli.

CAP. III. Hoc falsum esse uel ex eo colligas licet, quod tunc interim minimè uentus est, cum aër nubilo grauis est. Atqui tunc plurima corpora se in angustum contulere, & inde spissior nubium grauitas est. Adijce nunc quod circa flumina et lacus frequens nebula est, artatis coniunctisq; corporibus, nec tamen uentus est. Interdum uerò tanta caligo effunditur, ut cõspectum in uicino stantium eripiat, quod non eueniret, nisi in paruũ locum corpora se multa compellerẽt. Atqui nullum tempus magis quàm nebulosum caret uento. Adijce nunc, quod ècontrario uenit, ut sol matutinum aëra spissum & humidum ortu suo tenuet. Tunc surgit aura, cum datum est laxamentum corporibus, &

CAP. IIII. stipatio illorum ac turba resoluta est. Quomodo, inquis, ergo uenti fiunt, quos non negas fieri? Nõ uno modo. Aliàs enim terra ipsa magnam uim aëris eijcit, & ex abdito

al. emiserat spirat, aliàs cum magna & continua ex imo euaporatio in altum agit quæ † merserat, immutatio ipsa halitus mixti in uentum uertitur. Illud enim nec ut credam mihi persuaderi potest, nec ut taceam: quomodo in nostris corporibus ex cibo fit inflatio, quæ non sine magna narium iniuria emittitur, & uentrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius: sic putant & hanc magnam rerũ naturam alimenta mutantẽ emittere spiritum. Bene nobiscũ agitur, quod semper excoquit. Alioquin immundius aliquid timeremus. Nunquid ergo hoc uerius est, dicere multa ex omni parte terrarũ & assidua ferri corpuscula, quæ cũ coaceruata sunt, deinde extenuari sole cœperint, quia

CAP. V. omne quod in angusto dilatatur, spaciũ maius desiderat, uentus existit. Quid ergo? hanc solam esse causam uenti existimas, aquarũ terrarũq; euaporationes. Ex his gra-

uitatem

uitatem aëris fieri, deinde solui impetu, cũ quæ densa steterant, ut est necesse, extenuata nituntur in ampliorem locum? Ego uerò & hanc iudico. Cæterum illa est longe uerior causa, ualentiorq; habere aëra naturalem uim mouendi se, nec aliunde concipere, sed inesse illi ut aliarum rerum, ita huius potentiam. An hoc existimas, nobis quidem datas uires esse, quibus nos moueremus, aëra aũt inertem, inagitabilem relictum esse? cum aqua motum suum habeat, etiam uentis quiescentibus, nec enim aliter animalia edere posset. Muscum quoq; innasci aquis, & herbosa quædam uidemus, summo innatantia. Est ergo aliquid in aqua uitale. De aqua dico? Ignis qui omnia consumit, CAP. VI. quædam etiam creat, & quod uideri non potest simile ueri, sed tamen uerum est, animalia igne generantur. Habet ergo aliquam uim talem aër, et ideò modo spissat se, modo expandit se & purgat, & aliàs contrahit, diducit, ac differt. Hoc ergo interest inter aëra & uentum, quod inter lacum & flumen: aliquando per se ipse sol causa uenti est, fundens rigentem aëra, & ex denso coactoq; explicans. In uniuersum de uentis dixi- CAP. VII. mus. Nunc uiritim incipiemus illos excutere. Fortasse apparebit quemadmodũ fiant, si apparuerit, quando & unde procedant. Primũ ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex conuallibus, aut ex aliquo sinu ferunt. Nullus ex his pertinax est, sed cadit fortiore iam sole, nec fertur ultra terrarum aspectum. Hoc uentorũ genus incipit uere, nec ultra æstatem durat. Et inde maximè uenit, ubi aquarum plurimum & montium est. Plana licet abundent aquis, tamen carent aura, hac dico, quæ pro uento ualet. Quomodo ergo talis flatus concipitur, quem Græci ἐγκολπίαν uocant? Quicquid ex se paludes & flumina emittunt (id aũt & multum est & assiduum) CAP. VIII. per diem solis alimentum est, nocte non exhauritur, sed montibus inclusum, in unam regionem colligitur. Cum illam impleuit, & iam se non capit, sed exprimitur aliquò & in unam partem procedit, hic uentus est. Itaq; eò incumbit, quò liberior exitus inuitat, & loci laxitas, in quam coaceruata incurrant. Huius rei argumentum est, quod prima noctis parte nõ spirat. Incipit enim fieri tunc illa collectio, quæ circa lucem iam plena est, & onerata quærit, quò defluat, & eò potissimum exit, ubi plurimũ uacui est, & magna ac patens area. Adijcit aũt ei stimulos ortus solis, feriens gelidum aëra. Nam etiam antequam appareat, lumine ipso ualet, & nondum quidem aëra radijs impellit, iam tamen lacessit & iritat, luce præmissa. Nam cum ipse processit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur tepore. Ideò nõ ultra matutinũ illis datur flare, omnis illorũ uis a conspectu solis extinguitur: etiam si uiolentiores flauere, circa medium tamen diẽ relanguescunt, nec unquam usq; in meridiem aura producitur. Alia autẽ imbecillior ac breuior est, prout ualentioribus minoribusue collecta causis est. Quare tamen tales CAP. IX. uenti uere & æstate ualidiores sunt? Leuissimi enim cætera parte anni, nec qui uela impleant, surgunt. Quia uer aquosius est, & ex plurimis aquis, locisq; ob humidam cœli naturã saturis & redundantibus, maior euaporatio est. At quare æstate æque profunditur? Quia post occasum solis remanet diurnus calor, & magna noctis parte perdurat, qui euocat exeuntia, ac uehementius trahit, quicquid ex his sponte reddi solet, deinde nõ tantum habet uirium, ut quod euocauit, absumat. Ob hoc diutius corpuscula emanare solita & efflare, terra ex se atque humorem emittit. Facit autem uentum sol ortus, nõ calore tantum, sed etiam ictu. Lux enim (ut dixi) quæ solem antecedit, nondum aëra calefacit, sed percutit tantum, percussus autem in latus cedit. Quanquam ego ne illud quidem cõcesserim, lucem ipsam sine calore esse, cum ex calore fiat. Non habet forsitan tantum teporis, quantum tactu appareat. Opus tamen suum facit, & densa diducit ac tenuat. Præterea loca quæ aliqua iniquitate naturæ ita clausa sunt, ut solem accipere non possint, illa quoq; nubila & tristi luce calefiunt, & per diem minus quàm noctibus rigent. Etiamnum natura calor omnis abigit nebulas, & à se repellit. Ergo sol quoq; idem facit. Et ideò quibusdã uidetur, inde flatus esse, unde sol. Hoc falsum esse ex eo apparet, quod aura in omnem partem uehit, & contra ortum plenis uelis nauigatur. Quod non eueniret, si semper uentus ferretur à sole. Etesiæ quoq; CAP. X. qui in argumentum à quibusdam aduocantur, non nimis proposito aduuant. Dicam primũ quid illis placeat, Deinde cur displiceat mihi. Etesiæ, inquiunt, hyeme nõ sunt, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia breuissimis diebus sol desinit, priusquã frigus euincatur. Itaq; niues & ponuntur & durantur. A estate incipiunt flare, cum & longius extenditur dies, & recti in nos radij diriguntur. Veri ergo simile est, concussas calore magno niues plus humidi efflare. Item terras exoneratas niue, retectasq; spirare liberius. Itaque plura ex septentrionali parte cœli corpora exire, & in hæc loca quæ remissiora ac tepidiora sunt, deferri. Sic impetum Etesias sumere: & ob hoc à solstitio illis initium est, ultraq; ortum caniculæ non ualent, quia iam multum è frigida cœli parte in hanc egestum est. Ac sol mutato cursu in nostram rectior tenditur, et alteram partem aëris attrahit, aliam uerò impellit.

CAP. XI. Sic ille Etesiarum flatus æstatem frangit, & à mensium feruentissimorum grauitate defendit. Nunc quod promisi dicendũ est, quare Etesiæ illos non adiuuent, nec quicq; huic conferant causæ. Dicimus autem luce auram incitari, tandem subsidere, cũ illam solattigit. Atqui Etesiæ ob hoc somniculosi à nautis & delicati uocantur, quod (ut ait Gallio) mane nesciunt surgere, eo tẽpore ferè incipiunt prodire, quo ne pertinax quidem aura est, quod non accideret, si ut auras, ita illos sol cõmoueret. Adijce nũc, quod si causa illis flatus est, spacium diei ac longitudo, etiam ante solstitium flarent, cum longissimi dies sunt, & cũ maximè niues tabescunt. Iulio enim mense iam dispoliata sunt

CAP. XII. omnia, aut certe admodum pauca iacent adhuc sub niue. Sunt quædam genera uentorum quæ ruptæ nubes & in pronum solutæ præmittunt. Hos Græci uentos ἐκπνοίας uocant. Qui hoc (ut puto) modo fiunt, cum magna inæqualitas ac dissimilitudo corporum, quæ uapor terrenus emittit, in sublime eat, & alia ex his corporibus sicca sint, alia humida. Ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, cum in unum cõglobata sunt, uerisimile est quasdam cauas effici nubes, & interualla inter illas relinqui fistulo-

al. diducta sa, & in modũ tibiæ † angusta. His interuallis tenuis includitur spiritus, qui maius desiderat spacium, cum euerberatus cursu parum libero incaluit, & ob hoc amplior fit, scindítq; cingentia, & erumpit in uentum, qui ferè procellosus est, qui superne demittitur, & in nos cadit uehemens & acer, quia non fusus nec per apertum uenit, sed labo rat, & iter sibi ui ac pugna parat. Hic ferè breuis flatus est. Quia receptacula nubium per quæ ferebatur, ac munimenta perrumpit, ideò tumultuosus uenit aliquando, non sine igne ac sono cœli. Hi uenti multo maiores diuturnioresq; sunt, si alios quoq; flatus ex eadem causa ruentes in se abstulere, & in unum confluxere plures: sicut torrentes modicæ magnitudinis eunt, quamdiu separatis suus cursus est, Cum uerò plures in se aquas conuertere, fluminum iustorum ac perhennium magnitudinem excedunt. Idem credibile est fieri et in procellis, ut sint breues quamdiu singulæ sunt, ubi uerò so ciauere uires, & pluribus cœli partibus elisus spiritus eodem se cõtulit, & impetus illis

CAP. XIII. accedit & mora. Facit ergo uentum resoluta nubes, quæ plurimis modis soluitur. Nonnunquam conglobationem illam, spiritus rumpit inclusi et in exitum nitentis luctatio. Nonnunquam calor, quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio, ut magnorum inter se corporum attritus. Hoc loco si tibi uidetur quæri potest, cur turbo fiat, qui euenire in fluminibus solet, ut quamdiu sine impedimento feruntur, simplex & rectum illis iter sit, ubi incurrere in aliquod saxum ad latus ripæ prominẽs, retorqueantur, & in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlatæ in se sorbeantur, & uorticẽ efficiant. Sic uentus quamdiu nihil obstitit, uires suas effundit. Vbi aliquo promontorio repercussus est, aut ui locorum coëuntium in canalem cõuexam, tenuemq; collectus, sæpius in se uolutatur, similemq; illis, quas diximus cõuerti, aquis facit uorticem. Hic uentus circumactus & eundem ambiens locũ, & se in ipsa uertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius uolutatur, inflãmatur & efficit quem πρηστῆρα Græci uocãt. Hic est igneus turbo. Hi ferè omnia pericula uenti erupti de nubibus produnt, quibus armenta rapiantur, & totæ naues in sublime tollantur. Etiamnũ quidam uenti diuersos ex se generant, & impulsum aëra in alias quoq; partes, quàm in quas ipsi inclinauere, dispergunt. Illud quoq; dicam, quod mihi occurrit, quemadmodum stillicidia, quamuis iam inclinent se & labantur, nondum tamen effecere lapsum, sed ubi plura coiere, & turba uires dedit, tunc fluere & ire dicuntur: sic quamdiu leues sunt aëris motus agitati pluribus locis, nondum uentus est, tunc enim incipit, cum omnes illos mi-

scuit, & in unũ impetum cõtulit. Spiritum à uento modus separat, uehementior enim spiritus uentus est, inuicem spiritus leuiter fluens aër. Repetam nunc quod primo dixeram, ædi è specu uentos, recessuq; interiore terrarũ. Non tota solida contextu terra in unum usq; fundatur, sed multis partibus caua, Et cæcis suspensa latebris, alicubi habet inania sine humore. Ibi etiam si nulla lux discrimen aëris monstrat, dicam tamen nubes nebulasq; in obscuro consistere. Nam ne hæ quidem supra terras, quia uidentur, sunt, sed quia sunt, uidentur. Illic quoq; nihilominus ob id sunt, quod non uidentur flumina. Illic scias licet nostris paria sublabi, alia leuiter ducta, alia in confragosis locis præcipitando sonantia. Quid ergo? non illud æque dabis, esse aliquos et sub terra lacus, & quasdam aquas sine exitu stagnare? Quæ si ita sunt, necesse est & illud, aëra onerari, oneratumq; incumbere, & uentum propulsu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis nubibus sciemus nutriri inter obscura flatus, cum tantum uirium fecerint, quanto aut terræ obstantia auferant, aut aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent, & per hanc cauernam in nostras sedes efferantur. Illud uerò manifestum est, magnam esse sub terris uim sulphuris, & aliorum non minus ignem alentium, per hæc loca cum se exitum quærens spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu necesse est. Deinde flammis latius fusis, etiam siquid ignaui aëris erat, extenuatum moueri, & uiam cum fremitu uasto atq; impetu quærere. Sed hoc diligentius persequar, cum quæram de motibus terræ. Nunc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiodotos autor est, Demissos quàm plurimos à Philippo in metallum antiquum olim destitutum, ut explorarent quæ ubertas eius esset, quis status, an aliquid futuris reliquisset uetus auaritia: descendisse illos cum multo lumine, & multos durasse dies, deinde longa uia fatigatos, uidisse flumina ingentia, & conceptus aquarum inertiũ uastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente, sed liberæ laxitatis, non sine horrore uisos. Cum magna hæc legi uoluptate, intellexi enim seculum nostrum, non nouis uitijs, sed iam antiquitus traditis laborare, nec nostra ætate primum auaritiam, uenas terrarũ lapidumq; rimaram, in tenebris male obstrusa quæsisse. Illi quoq; maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles querimur nos esse, spe ducti, montes cecidere unt, & supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem reges fuêre, qui pecuniam in altissimis usq; latebris sequerentur, & relicto spiritu libero, in illos se demitterent specus, in quos nullum noctium dierumq; peruenire t discrimen, & à tergo lucem relinquerent. Quæ tanta spes fuit? Quæ tanta necessitas hominem ad sydera erectum incuruauit, & defodit, & in fundum telluris intimæ mersit, ut erueret aurum nõ minore periculo quærendum, quàm possidendum? Propter hoc cuniculos egit, & circa prædam lutulentam incertamq; reptauit, oblitus dierum, oblitus naturæ melioris, à qua se auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis est, quàm istis supra quos auaricia urgens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit cœlum, quos in imo, ubi illud malum uirus latitat, infodit. Illò descendere ausi sunt, ubi nouam rerum positionem terrarũq; pendentium habitus, uentosq; per cæcum inane experirentur, & aquarum in illis fluentium horridos fontes, & altam perpetuamq; noctem: Deinde cum ista fecerint, inferos metuunt. Sed ut ad id de quo agitur reuertar, uenti quatuor sunt, in ortum, occasum, meridiem, septentrionẽq; diuisi. Cæteri quos uarijs nominibus appellamus, his applicantur. Eurus ad auroram Nabatheaq; regna recessit, Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis. Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt, Proxima sunt Zephyro, Scythiam septemq; triones Horrifer inuasit boreas, contraria tellus Nubibus assiduis pluuioq; madescit ab austro. Vel si breuius illos complecti mauis tempestatem (quod fieri nullo modo potest) congregentur. Vna eurusq; notusq; ruunt creberq; procellis Africus. Et qui locum in illa rixa non habuit, Aquilo. Quidam illos duodecim faciunt. Quatuor enim cœli partes in ternas diuidunt, & singulis uentis binos suffectos dant. Hac arte Varro uir diligens illos ordinat, nec sine causa. Non eĩ eodẽ semper loco sol oritur, aut occidit. Sed alius est ortus occasusq; æquinoctialis (Bis autem æquinoctium est) Alius solstitialis, alius hybernus. Qui surgit ab oriente æquinoctiali, Subsolanus apud nos dicitur. Græci illũ ἀπηλιώτην uocãt. Ab oriente hy-

CAP. XIIII

CAP. XV

CAP. XVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

berno eurus exit, quem nostri uocauêre uulturnum. Et Liuius hoc illum nomine appellat, in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal & contra solem orientem exercitum nostrum, & contra uentum constituit, cum uenti adiutorio ac fulgoris præstringentis oculos hostium uicit. Varro quoq; hoc nomen usurpat. Sed & eurus iam ciuitate donatus est, & nostro sermoni non tanquam alienus interuenit. Ab oriente solstitiali excitatum, Græci καικίαν appellant, apud nos sine nomine est. Aequinoctialis occidens Fauonium mittit, quem zephyrum esse dicent tibi, etiam qui græce nesciunt loqui. A solstitiali occidente, chorus uenit, qui apud quosdam argestes dicitur. Mihi non uidetur, quia chori uiolenta uis est, & in unam partem rapax: Argestes ferè mollis est, & tam euntibus cõmunis quàm redeuntibus. Ab occidente hyberno Africus furibundus & ruens, apud Græcos λὶψ dicitur. A septentrionali latere summus est aquilo, medius septentrio, imus Thrascias. Huic deest apud nos uocabulum. A meridiano axe euronotus est. Deinde notus, latine auster. Deinde libonotus, qui apud

CAP. XVII nos sine nomine est. Placet aũt duodecim uentos esse, non quia ubiq; tot sint, quosdam enim inclinato terrarum excludit, sed quoniam plures nusquam sunt. Sic casus sex dicimus, non quia omne nomen sex recipit, sed quia nullum plures quàm sex. Qui duodecim uentos esse dixerunt, hoc secuti sunt, totidem uentorum esse, quot cœli discrimina. Cœlum enim diuiditur in circulos quinq;, qui per mundi cardines eunt. Est septentrionalis, est solstitialis, est æquinoctialis, est brumalis, est contrarius septentrionali. His sextus accedit, qui superiorem partem mundi ab inferiore secernit, ut scis: dimidia enim pars mundi semper supra, dimidia infra est. Hanc lineam quæ inter aperta & occulta est, Græci ὁρίζοντα uocant, nostri finitorem dixêre, alij finientem. Adijcien dus est ad hunc meridianus circulus, qui horizonta rectis angulis secat. Ex his quidã circuli in transuersa currunt, & alios interuentu suo scindunt. Necesse autem est tot aëris discrimina esse, quot partes. Ergo horizon siue finiens circulus, quinq; illos orbes, quos modo dixi fieri, secat, & efficit decem partes, quinque ab ortu, quinq; ab occasu. Meridianus circulus, qui in horizonta incurrit, regiones duas adijcit. Si duodecim aër discrimina accipit, & totidem facit uentos. Quidam sunt quorundam locorum proprij, qui non transmittunt, sed in proximum ferunt. Non est illis à latere uniuersi mundi impetus. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapix, Athenas Sciron, Pamphyliam Catægis, Galliam Circius, cui ædificia quassanti, tamen incolæ gratias agunt, tanquam salubritatẽ cœli sui debeant ei. Diuus certè Augustus templum illi, cum in Galia moraretur, & uouit & fecit. Infinitum est, si singulos uelim persequi: Nulla enim propemodum regio est, quæ non habeat aliquem flatum ex se nascentem, & circa se ca-

CAP. XVIII dentem. Inter cætera itaq; prouidentiæ opera, hoc quoq; aliquis, ut dignum admiratione susp exerit. Non enim ex una causa uentos aut inuenit, aut per diuersa dispositit: sed primum ut aëra non sinerent pigrescere, sed assidua uexatione utilem redderent,

al. tracturis uitalemq; † terris. Deinde ut imbres terris subministrarent, ijdemq; nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, ut per totum orbem pluuiæ diuidi possent. In Italiam auster impellit, aquilo in Africam reijcit, Etesiæ non patiuntur apud nos nubes consistere. Iidem totam Indiam & Aethiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. Quid quod fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua & mixta seruandis uentilarentur, nisi esset quod segetem excitaret, & latentem frugem ruptis uelamentis suis, quæ folliculos agricolæ uocant, adaperiret? Quid quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit? Ingens naturæ beneficium, si illud in iniuriam suam non uertat hominum furor. Nunc quod de Cæsare olim maiore uulgo dictitatum est, & à Tito Liuio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci Reipub. profuerit, an non nasci, dici etiam de uentis potest, adeo quid ex illis utile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si utentio male utentium nocent. Nimirum in hoc prouidentia ac dispositor ille mundi deus, aëra uentis exercendum dedit, & illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit, non ut nos classes partem freti occupaturas compleremus milite armato, & hostẽ in mari

in mari aut post mare inquiremus. Quæ nos dementia exagitat, & in mutuũ compellit exitium? Vela uentis damus bellum paraturi, & periclitamur periculi causa. Incerta fortunam experimur, uim tempestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine spe sepulturæ. Non erat tanti, si ad pacem per ista ueheremur. Nunc autem cum euaserimus tot scopulos latentes, & insidias uadosi maris, cum effugerimus procellosos desuper montes, per quos præceps in nauigantes uentus impingit, cum inuoluto nubilo dies, & nimbis ac tonitruis horrendas noctes, cum turbinibus diuulsa nauigia, quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fessos tot malis portus excipiet? Bellum scilicet & obuius in littore hostis, & trucidandæ gentes, tracturæ magna ex parte uictorẽ & antiquarum urbium flamma. Quid in arma cogimus populos? Quid exercitus serimus directuros aciem in medijs fluctibus? Quid maria inquietamus? parum uidelicet ad mortes nostras terra late patet. Nimis dura dedit nobis corpora, felicem ualetudinem. Non depopulatur nos casus incurrens. Emetiri cuiq; annos suos ex commodo licet, & ad senectutem decurrere. Itaq; eamus in pelagus, & uocemus in nos fata cessantia. Miseri quid quæritis? mortem, quæ ubiq; sit pereit? Petet illa uos & ex lectulo, sed ubiq; innocentes petat, occupabit uos in uestra domo, sed occupet nullum molientes malum. Hoc uerò quid aliud quis dixerit, quàm insaniam, circum ferre pericula, et ruere in ignotos, iratum sine iniuria occurrentia deuastantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultionem, aut ex fame morsus est, nos sine ulla parsimonia nostri alieniq; sanguinis, mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus uentos quorum felicitas est ad bella perferri. Quousq; nos malos mala nostra rapuêre? Parum est intra orbem suum furere. Sic Persarum rex stolidissimus in Græciam traiecit, quam exercitus non uincet cum impleuerit. Sic Alexander ulterior Bactris & Indis uolet quærere, quid sit ultra magnum mare, & indignabitur aliquid esse ultimum sibi. Sic Parthis auaritia Crassum dabit. Non horrebit reuocantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem præsaga fulmina, & deos resistentes, per hominum deorumq; iras ad aurum ibitur. Ergo non immerito quis dixerit rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si uentos flare uetuisset, & inhibito discursu surrentium in sua quemq; terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisq; tantum ac suorum malo nasceretur. Nunc parum ui domestica, externis quoq; laborandum est. Nul la terra tam longe remota est, quæ non amittere aliquod suum malum possit. Vnde scio an nunc aliquis magnæ gentis in abdito dominus, fortunæ indulgentia tumens, non contineat intra terminos arma, an paret classes ignota moliens? Vnde scio hic mihi, an ille uentus bellum inuehet? Magna pars erat pacis humanæ, maria præcludi. Nõ tamen (ut Paulo ante dicebam) queri possumus de autore nostri deo, si beneficia eius corrumpimus, & ut essent contraria efficimus. Dedit ille uentos ad custodiendam cœli terrarumq; temperiem, ad euocandas supprimendasq; aquas, ad alendos satorum atque arborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens. Dedit uentos ad ulteriora noscenda, fuisset enim imperium animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli fine. Dedit uentos, ut commoda cuiusque regionis fierent communia, non ut legiones equitemq; gestarent, nec ut perniciosa gentium arma transuecherent. Si beneficia naturæ utentium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui uidere expedit? Cui loqui? Cui non uita tormentum est? Nihil inuenies tam manifestæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic uentos quoque natura bonos futuros inuenerat, ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt. Non eadem est his & illis causa soluendi, sed iusta nulli. Diuersis enim irritamentis ad tentandum iter impellimur. Itaque alicui uitio nauigatur. Egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam testium loco dandus est, minima esse quæ homines emant uita. Imò Lucili charissime, si bene furorem illorum æstimaueris, id est nostrum (in eadem enim turba uolutamur) magis ridebis, cum cogitaueris uita parari ea, in quibus uita consumitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM V. EX CAP. IIII.

Quod semper excoquit. Vnum exemplar habebat, quum quod, semper concoquit sic emittit, sed mendose. Significat autem crassiora excrementa alui, aut certe uomitum.

EX CAP. VIII.

Alia siniuntur tepore. Sic prior æditio. Fortunatus legit, alia diffunduntur. Britannicum exemplar habebat, distrahuntur tepore.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM NATVRALIVM QVAESTIONVM, LIB. VI.

in quo de terræ motu agitur.

POmpeios celebrem Campaniæ urbem, in quam ab altera parte Surrentinum Stabianumq; littus, ab altera Herculanense conueniunt, mareq; ex aperto conductum amœno sinu cingit, desedisse terræmotu, uexatis quæcunq; adiacebant regionibus, Lucili uirorum optime, audiuimus, & quidem diebus hybernis, quos uacare à tali periculo maiores nostri solebant promittere. Nonis Februarij fuit motus hic, Regulo & Verginio consulibus, qui Campaniam nunquam securam huius mali, indemnem tamen & toties defunctam metu, magna strage uastauit. Nam & Herculanensis oppidi pars ruit, dubieq; stant etiã quæ relicta sunt. Et Nucerinorũ colonia, ut sine clade, ita non sine querela est. Neapolis quoq; priuatim multa, publice nihil amisit, leuiter ingenti malo perstricta. Villæ uerò præruptæ passim sine iniuria tremuêre. Adiciunt his sexcentarum ouium gregẽ exanimatũ, et diuisas statuas, motæ post hoc mentis aliquos atq; impotes sui errasse. Quorũ ut causas excutiamus & propositi operis cõtextus exigit, & ipse in hoc tempus congruens casus, quærenda sunt trepidis solatia, & demendus ingens timor. Quid enim cuiq; satis tutũ uideri potest, si mundus ipse concutitur, & partes eius solidissimæ labant? Si, quod unũ immobile est in illo fixũq;, ut cũcta in se intẽta sustineat, fluctuat? Si quod propriũ habet terra, perdidit, stare, ubi tandẽ residẽt metus nostri? Quod corpora receptaculũ inuenient? quò solicita confugient, si ab imo metus nascitur, & funditus trahitur? Consternatio omniũ est, ubi tecta crepuêre, & ruina signũ dedit, tunc præceps quisq; se proripit, et penates suos deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod auxilũ si orbis ipse ruinas agiteret? si hoc quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitæ sunt quod fundamentũ quidam orbis esse dixerunt, † discedit ac titubat? Quid tibi esse non dico auxilij, sed solatij potest, ubi timor fugam perdidit? Quid est inquã satis munitũ? Quid ad turelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam, præruptæ altitudinis castella, uel ma[illegible] nos exercitus difficultate aditus morabuntur. A tempestate nos uindicant portus. Nimborum uim effusam, & sine fine cadentes aquas tecta propellunt, fugientes non sequitur incendium, aduersus tonitrua & minas cœli subterraneæ domus, & defossi in altum specus remedia sunt, Ignis ille cœlestis, non transuerberat terram, sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est. Nunquam fulmina populos perusserunt. Pestilens cœlum exhaustit urbes, non abstulit. Hoc malum latissime patet, ineuitabile, auidum, publice noxiũ. Non enim domos solum, aut familias, aut urbes singulas haurit, sed gentes totas, regionesq; subuertit, & modo ruinis operit, modo in altam uoraginem condit, ac neid quidem relinquit, ex quo appareat, quod non est, saltem fuisse, sed supra nobilissimas urbes, sine ullo uestigio prioris habitus, solum extenditur. Nec desunt, qui hoc genus mortis magis timeant, quo in abruptum cum sedibus suis eunt, & è uiuorum numero uiui auferuntur, tanquam non omne fatum ad eundem terminum ueniat. Hoc habet inter cætera iusticiæ suæ natura præcipuum, quod cum ad exitum uentum est, omnes in æquo sumus. Nihil itaque interest, utrum me lapis unus elidat, an monte toto premar. Vtrum supra me domus unius onus ueniat, & sub exiguo eius tumulo ac pulucre expirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat: in luce hunc & in aperto spiritum reddam, an in uasto terrarum dehiscentium sinu: solus in illud profundum, an cum magno comitatu populorum cõcadentium ferar. Nihil interest mea, quantus circa

circa mortem meam tumultus sit, ipsa ubique tantundem est. Proinde magnum sumamus animũ, aduersus istam cladem, quæ nec euitari, nec prouideri potest. Desinamus audire istos, qui Campaniæ renunciauêre, quiq; post hunc casum emigrauerunt, neganiq; seipsos unq; ipsam regionem accessuros: quis enim illis promittet, melioribus fundamentis hoc aut illud solum stare? Omnia eiusdem sortis sunt, etsi nondum mota, tamen mobilia: hunc fortasse in quo securius consistis locum, hæc nox aut hic ante noctem dies scindet. Vnde scies, an melior eorum locorum conditio sit, in quibus iam uires suas fortuna consumpsit, & quæ in futurũ ruina sua fulta sunt? Erramus enim, si ullam terrarum partem exceptam immunemq; ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadẽ iacent lege. Nihil ita ut immobile esset natura cõcepit, alia temporibus alijs cadũt, Et quemadmodũ in urbibus magnis, nunc hæc domus, nũc illa suspenditur, ita in hoc orbe terrarũ nunc hæc pars facit uitium, nũc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit, Asia duodecim urbes simul perdidit. Anno priore Achaiã & Macedoniã quæcunq; est ista uis mali quæ incurrit, nunc Campaniã læsit. Circuit fatũ, et si quid diu præterijt, repetit. Quædam rarius solicitat, sæpius quædã. Nihil immune esse, & innoxium sinit. Nõ homines tantum qui breuis & caduca res nascimur, urbes oraq; terrarum & littora, & ipsum mare in seruitutem fati uenit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunæ, & felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis uelocissima est leuitas, habiturã in aliquos pondus ac morã credimus. Et perpetua sibi omnia promittentibus in mentẽ non uenit, id ipsum, supra quod stamus, stabile nõ esse. Neq; enim Campanię istud aut Achaiæ, sed omnis soli uitiũ est, male cohærere, & ex causis pluribus resolui, & summa manere, partibus ruere. Quid agoq; Solatiũ aduersus pericula dare promiserã, ecce undiq; timenda denuntio. Nego quiq; esse quietis æternæ, quod perire possit, & perdere. Ego uerò hoc ipsum solarij loco pono: & quidẽ ualentissimi: quando quidem sine remedio timor stultus est, ratio terrorẽ prudentibus excutit, imperitis fit magna ex desperatione securitas. Hoc itaq; generi humano dictum puta, quod illis subita captiuitate inter ignes & hostem stupentibus dictum est. Vna salus uictis nullam sperare salutem, si uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda, circũspicite quam leuibus causis discutiamur. Non cibus nobis, non humor, non uigilia, nõ somnus, sine mensura quadam salubria sunt. Iam intelligitis nugatoria esse nostra, & imbecilla corpuscula, fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unũ periculi satis esset, quod tremũt terræ, quod subito dissipantur, ac superposita deducũt. Magni se æstimat, qui fulmina & motus terrarum hiatusq; formidat, uult ille imbecillitatis suæ conscius timere pituitam: ita uidelicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, & in hanc magnitudinem creuimus, & ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi cœlũ intonuerit, nisi terra subsederit, perire non possumus. Vnguiculi nos & ne totius quidem dolor, sed aliqua à latere eius scissura, conficit, & ego timeam terras trementes, quem crassior saliua suffocat? Ego extimescam emotum sedibus suis mare, & ne æstus, maiore quàm solcat cursu, plus aquarum trahens superueniat, cum quosdam strangulauerit potio male lapsa per fauces? Quàm stultum est mare horrere, cum scias stillicidio perire te posse? Nullum est maius solatium mortis, quàm ipse mortalitas. Nullum autem omniũ istorũ quæ extrinsecus terrent, quàm quod innumerabilia pericula in ipso sinu sint. Quid enim dementius, quàm ad tonitrua succidere, & sub terram correpere fulminum metu? Quid stultius, quàm timere nutationem ut subditos montium lapsus, & irruptiones maris extra littus eiecti, cum mors ubique præsto sit, & undique occurrat, nihilq; sit tam exiguum, quod non in perniciem generis humani satis ualeat? Adeo nõ debẽt nos ista confundere, tanquam plus in se mali habeant quàm uulgaris mors, ut contra, cum sit necessarium è uita exire, & aliquando emittere animam, maiore perire ratione iuuet. Necesse est mori ubicunque quandoq;. Stet licet ista humus, & se teneat suis finibus, nec ulla iactetur iniuria, supra me quandoq; erit. Interest ergo, illam ego mihi, an ipsa se mihi imponat. Diducitur ingenti potentia, nescio cuius mali, rumpitur, & me in immensam altitudinem abducit. Quid porrò? Mors leuior in plano est? Quid habeo quod querar, si rerum natura non me uult iacere in ignobili loco? si mihi inscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sui partem? Egregie Vagellius meus in illo inclyto carmine. Si cadendum est, inquit, mihi, cœlo cecidisse uelim. Idem licet dicere. Si cadendum est, cadam orbe concusso. Non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solatium est, terram
CAP. III quandoque uidere mortalem. Illud quoque proderit præsumere animo, nihil horum deos facere, nec ira numinum, aut cœlum concuti, aut terram. Suas ista causas habent, nec ex imperio sæuiunt, sed ex quibusdam uitijs, ut corpora nostra turbantur, & tunc, cum facere uidentur iniuriam accipiunt. Nobis autem ignorantibus uerum, omnia terribilia sunt, utpote quorum metum raritas auget. Leuius accidunt familiaria, & ex insolito formido est maior. Quare autem quicquam nobis insolitum est? quia naturam oculis non ratione comprehendimus, nec cogitamus, quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit. Damus itaq; huius negligentiæ pœnas, tanquã nouis territi, cum illa non sint noua, sed insolita. Quid ergo? Non religionem incutit mentibus, & quidem publice, siue deficere sol uisus est, siue luna, cuius obscuratio frequentior, aut parte sui, aut tota delituit? Longeq; magis illæ actæ in transuersum faces, & cœli magna pars ardens, & crinita sydera, & plures solis orbes, & stellæ per diẽ uisæ, subitiq; transcursus ignium, multam post se lucem trahentium? nihil horum sine timore miramur, & cum timendi sit causa, nescire, non est tanti scire, ne timeas. Quanto satius est causas inquirere, & quidem toto in hoc intentum animo? Neque enim illo quicquam inueniri dignius potest, cui se non tantum commodet, sed impendat.

CAP. IIII Quæramus ergo, quid sit quod terram ab infimo moueat, quid tanti molem ponderis impellat, quid sit illa ualentius, quid tantum onus ui sua labefactet, cur modo tremat, modo luxata subsidat, nunc in partes diuisas discedat, & aliàs interuallum ruinæ suæ diu seruet, aliàs cito comprimat. Nunc amnes magnitudinis notæ conuertat introrsus, nunc nouos exprimat, aperiat aliquando aquarum calentium uenas, aliquando refrigeret, ignesq; nonnunquam per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen emittat, aliquando notos & per secula nobiles comprimat. Mille miracula mouet, faciémque mutat locis, & defert montes, subrigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. Hæc ex quibus causis accidant, digna res est excuti. Quod, inquis, erit precium operæ? quo nullum maius est, nosse naturam. Neque enim quicquam habet in se huius materiæ tractatio pulchrius, cum multa habeat futura usui, quàm quod hominem magnificentia sui detinet, nec mercede, sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo quid sit, propter quod accidant hæc, quorum est adeò mihi dulcis inspectatio, ut quamuis aliquando de motu terrarum uolumen iuuenis ediderim, tamen tentare me uoluerim & experiri, an ætas aliquid nobis, aut ad scientiam
CAP. V aut certe ad diligentiam adiecerit. Causam qua terra concutitur, alij in aqua esse, alij in ignibus, alij in ipsa terra, alij in spiritu putauêre, alij in pluribus, alij in omnibus his. Quidam liquere ipsis aliquam ex istis causam dixerunt, sed non liquere, quæ esset. Nunc singula prosequamur. Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones ueterum parum exactas esse & rudes. Circa uerum adhuc errabatur. Noua omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sint, & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum naturæ latebras dimouere, nec contentum exteriori eius conspectu, introspicere & in deorum secreta descendere. Plurimũ ad inueniendum contulit, qui sperauit posse reperiri. Cum excusatione itaque ueteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit. Nec in hac tantum re omnium maxima atque inuolutissima, in qua etiam cum multum actum erit, omnis tamen ætas quod agat inueniet, sed in omni alio negocio, lõge semper à perfecto fruere principia.

CAP. VI In aqua causam esse, nec ab uno dictum est, nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat humore portari & innatare, siue illud oceanum uocas, siue magnum mare, siue alterius naturæ, simplicem adhuc aquam & humidum elementum. Hac inquit unda, sustinetur orbis, uelut aliquod grande nauigium, & graue his aquis quas premit. Superuacuũ est reddere causas, propter quas existimat grauissimam partem mundi nõ posse spiritu tam tenui fugaciq; gestari, non enim nunc de situ terrarũ, sed de motu agitur. Illud argumenti loco ponit, aquas esse in causa, quibus hic orbis

agitatur, quod in omni maiore motu erumpunt ferè noui fontes: sicut in nauigijs quoque euenit, ut si inclinata sunt, & abiere in latus, aquam sorbeant, quæ in omni onere eorũ quæ uehit si immodice depressa sunt, aut superfunditur, aut certe dextra sinistraq; solito magis surgit. Hanc opinionem falsam esse, non est diu colligendum. Nam si terram aqua sustineret, tota aliquando concuteretur, semper moueretur, nec agitari illam miraremur, sed manere. Tunc tota concuteretur, non ex parte: nunquam enim nauis dimidia iactatur: nunc uerò non terrarum uniuersarũ, sed ex parte motus est: quomodo ergo fieri potest, ut quod totum uehitur, totum non agitetur, si eo quo uehitur agitatum est? At quare aquæ erumpunt? Primum omniũ sæpe tremuit terra, & nihil humoris noui fluxêr. Deinde si ex hac causa unda prorumperet, à lateribus terræ circumfunderetur, sicut in fluminibus ac mari uidemus accidere, ut incrementum aquarum, quoties nauigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tam exigua fieret quàm dicit eruptio, nec uelut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio, ut ex infinito liquore & ferente uniuersa. Quidam motum terrarum aquæ CAP. VII imputauere, sed non ex eadem causa. Per omnem, inquiunt terram, multa aquarum genera decurrunt. Alicubi perpetui amnes, quorum nauigabilis etiam sine adiutorio imbriũ magnitudo est. Hinc Nilus per æstatem ingentes aquas inuehit. Hinc qui medius inter pacata & hostilia fluit, Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, † & Europam Asiamq; disterminans, alter Germanos auidam gentem belli repelliens. Adijce nunc patentissimos lacus, & stagna populis inter se ignotis circumdata, & ineluctabiles nauigio paludes, nec ipsis quidem inter se peruias, quibus incoluntur. Deinde tot fontes, tot capita fluminum, subitos & ex occulto amnes uomentia. *Hæc tria uerba uidẽtur sua peresse.*
Tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus, quorum uires quàm repentinæ, tam breues. Omnis hæc aquarum etiam intra terram natura faciesq; est. Illic quoque aliæ uasto cursu deferuntur, & in præceps uolutæ cadunt, aliæ languidiores in uadis refunduntur, & leuiter ac quiete fluunt. Quis autem neget uastis illas receptaculis concipi & cessare multis inertes locis? Non est diu probandum ibi multas aquas esse, ubi omnes sunt. Neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito multòque funderet. Si hoc uerum est, necesse est aliquando illic amnis excrescat, & relictis ripis uiolentus in obstantia incurrat: Sic fiet motus alicuius partis, in quam flumen impetum dedit, & quam donec decrescat uerberabit. Potest fieri ut aliquam regionem riuus affluens exedat, ac secum trahat aliquam molem, qua lapsa, superposita quatiantur. Iam uerò nimis oculis permittit, nec ultra illos scit producere animum, qui non credit esse in abscondito terræ sinus maris uasti. Nec enim uideo quid prohibeat uel obstet, quo minus illic habeatur aliquod etiam in abscondito littus, & per occultos aditus receptum mare, quod illic quoque tantundem loci tenet, aut fortasis hoc amplius, quo superiora cum tot animalibus erant diuidẽda: abstrusa enim & sine possessore deserta, liberius undis uacant. Quis quis uetat illic fluctuare, & uentis, quos omne interuallum terrarum, & omnis aër creat, impelli? Potest ergo maior solito extorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam uehementius cõmouere. Nam apud nos quoq; multa, quæ procul à mari fuerant, subito eius accessu uapulauere, & uillas in conspectu collocatas, fluctus qui longe audiebatur inuasit. Illic quoque potest accedere ac decedere pelagus infernum, quorum neutrũ fit sine motu superstantium. Non CAP. VIII quidem existimo diu te hæsitaturũ, an credas esse subterraneos amnes & mare abscondítum. Vnde enim istæ prorumpunt, unde ad nos ueniunt, nisi quod origo humoris inclusa est? Age cum uides interruptum Tigrim in medio itineris siccari, & non uniuersum auerti, sed paulatim nõ apparentibus damnis minui primum, deinde cõsumi, quò illum putas abire, nisi in obscura terrarum, utiq; cum uideas emergere iterum, nõ minorẽ eo, qui prior fluxerat? Quid cum uides Alphæum celebratũ poëtis in Achaia mergi, & in Sicilia rursus trãsiecto mari effundere amœnissimum fontem Aretusam? Nescis autem inter opiniones quibus † narratur Nili æstiua inundatio, & hanc esse, à *abeuaristur* terra illum erumpere, & augeri non supernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidẽ centuriones duos, quos Nero Cæsar ut aliarum uirtutum, ita ueritatis imprimis amantissimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimus, ad inuestigandum caput Nili miserat, audiui narrantes, longum illos iter peregisse, cum à rege Aethiopiæ instructi auxilio, commẽdatiq; proximis regibus, penetrassent: ad ulteriora quidem, aiebant, peruenimus, ad immensas paludes, quarum extrum, nec incolæ nouerãt, nec sperare quisquam potest, ita implicitæ aquis herbæ sunt, & aquæ nec pediti eluctabiles, nec nauigio, quod nisi parui & unius capax, limosa & obsita palus non ferat. Ibi, inquit, uidimus duas petras, ex quibus ingens uis fluminis excidebat. Sed siue caput illa: siue accessio est Nili, siue tunc nascitur, siue in terras ex priore recepta cursu redit, nónne tu credis illã quicquid est ex magno terrarũ lacu ascẽdere. Habeant enim oportet pluribus locis sparsum humorem, & in imo coactum, ut

CAP. IX eructare tanto impetu possint. Ignem causam motus quidam, & quidem non eandem iudicant. Imprimis Anaxagoras, qui existimat simili pene ex causa, & aëra concuti & terram, cum in inferiore parte spiritus crassum aëra, & in nubes coactum, eadem ui qua apud nos quoq; nubila frangi solent, rumpit, et ignis ex hoc collisu nubium, cursuq; elisi aëris emicuit. Hic ipse in obuia incurrit, exitũ quærens, ac diuellit repugnantia, donec per angusta aut nactus est uiam exeundi ad cœlum, aut ui ac iniuria fecit.
Alij in igne causam quidem esse, sed non ob hoc iudicant, sed quia pluribus obrutus locis ardeat, & proxima quæque consumat. Quæ si quando exesa ceciderint, tunc sequi motum earum partium, quæ subiectis adminiculis destitutæ labant, donec corruere, nullo occurrente, quod onus exciperet. Tunc chasmata, tunc hiatus uasti aperiuntur, aut cum diu dubitauere super ea se, quæ supersunt stantq;, componunt. Hoc apud nos quoq; uidemus accidere, quoties incendio pars ciuitatis laborat, cũ exustæ trabes sunt,

CAP. X aut corrupta, quæ superioribus firmamentũ dabant, tunc diu agitata fastigia cõcidunt, & tam diu differuntur atq; incerta sunt, donec in solido resederunt. Anaximenes ait terram ipsam sibi esse causam motus, nec extrinsecus incurrere, quod illam impellat, sed intra ipsam & ex ipsa quasdam partes eius decidere, quas aut humor soluerit, aut ignis exederit, aut spiritus uiolentia excusserit. Sed his quoque cessantibus non deesse, propter quod aliquid abscedat aut reuellatur. Nam primum omnia uetustate labuntur, nec quicquã tutum à senectute est. Hæc solida quoq; & magni roboris carpit. Itaque quemadmodum in ædificijs ueteribus quædam non percussa tamen decidunt, cũ plus ponderis habuere quàm uirium: ita in hoc uniuerso terræ corpore euenit, ut partes eius uetustate soluãtur, solutæ cadant, & tremorem superioribus afferant, primum dum abscedunt (nihil enim utiq; magnum sine motu eius, cui hæsit, abscinditur) deinde cum deciderunt, solido exceptæ, resiliant, pilæ more, quæ cum cecidit exultat, ac sæ-

al. nonum pius pellitur, toties à solo in † nouum impetum missa. Si uerò in stagnãtibus aquis delata sunt, hic ipse casus uicina concutit fluctu, quem subitum uastumq; illisum ex alto

CAP. XI pondus eijcit. Quidam ignibus quidem assignant hunc tremorem, sed aliter. Nam cum pluribus locis feruean, necesse est ingentem uaporem sine exitu uoluant, qui ui sua spiritum intendit, & si acrius institit, opposita diffundit, si uerò remissior fuit, nihil amplius quàm mouet. Videmus aquam spumare, igne subiecto. Quod in hac aqua facit inclusa & angusta, multo magis illum facere credamus, cum uiolentus ac uastus ingentes aquas excitat. Tunc ille uaporatione inundantium aquarum, quicquid pulsa-

CAP. XII uerit agitat. Spiritum esse qui moueat, & plurimis & maximis autoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens ait ita. Venti in concaua terrarum deferuntur, deinde ubi iam omnia spacia plena sunt, & inquantũ aër potuit densatus est, is qui superuenit spiritus, priorem premit & elidit, ac frequentibus plagis primo cogit, deinde perturbat. Tunc ille quærens locum omnes angustias dimouet, & claustra sua conatur effringere. Sic euenit, ut terræ, spiritu luctãte, & fugam quærente, moueantur. Itaq; cum terræ motus futurus est, præcedit aëris tranquillitas & quies, uidelicet, quia uis spiritus, quæ concitare uentos solet, in inferna sede detinetur. Nunc quoq; cum hic motus in Campania fuit, quamuis hyberno tempore † & inquieto, per superiores dies à cœlo aër stetit. Quid ergo? Nunquam flante uento terra concussa est? Admodum raro duo flauere simul uenti. Fieri tamen & potest & solet, quod si recipimus, & constat duos uentos rem simul gerere, quid ni accidere possit, ut alter superiorem aëra agitet, alter inferum?

In hac

In hac sententia licet ponas Aristotelem & discipulum eius Theophrastum, non, ut Græcis usum est, diuini, tamen & dulcis eloquij uirũ, & nitidi sine labore. Quid utriq; placeat exponam. Semper aliqua euaporatio est è terra, quæ modo arida est, modo humido mixta. Hæc ab infimo ædita, & inquantum potuit elata, cum ulteriorem locum in quem exeat non habet, retro fertur, atq; in se reuoluitur, dumq; rixa spiritus recipro

al. elisus cantis iactat obstantia, & siue intercluſus, siue per angusta † enisus est, motũ ac tumultum cier. Straton ex eadem schola est, qui hanc partem philosophiæ maxime coluit, & rerum naturæ inquisitor fuit. Huius tale decretum est, frigidum & calidum semper in contraria abeunt, & unà esse non possunt, eò frigidum confluit, unde uis calida discessit, & inuicem ibi calidum est, unde frigus expulsum est. Hoc quod dico uerum est, sed utrumq; in contrarium agi, ex hoc tibi appareat. Hyberno tempore cum supra terram frigus est, calent putei, nec minus specus, atq; omnes sub terra recessus: quia eò se calor contulit, superiora possidenti frigori cedens, qui cũ in inferiora peruenit, & eò se quantum poterat ingessit, quo densior, hoc ualidior est, huic alius superuenit, cui necessario congregatus ille iam & in angustum pressus, loco cedit. Idem econtrario euenit, cum uis maior frigidi illata in cauernis est. Quicquid illic calidi latet, frigori cedens abit in angustum, & magno impetu agitur, quia non patitur utriusq; natura concordiam, nec in uno moram. Fugiens ergo & omni modo cupiens excedere, proxima quæq; remolitur ac iactat. Ideoq; antequam terra moueatur, solet mugitus audiri, uentis in abdito tumultuantibus, nec enim aliter posset, ut ait noster Vergilius, Sub pedibus mugire solum, & iuga celsa moueri, nisi hoc esset uentorũ opus. Vices deinde huius pugnæ sunt, desinit calidi congregatio, ac rursus eruptio. Tunc frigida compescuntur & succedũt, mox futura potentiora. Dum ergo alterna uis cursat, & ultro citro spiritus commeat, terra concutitur. Sunt qui existiment spiritu quidem & nulla alia ratione CAP. XIIII tremere terram, sed ex alia causa, quam Aristoteli placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum & sanguine irrigatur & spiritu, qui per sua itinera discurrit. Habemus autem quædam angustiora animæ receptacula, per quæ nihil amplius quàm meat: quædam patentiora, in quibus colligitur & unde diuiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus, & aquis, quæ uicem sanguinis tenent, & uentis quos nihil aliud quis quàm animam uocauerit, peruium est. Hæc duo alicubi concurrunt, alibi consistunt. Sed quemadmodum in corpore nostro dum bona ualitudo est, uenarum quoque imperturbata mobilitas modum seruat, ubi aliquid aduersi est, micat crebrius, & suspiria atque anhelitus, laborantis ac fessi signa sunt: ita terræ quoque, dum illis positio naturalis est, incõcussæ manent. Cum aliquid peccatur, tunc uelut ægri corporis motus est, spiritu illo qui modestius perfluebat, icto uehementius, & quassante uenas suas: nec ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram, nam si hoc est, quemadmodum animal, tota uexationem sentiet. Neque enim in nobis febris alias partes moratius impellit, sed per omnes pari æqualitate discurrit. Vide ergo nũc, quod intret in illam spiritus ex circumfuso aëre, qui quamdiu habet exitum, sine iniuria labitur, si offendit aliquid, & incidit quod uiam claudat, tunc oneratur primo infundente se à tergo aëre. Deinde per aliquam rimam maligne fugit, & hoc acrius fertur, quo angustius. Id sine pugna non potest fieri, nec pugna sine motu. At si nec rimam quidẽ per quam effluat inuenit, conglobatus illic furit, et huc atq; illò circumagitur, aliaq; deiicit, alia intercidit, cum tenuissimus idemq; fortissimus, & irrepat quamuis in obstructa, & quicquid intrauit ui sua diducat & dissipet, tunc terra iactatur. Aut enim datur uento locum discedit, aut cum dedit in ipsam, qua illum emisit, cauernam fundamento spoliata considit. Quidam ita existimant. Terra multis locis perforata est, nec tan-

CAP. XV tum primos illos aditus habet, quos uelut spiramẽta ab initio sui recepit, sed multos illi casus imposuit. Alicubi deduxit, quicquid superne terreni erat aqua, alia torrentes cecidere, alia æstibus magnis dirupta patuere. Per hæc interualla intrat spiritus, quem si incluſit mare et adegit, nec fluctus retro abire permisit, tũc ille exitu simul reditúq; præcluso, uolutatur. Et quia in rectũ non potest tendere, quod illi naturale est, in sublime se intendit, & terram prementem reuerberat. Etiamnũ dicendum est, quod plerisq;

CAP. XVI autoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

autoribus placet, & in quo fortasse fiet dissensio. Nō esse terram sine spiritu palàm est. Non tantum illo dico, quo se tenet, ac partes sui iungit, qui ineſt etiam saxis mortuisq; corporibus, sed illo dico uitali & uegeto & alente omnia: hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet, non aliunde uiuētibus, & tot satis? Quemadmodum tam diuersas radices aliter atq; aliter in se mersas foueret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animæ, tam multa, tam uaria generantis, & haustu atq; alimento sui educantis? Leuibus adhuc argumentis ago. Totum hoc cœlum, quod igneus æther, mundi summa pars claudit, omnes hæ stellæ, quarum inuenirí non potest numerus, omnis hic cœlestium cœtus, & (ut alia præteream) hic tam prope à nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt, & inter se partiuntur, nec ullo alio scilicet, quàm halitu terrarum sustinentur. Hoc illis alimentum, hic pastus est. Non posset autem tam multa tantaq;, & se ipsa maiora, terra nutrire, nisi plena esset animæ, quam per diem ac noctem ab omnibus partibus suis fundit. Fieri enim non potest, ut non multum illi supersit, ex qua tantum petitur ac sumitur, & ad tempus quidem, quod exeat nascitur. Nec enim esset perennis illi copia suffecturi in tot cœlestia spiritus, nisi inuicem ista excurrerēt, & in aliud alia soluerentur. Sed tamen necesse est abundet ac plena sit, et ex cōdito proferat. Non est ergo dubium, quin multum spiritus lateat intus, & cæca sub terra spacia aër latus obtineat. Quod si uerum est, necesse est id sæpe moueatur, quod re mobilissima plenum est. Nunquid enim dubium esse potest cuiquam, quin nihil sit tam inquietum
CAP. XVII quàm aër, & tam uersabile & uagatione gaudens? Sequitur ergo, ut naturam suam exerceat, & quod semper moueri uult, aliquando & alia moueat. Id quando fit? Cum illi cursus interdictus est. Nam quamdiu non impeditur, placide fluit, cum offenditur & retinetur, insanit, & moras suas arripit, non aliter, quàm ille poëtæ pontem indignatus Araxes. Quamdiu illi facilis & liber est alueus, primas quasq; aquas explicat. Vbi saxa manu uel casu illata pressere uenientem, tunc impetum mora quærit, et quo plura opposita sunt, plus inuenit uirium. Omnis enim illa unda quæ à tergo superuenit, & in se crescit, cum onus suū sustinere non potuit, uim ruina parat, & prona cum his quæ obiacebant fugit. Idem spiritu fit, qui quo ualentior agiliorq; est citius rapitur, & uehementius septum omne disturbat. Ex quo motus fit scilicet eius partis, sub qua pugnatum est. Quod dicitur, uerum esse ex illo probatur: sæpe enim cum terræ motus fuit, si modo pars eius aliqua dirupta est, inde uentus per multos dies fluxit. Vtraditur factum eo terræmotu, quo Chalcis laborauit, quod apud Asclepiodotum inuenies, audi
CAP. XVIII torem Posidonij, in ipsis quæstionum naturalium causis. Inuenies & apud alios autores hiasse uno loco terram, & inde non exiguo tempore spirasse uentum, qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat, per quod ferebatur. Maxima ergo causa est, propter quam terra moueatur, spiritus natura citus, & locum è loco mutans. Hic quamdiu non impeditur, & in uacanti spacio latet, iacet innoxius, nec circumiectis molestus est. Vbi illum extrinsecus superueniens causa solicitat compellitq;, & in arctum agit, scilicet adhuc cedit tantum & uagatur. Vbi erepta discedendi facultas est, & undique obstitit, tunc Magno cum murmure montis Circum claustra fremit, quæ diu pulsata conuellit acriat, eo acrior quo cum ualentiore mora luctatus est. Deinde cum circa perlustrauit omne quo tenebatur, nec potuit euadere, inde quò maxime impactus est, resilit, & aut per occulta diuiditur, ipso terræ motu raritate facta, aut per nouum uulnus emicuit. Ira eius uis tanta non potest cohiberi, nec uentum tenet ulla compages: soluit enim quodcunque uinculum, & omne onus fert secum, infususq; per minima, laxamentum superatus indomita naturæ potentia liberat, utiq; cum concitatius sibi ius suum uindicat. Spiritus uerò inuicta res est, nihil enim erit quod luctantes uentos, tempestatesq; sono ras imperio premat, ac uinclis & carcere frenet. Sine dubio poëtæ hunc uoluerāt uideri carcerē, in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id quod clausum est esse adhuc uentum, nec id quod uentus est posse iam claudi. Nam quod in claso est, quiescit, & aëris statio est. Omnis in fuga uentus est. Etiamnum & illud accedit his argumentis, per quod appareat, quod motum efficit spiritus, quod corpora quoq; nostra

nostra non aliter tremunt, quàm si spiritum aliqua causa conturbat, cum timore contractus est, cum senectute langueſcit, & uenis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur, aut sub accessionem cursu suo dejcitur. Nam quamdiu sine iniuria perfluit, & ex more procedit, nullus est tremor corpori. Cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens perferendis his quæ suo uigore tenebat, deficiens concutit, quicquid integer tulerat. Metrodorum Chium necesse est audiamus, quod uult CAP. XIX sententiæ loco dicentem. Non enim permitto mihi nec eas quidem opiniones præterire, quas improbo, cum satius sit omnium copiam fieri, & quæ improbamus damnare potius quàm præterire. Quid ergo dicit? Quomodo in dolio cantantis uox, per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leuiter mota tamen circuit, non sine tactu eius tumultúque, quo inclusa est: sic spelunearum sub terra pendentium uastitas habet aëra suum, quem simul alius superne incidens percussit, agitat non aliter, quàm illa de quibus paulo ante retuli, inania indito clamore sonuerunt.

Veniamus nunc ad eos qui omnia ista quæ retuli in causa esse dixerunt, aut ex his CAP. XX plura. Democritus plura putat. Ait enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque, & id hoc modo prosequitur. Aliqua pars terræ concaua est, & in hanc aquæ magna uis confluit. Ex hac est aliquid tenue, & cæteris liquidius. Hoc cum superueniente grauitate reiectum est, terris illiditur, & illas mouet. Nec enim fluctuari potest sine motu eius, in quod impingitur. Etiamnum quomodo de spiritu dicebamus, de aqua quoque dicendum est. Vbi in unum locum congesta est, & capere se desijt, aliquo incumbit, & primo uiam pondere aperit, deinde impetu. Nec enim exire nisi per deuexum potest diu inclusa, nec in directū cadere moderate, aut sine concussione eorū, per quæ & in quæ cadit. Si uerò cum iam rapi cœperit aliquo loco substitit, & illa uis fluminis in se reuoluta est, in continentem terram repellitur, & illam, qua parte maxime pendet, exagitat. Præterea aliquando madefacta tellus, liquore penitus accepto, altius sidit, & fundus ipse uitiatur, tunc ea pars premitur, in quam maxime aquarum uergentium pondus inclinat. Spiritus uerò nonnunquam impellit undas, & si uehementius institit, eam scilicet terræ partem mouet, in quam coactas aquas intulit. Nonnunquam in coacta itinera coniectus, & exitum quærens, mouet omnia: terra autem penetrabilis uentis est, & spiritus subtilior est, quàm ut possit excludi, & uehementior, quàm ut sustineri concitatus acrapidus. Omnes istas esse posse causas Epicurus ait, pluresq; alias tentat, & alios, qui aliquid unum ex istis esse affirmauerunt, corripit, cum sit arduum de ijs quæ coniectura sequenda sunt, aliquid certi promittere. Ergo, ut ait, potest terram mouere aqua, si partes aliquas eluit, & abrasit, quibus desijt posse extenuatis sustineri, quod integris ferebatur. Potest terram mouere impressio spiritus, fortasse enim aër extrinsecus alio intrante aëre, agitatur. Fortasse aliqua parte subito decidente percutitur, & inde motum capit. Fortasse aliqua pars terræ uelut columnis quibusdam ac pilis sustinetur, quibus uiciatis ac recedentibus, tremit pondus impositum. Fortasse calida uis spiritus in ignem uersa, & fulmini similis, cum magna strage obstantium fertur. Fortasse paluſtres & iacentes aquas aliquis flatus impellit, & inde aut ictus terram quatit, aut spiritus agitatio, ipso motu crescens & se incitās, ab imo in summa usq; perfertur, nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quàm spiritum. Nobis quoq; placet hunc spiritum esse, qui tanta posset conari, quo
CAP. XXI nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo nec illa quidē quæ uehementissima sunt ualent. Ignem spiritus concitat, aquæ si uentum detrahas, inertes sunt. Tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus, qui potest dissipare magna spacia terrarum, & nouos montes subrectos extollere, & insulas non ante uisas in medio mari ponere. Therem, & † Thereamhanc nostræ ætatis insulam, spectantibus nobis *for. Therasiā sine Thiam* in Aegeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus uexerit? Duo genera sunt (ut Posidonio placet) quibus mouetur terra, utriq; nomen est proprium. Altera succussio est, cum terra quatitur, & sursum ac deorsum mouetur. Altera inclinatio, qua in latera nutat nauigij more. Ego & tertium illud existimo, quod nostro uocabulo signatum est; non enim sine causa tremorem terræ dixere maiores, qui utriq; dissimilis est: nam nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam nec succutiuntur tunc omnia, nec inclinantur, sed uibrantur. Res minime in huiusmodi casu noxia, sicut longe perniciosior est inclinatio concussione. Nam nisi celeriter ex altera parte properabit motus, qui inclinata restituat, ruina necessario sequi-
CAP. XXII tur. Cum dissimiles ij motus inter se sint, causæ eorū diuersæ sunt. Prius ergo de motu quatiente dicamus. Si quando magna onera per uices uehiculorum plurium tracta sunt, et rotæ maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradit, cū petra è latere montis abrupta cecidisset, ædificia uicina tremore collapsa sunt. Idem sub terris fieri potest, ut ex his quæ impendent rupibus aliqua resoluta, magno pondere ac sono in subiacentem cauernam cadat, eo uehementius, quo aut plus ponderis habuit, aut uenit altius. Et sic commouetur omne tectum cauatæ uallis. Nec tantū pondere suo abscindi saxa credibile est, sed cùm flumina supra ferātur, assiduus humor commissuras lapidis extenuat, & quotidie his ad quæ religatus est aufert, & illam (ut ita dicam) cutem qua continetur abradit. Deinde longa per ævum diminutio usque eò infirmat illa, quæ quotidie attriuit, ut desinant esse oneri ferendo. Tunc saxa uasti ponderis decidunt, tūc illa præcipitata rupes, quicquid ab illo repercussit, non passura consistere, sonitu uenit. Et ruere omnia ussa repente (ut ait Vergilius noster.) Huius mo-
CAP. XXIII tus succutientis terras hæc erit causa. Ad ad alteram transeo. Rara terræ natura est, multúmque habens uacui, per has raritates spiritus fertur, qui ubi maior influxit nec emittitur, concutit terram. Hæc placet & aliis (ut paulo ante retuli) causa, siquid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus uir. Fuit enim illi nobile ingenium, & furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla uirtus, nulla bellorū felicitas redimet. Nam quoties quis dixerit, occidit Persarum multa milia, opponetur, & Callisthenem. Quoties dictū erit, occidit Darium, penes quem tunc magnum regnū erat, opponetur, & Callisthenem. Quoties dictum erit, omnia oceano tenus uicit, ipsum quoq; tentauit nouis classibus, et imperiū ex angulo Thraciæ usq; ad orientis terminos protulit, dicetur, sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumq; exempla transierit, ex his quæ fecit nihil tam magnum erit, quàm scelus Callisthenes. Hic Callisthenes in libris quibus describit quemadmodum Helice Burisq; mersæ sunt, quis illas casus in mare, uel in illas mare immersit, dicit id quod in priore parte dictum est. Spiritus intrat terrā per occulta foramina, quemadmodū ubiq;, ita & sub mari. Deinde cum est obstructus ille trames, per quem descenderat, reditum autem illi à tergo resistens aqua abstulit, huc & illuc fertur, & sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita uexantur, & inde Neptuno hæc assignata est mouēdi potentia. Quisquis primas literas Gręcas didicit, scit illum apud Homerum ἐννοσίγαιον uocari. Spiritū esse huius mali causam & ipse cōsentio, de illo disputabo, quomodo intret hic spiritus, utrū per tenuia foramina, nec oculis comprehensibilia, an per maiora ac potentiora, et utrum ab imo, an etiam per summa terrarum. Hoc incredibile est. Nam in nostris quoq; corporibus, cutis spiritum respuit, nec est illi introitus, nisi per quem trahitur, nec consistere quidem à nobis receptus potest, nisi in laxiore corporis parte. Nō enim inter neruos pulpásue, sed in uisceribus & patulo interioris partis recessu commoratur. Idem de terra suspicari licet, uel ex hoc, quod motus non in summa terræ circáue summa est, sed subter & ab imo. Huius indicium est, quod altitudinis profundæ maria iactātur, motis scilicet his, supra quæ fusa sunt. Ergo uerisimile est terram ex alto moueri, et illic spiritum in cauernis ingentibus concipi. Imo, inquit, ceu cum frigore inhorruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat. Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet, ut idem illi accidat, quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Accidere autem terræ simile quiddam nostræ affectionis, sed non ex simili causa concesserim. Illam interior & altior iniuria debet impellere, cuius rei argumentum uel maximum hoc potest esse, quod cum uehemēti motu adapertum ingenti ruina solum est, totas nonnunquam urbes & recipit hiatus ille & abscondit. Thucydides ait, circa Peloponnesiaci belli tempus Atalantam insulam aut totam aut certe maxima ex parte superfusam. Idē Sidoniæ accidisse Posidonio crede. Nec ad hoc testibus opus est. Me-

σεισίχθονα
CAP. XXIIII

minimus

minimus enim terris interno motu diuulsis, loca disiecta, & campos interisse. Quod iam dicam, quemadmodum existimem fieri. Cum spiritus magna ui in uacuum ter- CAP. XXV
rarum locū penitus applicuit, cœpitq; rixari, & de exitu cogitare, latera ipsa inter quæ latet sæpius percutit, supra quæ urbes interdum sitæ sunt: hæc nonnunquam adeo concutiuntur, ut ædificia superposita procumbant: nonnunquam in tantum, ut parietes quibus fertur omne regimen caui, decidant in illum subteruacantem locum, totæq; urbes in immensam altitudinem uergāt. Si uelis credere, aiunt, aliquando Ossam Olympo cohæsisse, deinde terrarum motu recessisse, & scissam unius magnitudinem montis in duas partes. Tūc effugisse Peneon, qui paludes quibus laborabat Thessalia siccauit, abductis in se quæ sine exitu stagnauerāt aquis. Ladon flumen inter Helim & Megalenpolin medius est, quem terrarum motus effudit. Per hoc quid probo? In laxos specus (quid enim aliud appellem loca uacua sub terris) spiritum conuenire. Quod nisi esset, magna terrarum spacia cōmouerentur, & unà multa titubarent. Nunc exiguæ partes laborant, nec unquam per ducenta milliaria motus extenditur. Ecce hic qui implenit fabulis orbem, non transcendit Campaniā. Quid dicam, cum Chalcis tremuit Thebas stetisse? Cum laborauit Aegine, tā propinquas illi † patrias de motu nihil audisse? *forte, Patræ*
Illa uasta concussio, quæ duas suppressit urbes Helicen, & Burim, circa Aegæum constitit. Apparet ergo in tantum spacium motum protendere, quantum illa sub terris uacantis loci inanitas pateat. Poteram ad hoc probandum abuti autoritate magnorum C. XXVI.
uirorum, qui Aegyptum nunquam tremuisse tradunt. Rationem autem huius rei hāc reddunt, quod ex limo tota concreuerit. Tantum enim (si Homero fides est) aberat à continenti Pharos, quantum nauis diurno cursu metiri plenis lata uelis potest, sed continenti admota est, Turbidus enim defluens Nilus, multumq; secum limum trahens, & eum subinde apponens prioribus terris, Aegyptum annuo incremento semper ultra tulit. Inde pinguis & limosi soli est, nec ulla interualla in se habet, sed creuit in solidum arescente limo, quo pressa erat & sedens structura, cum partes glutinarentur, nec quicquam inane interuenire poterat, cum solido liquidū, ac molle semper accederet. Sed mouetur & Aegyptus & Delos, quam Vergilius stare iussit, Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos. Hanc philosophi quoq; credula natio dixerunt non moueri, autore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes & alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia quibus denunciata est duarum urbium Helices & Buris euersio, fuere maxime notabilia, columna ignis immensi, & Delos agitata. Quam ideo stabilem uideri uult, quia mari imposita sit, habeatq; cōcauas rupes & saxa perusta, quæ dent deprehenso aëri reditū. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli, urbesq; eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt: falsa hæc esse Pompeij & Herculaneum sensere. Adijce nunc, quod omnis ora maris obnoxia est motibus, sic Paphos nō semel corruit, sic nobilis & huic iam familiaris malo Nicopolis. Cyprū ambit altum mare & agitatur. Tyros & ipsa tam mouetur quàm diluitur. Hæ ferè causæ redduntur, propter quas tremit terra. Quædam tamen propria in hoc Campano motu accidisse narrantur, quorum C. XXVII.
ratio reddenda est. Aiunt enim sexcentarū ouium gregem exanimatū in Pompeiana regione. Non est quare hoc putes ouibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri. Nec id mirum est, multa enim mortifera in alto latent. At aër ipse qui uel terrarum culpa uel pigritia & æterna nocte torpescit, grauis haurientibus est, uel corruptus internorum ignium uitio, cum est longo situ emissus, purum hunc liquidumq; maculat ac polluit, insuetumq; ducētibus spiritum affert noua genera morborum. Quid quod aquæ inutiles pestilentesq; in abdito latent, ut quas nunquam usus exerceat, nunq; aura liberior uerberet? Crassæ itaq; & graui caligine sempiternaq; tectæ, nihil nisi pestiferum in se & corporibus nostris contrarium habent. Aër quoq; qui mixtus est illis, quicq; inter illas paludes iacet, cum emersit, late uitium suum spargit, & haurientes necat. Facilius autem pecora sentiūt, in quæ pestilentia incurrere solet, quo auidiora sunt, aperto cœlo plurimū utuntur, & aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. Oues uerò mollioris naturæ quo propiora terris ferūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

capita, corruptas esse non miror, cum afflatum diri aëris circa ipsam humum excepe-
rint. Nocuisset ille & hominibus, si maior exijsset, sed illũ copia aëris synceri extinxit,
C. XXVIII antequam ut ab homine posset trahi surgeret. Multa autem terras habere mortifera
uel ex hoc intellige, quod tot uenena nascuntur, non manu sparsa, sed sponte, solo scili
cet habente, ut boni ita mali semina. Quid quod pluribus Italiæ locis per quædam fora
mina pestilens exhalatur uapor, quem non homini ducere, non feræ tutum est. Aues
quoq; si in illum inciderint, antequam cœlo meliore leniatur, in ipso uolatu cadunt, li-
uentq; corpora, & non aliter quàm per uim elisæ fauces tument. Hic spiritus quamdiu
terris continetur, tenui foramine fluens, non plus potentiæ habet, quàm ut despectan-
tia & ultro sibi illata cõficiat. Vbi per secula conditis tenebris, ac tristicia loci creuit in
uitium, ipsa ingrauescit mora, hoc peior quo segnior. Cum autem exitum nactus est,
æternum illud umbrosi frigoris malum, & infernam noctem soluit, ac regionis nostræ
aëra infuscat. Vincuntur enim meliora peioribus. Tunc etiam ille spiritus purior tran
sit in noxium. Inde subitæ continuæq; mortes & monstrosa genera morborum, ut ex
nouis orta causis, breuis aut longa clades est, prout uitia ualuere. Nec prius pestilentia
C. XXIX. desinit, quàm spiritũ illum grauem exercuit laxitas cœli, uentorumq; iactatio. Nam
quod aliquot insanis attonitisq; similes discurrere, fecit metus, qui excutit mentes, ubi
priuatus ac modicus est, quid ubi publice terret, ubi cadunt urbes, populi opprimũtur,
terra concutitur, quid mirum est animos inter dolorem & metum destitutos aberrasse?
Non est facile inter magna mala nõ desipere. Itaq; leniſsima ferè ingenia in tantum ue-
nere formidinis, ut sibi excíderent. Nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis expauit,
similisq; furenti, quisquis timet, sed alios cito timor sibi reddit, alios uehementius per-
turbat, & in dementiã transfert. Inde inter bella errauere lymphatici, nec usquam plu-
ra exempla uaticinantiũ inuenies, quàm ubi formido mentes religione mixta percus-
sit. Statuam diuisam nõ miror, cum dixerim montes à montibus recessisse, & ipsum di-
ruptum esse ab imò solum. Hæc loca ui quondã & uasta conuulsa ruina (Tantum æui
longinqua ualet mutare uetustas) Dissiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus Vna so-
ret, uenit medio ui pontus & undis Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq; & urbes,
Littore diductas, angusto interluit æstu. Vides totas regiones à suis sedibus reuelli, &
trans mare iacere, quod in confinio fuerat, uides & urbium fieri gentiumq; dissidium,
cum pars naturæ concitata est de se, uel aliquod mare ingens spiritus impegit, quorum
mira, ut ex toto, uis est. Quamuis enim parte sæuiat, mundi tamen uiribus sæuit. Sic &
Hispanias à contextu Africæ mare eripuit. Sic hac inundatione quam poëtarum maxi
mi celebrãt, ab Italia Sicilia reiecta est. Aliquanto autem plus impetus habent, quæ ex
infimo ueniunt. Acriora enim sunt in quibus nisus est per angusta. Quantas res ij ter-
C. XXX. rarum tremores, quamq; mira spectacula ediderint, satis dictũ est. Cur ergo aliquis
ad hoc stupet, quod æs unius statuæ, ne solidum quidem, sed concauum ac tenue diru-
ptum est, cũ fortasse in illud se spiritus, quærẽs fugam, incluserit? Illud uerò quis nescit?
Diductis edificia angulis uidimus moueri, iterumq; componi. Quædam uerò parum
aptata positu suo, & à fabris negligentius solutiusq; composita, terremotus sæpius agi
tata cõpegit. Quod si totos parietes & totas findit domos, & latera magnarũ turrium,
quæ solida sunt scindit, & pilas operibus subditas dissipat, quid est, quare quisquam di-
gnum annotari putet, sectam esse æqualiter ab imò ad caput in partes duas statuam?
Quare tamen per plures dies motus fuit? Non desijt enim assidue tremere Campania,
clementius quidem, sed ingenti damno, quia pressa & quassa quatiebat, quibus ad ca-
dendum male stantibus, non erat impelli, sed agitari. Nondũ uidelicet spiritus omnis
C. XXXI. exciderat, sed adhuc emissa sui parte maiore oberrabat. Inter argumẽta quibus pro-
batur spiritu ista fieri, nõ est quod dubites & hoc ponere, cum maximus editus tremor
est, quo in urbes terrasq; sæuitum est, non potest par illi subsequi alius, sed post maxi-
mum leues motus sunt, quia uehementius exitum uentis luctantibus fecit. Reliquiæ
deinde residui spiritus non idem possunt, nec illis pugna opus est, cum iam uiam inue-
nerint, sequanturq; eà quà prima uis ac maxima euasit. Hoc quoq; dignum memoria
iudico, ab eruditissimo & grauissimo uiro cognitum, forte enim cum hoc euenit laua-
batur

batur: uidisse se affirmabat in balneo tessellas, quibus solum erat stratum, alteram ab al-
tera separari, iterumq; committi, & aquam modo recipi in cõmissuras pauimento rece
dente, modo cõpresso bullire & elidi. Eundem audiui narrantẽ uidisse se molles ma
terias, mollius crebriusq; tremere, quàm natura duas. Hæc Lucili uirorum optime C. XXXII.
quantum ad ipsas causas. Illa nunc, quæ ad confirmationem animorũ pertinent, quos
magis refert uestra fortiores fieri, quàm doctiores. Sed alterum sine altero non fit. Non
enim aliunde animo uenit robur, quàm à bonis artibus, quàm à contemplatione natu-
ræ. Quem enim non hic ipse casus aduersus omnes firmauerit et erexerit? Quid est cur
ego hominem aut feram, quid est cur sagittam aut lanceam tremam? maiora me pericu
la expectant. Fluminibus & terris, & magnis naturæ partibus petimur. Ingenti itaq;
animo mors prouocanda est, siue nos æquo uastoq; impetu aggreditur, siue quotidia-
no et uulgari exitu, nihil refert quàm minax ueniat, quantumq; sit, quod in nos trahat,
quod à nobis petit minimum est. Hoc senectus à nobis ablatura est, hoc auriculæ do-
lor, hoc in nobis humoris corrupti abundantia, hoc cibus parũ obsequens stomacho,
hoc pes leuiter offensus. Pusilla res est hominis anima, sed ingens res est contemptus
animæ. Hanc qui contempserit, securus uidebit maria perturbari, etiam si illa omnes
excitauerint uenti, etiam si æstus aliqua perturbatione mundi, totum in terras uerterit
oceanum. Securus aspiciet fulminantis cœli trucem ac horridam faciem, frangatur li-
cet cœlum, & ignes suos in exitium omnium imprimis suum misceat, securus aspiciet
ruptis compagibus dehiscens solum. Illa licet inferorum regna retegantur, stabit super
illam uoraginem intrepidus, & fortasse quò debet cadere desiliet. Quid ad me, quàm
sint magna quibus pereo? Ipsum perire non est magnum, proinde si uolumus esse feli-
ces, si nec hominũ, nec deorum, nec rerum timore uersari, si despicere fortunã super-
uacua promittentem, leuia minitantem, si uolumus tranquille degere, & ipsis dijs de
felicitate controuersiam agere, anima in expedito est habenda. Siue illam insidiæ, siue
morbi petent, siue hostiũ gladij, siue insularum cadentium fragor, siue ipsarum ruina
terrarũ, siue uasta uis ingniũ, urbes agrosq; pari clade complexa, † quum libet illi eam al. qui uolet
accipiat. Quid aliud debeo, quàm exeuntẽ hortari, & cũ bonis omnibus emittere? ua- illam
de fortiter, uade feliciter. Nihil dubitaueris reddere. Non de re, sed de tempore est quæ
stio. Facis quod quandoq; faciendum est. Nec rogaueris, nec timueris, nec te uelut in
aliquod malum exiturũ tuleris retro. Rerum natura quæ te genuit expectat, & locus
melior ac tutior. Illic non tremunt terræ, nec inter se uenti cum magno nubium frago
re concurrunt, non incendia regiones urbesq; uastant, non naufragiorum totas classes
sorbentium metus est, non arma contraria disposita uexillis, & in mutuam perniciem
multorum milium par furor, non pestilentia, & ardentes promiscue, cõmunes popu-
lis cadentibus, rogi. Istud leue est, quid timemus? Graue est, potius semel incidat, quàm
semper impendat. Ego autem perire timeam, cum terra ante me pereat, cum ista qua-
tiantur quę quatiunt, & in iniuriã nostram non sine sua ueniunt? Helicem Burimq; to
tas mare accepit, ego de uno corpusculo timeã? Supra oppida duo nauigatur, duo au-
tem quæ nouimus, quæ in nostram noticiam memoria literis seruata perduxit. Quam
multa alia alijs locis mersa sunt? Quot populos aut terra aut in se mare inclusit? Ego re-
cusem mei finem, cum sciam me sine fine non esse? imò cum sciã omnia esse finita? Ego
ultimum suspirium timeam? Quantum potes itaq; ipse te cohortare Lucili, contra me-
tum mortis. Hic est qui nos humiles facit, hic est qui ipsam uitam cui parcit inquietat,
ac perdit. Hic omnia ista dilatat, terrarum motus, & fulmina. Quæ omnia feres cõstan-
ter, si cogitaueris nihil interesse inter exiguũ tempus & longum. Horæ sunt quas per-
dimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos, perdidimus illos, nempe perituros.
Quid oro te refert, num peruenias ad illos? fluit tempus & auidissimos sui deserit. Nec
quod futurum est, meum est, nec quod fuit. In puncto fugientis temporis pendeo, &
magni est modicum fuisse. Eleganter ille Lelius sapiens dicenti cuidam sexaginta an-
nos habeo, hos inquit, dicis sexaginta quos nõ habes? Ne ex hoc quidem intelligimus
incomprehensibilis uitæ conditionem & sortem temporis semper alieni, quod annos
annumeramus amissos. Hoc affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus. Morien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum est. Quando? Quid tuae? Mors naturę lex est, mors tributū officiumq; mortalium malorumq; omnium remedium est. Optabit illam, quisquis timet. Omnibus omissis hoc unum Lucili meditare, ne mortis nomen reformides, effice illam tibi cogitatione multa familiarem, ut si ita tulerit, possis illi uel obuiam exire.

LVCII ANNEI SENECAE NATVRALIVM QVAESTIONVM LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS.

In quo agitur de Cometis.

CAP. I. NEmo usq; eo tardus, & hebes, & demissus in terram est, ut ad diuina non erigatur, ac tota mente consurgat, utiq; ubi nouum aliquod è cœlo miraculum fulsit. Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana etiam si admiratione digna sunt, transeant, contra minimarum quoq; rerum, si insolitae prodierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaq; cœtus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non conuocat. At cum aliquid ex more mutatum est, omniū uultus in cœlo est. Sol spectatorem nisi cum deficit non habet. Nemo obseruat lunam, nisi laborantem. Tunc urbes conclamant, tunc pro se quisq; superstitione uana trepidat. Quanto illa maiora sunt, quod sol totidem (ut ita dicam) gradus quot dies habet, & annum circuitu suo claudit, quod à solstitio ad minuendos dies uertitur, quod à solstitio statum inclinat & dat spatium noctibus, quod sydera abscondit, quod terras cum tanto maior sit illis non urit, sed calorem suum intensionibus ac remissionibus temperando fouet, quod lunam nunquam implet nisi aduersam sibi, nec obscurat. Hæc tamen non annotamus, quamdiu ordo seruatur. Sed siquid turbatum est, aut præter consuetudinē emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeo naturale est, magis noua quàm magna mirari. Idē in Cometis fit, si rarus & insolitae figuræ ignis apparuit, nemo non scire quid sit cupit, & oblitus aliorū de aduentitio quærit, ignarus, utrū debeat mirari an timere. Nō enim desunt qui terreant, qui significationes eius graues prædicēt. Scisciturq; itaq; & cognoscere uolūt, prodigiū sit, an sydus. At mehercules non aliud quis aut magnificentius quęsierit, aut didicerit utilius, quàm de stellarū syderumq; natura: utrū flāma contracta, quod & uisus noster affirmat, & ipsum ab illis fluens lumen, & calor inde descendens: an nō sint flāmei orbes, sed solida quædā terrenaq; corpora, quæ per igneos tractus labentia inde splendorē trahant coloremq;, non de suo clara. In qua opinione magni fuere uiri, qui sydera crediderunt ex duro concreta, & ignem alienū pascentia. Nam per se, inquiunt, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, &
f. profecto à quo teneretur, conglobatamq; nec stabili inditā corpori, † pro certo iam mundus turCAP. II. bine suo dissipasset. Ad hæc inuestiganda proderit quærere, num Cometæ eius conditionis sint, cuius superiora. Videntur enim cum illis quædam habere cōmunia, ortus & occasus, Ipsam quoq; quamuis spargantur & longius exeāt, faciem, æque tamen ignei splendidiq; sunt. Itaq; si omnia terrena sydera sunt, his quoq; eadem sors erit. Si uero nihil aliud sunt quàm purus ignis, mouenturq; mensibus sensis, nec illos conuersio mundi soluit & uelocitas; illa quoq; possunt & tenui cōstare materia, nec ob hoc discuti assiduo cœli circūactu. Illō quoq; pertinebit hoc excussisse, ut sciamus utrum mundus terra stante circumeat, an mundo stante terra uertatur. Fuerunt enim qui dicerent nos esse, quos rerum natura nescientes ferat, nec cœli motu fieri ortus & occasus, sed ipsos oriri & occidere. Digna res est contēplatione, ut sciamus in quo rerū statu simus, pigerrimā sortiti an uelocissimā sedem, circa nos deus omnia, an nos agat. Necessarium est aūt ueteres ortus Cometarū habere collectos. Deprehendi enim propter raritatem eorū cursus adhuc non potest, nec explorari, an uices seruent, & illos ad suū diē certus ordo producat. Noua hæc cœlestiū obseruatio est, & nuper in Græciā inuecta. De
CAP. III. mocritus quoq; subtilissimus antiquorū omnium suspicari ait se, plures stellas esse quæ currant, sed nec numerū illarum posuit, nec nomina, nondū cōprehensis quinq; syderū cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Græciā transtulit. Hic tamen de Cometis nihil dicit. Ex quo appareт ne apud Aegyptios quidem, quibus maior cœli cura

li cura fuit, hanc partem elaboratam. Conon postea diligens et ipse inquisitor, defectiones quidem solis seruatas ab Aegyptijs collegit, nullam autem mentionem fecit Cometarum, non præter missurus, si quid explorati apud illos comperisset. Duo certe qui apud Chaldæos studuisse se dicunt, Epigenes & Apollonius Myndius, peritissimus inspiciendorum naturalium, inter se dissident. Hic enim ait, Cometas in numero stellarum errantium poni à Chaldæis, teneriq; cursus eorum. Epigenes contra ait, Chaldæos nihil de Cometis habere comprehensi, sed uideri illos accendi turbine quodā aēris concitati, & intorti. Primum ergo (si tibi uidetur) opiniones huius ponamus acre- CAP. IIII.
fellamus. Huic uidetur plurimum uirium habere, ad omnes sublimiū motus stella Saturni. Hęc cum proxima signa Martis, aut in Lunę † uicina transit, aut in Solis incidit *al. uiciniam*
radios, natura uentosa & frigida contrahit pluribus locis aēra, conglobatq;. Deinde si radios solis assumpsit, tonat fulguratq;. Si Martem quoq; consentientem habet, fulminat. Præterea, inquit, aliam † naturam habent fulmina, aliam fulgurationes, Aquarum *al. materiam*
enim & omnis humidi euaporatio splendores tantū cœli citra ictum minaces mouet, Illa autem calidior sicciorq; terrarū exhalatio fulmina extundit. Trabes uero & faces quæ nullo alio inter se quàm magnitudine distant, hoc modo fiunt. Cum humida terrenaq; in se globus aliquis aēris clausit, quem turbinem dicimus, quacūq; fertur, præbet speciem ignis extenti. Quæ tamdiu durat, quamdiu manet aēris illa complexio, humidi intra se terreniq; multū uehens. Vt à proximis mendacijs incipiam, falsum est fa- CAP. V.
ces & trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras concipitur ac sertur. Ideoq; arbusta radicitus uellit, & quacunq; incumbit, solum nudat, syluas interim & tecta corripiens, inferior ferè nubibus, utiq; nunquam altior. At contra trabes editior cœli pars ostentat. Ita nunquam nubibus obstiterunt. Præterea turbo omni nube uelocior rapitur, & in orbē uertitur. Super ista uelociter desinit, & ipse se sua ui rumpit. Trabes autem non transcurrunt, nec præteruolant, ut faces, sed cōmorantur, & in eadē parte cœli collucent. Charimander quoq; in eo libro quem de Cometis cōposuit, ait Anaxagoræ uisum grande insolitumq; cœlo lumen magnitudine amplæ trabis, & id per multos dies fulsisse Callisthenes tradit, antequam Burim & Helicem mare abscōderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed Cometem fuisse, cæterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum iam minus flagraret, redditam suam Cometæ faciem. In quo igne multa quidem ferunt digna, quæ notarentur, nihil tamen magis, quàm quod ut ille fulsit in cœlo, statim supra Burim & Helicem mare fuit. Nunquid ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes Cometas esse credebat? Hanc habetis differentiam, quod ijs continuus ignis est, cæteris sparsus. Trabes enim flammam æqualem habent, nec ullo loco intermissam aut languidam, In ultimis uerò partibus coactam, qualem fuisse illam, de qua modo retuli, Callisthenes tradit.

Duo, inquit Epigenes, Cometarum genera sunt. Alij ardorem undiq; effundunt, CAP. VI.
nec locum mutant, alij in unam partem ignem uagum in modum comæ porrigunt, & stellas prætermeant, quales duo ætate nostra uisi sunt. Illi priores criniti undiq; etiam immoti, humiles ferè sunt, & eisdem causis quibus trabes faces q; conflantur, & ex intemperie aēris turbidi, multa secum arida humidaq; terris exhalata uersantis. Potest enim spiritus per angusta elisus accendere supra se positum aēra, plenum alimentis idoneis igni. Deinde propellere ex nitido, ne ex aliqua causa refluat † cursus ac remittatur *forte, rursus*
deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere, & eundem locum inflāmare. Videmus enim uentos per plures dies ad cōstitutum redire. Pluuiæ quoq; & alia tempestatum genera ad præscriptum reuertuntur. Vt breuiter autem uoluntatem eius exprimam, eadem ferè ratione hos fieri Cometas existimat, qua fiūt ignes turbine eiecti. Hoc unum interest, quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimuntur, ij de terra in superiora eleuantur. Aduersus hæc multa dicuntur. Primū si uentus in CAP. VII
causa esset, nunquam Cometes sine uento appareret. Nunc autem & quietissimo aēre apparet. Deinde si uento fieret, cum uento caderet. Et si uento inciperet, crescеret uento, eoq; esset ardentior, quo ille incitatior. His accedit illud quoq;, uentus multas aēris partes impellit, Cometes in uno loco apparet; & uentus in sublime non peruenit. Cometæ au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ autem uisuntur supra quàm uentis ire licet. Transit deinde ad illos, quos ait certiorem habere stellarum speciem, qui & procedunt & signa prætereũt. Hos ait ex eisdem causis fieri, quibus illos quos dixit humiliores. Hoc tantum interesse, quod terrarum exhalationes multa secum arida ferentes, celsiorem petant partem, & in editiora cœli aquilone pellantur. Deinde si illos aquilo propelleret, ad meridiem semper ageretur, quò uentus hic nititur. Atqui uarie concurrunt, alij in ortum, alij in occasum, omnes in flexũ, quod iter nõ daret uentus. Deinde si aquilonis illos impetus à terris in altum leuaret, alijs uentis nõ orirentur Cometæ, atqui oriuntur. Illam nunc rationem eius

CAP. VIII. (utraq; enim utitur) refellamus. Quicquid humidi aridiq; terra efflauit, cum in unum coit, ipsa discordia corporum, spiritum uersat in turbinem. Tunc illa uis uenti circumeuntis quicquid intra se comprehendit, cursu suo accendit, et leuat in altum, ac tam diu manet splendor ignis expressi, quamdiu alimenta sufficiunt, quibus desinentibus, & ipse subsidit. Qui hoc dicit, nõ notat qualis sit turbinum cursus, et qualis Cometarum. Illorum rapidus ac uiolentus & ipsis uentis citatior est, Cometarum lenis, & quod per diem & noctem quantum transierit, abscondat. Deinde turbinum motus uagus est & dissectus, & (ut Sallustij utar uerbis) uerticosus, Cometarum autem compositus, & destinatum iter carpens. Num quis nostrum crederet aut lunam aut quinq; sydera rapi uento, aut turbine rotari? Non ut puto. Quare? quia non est illis perturbatus & impotens cursus. Ad Cometas idem transferamus. Non confuse nec tumultuose eunt, ut alij quis credat illos causis turbulentis & inconstantibus pelli. Deinde etiam si uertices isti cõprehendere terrena humidaq;, & ex humili in altum exprimere possent, non tamen supra lunam efferrent. Omnis illis usq; in nubilum uis est. Cometas autem immixtos stellis uidemus per superiora labẽtes. Ergo uerisimile non est in tantum spacium

CAP. IX. perseuerare turbinem, qui quo maior est, maturius corrumpitur. Vtrumlibet itaq; eligat, aut uis inde peruenire non poterit, aut magna & concitata citius ipsa se franget. Præterea humiliores illi Cometæ ob hoc (ut putant) non exeunt altius, quia plus terreni habẽt. Grauitas illos sua in proximo tenet. Atqui necesse est his Cometis diuturnioribus & celsioribus, plenior materia sit. Neq; enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sustinerentur. Dicebam modo, non posse diu uerticem permanere, nec supra lunam, aut usq; in stellarũ locum crescere. Nempe efficit turbinem, plurium uentorum inter ipsos luctatio. Hæc diu non potest esse. Nam cum uagus & incertus spiritus

for. cum cæteris uolutatus † certi uolatus est, nouissime uni uis omniũ cedit. Nulla autem tempestas magna perdurat. Procellæ quãto plus habent uirium, tanto minus temporis. Venti cum ad summũ uenerunt, remittuntur omni uiolentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant. Nemo itaq; turbinem toto die uidit, ne hora quidem. Mira uelocitas eius, & mira breuitas eius. Præterea uiolentius celeriusq; in terra circaq; eam uoluitur, quo celsior, eo solutior, laxiorq; est, & ob hoc diffunditur. Adijce nũc, quo etiam si in summum pertenderet, ubi syderibus iter est, utiq; ab eo motu, qui uniuersum trahit, solueretur. Quid enim est illa cõuersione mundi citatius? hac omnium uentorum in unum conflicta uis dissiparetur, & terræ solida fortisq; compages, nedum particula aëris torti.

CAP. X. Præterea in alto manere non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoq; permaneret turbo. Quod porrò tam incredibile est, quàm in turbine longior mora. Vtiq; motus motu contrario uincitur, habet enim suam locus ille uertiginem, quæ rapit cœlum, Syderaq; alta trahit, celeriq; uolumine torquet. Et ut des eis aliquam aduocationẽ, quod fieri nullo modo potest, quid de his Cometis dicetur, quæ senis mensibus apparuerũt? Deinde duo debent esse motus eodem loco. Alter ille diutinus & assiduus, suum sine intermissione peragens opus, Alter nouus & recens, & turbine illatus. Necesse est ergo alter alteri impedimento sit. Atqui lunaris illa orbita cæterorumq; supra lunã meantium motus irreuocabilis est, nec hæsitatus, qui nec resistit, nec dat ullam nobis suspicionem obiectæ sibi moræ. Fidem non habet turbinem uiolentissimũ & perturbatissimum tempestatis genus, in medios syderum ordines peruenire, & inter disposita ac tranquilla uersari. Credamus ignem circumacto turbine accendi, et hunc expulsum in sublime, prębere nobis opinionẽ speciemq; syderis longi. Et puto tale esse debet, quale est id

est id, quod ignem efficit, Turbinis autem rotunda facies est. In eodem enim uestigio uersatur, & in columnæ modo circũagentis se uoluitur. Ergo ignẽ quoq; qui inclusus est, similẽ esse illi oportet. Atqui longus est & dissectus, minimeq; similis in orbẽ coacto. Epigenem relinquamus, & aliorũ opiniones persequamur. Quas ante, quàm CAP. XI. exponere incipiã, illud in primis præsumendũ est, Cometas nõ in una parte cœli aspici, nec in signifero tantum orbe, sed tam in ortu quàm in occasu, frequẽtissime tamen circa septentrionẽ. † Forma eius nõ est una. Quamuis enim Græci discrimina fecerint *forte, forma* eorum, quibus in morẽ barbæ flãma dependet, & corũ qui undiq; circa se uelut comã *eis una* spargunt, & eorum quibus fusus quidẽ est ignis, sed in uerticẽ tendens, tamen omnes isti eiusdẽ notæ sunt, Cometæq; rectè dicuntur. Quorũ cum post longũ tempus appareant formæ, inter se eos comparare difficile est. Illo ipso tempore quo apparent, inter spectantes de habitu illorũ non conuenit, sed prout cuiq; acrior acies aut hebetior, ita dicit aut † lucidiorẽ esse aut rubicundiorem, & crines aut in interiora deductos, aut in *al. liuidiorem* latera diuisos. Sed siue sunt aliquæ differentiæ illorũ, siue non sint, eadem fiant ratione necesse est Cometæ. Illud unum constare debet, præter solidum aspici nouam syderis faciem, circa se dissipatum ignem trahentis. Quibusdam antiquorum hæc placet ratio, cum ex stellis errantibus, altera se alteri applicuit, confuso in unum duarũ lumine, faciem longioris syderis reddi. Nec hoc tũc tantum euenit, cum stella stellam attigit, sed etiam cum appropinquauit. Interuallũ enim, quod inter duas est, illustratur ab utraq;, inflammaturq; & longum ignem efficit. His illud respondebimus, certum esse nu- CAP. XII. merum stellarũ mobilium. Solere autẽ eodem tempore & has apparere & Cometen. Ex quo manifestum fit, nõ illarum coitu fieri Cometen, sed proprium & sui iuris esse. Etiamnum frequenter stella sub altioris stellæ uestigium uenit. Et Saturnus aliquando supra Iouem est, & Mars Venerem aut Mercuriũ recta linea despicit. Nec tamen propter hunc cursum, cum alter alterum subit, Cometes fit, alioquin annis omnibus fieret. Omnibus enim aliquæ stellæ in eodẽ signo simul sunt. Si Cometam faceret stella stellæ superueniens, momento esse desineret. Summa enim uelocitas transeuntiũ est. Ideò omnis syderum defectio breuis est, quia cito illas idem cursus, qui admouerat, abstrahit. Videmus solem & lunã intra exiguũ tempus, cũ obscurari cœperint, liberari? Quanto celerior debet fieri in stellis cõgressio, tanto minoribus? Atqui Cometæ senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum stellarũ conuentu gignerentur. Illæ enim diu cohærere non possunt, & necesse est illas lex celeritatis separet. Præterea illa nobis uicina uidentur, cæterum interuallis ingentibus dissident. Quomodo ergo potest altera stella usq; ad alteram stellam ignem mittere, ita ut utraq; iuncta uideatur, cũ sint ingenti regione diductæ? Stellarum, inquit, duarum lumen miscetur, & præbet unius speciem. Nempe sic, quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum uespertina aut matutina flauescunt, quemadmodum alterne arcus solis uisitur. Hæc omnia primum magna ui efficiuntur. Sol enim est, qui ista succendit. Stellarum non est eadem potentia. Deinde nihil horum, nisi infra lunam in terrarum uicinia nascitur. Superiora pura & syncera sunt, & coloris sui semper. Præterea si quid tale accideret, non haberet moram, sed extingueretur cito, sicut coronæ, quæ solem lunamue cingunt, & intra breuissimum spacium exolescunt. Nec arcus quidem diu perseuerat. Si quid esset tale, à quo medium inter duas stellas spaciũ confunderetur, æque cito dilaberetur. Vtiq; non in tantũ maneret, quantum morari Cometæ solent. Stellis intra signiferum cursus est, hunc gyrum premunt, at Cometæ ubiq; cernuntur. Non magis certũ est illis tempus quo appareant, quàm locus ullus, ultra quem non exeant.

Aduersus hoc ab Artemidoro illa dicuntur, non has tantum stellas quinq; discur- CAP. XIII. rere, sed has solas obseruatas esse. Cæterum innumerabiles ferri per occultum, aut propter obscuritatem luminis nobis ignotas, aut propter circulorum positionem talem, ut tunc demum, cum ad extrema eorũ uenere, uisantur. Ergo intercurrũt quædã stellæ, ut ait, nobis nouæ, quæ lumen suum cum stantibus misceãt, & maiorem quàm stellis mos est, porrigant ignem: hoc ex his quæ mentitur leuissimum est, tota eius narratio mundi, mendaciũ impudẽs est. Nam si illi credimus, summa cœli ora solidissima

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, in modum tecti durata, & alti crassiq; corporis, quod atomi congesti coaceruatiq; fecerunt. Huic proxima superficies est ignea ita compacta, ut solui uitiariq; nō possit. Habet tamen spiramenta quædam, & quasi fenestras per quas ex parte exteriore mundi influant ignes, non tam magni, ut interiora conturbent, Rursus ex mundo in exteriora labuntur. Itaq; hæc quæ prēter consuetudinē apparent, influxerunt ex illa utraq; mundi iacente materia. Soluere ista quid aliud est, quàm manum exercere, & in uentū iactare brachia? CAP. XIIII. Velim tamen mihi dicat iste, qui mundo tam firma lacunaria impo suit, quid sit quare credamus illi tantam esse crassitudinem cœli? Quid illō tam solida corpora adduceret, et ibi detineret? Deinde quod tantæ crassitudinis est, necesse est & magni ponderis sit. Quomodo in summo ergo manent grauia? Quomodo illa moles nō descendit, & se onere suo frangit. Fieri enim nō potest, ut tanta uis ponderis, quantā ille substituit, pendeat, et leuibus innixa sit. Nec illud quidem potest dici, extrinsecus aliqua esse retinacula, quibus cadere prohibeatur, nec rursus de medio alicere audebit, mundū ferri per immensum, & cadere quidē, sed non apparere an cadat, quid esse oppositi, quod imminens corpus excipiat ac fulciat. Illud etiamnū nemo dicit. Quid est deinde quo probes, non quinq; tantum stellas moueri, sed multas esse, quia præcipitatio eius æterna est, nihil habens nouissimū, in quod incurrat. Hoc quidam de terra dixerunt, cū rationem nullam inuenirent, propter quam pondus in aēre staret. Fertur, inquiunt, semper, sed non apparet an cadat, quia infinitū est in quod cadit. Quid est deinde quo probes, non quinq; tantum stellas moueri, sed multas esse, & in multis mundi regionibus? Aut si hoc sine ullo probabili argumento licet respondere, quid est quare non aliquis aut omnes stellas moueri, aut nullā dicat? Præterea nihil te adiuuat ista stellarū passim euntiū turba. Nam quo plures fuerint, sæpius in alias incident, rari aūt Cometæ & ob hoc mirabiles sunt. Quid quod testimoniū dicer contra te omnis ætas, quæ taliū stellarum exortus & annotauit, & posteris tradidit. CAP. XV. Post mortem Demetrij Syriæ regis, cuius Demetrius & Antiochus liberi fuere, paulò ante Achaicum bellum Cometes effulsit, non minor sole. Primo igneus ac rubicundus oriebis fuit, clarumq; lumen emittens, quanto uinceret nocte. Deinde paulatim magnitudo eius districta est, & euanuit claritas. Nouissimè aūt totus intercidit. Quot ergo coire stellas oportet, ut tantū corpus efficiant? Mille in unū licet congreges, nunq; hunc habitū solis æquabunt. Attalo regnante, initio Cometes apparuit modicus. Deinde sustulit se diffuditq;, & usq; in æquinoctialem circulum uenit, ita ut illā plagā cœli cui lactea nomen est, in immensum extentus æquaret. Quot ergo cōuenisse debēt erraticæ, CAP. XVI. ut tam longum cœli tractum occuparent igne continuo? Contra argumentū dictū est, contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahēda est autoritas Ephori, Historicus est. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidā negligentes sunt, quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non euitant, hi appetunt. Et hoc in cōmune de tota natione, quæ approbare opus suum, & fieri popular non putat posse, nisi illud mendacio asperserit. Ephorus uerò non religiosissimæ fidei, sæpe decipitur, sæpe decipit. Sicut hic Cometem, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit euentus, cum Helicem & Burim ortu suo mersit, ait illum descendisse in duas stellas, quod præter illum nemo tradidit. Quis enim posset obseruare illud momentū, quo Cometes solutus, & in duas partes redactus est? Quomodo autem si est qui uiderit Cometē in duas dirimi, nemo uidit fieri ex duabus? Quare autem non adiecit in quas stellas diuisus sit, cum aliqua ex quinq; stellis esse deCAP. XVII. buerit? Apollonius Myndius in diuersa opinione est. Ait enim Cometen non unū ex multis erraticis effici, sed multos Cometas erraticos esse. Non est, inquit, species falsa, nec duarum stellarum confinio ignis extentus, sed & proprium sydus Cometes est, sicut solis aut lunæ. Talis illi forma est, non in rotundum restricta, sed procerior & in longum producta. Cæterum non est illi palàm cursus, altiora mundi secat, & tunc demum apparet, cum in imum cursus sui uenit. Nec est quod putemus eundem uisum esse sub Claudio, quem sub Augusto uidimus, Nec hunc qui sub Nerone Cæsare apparuit, & Cometis detraxit infamiam, illi similem fuisse, qui post necem diui Iulij Ve-

neris

neris ludis genitricis, circa undecimam horā diei emersit. Multi uarijq; sunt, dispares magnitudine, dissimiles colore, alijs rubor est sine ulla luce, alijs candor & purū liquidumq; lumen, alijs flamma, & hæc non syncera, nec tenuis, sed multū circa se uoluens fumidi ardoris. Cruenti quidam, minaces, qui omen post se futuri sanguinis ferunt, hi minuunt augentq; lumen suum, quemadmodum alia sydera, quæ clariora cū descendere sunt, maioraq; ex loco propiore uisuntur, minora cū redeunt & obscuriora, quia abducunt se longius. Aduersus hoc protinus respondetur, non idem accidere in Co- CAP. XVIII. metis, quod in cæteris. Cometæ enim quo primum die apparuerint, maximi sunt. Atqui deberent crescere, quo propius accederent. Nunc autem manet illis prima facies, donec incipiant extingui. Deinde quod aduersus priores, etiā aduersus hunc dicitur. Si erraret Cometes, esset; sydus intra signiferi terminos moueretur, intra quod omne sydus cursus suos colligit. Nunquam apparet stella per stellam. Acies nostra non potest per medium sydus exire, ut per illud superiora prospiciat. Per Cometen autem non aliter quàm per nubem ulteriora cernuntur, ex quo apparet illum non esse sydus, sed leuem ignem ac tumultuarium. Zenon noster in illa sententia est, congruere iu CAP. XIX. dicat stellas & radios inter se committere, hac societate luminis existere imaginē stellæ longioris. Ergo quidam nullos esse cometas existimant, sed species illorum per repercussionem uicinorum syderum, aut per coniunctionem cohærentium reddi. Quidam aiunt esse quidem, sed habere cursus suos, & post certa lustra in cōspectum mortalium exire. Quidam esse quidem, sed non quibus syderum nomen imponas, quia dilabuntur, nec diu durant, & exigui temporis mora dissipantur.

In hac sententia sunt plerique nostrorum, nec id putant ueritati repugnare. Videmus CAP. XX. enim in sublimi uaria ignium concipi genera, & modo cœlum ardere, modo longos à tergo flammarum albescere tractus, modo faces cum igne uasto rapi: ipsa etiam fulmina, & si uelocitate mira, simul & perstringunt aciem, & relinquunt ignes suos, aēris attriti, & impetu inter se maiore collisi. Ideò ne resistunt quidem, sed expressi fluunt, & protinus pereunt. Alij uerò ignes diu manent, nec ante discedunt, quàm consumptum est omne, quo pascebantur, alimentum. Hoc loco sunt illa à Posidonio scripta miracula, columnæ, clypeiq; flagrantes, aliæq; insigni nouitate flammæ, quæ non aduerterent animos, si ex consuetudine & lege discurrerent. Ad hæc stupent omnes, & repentinum ignē ex alto efferunt, siue emicuit aliquid & fugit, siue compresso aēre & in ardorem coacto, loco miraculi stetit. Quid ergo? Non aliquando lacuna cedentis retro ætheris patuit, & uastum in concauo lumen? Exclamare posses, quid est hoc? Mediū uideo discedere cœlum, Pallentesq; polo stellas, quæ aliquando non expectata nocte fulserunt, & per mediū eruperunt diem. Sed alia huius rei ratio est, quare alie no tempore apparent, quas esse, etiam cum laterent, constat. Multos Cometas nō uidemus, quod obscurantur radijs solis, quo deficiente, quendam Cometem apparuisse, quem sol uicinus obtexerat, Posidonius tradit. Sæpe autem cū occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo uidentur. Videlicet ipsa stella sole perfunditur, & ideò aspici non potest. Cometæ autem radios solis effugiunt. Placet ergo nostris Cometas sicut faces, CA. XXI. trabesq; & alia ostenta cœli, denso aēre creari. Ideò circa Septentrionem frequentissimè apparent, quia illic plurimum est aēris pigri. Quare ergo nō stat Cometes, sed procedit? dicam. Ignium † materia alimentum suum sequitur. Quamuis enim illi ad superiora nisus est, tamen deficiente materia retroiens ipse descēdit, in aēra quoq; si dextrā leuamq; premit partem, Nulla enim illi uia est, sed quā illum uena pabuli sui duxit, illō repit, nec ut stella procedit, sed ut ignis pascitur. Quare ergo per longum tempus apparet, & non cito extinguitur? Sex enim mensibus hic, quem nos Neronis principatu lætissimo uidimus, spectandum se præbuit, in diuersum illi Claudiano circumactus. Ille enim à septentrione in uerticem surgens, orientem petijt semper obscurior, hic ab eadem parte cœpit, sed in occidentem tendens, ad meridiem flexit, & ibi se subduxit oculis. Videlicet ille † humiliora habuit & aptiora ignibus, quæ prosecutus est, *al. humidiora* huic rursus uberior fuit & plenior regio. Huc itaq; descendūt, inuitante materia, non itinere, Quod apparet duobus, quos spectauimus, fuisse diuersum, cū hic in dextrum

motus

al. modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

motus sit, ille in sinistrum. Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est, contrarius mundo. Hic enim ab ortu uoluitur in occasum, illæ ab occasu in ortū eunt.

CAP. XXII. Et ob hoc duplex his motus est, ille quo eunt, & hic quo auferuntur. Ego nostris non assentio. Non enim existimo Cometem subitaneum ignem, sed inter æterna opera naturæ. Primum quæcunq; aër creat, breuia sunt. Nascuntur enim in re fugaci & mutabili. Quomodo potest enim in aëre aliquid idem diu permanere, cum ipse aër nunquam idem maneat? fluit semper, & breuis illi quies est? Intra exiguum momentū in alium, quàm in quo fuerat, statum uertitur. Nunc pluuius, nunc serenus, nunc inter utrunq; uarius, nubesq; illi familiarissimæ sunt, in quas coit, & ex quibus soluitur, modo congregantur, modo digeruntur, nunq; immotæ iacent. Fieri non potest, ut ignis certus in corpore uago sedeat, & ita pertinaciter hæreat, quàm quem natura, ne unq; excuteret, aptauit. Deinde si alimento suo hæreret, semper descenderet. Eo enim crassior aër est, quo terris propior, nunquam Cometes in imum usq; demittitur, nec appropinquat solo etiamnum. Ignis autem it quò illum natura sua ducit, id est furium,

CAP. XXIII. aut eò quò trahit materia, cui adhæsit, & quam depascitur. Nullis ignibus ordinarijs & cœlestibus iter flexum est. Syderis proprium est, ducere orbem. Arqui hoc an Cometæ alij fecerint nescio, duo nostra ætate fecerunt. Deinde omne quod causa temporalis accendit, cito intercidit. Sic faces ardent, dum transeunt, sic fulmina in unum ualent ictū, sic quæ transuersæ dicūtur stellæ & cadentes, præteruolant & secant aëra. Nullis ignibus nisi in suo mora est. Illis dico diuinis, quos habet mūdus æternos, quia partes eius sunt & opera. Hi autem aliquid agunt, & uadunt, & tenorem suū seruant, paresq; sunt. Nam alternis diebus maiores minoresue fierēt, si ignis esset collectitius, & ex aliqua causa repentinus. Minor enim esset ac maior, prout plenius aleretur aut malignius. Dicebam modo nihil diuturnū esse, quod exarsit aëris uitio, nunc amplius adijcio. Morari ac stare nullo modo potest. Nā & fax & fulmen & stella transcurrens, & quisquis alius est ignis aëre expressus, in fuga est, nec apparet, nisi dū cadit. Cometes habet suam sedem, & ideò non cito expellitur, sed emetitur spacium suum, nec extinguitur, sed excedit. Si erratica, inquit, stella esset, in signifero esset. Quis unum stellis limitem ponit? Quis in angustum diuina compellit? Nempe hæc ipsa sydera, quæ sola moueri creditis, alios & alios circulos habent. Quare ergo non aliqua sint, quæ in prium iter, & ab istis remotum secesserint? Quid est, quare in aliqua parte cœli perūū non sit? Quod si iudicas non posse ullam stellam nisi signiferū attingere, Cometes potest sic latum habere circulum, ut in hunc parte aliqua sui incidat, quod fieri non est ne

CAP. XXIIII cessarium, sed potest. Vide ne hoc magis deceat magnitudinē mundi, ut in multa itinera diuisus sit, nec hāc unam deterat semitam, cæteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo & pulcherrimo corpore inter innumerabiles stellas, quæ noctem de core uario distinguunt, quæ aëra minimè uacuū & inertem esse patiuntur, quinq; solas esse, quibus exercere se liceat, cæteras stare, fixum & immobilem populum? Si quis hoc loco me interrogauerit, quare ergo non quemadmodum quinq; stellarum ita harum obseruatus est cursus? Huic ego respondebo, Multa sunt quæ esse concedimus, qualia sunt ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & impellimur & reuocamur, omnes fatebuntur, quid tamen sit animus ille rector dominusq; nostri, nō magis tibi quisquam expediet, quàm ubi sit. Alius illum dicet esse spiritum, alius cōcentum quendam, alius uim diuinam & dei partem, alius tenuissimum aërem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorē. Adeò animo non potest

CAP. XXV. liquere de cæteris rebus, ut adhuc ipse se quærat. Quid ergo miramur Cometas tam rarū mundi spectaculū nondū teneri legibus certis, nec initia illorū finesq; notescere, quorū ex ingentibus interuallis recursus est? Nondū sunt anni mille quingēti, ex quo Græcia stellis numeros & nomina fecit. Multæq; hodie sunt gētes quæ tantū facie nouerūt cœlū, quę nōdū sciant cur luna deficiat, quare obūbret. Hoc apud nos quoq; nuper ratio ad certū perduxit. Veniet tēpus, quo ista quæ nūc latent in lucē dies extrahat & longioris æui diligentia. Ad inquisitionem tantorum ætas una non sufficit, ut tota cœlo uacet. Quid quod tam paucos annos inter studia ac uitia non æqua portione diuidimus?

ultimus? Itaq; per successiones ista longas explicabuntur. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Harum quinq; stellarum, quæ se ingerūt nobis, quæ alio atq; alio occurrentes loco, curiosos nos esse cogunt, qui matutini uespertinicq; ortus sint, quæ stationes, quando in rectū ferantur, quare agantur retro, modo cœpimus scire. Vtrum emergeret Iupiter, an occideret, an retrogradus esset, nam hoc illi nomē imposuere cedenti, ante paucos annos didicimus. Inuenti sunt qui nobis dicerent, erratis, qui ullam stellam, aut supprimere cursum iudicatis, aut uertere. Non licet stare cœlestibus, nec auerti, prodeunt omnia, ut semel missa sunt uadunt. Idem erit illis cursus, qui sui finis. Opus hoc æternū irreuocabiles habet motus, qui si quādo cōstiterint, alia ex aduerso incident, quæ nūc tenor & æqualitas seruat. Quid est ergo CAP. XXVI. cur & aliqua redire uideantur? Solis occursus speciem illis tarditatis imponit, & natura uiarū circulorūq; sic positorū, ut certo tēpore intuentes fallant. Sic naues quamuis plenis uelis eant, uidentur tamen stare. Erit qui demenstret aliquando, in quibus Cometæ partibus errent, cur tā seducti à cæteris eant, quanti qualesq; sint, Cōtenti sumus inuentis, aliquid ueritati & posteri cōferant. Per stellas, inquit, ulteriora nō cernimus, per Cometas aciem transmittimus. Primum si fit istud, non in ea parte fit, qua sydus ipsum est spissi ac solidi ignis, sed qua rarus splendor excurrit, & in crines dispergitur. Per interualla ignium, non per ipsos uides. Stellæ, inquit, omnes rotūdæ sunt, Cometæ porrecti, ex quo apparet stellas non esse. Quis enim tibi concedet Cometas longos esse? Quorum natura quidem, ut cæterorū syderum, globus est, cæterum fulgor extenditur. Quemadmodū sol radios suos longe lateq; dimittit, cæterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini: sic Cometarum corpus ipsum corrotundatur, splendor autem longior quàm cæterorum syderum apparet. Quare inquis? Dic tu mihi CAP. XXVII prius, quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, cum accipiat à sole? Quare modo rubeat, modo palleat? Quare liuidus illi & ater color sit, cum à conspectu solis excluditur? Dic mihi quare omnes stellæ inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diuersissimam soli. Quomodo nihil prohibet, ista sydera esse, quamuis similia non sint, ita nihil prohibet Cometas æternos esse et sortis eiusdem, cuius cætera, etiam si faciem illis non habent similem. Quid porrò mundus ipse si consideres illū, nónne ex diuersis cōpositus est? Quid est quare in leone semper sol ardeat, & terras æstibus torreat? in aquario astringat hyemē, flumina gelu claudat? Et hoc tamē & illud sydus eiusdem conditionis est, cum effectu & natura dissimile sit. Intra breuissimum tempus aries extollitur, libra tardissimè emergit, & tamen hoc sydus & illud eiusdem naturæ est, cum illud exiguo tempore ascendat, hoc diu proferatur. Non uides quàm contraria inter se elementa sint? grauia & leuia sunt, frigida & calida, humida & sicca. Tota huius mundi concordia ex discordibus constat. Negas Cometem stellam esse, quia forma eius nō respōdeat ad exemplar, nec sit cæteris similis. Vides quàm simillima est illa, quæ tricesimo anno reuertitur ad locum suum, huic quæ intra annum reuisit sedem suam. Non ad unam natura formam opus suum præstat, sed ipsa uarietate se iactat. Alia maiora, alia uelociora aliis fecit. Alia ualidiora, alia temperatiora, quædam autem eduxit à turba, ut singula & conspicua procederent, quædam in gregem misit. Ignorat naturæ potentiam, qui illi non putat aliquando licere, nisi quod sæpius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis alium locū, alia tempora, dissimiles cæteris motus. Voluit & his magnitudinem operis sui colere, quorum formosior facies est, quàm ut fortuitam putes, siue amplitudinem eorum cōsideres, siue fulgorem, qui maior est ardentiorq; quàm cæteris. Facies uerò habet insigne quiddam & singulare, non in angustū coniecta & artata, sed dimissa liberius, & multarum stellarum amplexa regionem.

Aristoteles ait Cometas significare tempestatem & uentorum intemperantiam, CA. XXVIII. atq; imbrium. Quid ergo? non iudicas sydus esse, quod futura denunciat? Non enim sic hoc tempestatis signum est, quomodo futuræ pluuiæ Scintillare oleum, & putres concrescere fungos, aut quomodo indicium est fæturi maris, si marinæ

In sicco ludunt fulicæ, notasq; paludes Deserit, atq; altā supra uolat ardea nubem,

sed sic, quomodo æquinoctium in calorē frigusq; flectentis anni, quomodo illa quæ

Chal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chaldæi canunt, quid ſtella naſcentibus triſte lætumúe conſtituat. Hæc ut ſcías ita eſſe,
non ſtatim Cometes ortus, uentos & pluuias minatur, ut Ariſtoteles ait, ſed annum to
f. improuiſo tum ſuſpectum facit. Ex quo apparet illum non ex † proximo, quæ in proximũ darent
ſigna traxiſſe, ſed habere repoſita & compreſſa legibus mundi. Fecit is Cometes, qui
Paterculo & Vopiſco cõſulibus apparuit, quæ ab Ariſtotele Theophraſtoq; ſunt præ
dicta. Fuerunt enim maximæ & continuæ tempeſtates ubiq;. At in Achaia, Macedo
niaq; urbes terrarum motibus prorutæ ſunt. Tarditas, inquit, illorum argumentũ eſt
CAP. XXIX. grauiores eſſe, multumq; in ſe habere terreni, Ipſi præterea curſus, ferè enim cõpellun
tur in cardines. Vtrunq; falſum eſt. De priore dicam prius, quia quæ tardius ferun
tur, grauia ſunt. Quid ergo? Stella Saturni, quæ ex omnibus iter ſuum lentiſſimè effi
cit, grauis eſt? Atqui leuitatis argumentum habet, quod ſupra cæteras eſt. Sed maiore
inquam ambitu circuit, nec tardius it quàm cæteræ, ſed longius. Succurratq; tibi, idem
me de Cometis poſſe dicere, etiam ſi ſegnior illis curſus ſit. Sed mendacium eſt ire eos
tardius. Nam intra ſextum menſem dimidia cœli partem tranſcurrit hic proximus:
Prior intra pauciores menſes recepit ſe. Sed quia graues ſunt, inferius deferuntur. Pri
mum non defertur, quod circumfertur. Deinde hic proximus à ſeptentrione motus
ſui initium fecit, & per occidentem in meridiana peruenit, erigensq; ſuum curſum ob
liquit. Alter ille Claudianus à ſeptentrione primum uiſus, non deſijt in rectum aſſiduè
celſior ferri, donec exceſſit. Hæc ſunt quæ aut alios mouere ad Cometas pertinentia
CAP. XXX. aut me. Quæ an uera ſint, diſcutiant quibus eſt ſententia tueri. Nobis rimari illa et con
iecturare in occulto tantum licet, nec cum fiducia inueniendi, nec ſine ſpe. Egregiè
Ariſtoteles ait, nunquam nos uerecundiores eſſe debere, quàm cum de diis agitur, Si
intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri uultum ſubmittimus, togam ad
ducimus, ſi in omne argumentum modeſtiæ fingimur, quanto hoc magis facere debe
mus, cum de ſyderibus, de ſtellis, de deorũ natura diſputamus, ne quid temerè, ne quid
impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut ſcientes mentiamur? Nec miremur tam
tarde eruí, quæ tam alte ſacent. Panætio & his qui uideri uolunt Cometen non eſſe or
dinarium ſydus, ſed falſam ſyderis faciem, diligenter tractandum eſt, an æque omnis
pars anni ædendis Cometis ſatis apta ſit, an omnis cœli regio idonea in qua creentur,
an quacunq; ire, ibi etiam concipi poſſint, & cætera, quæ uniuerſa tolluntur, cum dico
illos fortuitos non eſſe ignes, ſed intextos mundo, quos non frequenter educit, ſed in
occulto mouet. Quàm multa præter hos per ſecretum eunt, nunquam humanis ocu
lis orientia? Neq; enim omnia deus humanis oculis nota fecit. Quota pars operis tanti
noſtris oculis committitur. Ipſe qui iſta tractat, qui condidit, qui totum hoc fundauit,
dédítq; circa ſe, maiorq; eſt pars operis ſui, ac melior, effugit oculos, cogitatione uiſen
CAP. XXXI. dus eſt. Multa præterea cognata numini ſummo, & uicinam ſortita potentiam, ob
ſcura ſunt. Aut fortaſſe, quod magis mireris, oculos noſtros & implent & effugiunt,
Siue illis tanta ſubtilitas eſt, quantam cõſequi acies humana non poſſit, ſiue in ſanctio
re ſeceſſu maieſtas tanta delituit, & regnũ ſuum, id eſt ſe regit, nec ulli aditum dat, niſi
animo. Quid ſit hoc, ſine quo nil eſt, ſcire non poſſumus. Et miramur ſi quos ignicu
los parum nouimus, cum maxima pars mundi deus lateat? Quàm multa animalia hoc
primum cognouimus ſeculo, quàm multa negocia, hæc quidem multa. Multa uenien
tis æui populus ignota nobis ſciet, Multa ſeculis tunc futuris cũ memoria noſtri exo
leuerit, reſeruantur. Puſilla res mundus eſt, niſi in illo quod quærat omnis mundus ha
beat. Non ſemel quædam ſacra traduntur. Eleuſina ſeruat, quod oſtendat reuiſenti
bus. Rerum natura ſacra ſua nõ ſimul tradit. Initiatos nos credimus, in ueſtibulo eius
hæremus. Illa arcana non promiſcue nec omnibus patent, reducta & in interiore ſa
crario clauſa ſunt. Ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ poſt nos ſubibit, aſpiciet. Quã
do ergo iſta in notitiam noſtram perducentur? Tarde magna proueniunt, utiq; ſi la
bor ceſſat. Id quod unũ toto agimus animo nondum perfecimus, ut peſſimi eſſemus.
Adhuc in proceſſu uitia ſunt. Inuenit luxuria aliquid noui, in quod inſaniat. Inuenit
impudicitia nouam contumeliam ſibi. Inuenit deliciarum diſſolutio & tabes aliquid
tenerius molliusq;, quo pereat. Nondum ſatis robur omne proiecimus. Adhuc quie
quid

quid eſt boni moris extinguimus leuitate & politura corporum. Muliebres mundicias anteceſsimus, colores meretricios, matronis quidem non induendos, uiri ſumimus. Tenero & molli inceſſu ſuſpendimus gradum, non ambulamus, ſed repimus. Exornamus annulis digitos, in omni articulo gẽma diſponitur. Quotidie comminiſcimur, per quæ uirilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia nõ poteſt exui. Alius genitalia excidit alius in obſcœnam partem ludi fugit, & locatus ad mortẽ † infamiæ armatur. Egenus etiam, in quo morbum ſuum exerceat, legit. Miraris, ſi nondum ſapientia omne opus ſuum impleuit. Nondum tota ſe nequitia protulit. Adhuc naſcitur, & huic omnes *al. in fine* operam damus, huic oculi noſtri, huic manus ſeruiunt. Ad ſapientiam quis accedit? CXXXII Quis dignam iudicat, niſi quam in tranſitu nouerit? Quis philoſophiam, aut ullum liberale reſpicit ſtudium, niſi cum ludi intercalantur, cũ aliquis pluuius interuenit dies, quem perdere licet? Itaq; tot familiæ philoſophorum ſine ſucceſſore deficiunt. Academici & ueteres & minores nullum antiſtitem reliquerunt. Quis eſt qui tradat præcepta † Platonis? Pythagorica illa inuidioſæ turbæ ſchola præceptorem non inuenit. *al. Pyrrhonis.* Sextiorum noua & Romani roboris ſecta, inter initia ſua, cum magno impetu cœpiſſet, extincta eſt. At quanta cura laboratur, ne cuiuslibet pantomimi nomẽ intercidat? Stat per ſucceſſores Pyladis & Batilli domus, harũ artiũ multi diſcipuli ſunt, multiq; doctores. Priuatim urbe tota ſonat pulpitũ. In hoc uiri, in hoc fœminæ tripudiant. Mares inter ſe uxoresq; cõtendunt, uter det latus illis. Deinde ſub perſona cũ diu trita frõs eſt tranſitur ad ganeã, philoſophiæ nulla cura eſt. Itaq; adeò nihil inuenitur ex his quæ patrum inueſtigata antiqui reliquerũt, ut multa quæ inuenta erant obliterẽtur. At me hercules ſi hoc totis membris premeremus, ſi in hoc iuuentus ſobria incũberent, hoc maiores docerent, hoc minores addiſcerent, uix ad fundum ueniretur, in quo ueritas poſita eſt, quam nunc in ſumma terra & leui manu quærimus.

Libri ſeptimi & ultimi naturalium quæſtionum finis.

AD LECTOREM.

Inter omnes Senecæ lucubrationes, nullum opus extare integrum & inuiolatũ magis referebat publicæ ſtudiorum utilitatis, quàm hos declamationum libros, quos eruditus aliquis contraxit in compendium, delectis quæ uel intelligebat, uel minus erant depraua ta, ac diſtinctis partibus, tum ex adiectis, quæ extra controuerſiam dicebantur à cenſoribus. Quod ipſum ſi paulo copioſius ac dexterius præſtitiſſet, operam ſumpſiſſet haud quaquam aſpernandã. Certè quiſquis hoc aggreſſus eſt, eo conſilio feciſſe uidetur, ut opus alioqui diffuſum ac uarium, deinde corruptiſſimum, poſtremo multis Græcis ſententijs interlitum, in ſcholis prælegi poſſet. Quod honoris omnibus penè huius uiri monumentis præſtitere quondam Chriſtiani. Quin in hanc epitomen extant iuſti commentarij, morem ſcholaſticum præ ſe ferentes. Nec mihi in hoc laborandum arbitror, ut doceam hos libros nihil aliud eſſe quàm epitomen, quum aliquoties præfatio ſit propemodum libro prolixior, nec præſtetur in libris quod pollicentur exordia. Id magis etiam perſpicuum fit, ex aliquot controuerſijs, quas habemus ſuperſtites, in quibus deprehenduntur quæ hic cõpendiarius decerpſit, quanquam interdum ſibi permiſit quaſdam uoces de ſuo uel addere uel immutare. Opus ipſum Seneca diuiſerat in controuerſias & ſuaſorias. Sic enim aliquando loquitur in controuerſijs, de quo plura dicemus, quum ad ſuaſorias uenerimus. Nunc uidemus inuerſum ordinem, Priore loco poſuerunt paucas ſuaſorias, ſed primam ἀκέφαλον, reliquas item truncas ac mutilas, adeoq; depraua tas, ut alicubi uix ipſe Seneca, ſi reuiuiſcat, diuinaturus ſit: quid ſcripſerit, poſteriore cõtrouerſias aliquãtoplures, ſed imperfectas æque ac mendoſas, græcis aut prorſus omiſsis, aut tam inepte notatis, ut à nullo deprehendi lectio germana poſsit. In his tamẽ multa reſtituimus ex hac epitoma: non pauca diuinauimus, plura reliquimus. Huius igitur operis ſi quod exemplar integrũ & emendatũ inueniatur, neſcio quid amplius deſiderari poſſet ſapientis eloquentiæ candidatis. Hic enim uelut in ſpeculo licet intueri, quomodo doctiſſimi uiri, defenſionis colorem inuenerint, quomodo cauſæ ſummã in propoſitiones diuiſerint, deinde ſingulas in alias ſubiectas partiri ſoleant, quibus argumentis unamquamq; cõfirment, tum quas ſententias adhibuerint, quæ ſchemata, quos affectus mouerint, quàm uarie idem thema à diuerſis ingenijs tractari potuerit, & in his quæ perperam inuenta, aut ineptis ſchematibus ſiue uerbis explicata, quæ ſtulta & cauſæ officientia, quæ τὸ ἀπρεπὲς ac extra cauſam dicta. Hæc cenſuræ hominum in omni doctrinæ genere præcellentium, incredibile dictu, quantum utilitatis attuliſſent, non ſolum ad bene dicendum, uerumetiam ad iudicandum, ſiue in forenſibus cauſis, ſiue in concionibus popularibus militaribuſue, ſiue in conſeſsibus, ſiue in omni uitæ functione, quæ maxima ex parte, linguæ prudentis officio temperatur. Ea inueniendi iudicandiq; facultas, ſi ſtatim pueris tradatur, mihi uidetur multo plus fructus allatura, quàm quæ nunc in ſcholis traditur dialectica, quam tamen nec improbo, nec ſubmouendam cenſeo, modo reſectis nugalibus argutijs, ad uſum potius, quàm ad puerilem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostentationem trahatur. Atque utinam felix aliquis casus hos Senecæ libros nobis integros restituat. Ex his tamen qualibuscunque fragmentis non parum emolumenti capient, qui sagaci præditi ingenio non grauabuntur huc animum intendere.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER PRIMVS, AD NOVATVM, SENECAM ET MELAM FILIOS.

EXigitis rem magis iucundam mihi, quàm facilem. Iubetis enim iudicare, quid de his declamatoribus sentiam, qui in ætatem meam incideruntᵗ, & si qua memoriæ meæ nondum elapsa sunt, ab illis dicta colligere: ut quamuis notitiæ uestræ subducti sint, tamen non credatis tantum de illis, sed etiam iudicetis. Est fateor iucundum mihi redire in antiqua studia, melioresq; ad annos respicere, & uobis querentibus, quod tantæ opinionis uiros audire non potueritis, detrahere iniuriam temporum. Sed cum multa iam mihi ex me desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retuderit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmitatem fatigauerit, inter ea, quæ retuli memoria est, res ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fragilis, in quam primum senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque procederet, non nego. Nam duo milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam, & ab his qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant, singulos uersus à singulis datos, cum plures quàm ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum recitabam. Nec ad complecienda tantum, quæ uellem, uelox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda, quæ acceperat†. Nunc autem & ætate quassata, & longa desidia, quæ iuuenilem quoque animum dissoluit, eò perducta est, ut etiam si possit aliquid præstare, tamen promittere non possit, & diu ab illa nihil repetiui. Solebat bonæ fidei esse. Nunc quia iubetis, quid possit experiar, & illam cum cura scrutabor. Ex parte enim spero bene. Nam quæcunque apud illam, aut puer, aut iuuenis deposui, quasi recentia, & modo audita sine cunctatione profert. At si qua illi intra proximos annos commisi, sic perdidit & amisit, ut etiam si sæpius ingerantur, toties tanquam noua audiam. Itaque ex memoria, quod nobis satis sit, supereſt. Neque enim me de his interrogatis, quos ipsi audistis, sed de his qui ad uos usque non peruenerunt. Fiat quod uultis, mittatur senex in scholas. Illud necesse est impetrem, ne me quasi certum aliquem ordinem uelitis sequi, in contrahendis quæ mihi occurrent. Necesse est enim per omnia studia mea errem, & passim quicquid obuenerit controuersiarum, apprehendam. Sententias forte ponam pluribus locis in una declamatione dictas. Non enim dum quæro, aliquid inuenio, sed sæpe quod quærenti non comparuit, aliud agenti præsto est. Quædam uerò quæ obseruantia mihi, & iam ex aliqua parte se ostendentia, non possum occupare, eadem securo et reposito animo subito emergunt. Aliquando etiam seriam rem agenti & occupato, sententia diu frustra quæsita, intempestiue molesta est. Necesse est ergo me ad delitias componam memoriæ meæ, quæ mihi iam olim precario paret. Facitis autem iuuenes mei rem necessariam & utilem, quod non contenti exemplis seculi uestri, prioris quoq; uultis cognoscere. Primum, quia quo plura exempla inspecta sunt, plus eloquentia proficitur. Non est unus quamuis præcipuus sit imitandus, quia nunquam par fit imitator auctori. Hæc natura est rei, Semper citra ueritatē & minor est similitudo. Deinde ut positis æstimare quantum quotidie ingenia decrescant, et nescio qua iniquitate, & ad malū pronitate naturæ eloquentia se retro tulerit. Quicquid Romana facundia habet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem efflоruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studijs attulerunt, tunc nata sunt. In deterius deinde quotidie data res est, siue luxu temporum (Nihil est enim tam mortiferum ingenijs quàm luxuria) siue cum præmiū pulcherrimæ rei cecidisset, translatum est omne certamen ad turpia, multo honore quę studiq; uigentia, siue fato quodā, cuius maligna perpetuaq; in omnibus rebus lex est, ut ad summū perducta, rursus ad infimū, uelocius quidē quàm ascenderant, relabantur.

forte, fida

Torpente

Torpent ecce ingenia desidiosæ iuuentutis, nec in ullius honestæ rei labore uigilatur. Somnus languorq; ac somno & langore turpior, malarum rerum industria, inuasit animos. Cantandi, saltandiq; nunc obscœna studia effœminatos tenent, & capillum frangere, & ad muliebres blanditias uocem extenuare, mollicie corporis certare cum fœminis, & immundissimis se excolere munditijs, nostrorum adolescentium specimen est. Quis æqualium uestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, imò quis satis uir est? Emolliti, eneruesq; quod nati sunt, inuiti manent, expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes suæ. In hos nec Dij tantum mali permittant, ut cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret. Erratis optimi iuuenes, nisi illam uocem non Marci Catonis, sed oraculi creditis. Quid enim est oraculum? Nempe uoluntas diuina, hominis ore enunciata, Et quem tandem antistitem sanctiorem inuenire sibi diuinitas potuit, quàm Catonem, per quem humano genere non præciperet, sed conuitium faceret? Ille ergo uir quid ait? Orator est Marce fili, uir bonus, dicendi peritus. Ite nunc & in istis† fluxis atque expolitis, & nusquam nisi in libidine, uiris, quærite oratores. Merito talia habent exempla, qualia ingenia. Quis est qui nunc memoriæ studeat? Quis qui non dico magnis† uiribus, sed suis placeat? Sententias à disertissimis uiris factas, facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt, & sic acerrimam eloquentiam, quàm præstare non possunt, uiolare non desinunt. Eo libentius quod exigitis faciam. Et quæcunque à celeberrimæ facundiæ uiris dicta teneo, nec ad quenquam priuatim pertineant, populo dedicabo. Ipsis quoq; multum præstaturus uideor, quibus obliuio imminet, nisi aliquid tradatur posteris, quo memoria eorum producatur. Fere enim aut nulli commentarij maximorum declamatorum extant, aut quod peius est, falsi. Itaque ne aut ignoti sint, aut aliter quàm debeant noti, summa cum fide suum cuique reddam. Omnes autem magni nominis in eloquentia uideor audisse, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, sed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur, quo intra colonian meam me continui. Alioquin potuissem eum audisse in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos. Potui & illud ingenium, quod solum populus Romanus par imperio suo habuit, cognoscere, & quod uulgo de alio dici solet, sed de illo proprie debet, potui uiuam uocem audire. Declamabat autem Cicero, non quales nunc controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas thesis uocabant. Hoc autem genus materiæ, quo nos exercemur, adeò nouum est, ut nomen quoque eius nouum sit. Controuersias nos dicimus, Cicero causas uocabat. Hoc uerò alterum nomen Græcum quidem est, sed in latinum ita translatum, ut pro latino sit. Scholastica controuersia multo recentius est, sicut ipsa declamatio, quia apud nullum autorem antiquum, ante ipsum Ciceronem & Caluum inueniri potest, qui declamationē distinguit. Ait ēm declamare est, iam nón mediocri ter bene dicere. Alterum putat domesticæ exercitationis. Alterum esse ueræ actionis. Modo nomen hoc prodijt. Nam & studium ipsum nuper celebrari cœpit. Ideò facile est mihi ab incunabulis nosse rem post me natam. In alijs autem an beneficium uobis daturus sim nescio, in uno accipio. Latronis enim Porcij charissimi mihi sodalis memoriam sæpius cogor retractare, & à prima pueritia usque ad ultimum eius diem productam familiarem amicitiam cum uoluptate maxima repetam. Nihil illo uiro grauius, nihil suauius, nihil eloquentia sua dignius. Nemo plus ingenio suo imperauit, Nemo plus† indulsit. In utraq; parte uehementi uiro modus deerat, nec intermittere studia sciebat, nec repetere. Cum se ad scribendum concitauerat, iungebantur noctibus dies, & sine interuallo grauis sibi instabat, nec desinebat, nisi defecerat. Rursus cum se dimiserat, in omnes lusus, & in omnes iocos, resoluebat. Cum uerò se syluis montibusq; tradiderat, omnes illos agrestes in syluis ac montibus natos, laboris patientia ac uenandi solertia prouocabat, & in tantam sic uiuendi peruenerat cupiditatem, ut uix posset ad priorem consuetudinem retrahi. At cum sibi manum iniecerat, & se blandiendo quo abduxerat, reuocabat, tantis uiribus incumbebat in studium, ut non tantum nihil perdidisse, sed multum acquisiuisse desidia uideretur. Omnibus quidem prodest sub-

al. uulsis

forte, uiris

al. sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

indeanimum relaxare. Excitatur enim ocio uigor, & omnis tristitia quæ continuatione pertinacis studij adducitur, feriarum hilaritate discutitur. Nulli tamen intermissio manifestius proderat. Quoties ex interuallo dixerat, multo acrius uiolētiusq; dicebat. Exultabat enim nouato & integrato robore, & tantum à se exprimebat quantum concupierat. Nesciebat dispensare uires suas, sed immoderati aduersum se imperij fuit. Ideóque studium eius prohiberi debebat, quia regi non poterat. Itaque solebat & ipse, cum se assidua & nunquam intermissa contentione fregerat, sentire ingenij lassitudinem, quæ non minor est quàm corporis, sed occultior. Corpus illi erat, & natura solidum, & multa exercitatione duratum. Itaque nunquam eum ardentis impetus animi deseruit. Vox robusta, sed sordida lucubrationibus, & negligentia non natura infuscata, beneficio tamen laterum extollebatur: & quamuis inter initia parum attulisse uirium uideretur, ipsa actione accrescebat. Nulla unquam illi cura uocis exercendæ fuit. Illum fortem, agrestem, & †Hispaniæ consuetudinis morem non poterat dedi- *al. antiquæ*
scere, utcunq; res tulerat ita uiuere, Nil uocis causa facere, Non illam per gradus paulatim ab imo usq; ad summum perducere. Non rursus à summa contentione paribus
al. ablutione interuallis descendere, Non sudorem olei unctione discutere, non latus † ambulatione reparare. Sæpe cum per totam lucubrauerat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat. Iam uerò cum rem inimicissimam corpori faceret, uetari nullo modo poterat. Post cœnam ferè lucubrabat, nec patiebatur alimenta per stomachum, per somnum quietemq; æqualiter digeri, sed perturbata & dissipata in caput agebat. Itaq; & oculorum aciem confuderat, & colorem mutauerat. Memoria & natura quidem felix, sed plurimum adiuta arte. Nunquam ille quæ dicturus erat, ediscendi causa
al. idem relegebat. Edicerat illa, cū scripserat: cum † id in illo magis mirabile uideri posset, quod nec l nte & anxie, sed eodem penè, quo dicebat, impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torquent, qui de singulis uerbis in consilium ueniunt, necesse est, quæ toties animo suo admouerint, nouissime affigant. At quorūcunq; stilus est uelox, tardior memoria est. In illo non tantum naturalis memoriæ felicitas erat, sed ars summa, ad apprehendenda quæ tenere debebat, & ad custodienda, adeò ut omnes declamationes suas quascunq; dixerat, teneret. Iam itaq; superuacuos sibi fecerat codices. Aiebat se scribere in animo cogitata. Dicebat ita, ut in nullo unquam uerbo, eum memoria deceperit. Historiarum omnium summa notitia, iubebat aliquem nominari ducem, & statim eius acta cursu reddebat. Adeo quæcunque in animum eius semel descenderant, in promptu erant. Video uos iuuenes mei plus iusto ad hanc eius uirtutem obstupescere. Aliá uos in illo mirari uolo. Hoc quod tantum uobis mirum uidetur, non operosa potest tradi arte. Intra exiguum paucissimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit, qui missus à Pyrrho legatus ad Romanos, postero die nouus homo & senatum, & omnem urbanam circumfusam senatui plebem, nominibus suis persalutauit. Aut quod ille fecit, qui recitatum à poëta carmen nouum, sum esse dixit, & protinus memoria recitauit, cum hoc ille cuius carmen erat, facere non poss t. Aut quod fecit Hortensius, qui à Sisenna prouocatus in auctione persedit dem totum, & omnes res & precia, & emptores ordine suo recensuit argentarijs recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur. Cupitis statim ista discere. Suspendam cupiditatem uestram, & faciam alteri beneficio locum. Interim hoc uobis in quo iam obligatus sum persoluam. Plura fortasse uideor de Latrone meo uobis, quàm audire deliberatis, exposuisse. Ipse quoque hoc præuideram futurum, ut à memoria eius, quoties occasio fuisset, difficulter auellerer. Tamen nec his contentus ero, sed quoties me inuitauerit memoria libentissime faciam, ut illum totum & uos cognoscatis, & ego recognoscam. Illud unum non differam, falsam opinionem de illo in animis hominum conualuisse. Putant enim fortiter quidem, sed parum subtiliter eum dixisse, cum in illo si qua alia uirtus fuit, etiam subtilitas fuerit. Id quod nunc à nullo fieri animaduerto, semper fecit. Antequam dicere inciperet, sedens quæstionem eius, quam dicturus erat, controuersiæ proponebat, quod summæ fiduciæ est. Ipsa enim actio multas latebras habet, nec facile potest, si quo loco subtilitas fuerit, apparere, cum orationis cursus

sus iudicium audientis impediat, dicentis abscondat. Ast ubi nuda proponuntur membra, si quid aut numero, aut ordine excidit, manifestum est. Quid ergo? Vnde hæc de illo fama? Nihil est iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est præter subtilitatem, & in illo cum omnes oratoriæ uirtutes essent, hoc fundamentum tot & tantis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo, sed nō eminebat. Et nescio an maximum uitium subtilitatis sit, nimis se ostendere. Magis nocent insidiæ, quæ latent. Vtilissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, & habitu latet. Interponam itaque aliquibus locis quæstiones controuersiarum, sicut ab illo propositæ sunt. Nec his argumenta subtexam, ne & modum excedam, et propositum tam meum quàm uestrum, cum uos sententias audire uelitis, & quicquid ab illis abduxerit, molestum futurum sit. Hoc quoq; Latro meus faciebat, ut amaret sententias, cum condiscipuli essemus apud Marullū rhetorem, hominem satis aridum, paucissima belle, sed nō uulgato genere dicentem: cum ille exilitatem orationis suæ imputaret controuersiæ et diceret. Necesse est me per spinosum locum ambulantem, suspensos pedes habere, aiebat Latro, Non me hercules tui pedes spinas calcant, sed habent. Et statim ipse dicebat sententias quæ interponi argumentis, quàm maxime declamantis Marulli possent. Solebat aūt & hoc genere exercitationis uti, ut aliquo die nihil præter epicheremata scriberet, aliquo die nil præter enthymemata, aliquo die nil præter has translatitias, quas proprie sententias dicimus, quæ nihil habent cum ipsa controuersia implicitum, sed satis apte & aliò transferuntur, tanquam quæ de fortuna, de crudelitate, de seculo, de delitijs dicuntur. Hoc genus sententiarū supellectilem uocabat. Solebat schemata quoq; per se quæcunq; controuersia reciperet scribere. Et putant illū homines hac uirtute caruisse, cū ingeniū quidē eius hac dote abundauerit, iudiciū aūt eius fuerit strictius. Nō placebat illi orationē inflectere, nec unq; recta uia discedere, nisi cū hoc aut necessitas coēgisset, aut magna suasisset utilitas. Schemata negabat decoris causa inuenta, sed subdidq;, ut quod palàm aures offensurum esset, si palàm diceretur, id oblique & furtim surreperet. Summam quidem esse dementiam, detorquere orationem, cui rectam esse liceret. Sed iam non sustineo uos morari. Scio quàm sit odiosa Circensibus pompa. Ab ea autem controuersia incipiam, quam primam declamasse Latronem meum memini admodum iuuenem in Maxilli schola, cum iam cœpisset diem ducere.

RODOLPHI AGRICOLAE IN PROLOgum præcedentem commentariolum.

Libros hos declamationū quos explicaturi sumus, L. Annæus Seneca scripsit. Is equestri ordine fuit natus Cordubæ, quod oppidum est partis eius Hispaniæ quam Beticam uocant, à Bet fluuio qui eam perfluit, in eloquentia temporibus suis clari in primis nominis & insignis, philosophiæ quoque studijs à primis annis deditus, Photini Stoici discipulus fuit, Claudij Cæsaris temporibus, incertum quibus accusantibus aut quibus criminibus in exilium relegatus est in Corsicam insulam. Postea quum Agrippina Neronis mater Claudij matrimonium adepta esset, occisa à Claudio priore uxore sua Messalina propter adulterium, reuocatus est ab exilio Seneca, ut erudiendæ adolescentiæ Neronis adesset, quamobrem, assecuto deinde imperium Nerone, Seneca potentiam opesq; amplissimas consecutus est. Post quum inciperet ad uitia & crudelitatem, reliquaq; uitæ dedecora prolabi Nero, reprehendentem Senecam & ad meliora reuocantem iniquius ferebat, adeò ut quum Seneca certior fieret plerosque se apud Neronem criminari, & opum magnitudinem cultumq; uitæ materiam sumere ad infamandum se, & in odium principis ducendum, sponte sua Seneca bona sua omnia obtulit Neroni, quæ recusabat qui dem Nero uelle se capere, & blande tecto dissimulatoq; odio illi permittebat. Postea quum plerique insignes uiri Romæ ad occidendum Neronem conuassent, detectaq; furet ea coniuratio, & sumptum de coniuratis supplicium, Seneca quoque tanquam & is in cōiuratis fuisset, iussus est à Nerone mortem suo arbitrio sibi parare, ergo apertis primum uenis brachiorum & crurum, quum lentius sanguis ex uenis senio arctatis profluueret, uenenum quale Socrates in carcere bibit, sumpsit, & quum ne sic quidem moreretur, inferuens demum balneum illatus mortuus est. Fratrem habuit Gallionem, itidem dicendi laude clarum. Filios genuit Nouatum, Melam & Senecam: quorum Mela, testimonio Cornelij Taciti, pater fuit Lucani poëtæ, ut fuerit Seneca non patruus, sicut uulgo dicitur, sed auus. Seneca filius is fuit qui Tragœdias quæ solæ extant latine scripsit. At pater Seneca inter plurima monumenta ingenij sui quæ reliquit, quorum magna pars temporum iniuria periit, pars ad nos comminuta & fragmentata peruenit, scripsit decem hos libros Declamationum ad filios suos, qui libri etiam nunc confracti sunt, & tantum partes quasdam habent eorum qui à Seneca scripti sunt: qualescunque tamen digni qui legantur, & omni cura explicentur.

Senecæ uita. Corduba.

Seneca auus Lucani. Seneca Tragicus Seneca filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia autem libri isti Declamationum inscribuntur, optimũ fuerit in initio dicere paulò apertius, quid sit Declamatio. Igitur temporibus eis quo primum res Athenensium deinde populi Romani magnæ & potentes fuere fuit & in Græcia & Romæ eloquentia in summo precio & ueneratione. itaq; pueri protinus in scholis instituebantur ad bene dicendum, ut quum adoleuissent possent in iudicijs & consilijs publicis & priuatis proferre facundiam suam. Ergo quum apud Grammaticos ea percepissent quæ præexercitamenta uocabatur, quæ apud Græcos Hermogenes, apud nos Priscianus scripta reliquit, tum ad rhetoris scholam adducebãtur, proponebanturq; eis themata, quæ ita his libris descripta sunt, quorũ alia ficta erant, alia ex historijs aut Poëtis sumebantur, qualia hodie apud Græcos Sophistas pleraq; extant, ad quæ themata in scholis pueri exercebant se stylo, scribendo in utram uis partem pro modo ingenij & eruditionis suæ quisq; quàm optime poterat. Deinde qui profectu processerant & commoditum tam poterant scribere, vt ea ipsa quæ scripserant ediscebant, & tum dicebant: nonnulli qui summus iam proficere erat, statim proposito themate, sine scriptura dicebant. Hoc ergo erat declamare, in scholis exercitationis causa dicere. Itaq; Declamatio non aliud est, quàm oratio scolastica, ad similitudinem forensis orationis dicta.

Exigitis.] Hoc est prooemium librorum, quo ex lege prooemiorum tria facit, Filios enim suos ad quos scribit beneuolos & attentos et dociles reddit. Beneuolos, quia se paratum ostendit, et uolentem facere quod exigunt: dicit enim rem iucundam sibi esse, quia rediturus est in memoriam iuuenilium studiorum, et melior pars uitæ rursus ei est pertractanda, id autẽ non esse sibi difficile, quia hoc opus sit memoriæ magis quàm ingenij, quas oporteat remitti cum eorum quæ clari in dicendo uiri quos ipse audiuit dixerunt, quod solum sit memoriæ opus, quã certe Seneca habuit tam præstantem, ut ex omni hominum genere inter paucos esset admirabilis, quod facile ex uerbis illius perspici potest. Deinde ibi, Faciris autẽ iuuenes mei, reddit attentos eos & dociles. Attentos, quia ostendit petere eos rem utilem & profuturam studijs multorum. Dociles, quia dicit origenem declamandi, hoc est, rem ostendit de qua dicturus. Tum præterea quod uelit primo libro ponere declamationes Portij Latronis, magna & arctissima familiaritate secum conuictũ. Ibi, ipsis quoq; multũ præstaturus uideor, hæ partes suis locis uberius dicentur. Exigitis.] Exigere quandoq; petere significat, ut hic, quandoq; peragere. Vergilius primo Aeneidos, Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Ouidius in fine Metamorph. Iamq; opus exegi.

Quando q; spernere uel repellere. Terentius in Andria, Vt quas posthac faciet de integro comœdias Spectandæ an exigendæ sint uobis prius. Iucundam, per u scribendum est, non per o, non enim à iocodicitur, sed à iuuat, quod est delectare, habetq; primam non ut iocus breuem, sed longam syllabam. Iuuenalis, Iucundum & charum sterilis facit uxor amicum. Iubetis.] Aliquando iubere significat imperare, ut hoc loco. Statius in primo Theb. Vnde iubetis iræ deæ. Aliquando significat poscere. Ouidius in primo de Arte. Verberibus iussas præbuit ille manus: Antiqua.] Antiquum & uetus promiscue ferè unum pro altero accipiuntur. Iuuenalis: Antiquum & uetus est alienum Posthume lectum Concutere. Dicuntur autem utrumque de eo quod adhuc durat. Priscum uerò quasi peristum, id est, quod iam perijt. Horatius in Odis:

Vt redeant in aurum tempora priscum. Et alio loco: Quid si prisca redit Venus, id est, quæ ante tempora fuit. Senex de eis dicitur de quibus iuuenis, hoc est de animantibus, nec de hominibus solum, sed & de reliquis animalibus. Iuuenalis: Et uetus indulget senibus clementia porcis. Vergilius in tertio Georgicorum de equo dicit. Frigidus in Venerem senior. Meliores annos per metonymiam dixit, id est, commutationem nominis: non enim anni meliores sunt, sed uita quam intra annos uiuimus. Opinionis, id est famæ in hoc loco, dicturiq; passiue uir magnæ opinionis, id est, de quo habetur magna opinio. Aliquando pro sententia animi accipitur, sic dicimus opinionem Platonis, opinionem Democriti. Seneca in consolatione ad Martiam: Præsumpta opinio de non timendis terribilis. Detrahere, auferre uel remouere. Quod autem detrahere pro infamare dicitur, figurate dicitur, quia detrahit quis alienæ laudi. Iniuriam temporum, id est obliuionem, nam diuturnitate temporum omnibus rebus euenit obliuio. Memoria quandoque ponitur ut hic pro ea parte animi, quæ res perceptas continet: quandoque pro ætate, quæ in uniuscuiusque memoriam potest uenire. Cicero in tertio de Officijs: Cratippo huius memoriæ principi philosophorum. Floruisse, per translationem pro uiguisse ponitur. Vsum quandoq; pro consuetudine accipimus. Ouidius in primo de Arte: Vsus opus mouet hoc. Vati parete perito. Quandoq; pro commoda facultate administrandarum rerum. Horatius: Pauper enim non est cui rerum suppetit usus, id est, administratio. quandoq; pro utilitate. Vergilius in Buc. Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget usus. Milia.] Mille quandoque numerale est cardinale, sic dicit Ouidius: Mille modi restant. estq; pluralis numeri, omnis generis. quandoque est collectiuum, tunc est singularis numeri, neutri generis, additurq; ei genitiuus pluralis. Horatius: Mille ouium pascit. dicimusq; eo modo, unum mille, duo millia, quatuor millia. Præceptorem dicimus præcipue magistrum artis alicuius quæ opere continetur reliquarum artium, quæ solum cognitione continentur. Institutores uel doctores rectius dixerimus. Præstare, quandoque significat antecellere. Salustius in Catilinam. Omnis homines qui præstare sese student cæteris animantibus. Quandoque significat præbere. Iuuenalis: Præstabat castas humilis fortuna Latinas. Martialis: Vt præstem Pyladen aliquis mihi præstet Orestem. quandoque significat facere quod dixeris, ut hic. Et in libro de Clementia: Non præstas fidem.

Deposui.] Deponere nonnunquam demittere, deorsum ponere. Vergilius in duodecimo Aeneid. Ille sit depositi proferret fata parentis. Aliquando alicuius fidei pecuniam aut simile committere, unde & in iure ciuili actio ex depositio dicitur. Modo, quandoq; significat id quod tantũ, uel solũ. Verg. 4. Aeneid. Tu modò posce deos ueniã.

Quandoq; non sicut uulgus exponit idem quod iam significat, sed quod paulò antehac. Lucanus in 4. Qui modò in absentem uultu dextraq; furebas. Commisi.] Committere quandoq; significat alteri tradere, sic hoc loco accipitur. Terent. in And. Nec satis dignam cui committas primo partu mulierem. Quandoq; significat facere. Cicero Fabio Gallo: Non committam ut ipse tibi insanire uidear. quandoq; significat quasi contungere, Sic Sueton in uita C. Caligulæ, Senecam commissiones meras scribere, id est, ut sic dicatur, solas conjunctas, & quasi collectionem facere rerum male cohærentium. Vsque, præpositionem Donatus dixit esse, mihi magis uidetur esse aduerbiũ, nam nunquam iungitur uerbo cum casu, nisi addatur ei præpositio ad, aut alia aliqua. Vergilius in Bucolicis:

Vsque ad aquam & ueteris confracta cacumina fagi. Videtur autem mihi sicut à quis quisquam & quisque, sic ab ubi usquam & nusquam & usque dictum esse, unde & quandoq; pro semper positum inuenitur.

Illud necesse est impetrem.] Non dixit ut impetrem, sicut paulò post: Necesse est enim per omnia studia mea errem, non addidit, ut errem. Mos est polite loquentium sic dicere, necesse est faciam, necesse est dicam, non ut faciam, ut dicam. Passim, dicitur quasi temerè ex passu in passum obuenit. Controuersiarum.] Controuersiæ dicuntur causæ quas Declamatores dicebant declamando, sanè de quocunq; per disceptationem quæritur, controuersia dicitur, & res controuersia uocatur ea de qua ambigitur. Illud autem monendum non esse, penultimam eius nominis corripi, nisi usus indoctorum hoc sicut pleraq; corrumperet, nam philosophia, theologia, geometria, deberent habere accentum in antepenultima ad rationem latine eloquentium, tamen quia græca sunt, & græco more penultimam acuunt, utcunq; excusatius uidentur proferri penultima acuta. Præsto est.] Credo hæc uerba Præsto & Cedo, quemadmodum & amabo, longo usu loquendi à significatione uerborum ad aliarum partium orationis uim esse detorta, ut quum diceretur, adesto, responderet alter, præsto adsum, id est, facio quod uis, adsum. Inde tandem usu eò deductum, ut intelligeretur præsto pro eo quod est promptum aut paratum. Sic & cum diceret quis, dicam tibi hoc, respondebat alter, cedo id est, permitto dic: & ibo per fundum tuum, dicebat alter, cedo ito, id est, permitto ut eas, quod & Terent. significasse uidetur in Heauton. dicens: Dumq; sermones cedimus. Inde postea consuetudo tenuit ut diceretur, cedo manum, cedo cantarum. Obseruantia, id est circum mentem uelut circumeuntia.

Occupare, quandoq; significat opere aliquo negotiosum facere. Horatius in Poëtica: Occupet extremum scabies. Quandoque præuenire, uel quod latine maxime in eam significationem dici uideo, præuerti, sic hic pontifex. & Plinius in epist. In ciuitate in qua omnia ab occupantibus aguntur, id est præuertentibus.

Seriam.] Serium dictum puto quasi sine risu: dicimus rem seriam & hominem serium, nam seriosus apud emendate loquentes non inuenitur. Frustra quasi frustra dicitur, quia quod frustra fit fraudat desiderium eius qui id facit, sic & pro defraudo defrudo inuenitur apud Plautum, sicut pro claudo cludo. Precario dicitur fieri quod ob preces fit, unde apud Iurisconsultos dicitur quod ui, clam, uel precario. Facitis alit iuuenes mei.] Facit deinde Seneca attentos auditores, quia dicit rem esse necessariam & utilem, ut cognoscantur ingenia priorum, cuius tres reddit causas: Prima causa est, quia multum proficitur ad eloquentiam, respiciendo ingenia, & exempla multorum, quod maxime fiet si multi clari, qui interierunt, rursus per Senecam uelut reuocentur ad uitam, & ea quæ optime ab illis dicta sunt, rursus in lucem proferantur. Post ibi: Deinde ut positis æstimare, dicit secundam causam quare utile sit ut mandetur literis eloquentia eorum qui mortui sunt, ut ex illorum comparatione posit intelligi quantum studia decrescant quotidie, & quantum iuuentus illius seculi declinauerit, & minor sit in dicendo quàm fuerint priores illi, hinc sumpta occasione Seneca acerrime inuehitur in desidiam, & inertiam iuuentutis seculi sui, ut dimissa omni honestorum studiorum cura, ad luxuriam se & turpes uoluptates conuerterit. Deinde tertiam causam ponit ibi. Ipsis quoque multum præstaturus uideor, quoniam multum pertineat ad memoriam eorum extendendam, qui magni in dicendo fuerunt, ne in obliuionem ueniant, ut egregie dicta ab illis literis mandentur. Nam dicit, aut nihil eos scriptum ferè post se reliquisse, aut falsò inscripta sub illorum nomine proferri, additq; facile id studi fibi esse ut omnes priores in dicendo claros colligat, quia omnes quicunque fuerunt declamatores egregij nominis audiuerit, præter Ciceronem, simul cum his originem declamandi & prima initia exponit. Sequitur: In aliis autem. Necessariam.] Necessarium dicitur aliquando id sine quo res esse non potest. Aliquando dicimus necessarium nostrum hominem, quem uel cognatio uel usus rerum nobis aliquo maiore uinculo alligauit.

Exemplis, hoc est eloquentia, quam imitemini in exemplum. Præcipuus dictus est qui præcipit, id est præcedit, uel præstat in aliquare. Autori.] Autorem uocat eum cuius sunt primæ partes in re aliqua quem caput rei & indocti principalem uocant. Quotidie, dicitur sicut quotannis, quod omnibus annis significat, sic quotidie quasi quot diebus dictum, interpositumq; est i ut fieret mollior pronunciatio uerbi, hinc est facile uidere per q, & non per c scribendum esse. Pronitate.] Pronus dicitur proprie antrorsum in terram inclinatus. Ouidius in primo Metamorph. Pronaq; quum spectent animalia cætera terram. Os homini sublime dedit. Inde figuratè dictum est pronum, quod quasi inclinatum in declue fluit, quod promptum uel paratum est. Insolenti pro superba posuit hic, sic & uulgo accipitur. Proprie dicitur quod præter solitum est, Terentius in Andria. Quid tu hic insolens. Circa Ciceronem, id est circa Ciceronis tempora. Fuerunt enim tunc multi in dicendo clari, ut Hortensius, Caluus, cui multi palmam eloquentiæ latinæ dederunt, Pollio, Messala, & multi præterea. Luxuria non proprie significat id quod nos hodie per eam accipimus, hoc est impudicitiam, sed magis omnem affluentiam & superfluam lasciuiam & delitias uitæ. Sic Ouidius in Epistolis: Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. id est lasciuit, cuius contrarium est frugalitas. Siue quum præmium honestissimæ &c.] Vult innuere præcipuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam quamobrē perierit eloquentia, quam Fabius Quintilianus ponit in libro de Causis corruptæ eloquētiæ, nam quamdiu populus Romanus in libertate fuit, ut quisq; eloquentissimus erat, ita plurimum potuit in ciuitate. Postquā uerò Iulius Cæsar armis oppressit remp. & omnia unius uoluntate gerebantur, tunc potentia & dignitas & honores quæ antea à populo propter eloquentiam dabantur, in solius Cæsaris potestate erant. Ergo dicit: Postquam eo cidit præmium honestissimæ rei, hoc est, quando ista amplius pro eloquentia sperari non potuerunt, etiam tunc neglecta et prætermissa est coli eloquentia. Siue fato quodā, &c. Simile est ei quod Sallustius dicit in Catilina: Omnia orta occidunt, & aucta sic senescunt. Sic & Lucanus in primo: Summisq; negatum stare. Vnde & Hippocrates dixit in Aphorismis, quod apud Græcos in prouerbium uersum est: Bonæ ad summum habitudines sin sālaces uel periculosæ. Languor, id est segnities, uel torpor, uel mollities. Languidum enim dicitur quod se demittit, qualia sunt membra, uel collum dormentis hominis uel mortui. Psallendi.] Psallo græcum est, sed à Latinis perinde ac si suum esset acceptum. Hoc autem interest inter cantare & psallere. Cantare enim proprie uoce modulari significat: Psallere uerò per musica instrumenta. Sic Gellius in decimonono noctium Att. dicit: Pueros habebat qui uel uoce canerent, uel psallerent lyra. Quanquam Cornelius Tacitus uitans græcum uerbum, dixit seruum canere per tibias doctum. Saltandi.] Saltare latine dicitur quod hodie barbare corizare dicimus, unde & exultare uenit, hoc est uehementer saltare, quod uulgus pro gaudere ponit, quod si fiat per transsumptionem dicendum est, quoniam soleant homines nonnunquam præ gaudio saltare. Et obiter aliud uerbum explicemus quod exultandi uerbo in sacris literis sæpe iungitur, iubilare, quod quid sit non omnes intelligunt. Est autem iubilum sonus inconditus pastorum, aut altorum hominum plaudentium, aut gaudium clamore testantium, unde dixit Calphurnius in Buccolicis: Et læti uenient ad iubila tauri. Dictum est hoc nomen ab interiectione iu, sic enim solent gaudentes clamare, iu iu iu triumphe, aut Bacche. Inde dictum est iubilare. Capillum frangere.] Sic ad nostram usque memoriam solitus est crinis calido ferro crispari, quod ferrum latine calamistrum dicitur. Specimen, media breui pronunciatur, significat ostensionem aut exhibitionem aspectus, quasi hoc est quò se spectari cupiunt. Vergilius in duodecimo: Solis sui specimen. Dicitur à specio uerbo antiquo. Aequalitū.] Aequalis dicitur quem hodie socium uocamus uulgò, quia æqualem habeat ætatem. Quod nati sunt, inuiti manent.] Vult dicere, quia mollitiem & delitias & temeritatem mulierum affectant, inuiti manent quod nati sunt, id est uiri, & si fieri posset in fœminas cuperent se uertere. Magni Catonis.] Duo sunt Catones clari apud literatos nominis, quorum alterū maiorem uocant, quoniam alterius proauus fuit. Hic & alio nomine Censor uocatur, quoniam censuram gesserat: Alter Vticensis uocatur, quia in bello ciuili, quod inter Iulium Cæsarem & M. Pompeium gestum est, quum Vticæ, quod oppidū est Africæ, esset, audiens uictas Pompeij partes in Africa esse, seipsum occidit. Nam quem pueri in schola Catonem uocant, eius libelli quis fuerit autor parum constat. Est enim uerisimile Catonem uocatum esse eum librum, quoniam acrem & seueram morum censuram peragat, ad imitationem Catonis maioris, quem satis certum est rigidum & acerbum fuisse censorem. Hic ipse est de quo hoc in loco Seneca loquitur. Oraculum quid sit Seneca apte & explicate definiuit, quod quo planius intelligatur, sciendum est ueteres Gentiles in templis suis habuisse loca quæ ἄδυτα græce, id est inaccessibilia uocabant: in quæ quum homo intrasset, quibusdam quidem locis uir iserat, quibusdam mulier, qui intrauerant protinus non aliter quàm qui apud nos obsessi dicuntur, apprehendebantur, & urgente dæmone in furorem uertebantur, & ad omnia quæcunq; quærebant hi qui ad consulendum Deum cultelli dicebant) uenerant, respondebant. Interrogabant autem de pace, de bello, de remedijs pestilentiæ, famis, morborum, & de alijs rebus, prout cuiq; publice aut priuatim opus erat, tum responsa ea quæ reddebantur interroganti bus, oracula uocabantur, quoniam Deus id est dæmon, quem consulebant oratione, id est uoce hominis qui intrasset adytum, enunciabat quid esset faciendū consulentibus. Antistitem.] Antistes usitate pro antistite sacrorum, id est sacerdote accipitur, sicut hic etiam Seneca accipit, dicturq; ab antestando, id est præstando uel præcellendo, itaq; ex proprietate significationis suæ etiam pro quolibet accipi potest qui alicui rei præest. Quintilianus in Mathematico: Sciat constat apud sacræ artis antistites, id est professores uel doctores dixit. Dedicabo.] Nota hic interpretationē huius uerbi dedico contra cōmunem nostrū morem. Vulgò enim dicūt grammatici indocti, dedicare quasi Deo dicare, quum proprie dicatur dedicare, quasi ab alijs uni dicare. Cōmentarij dicuntur libri, in quibus celeriter ea quæ cōmenti sumus, id est quæ excogitamus, congerimus uel colligimus. Magni nominis, id est insignis famæ. Bellorum ciuilium, quæ gesta sunt inter Augustū Cæsarem & M. Antonium aduersus interfectores Iulij Cæsaris. Coloniam.] Colonia proprie dicitur oppidū uel bello uictū, uel alijs casibus exhaustū, in quod uel milites uel ciues alterius oppidi ad colendum & habitandū mittuntur, unde & colonia Agrippinensis dicitur, quam hodie uulgò Colonia uocamus, ab Agrippina Neronis matre illic nata. Et colonia Tratana ea quam Santones hodie uocamus, quoniam ibi Traianus accepit nuntium quod factus esset Imperator. Et hic coloniam suam uocat Cordubam, in qua natus fuit.

Atriolo, ab atrio dicitur. Est autem atriū id quod ante ædes est postquam primū hostium intrauimus, quod subdiuo est, & non tectum aut clausum ædificijs. Prætextatos.] Prætextati dicebantur nobiles adolescentes qui nondum uirilem togam sumpserant. Erat enim prætexta genus tunicæ, qua soli nobiles utebantur, ita dicta quia genere quodam texturæ extrinsecus ornata esset. De alio dici, &c. Hoc de Demosthene græco oratore dici solet, qui à Luciano dicitur eloquentiam quum ante se uelut mortua & machinis propulsa esset, uiuam & suis uiribus mobilem reddidisse. Declamabat autem Cicero, &c. Vult dicere Ciceronem non esse usum ad declamandum tali genere thematum, qualia nunc in scholis finguntur, qualia sunt quæ paulò post Seneca ponet. Theses.] Thesis dicitur apud nos

apud nos positio, Cicero propositum uel consultationem uocauit, est genus quæstionis commune sine circumscriptione personarum, locorum & temporum, ut: An colenda sit amicitia, an ducenda uxor. Alia est quæ uocatur hypothesis, id est suppositio, quam Cic. in libro Partitionum controuersiam uel causam uocat, quæ habet in quæstione certas personas, loca, tempora, & reliqua genera attributorum, ut: An Ciceroni iungenda sit amicitia cum Cæsare: an Cato tempore belli ciuilis recte duxerit Martiam uxorem. Caluum.] C. Caluus insigni facundia fuit ætate Ciceronis, qui nonnullos adeò deditos sibi habuit, ut omnibus eum oratoribus præferrent. Incunabulis.] Cunæ sunt lectuli puerorū in quibus agitantur, unde incunabula dicitur prima illa ætas quam pueri in cunis peragunt, hinc per translationem pro primis initijs ponitur. In alijs autem.] Hic iam uelut proprium huius primi libri procœmium ponit Seneca, & uitam studiaq; & genus dicendi Portij Latronis commemorat, hoc enim satis apparet feciſſe Senecam in omnibus horum librorum præfationibus, ut cuius autoris declamationes esset in quoq; libro explicaturus, eum autorem insigni aliqua commemoratione illustraret. Sed quoniam hi libri fragmentati & tantum concerpti in manus nostras peruenerunt, sicut reliqui librorum & declamationum partes, ita præfationes etiam librorū magna ex parte perierunt. Ergo hic ut dicimus. Portium Latronem qualis in studijs fuerit explicat, & primum quo impetu erga studia fuerit, qualis uox, quæ firmitas corporis, postea quàm insignis memoria, postremo genus dicendi illius & quo modo se exercuerit, exponit. In alijs, scilicet autoribus declamationum, quos ponam. Beneficium proprie dicitur quod gratis & nulla accipientis obligatione datur. Latronis.] Latro hic est proprium nomen, quando autem appellatiuum est, significabat apud ueteres eum qui mercede militabat, quem hodie stipendiarium uulgus uocat, autor est Fest. Pompeius. Deinde apud posteriores eum significat qui uias obsidet, & uiatores spoliat, nam qui obsidet homines, grassator dicitur. Iuuenalis: Interdū & ferro grassator agit rem. Retractare hoc loco Seneca pro eo quod est rursus tractare ponit uel repetere. Aliter Vergilius in duodecimo: Nihil est quod dictaretractent Ignaui Aeneadæ. Id est reuocent, uel inficientur. Sic Augustinus inscripsit libum Retractationum, eum in quo emendauit ea quæ sibi uisus est minus exacte dixisse. Indulsit.] Indulgere significat non uetiam dare quemadmodum nos uulgò dicimus, & Nonius Marcel. inter reliquas eius uerbi significationes ponit, sed idem est quod obsequi, uel benignum præbere, sic hoc loco dicit: Nemo plus indulsit, id est. Nemo ingenium suum benignius tractauit. Lusus.] Inter lusum & iocum hoc interest, quod lusus magis dicuntur illi, qui opere aut corporis exercitio fiūt, ut est cursus, saltatio, alea, pila: locus magis in uerbis est. Solertia à solon, quod teste Pompeio totū uetere lingua significabat, & Arte dicitur quasi tota ars, aut totus artifex, sic & solennis, quasi totius anni festus dies, & solicitus quasi totus citus, id est agitatus. Prouocabat.] Prouocare apud ueteres id significabat quod hodie in iudicijs appellare uocamus, unde dicebat cui Senatus cognitio displicebat, prouoco ad populū, id est populū iudicem inuoco, quādoq; significat ad certamen uocare. Iuuenal. Patritios omnes opibus quū prouocet unus. Vix dicitur fieri quod fit quidē, sed parū abest ut non fiat. Proprie aūt dicitur fieri, quod non fit, sed parū abest quin fiat. Suetonius tamē in uita Neronis dixit: Vt uix reductus sit, pro eo quod est, propè reductus sit. Tristitia, id est asperitas uel molestia. Pertinacis.] Pertinacē Varro in libris de Lingua latina dici uult à pertendendo, quum id Plautus rectius uideatur ostendere à pertinendo, id est iugiter tenendo dictū esse, sic enim apud eum in Captiuis duobus interrogatur: Quid tu ais, tenax ne pater est eius? Respondeturq; imò ædepol pertinax Feriarum.] Feriæ dicuntur festi dies, & deinde omnes quibus à publicis actionibus iudiciorum aut aliarum huiusmodi rerum cessatur, dictæ ut arbitror à feriendo, quoniam tunc uictimæ solitæ sint feriri, id est cædi. Dies autem quibus laborare licet, profesti dicuntur, id est, procul à festis. Nouato.] Nouari dicitur ager quando dimissus uno anno requietus, deinde seritur, unde & noualia dicuntur agri uocantur. Vergilius in Bucolicis: Impius hæc tā culta noualia miles habebit. Hinc dixit Seneca nouatum robur post ocium ac quietem à studijs reparatum & confirmatū. Dispensare, id est per partes diuidere. Assiduus.] Assiduus ab assidendo dictus est. Contentione, impetu, conatu, instantia. Corpus.] Prosequitur de uoce Latronis & firmitate corporis, quale id fuerit. Solidum à solo dictum est, quia firmum est, ut solū, id est extrema terræ cutis insistimus. Vnde & solea dicta uidetur, quod ea solum attingimus. Duratum.] Durare quandoq; actiuum uerbum est, ut hic. Sic Lucanus: Nam certa damna Durata iam mente malis firmaq; tulerunt. Quando neutrale est, significat persistere. Vergilius in primo Aeneid. Durate, & uosmet rebus seruate secundis. Lucubrationibus.] Lucubrare dicitur ad lumen studere. Quintil. in decimo instit. Quibus fuligo lucubrationum bibenda. Negligentia.] Negligere non dicitur ut uulgò intelligimus pro obliuisci, sed est contrarium eius quod est diligere, significatq; uel contemnere uel paruificere. Laterum.] Latus & latera pro corpore sæpe, præsertim pro superiore parte eius accipiuntur, id est pectore & uentre, quanquam proprie significent id quod omnes intelligunt, firmitatemq; præcipue tribuimus eis & debilitatem, propterea quod ea maxime ex lateribus percipiuntur. Hispanæ consuetudinis morem.] Hispanus homo dicitur, res Hispanensis: homo germanus, res germanica: homo teuto: res teutonica, sic Martialis dixit: Ne librum ad urbem non Hispanum, sed Hispanensem mittamus, id est librum qui sit factus in Hispania, sed non uideatur habere ingenium Hispani. Confunduntur tamen hæc sæpe apud autores, præsertim poētas, itaque hic etiam Seneca dixit: Hispanæ consuetudinis, non Hispanensis. Non sudorem olei.] Ita erat mos ueterum ungi oleo, aut in sole, aut ad ignem. Ablutione, id est balneo. Digeri, id est per membra dispergi. Nam quod in stomacho fit, id proprie non digeri, sed concoqui dicitur. Et colorem mutauerat, id est, decolor factus est & pallidus. Memoria & natur.] Hic laudat insignē Latronis memoriā, quæ est præcipuū instrumentū oratoris. Est aūt memoria aut naturaliter bona, aut minus bona est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona est, arte adiuuatur. Est autem ars ea à multis tradita, Cicerone, Quintiliano, & à plerisque item nostri seculi scriptoribus, & est res sanè maioris exercitij aut laboris ad faciendum quàm ingenij ad percipiendum. Latroni certe in primis egregiam fuisse memoriam facile est uidere ex his quæ de eo Seneca commemorat. Felix.] Felicem crediderim à fœtura dictum, cui plurima fœtura proueniat Ediscendi.] Ediscere est ex scripto memoriæ mandare. Lente hic dixit pro tractim uel paulatim. Lentum autem dicitur proprie quod flexibile. Verg. in Bucolicis: Lenta salix quantũ pallenti cedit oliuæ. Anxie, id est solicite, ab angendo dicitur, unde omnis grauior cura anxietas animi dicitur. Impetu, id est ui, ab impetendo, inueniturq; apud poëtas impete in ablatiuo, ut apud Ouidiũ: Impete nunc uasto. sicut & rite pro ritu. Stylus à στύλος græco dicitur, id est columna. Sed ars summa etc.] Duas ponit uirtutes perfectæ memoriæ fuisse in Latrone, quarum prior est, celeriter percipere quod discendum est: altera uerò ea quæ percepta sunt fideliter continere. Codices.] Codex liber à uetere consuetudine dicitur, solebant enim prisci in tabulis scribere, quas caudices uocabãt, deinde mutato sono literarum, codices, sicut et plaudo plodo, & cautes cotes dixerunt. Atebat.] Aio proprie significat affirmo. Sic Terent. in Eunucho: Ait aio, negat nego.

Historiarum.] Historia à græco historeo, quod est narro uel recenseo dicitur. Ducem, id est aliquem clarum uirum, ut Miltiadem, Themistoclem, Alexandrum, Scipionem, Cæsarem, aut quemuis talium præstantium utrorũq; magnas res gessisset. Acta, id est res gestas. In promptu erãt. Solet dici, hæc res est in promptu, id est, parata est ad manum, ut statim promi, id est proferri possit. Plus iusto, id est plus quàm oporteat. Sic Ouid. Cur mihi plus eo quo fuit placuere capilli. Virtutem.] Virtus à uiro quasi uirilitas dicitur. Operosa, difficili, laboriosa. Exiguum ab exigendo dictum est, id est contemnendo, quia modicum sit & uile, & nullius precij. Quod Cyneas fecit.] Ponit aliqua insignia exempla egregiæ memoriæ. Cyneas iste legatus fuit missus Romam à Pyrrho rege Epirotarũ, qui bellum cum Romanis gessit, uictusq; tandem redijt in Græciã, unde uenerat, & quum argos ciuitatem oppugnaret, ictu fragmenti lapidis molaris à muliere quadam Argiua occisus est. Legatus uocatur quem hodie barbare loquentes ambasiatorem dicunt. Plebem.] Plebs dicitur populi pars altera. Populus enim Romanus in patres, hoc est senatum & plebem diuidebatur. Patres enim dicti centum quos in consiliũ publicum Romulus initio conditæ Romæ assumpsit, quiq; ab eis progeniti fuere Patritij uocabantur: at quorum progenitores ex his patribus non fuere, Plebeij dicebantur, quanquam in senatu essent. Aut quod ille fecit.] Huius Quintilianus etiam meminit quum de memoria tractat, quis tamen hic fuerit non explicat. Hortensius.] Hic insignis fuit orator Romæ, & diu palmam eloquentiæ tenuit, deinde æqualis est ei factus Cicero, demum proximus habitus est post Ciceronem. Auctione.] Auctio dicta est quidam mos uendendi res, quando exposita re uenali traditur illi quisquis pollicetur plurimum se uelle dare. Dicta autem est auctio quoniam semper ex sequentis pollicitatione augetur. Argentarijs.] Argentarius dicitur ille quem hodie uel mensarium, uel bancarium uel trapezitam ut ueteres uocamus, uel quod communis est, campsorem. Suspendam, per metaphoram, id est differam, protraham. Occasio proprie dicitur commoditas temporis ad rem aliquam gerendam. Euelleretur, id est auferretur, scilicet mihi Senecæ. Illud unum non dissimulabo, quod me offendit in hac parte declamationis, quod nimium uidetur diligenter dixisse. Nunc de genere dicendi Latronis dicit, ostenditq; deceptos in eo plerosque qui crediderunt eum fortiter dicere, sed parum subtiliter, nam & subtilitatem etiam in primis laudibus illius fuisse docet, sed propter robur & impetum orationis non ita apparuisse eam. Argumentum autem subtilitatis hoc facit, quod priusquam inciperet dicere, sedens adhuc proponebat omnes quæstiones controuersiæ quam erat dicturus, ut appareret nihil latere eum de quo ambigi posset in controuersia, & ut ea omnia quæ proposuerat oratione exequeretur. Quæ in re sciendum est, unam controuersiam sæpe aut fere semper potius in multas diuidi quæstiones. Exempli gratia: Socrates iniuste ad mortem condemnatus fuit Athenis, positusq; in carcere, permittitur sibi si fugere uelit occulta è carcere fuga. Deliberat ergo Socrates an fugiat. Hæc primum uenit generalis quæstio, an iuste quisquam posit contra sententiam iudicij ciuitatis facere, deinde an erumpere ex carcere, iam etiam si ad mortem condemnatus sit, post hæc an ciui Athenensi hoc liceat, an iam grandi ætate, an philosopho, an uxorem & filios habenti, & reliquæ quæstiones, quæ omnes ex persona Socratis ducuntur, has omnes quæstiones qui potest in qualibet controuersia peruidere, & in dicendo exequi, certissimum præstat sine dubio subtilitatis documentum, has ergo quæstiones quum antequam inciperet dicere Latro proponeret, & in dicendo seruaret, ne aberraret ab eis, certum est ei non defuisse subtilitatem. Sed dicit Seneca subtilitatem propter reliquas dicendi uirtutes absconditam in eo fuisse, nec apparuisse tam notabiliter in eo. Differam.] Differre quandoque significat differentiam habere, ut: differt homo ab equo dicimus. Quandoque significat moram facere, ut Vergilius in sexto: Distulit in seram commissa piacula mortem. id est protracta. Aliquando significat in diuersum ferre, ut Terent. Differor miseris doloribus, id est, discerpor, distrahor. Fortiter, id est magnis & grauibus sententijs & uehementibus. Parũ subtiliter, non astute, uel instructe, uel circumspecte, uel acute Sedens.] Quũ enim declamarent surgebant. Fiduciæ.] Fiducia in bonã partem dicitur: dicitur enim fiduciam habere, qui certa spe fretus confidit. Confidentia uerò in malam partem dicitur plerunque apud autores, qua quis contemnere confidit, quanquam confidere etiam in bonam partem dicatur. Vergilius in primo Aeneidos: Ausus & afflictis melius confidere rebus.

Actio, pronunciatio dicitur: pronunciatio autẽ magis ad uocem, actio uerò ad gestum pertinet. Si quo, si quit, si quid, & similia, enclitice legenda sunt, ut accentus in si transferatur, quod hinc deprendere licet, quod ueteres si qua similis dictio post si poneretur, c literam inserebant, ut tanquam una dictio pronunciaretur, itaq; dicebant sicubi, sicunde, pro si ubi, si unde, & necubi itidem. Apparere dicitur ab ad & parere, id est obedire. Hinc minister magistratuum

magistratuum apparitores dicebantur, quoniam semper obediant & in conspectu sint. Hinc ergo figurate quicquid in conspectu est apparere dicitur. Manifestum, certum, exploratum, credo dictum, quasi quod manu feratur: sicut infestum, qui in alium fertur. Et festum à sacris ferendis dictum uidetur. Oratoriæ uirtutes.] Quæ multæ sunt, copia, suauitas, lenitas, ornatus, magnificentia, grauitas & aliæ. Fundamentum.] Bene dixit fundamentum, nam primum est in omni controuersia uidere quid in omnem partem posit prodesse, quid obesse nobis, quod quum diligenter dispexerimus, tunc illi subtilitati & acumini iudicij reliquæ uirtutes oratoriæ accommodantur. Superstructis molibus, id est additis ornatibus & uirtutibus eloquentiæ. Obruebatur, id est abscondebatur, sic enim semper fit, ut quanquam fundamentum firmissima totius ædificij pars sit, & cui reliqua omnia innitantur, tamen minime appareat. Et nescio, &c.] Acutæ & uerissimæ sunt hæ sententiæ. Insidiæ, ab insidendo dictæ sunt: quoniam qui insidias parant, saltus aut loca siluestra aut alioquin occulta insideant. Effectu apparet, id est persuadet, & peruincit animos auditorum. Et habitu, id est specie uel aspectu. Argumenta, Seneca hoc loco pro argumentationibus ponit. Argumentum enim res est, uel, ut inquit Cicero, probabile inuentum ad faciendam fidem. Argumentatio uerò, argumenti est per orationem explicatio. Sententias audire &c. Hoc fuit uitium quod posterior ætas & fœuiores eloquentiæ censores præcipue obiecerunt Senecæ, nimius scilicet amor sententiarum, quibus & minutis sæpe pondera rerum eleuabat, & crebris & condensatis cursum orationis & impetum confringebat. Marullum.] Propriũ nomen rhetoris, quem apparet præceptorẽ Senecæ fuisse. Rhetorem.] Rhetor dicitur græce quod latine orator, qui causas in foro agit. Qui docet autem, græce Sophistes uocatur, quod nos possumus interpretari doctorem, apud Latinos uerò ferè obtinuit consuetudo, ut rhetor qui docet, orator qui dicit, uocaretur. Aridum, non copiosum nec cultum, à similitudine locorum aridorum dictum est. Vulgato genere, id est non usitato more eloquendi, sed nouo & peculiari. Necesse est me.] Sententia est, necesse est quum de re exili & tenui dicam, ut oratio mea exilis sit & arida, recte, quia respõdit Latro exilitatẽ orationis suæ non ex rei uitio, sed ingenij sui cõditione prouenire. Quàm maxime, id est statim & mox in præsentia illius temporis, sicut enim plerisq; dicunt quum maxime, id est iam admodum. Solebat autem.] Dicit quomodo solitus sit exercitari Latro, ut uno die scriberet nihil præter argumentationes, alio nihil præter sententias, alio solum figuras. Deinde morem eius fuisse nunquam obliquare orationẽ schematibus, nisi id exigeret necessitas. Epicheremata.] Epicherema Quintil. interpretatus est aggressionẽ, esliq, id quod alij syllogismum uocant, dictumq; est Epicherema hoc est aggressio uel conatus, quia eo aggredimur, uel conamur rem demonstrare. Enthymemata.] Enthymema ab ἐνθυμέομαι græco id est cogito dicitur, quasi cogitatum, uel animo conceptum. Et hoc nomine aliud Aristot. significat, aliud Cic. & Seneca, & qui circa eos fuerunt, aliud nostræ ætatis dialectici. Aristot. enim definit enthymema esse syllogismũ ex uerisimilibus & signis constantẽ, adeò nulla alia re differt enthymema à syllogismo, nisi quod certo genere materiæ constat. Cicero uoluit nomine enthymematis accipi genus argumentationis ex contrarijs ductæ, ut: Quem alienũ fidum inuenias, si tuis hostis fueris? Quid satis est, cui Roma parũ? Si hostis Catilina, cur tu ciuis? Nostri dialectici uolũt enthymema esse syllogismũ imperfectũ, cui altera propositionũ hoc est maior aut minor deest, ut: Hũc ego si tantũ potui sperare dolorẽ. Et perferre soror potero. Hic autẽ enthymema accipiendũ est pro eo quod secũdo loco dixi, hoc est argumentatione ex cõtrarijs ducta. Translatitias.] Dixit hic translatitias sententias, quia cõmode ad quẽuis usum transferri possunt ut quæ hõ de certa una re dicuntur, sed in cõmune, de instabilitate fortunæ, de luxuria, de auaritia, & ut paucis dicã, Sententia est, ut uult Aristot. cõmune aliquod pronunciatũ, quod ad partẽ aliquã morũ uitæq; pertinet: quisquis ergo de simili re dicet, potest eas in orationẽ suam transferre. Itaq; si dicat Hector. Pulchrum est mihi pater laudari abste laudato uiro, non est proprie id quod uocamus sententiam: sed si dicat de tractis personis. Pulchrum est laudari à laudato uiro, iam dicitur sententia. De seculo, id est quæ ad reprehensionem seculi pertinent. Verè enim à prima origine rerum priora secula laudata sunt, præsentia reprehensa. Supellectilem uocabat.] Per translationem nempe. Supellex enim est instrumentum omne domesticum, quo ad quotidiana ministeria utimur, ut sunt mensa, lances, cantheri, lintei, uidetur q; nomen id à super & lecto dictum, quoniam ueteres in lectis cœnabant, unde omne instrumentum quo cœna explicatur, & instruuntur lecti, supellectilem dictam esse uidetur. Schemata.] Schema græcum est, interpretatur figura uel habitus, oratores figuram dicunt, suntq; nonnunquam dicta schemata omnes figuræ quibus ornatur oratio, siue eæ sint in singulis uerbis, siue in collocatione uerborum, siue in sententijs. Hic autem capit schema pro figura sententiæ, qua uelut obliquatur oratio, ut quod recte uel non satis decore uel non satis utiliter dici potest, id circuitu quodam dicatur. Vnde & controuersias quasdam figuratas dicunt autores, in quibus euenit sæpe ut quum per unius criminis defensionẽ in alterius suspicionem cadendũ sit, quod ne fiat uel rem pro re, uel personã pro persona, uel rem pro persona, uel personam pro re subijciunt. Itaq; Cicero pro Ligario quũ Tubero obijceret Ligario contra Cæsarẽ eum fuisse, quum tamen ipsemet Tubero contra Cæsarẽ arma tulisset, & Cicero hoc ipsum obijceret Tuberoni, quod quidem si tãquam crimen obijciebat, necesse erat ut premeret eodem crimine Ligarium, quem defendebat: Si tanquam inuidiosum, necesse erat offendere aures Cæsaris, qui iam nihil asperius in Tuberonem dicti æquo animo laturus erat. Substituit ergo pro persona Tuberonis personã suam, & dicit seipsum etiam contra Cæsarem fuisse, hocq; in summam laudem clementiæ Cæsaris conuertit, apud quem hoc audet tam liberè confiteri. Abundauerit. Abundare, sine aspiratione scribendum est, dicitur à præpositione ab & undo, quasi propter plenitudinem effluere. Schemata obscura ea sunt, per quæ quod aperte dictum aures offenderet, occultius dicitur, quale est apud Curtiũ, quũ interrogare uult Darius rex de uxore sua, an intulerit ei uim Alexander, & propter ingentẽ amorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

amorem fœminæ puderet eum tam obscœnis de ea uerbis uti, dixit: Ausus ne est aliquid & dominus & iuuenis? Significãs in iuuene uoluntatẽ libidinis, in domino potestatẽ, quibus duabus rebus, uoluntate et potestate, omnia fiunt, significauit quidẽ id ipsum quod apertius dicturus erat, sed ab omni turpitudine uerborũ abstinuit. Scio quàm odiosa, &c.] Hoc uult dicere, quum res expectatur odiosi sunt longi apparatus, quibus differtur id quod expectatur. Erant enim Circenses ludi equestres Romæ quibus equites decurrebant: antequàm cõmitterentur autem ludi, præcedebat pompa, hoc est præmissio equorum, qui in conspectu populi traducebantur ociosi, ut uiderentur à spectatoribus, & reliquus apparatus ludorum fortè ostentabatur populo. Pompa à græco pempo, id est mitto dicitur, quia præmitti solet ante ludos aut triumphos, aut alia id genus. Dicere diem, id est polliceri certam diem qua dicturus erat. Sic Iuuenalis: Lætam fecit quum Statius urbem, Promisitq; diem. dicebatur etiam dicere alicui diem ad Prætorem, aut ad populum, qui ad certam diem aliquem in ius aut ad populi cognitionem uocabat.

Declamatio prima primi libri, quæ est de patruo abdicante nepotem, quem prius adoptauerat.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Thema. Duo fratres dissidebant inter se, alteri filius erat. Patruus in egestatem incidit. Patre uetante, adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus à patruo est. Patruus accepta hæreditate, locuples factus est. Egere cœpit pater. Vetante patruo aluit illum adulescens. Abdicatur, contradicitur.

Prima pars pro nepote.

Eò iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea sola domo poneret, in qua habebat abdicatum & inimicum. Ipse, inquit, ali me uetuit. Imitationem alienæ culpæ, innocentiã uocas. Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet iacentem super crepidine Marium, aut fuisse consulem, aut futurum? Quid non timendum felicibus putas? Quid desperandum infelicibus? Ne circum plura instabilis fortunæ exempla te mittam, uide quis alimenta rogetur, & quis roget. Non sum host

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionem dicens, non posse eum uideri idcirco iure facere, si imitetur alienam culpam, hoc est faciat quod aliut facere non debuerit. Efficax sine dubio & acris responsio, & breuiter cum magna significantia collecta. Omnis instabilis &c.] Locus communis fuit dictus ad coercendam superbiam patrui ex felicitate sua conceptam. Crepidine.] Crepido fragmentum rupis est à crepando dictum, solent enim in excauatis aut fractis rupibus circa itinera mendici sedere. Marium.] Hic fuit C. Marius qui sexies Consul de Iugurtha prius, deinde de Teutonibus in Italia uictis triumphauit, postea dissensione ciuili fugiens ab urbe, & post uarios casus in Africam ueniens, Carthagini iacens in crepidine mendicauit: rursus collectis seruis & omni genere noxiorum aut cuiusuis alterius conditionis hominum, redijt Romã, & uictor inimicorum crudelissime uictoriam exercens morbo uitam finiuit. Nec circumplura &c.] Concludit hunc locum præsenti rerum exemplo, quo nullum potuit efficatius. Quum enim is qui poscebat alimenta dines fuisset, & posceret alimenta ab eo quem à se abdicatum pauper adoptauerat, satis uidetur nulli fortunæ credendũ esse. Non sum hospes grauis.] Vult dicere, non multos accipio hospitio aut inuito, quia aduoco unum senem, id est patrem, & placui tibi hoc uitio, id est hac uel benignitate uel liberalitate, quod iam per ironiam uocat uitium, quia id sibi à patruo obijciebatur, estq; argumentum à pari ductum, quia enim gratum fuit tibi ut te in egestate tua aluerim, quum inimici tui filius, debes nunc id ipsum in patre meo æquo animo pati.

Periret totus.] Locus communis fuit ad comprimendam iram patrui, ex quo hæc sententia sumpta est. Iactatus inter duos.] Commiseratio filij est Illud tamen deos &c.] Conclusio fuit huius loci ad inuidiam patruii dicta, quum enim pauperem aluerit, & quo melius id facere posset, passus sit abdicari se ut ab eo adoptaretur, nunc à diuite expellatur. Deos testor.] Testari quandoq; significat testes inuocare, ut Verg. in secundo Aeneidos:

Vos æterni ignes & non uiolabile uestrum Testor numen ait. Quandoq; testamentum condere, unde et intestatus dicitur qui testamentum non condidit. Intestabilis uerò in aliam sententiam dicitur, quem testari, id est, testem ciere uel inuocare nemo possit propter improbitatem uitæ. Circumibo tecum pater.] Hoc de patre naturali, non adoptiuo, sed uero dicit. Limina, id est, domos uel ostia, per synecdochen pars pro toto posita, estq; limen quod ad ingressum ostiorum pro foribus ex lapide uel alia materia eleuatius quàm reliquum solum ponitur. Quæ alimenta dedi, scilicet ut scant homines quàm crudeliter à patruo cui data sunt expulsus sum, & te qui negasti ut nunc demum intelligatur iuste te fuisse tam duo fratri iratum. Abdicari &c.] Hoc pertinet ad id quod prædiximus, Descriptio legis: quia lex iubet parentes ali, ergo quum id fecerit non potest abdicari. Quid si fleremc &c.]

Hoc pertinet ad alteram controuersiam qua mouetur quæstio filio, An nomine parentis is qui abdicauit contineatur. Vult ergo dicere ut non contineatur eo nomine, tamen sit ei adhuc erga eum affectus parentis, cui non possit imperare: & affectus ut non cõtineatur in scripto legis, cõtinetur intra ius naturæ in loco parẽtis, quod omni scripto potentius est. Calamitosum à calamitate dictum est. Volunt autem calamitatem dici à calamis, quod sit tempestas quæ calamis incidat, ut est grando, aut turbines, aut reliqua id genus mala quæ segetem euertunt aut destruunt.) Potestate.] Potestas & potentia differunt. Potentia ad facultatem magnarum rerum pertinet, ut est regnum, principatus, ducatus: Potestas ad uires nostras. Inde dicimus, sic mihi potestatem dicendi. & filios dicimus in patria potestate esse, non potentia. Sic Hieronymus in præfatione ueteris testamenti: Cera mollis & ad fingendum facilis, etiam si plastæ manus cessent, potestate tamen totum est &c. Ideò traductores textuum Aristotelis omnes corrupte dixerunt potentiam & actum, quum debuissent dicere, potestatem & consummationem, id est, perfectionem, uel completionem. Crescere proposuit.] Hæc est pars abdicantis patrui. Quod ita dicit, Crescere proposuit &c. uidetur ad exordiũ pertinuisse, quo uoluerit patruus molliri inuidiam, quam illi filius adoptiuus ex specie crudelitatis parare uoluit, ut sit sententia, quoniam filius beneficus fuerit in patruum, posse illum multa sibi imprecare atq; iactare, hoc est, grandia loqui potius quàm se defendere, hoc est, dicere quæ ad ius causæ pertinent.

Proposuit.] Proponere proprie significat quemadmodũ mercatores solent aliquid pro foribus aut fenestris ad uendendum exponere, unde in lege Panes propositionis dicuntur. Quandoq; proponere significat aliquid præmittere unde conclusio inferatur, sic propositiones dicuntur apud dialecticos id quod hodie uulgò præmissas uocamus. Nam id quod uerum aut falsum significat, quod Petrus Hispanus & reliqui propositionem uocant, id uocitant enunciationem interpretatus est, Cicero melius pronunciatum uocauit, estq; simile si omne id propositionem uocemus, quale est si omne nomen substantiuum subiectum dicamus, quemadmodum ex omni pronunciato propositio fieri potest si in syllogismo ponatur, sic ex omni nomine substantiuo potest fieri subiectum, non tamen dicitur substantiuum nisi ex relatione ad prædictum, hoc est, quum in pronunciato ponitur. Præterea proponere dicitur quemadmodum hic pro eo quod est in animo instituere. Sic Iuuenalis: Si te propositi nondum pudet.

Inuidia tam dicitur eius, ut ait Cicero, qui inuidet, quàm cui inuidetur. Vergilius in quarto Aeneidos passiue dixit: Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Inuidia est. Actiue dixit Horatius in 1. epistola.

Inuidia uel amore uigil torquebere. Iustus meus metus &c.] Argumentationis pars est pertinens ad causam. Vult enim dicere, iure abdico hunc, quod si non faciam, metuendum est mihi ne ingratum, hoc est hunc filium adoptiuum non obsequentem mihi scribam hæredem, & relinquam inimicum scilicet hæredem, hoc est fratris meum ad quem munera filij sit hæreditas peruentura. Inimicum.] Inimicus & hostis differunt. Inimicus significat omnem quem odimus qui amicus non est: Hostis hodie significat eum cum quo bellum publice geritur. Veteres autem hostem peregrinum uocabant. Etiam si tu non odisti eum qui fe. &c.] Mollis color uel figura est, qua paterr uidetur abdicare filium, non in odium illius, sed in odium fratris qui prius hunc ipsum abdicauerat. Definit

Definit esse filius &c.] Argumentationis collectio uel conclusio uidetur fuisse, contra eam partem filij quam diximus esse positam in definitione nominis patris uel parentis: ostendit enim patrem naturalem non posse amplius ab hoc uocari patrem eum, à quo sit abdicatus, hoc est, per quem amiserit ius filij ne possit esse hæres illius, præsertim quum sit iam ab alio adoptatus, hoc est, alium acceperit patrem. Nec enim credibile est legem uoluisse ut filius duobus parentibus alendis astrictus esset. Audite quàm ual. &c.] Inuidia est contra fratrem inimicum, & habet duplicem emphasim, id est, significationem uel indicationem inuidiæ, per se enim miserabilis persona est, tam egena ut inimicum rogare cogatur, deinde inuidiosum est fratrem pro tam miserabili rogandum esse. Quis es tu &c.]

Patruus hoc dicit ex grauitate personæ suæ, quia iam per adoptionẽ pater erat. Videtur autem inter omnia humanæ necessitudinis uincula nomen patris esse sanctissimum. Ergo dicit, quis es tu scilicet iudex, qui audebis contradicere abdicationi meæ, & inter patrem, filium, sententiam tuam interponere. Non enim mittimus scilicet nos patres, ad te arbitrum, id est, ad tuam cognitionem, odia nostra, scilicet in filios iudices habebimus deos, quoniã illi soli sunt ueneratione supra patris nomen, & soli possunt discernere quid recte aut secus inter patrem & filium geratur.

Extra controuersiam.] Id faciebat Seneca non solum in procemijs librorum, sed ubicunq; uisum est, ut si quid dictum fictum ue esset, quod aliqua parte prodesse ad eloquentiam posset, id insereret, quale est quod hic commemorat. Dicit enim Iunium Alfium Flauium prætextatum solitum declamare, semper erat autem aliquid extra declamationem, propter quod eius eloquentia placeret, præcipuum autem lenocinium, hoc est illectamentum uel prætextum quo puer declamans placeret erat ætas, quoniam in tenera ætate plus admirationis & beneuolentiæ mereretur facundia quæ supra annos esset. Prætextatus.] Prætextati dicebantur nobiles pueri. Romæ enim interior uestis quã utebantur, tunica dicebatur, eam ignobiles illaboratam & incultam habebant: nobiles uerò prætextam, id est, certo texturæ genere pictam & ornatam, unde prætexta dicta est, & prætextati qui ea utebantur, necdum togam uirilem assumpserant. Ante togam sub pædagogis erant, quorum custodia & imperio cohercebantur. Post sumptam togam ex ephebis dicebantur excedere, & desinebant sub imperio custodum esse. Commendabat.] Commendare aliquando significat aliquid curæ alicuius mandare. Vergilius in secundo Aeneid. Seq; suosq; tibi commendat Troia nepotes. Aliquando gratiam aut beneuolentiam parare. Sic Mart. Errat Qui commendandum se putat esse suis. hoc pacto hic accipitur. Lenocinium.] Leno, lena facit fœminino genere, sicut leo leena, Laco laena. Dicitur autem leno qui quæstum ex prostitutis mulieribus facit, & conciliator est aut nuntius alienæ impudicitiæ. Vnde lenocinari dicitur, & lenocinium commendatio uel conciliatio propriè impudicæ consuetudinis: usus tamen obtinuit ut per translationem pro qualibet iucundiore gratia aut fauore accipiatur.

Declamatio secunda de uirgine prostituta.

SAcerdos casta castis, puris pura sit. Thema. Quædam uirgo à Piratis capta ueniit. Empta à lenone, & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem. Militem qui ad se uenerat, cum exorare non posset, eum luctantem, & uim inferre uolentẽ occidit. Accusata, absoluta, & reuersa ad suos est. Petijt sacerdotium, Contradicitur. Rubrica

Prima pars contra uirginem petentem sacerdotium.

Sacerdos uestra adhuc in lupanari uiueret, nisi hominem occidisset. Quid mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? Id enim deerat, ut templa eas recipiant, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. Indignam te sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. Fortuna, inquit, pati coẽgit, & misereri debent omnes mei, At nos miserandas non facimus sacerdotes. Nec est apud nos maximus honos ultimorum malorum solatium. Ita domi custodita est, ut rapi posset. Ita chara fuit suis, ut rapta non redimeretur. Ita raptæ pepercere Piratæ ut lenoni uenderent. Sic emit leno, ut prostitueret. Sic uenientes deprecata est, ut ferro opus esset. Mouet me respectus omnium uirginum, si in ciuitate nulla inueniri potuit, nec meretrice castior, nec homicida purior. Nulla est satis pudica, de qua quæritur. Omnes, inquit, exoraui. Si quis dubitat an meretrix esset, audite quàm blanda sit. Ponamus tres sacerdotium petere. Vnam quæ rapta sit, Alteram quę prostiterit, Tertiam quæ hominem occiderit. Omnibus negabo. Declamatio

Pars altera pro uirgine petente sacerdotium.

Voluerunt Dij esse miraculo, in captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in homicida innocentiam. Narrent sanè omnes tanquam ad prostitutam uenisse, dum tanquam à sacerdote discesserint: quàm pudica sit miles, ostendit: quàm innocens, iudex: quàm felix, redítus. Inter tot pericula dij illæsam non seruassent, nisi eam sibi seruaturi fuissent. Totus populus ad seruandam pudicitiam contulit, quicquid ad uiolandam attulerat. Dicat pudicitiam suam Dijs quibus debet.

Extra controuersiam.

Longe recedendum est ab omni obscœnitate uerborum & sensuum. Quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

satius est, uel cum causæ detrimento tacere, quàm inuerecunde dicere.

RODOLPHI AGRICOLAE IN SECVNDAM Senecæ declamationem commentariolum.

SAcerdos casta &c.] Hæc declamatio controuersiam habet positam in genere causæ legitimo scripti & sententiæ. Quum enim lex dicat. Sacerdotem castis castam, & puris purum esse debere: quam is pro se sumit, qui prostitutam à sacerdotio repellit, uidetur ista neq; casta esse, quia prostituta fuit, neq; pura esse, quia homicida. Contrà qui defendit, dicit, non idcirco quia prostituta sit non esse castam, quod quidem in genere coniecturali positum est: neq; ut occiderit hominem uideri homicidam debere uocari tamen, sed ita solum si contra ius occidisset, quod ad status definitiuum pertinet. Dicit ergo, Sacerdos casta castis sit. Sacerdos communis generis est, dictus à sacris docendis. Sacerdos ergo, id est, fœmina quæ sacris præest, sit casta castis, scilicet eis religionibus quas caste coli oportet (Multi enim erant quibus nihil erat necesse, cuiusmodi erant Venereæ & Bacchanalia) & pura puris religionibus, quas non licebat fieri per eum qui non esset purus, id est, homicidio aut alio insigni scelere contaminatus. Quædam uirgo à piratis, id est, prædonibus marinis capta uenijt, id est, uendita est, empta à lenone & prostituta est, id est libidini hominum pro mercede exposita, uenientes ad se, scilicet libidinis causa, exorabat stipem, id est, impetrabat ut in eleemosynam ei gratis precium darent: militem qui ad se uenerat cum exorare non posset, scilicet quin ut ceperat explere libidinem, eum luctantem, scilicet secum & uim inferre uolentem occidit, accusata scilicet ob eandem huius, absoluta scilicet à iudicibus, reuersa ad suos est, scilicet in patriam, petijt sacerdotium, scilicet quia nemo libens in matrimonium ducere uoluisset. Contradicitur. Piratis.] Pirata græcum est, dictus à περὶ ἁλὸς πλεῖν, id est, perior, quia multa pericula maris & certaminum experitur. Casta.] Castus à carendo dictus uidetur, quod careret, id est, abstinet à Venere. Vnde incestus, id est non castus dicitur, quanquã alij id nomen à cestos quod græcum est, cingulumq; Veneris significat, sed id longius petitum est, & ad significationem parum conuenit. Accipitur autem castitas apud ueteres non modò pro pudicitia, sed pro omni abstinentia scelerum. Venijt.] Veneo à uenum & eo dicitur. Exorabat.] Differunt orare & exorare. Orare est rogare: Exorare impetrare quod rogatur. Sic Terentius in Adelphis: Orator ad uos datus sum, simite ut exorem. Stipem.] Stips apud ueteres significat quod hodie græco uerbo eleemosynam dicimus, id est, miserationem. Vnde & stipatores dicuntur, & stipendium. Militem.] Miles quid significet hodie ferè plurimorum errore ignotum est. Vulgus militem uocat eum qui apud ueteres ius habebat aureorum annulorum, quæ erant insignia equestris ordinis, hiq; equites uocabantur. Vnde Horatius dicit in Arte: Romani tollent equites peditesq; cachinnum. Ergo quibus hodie ius est aureorum ornamentorum, equites, aut equestris ordinis uiri dici debent. Miles uerò omnis ille qui in bello armatus operam dat, quod hodie indocti stipendiarios uel satellites uel quiduis aliud uocant: Vnde & militare, in bello operam præbere, & militia exercitium rei bellicæ apud omnes literatos uocatur. Accusata.] Accuso ab ad & causor causaris dicitur, mutata per synæresim, id est, cõiunctionem a & u in u, ut claudo cludo. Sacerdos uestra &c.] Hoc adiunctum dicitur, quasi dicat non esse dignam honore sacerdotij, quæ ex una turpitudine, scilicet meretricatu, per aliam turpitudinem, scilicet homicidium liberata est. Lupanari.] Lupanar dicitur prostibulum, id est, locus in quo prostitutæ, id est, meretrices habitabant. Lupam enim ueteres meretricem uocabant. Quid mihi &c.] Est quasi obiectio contra aduersarium, quasi dicat, sacerdotem tam castam esse debere, ut non solum non uiolata, sed etiam tentata uel appellata sit de impudicitia, quod necesse erat huic contingere quæ erat casta solum per preces suas, quia adeuntes exorabat ne sibi uim inferrent. Precaria.] Precarium dicitur quod precibus impetratur. Sic Seneca paulò ante: Quæ paret mihi olim precario. Id enim deerat &c.] Hoc acriter & inuidiosè dicitur, Id enim deerat, inquit, scilicet ad contumeliam: uel per ironiam dicitur, quasi non deerat, sed tale est quod omnino fieri non debeat. Vt templa eas recipiant.] Cum magna cura uerba pensitauit, opponens templo lupanar aut carcerem, & recipiant contra eiecit, quasi quibus in lupanari aut carcere locus non dabatur, illas indignissimum sit in templa recipere. Templa à templando, id est, conspiciendo dicta sunt, quia ueteres antequam templa conderent templabantur, id est, uidebant quale se augurium præberet, ut templum id feliciter fieret: uel quia contempla, id est, eminentia & conspicua erant. Carcer quasi coarcer dictus est: significat autem singulari numero locum quo homines uincti asseruantur: plurali uerò carceres dicuntur hi loci quo equi aut currus pro præmio cursuri continentur. Sic Lucanus in primo Pharsaliæ: Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ. Indignam te sacerdotio &c.]

Argumentum à maiori. Si indigna est quæ transit per lupanar, quanto indignior quæ uixit in lupanari.

Fortuna, inquit, &c.] Contradictio est dicentis pro prostituta, quia enim non suo uitio prostituta fuit, sed eius qui eam cepit, putat id non posse sibi pro crimine obijci, quod sibi non sua improbitate, sed fortunæ uiolentia contigit. Misereri.] Misereor dicimus cum genitiuo solum, ut misereor tui. Miseret impersonale accusatiuo & genitiuo iungitur, ut: miseret me tui. Miseror accusatiuo iungitur, ut Vergilius in quarto Aeneidos:

Num lachrymas uictus dedit, aut miseratus amantem est, At nos miserandas.] Dissoluit contradictionem. Nos, inquit, non facimus sacerdotes, quia miserandæ sunt, neq; felicitatem sacerdotalis nominis damus infelicibus.

Honos.] Vetusto more honos, lepos, labos, arbos, habent s pro r in fine. Vltimorum, id est, maximorum, quia post ultimũ nihil est, sicut supra maximũ nihil. Ita domi custodita &c.] Egregia argumentatio qua docet indignitatem personæ, quæ omni ratione semper cõtempta fuit, estq; genus inductionis, ut hæc uelut forma argumentandi illis & illis & illis contempta fuit, ergo omnibus est contemnenda. Contemnenda est, ergo indigna sacerdotio est. Mouet

est. Mouet me &c.] Pars argumentationis est ducentis ad inconueniens, quasi dicat, in sacerdotium sumi debet castissima & purissima, ergo si hæc tanquam castissima & purissima assumitur, nulla uidetur uirgo esse purior homicida, aut castior prostituta, quod prorsus absonum est dicere, quare nequaquam in sacerdotium assumenda est.

Nulla est satis pudica &c. scilicet ut in sacerdotem assumatur: quum enim sacerdos debeat esse antistita quædam & magistra pudicitiæ, dignum est ut sit certæ & indubitatæ pudicitiæ. Omnes, inquit, &c.] Contradictio est pro parte prostitutæ, quasi dicat non hoc quod prostituta fui in crimen impudicitiæ mihi uertendum est, quia exorauit omnes, hoc est, effeci precibus ut ab omnibus pudica manerem. Si quis dubitat &c.] Conuertit hanc contradictionem aduersarius in eam ipsam pro qua posita est, sumpto ex coniunctis argumento, ut: Omnes exorauit, ergo blanda est: blanda est, ergo est meretrix. Est sanè genus hoc argumentandi acerrimum, quando datur aliquid ex his quæ aduersarius pro se posuit, conuertere & retorquere in eum, & suo illum gladio iugulare, ita tamen si uehemens & firmum argumentum posit duci, alioquin friuolum uidetur & hominis uerba cauillantis: & hoc quod hic positum est non satis dignum argumentum uidetur ingenio & fama Portij Latronis, cuius hæc est declamatio.

Meretrix dicta est à merendo, quia impudicitia corporis meretur, id est quæstum facit. Ponamus tres &c.] Hoc est acre argumentum & pugnax, habetq; imaginem inductionis, ut: negabo illi crimen & illi & illi, ergo magis simul omnibus negabo. Hic autem & cum crimimibus personas diuisit, poterit alioquin argumentum commode in una persona explicari, ut dixisset, Ponamus hanc quæ sacerdotium petit, raptam tantum fuisse, ponamus eam tantum prostituisse, ponamus hominem occidisse, ex quauis harum causarum sacerdotium ei negarem, quanto magis ex omnibus negabo. Omnibus negabo.] Deest conclusio, scilicet quum omnibus, id est, tribus illis prædictis negem, quanto magis uni, quæ sola fecit id quod omnes illæ fecissent. Prostiterit.] Prostare neutrale uerbum est, significatq; in loco publico expositam impudicitiæ stare. Prostituere actiuum est, & significat aliquam ad prostandum exponere. Leno ergo prostituit, meretrix prostat. Negabo.] Negare quandoq; significat contrariũ eius quod est affirmare. Vergilius in Bucolicis: Sed reddere posse negabat. Quandoq; significat petentem repellere, ut hic. Sic & Martialis: Si nil Cinna petis, nil tibi Cinna nego. Voluerunt dei esse &c.] Hæc est pars prostitutæ, in qua præcipue sumit colorem ex iudicio diuino, tanquam maxime debeat deorum ministerio consecrari, quam Dij sibi ex tam multis calamitatibus saluam esse uoluerunt, qui color per totam orationem seruandus ei fuit qui hanc partem dicebat, adiuncto fauore personæ, qui naturaliter ex tam multis aduersis illi parabatur. Videtur ergo hic locus in principio positus, ex procœmio accepius esse, maxime enim ad personæ commendationem pertinet: quid enim est quod maiorem commendationem pararet personæ, quàm tantum fauorem deorum, ut inter tot aduersa seruarent illæsam, ut liberaretur cum captiua esset, maneret pudica quanquam prostituta esset, & faceret salua innocentia homicidium. Dei.] Dei uel di promiscue dicitur, usitatius apud cõmunes. di est. Id autem uno i scribendum est, quemadmodũ ratio postulat, non duobus quemadmodũ uulgus scribit, cuius rei ratio nobis paulò latius aperienda est. Sciendũ est ergo uetustissimos solitos esse i longum per e & i diphthongã scribere: erãt itaq; diphthongi latinæ quatuor, æ, œ, ei, et au, nam eu nisi in interiectionibus, heu et heus in nullis dictionibus latinis inuenitur. Scribẽbãt ergo pro dico deico, et scribo screibo, & pro mariti mareitei, quod hodie quoq; in quibusdam uetustissimis inscriptionibus licet intueri in Italia, quæ priscis temporibus factæ sunt. Postea hæc diphthongus consuetudine abolita est, positumq; est solũ i pro e et i. Ergo id accidit seruatumq; est in his non solũ in quibus dictionibus nihil mutabatur, sed etiã est quibus e ad declinandi rationẽ pertinebat: dictũ est itaq; isdem pro eisdem, & idem pro eidem, & hi pro hei, et di pro dei. Quod autẽ non posit di per duo i scribi, manifestũ est ex hoc, quoniã di una syllaba est, duæ uocales autem unam syllabam facere non possunt, nisi uel fiat diphthongus ex eis, uel altera transeat in uim consonantis. Ex duobus autem i nulla diphthongus latina constat, transire autem in uim consonantis præcedente muta non potest, Ergo scribendum est di, & similes dictiones uno i & non duobus. Pudicitiam.] Pudicitia, & pudor, & prudentia differunt. Pudicitia enim in corporis integritate consistit: Pudentia in animi uerecundia: Pudor & pro pudicitia & pro pudentia accipitur. Innocentiam.] Innocentia non significat id quod hodie hoc nomine intelligimus, id est secordia uel torpor animi, sed quasi omnes uirtutes hoc nomen complectitur, qui enim innocens, hoc est, non nocens est, is uidetur prorsus bonus esse. Narrent sanè.] Purgatio est eius quod obijcitur prostitutam fuisse, quid enim refert prostitutã & in turpi loco fuisse eam, si tamẽ omnes qui ad eam uenerunt discesserũt tanquã à sacerdote, id est, tam caste quàm uenerunt. Quàm pudica sit &c.] Confutat quasi una collectione omnia quæ cõtradici possent. Quum enim iubeat lex castam esse debere & puram sacerdotem, ista in milite castitatem suam ostendit, in iudicio puram se esse probauit, deinde ista etiam Deis ita uideri felicitas reditus sui declarauit: non enim Deos tantum illi felicitatis daturos fuisse, nisi eam ministerio suo, id est, sacerdotio eam uoluissent seruare. Totus populus &c.]

Argumentum sumptum ex iudicio populi, quum enim ad uiolandam eam populus uenisset, & non tactæ tamen dederit stipem, uidetur iudicasse populus eam non solum pudicam esse, sed etiam ut esset facere suis opibus uoluisse.

Dicat pudicitiam suam Dijs &c.] Hoc est efficax & honestæ frontis, ut ita dicam, argumentum, quum enim uideatur solo munere deorum consecuta esse ut casta permaneret, iustissime consecrat pudicitiam suam Dijs, per quos eam seruauit. Dicare proprie est aliquid alicui uelut in suam potestatem assignare. Sic Vergilius:

Coniugio iungam stabili, propriamq; dicabo. Extra controuersiam. Longe &c.] Hoc uult dicere, quum enim bi qui contra prostitutam dicebant sumerent occasionem ad exprobrandum ei fœditatem lupanaris, et quæ necesse fuerit ibi eam audire, quanquam salua pudicitia, & cum qualibus uersari, & quæ pati, liberius multa & inue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

recundius dicebant, à quo monet Seneca omnino abstinendum esse, licet enim nonnulla si dicantur prodesse causæ possint, tamen si sint turpia dictu tacenda potius quàm inuerecundi hominis famam subeundam. Hoc etiam postquam Seneca dixit notandum uidetur parum probabilem uideri totum colorem partis illius quæ contra prostitutam est, & magis conuenire eam orationem aspero illi & libero ingenio Latronis, quàm uero oratoris iudicio, tota enim oratione in prostitutam inuehitur, & suspiciones impudicitiæ & aliorum in eam criminum spargit, quod primum minime fauorabile est, ut calamitates cuiquam obijciantur, præsertim ei quæ inter omnia aduersa tamen innoxia permanserit: deinde & extra uel potius contra thema hæc ipsa dicuntur, datur enim in themate pudicam eam quum prostituta esset mansisse, in cuius honorem etiam ab homicidio absolutã esse cõstat, quare necesse est omnium fauorem hac in parte pro ea stare, neq; æquis accipere auribus hac parte infamari eam unde ei præcipue admiratio accedit. Detrimento.] *Detrimentum à detero dicitur, quia deterit aliquid rebus nostris, hoc est damnum uel iacturam affert.*

Declamatio tertia de incesta saxo deiecta.

Rubrica INcesta saxo deijciatur. Thema. Incesti damnata antequam deijceretur, Vestam inuocauit, deiecta uixit. Repetitur ad pœnam, contradicitur.

Prima pars contra incestam.

Id enim deerat ut modestior in saxo esset, quàm in sacrario fuerat. Dubitari non potest quin tandiu deijcienda sit, donec efficiatur, propter quod deiecta est. Patrocinium suum putat pereundi infelicitatem. Quid tibi importuna mulier imprecer? nisi ut nebis quidem deiecta pereas. Exponam cum quo stuprum uel quando commisit. Quia probaui, istam damnastis. Non putas legem cauisse ut perires, quæ cauit quemadmodum perires? Male de ijs existimas, si sacerdoti suæ tam sero succurrunt, Ita Dij maluerunt damnatam absoluere, quàm sacerdotem?

Pars altera pro incesta.

Damnata deiecta est, absoluta descendit. Putares puellam non deijci, sed demitti. Lex sacerdotem non ad saxum usq; deferret, nisi sententiam deorum expectaret. Eras altitudo montis, etiam secure aspicientibus horrenda.

RODOLPHI AGRICOLAE IN TERTIAM *Senecæ declamationem commentariolum.*

Incesta saxo deiecta.] *Lex est ut incesta, hoc est, sacerdos Vestæ in stupro deprehensa deijciatur, id est, præceps emittatur de saxo, id est, rupe aliqua. Quædam quum esset damnata incesti antequã deijceretur deam Vestam inuocauit, hoc est, orauit ut ita sibi auxilio esset quemadmodum sciret esse se pudicam: quum deiecta esset salua permansit, repetitur rursus ut deijciatur, quia lex uidetur uoluisse ut moreretur, deijci debere ergo quandiu mortua non sit legis uoluntati non esse satisfactum. Cõtradicit, quia deiectam defendit: quum enim dicat lex, damnatam deijci debere, hæcq; damnata deiecta sit, uideatur iussis legis nihil reliquum esse in ista. Est itaq; genus legitimum ex scripto & sententia legis nascens, cuius sententiam quidem tuetur accusator, scriptum uerò defensor.* Vestam.] *Vesta dea erat ignis, in cuius templo perpetuus ignis ardebat, erantq; custodiæ eius consecratæ uirgines Vestales quæ puellæ citiam suam deæ consecrabãt, & quibus capitale erat in stupro deprehendi, post sexagesimum annum siqua uoluisset licebat ei nubere, erantq; propemodum similes sanctimonialibus nostri temporis,* Incesti.] *Incestum ab in id est non & castus dictum est, proprieq; uocatur impudicitia in personam aliquam, uel affectum sacris incurrens, ut est uel inconsecratam deo uel in coniunctam cognatione tam arcta ut per leges uxor esse non possit.*

Id enim deerat &c.] *Hæc est pars accusatoris reposcentis ad pœnam eam quæ deiecta fuerat, primumq; hoc inuidiam trahit quod ausa sit in saxo Vestam inuocare, quasi dicat, Non esse mirandum si tam immodesta fuit ut auderet in saxo inuocare Vestam quum sit ausa in eius sacrario licet impudica esset uersari. Sacrarium dicitur in templis locus in quo sacra reponuntur, quod uulgò sacristiã uocant.* Dubitari non potest &c.] *Hoc acriter dicitur. Non enim lex frustra deijci uoluit damnatam, nec ob aliud quàm ut moreretur, nam si noluisset mori damnatam, non utiq; de tam sublimi deijci iussisset, ergo quandiu factum non est quod fuit causa statuendæ legis, non est obtemperatum legi.* Quin, *id est, qui non. Quando autem ponitur in medio constructionis iungitq; duos sensus, accipitur pro ut nõ, sicut qui & quo pro ut accipimus. Sic Verg. in 4. Aeneid.* Quo regnum Italiæ Libycas aduerteret oras.

Quando iungitur imperatiuo, ut quin age, legendũ est disiunctim, ut dicamus quin, id est, quĩ non, hoc est, quare non, scilicet agas, deinde age subijciendũ est. Quũ iungitur indicatiuo, simpliciter et coniunctim legitur, quin paras, id est, quinõ, quare nõ paras. Patrociniũ suum &c.] *Vult dicere. Hæc putat se defensuram esse per hoc quod sit ad pereundũ infelix, id est quod semel deiecta non perierit, sed necesse sit eam bis deijci.* Patrociniũ à patrono dictum est. *Patronus dicitur qui seruũ libertate donatũ manumisit: quemadmodũ enim ad seruum dominus, sic ad liberatum patronus dicitur. Inde qui aliquem capitis reum in iudicio defenderat, apud ueteres dictus est etiã patronus, quoniam is reo quasi usum uitæ reddidisset, sic ut seruo dominus manumisso, & inde patrociniũ, id est, defensio dicitur.*

Tantum scripsit Rodolphus Agricola in hæc Senecæ declamationes.

Declama

Declamatio quarta, quæ de forti sine manibus.

Rubrica ADulterũ cũ adultera qui deprehenderit, dũ utrũq; corpus interficiat, sine fraude sit, liceat adulteriũ & in matre filio uindicare. Thema. Vir fortis in bello manus perdidit. Deprehendit adulterum cum uxore, de qua filium adolescentẽ habebat. Imperauit filio, ut occideret. Non occidit. Adulter effugit, abdicat filium, contradicit.

Prima pars pro forte contra filium.

Solus ego ex omnibus maritis nec adulterum dimisi, nec occidi. Quis non putet, aut me sine filio, aut filium sine manibus? Conceptus est iste, à quo sciemus. Cum adulterum deprehendi, tunc primum sensi me manus in bello perdidisse meas, domi etiam filij manus perdidi. Tam frustra ad filium, quàm ad gladium cucurri. In bellum non peruenit, & ante patriæ quàm patri negauit manus. Vsq; eo pugnauit pro nobis, ut pro se non posset. Adolescens quos dimisisti sequere. Non potui, inquit, matrem occidere. Quo sis excusatior, adijce & patrem.

Pars altera contra fortem hominem pro suo filio.

Alterum putaui parricidium, matrem coram patre occidere. Non semper scelera nostri sunt iuris. Et truces animos misericors natura debilitat. In tam inopinati flagitij spectaculo, toto corpore stupui. Pater tibi manus defuerunt, mihi omnia, priusquam in memoriã reuerterer, exierant. Maius erat scelus, quod impetrabas, quàm quod deprehenderas. Si quid exegeris ultra uires meas, dicam, Ignosce, Non possum. Ignoscit pater filio, nauigationem recusanti, si non ferat mare. Ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamuis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat & filio. Quare tam multos nominat, nisi quia aliquos putat esse, qui non possint? Exierunt adulteri inter patrem debilem & filium stupentem.

Declamatio quinta de eo qui duas rapuit.

RApta, raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias perat, Vna nocte quidam rapuit duas. Altera mortem optat raptoris. Altera nuptias petit.

Prima pars contra raptorem.

Stupro accusatur, stupro defenditur. Cum altera rapta litigat, alteram aduocat. Vindicate patres. Fortior publicæ disciplinæ seueritas surgat. Iam binæ rapiuntur. Coit populus uelut publico metu territus, uix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriæ rapuit, alteram patrocinio. Perieras iam raptor, ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisset, & nuptias optasset, deinde hanc uitiasset antequam nuberes, negares illum iubente rapta, debere mori. Nihil amplius raptori præstare potes, quàm ne lege tua pereat. Contra alienam legem nullum ius habes. Tu raptori præstas, ut illum ipsa non occidas. Non potes præstare, ne quis occidat.

Pars altera pro raptore.

Inter pares sententias mitior uincat. Refer Virginiam, dic Lucretiam. Plures tamen Sabinæ sunt. Contumeliosum mihi erit, te dignam uideri, in cuius honorem homo occidatur, me dignam non uideri, in cuius honorem homo seruetur.

Declamatio sexta de filio quodam ducente filiam Archipiratæ.

CAptus à Piratis scripsit de redemptione. Non redimebatur. Archipiratæ filia eũ iurare coẽgit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre secuta est adolescentem. Duxit illam, Orba incidit, Pater imperat, ut Archipiratæ filiam dimittat, & orbam ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars contra filium.

Bonæ spei uxor, bonæ spei nurus, quæ uel amare captiuum potest, uel odisse patrem. In carcere, inquit, ac tenebris iacebam. Narret, inquit, socero beneficia puella, non misericordia mota est, sed libidine.

Pars altera pro filio.

Illo me loco non deseruit, in quem uenire & pater timuit. Vidisses membra uinculis pressa, macie retractos introrsus oculos. Attritas cathenis & inutiles manus, talem quis amare nisi misericors potest? Inter tot consulatus Marius nihil habet clarius, quàm se autorem. Pompeium, si hæreditariæ extulissent imagines, nemo Magnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixísset. Seruum regem Roma tulit. Quid tibi uidentur illi, qui rapti ab aratro pauperate sua beatam fecerunt rempublicam? Non possumus unà felices esse, quod solemus, unà infelices erimus.

Declamatio septima de tyrannicida à Piratis dimisso.

LIberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in adulterio deprehẽsum, deprecante patre ne faceret, interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam misit, si præcidissent ei manus, duplam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserũt. Pater in ægestatem incidit, petit alimenta. Negantem uult in uincula ducere.

Prima pars pro filio tyrannicida.

Si præcideritis, scribe potius si occideritis. Tyrannicida exitum tyranni rogo. Non timeo, ne quas manus Piratæ soluerũt, iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quærite nunc unde tyranni fiant. Duplam dabo. Apparet, pro unico filio rogat, duplam dabo, alteram pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis. Hoc nec adultero fecimus, nec tyranno. Etiamnũ manus meas petis? Nega tuam esse epistolam, & habes argumentum. † Dic, ego rogare etiam pro adultero soleo. Remiserunt me reipublicæ cum manibus, patri cum epistola. Hoc nostro seculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis à Piratis dimissus, alligatus à patre. Eius crudelitatis emptor, cuius nec Pirata uenditor. Duplam dabo. Quid necesse est? potui uilius solui. Vt præcidatis ei manus. Obstupuere prædones, & inquiunt. Indica patri, nõ omnia Pyratas uendere. Qualem optem patrem, nescio. Diues debilitat, egens alligat. Neutrum hoc manibus meis expedit. Vbi est patrimoniũ tuũ, uel quo tyrannos instruis, uel q̃ adulteros facis.

al. Dic ergo ego etiam pro adultero soluo

Pars altera contra filium tyrannicidam.

Suscepi tria prodigia inter me & se furentia. Vnum, qui posset patrem opprimere. Alium, qui fratrem uiolare, Alium qui patrem. Lex hęc scripta est pro malis patribus. Nam boni etiam sine lege aluntur. Sciebam piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent, & si sperassent, utiq; præcidissent. Non ira illa patris, sed calliditas fuit. Vnde redimerem, non habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminem poteram, in qua nec filij patres alunt. Vsus consilio sum, sciens piratas, non crudeles, sed auaros. Feci ut desperarent, quod posses redimi. An prudenter cogitauerim, nescio. Interim feliciter cogitaui. † Excussa mens est, ex quo uidi unum in arce filium, alterum in adulterio, tertium in parricidio.

Excussa

Extra controuersiam.

Relictus solus orbus senex, qui color approbandus est impetu. Magna enim ui opus est, ut aliquis accusans, se mirabilem faciat. † Persium memini hominẽ inter scholasticos insanum, inter insanos scholasticum.

Sparsum

Declamatio octaua, quæ est de forti abdicato.

QVi ter fortiter fecerit, militia uacet, Ter pater fortem in acie, quarto uolentem exire retinet. Nolentem abdicat.

Prima pars pro abdicante.

Quod patriæ supereſt, patri uindico. O me, filio pugnante, lassum. Iam pro te dubito. Nescio quid lex timet. Miraris, si quod legi satis est, patri nimis est. Causa mihi abdicandi est, ne sine filio uiuam. Abdicatio mea in potestate abdicati est. Optimus finis uirtutis est, anteq; deficias, desinere. Lex quoq; ter uiro forti aut diffidit aut consulit.

Pars altera pro forti abdicato.

Certe abdicatis pugnare licet. Pudet me, ter uicti militant. Senator post sexagesimũ quintum annum, in curiam uenire non cogitur, nec uetatur. Quicquid honoris nomine datur, in utranq; partem licet, Alioquin desinit præmium esse, cui necessitas imponitur. Ocium imperas animo non ocioso. Tumultus exortus est. In me omnium ciuium diriguntur oculi, & adhuc, uerum dicendum est, nihil mihi patria debet. Nunquam pugnaui nisi coactus. Adhuc militia mea legis munus est, Athenienses abdicato uicerunt duce. Quantum uerò interest? Ille abdicationẽ uirtute deleuit, ego meruit.

Libri primi declamationum finis.

IN

IN LIB. DECLAMATIONVM PRIMVM.

In ultima huius libri declamatione, tituli erant inuersi. Prior enim erat, pro abdicato, quum esse debuerit, pro abdicante patre. Alter qui erat, contra fortẽ abdicatũ, esse debebat, pro forti abdicato. Qui castigationi prioris æditionis præerant, offensi sermone qui est in parte posteriore, ociũ imperas animo non ocioso, quoniã ad abdicantem accõmodari non possunt, admonuerunt eam partem à superiori perperam huc translatam, sed falso. Vt autem tituli inuerterẽtur, hæc opinor res errori dedit ansam. Prior pars sic orditur, quod patriæ supereſt, patri uindico. Hoc existimabat aliquis ab alio de patre dici, quum pater ita de se loquatur, sentiens iam satisfactum patriæ, reliquum esse dandum patri. Similis forma est, quasi dicas. Si non tribuis hoc benemerito, saltem tribue seni: subaudito pronomine mihi. Hoc ideò uisum est monere, ne quis ratus casu factum reponat pristinos titulos.

IN LIBRVM SECVNDVM.

Quæ declamationi secundæ adiiciuntur, extra controuersiam, decerpta constat ex controuersia undecima, ubi tractatur idem thema. Porrò uersus qui hic refertur ex Ouidio, corruptus erat in quibusdam exemplaribus, Egelidum boream egelidumq; notum, ut redderent carmen pentametrum. At legendum est. Gelidum boream, gelidumq; notum, ut sit metrum anapesticum, ex Medea, quam Ouidius scripsit. Vnde & Quintilianus citat uersiculum hunc, Seruare potui, perdere an posim rogas?

PROLOGVS SECVNDI LIBRI.

CVM repeterem quos unquam bene declamantes audissem, occurrit mihi inter alios Fabianus philosophus, qui adolescens admodũ, tantæ opinionis in declamando, quantæ postea in disputando fuit. Exercebatur apud Arellium Fuscum, cuius genus dicendi imitatus, plus deinde laboris impẽdit, ut similitudinẽ eius effugeret, quàm impẽderat, ut exprimeret. Erat explicatio Fusci Arelli splendida quidem, sed operosa & implicata, cultus nimis exquisitus, cõpositio uerborũ mollior, quàm ut illã tam sanctis fortibusq; præceptis præparans se, animus pati posset. Summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia uaga & effusa: principia, argumenta, narrationes aridæ dicebantur. In descriptionibus extra legem omnibus uerbis, dummodo niterent, permissa libertas. Nihil acre, nihil solidum, nihil horridum. Splendida oratio & magis lasciua quàm læta. Ab hac cito se Fabianus separauit, & luxuriam quidẽ cum uoluit, abiecit, obscuritatem euadere non potuit. Hæc illum usq; in philosophiã prosecuta est. Sæpe minus quàm audienti satis est eloquitur, et in summa eius ac † amplissima facultate dicendi, antiquorum tamen uitiorum remanent uestigia. Quædam tam subito desinunt, ut non breuia sint, sed abrupta. Dicebat aũt Fabianus ferè dulces sententias, et quoties incidebat aliqua materia, quæ conuitium seculi reciperet, inspirabat magno magis quàm acri animo. Decerat illis oratoriũ robur, et ille pugnatoris mucro, splendor uerò uelut † uoluptarius non elaboratæ orationi aderat. Vultus dicentis lenis, & pro tranquillitate morum remissus, uocis nulla contentio, nulla corporis assueratio, cum uerba uelut iniussa fluerent. Iam uidelicet compositus & pacatus animus, cum ueros compressisset affectus, & iram doloremq; procul expulisset, parum bene imitari poterat, quæ effugerat. Suasorijs aptior erat, locorum habitus fluminumq; decursus, et urbium situs, moresq; populorum nemo descripsit abundantius. Nunquam inopia uerbi substitit, sed uelocissimo cursu ac facillimo omnes res beata circumfluebat oratio. Hæc eo libentius ô Mela fili charissime refero, quia uideo animum tuum à ciuilibus officijs abhorrentem, & ab omni ambitu auersum, hoc unum concupiscentem nihil cõcupiscere, ut eloquentiæ tantũ studeas, facilis ab hac in omnes artes decursus est. Instruit etiam quos non sibi exercet. Nec est quod insidias putes tibi fieri, quasi id agam, ut te bene † crediti studij labor teneat. Ego uerò non sum bonæ mentis impedimentum, perge quò inclinat animus, & paterno contentus ordine subduc fortunæ magnam tui partem. Erat quidem tibi maius ingenium quàm fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum, est et hoc ipsum melioris ingenij pignus, non corrumpi bonitate eius, ut illo male utaris. Sed quoniam fratribus tuis ambitiosæ curæ sunt, foroq; se & honoribus parant, in quibus ipsa quæ sperantur timenda sunt, ego quoq; aliquando eius processus auidus, & hortator laudatorq; uel periculosæ, dum honestæ modo industriæ, duobus filijs nauigantibus, te in portu retineo. Sed proderit tibi illa, quam

al. simplicissima.

al. uoluntarium

al. cedentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam tota mente agitas declamandi exercitatio, sicut Fabiano profuit, qui aliquando cum Cestium audiret, nihilominus declamabat, & tam diligenter, ut putares illum illi
al. studio †stadio parari, nō per illud alteri. Habuit etiam Blandum rhetorem præceptorem, qui eques Romanus Romę docuit. Ante illum inter libertinos præceptores pulcherrima disciplina cōtinebatur, & minimè probabili more, turpe erat docere, quod honestum erat discere. Nam primus omnium latinus rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotinus. Apud Blandum diutius quàm apud Fuscum Arellium studuit, sed cū iam transisset, eo tempore quo eloquentiæ studebat, non eloquentiæ causa. Scio futurum, ut auditis eius sententijs, cupiatis multas audire. Sed nec ille diu declamationibus uacabat, & ego multo tempore minor quàm ipse erat, audiebam quoties inciderat, non quoties uolueram. In hunc ergo libellum quæcunq; ab illo dicta teneo, conferam.

Abdicatus post tres abdicandos.

Diues tres filios abdicauit. Petijt à paupere unicum in adoptionem. Pauper dare uult. Nolentem ire abdicat. Contradicitur.

Prima pars pro filio pauperis.

Nunquam futurum putaui, ut aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Dubitaui diu, an ille amicum tētaret, an hic filiū. Ita uerò nos sumus pauperes, qui habemus quod diuites rogent? Si immeritò abdicauit, odi patrem, tot eijcientem innocentes. Si merito, odi domum tot facientem nocentes. Amo æque paupertatem & patrem, utriq; assueui. Non tibi permultis fulta liberis domus est, quanquam nec sic, debuisti dare. Tutior aduersus fortunam est, cui aliquid post damnum superest. Abdico inquit, apparet, tantū ut uincas. Vna inter nos disputatio est. Hic me dignū putat bono patre, Ego meo. Diuitem mihi uis dare, Ego te uolo. O meritò abdicandū, si talem patrem relinquo. Quem me uideri uelim nescio, Innocentem, si abdicor, Nocentem, si adoptor. Non ut in cæteris abdicationibus, in mea potestate est non abdicari. Perditurus sum patrem, si abdicor, Perditurus sum si non abdicor. Quid interest utrum eijciat an transferat? Et si parendum in omnibus patri, in eo non parendum, quo efficitur, ne pater sit. Graue est carere unico, grauius eo, quem alius cōcupiscit. Non delectant do-
al. lati minos ignoti seruorum greges. Nec sonantia ergastula †laxi ruris. Patrem gratis amo. Necesse est ut timeam domū liberis infelicem. Non potest inueniri aptius tempus reconciliationis. Diues filios quærit.

Pars altera contra filium pauperis.

Magnum & hoc inter cætera paupertatis incommodum est, quod abdicationem filius non timet. Senatorium ad gradum census ascendere facit. Census Romanum equitem à plebe discernit. Census in castris ordinem promouet. Censu in foro iudex legitur. Nunc facilius est paupertatem laudare, quàm ferre. Si emendati, inquit, fuerint liberi mei, habebo hanc cum illis: si perseuerauerint, habebo pro illis.

Extra controuersiam.

Aridi †Horridi declamatores fidelius tuentur colores quos proposuerunt. Nulla sententiæ dulcedo subrepit, nullum schema sollicitat. Sic quæ malam habent faciem, sæpe pu-
Tubrius dicæ sunt, non animus illis deest, sed corruptor. Gallus † Nibius tam magnæ fuit olim eloquentiæ, quàm postea insaniæ. Cui hoc accidisse uni scio, ut ad insaniam non casu caderet, sed iudicio peruenire. Nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorē putat, quod simulabat ad uerū redegit. Oto Iunius pater edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros uocat, tantum in illis somniorum est. Syriacus contra Maximum Stertinium, à quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit, Per annos quindecim in officio tuo fui, dic quid peccauerim? Sed hæc est consuetudo uestra, iniuriam uocatis finem seruitutis.

Declamatio secunda de iureiurando uiri & uxoris.

VIr & uxor iurauerūt, ut si quid alteri accidisset, alter moreretur. Vir peregre profectus est, misit nuntium uxori, qui diceret se decessisse. Vxor se præcipitauit. Recreata, iubetur à patre uirum relinquere. Non uult. Abdicatur.

Prima

Prima pars pro filia uxore.

Dij immortales, qua debetis prudentia humanum genus regitis, effecistis ut illud non periculum amantis esset, sed experimentum. Hos diuidere uult socer, quos nec mors quidem diuisit. Moriar, inquit, habeo & causam & exemplum. Quædam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt. Quędam animabus suis redemerūt maritorum suorū salutem sollicitudine breui. Inter has puellas uiua numeratur. Assiduę contentiones erant. Sine te uiuere non possum. Imò ego sine te, qui certantium exitus esse solet, iurauimus. Hic animus sine dubio iurantium fuit, ut uiui nō diducerentur, cum illud quoq; cauerent, ne morte diuiderentur.

Pars altera contra filiam uxorem.

Non possum, inquit, relinquere uirum. Quicq; non potest, quæ mori potest? Penè dum falsæ mortis nuntium misit, ueræ recepit. Potes sine uiro pati. Peregrinationem eius tulisti. Iureiurando iam liberata es casu proximo.

Extra controuersiam.

Ouidius Naso apud Arellium Fuscum magistrum suum, hanc controuersiam declamauit. Nam Latronis admirator erat. Latro in præfatione quadam dixit. Nō uides ut immota fax torpescat & ignes exagitata restituat. Mollit uiros ocium, ferrum situ rubiginem ducit. Et Naso dixit. Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et rursus nullo concutiente mori. Hic aūt dixit, quicquid laboris est, in hoc est, ut uxorem à uiro, & uirum ab uxore diligi concedas. Necesse est deinde, ut iurare permittas, si amare permiseris. Eiusdem. Pauca nosti pater crimina. Et litigauimus & cecidimus. Et quod fortasse nō putas, peierauimus. Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, petiuit inuicem, ut tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Conscripserant illi quos tolli uellent secreto. Hic quos tutos esse uellet. In utriscq; codicillis ijdem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit. Semibouemq; uirum, semiuirumq; bouem. Secundum, Gelidum boream, gelidumq; notum. Ex quo apparet summi ingenij uiro, non iudicium defuisse ad compescendum licentiam carminum suorum, sed animum. Aiebat interim decentiorem esse faciem, in qua aliquis neuus esset.

Declamatio tertia de nepote ex meretrice suscepto.

ABdicauit quidam filium. Abdicatus, se contulit ad meretricem, & ex ea sustulit filium. Aeger ad patrem misit. Cum uenisset, commendauit ei filium, & decessit. Pater post mortē illius in adoptionē recepit nepotē. Accusat ab altero filio dementiæ.

Prima pars, pro patre.

Dementia in me noui generis arguitur, sanus eram, si non agnoscerem meos. Expectabam, ut aliquis pro abdicato rogaret. Nemo audebat propinquorū, fratre cessante. Deficientis spiritus sustinebatur in aduentum meum. Intraui, iam cadentes oculos ad nomen meum erexit. Fugientem animam retinuit. In sinu meo, & filium, & animam deposuit. Nuntiatum est mihi in ultimis esse filium. Nec hoc à fratre.

Pars altera contra patrem.

Pater istius incertus est. Bene cum isto ageretur, si & mater. Incidit in meretricem, inter cætera mala & fœcundam. Mulier, nescio aduersus patrem iniurioſior sis, quod abstulisti illi hæredem, an quod dedisti. Adoptauit enim filium eius, propter quam ejecerat suum.

Declamatio quarta de raptore patrem non exorante.

RAptor nisi intra tricesimum diem & suum & raptæ patrem exorauerit, pereat. Raptæ patrem exorauit, suum non exorat. Reum facit dementiæ.

Pars prima contra raptorem.

Quid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obtorpuistis oculi? Nondum tricesimus dies est. Nec tristiore quidem uultu expugnatam filiæ pudicitiā tulit. Nimis cito exoratus est. Ne omnia uitia eius ab adolescētia repetam, Virginē rapuit, Patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas me accusatori promissurum, quod filio negauit? Miraris dubitare patrem? lex ipsa inter mortem & nuptias dubia est. Semper enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

al. Ita aliquis aut tã temerè

enim sibi omnia licere credit: nihil me unquã rogauit. Ignouit enim, inquit. † Aliquis ante me rogatus est. Demens sum. Vides, Nimirũ turpiter uiuo. Legem ignoro, dies tuos nõ numero. Demens, inquis, es. Potest aliquis ignoscere, sic rogãti? Deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, me miserum, quàm penè promisi. O me miserum, qui tantum triginta diebus irasci non possum. Quid mirum, si citius illum exorasti? Facilius est donare iniuriam, quàm crimen. Procede in medium senex, cuius misericordia crudelis sum. Iam, inquit, angustum tempus est. Et tibi uacat accusare. Sic aliquis exorat? Sic deprecatur? Apparet te nũc primum rogare. Quid enim tanquam demens egi? Non sum exoratus. Nondum transiuit tempus. Etiamnum exorari possum. Quàm iniquum est, nondum esse me nocentem, & iam esse reum.

Pars altera pro raptore.

Me miserum pater, iræ tuæ detractum est nihil, tempori autem multum. Infelicior sum, quàm si neutrum exorassem. Si seruaturus es filium, iam tempus fuit. Si occisurus iam tempus est. Prior rogatus est quem magis timebam.

Declamatio quinta de torta à tyranno pro marito.

TOrta à tyranno uxor, nunquid de uiri tyrannicidio sciret, perseuerauit negare. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquennium non parientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Prima pars pro uxore.

Has nuptias tyrannicidium diduxit, quas non diduxit tyrannus. Trahebantur matronæ. Rapiebantur uirgines. Nullæ tunc uidebantur feliciores, quàm quæ filios non habebant. Suspicatus est tyrannus de tyrannicidio hunc cogitare, siue isti aliquid excidit, siue non bene tegit uultus magna consilia, tamen de uxoris garrulitate queri non potest, cum sciat quemadmodum taceat. Imposita in eculeum, sæpius ad absentem uirum respexit, quàm ad præsentem tyrannum. Explicatur totus aduersus infelicem fœminam tyrannicæ crudelitatis apparatus, & illa instrumenta uirorum quoq; animos ipso uisu frangentia, ad excutiendum muliebris pectoris † sententiam proponuntur. Verberibus corpus abrumpitur. Nescio respublica, an tibi liberos ista mulier datura sit, tyrannicidam dedit. Miraris, si transit quinquennium inter uxorem tortam, & uirum occupatũ? Scissum corpus flagellis, igne adustum, tormentis cõuulsum. Ignoscetis puto mulieri, si dixero, fessa est. Quid tyrannicidio gloriaris? Facilius est tyrannum occidere, quàm sustinere uerbera, laminas, eculeos. Quicquid antiqua sæuitia inuenerat, quicquid adiecerat noua. Quid amplius dicam? Et tyrannus torquebat, cum de tyrannicidio quæreret. Non premit censum onerosa sumptibus. Et (ut † sceleri mos est) in deterius luxu fluente muliebris ambitio certamine mutuo, usq; in publica damna priuatim insanit. Nunquid gemmas, & ex alieno littore petitos lapillos? Expecta, pote st parere. Non respondet ad certam fœcunditas diem. Sui iuris rerum natura est. Vtrum ne magis mirandum esse, tuum tyrannicidium, an huius silentium.

al. constantiam

al. seculi

Pars altera contra uxorem.

Ego torta sum, merito obijceres, nisi te uindicassem: etiam si scisti de tyrannicidio. nec indicasti, non est beneficium, scelus non facere. Denicq; neq; scisti. Non enim tibi indicaui. Nec tam magnum consilium, uirilibus quoq; graue animis, cõmisi muliebri garrulitati, quæ id solum potest tacere quod nescit. Quo tempore uxor torta est, nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam, postea cogitaui. Et hęc cogitandi causa fuit, Vxoris ultio. Si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed fides.

Extra controuersiam.

Lucius Vinicius quo nemo ciuis Romanus in agendis causis præsentius habuit ingenium. Quicquid longa cogitatio illi præstatura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus. Vinicius ingenium innumerato habet.

Declamatio sexta de patre & filio luxurioso.

QVidam luxuriante filio luxuriari cœpit, accusatur à filio dementiæ. Cõtradicit. Prima

Prima pars pro patre contra filium.

Accusator meus intra se contrarios habet affectus. Cupit reum damnari, crimen absolui, sed tu senex, inquit, hoc dicis, luxuria tua serius cœpit, citius desinet. Quidam summum bonum dixerunt uoluptatem. Nihil est mihi opus præcipientibus. Habeo exemplum. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non uidebas. Ebrietatem patri obiecit ebrius.

Pars altera pro filio contra patrem.

Adolescens luxuriosus peccat. Senex luxuriosus insanit. Nemo uitia quæ odit, imitatur. Quis imperator ob hoc de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? Non coërcet uitia, qui prouocat. Meam quoq; luxuriam patri imputabo. Nõ sub seuera fui disciplina, non sub bene institutæ domus lege, quæ posset adolescentis formare mores, & à uitijs ætatis abducere. Quodammodo ad luxuriam à patre præmissus sum. Madent cani unguento, & commessator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus uidetur.

Declamatio septima de peregrino negociatore & formosa.

QVidam cum haberet formosam uxorem peregre profectus est. In uiciniam mulieris peregrinus mercator migrauit, ter illam appellauit de stupro, adiectis precijs. Negauit illa, decessit negociator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam hæredem, & adiecit elogium, quia pudicam comperi. Adijt hæreditatem. At redijt maritus. Accusat adulterij uxorem ex suspitione.

Prima pars contra formosam.

Seram querelam detuli. Non accuso adulteram, nisi diuitem factam, post tantos impudicitiæ quæstus, tacere iam non possum, confitendum hoc habeo, hac me causa abfuisse. Tempus est de uxore & marito credi. Ferat matrona oculos iacentes in terram, & aduersus officiosum salutatorem, inhumana potius quàm inuerecunda sit, longe ante suam impudicitiam neget ore, quàm uerbo. Nemo fortiter negantem iterum rogauit. Omnium bonorum hæres sola esto, quia corrumpi non potuisti, quia tam † feliciter pudicitiam custodisti. Tace paulisper nomen autoris. Nunquid non testamento uiri creditur? Adeo ne iam omnis pudicitia seculi nostri abijt, ut aduersus querimoniã uiri, alieno teste defendatur uxor? Muliebrium uitiorum fundamentum auaritia est. Quæ potest non timere opinionem adulterij, potest non timere adulterium. Ex omni rupe conchylium trahitur, quo uestis cruentetur. Infelices ancillarum greges laborãt, ut adultera tenui ueste perspicua sit, & nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quàm quilibet alienus peregrinusq; agnouerit. Futura æstimabo iudicia. Interim qui rogat, comperit pudicam. Omnes te impudicam loquuntur, pudicam tantum & unus, & peregrinus, cui plus laudator quàm accusator nocet. Vxorem meã nusquam audiui pudicam, nisi in adulteri elogio. Deijce in terram oculos, & aures tuas externorum uocibus claude. Sibi quisq; pro te neget. Pudicam ille dixit, ego impudicam. Puro plus creditis ciui, quàm peregrino: marito, quàm adultero. Ipsum elogium corruptoris animo scripsit, quia pudicam, inquit, comperi, quod nulli præter me contigit.

al. fideliter

Pars altera pro uxore formosa.

Formosa est. Hoc natura peccauit. Sine uiro fuit, Hoc maritus peccauit. Appellata est. Hoc alius peccauit. Negauit, hoc pudice. Hæres relicta est. Hoc feliciter. Hæreditatem adijt. Hoc consulto fecit.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER TERTIVS.

QVosdam disertissimos agnoui uiros non respondẽtes famæ suæ cum declamarent, in foro maxima omnium admiratione dicentes, simul ad has domesticas exercitationes secesserãt, desertos ab ingenio suo. Quod accidere plerisq; æque mihi mirum, quàm certum est. Meminiq; itaq; me à Seuero Cassio quærere quid esset, cur in declamationibus illi sua non responderet eloquentia. In nullo enim hoc fiebat notabilius. Oratio eius erat ualens cultu, ingentibus plena sententijs. Nemo minus passus est aliquid in actione sua ociosum esse. Nulla pars erat, quæ non sua uirtute staret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia nitentia & intenta aliquo, aliquid petētia. Nemo magis in sua potestate habuit audientiū affectus. Verum est quod de illo dicit Gallio noster, cum diceret, rerum potiebatur, adeo omnes imperata faciebant. Cum ille uoluerat, irascebātur. Nemo non illo dicēte timebat ne desineret. Non est quod illum ex his quæ edidit æstimetis. Sunt quidē & hic quædam grata. Verū eloquentia eius longe maior erat quàm lectio. Non hoc ea portione illi accidit qua omnibus ferè, quibus maiori commendationi est, audiri quàm legi, sed in illo longe maius discrimen est. Primum tantundem erat in homine, quantum in ingenio, corporis magnitudo conspicua, suauitas ualentissimæ uocis. Quamuis hæc inter se raro coēant, ut eadem uox & dulcis sit & solida. Pronuntiatio quæ histrionem posset producere, tamen quæstionis posset uideri. Nec tamen illo quicquam magis mirareris, quàm quod grauitas quæ deerat uitæ, actioni supererat, quandiu extra iocose continebat, censoria oratio erat. Deinde ipsa quæ dicebat, meliora erant quàm quæ sciebat. Vir enim præsentis animi & maioris ingenij quàm studij, magis placebat in his quæ inueniebat, quàm in his quæ attulerat. Iam uerò iratus commodius dicebat. Ideo diligentissime cauebant homines, ne dicentem interpellarent. Vni illi proderat excuti, melius semper fortuna, quàm cura, de illo merebatur. Nunquam tamen hæc felicitas illi persuasit negligentiam. Vno die priuatas plures agebat, & ita ut alteram ante meridiem ageret, alteram post meridiem, publicam uerò nunquam amplius quàm unam uno die. Nec tamen scio quem reum illi defendere, nisi se contigerit. Adeo nunquam reum, ullam materiam dicendi, nisi in periculis suis, habuit. Sine cōmentario nunquam dixit, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Ex maxima parte perscribebatur actio. Illa quoq; quæ falso dici poterant annotabantur, sed cum procedere nollet nisi instructus, libenter ab instrumentis recedebat. Ex tempore coactus dicere, infinito se antecedebat. Nunquam non utilius erat illi deprehendi quàm præparari, sed magis illum suspiceres, quod diligentiam non relinquebat, cum illi tam bene temeritas cederet. Omnia ergo habebat, quæ illum ut bene declamaret instruerēt, Phrasin nec uulgarem nec sordidam, sed lectam. Genus dicendi non remissum aut languidum, sed ardens & concitatum: nec lectas, nec uacuas explicationes, sed plus sensuū quàm uerborum habentes: diligentiā, maximū etiam mediocris ingenij subsidiū. Tamen non tantum infra se cum declamaret, sed infra multos erat. Itaq; raro declamabat, & nō nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi quare in declamationibus impar esset sibi, hocabat, quod in me mireris, penè omnibus euenit. Magna quoq; ingenia, à quibus multū abesse me scio, quando plus quàm in uno eminuerunt operes? Vergiliū illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit. Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit. Orationes Salustij in honorem historiarum leguntur. Eloquentissimi uiri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est, Hoc non ingenijs tantū, sed corporibus uidemus accidere, quorū uires non ad omnia, quæ uiribus efficiūtur, aptæ sunt. Illi nemo luctando par est, ille ad tollerandam magni ponderis sarcinā prætaler, ille quicquid apprehendit nō remittit, sed in procliue nitentibus uehiculis, moraturas manus iniicit. Ad animalia ueni, alij ad aprum, alij ad ceruum canes faciunt. Equorum non omniū, quamuis celerrimi sint, idonea curriculis uelocitas est. Quidā melius quitem patiuntur, quidam iugum. Et ut ad morbū te meum uocem, Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia, multū à se aberant. Numenio cum uelocitas pedum non concederetur tantum, sed obiiciatur, lentiores manus sunt. Quidā cum hoplomachis, quidam cum Thracibus optime pugnant. Et quidam sic cum scena componi cupiunt, quomodo alteri est. In ipsa oratione quāuis una materia sit, tamen ille qui optime argumentatur, negligentius narrat. Ille non tā bene implet, quàm præparat. Passienus noster cum cœpit dicere, secundum principiū statim fuga fit, ad epilogum omnes reuertuntur. Media tantū quibus necesse est audiunt. Miraris eundem nō æque bene declamare quàm causas agere. Aiunt eundem non tam bene suasorias, quàm iudiciales cōtrouersias dicere. Silo Pompeius sedens cum facundus & literatus, & disertus haberetur, si à proclamante dimitteret declamabat tā male, ut uidear belle optasse cū dixi, nunq; surgas. Magna &

gna & uaria res est eloquentia, nec adhuc ulli sic indulsit, ut tota contingeret, satis felix est, qui in aliquam eius partem est receptus. Ego tamen & propriā causam uideor posse reddere: assueui non auditorem spectare, sed iudicem: assueui non mihi respondere, sed aduersario. Non minus deuito superuacua dicere, quàm contraria. In scholastica quid non superuacuum est, cum ipsa superuacua sit. Indicabo tibi affectū meum: cum in foro dico, aliquid ago: cū declamo, id quod bellissime Censorinus aiebat, de his qui honores in municipijs ambitiose peterēt, uideor mihi in somnis laborare. Deinde res ipsa diuersa est tota. Aliud est pugnare, aliud uentilare. Hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse, forum harenam. Et ille ideo in foro primū dicturus, tyro dictus est. Agedum istos declamatores produc à senatu in forum, cum loco mutabūtur, uelut in assueta classe, & dilecta umbra corpora sub dio stare non possunt. Nō imbrem ferre, non solem sciunt, uix se inueniunt. Assueuerunt enim suo arbitrio diserti esse. Non est quod oratorem in hac puerili exercitatione spectes. Quid si uelis gubernatorem in piscina æstimare? Diligentissime tibi me excusarem, tanquam huic rei nō essem natus, nisi scirem & Pollionem Asinium, & Messalam Coruinum, & Passienum, qui nunc primo loco stat, minus bene uideri quàm Cestium, aut Latronem. Vtrum ergo putas hoc dicentium uitium esse, an audientiū? Non illi peius dicunt, sed hi corruptius iudicant. Pueri ferè, aut iuuenes scholas frequentant. Hi non tantū disertissimis uiris, quos pauloante retuli, sed etiam Ciceroni Cestium suū præferrent, nisi lapides timerēt. Quo tamen uno modo possunt, præferunt. Huius enim declamationes ediscunt. Illius orationes non legunt, nisi eas quibus Cestius rescripsit. Memini me intrare scholas, cū recitaturus esset in Milonem Cestius: ex consuetudine sua miratus, dicebat, Si Thrax essem, Fusius essem: si Pantomimus essem, †Pantillus essem: si equus Melisson. Nō continui bilem, exclamaui, & si cloaca esses, magna esses. Risus omnium ingens, scholastici intueri me, quis essem qui tam crassas ceruices haberem. Cestius Ciceroni respondisset, mihi quid responderet, nō inuenit, sed negauit se executurū, nisi exirem de domo. Ego negaui me de balneo publico exiturum, nisi lotus essem. Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere, subinde nactus eū in ius ad prætorem uoco, & cum, quantum uolebam, iocorum conuitiorumq; effudissem, postulaui ut prætor nomen eius reciperet lege inscripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit, ut aduocationē peteret. Deinde † adultum P R. edixi, & ingrati postulaui. Iam apud prætorem urbanum curatorem ei petebam, interuenientibus amicis, qui ad hoc spectaculum cōcurrerant, & rogantibus dixi molestum me amplius non futurum, si iurasset disertiorem esse Ciceronem quàm se: uerum nec ut hoc faceret, uel ioco, uel serio effici potuit. Hanc, inquit, tibi fabulam retuli, ut scires in declamationibus in tantum aliud genus hominū esse. Si comparari illis uolo, nō ingenio mihi maiore opus est, sed sensu minore. Itaq; uix iam obtineri solet, ut declamem, illud obtineri non potest, ut uelim, alijs quàm familiarissimis audientibus: & ita faciebat. Eius declamationes inæquales erant, sed ea quę eminebant, in quacunq; declamatione posuisses, inæqualem eam fecissent. Compositio aspera, & quæ uitaret compositionem, sententiæ uiuæ. Iniquum tamen erit ex his eum æstimari, quæ statim subtexam, non enim hæc ille optime dixit, sed hæc optime teneo.

d. Partillus

f. ultimum ad prætorem adduxi

Luxuriosus à sodalibus cæcatus.

Cæcus de publico mille denarios accipiat. Decem adolescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomen exisset, ex pacto excæcaretur, & acciperet mille denarios. Exijt sors cuiusdam. Excæcatus est, petijt mille denarios: negantur.

Pars prima contra luxuriosum excæcatum.

Hi sunt oculi quos extimuistis mariti. O legem abrogandam, si excæcat homines: Nulli dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit. Dic nunc, miserere. Hoc cum excæceris, non dixisti. Resp. debilitatem consolatur, non emit. Consumptis patrimonijs membra conferunt. Vtilius est Reip. unum cæcum repelli, quàm nouem fieri. Non solus à nobis petit alimenta, sed primus. Alam eum, qui propter debilitatem alitur. Non alam, qui propter alimenta debilitatur. Sic fit ubi homines maiorem partem uitæ in tenebris ita agunt, ut nouissime solem quasi superuacuum fastidiant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pars altera pro excæcato.

Illis nouem nihil daturus est, nulli non fauorabilis erit, si eos à quibus excæcatus est deceperit. Circunuentus adolescens ab illis nouem ueteranis cõsumptoribus, solus, inquit, nouẽ cogentibus resistere non potui. Omnia ex cõposito facta sunt. Vnus mentionem intulit, omnes approbauerũt. Electus est, qui sortiretur. Sors huius quæ exiret prima, subiecta est. Cũ repugnaret, excæcatus est. Si circunuentus est, inquit, iniuriam persequatur, de ui agat, talionem petat. Videbimus, primum est, ut habeat unde uiuat.

Declamatio secunda de parricida absoluto.

QVidam filium accusauit parricidij. Aequis sententijs absolutum abdicat.

Prima pars contra parricidam.

Minus est iã quod rogo, non peto ut me à parricida uindicetis, sed ut seperetis. Parricidam, non accuso sed lugo. An iste accusatori parcet, qui patri nõ pepercit. Igitur nihil mediũ est inter testamentũ, & culeum. Nõ est absolutus parricida, sed dubijs sententijs. Vt absoluaris, multis tibi sententijs opus est, Vt damneris, una. Non absoluerunt reum, sed seculo pepercerunt, Miraris in hac ciuitate misericordiã, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis? Quæris quàm multis non placeas? si unũ adiecero, parricidas. Absolutionẽ legi, non innocẽtiæ debes. Absolutus, inquit, sum. Non abdico re pro pter parricidium, sed propter alia uitia, quæ te fecerunt tam credibilem parricidam.

Pars altera pro parricida.

Manifestus est adolescentis color, ut dicat se autoritate patris oppressum.

Declamatio tertia de abdicato qui fratrem abdicatum adoptauit.

CVm filio tricenario pater patrimonium diuidat. Quidam habuit filium frugi, & luxuriosum. Abdicat luxuriosum. Frugi, peregre profectus est. Captus est à pira tis, scripsit de redemptione patri. Patre cessante, luxuriosus præuenit, & redemit. Redijt frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Prima pars pro fratre adoptante.

Non est quod quisquam me laudet. Prior frater fecit inter nos p ́etatis exemplum. Vnà nauigauit, unà periclitatus est, unà omnes emensus est terras. Non reliquit me, tandem ad paternam domum reduxit. Non est quod excusatione ætatis utaris. Potes nauigare. Vtriq; gratias agere debes. Frater me isti reduxit. Ego isti fratrẽ. Si tanquam inertem abdicasti, nauigauit, si tanquam impium, suos redemit. Non potest cripi filio, quod lege accepit. Quomodo enim pater potest eripere, quod non potest dare?

Pars altera contra filium adoptantem.

Mihi necesse est abdicare, quem nolo. Hoc uno alter alteri placet, quo uterq; patri displicet. Vtamur medicina qua cogimur, quod in uulneribus periculosis fieri solet, ut malum cum ipso corpore execetur. Adoptare adolescenti permittitis, quem lex in diuidendo patrimonio experitur. Lex te ad ministeriũ patrimonij admittit, non in dominium. Est aliqua ętas, à qua filius esse desinat? Nec tricenario quidẽ filio adoptare licet. Neq; enim quisq; potest alium in manũ suam recipere, qui in aliena manu est. Quomodo fieri potest, ut tibi potestas uitæ necisq;, aut in fratrem sit, aut in filiũ non sit? Si bene de te meruerat, patrem pro illo rogasses. Nam quod ego non redemi, pauperratis fuit. Nihil in medio cõparebat. Quicquid tunc tricenarius reliquerat, abdicatus abstulerat. Quid facerẽ solus, senex, inops, cuius patrimonium alter diuiserat, alter absumpserat?

Declamatio quarta de seruato filio.

SEruatus contra seruatorem nequaquam habeat actionem, Seruatus à filio eum abdicat. Ille præscribit.

Prima pars contra filium seruantem.

Licuisset perire, cui non licet loqui. Seruatum me putas? Captus sum. Redde me hosti. Captiuis loqui licet. Quò iam tantopere beneficia uitæ iactat? Audite quis prior dederit. Si quis me hosti reddiderit, seruatorem uocabo. An uos abdicationem putatis actionem, etiam si actio est, lex quæ de seruato loquitur, ad personas tantũ extraneas pertinet. Ad filium, & ad patrem non magis, quàm ad seruum & dominum, libertum & patronum. Vt à patria potestate discedas, & ad æstimationem beneficij uenias, qui dat uitam

dat uitam, si prior accepit, non obligat, sed reddit. Processi in aciem in exemplum filio meo. Vicit me non hostis, sed ætas. Seruauit me, quem sæpe seruaueram. Rediuium me senem meretrix uocat. Parasitorum iocantium materia sum. Omnibus istis tanquam seruatoribus tacere iubeor. Fili si uiuere mihi non licet, cur perire non licuit? Ego, inquit, te protexi. Ita tu adolescens in acie non ante patrem stetisti? Audite filij mei gloriam, Parricidium non fecit, cum posset seruare, seruauit.

Pars altera pro filio seruante.

Hic me genuit. Hic mihi spiritum, hic mihi has manus, quibus seruaretur, dedit.

Declamatio quinta quæ est de rapta incontinente.

RApta, raptoris aut mortem aut indotatas nuptias petat. Raptor postulat, ut rapta ducatur, pater non uult.

Prima pars contra raptorem.

Iste raptor est. Ego in ius adducor. Non est enim tam facile homini probo occidere, quàm perdito mori. Communis, inquit, lex est, dij faciant, ne cogas me experiri, an tota mea sit. Quando ergo, inquit, optabis? Hoc tempore non possum, Curo uulnera. Famiiam reficio. Expugnatam domum lugeo, ereptam uirginitatem consolor. Minantem sibijpsi custodio. Quando optabis? Cum rapta uoluerit, non cum raptor. Quãdo optabis? Cum tu non uoles. Quando, inquit, optabis? paro me optioni. Confirmo animum. Non est facile hominem occidere, premo interim gemitus meos, et introrsus hẽrentes lachrymas ago. Scio quid futurũ sit. Vultus re meus decipit. Stulte quenquam morari putas nuptias filiæ suæ? in securim incurris, & carnificem ultro uocas. Cum rogare debeas, conuitium facis. Nemo uindicare se cogitur.

Pars altera pro raptore.

Nihil est miserius quàm incertum inter uitam mortemq; destitui. Iam beneficium erit etiam si mortem optauerit. In amorem filiæ istius incidi. Appellare de nuptijs debui patrem, Feci, Sed uidete quàm etiam in lege lentus sit. Raptor uitam alieni arbitrij habet, libertatem sui. Lex cõmunis est. Habet hic raptor quod timeat. Habet & quod sperare possit. In lege, inquit, non est scriptum quando, imò statim. Quoties tempus nõ adijcitur, præsens intelligitur. Tam longum tibi ius in caput ciuis permittitur. Crudelius est quàm mori, semper timere mortem.

Declamatio sexta de domo cum tyranno incensa.

DAmni illati sit actio. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. Incendit domum. Tyrannus cum domo conflagrauit, præmio accepto, agit cum illo dominus damni.

Pars prima pro tyrannicida.

Cur non exclusisti? Quare recepisti? quare nullam aliam domum tyrannus petijt? Nemo uenienti domum clausit. Aditum in domum non † habui. Non gaudes te aliquid impendisse publicæ libertati? Hic est in cuius domo tyrannus occisus est. Tanquam tyrannicida, monstraris. Redde, inquit, domum. Ita uiuo tyranno non perdideras, tyranni amicus, tyranni satelles, certe, quod negari non potest, hospes. Diu expectaui, an ejiceretur tyrannus. Facilius potes accusare aut te, qui tam familiaris tyranno fuisti, ut illi maxime tua placeret domus, qua illum recepisti: aut tyrannum, qui tibi damnum dedit, quod in tuam domum confugit. Aut ut culpa te liberem, facilius potes accusare fortunam, quæ tyrannum potissimum ad te detulit.

† al. habuit, qui in arcem habuit.

Pars altera contra tyrannicidam.

Eius debet esse damnum cuius est præmium. Non est iniquum eius rei tibi iniuriam imputari, cuius fructum percepisti. Non elegit domum tyrannus, nec enim hoc illi uacabat, sed in eam quam potuit irruperat. Cum ego in ea non essem, nactus hic occasionem nocendi, intrare noluit, sed tyrannicidium elegit, dubium, lentum, periculosum urbi: accepit præmium, maius sine dubio, quàm si damnum sarciret.

Declamatio septima de ueneno dato filio furenti.

FIlio furenti, & sua membra lanianti pater uenenum dedit. Accusatur ab uxore malæ tractationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pars prima contra maritum.

Non mirum est quare uiuat, quæ filium perdidit. Viuit qui occidit.

Pars altera contra uxorem.

Quem quotidie perdebam, aliquando extuli. Falleris misera mulier, in orbitatis tuæ tempore, non perdidisti filium nunc, sed extulisti.

Extra controuersiam.

Alfius Flauus hanc sententiam dixit. Ipse sui & alimentum erat & damnum. Hunc Cestius quasi corrupte dixisset obiurgans, Apparet, inquit, te poëtas studiose legere. Iste sensus est eius, qui hoc seculum amatorijs non artibus tantum, sed sententijs imple uit, Ouidius enim in libris Metamorphoseon dicit, Ipse suos artus lacero diuellere morsu Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Declamatio octaua de patre qui accusatur concursum fecisse.

QVi cœtum & cõcursum fecerit, capitale sit. Victa Olyntho, cum filio adolescente Olynthius senex Athenas uenit. Athenienses omnibus ciuitatem Olynthijs decreuerunt. Inuitatus ad cœnam ab adolescẽte luxurioso, cum filio uenit. Ibi cum de stupro filij mentio esset, pater profugit. Filius retẽtus est. Pater flere ante domũ cœpit, incensa est domus. Decem adolescentes perierunt, et filius Olynthij, Accusatur pater, quod cœtum concursumq; fecerit.

Prima pars pro reo concursus.

Misero si flere non licet, magis flendũ est. Imperari dolori silentium nõ potest. Fuerunt ex populo qui dicerent, hic meum filium, hic meam corrupit uxorẽ. Suum quisq; illò & ignem attulit & dolorem. Timeo fili ne dum te quæro, in ossa alicuius raptoris incidã. Vbi Athenarũ fides? Vbi hospitales inuicem dextræ? Capti inquam fili sumus. Dũ licet fugiamus, sed tanquã à Philippo. Pariter apud Philippũ certe uiri fuimus. Lachrymæ meæ uocãtur in crimen, quasi ex quo Olynthus capta est, flere desierim. Tantus scilicet sum, ut ea ciuitate populũ concitare potuerim, in qua filium seruare non potui. Non quoties conuenerunt in aliquem locũ plures, cœtus & concursus est, sed quoties conuocati, quoties parati, quasi ad ducem suum concurrerunt. Non si una uicinia coit, aut si transeuntium paucorum numerus affluxit, sed ubi totus, aut ex parte magna populus, Vbi diuisa est in partes ciuitas. Cœtus multitudinis magnæ nomẽ est, coëuntis ex consensu quodam. At illic initio pauci fuerunt. Deinde reliqui non ad me conuenerunt, sed ad incendium, quod tamen populus maluit spectare, quàm extinguere. Lex non eum punit, propter quẽ cœtus factus est, sed eum à quo cœtus factus est. Non mihi tanti ulcio fuit, ut amittere filium uellem, & tentaui populum rogare, nec potui.

Pars altera contra reum concursus.

Quid cœtu opus est? Sunt scriptæ ad uindictam iniuriarum omnium leges. Mota semel multitudo modum non seruat. Ardere illo incendio ciuitas potuit.

Declamatio nona de cruce serui uenenum suo domino negantis.

AEger dominus petijt à seruo ut sibi uenenum daret. Non dedit. Cauit testamento ut ab hæredibus crucifigeretur. Appellat seruus tribunos.

Prima pars pro seruo.

Lex Cornelia te appello. Ecce hæres iubet, quod tu uetas. Ne quis illum domino displicuisse putet, tunc huic parari crucem iussit, cum sibi uenenum. Plura seruí crimina confitemur, intempestiuas potiones, inutiles cibos, desideranti negauit. Quid enim non uoluit qui uenenum petijt? Maluit crucem pati, quàm mereri. Si uincitur, periturus est. Si uincit, seruiturus est ei, à quo in crucem petitur. Ex altera parte lex est, ex altera testamentum. Crux utrinq; Furiosus seruum sine causa occidere uoluit. Quæritis insaniæ argumentum? & seipse uoluit occidere. Seruo, inquit, tribuni nũ possunt succurrere. Seruum natum, regem habuimus. Seruo indice, patefacta est Bruti liberorum cum Tarquinijs coniuratio. Ergo nihil interest, uenenum domino aliquis dederit an negauerit? Etiam ubi remedium est mori, scelus est occidere. Tam cito uos de uita domini seruum desperare uultis quàm hæredem? Mortem si supplicium putas, quid rogas? Si beneficium, quid minaris? Venenum quisquam obijcit, nisi datum? Finem

ullum facies tribunitiæ potestatis? quam P. R. ut ipse plurimũ posset, ualere plus quàm se uoluit. Venenum habere scelus est, tam magnum quàm dominum occidere.

Pars altera contra seruum.

Mori uolens elegit huic ministerio nequissimũ seruũ, audacẽ, infestũ sibi. Ille nõ saluti cõsuluit domini, quem uidebat insanabili morbo tabescere, sed tormenta extẽdit. Seruus herilis imperij non censor est, sed minister. Agitur de iure testamentorũ, quorũ interijt omnis potestas, si uiui neglexerint imperia mortuorũ. Tribuni ne ferent, ut fur præferatur domino? Non morieris domini arbitrio, morietur dominus tuo?

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER QVARTVS.

QVOD munerarij solent facere ad expectationem populi detinendam noua paria per omnes dies dispensant, ut sit quod populum & delectet & reuocet: hoc ego facio, non semel omnes produco, aliquid noui semper habeat libellus, ut non tantum sententiarum uos, sed autorum nouitate sollicitet, Acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quàm nota repetendi. Hoc in histrionibus, in gladiatoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denicq; rebus uidemus accidere. Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt. Non tamen expectationem uestram macerabo singulos producendo, liberaliter hodie & plena manu faciam. Pollio Asinius nunquam admissa multitudine declamauit, nec illi ambitio in studio defuit. Primus enim omnium Romanorũ aduocatis hominibus scripta sua recitauit. Et inde est quod Labienus homo mentis quàm linguæ amarioris dicit, ille triumphalis senex ὑπαθίκης, id est, declamationes suas nuncq; populo cõmisit. Siue quia parum in illis habuerit fiduciæ, siue, quod magis crediderim, tantus orator inferius id opus ingenio suo duxerit, exerceri quidem illo uolebat, gloriari fastidiebat. Audiui autem illum & uiridem & postea iam senem cum Marcello Esernino nepote suo, quasi præciperet. Audiebat illum dicentem, & primum quidem disputabat de illa parte quam Marcellus dixerat, prætermissa ostẽdebat, tacita leuiter implebat, uitiosa coarguebat. Deinde dicebat partem cõtrariam. Floridior erat aliquando in declamando, quàm in agendo. Illud strictũ eius & asperum & nimis ratum incendio suo iudicium, adeò cessabat, ut in multis illi uenia opus esset, quæ ab ipso uix impetrabatur. Marcellus quãuis puer iam tantæ indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successionem eloquẽtiæ suæ crederet, cũ filium Asinium Gallum relinqueret magnum oratorem, nisi illum (quod semper euenit) magnitudo patris non produceret sed obrueret. Memini intra quartũ diem quàm Ateriũ filium amiserat declamare eum nobis, sed tanto uehementius quàm unq;, ut appareret hominũ naturã contumacẽ cum fortuna sua rixari. Nec quicq; ex ordine remisit uitæ solito. Itaq; cũ mortuo in Syria Cæsare per codicillos questus esset diuus Augustus, ut erat mos illi clementissimo uiro, nõ ciuiliter tantum, sed etiã familiariter, quod in tam magno & recenti luctu suo homo charissimus sibi, pleno conuiuio cœnasset, rescripsit Pollio, eo die cœnaui, quo Aterium filium amisi. Quis exigeret maiorẽ ab amico dolorem, quàm à patre? O magnos uiros qui fortunæ succũbere nesciũt, & aduersas res suæ uirtutis experimẽta faciunt. Declamauit Pollio Asinius intra quartũ diem, quàm filiũ amiserat. Præconium illud ingentis animi fuit malis suis insultantis. At contra Ateriũ scio tam imbecillo animo mortes filiorũ tulisse, ut non tantũ recenti dolori cederet, sed ueteris quoq; & obliterati memoriã sustinere nõ posset. Memini cũ diceret controuersiam de illo, qui à sepulchris trium filiorum abstractus iniuriarum agit, mediã dictionẽ fletu eius interrumpi, deinde tanto maiore impetu dixit, tanto miserabilius, ut appareret, quàm magna interim pars esset ingenij, dolor. Declamabat Aterius admisso populo ex tempore, solus omniũ Romanorũ, quos meo tempore cognoui, in latinã linguã transtulit græcam facilitatẽ. Tanta illi erat uelocitas orationis, ut uitium fieret. Itaq; diuus Augustus optime dixit, Aterius noster † sufflamandus est. Adeò nedũ currere, sed decurrere uidebatur, nec uerborũ tantũ illi copia, sed etiã rerũ erat, quoties uelles eandem rem, & quamdiu uelles diceret. Alijs toties figuris, alijs tractationibus. Ita ut nec

al. hominem

† al. sufflaminandus. al. suffibulandus

Universidad de Deusto
Biblioteca

al. aliquando regi posset, nec consumi. Regi autem ab ipso non poterat, † alioquin libertum habebat, cui & parebat, & ficibat, quomodo ille aut concitauerat eum, aut refrenauerat. Iubebat enim transire cū aliquandiu locū dixerat, transibat, insistere iubebat, eodē loco permanebat. Iubebat epilogum dicere, dicebat. Habebat in sua potestate ingenium, in aliena modum. Diuidere cōtrouersiam putabat ad rem pertinere, si illū interrogares, non putabat, si audires. Is illi erat ordo, quem impetus dederat. Ac non dirigebat se ad declamatoriam legem nec uerba custodiebat. Quædam enim scholæ iam quasi † obso-

al. obscœna leta refugiunt, nec si qua sordidiora sunt, aut ex quotidiano usu repetita, possunt pati. Ille in hoc scholasticis morē gerebat, ne uerbis calcatis & obsoletis uteretur. Sed quædam antiqua et à Cicerone dicta, cęteris deinde deserta dicebat, quæ nec ille quidē oationis citatissimæ cursus poterat abscondere. Adeò quicquid insolitū est, etiam in turba notabile est. Hoc exempto, nemo erat scholasticis nec aptior nec sublimior, sed dū nihil uult, nisi culte, nisi splendide dicere, sæpe incidebat in ea, quæ derisum effugere non possent. Memini illum (cum libertinum reum defenderet, cui obiciebatur, quod patroni concubinus fuisset) dixisse. Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Res in iocos abijt, non facis mihi officium, & multum ille & hic in officijs uersatur: ex eo impudici & obscœni, aliquandiu officiosi uocitati sunt. Memini & illam contradictionem sic ab illo positam, magnam materiam Pollionis Asinij, & tunc Cassij Seueri iocis præbuisse. At, inquit, inter pueriles cōdiscipulorum

al. iussisti sinus lasciua manu obscœna † inssti, & pleraq; huius generis illi obijciebantur. Multa erant quæ reprehenderes, multa quæ suspiceres, cum torrentis more magnus quidem sed turbidus flueret. Redimebat tamen uitia uirtutibus, & plus habebat quod laudares, quàm quod ignosceres, sicuti in ea, in qua fleuit declamatione.

Declamatio prima quarti libri de patre rapto à sepulchris trium filiorum ab adolescente luxurioso.

QVidam amissis tribus liberis, cum assideret sepulchro, à luxurioso adolescente in uicinos hortos deductus est, & detonsus. Coactus est conuiuio interesse, mutata ueste, dimissus iniuriarum agit.

Prima pars pro rapto à sepulchris trium filiorum.

Nunquam lachrymæ opprimuntur imperio, sed etiam irritantur. Nulla flendi maior est causa, quàm flere non posse. Nam rapuit me, qualem in conuiuio puderet uenire, dimisit, qualem ad sepulchrum redire puderet. Credo mirari aliquem, quod in forum amissis modo liberis, ueniam. At ego iam in conuiuio fui. Quousq;, inquit, flebis? Est quædam in ipsis malis miserorum uoluptas, & omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Ibi me flere prohibes, ubi crudeliter ipse non fleres. Cum mi serrimum sit flere, quàm infelix sum, cui ne hoc quidem licet, Vidi ebriorum sitim, & uomentium famem. Quis est iste, qui supra lugentem patrem censuram lugendi postulat? proiectus in omnia gulæ libidinisq; flagitia, omnibus denotandus censoribus, seculo præcepta componit. Scit quantum super amissis tribus filijs patri flendum sit, cui si uiueret pater, fleret. Senex, orbus, infelix, hoc tantum inter miserias solatium capio, quod miserior esse non possum. Cineres meorum in sepulchro uideo. Magnum solatium est appellare sæpius nomina filiorum non responsura. Hic mihi uiuendum est, nec de nuptijs, nec de liberis cogitandum. Dirum omen occurrit, cogit flere, qui non sinit. Iniuria esset felicis, in illo conuiuio morari.

Pars altera contra raptum.

Questus sui prius de inhumanitate eorum, qui illum propinquitate contingerent: Nemo amicus, nemo, inquit, propinquus est. Sed melius, ut uideo, illius rabiem nouerant. Festo die sodales, amicique mecum, quorum unus, quid hunc miserum sic perire patimur? Nemo sibijpsi finem flendi fecit. Pudet illos desinere, Cogi uolunt. Consolarer te diutius, nisi iam & accusare posses.

Declamatio secunda de Metello coacto ne fungatur sacerdotio pristino.

SAcerdos integer sit. Metellus pontifex cum arderet Vestæ templum, dum Palladium rapit, oculos perdit. Sacerdotium illi negatur.

Prima

Prima pars pro Metello.

Vesta mater fortasse nullum sacerdotem haberes, nisi Metellum habuisses. Sacrorum causam ago, non Metelli. Plus eorum interest, ne Metellum sacerdotem, quàm Metelli, ne sacerdotium perdat. Non erat tantus Metellus, cum illi sacerdotium dedimus. Ciuitas sollicita pendebat. Duo periclitabantur, quibus nihil populus habebat pretiosius, sacra & Metellus. O faciendum sacerdotem, nisi esset. Lex integrum ad animum refert non ad corpus. Lex æstimari hoc uoluit, tunc cum quis peteret, non cum haberet sacerdotiū. Habes Vesta duplex pontificis tui meritū, seruauit, nec uidit.

Extra controuersiam.

Pollio, Ante hoc si cæcus factus esset, non abstulisset. Si postea cæcus factus est, uidit.

Pars altera contra Metellum.

Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res uitanda est. Hoc in uictimis notatur, quanto magis in sacerdotibus? Post sacerdotium magis obseruanda est debilitas. Non enim sine ira deorum debilitatur sacerdos. Apparet non esse propitios deos sacerdoti, quem ne seruati quidem seruant.

Extra controuersiam.

Hunc colorem Gallio non probauit, summo cum honore Metelli. Asserens contra Metellum agendum ita, ut cogatur cū iudicibus officio pontificum & ipse consulere.

Declamatio tertia de patre exule & filia rapta.

IMprudentis cædis damnatus quinquēnio exulet. Rapta raptoris mortem aut indotatas nuptias optet. Cum quidam haberet filiam & filium, imprudentis cædis damnatus, in exilium abijt. Filia eius rapta est. Raptor ad patrem puellæ se contulit. Impetrauit ab illo, ut iuberet filiam nuptias optare, & epistolam daret ad filium. Fratre autore, mortem optauit puella. Pater redijt, abdicat filium.

Prima pars contra filium.

Quomodo me excusabo Reipub. cui duos abstuli? Neutrum mea culpa. In altero me fortuna decepit, in altero filius. Filia etiam fratri paruit. Filius nec patri. Per humanos, inquit, errores agnoui preces meas. Potes, inquit, omnibus hominem ostendere, quem non possis occidere. Scis me ciuem debere Reipublicæ. Hoc intererit tamen, quod imprudentes occidimus, & prudentes seruauimus. Aliquem in † exilio intra

al. exemplo fortunam meam uidi.

Pars altera pro filio.

Irrupit contumeliose tanquam in exulis domum. Peruenit ad patrem, non pepercit eius dolori. At ego querebar, quod absenti fecit iniuriam. Non possum ob hoc abdicari, quod lege factū est. Non potuisti pater de iniuria iudicare, quam non noueras. Multa nobis extorquentur, quæ nolumus scribere, & tum fortuna ea eras, in qua posses iniuriam accipere, & ille is erat, qui etiam in patria posset iniuriam facere. Quia scie bat malam causam suam, egit apud illum, qui eam non nouerat. Redijt superbus, iubebat, & nos optare nuptias cogebat. Videbatur sic & illic coēgisse. Aliquid tamen epistolis consecutus est. Nemo unquam tardius perijt. Collegit ingentem numerum perditorum. Expugnauit domum. Vexauit puellam. Hoc tibi raptor nō narrauerat.

Extra controuersiam.

Latro aiebat semper inuisum esse, qui reum alium pro se subijceret. Non oportet hoc deriuari factum, in sororis uoluntatem. Qui defendit, inquit, crimen, auditur tanquam reus, qui transfert, tanquam accusator. Malo autem loco est, qui habet rei fortunam, accusatoris inuidiam. Asinius Pollio dicebat colorem in narratione ostendendum, in argumentis exequendum. Imprudenter eos facere, qui in narratione omnia instrumenta coloris consumerent. Nam & plus eos ponere, quàm narratio desideraret, & minus quàm probatio.

Declamatio quarta de eo qui armis sepulchri factus est uictor.

SEpulchri uiolati sit actio, Bellum cum esset in quadam ciuitate, uir fortis in acie amissis armis, de sepulchro uiri fortis arma sustulit. Fortiter pugnauit, & reposuit. Præmio accepto, accusatur sepulchri uiolati.

Prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima pars pro uiro forti.

Arma uix contigeram, secuta sunt. Hæc si sumo, arma sunt. Si relinquo, spolia. Vidissem uerè uiolari sepulchrum, si illò uenissent hostis. Vterq; quod alteri deerat commodauimus. Ille uiro arma, ego armis uirum. Resp. multum consecuta est. Vir fortis nihil perdidit. Necessitas est, quæ nauigia iactu exonerat. Necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Necessitas est lex temporis. Quicquid fit non legitime pro legibus, melius est. Pro ipso sepulchro actum est, in quo notiora sunt iterum arma uictricia. Pro Republica plerunq; templa nudantur, & in usum stipendij dona conflamus.

Pars altera contra uirum fortem.

Reum habemus, in prælio inertem, in fuga audacem, in utroq; turpem, non minus patrocinio, quàm crimine. Arma sua perdidit. Hoc excusari nõ poterat nisi rapuisset aliena, at rapuit aliena. Hoc excusari nõ poterat, nisi & sua perdidisset. Arma uictricia, arma cõsecrata dijs manibus, arma quæ te quoq; fecerunt uirum fortem. Reposui, inquit, arma. Gloriatur, quod non et illa perdiderit. Non teneor lege, quia reposui. Tam teneris hercle, quàm qui uulnerauit aliquẽ, licet uulnus sanauerit, quàm qui surripuit aliquid, licet deprehensus reddiderit. Non est hoc illi crimen propter uirtutem donandum. Iam gratiam uirtuti retulimus, præmium consecuta est. A equos nos esse conuenit. Vnum uirum fortem honorauimus, alterum uindicemus.

Declamatio quinta de priuigno medico & nouerca moriente.

ABdicauit quidam filium. Abdicatus medicinæ studuit. Cum pater ægrotaret, & medici negarent posse sanari, sanauit. Reductus est patri, ægrotare nouerca cœpit. Desperauerũt medici, Rogat pater filium ut curet nouercam. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio medico.

Quo pacto istud euenit, ut abdicatione mea pater ægrotaret, reditu nouercæ? Pietati cessere morbi, medicinam relinquo. Multũ laboris, multum uigiliarum. Adijce huc quod qui sanantur ingrati sunt, & medicus possum decipi, & non possum priuignus excusari. Eundem, inquit, medici morbum esse dicunt, Nempe illi, qui negauerunt te posse sanari. Ego non credo, si fateris illam sic posse sanari. Timeo fortunam. Imputabitur mihi, si quid acciderit. Ecce tu me non posse non credis. Omnes medici negant, & nunc diligentiores fuerunt, quia in te decepti sunt. Non sum tantæ scientiæ, quantæ uideor. Magnis præceptoribus opus est. Abdicatus studui. Quæris quomodo te sanauerim? Non tibi medicus, sed filius profuit. Desiderio laborabas. Gratũ tibi erat, quicquid meis manibus acceperas. Vt primum intraui, recreatus es. Quid in te curandum esset, aduerti. Hæc non eodem morbo laborat. Multa sunt dissimilia, sexus, ætas, animus. Nihil magis ægris prodest, quàm ab eo curari à quo uolunt. Temerarijs remedijs graues morbi curantur, quibus uti non audeo in nouerca.

Extra controuersiam.

Non oportet adolescentem quicquam nouercæ succensere, alioquin odit & gaudet. Ferendus est adolescens, si se excusat. Non est, si ulciscitur.

Pars altera contra filium medicum.

Lugendum est, flendum est, in hoc me conseruasti. Hostis aliquando uulnus sanauit quod fecerat, ob hoc maxime, quia alius sanare non poterat. Negant posse sanari. Nemo suscipit, nemo enim uult filio curationem præripere.

Extra controuersiam.

Pollio dicebat, inter patres & filios, id solum iudex putat licere, quod oportet.

Declamatio sexta, de indistinctione filij & priuigni.

QVidam mortua uxore quæ in partu perierat, duxit aliam, puerum rus misit. Ex illa subinde sustulit filium. Vtrunq; puerum ruri educauit. Post longum tempus redierunt similes. Quærenti matri uter eius esset, non indicauit. Accusatur ab ea malæ tractationis.

Prima pars pro marito.

Quid fletis pueri? securi estote. Non minimæ iam lites sunt, & nondum indicaui. Qualis erit nouerca, quæ sic fieri cupit? Alter tuus est. Alter tui frater est, & si per te licuerit, neuter priuignus erit. Dum alterius uis esse mater, utriusq; es nouerca. Si coëgeris, mentiar. Nõ mater, sed nouerca decipieris. Hos ipsa noluit natura distinguí. Indicarem, nisi tam pertinaciter quæreres. Hic tuus est. Quid alterum nouercalibus oculis intueris? Ille tuus est. Vni tibi contigit, ut habeas priuignum, & non sis nouerca.

Pars altera contra maritum.

Malæ tractationis agit, Filius eius rus ablegatus à patre, & educatus est, sic, ut ignotus esse posset & matri. Tibi rediit uterq; filius, huic uterq; priuignus. Eo crudelius filio caret, quò propius accessit. Times huius iniquitatem, cum iniquus magis ipse ames eum cui alterius uis donare matrem, quàm cui non uis reddere suam.

Extra controuersiam.

Quod ad colorem pertinet uiri, Hispo Romanus, & Sillo Pompeius hoc usi sunt. Nescio, et ideò non indico tibi. Quidam miscuerunt etiam, et utroq; usi, dixerunt, Nescio, & si scirem, nõ indicarem tibi. Quod Latro & Cestius, sed & Asinius Pollio neutrum colorem probabat. Si dicit, inquit, nescio, nulli fidem facit. Vxor ipsa non quæreret ab eo, nisi ille scire posset. Etenim contra uirum dici potest, quære à nutrice & pædagogo. Verisimile non est, neminem domi esse qui sciat. Ille autem mixtus color utrunq; corrumpit, & ignorantis fidem, & non indicantis fiduciam. Nam cum dicit, etiam si scirem, non indicarem, efficit ut illum iudex scire putet, cum dicit nescio, efficit, ut uideatur indicare debere, si sciat. Hoc autẽ ipse colore usus est, quem aiebat specialissimum, scio, sed non indico, quia pueris hoc utile est, & tuo filio. Magis enim amaturus sum eum, qui matrem uidebitur non habere.

Declamatio septima de tyrannicida, & adulterio tyranni.

TYrannicidæ præmium detur. In adulterio deprehensus est à tyranno, gladium extorsit à tyranno, & occidit eum. Petijt præmium, Contradicitur.

Prima pars contra tyrannicidam.

Non fecisset tyrannicidium, nisi illum tyrannus armasset. Cuius adulter non fuit qui etiam tyranni fuit? Imputat nobis, quod in adulterio mori noluit deprehẽsus. Tyrannicida noster iure occidi potuit à tyranno. Certamen impari conditione contractũ publica fortuna distraxit. Non innocentior uicit, sed fortior. Tulit secũ tyrannus gladium. Sic enim occisuri ueniunt. Cur solus ad præmium uenis? tyrannum certe occidisti cum adultera. Non loricam, clypeumue sumpsit, sed tenuem ac perlucidam uestẽ, perfusus unguento intrauit cubiculum, in quo non esse tyrannum diligenter agnouerat. Tyrannicida noster ne tyrannũ inueniret, optauit. Ducat tyrannicidam in arcem tyrannus, non uxor, odium, non amor, ascensurus ferat animum, ferat ferrum, eat illò ubi inueniat tyrannum. Omnia honesta opera uoluntas inchoat, occasio perficit. Sæpe honorata uirtus est, etiam ubi eam fefellit exitus. Scelera quoq; quamuis citra exitum subsederunt, puniuntur. Nec infelix uirtus amittit gloriæ titulum, nec gloriam uirtutis intercipit fortuita felicitas. Nunquam maiorum nostrorum prudentia tantis muneribus tyrannicidiũ emeret, si etiam id libido permitteret. Nouo inauditoq; more pugnabant. Tyrannicida pro adultero, tyrannus pro pudicitia. Occidisti tu maritum, fortuna tyrannum, tyrannum cadere reipublicæ uolo. Occidat illum ciuis iratus, misceat maledicta uulneribus, qualia in adulterum maritus attulerat. Ab adulteræ oculis ad præmium curris. Nolo tyrannicida imitetur, antequam occidat tyrannum. Pop. Romanus ueneno uinci hostem noluit, proditione noluit. Honorabo subitum tyrannicidium, non honorabo fortuitum, non coactum.

Pars altera pro tyrannicida.

Non habebas, inquit, ferrum. Quid enim tyranno profuit quod habuit? In eo quod inermis ad tyrannum uenit, non minor uirtus est, sed periculum maius. Non quæras quid in arcem tulerim, tyrannicidiũ detuli. Non est gladius meus, sed manus mea est, sed animus meus est, sed consilium, sed periculum, sed tyrannicidium meum. Adulterium uocas, quo effectum est, ne quis timeat adulterium? Diligenter arce munita occasionem requirens, tentaui seruos, tentaui amicos. Per uxorẽ solam fulsit occasio. Non putaui adulterium uxorem tyranni polluere, sicut nec homicidiũ, tyrannũ occidere.

Ferrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ferrum in arcem ferre periculosum erat, inuenire facile. Si tyrannũ inquam inuenero obuium, quælibet res relum erit. Certe semper solet secum tyrannus habere ferrũ. Gladius inter duos fortioris est. Quàm solicitus fui adulter ne non deprehenderer.

Declamatio octaua, de patrono operas dimissas repetente à liberto.

PEr uim metumq; gesta irrita sunt. Bello ciuili patronus uictus & proscriptus, ad libertum confugit. Receptus est ab eo, & rogatus, ut operas dimitteret. Remisit. Consignatione facta restitutus exigit operas. Contradicit.

Prima pars pro Patrono.

Patronus à liberto restitutionem peto. Si pacisci tunc à me uoluisses operas, spopondissem. Bona bello perdidi, ad restitutionem nudus ueni. Nunc libertorũ operas desidero. Proferr tabellas crudeliores tabula Syllanæ proscriptionis. Persequebatur illa quos uicerat. Hæ persecutæ sunt, quos receperãt. In illa ultio fuit, in his perfidia. Denicq; illa iam desijt, hæ perseuerant. Non mea, inquit, sed aliena uis fuit. Aeque dignus est pœna, qui ipse uim adhibet, ut qui ab alio admota, ad lucrum suum utitur. In hunc primum incidi. Et cum timeo ne offenderem, secutus sum hoc exigentem. Non recepit me, sed inclusit. Nihil est uenali misericordia turpius.

Pars altera pro liberto.

al. parem Nihil tibi opus est potestas. Sciſti illum †parere, etiam si cogi non potest, quaslibet indicas operas. Nunquam tamen indices ita periculosas, quàm indixisti. Habeo iudicia tua. Bene de seruo iudicasti, manumisisti. Bene de liberto. Proscriptus potissimum ei te commisisti. Si uoluissem, patronum non habere potui. Vnus ex proscriptis fuisti, qui tunc non posses etiam rogari. Restitutio tibi proscriptionem remisit, non quicquid in proscriptione gessisti rescidit.

Extra controuersiam.

Omnes inuecti sunt in libertum. Varius Geminus, & Otto Iunius egerunt leuius, ut patronus remissurus uideretur operas, si obtinuisset. Nam Otto dixit, Sine me iudicio meo, uideris redemisse. Fac, iam remittam. Quid me sic times, tanq; inuitus promiserim? Contra Cestius ait. Tunc huiusmodi utendum est coloribus, ubi uerendũ est, ne uideamur rem duram postulare. Vbi contra honestam personam, promisso iudex molliore fallendus est. Quid in hac persona ueremur & causa? nisi hoc unum, quod ex colore metuendum est, ne si nolimus hæc remittere, etiam noluisse uideamur.

De eo qui incidit alteri laqueum, quo se ipse suspenderat.

INscripti maleficij sit actio. Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis, & uxore, incẽdio domus, suspendit se. Præcidit illi quidam ex prætereuntibus laqueum. A liberto reus sit maleficij.

Prima pars pro eo qui præcidit laqueum.

Tres, inquit, liberos perdidi. Vtinam & illos seruare potuissem. Viue. Mutantur uices felicitatis humanæ. Proscriptus aliquando proscripsit. Victi fugiũt, proscripti latent, natant naufragi. Amisi, inquit, uxorem, liberos, patrimoniũ. Tu putabas ea te conditione accepisse ne perderes? Ludit te suis fortuna muneribus. Et quæ dedit, aufert, & quæ abstulit, reddit. Nec unq; tutius est eam experiri, quàm cũ locũ iniuriæ non habet. Cn. Pompeius in Pharsalia uictus acie uixit. Mortem tuorũ, tuum putas naufragiũ, Crassus uixit. Non priuatas perdiderat, sed publicas opes. Omnia tibi fortuna abstulit, sed spem reliquit. Tolle spem hominibus, nemo uictus retẽtabit arma. Nemo infeliciter experta negotiatione alios apperet quæstus. Nemo naufragus uiuet. Spes est ultimũ aduersarũ rerum solatium. Vt uiueres natasti, misertus sum. Nec in te amplius quàm periculũ cogitaui. Nõ attendi incendium, non orbitatem. Aut si attendi, meminerã te post illa uixisse. Non uisus es mihi animum moriendi habere. Legeras locum, in quo interpellari posses.

Pars altera contra præcidentem laqueum.

Tot ille fundorum dominus, aliena arbore suspendo laqueum. De fortuna nihil queror. Mori permittit. Nunc inquit, morere. Iniuria est, ut qui meo arbitrio debui, tuo

tuo moriar. Amisi uxorem, liberos, patrimonium. Fortuna mihi nihil præter laqueum reliquit. Iste nec laqueum. Sumpsi instrumenta mortis, solitudinem & laqueum. Alterum aptum morituro, alterum misero. Quisquis interueneris si amicus es, defle: si inimicus, spectа. Cum à me iste accusetur, grauiorem de me quàm de reo ferte sententiam. Ego ut ne moriar, iste ut ne prohibeat. Ne hæc narrarem, mori uolui. Præcidit remedium meum, si qua fides est. Non enataui, sed eiectus sum. Nihil iam timebam, nisi uiuere. Domus meæ fata claudo, nullo miserior quàm quod ultimus morior. Cui me uitæ reseruas? Vt ædificem? Aspice incendium. Vt nauigem? Aspice naufragium. Vt educem? Aspice sepulchrum. In tam calamitosa domo feliciores fuistis, uxor & liberi. Vobis mori contigit.

Declamatio secunda de filio pauperis, qui factus est gener diuitis inimici.

PAuper cum haberet filium, & diuitem inimicum filiam habentem, peregre profectus est. Rumor fuit de morte. Filius cum diuite in gratiam rediit, & eius filiam duxit. Reuersus pater cogit illum uxorem repudiare. Nolentem abdicat.

Prima pars pro patre paupere.

Nemo quicquam facile credit, quo credito, dolendum sit. Ego diu non credidi de nuptijs tuis, desertor patris, inimici cliens, uxoris mancipium. Non fleuisti patrem, nõ quæsiuisti, sic inimico placuisti. Rumor, inquit, fuerat decessisse te. Mirabar, si tale uxorem †iubente patre habere potuisses. Non quæris, ubi perierim. Mors mea tibi debet esse suspecta. Inimicum habeo. Quis alius hanc famam potuit immittere, nisi qui me uiuo, filiam collocare non poterat? non times ne inter ipsas nuptias patris ossa referantur? Tot serui sequuntur, tot liberi, tot clientes, ut quicquid dixerit, rumor sit. Fabricius aurum à Pyrrho recipere noluit, beatior iste fuit animo, quàm ille regno. Plures insidias in itinere fugi, & factum diues, quod faciendum mandauerat, credidit. al. uiuo.

Pars altera pro filio pauperis genero diuitis.

Vanum gloriæ genus, odium diuitiarum. Mortales esse inimicitiæ debent. Scipio Gracchi inimicus, & postea socer. Cuius uitio inimicitiæ contractæ sunt, apparet. Ille amat filium tuum, tu nec tuum.

Extra controuersiam.

Seuianus rem stultissimam dixit. Diues me semper contempsit, nunquam nisi pro mortuo habuit. Vt aliquid & simile de Seuiano dicam, post hanc sententiam Seuianum semper pro mortuo habui.

Declamatio tertia de duobus fratribus Pancratiastis.

MAlæ tractationis sit actio. Duos filios quidã Pancratiastas instituit, & ad Olympiam duxit. Cum compositi essent, ut simul pugnarent, accessit ad pugnantes pater, & ait abdicaturam se, si quis perdiderit. Commortui sunt iuuenes, & decreti sunt his honores diuini. Reus sit pater malæ tractationis ab uxore.

Prima pars pro filijs.

Tertius sine sorte pugnasti, & utrunq; uicisti. Stetit cruentus pater. Iam perierant, & adhuc minabatur. Moriuntur, non alter ab altero, sed uterq; à patre. Misera mater, odisse non potest, qui filium suum occidit. Iuuenes inuicti, nisi habuissent patrem. Pij iuuenes, nec parricidium patri negare potuistis. Vincere propter parricidium nolunt, uinci propter abdicationem. Abdico, inquit, eum qui uictus erit. Demens meliorem abdicaturus es. Inuoco Iouem, cuius Olympia parricidij absoluta sunt.

Pars altera pro patre contra filios.

Non facturus dixi, et si facturus, pro gloria eorum dixi. Non debeo in inuidia solus esse, cum luctus communis sit. Omnes aiebant collusuros fratres. Minatus sum, non ut necessitatem filijs imponerem, sed ut populo satisfacerem.

Declamatio quarta de damnato parricidij alligante fratrem.

QVi falsum testimonium dixerit, uinciatur apud eum in quem dixit. E duobus filijs profectus est cũ uno pater. Adolescens solus rediit. Accusatus à fratre parricidij, & damnatus. Diebus festis intercedentibus pœna ex lege dilata est. Rediit pater. Accusauit damnatus fratrem falsi testimonij, & obtinuit, & uinxit. Cogit pater ut uinctum soluat. Nolentem abdicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima pars pro patre.

Falsum, inquit, testimonium frater dixit. Si uis illius graue crimen facere, te exora: bilem præsta. Crudelis in fratrem, miraris, si in te creditum parricidium est? Ergo ego duos filios habere non possum? Adolescens iam potes & parricidium facere. Alligatus est alter filius, quia non reuertebar. Alter, quia iam redij. Nunquam solues fratrem. Si talis es, nihil testis mentitus est. Parricida es. Non impio in te, sed in patrem pio animo dixit. Suspectum habuit, quod relíqueras patrem. Inter catenas filij iaceo, eodem clausus ergastulo. Ingrate, testem tuum simul alligasti.

Pars altera pro filio.

Meo periculo solutus sum, meo alligatus. Vix solui poterat, si testimonium falsum pro fratre dixisset. Parricidium de patre finxit, de fratre commisit. Venisse patrem mihi carnifex nuntiauit. Parricida sum, sicut obijcitur. Hoc leuius irascor. Mitaris, si eum fratrem alligare possum, qui me potuit occidere? Ingrata penè erat ipsa pœnæ meæ dilatio. Expectare grauius uidebatur quàm pati. Imaginabar mihi culleum, serpentem, profundum.

Declamatio quinta de domo pauperis per diuitem cum arbore, quæ dicitur Platanus, combusta.

QVi sciens damnum dederit, reddat quadruplum: qui insciens, simplum. Diues pauperem uicinum rogauit, ut sibi uenderet arborem, quam sibi uidebat obstare. Pauper negauit, Diues incendit platanum, cum qua & domus arsit. Pro arbore pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Excitatus flammarū sono, uicinorum primo fidem implorauit. Arbor ramis discurrentibus toram domum texerat. Non potest exorari. Incendatur. Est hoc impotentiæ, sine fine concupiscere, sine modo irasci. Non potest expugnari precibus, expugnetur ignibus. Nihil inter me & pauperem interest, si iure agamus. Liceat & pauperem gaudere prospectu. Vos possidetis agros, urbium fines, urbesq; domibus impletis. Intra ædificia uestra undas, & nemora comprehenditis. Nihil lætius oculis tuis, quàm ruinæ meæ. Domum perdidi, qui carere nec arbuscula quidem poteram. Delitijs tuis dinues ardebimus. Oculis uoluptas incendio quæritur, & prospectus ignibus relaxatur? Prospectui obstabat. Quid? inambulantibus nobis non obstant seruorum cateruæ? & in immensam erecti altitudinem parietes lucem non impediunt? Infinitis porrectæ spacijs ambulationes, & urbium solo ædificatæ domus, non nos propè à publico excludunt? Sub hac arbuscula imaginabar diuitum syluas. Quantum perdidi, quem fateretur iratus inimicus plus perdidisse quàm uoluit? Non iniquum postulo. Eius damno desinat incendium, cuius consilio cœpit. Sic licet ut domus ad cœlum omne conuersæ, brumales æstus habeant, æstiua frigora, & non in suis uicibus intra istorum penates agatur annus. Alunt in summis culminibus mentita nemora, & nauigabiliū piscinarum freta. Arata quondam populis rura, singulorum nunc ergastulorum sunt. Latiusq; nunc uillici quàm reges imperant. Maria submouentur proiectis molibus. Nesciebas quanta sit potentia ignium, quàm irreuocabilis, quemadmodum totas consumat urbes, quàm leuibus initijs oriantur incendia, etiam si partem damni dare uoluisti, partem noluisti, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Si fateretur iste scienter ianuam incendisse, puto tota domus intelligeretur, ex parte, si unum tignum. Nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est, arbor, quæ in domo est.

Pars altera pro diuite.

Pestilentem mihi domum faciebat arbor. Cœlum omne per quod salubris spiritus uenire posset, obduxerat. Rogaui pauperem & dixi, nihil tibi nocet arbor recisa, mihi plurimum non recisa. Quid ad te illi rami pertinent qui extra domum sunt? Quasdam partes domus meæ rami premebant. Iam etiam quosdam parietes minuerant. Scitis quanta uis sit arborum, muros discutiunt.

Declamatio

Declamatio sexta de rapto adolescente inueste muliebri.

IMpudicus concione prohibeatur. Adolescens speciosus sponsionem fecit, muliebri ueste se exiturum in publicum. Processit. Raptus est ab aduleſcentibus decem, accusauit illos de ui, & damnati sunt. Concione prohibitus à magistratu, reum facit magistratum iniuriæ.

Prima pars pro magistratu contra aduleſcentulum raptum.

Muliebrem uestem sumpsit, capillos in fœminæ habitū composuit, oculos puellari lenocinio circundedit, colorauit genas. Non creditis? & qui nō crediderant, uicti sunt sponsione. Et hoc de sponsione forsitan uenerat, ut auderet impudicus cōcionari. Date illi uestem puellarē, date nocte, rapietur. Sic illum uestis sumpta decuit, ut uideretur non tunc primū uestem sumpsisse. Facta totius aduleſcentiæ remitto. Vna nocte contentus sum, sic imitatus puellam, ut raptorē inueniret. Nunquid cecini. Nunquid carmen famosum composui, aut (ut propriū genus iniuriæ tuæ dicam) nunquid te rapui? Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exerere. Quàm longe ab his moribus aberant, qui tam uerecunde etiam uirtute utebantur? Constat hunc stupratum, cum damnati essent qui rapuerunt.

Pars altera pro aduleſcentulo.

Constat semper grauem, semper seuerum fuisse, semper rigidum. Sed hoc iocis adoleſcentium factum est. Cæterum tam nota erat uerecundia eius, ut nemo sine sponsione crediderit.

Declamatio de trecentis non receptis ab imperatore.

NOcte portas aperire in bello non liceat. Imperator in bello summam potestatem habeat. Trecenti ab hoste captiui ad portas nocte uenerunt. Imperator non aperuit. Ante portas occisi sunt. Imperator post uictoriam eius reus est læsæ reipublicæ.

Prima pars pro imperatore.

Non putaui meos. Nouerant legem. Cur, inquit, trecenti perierunt? imò cur ne perirent, capti sunt? Hos ego in die non recepissem, nisi uictores. Noctu ne uictores qui dem. Procedens postridie in prælium pugnaturus ostendi trecentos, in quibus laudari nihil potest nisi fuga. Nihil desiderari, nisi numerus. Fugiunt, ut leges relinquant. Redeunt, ut leges tollant. Populus Romanus in † Carthaginensi prælio in summas redactus angustias, cum seruorum desideraret auxilia, captiuorum contempsit, & credidit eos libertatem magis tueri posse, qui nunquam habuissent, quàm qui perdidissent. Nocte quomodo hostem ciuemq; distinguam? Quam mihi dabis notam, ut arma cognoscam? Credo in insidijs hostes fuisse, ut exclusos occiderent, sequerentur admissos.

al. Cannensi

Pars altera contra imperatorem.

Infestus illis trecentis fuit, quod iniquo eos collocauit loco, hoc ne argui posset, non recepit. Capti sunt fortissimi duces, Regulus, Crassus. Hæc postremo rogantium uox erat, Mitte arma. Certe hoc lex non uetat.

Declamatio octaua de tyranno post absolutionem petente magistratum.

COmpetitori liceat in competitorem dicere. Tyrannus sub† obligatione domina tionem deposuit, ut si quis obiecisset tyrannidem, capite puniretur. Petijt magistratum, competitor contradicit.

al. abolitione

Prima pars contra tyrannum.

Anno meo spondeo, nulla rapietur, nullus occidetur, nullum spoliabitur templum. Cur honores tamdiu gesserit, narret, per communem deprecor libertatem. Moriar, obijcietur tibi quod occideris ciuem. Vult aliquo imperio, aliqua potestate distingui, homo magnæ nobilitatis, magnæ gratiæ, ingentis pecuniæ. Siciliæ dicitur fuisse dominus, qui inclusos æneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum edere rent, uerba non possent. O hominem in sua crudelitate fastidiosum, qui cum uellet torquere, tamen nolebat audire.

Pars altera pro tyranno abdicato competitore.

Quicquid egi, quicquid gessi, causa reipublicæ feci. Peto ne mihi lex pro me lata noceat, neue quid noceat, quia non obijcitur, quod non noceret obiectum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ABdicato fratri, frater chirographū dedit, dimidiā partē se hæreditatis sibi daturum si non respondisset. Ille tacuit. Abdicatur alter à patre.

Prima pars pro patre contra filium, dantem, chirographum fratri abdicato.

Tantum æris alieni habet, quantum uiuo patre non potest soluere. Vis scire cuius fidei sis? nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit. Alterius spe morior, alterius fide uiuo. Etiam patrimonium meum cautum est. Nisi succurritis, uincit me, & ille qui tacuit, non dissimulo me hodie duos abdicare. Chirographum prode parricidarum fœdus, & nefariæ spei pactum, Chirographum danti impium, patri periculosum, accipienti turpe.

Pars altera pro filio contra patrem.

In omnem me fortunam, frater, tibi iungam comitem. Si militandum, unà militabimus. Si peregrinandum, unà urbes peragrabimus. Si quotidianam rogauero stipem, & illam tecū diuidam. Nolui recentē iram exagitare patris. Malui, ut tacendo patrē uinceres. Meæ partis hæres ero, tuæ custos. Et quia de re maxima melius sibi quisq; credit, do chirographum, tu da operam, ut istud magis à patre accipere, quàm à fratre uidearis. Hoc quod honeste, & quod pie gerabamus, tā palàm egimus, ut pater sciret. Quid enim timebam, nisi si resciisset pater, moleste ferret filium suum, hominem auarum non esse, fratrem pium. Ita mihi contingat pater utrunq; nostrum placere.

Declamatio secunda de patre exule, prohibito à fundo filij.

EXulem tecto, & cibo iuuare nō licet. Imprudentis cædis damnatus quinquennio exulet. Quidam cum filiū et filiā haberet, imprudentis cædis damnatus, in exilium profectus est. Solebat uenire in possessionē uicinam finibus. Resciuit hoc filius. Cecidit uillicum. Villicus exclusit patrem, Cœpit ire ad filiam. Accusata illa quod exulem recepisset, aduocato fratre absoluta est. Post quinquennium pater abdicat filium.

Prima pars pro patre contra filium.

Accusator, ciuium me fecit exulem, filius etiam meorum. Filiam honestiorem inueni, quod accusata est. Seruum frugaliorem quod cæsus est. Male meruisti de patre, quē exclusisti, de sorore, cui præiudicio nocuisti, de iudicibus, quos in tā bona timuisti causa. Aut tu peccasti, aut soror. Filius me docuit, quod illum non recipio. Absoluta es, inquit, me aduocato, soror. Ita tu patrem non recipiebas, cum tam bene istam causam agere posses, cum absoluta est quæ receperat, damnatus est qui expulerat? Filia me patrem iudicauit. Seruus dominum. Vni filio exul fui. Ignosce fidelissime seruulorum, et tibi imprudens nocui. Quàm bonam eius causam putas fuisse, quę ne te quidem aduocato, damnata est. Si te hærede possum mori, dignus sum, qui etiam tibi hunc seruū relinquam. Alij exul est, tibi pater est. Nulla lex scelus imperat. Certe quæ fecit, absoluta est, Lex eum tenet, qui iuuat exulem, non qui patiatur iuuari. Ignora, dissimula, lex te innocentem, non curiosum esse iubet. Si mea causa faciebas, me admonuisses, seruum prohibuisses, non cecidisses.

Pars altera pro filio contra patrem.

Facere lege prohibente non potui. Accusata & absoluta est, quia mulier cula non uidebatur nosse leges. Non pro me timui, sed pro te. Res in noticiam hominum uenerat. Captabaris. Timui, ne occidereris. Vis scire notum fuisse? Soror accusata est. Malui seruum cædere frugalissimum, quàm patrem optimum amittere.

Declamatio tertia de matre nothi, lecta pro parte hæreditatis uel patrimonij mortui.

MAior frater diuidat patrimonium, minor eligat, liceat filium ex ancilla tollere. Quidam cum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit, & decessit. Maior fratrer sic diuisit, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptionis.

Prima

Prima pars pro parte nothi contra filium legitimum suum fratrem.

Vnus omnium exhæredatus sum diuidendo, Elegisset inquit, alteram partem. Tu solus talis potuisti esse filius, qualis frater eras. Lex te diuidere, me eligere iussit. Aperte ne minor circumscribatur, timet. Sic diuisit, ut si uellem, non essem mendicus. Relinquerem fratrem in egestate, matrem in seruitute? Non est diuidere, ex altera parte patrimonium ponere, ex altera onus. Talis fuit, ut illi cohæredem pater ex ancilla tolleret. Elige aut patrimonio careas, aut scelere. Circumscriptores dici solent, qui aliquid sustulerunt. Iste nihil reliquit. Tu, inquit, uoluisti pauper esse. Cur igitur queror, si egestate delector? Obijci, inquit, non potest, quod lege factum, imò non nisi quod ex lege factum est. Nam si quid aliter factum est, per se irritum est. Circumscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit. Quod apparet in illa, legitimū est, quod latet insidiosum. Semper circumscriptio per ius ad iniuriam uenit. Lex iubet maiorem diuidere, minorem eligere. Nec tu diuisisti, nec ille elegit. Sic à te alligatus est, ut necesse haberet, quod non expediebat. Male nota fuit mea in matrem pietas. Non timuit, ne eligere possem alteram partem.

Pars altera pro filio legitimo contra nothum.

Ego nihil aliud quàm diuisi. Circumscriptio non in diuisione est, sed in electione. Habes matrem, quam quidam totis redemerūt bonis. Habes gloriam, quàm multi per ignes petierunt. Multa de patrimonio rapuit, cum haberet ius dominæ ancilla. Imprudentia timebas, ne in illam sæuirem. Non expediebat mihi, cum in illa totum patrimonium habiturus essem. Nunc tantundem habes. Habes enim partem quam uoluisti, & ut tantundem haberes, nec pater uoluerat. Ideo matrem tuam ancillam reliquit.

Declamatio quarta de potione mortifera ex parte data uxori.

VEneficij sit actio. Proscriptū uxor secuta est. Quodam tempore secreto poculum tenentem interrogauit quid esset. Ille dixit uenenū, & mori se uelle. Rogauit illa ut partem sibi daret, & dixit se nolle sine illo uiuere. Partem bibit ipse, & partem uxori dedit: Perijt illa sola. Testamento inuentus est hæres, restitutus arguitur ueneficij.

Pars prima contra maritum.

Sic egit ut deprehenderetur, sic deprehensus est, ut exoraretur: sic bibit, ut uiueret. Quod est hoc uenenum, quod tantum hæredi non nocet? Nemo enim tam palàm uxori dedi uenenum. Fugit ne occideretur, qui dixit se mori cupere. Vnus proscriptione locupletior factus est, ut uiuere uellet, uxor illi persuadere non potuit. Persuasit res blandior, uxoris hæreditās, sciuit quam partem potionis hauriret, cōtrarias partes gladio persecutus est, suas ueneno: occidendi finem prius uictores fecerunt, quàm uicti. Quid iam putabatis futurum, cum in exilium uxor testamentum tulisset, maritus uenenum? Vbi est uxor? Et quid te pudet? Iam etiam proscripti redeunt. Statim consumpta potione collapsa est. Nolite mirari, si tam efficax uenenum est. Hæres est, qui dedit. Summis ferè partibus leuis & innoxius humor suspenditur. Grauis illi & pestifera pars suo pondere subsidit. Apparet te diu præparatum uenenum habuisse. Scisti diuidere, etiam si potest defendi qui uolenti dedit. Tu nō potes, qui fecisti, ut uellet. Id genus ueneni fuit, quod pondere subsideret in imum. Potionem bibit iste, uxor uenenum.

Pars altera pro marito.

Virum in pace dilexit, in bello secuta est, in consilio ultimo non reliquit. O, inquit, dignam, quam innocens sequitur. Bello ciuili lege proscriptus sum, Exulaui. Quid his malis adijci potest, nisi ut uenenum bibam, & uiuam? Venenum inquam est. Hoc qui daturi sunt, dissimulant. Venenum Cato uendidit, Quærite an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni uendere.

Declamatio quinta de Iphicrate reo.

QVi uim in iudicio fecerit, capite puniatur. Missus Iphicrates aduersus Thracū regem, bis in acie uictus, fœdus cum eo percussit, & filiam eius duxit uxorem. Cum Athenas rediisset, & causam diceret, uisi sunt contra iudicium quidam Thracum cultris armati, & ipse reus gladium strinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palàm absolutorias tulerunt sententias. Accusatur, quod uim in iudicio suo fecerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima pars contra Iphicratem reum.

Nemo iudicum tuorum non timuit, sic, tanquam tu de illis iudicaturus esses. Cum toto tibi regno socer uenit aduocatus. Non maioribus copijs bellum instruxit, quàm iudicium Iphicrate conde gladium. Iudicium est. Quid tibi cum gladio? Certe bis uictis arma ponenda sunt. Quæ est ista mutatio contra rerum naturam? In bello nuptiæ, in iudicio bellum.

Pars altera pro Iphicrate reo.

Ego uim non feci. Omnia enim legitime peracta sunt. Accusator suo loco dixit, Reus suo respondit. Perfectum per omnes numeros suos iudicium est. Cum iudices sententiam ferrent, extraxi gladium, ut occiderem me, si damnatus essem. Iudices tulerunt palàm absolutorias, ut gratiam duci suo referrent. Nuptiarum causa, utilitas reipublicæ fuit. Miles sæpius pulsus erat infelici prælio. Barbaros circa iudicium fuisse, non propter iudicium armatos, sed propter morem suum. Quid potestis, inquit, queri, quod obsidem uobis uxorem adduxi?

Declamatio sexta de adultera uenefica.

VEneficij sit actio. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiam nubilem, indicauit uxori, cui eam collocaturus esset. Illa dixit, celerius morietur, quàm illi nubat. Decessit puella ante diem nuptiarũ, dubijs signis cruditatis & ueneni. Torsit ancillam pater, dixit illa se nihil scire de ueneno, sed de adulterio dominæ, & eius cui collocaturus erat filiam. Accusauit uxorem ueneficij & adulterij.

Prima pars contra uxorem pro marito.

Morietur, timeo ueneficam, celerius quàm nubat, teneo adulteram. Morietur, factum est, celerius quàm nubat, factum est. Adulterium serius deprehẽdi quàm factum est, ueneficium antequam fieret. Duo crimina ad uos detuli, & duas indices. Altera dicit, quod factum est. Altera, quod futurũ est. Generi adultera, Filiæ pellex. Quàm infelix est domus, in qua adulterium argumentum est. Dixi, honestus est, Dixi, pulcher est dum laudo generum, commendaui adulterum. O me tardissimum in malis meis. Veneficium nec denunciatum credidi, demum in ueneficio adulterium deprehendi. Verſæ sunt in exequias nuptiæ, genialisq; lectus mutatus est in funebrem. Subiectæ sunt rogo infelices faces, profertur putre corpus, & uenenis tumens. Quid ultra quæritis? Verbis signa, signis tormenta conueniunt. Ad uocem tuam facta cõueniunt. Morietur antequam nubat, factum est. Vidimus fluens corpus, & in cadauere illius materna uerba credidimus. Generum adulterio perdidi, Vxorem parricidio, Filiam ueneno.

Pars altera pro uxore contra maritum.

Duo grauissima crimina obiecit, Adulterium & ueneficium. Adulterium ancilla teste, ueneficiũ, nec ancilla quidem. Cum indignaretur se non rogatã, exciderunt illi uerba, quæ non minus quàm pater filiã luget. At quare dixisti, celerius morietur, quàm illi nubat? Verba dolor parum considerat. Exciderunt. Et est sæpe fortuita diuinatio.

Declamatio septima de dementia patris, qui filio cessit uxorem.

DEmentiæ fit actio. Quidam habebat duos filios, duxit uxorẽ. Alter exadolescentibus cum ægrotaret, & in ultimis esset, medici dixerunt animi uitium esse. Intrauit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium ut indicaret causam sibi. Ait amare se nouercam. Cessit illi uxorem suam pater. Ab alio accusatur dementiæ.

Prima pars pro patre contra filium.

Audite rem nouam, Fratrem crudelem, Nouercam misericordem. Insanus sum, quia aliquis meo beneficio sanus est. Tradidi uxorem illi, sed eripueram. Testor, inquit, præsides pietatis deos, prius amare cœpi, quàm duxeras. Ira tu iniuriam uocas, quod fratrem habes, non habes nouercam? Transij præter istius oculos cum ferro. Gladium mihi nemo, nisi æger extorsit. Patri, qui periculum filij morientis sustinere non potuit, ignoscendum in qualicunq; facto est.

Pars altera pro filio contra patrem.

Alter lenocinio curauit, alter parricidio conualuit. Quid hoc adulterium nõ putas, quod marito conciliante committitur? Nescio furiosius uxorem duxerit, an habuerit, an dimiserit, an collocauerit? Quàm demens est, cui adulterium pro beneficio imputatum est? Strinxit gladium maritus, non ut adulterũ uindicaret, sed ut faceret. Mori potius debuit frater, quàm sanari turpiter. Quid enim si matrem, si sororem concupisceret? Quædam remedia grauiora ipsis periculis sunt. Omnia inter nouercam & priuignum composita sunt. Simulatum morbum, derisum animo turpissimo patrem.

Declamatio octaua de uirgine uestali incesti accusata.

VIrgo uestalis scripsit hunc uersum: Felices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est: Rea est incesti.

Pars prima contra uirginem.

Felices nuptæ, cupientis est. Moriar nisi, affirmantis est. Nubere dulce est. Aut experta furas, aut inexperta peieras. Neutrum sacerdotis est. Tibi magistratus suos fasces submittunt. Tibi consules prætoresq; uia cedunt. Nunquid exigua mercede uirgo es? Sacerdos raro iuret, nec unquam nisi per suam Vestam. Moriar. Nunquid perpetuus ignis extinctus est? Moriar. Nunquid de nuptijs appellata est? Ad ultimũ Vestam inuoco, ut tam infesta sit sacerdoti, quàm inuisa est. Recita carmen, dum quæro quale carmen sit. Tu carmen scribas, tu uerba pedibus tuis emollias, & seueritatem templo debitam modulatione frãgas? Quod si utiq; laudare uis nuptias, narra Lucretiam. De illius morte scribe, antequam iurabis de tua. O te supplicio omni dignam, cui quicquam sacerdotio felicius est. Dulce est, quàm expressa uox, quàm ex imis uisceribus emissa, nõ expertæ tantum, sed delectatæ. Incesta est etiam sine stupro, quæ cupit stuprum.

Pars altera pro uirgine Vestali.

Vnus illi uersus obijcitur, & hic quidẽ non totus. Non oportet, inquit, scribere carmen. Multum interest obiurges, an punias. Incesti damnari non potest, nisi cuius corpus uiolatum est. Quid tu putas poëtas, quæ sentiunt, scribere? Vixit modeste, castigate. Non illi cultus luxuriosior. Non conuersatio cum uiris licentior. Vnum crimen uobis confiteor. Ingenium habet. Quid ni inuideat Corneliæ matri Gracchorum? Quid ni illi, quæ Catonem peperit? Quid ni inuiderint sacerdotes parientibus?

Extra controuersiam.

Varius Geminus apud Cæsarem dixit. Cæsar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER SEPTIMVS.

INstatis mihi quotidie de Albutio, non ultra uos differam, quam uis non audierim frequenter, cum per totum annum quinquies, sexies ue populo diceret, ad secretas exercitationes non multi irrumperent, quos tamen gratiæ suæ pœnitebat. Alius erat, cũ turbæ se committebat, alius, cum paucitate contentus erat. Incipiebat enim sedens, & si quando illum produxerat calor, exurgere audebat. Illa intempestiua in declamationibus eius philosophia, sine modo tunc & sine fine euagabatur. Raro totam controuersiam implebat. Non posses dicere diuisionem esse, non posses declamationem, tanquã declamationi multum deerat, tanquam diuisioni multum supererat, cum populo diceret, omnes uires suas aduocabat, & ideò non desinebat. Sæpe declamante illo ter bucci nauit, dum cupit in omni cõtrouersia dicere, non quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumentabatur molestè, magis quàm subtiliter. Argumenta enim argumentis colligebat, quasi nihil esset firmum satis. Omnes probationes probationibus aljs confirmabat. Erat & illud in argumentatione uitium, quod quæstionẽ non tanquam partem controuersiæ, sed tanquam controuersiam implebat. Omnis quæstio suam propositionem habebat, suam excusationẽ, suos excessus, suas indignationes, epilogũ quoq; suum. Ira in unam controuersiã exponebat, plures dicebat. Quid ergo? nunquid omnis quæstio per numeros implenda est? Quid nisi sed tanq; accessio, non tanq; summa. Nullũ habile est membrũ si corpori par est. Splẽdor orationis, quãtus nescio an in ullo

Hæc præfatio habetur & in controuersijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio fuerit, non thesis magna, sed phrasis. Dicebat enim citato cursu & effuso, sed præparato. Extemporalis illi facultas, ut affirmabant qui propius nouerant, non deerat, sed putabatur ipse sibi deesse. Sẽtentiæ, quas optime Pollio Asinius albas uocabat, simplices, apertæ nihil occultum, nihil inspiratum afferentes, sed uocales, & splendidæ. Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie, præparabat suspicioſe. Nihil est tam inimicum quàm manifesta præparatio. Apparet enim subesse, nescio quid mali. Itaq; adhibenda moderatio est, ut sit illa præparatio, non confessio. Locũ beate implebat. Non posses de inopia sermonis latini queri, cum illum audires, tantum orationis cultæ fluebat, nunquam se torsit, quomodo diceret, sed quid diceret, sufficiebat illi inquantum uoluerat explicandi uis. Itaq; ipse dicere solebat, cum uellet ostendere, non hæsitare se in electione uerborum, cum res animum occupauit, uerba ambiunt. Inæqualitatem in illo mirari libebat, splendidissimus erat. Idem res dicebat omnium sordidissimas acetum, & puleium, & Damam & Phileroten, laternas & spongias. Nihil putabat esse quod in declamatione dici non posset. Erat autem illa causa, timebat, ne scholasticus uideretur. Dum aliud uitium deuitat, incidit in aliud, nec uidebat nimium orationis suæ splendorem, his admixtum sordibus, non defendi, sed inquinari, & hoc æque omnium est, ut uitia sua excusare malint, quàm effugere. Albutius enim non quomodo non esset scholasticus quærebat, sed quomodo non uideretur. Nihil detrahebat ex superuacuo strepitu. Hæc sordida uerba ad patrocinium afferebat aliorum. Hoc illi accidebat, inconstantia iudicij. Quem proxime dicentem commode audierat, imitari uolebat. Memini illum omnibus omissis rebus apud Fabianum philosophum, tanto iuniorem quàm ipse erat, cum codicibus sedere. Memini eum admiratione Hermagore stupentem, ad imitationem eius ardescere. Nulla erat fiducia ingenij sui, & ideo alsidua mutatio. Itaq; dum genera dicendi transfert, modo exilis esse uult, nudisq; rebus hærere, modo horridus & ualens plusquàm cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se attollit, modo nimis deprimit, ingenio suo illusit, & lõge deterius senex dixit, quàm iuuenis dixerat. Nihil enim ætas ei proderat ad profectũ, cum semper studium eius esset nouũ. Idiotismus est inter oratorias uirtutes, res quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione quadam. Hac uirtute uarie usus est. Sæpe illi bene cesit, sæpe decidit, nec mirum tamen si difficulter apprehenditur, uitio tam ui cina uirtus. Hoc nemo præstitit unquam Gallione nostro decentius. Iam adolescens, dum declamaret apte & conuenienter, utebatur hoc genere, quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne, non tantum quod sordidũ, sed quod sordido simile est. Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio, quamuis pœnituisset, libebat audire. Tristis, solicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiã cum dixisset. Vsq; eo nullũ tempus securũ illi erat, hæc illũ solicitudo fugauit à foro, & tantum unius figuræ crudelis euentus. Nam in quodã iudicio centũuirali cum diceretur, iurisiurandi cõditio aliqua facta ab aduersario, induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina rete geret. Placet, inquit, tibi rem iureiurando transigi. Iura, sed ego iusiurandum dabo. Iura per patris cineres, qui inconditi sunt. Iura per patris memoriam, et executus est locũ, quo perfecto surrexit. L. Aruntius ex diuerso, ut accepit conditionem, iurauit. Clamabat Albutius non tuli conditionem, schema dixi. Aruntius instabat, centumuiri rebus iam ultimis præparabant. Albutius clamabat, ista ratione schemata de rerũ natura tolluntur. Aruncius aiebat, tollantur, poterimus sine illis uiuere. Summa rei hæc fuit, centumuiri dixerunt, dare ipsos secundũ aduersariũ Albutij, si iurasset. Ille iurauit, Albutius non tulit hanc contumeliam, & iratus sibi calumniam imposuit, nunquam amplius in foro dixit. Erat enim homo summæ probitatis, qui nec facere iniuriã, nec pati sciret, & solebat dicere, quid habeo, quare in foro dicã, cũ plures me domi audiant, quàm quenquam in foro? Cum uolo dico, quamdiu uolo. Et quamuis non fateretur, hoc delectabat illũ in declamationibus, quod schemata sine periculo dicebat: nec in scholastícis tamen effugere contumelias poterat Cestij mordacissimi hominis. Cum in quadam controuersia dixisset Albutius, quare si calix ceciderit, frangitur, si spongia ceciderit, non frangitur, aiebat Cestius. Ite ad illum, cras declamabit nobis, quare turdi uolant, cucurbitæ

cucurbitæ nõ uolant. Cum dixisset Albutius, in illo qui fratrem parricidij damnatum in exarmata naue dimisit. Imposuit fratrem in culleum ligneum. Cestius eandem dicturus, sic exposuit controuersiam. Quidam fratrem domi à patre damnatum, nouerca accusante, cum accepisset ad supplicium, imposuit in culleum ligneum, ut perueniret, nescio quò terrarum. Ingens risus omnium secutus est, sed nec ipsi bene cesit declamatio. Paucas enim res bene dixit, & cum à scholasticis non laudaretur. Nemo, inquit, imponit hos in culleum ligneum, ut perueniant, nescio quò terrarum, ubi calices frangũtur. Video quid uelitis, sententias potius audire quàm iocos, fiat, audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

Declamatio prima septimi libri, de eo qui fratrem parricidij damnatum in naui exarmata imposuit.

DVobus filijs quidam superduxit nouercam. Alterum domi parricidij damnatũ tradidit fratri puniendum, ille eum exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescens ad Piratas, archipirata factus est. Peregrinantem patrem cepit, & remisit. Reuersus pater, abdicat filium. *Hæc respõdet illi quæ est in 4. controuersiarum 17.*

Prima pars pro filio contra patrem.

Tanta tempestate confusus dispicere nihil potui, nec satis memineram, si tale ministerium mihi pater an nouerca mandasset. Ministerium an pœnam esse uoluisset, uindictam parricidij, an parricidium. Insui fratrem culeo iubes. Non possum. Non ignoscis, an non credis? Ego contendo ne te quidem posse. Nemo repertus est naufragij comes. Omnia instrumenta circumcisa sunt. Adminiculum spei nullum, patri excusandus sum, an fratri? Hoc, inquit, impietatis tuæ munus ad inferos deferam, licuisset mihi per fratrem aliter quàm parricidæ mori. Viuit, inquit, frater. Non credo. Seruauit, inquit, me. Fecisti, ut crederem, in domo, in qua tam facile parricidium creditum est? Ego, inquit fratrem occidere non potui, frater patrem. Emicabant densis undique nubibus fulmina, & tempestates horridæ abscõderant diem, intumuerat mare, iustis quoque nauigijs horrendum. Habes, inquam, frater, si innocens es nauigium, si nocens culleum. Non potui facere parricidium. Quàm facile erramus omnes, & factum putaui. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. Iacebat in littore nauigium, quod etiam integrũ infeliciter uexerat. Credo parricidã, si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi cum animo pariter excidit ferrũ, & nescio qua perturbatione tenebræ stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quàm difficile esset parricidium facere, etiam quod imperasset pater. Ita mihi, quæ sola miseros in domo nostra respicit, fortuna succurrat. Profectus est pater tranquillo mari, auspicato itinere, integra naui. Quid est hoc? Felicius nauigauit damnatus, quàm qui damnauerat? Vtrum uidetur uobis innocentiam apud Piratas didicisse, an ne apud Piratas quidem perdidisse? Perieras pater, nisi in parricidam incidisses. Scissa quidem uela fecerant sinus, & instructas classes naufraga præcesserat nauis. Scires nauigare, qui seruaturus esset patrem. Erat nauigium, imò fuerat, ò crudelis & pertinax nouerca, nihilominus sæuit. Iam maria quiescunt, prædones miserentur, irati parcunt. Veni ad uos, ut probem me parricidam. Multas rerum natura mortis uias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt. O maria iustiora iudicijs. O mitiores procellæ patre. Non putatis misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere. Mithridatem Dij boni, quàm non dubium parricidam. Gaude pater, neuter ex filijs tuis parricidium fecit. Narra pater, quomodo te dimiserit. Sic dimissus nocẽs est iste, sed mihi frater est iste. Naturæ iura sacra sunt, etiam apud Piratas. Dixisset, inquit, te non posse, ita tu nesciebas? Non licuit, non potui, non debui.

Pars altera contra filium.

Nega hunc parricidam fuisse, quem uere scis esse Piratam. Dimisit me in patrocinium suum, ut quia non occiderat, uideretur nec ante uoluisse. Quis porro me uno miserior? Vitam parricidæ debeo.

Extra controuersiam.

Magna rhetorum bonorum manus in hanc partem transijt, ut aliquid dici debuerit in nouer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nouercā. Fuerunt & illi, qui non quidem palàm dicerent, sed per suspicionē & figuras, quod Pasienus non probabat, asserens minus tolerabile et uerecundū infamare nouercā, quàm accusare. Quidam principia in sua potestate tantū habuerūt. Postablati sunt impetu. Excusatius aūt est in malum colorē incidere, quàm transire. Vipsanius duro colore usus est, Hic se tanquā grauius elegisse dixit supplicij genus, qui colordentibus displicuit. Quā enim habebat absolutionis spem, si nec paruit, nec pepercit?

Declamatio secunda de Popilio, qui Ciceronem interfecit.

Hec respondet illi quæ est in 4. 18

DE moribus fit actio. Popilium parricidij reum Cicero defendit. Absolutus est Proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit, caput ad Antonium retulit. Accusatur de moribus.

Prima pars contra Popilium pro accusatore.

Occidit Ciceronem Popilius. Iam ne creditis ab isto occisum patrem? Occisurus Ciceronem debuit incipere à patre. Antonius, inquit, iussit. Non te pudet Popili. Imperator tuus te credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum. Minus in illo crimen est, quod Ciceronem occidit. Proh iam dij boni, occisum Ciceronem malos mores uoco, hoc unum feliciter, quod ante occidisti patrem, quàm Ciceronem. Facilius Cicero pro parricida iudicem mouit, quàm pro se clientem. Ad uos hoc patroni spectat exemplum. Nullos magis odit Popilius, quàm quibus plurimum debet. Abscidit ceruices. Parce iam Popili. Nihil tibi, nisi occidendum mandauit Antonius. Pudeat te Popili. Accusator tuus uiuit. Non credidisset facturum Antonius Popilium, nisi parricidium fecisse meminisset. Dij manes Popilij senis occisi, & inultæ patris umbræ, te Cicero persequuntur, ut quem negasti, sentias parricidam. Non hausit Minturnensis palus exulem Marium. Cimber etiam in capto uidit imperatorem. Cn. Pompeius terrarum marisq; domitor, libenter se Hortensij clientem professus est. Et Hortensius bona Pompeij, non Pompeium defenderat. Ita tu Popili si Antonius iussisset, & patrem occidisses.

Pars altera pro defensione Popilij.

Si illa tempora in crimen uocas, dicis non de hominis, sed de reipublicæ moribus Miraris, si eo tempore necesse fuit Popilium occidere, quo Ciceronem mori? Ciceronis proscriptio fuit occidi, mea occidere. Iussit imperator, iussit uictor. Ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat respublica?

Extra controuersiam.

Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis, & hi quoq; non parricidij reum, & à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio.

Declamatio tertia de ter abdicato uenenum terente.

Hæc respõdet lib. 4. 19.

TEr abdicatus, ter absolutus, comprehensus est in secreta domus parte à patre, medicamentum terens. Interrogatus à patre quid esset. Venenum, inquit, & se uelle mori, & effudit. Accusatur parricidij.

Prima pars pro filio ne abdicetur.

Dic quid commiserim certe nec secreta fallunt. Vt interuenit pater, in has cogitationes abij. Quisquam ne tam infelix fuit, quisquam ne me magis odit quàm ego. Miseri mei cœpi. Ter causam dixi, Accessi ad hęc supplicia. Venenum bibam. Sed non hoc tibi satis est. Venenum habuit Mithridates, habuit Demosthenes.

Pars altera pro patre contra filium.

Cum se uelle mori dicat, tamen uitam rogat. Teneo parricidam, & in mortem suam paratum. Quantum est quod negas, cum tantum sit quod fateris. Venenum quæsisti, uenenum emisti, uenenū intulisti in eam domum, in qua habebas inimicum patrem. Indica quis uendiderit, dicetur illi. Tu uendebas cuiquam uenenum, cuius sciebas abdicationem? Cui daturus erat, quæritis? Cui uenenum parauit, non bibit. Quod ergo negat, parricidium est, quod confitetur, ueneficium. Mihi, inquit, parauí. Non bibit, ne quis dubitet, an alium possit occidere. Tam inuisum tibi fuisse patrem dico, ut occidere uolueris, tam inuisum ipse confiteris, ut mori uolueris. Extra

Extra controuersiam.

Coniectura duplex à persona, una an parauerit sibi, an patri. Laberium mimum Diuus Iulius ludis suis produxit. Deinde equestri ordini reddidit, quem cum iussisset ire sessum, omnes equites ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Multos tum in senatum legerat Cæsar, & ut expleret exhaustum ciuili bello ordinem, & ut his qui de partibus bene meruerant, gratiam referret. Cicero in utrunq; iocatus, mandauit Laberio transeunti. Recepissem te nisi angustè sederem. Laberius ad Ciceronem remisit. Atqui soles duabus sellis sedere. Quod Cicero male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæsari, sed utriusq; adulator.

Declamatio quarta de matre cæca filium retinente.

Hæc respondet li. 4. uigesimæ

LIberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam habens uxorē & filium peregre profectus, in Piratas incidit, scripsit utrique de redemptione. Vxor flendo cæca facta est. Filium euntem ad redemptionē, alimenta poscit. Non remanentem, alligare uult.

Prima pars pro matre contra filium.

Nauigaturus uxori filium reliquit, nec dum cæca erat. Non est quod mulieris affectum lege æstimetis, quia minatur, omnia facit, ne filius alligetur. Quoties est communis potestas duobus, eius sit tota, qui præsens est.

Pars altera pro filio contra matrem.

Vnis uinculis duos alligat. Victa mater cathenas denunciat victori. Ad Piratas eundum est. Filiusfamiliæ nulli seruire possum, nisi patri. Petis alimenta ab eo, quem pater peregre mittit. Primæ partes sunt patris, secundæ matris. Ille peregre est. Tu domi. Ille captiuus. Tu libera. Ille inter Piratas. Tu inter ciues. Ille alligatus. Tu soluta. At tu cæca es. Infelicior ille, qui uidit catenas suas, & cædes, & uulnera, & cruces eorum qui non redimuntur. At periculosum est, inquit. Quàm multi pro patribus nihil periculosum putauerunt. Non, inquit, uindictam, sed misericordiam quærit. Ita quisquam exigit pietatem, ut impediat?

Extra controuersiam.

Caluus qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de eloquētiæ principatu habuit, usq; eo concitatus actor fuit, ut in media oratione eius exclamaret Vatinius reus. Rogo uos iudices, num si iste disertus est, ego damnandus sum.

Declamatio quinta de procuratore & priuigno.

Hæc respõdet ei quæ est lib. 4. 21.

Quidam mortua uxore ex qua priuignum habebat, duxit aliam. Sustulit ex ea filiū. habebat procuratorem speciosissimum. Cum sæpe iurgarēt nouerca & priuignus iussit à se migrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & uxoris. Quodam tempore in cubiculo suo pater occisus est inuentus, uxor uulnerata, cōmunis paries perfossus. Placuit propinquis quæri à filio quinquennī qui unà dormierat, quem percussorem agnosceret. Ille procuratorem digito monstrauit, Et filius procuratorem accusat cædis. Ille cum parricidij.

Prima pars pro procuratore.

Vt audiui clamorē, si qua fides est, deprehensos adulteros credidi. Da puerū, nemo est uno teste contentus. Da populum, obijcite priuigno parricidium, filio mendaciū.

Pars altera pro priuigno.

Dic puer quis occiderit patrem, dic audacter. Eundem nominas quem populus; Nox placet sceleri, adulterij tempus. O magna in contrarium peruersitas seculi. Inuentus est qui patrem posit occidere, non posit nouercam. Ostende illud nō uulnus, sed argumentū. Ostende uulnus percussor. Ille quam timuit ne occideret, tam leuiter uulnerauit, non illa dextera, cui nec paries obstabat nec pater.

Extra controuersiam.

Nihil est puero teste certius. Nam ad annos eos peruenit, ut intelligat, & nō ad eos, quibus fingat. Vinicius uir exactissimi ingenij, nec dicere ineptias, nec ferre poterat.

Declamatio sexta de eo qui seruo filiam matrimonio coniunxit.

Hæc respondet 22

TYrannus permisit seruis dominas suas rapere. Profugerunt principes ciuitatis; & simul qui habebat filium & filiā: cum omnes serui dominas uitiassent, seruus eius uirginem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirginem seruauit: Occiso tyranno, reuersi sunt principes. In cruces seruos sustulerũt. Ille manumisso filiam collocauit. Reus est à filio dementiæ.

Pars prima pro filio contra patrem.

Haberemus solatium si has nuptias fecisset tyrannus, non pater. Sanum putatis esse, qui imitari maluit tyrannum, quàm seruum? Similem se fecit tyranno, filiam raptis, libertum cruciarijs: plus permisit seruo dominus, quàm tyrannus. Quisquis has nuptias fecit, uel tyrannus, uel insanus est. Egregius gener, cui nihil est glorioſius, quàm quod inter cruciarios non est. Virginitatem sub patre perdidit, quam sub tyranno seruauit. Itáne dignus nuptijs filiæ, qui indignus est crucer? Melior est conditio uitiatarũ, quàm uirginis. Illis cõtingit mutare nuptias. Propitius pater ita collocauit filiam suam, sicut tyrannus iratus alienas: cum sanus esset pater, ne uideret has nuptias fugit. Miserrima soror, sub tyranno patrem desiderabas, sub patre tyrannũ desyderas. Num est illi præmium spectare omnium cruces? Dominam non stuprauit. Auge beneficia. Nec dominum occidit, nec uenenum dedit. Non est beneficium scelere abstinere. Aliæ quod in tyrannide passæ sunt, hæc in libertate. Cęteræ absentibus suis, hæc præsentibus. In alijs uocatur stuprum, in hac matrimonium. Timuit ille supplicium. Sciuit rempublicam liberandam. Daturos esse pœnas, qui contaminassent, & aduentare tempus tyrannidi ultimum uidit. Conuenite seruuli, conuenite libertini, empta cognatio.

Pars altera pro patre contra filium.

Si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset, licet cui uolo filiam collocare. Marcus Cato coloni sui filiam duxit uxorem. Filia non mariti petulantiam, non uerborum contumeliam timet, non pellicem, non repudium. Neminem natura fecit liberum, neminem seruum. Imposuit fortuna nomina hæc singulis. Nuper & nos seruui fuimus. Seruus rex fuit.

Declamatio septima quæ est de imperatore crucifixo.

Hæc respondet 23.

PAter & filius imperium petebant. Prælatus est filius. Commisso prælio captus est, Missi sunt quadraginta legati ad imperatorem redimendum. Occurrit eunubus pater, dixit sero attulisse aurum, filium crucifixum esse. Illi peruenerunt, quibus imperator ex cruce dixit. Cauete proditionem. Reus sit pater proditionis.

Prima pars pro imperatore contra patrem.

Imperator supplicij tulit, proditor precium. Tristiorem istum uidimus, cum filius imperator pronunciatus est, quàm cum captus. Quemadmodum redisti tutus senex solus cum auro, cum etiam imperatores capiantur? Plus accepit auri, quàm quod posset abscondi. Nolite mirari, & imperatorẽ & filium uendiderat. Cauete proditorem. Iam Comitijs cauimus. Abstulissent tibi aurum hostes, si non dedisses. Cauete proditorẽ. Indicium fuit filij morientis breue & uerecundum. Cur dimissus es? Si nihil aliud, & ducem genuisti, & dux esse uoluisti. Candidatus processit contra patrem. Iam tunc nobis uerecunde indicauit filius, cum rempublicam tibi credere noluit. Legati nostri aurum ferebant, pater afferebat. Num immobilis diriguisti? Num & illic quasi & ipse affixus hæsisti? Quid tam cito redis? Adhuc & uiuit, & loquitur. Voce proditionem indicauit, silentio proditorem. Expecta dum mittantur legati. Optimus imperator curare rempublicam, nec in cruce quidem desijt, ubi dixit. Cauete proditionem. Nec imperator potuit tacere proditionem, nec filius loqui proditorem. Expecta dum mittantur legati. Dicis, affectus meus non sustinet moram. Ergo si redimere nõ potes uiuum, redime mortuum saltem. Nunquam tam durus hostis fuit, ut paternis lachrymis non fleteretur. Cauete proditionẽ, id est cauete, ne quis insciis custodibus exeat de ciuitate, ne quis ignorante republica ad hostes perueniat, ne quis ex hostilibus castris grauis auro reuertatur. Indicio nihil deest. De proditione nobis indicat imperator, de proditore legati. Sublata est quæstio. Quæritis quid dixerit. Videte cui nihil dixerit.

Pars altera pro patre contra filium.

In comitijs filio meo cessi, decretũ non expectaui. Sed amẽs & attonitus protinus cucurri. Ad summa festinaui, nec occurri. Sciebã hostes, paternis lachrymis sæpe flecti.

Extra

Extra controuersiam.

Latro non curauit dicere nullam esse factam proditionem, sed se proditorem non esse. Suspectus est, inquit, iudici, qui plusquam se defendit. Cestius posita suasoria, in qua deliberat Alexander an Oceanum nauiget, cum exaudita uox esset, quousq; inuicte, describenti discipulo late Alexandri uictorias, gentesq; perdomitas & addenti, quousq; post ista, exclamauit, & tu quousq;?

Declamatio octaua de mutatione optionis raptore conuicto.

RApta raptoris mortẽ, aut indotatas nuptias optet. Rapta producta nuptias optauit. Iuuenis raptorẽ se negauit. Cõuictus est. Illa optionẽ petijt: raptor cõtradicit.

Prima pars contra raptam.

Optare tibi non amplius quàm semel licuit. Proponite supplicij faciem. Hoc semel licere nimium est, In hanc perturbationem perductus sum, ut ignorarem quid fecissem, grauius punior, cum me peccasse pudet, quàm cum peccaui. Optauit nuptias. Nec adhuc sciebat, quàm uerecundum maritum esset habitura. Raptorem dimisisti. Virum occides? Minus est quod uitiauit, quàm quod negauit. Ergo nos iniuriam periculosius negauimus, quàm fecimus. Quadam nocte, quid dicam? Non negare iam pudet. Nox, uinum, error, quid irascaris puellæ? Iam non negat. Iudex dat tabellam. Reuocare sententiam quam tulit non potest. Quæstor non mutat pronuntiationẽ. Nihil tam ciuile, tam utile, quàm breuem potestatem esse, quæ magna est. Si mortem optaueris, hodie facies quod nunquam factum est, ut utrunq; optaueris.

Pars altera pro rapta contra raptorem.

Id egit priori iudicio, ne quam omnino pœnam stupri penderet. Hic id egit, ut ipse optet. Vtinam non liberaret illum metu, quod mouit iudices clementia sui. Est quædã proxima innocentiæ uerecũdia, præbere se legibus, Lex non adijcit quoties optet, sed ex puibus. Aut hoc, inquit, aut illud, nec adijcit, non amplius quàm semel.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER OCTAVVS.

Declamatio prima de orbata, quæ sibi præciso laqueo sacrilegium confessa est.

MAgistratus de confessa sumat supplicium. Amisso quædam uiro cum duobus liberis, laqueo se suspendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum sacrilegio facto, quæreretur sacrilegus, illa dixit magistratui se fecisse sacrilegium. Vult magistratus tanquam de confessa sumere supplicium. Filius contradicit.

Prima pars pro filio contra magistratum.

Faciant iudices in foro quod domi feci, matrem mori prohibens. Quomodo, inquã, feciſti? quo loco quæ sustuleras cõdidisti? Hærebat, nec quicquam sacrilegij nisi pœnam nouerat. Amissis duobus filijs, sacrilega sibi uidebatur, quod uiuebat. Non obfuturus ueni, sed seruaturus. Alij pro reis rogant, ego rogabo ream. Nullum accusator nisi in subsellijs meis habet testem. Non est cõfessio, ubi eam accusator eruit, negat rea, tortor expressit? Fertur quedã uilo contra spem filio expirasse, Si ad mortem agit matres magnum gaudium, quid magnus dolor? Mater habes non mediocre solacium. Vides aliquid & deos perdere. Magis deos miseri, quàm beati colunt. Non fecit sacrilegium mulier, non fecit anus, non fecit orbata, non fecit quæ custoditur, nõ fecit quæ confitetur. Iratis, inquis, dijs sacrilegiũ potuit cõmittere. Frangitur calamitosis animus, & ipsa se infelicitas damnat, & hoc conditio humana uel pessimum habet, quod fortuna quos miseros facit, & superstitiosos facit. Diligentius dij coluntur irati. Quid ergo fecit? Vnde scire possum qui matrem custodio? Ago causam legum, ne carnificem, quem sacrilegis minantur, calamitosis adhibeant. Deos ita coluit, ut quæ tam pro multis timeret. Confessio conscientiæ uox est. Confessio coacti, & quæ fecit agnoscentis, est uerbum.

Pars altera pro magistratu contra filium.

Omnium uox erat, sacrilegium latere non poterit. Quisquis est, non ipse bonum exitum faciet, non quisquam suorum. Et si nemo fuerit accusator, ipse narrabit. Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citata processit, uelut dijs ipsis persequentibus. Feci, inquit. Supplicium de ea, uel nunc exigamus homines, de qua olim dij exigere cœperūt. Violatorum numinum maiestate compulsa est, ut mori etiā uellet & deberet, & non posset. Incisus est ei laqueus. Tu putabas sacrilegam secrero mori posse. Omnia fecit, ut taceret, quæ ne confiteretur, etiam mori uoluit. Si crimen quæritis, sacrilegium factum est. Si sacrilegium fatetur, facti causam quæritis, si priusquam amitteret liberos, auara, si postquam amiserat, irata.

Declamatio secunda de Phidia truncato manibus.

Sacrilego manus præcidantur. Elij ab athenienſibus Phidiam acceperunt, ut is Iouem Olympiū faceret, pacto interposito, ut aut Phidiam, aut centū talenta redderent. Ioue perfecto Elij Phidiam aurū rapuisse dixerunt, & manus tanquam sacrilego præciderūt, truncatū athenienſibus reddūt. Petūt Athenienſes centū talenta. Contradicitur.

Prima pars pro Athenienſibus.

Iam Phidiam cōmodare nō possumus. Tunc demū illa maiestas exprimi potest, cū animus opera prospexit. Manus duxit ante sibi, quàm operi. Iouem fecit. Sacrilegi uos estis, qui præcidistis consecratas manus. Primum sanguinem sui artificis uidit deus. Testor Iouē, iam propriū Phidiæ deum. Ars alios in miseria sustinet, te fecit miserum. Præciscendū Phidiam manus fecerant. Sine eo Phidiam nos recepturos speratis, sine quo uos accepturi non fuistis? Commodauimus qui posset facere deos, recepimus qui ne adorare quidem posset. Non pudet uos Iouem debere sacrilego? Superest homo, sed artifex perijt. Pœnam nobis Phidiæ, non Phidiam redditis. Manus quę deos solebant facere, nunc nec homines quidem rogare possunt. Talem fecit Iouem, ut hoc eius opus Elij ultimū esse uellēt. Manus cōmodauimus. Manus reposcimus. Elius testis est Elius accusator, Elius iudex. Athenienſes tantū reus. Inuoco deos, & illos quos fecit Phidias & illos quos facere potuit. Recepimus Phidiam. Confiteor si possumus commodare.

Pars altera pro Elijs.

Habuimus aurum olim sacrum. Habuimus ebur. Sacræ materiæ artificem quæsiuimus. Disposueramus quidem, ut alijs templis quoq; simulachra Phidias faceret. Sed non tam necesse erat ornare deos, quàm uindicare.

Declamatio tertia de iuuene retinente diuitem uxorem fratris, suspitione adulterij.

DVorum iuuenum pater uni uxorem dedit, quo peregrè profecto, infamari cœpit socer in nurum. Maritus reuersus duxit ancillam uxoris, & torsit. Illa in tormentis perijt. Maritus incertus quid quæsierit, laqueo se suspendit. Imperat alteri filio pater, ut eandem ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars pro filio contra patrem.

Duc, inquit, fratris uxorem. Sic hoc fieri potest. Adulterium frater inuenit. Hæc est mihi causa abdicationis, quæ fratri mortis fuit. Duc, inquit, fratris uxorem. Tentari me si qua est fides credidit? Mulier si nubere lugenti potes, facis ut omnia de te credantur. Cogor eam ducere, quæ mihi causa abdicationis est, populo rumoris, uiro mortis. Legi iam uxorem, quæ, si peregrinatio inciderit, mecum peregrinari uelit, quæ si uiro aliquid acciderit, alteri nubere nolit. Qui audiunt me abdicari, putant fratrem aliquid suspicatum de me.

Pars altera pro patre contra filium.

Obiecisti mihi ultimū nefas, & quod qui tantum est suspicatus, noluit uiuere. Impulsu tuo frater torsit ancillam, & quia nihil reperit, falsas suspitiones morte piauit.

Declamatio quarta de homicida insepulto.

HOmicida insepultus abijciatur, Quidam se occidit. Petitur ut insepultus abijciatur. Contradicitur.

Prima pars pro homicida sepeliendo.

Afferre sibi coactus est manus assiduis malis. Summam infelicitatum suarum in hoc remouit, quod existimabat licere misero mori. Infelicissime adolescens, cum te & sepultura prohiberi uideo, desino mirari quod perijsti. Tales inimicos habes, ut etiam mortuum persequantur. Facilius miserum quàm sceleratum fortuna uincit. Sumpsisti hoc

hoc ferrum Cato, & quàm inuidiosum, quod Catonem occideris. Non perdideras sepulturam, nisi in morte reperisses. Quid est miserius in uita, quàm uelle mori? Quid in morte, quàm sepeliri nō posse? Quis miretur eum mori uoluisse, quem fugientē quoq; fortuna persequitur? Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragos idem fluctus qui expulit, sepelit. Suffixorum corpora crucibus, in sepulturam suam defluūt. Eos qui ui urūtur pœna funerat. Irascere interfectori, sed misereri interfecti. Homicida, inquit, est qui se occidit. Huic irascaris? Pro quo irascaris? Non aliud Scæuolæ Mutio cognomen dedit, quàm quod à Porsenna libertatem, manus suæ ustione, defendit, nec aliud quàm utilitas sui. Non aliud Codrus cæteris imperatoribus dedit exemplū, quàm quod positis imperatorijs insignibus, ad mortem cucurrit. Nec ullo maior fuit dux, quàm quod se ducem nō esse mentitus est. Non postulo, ut gloriosum sit, sed ut tutum sit mori. Non magis crudeles sunt, qui uolentes uiuere occidunt, quàm qui mori uolentes non sinunt. Curtius deijciendo se in præcipitem lacum, fatum sepulturæ miscuit. Celebretur Cato, huic miserrimo, quod aliquid non ignaue de spiritu suo statuit, tantum impune sit. Etiam uulnera infelicis scrutantur in crimen, Aestimate an uiuere licuerit, cui nec mori quidem licuit.

Pars altera contra homicidam sepeliendum.

Facinus indignum, si inueniātur manus quæ sepeliant eum, quem occiderunt suæ. Sumpsit gladium. Video ardentes oculos. In quem nescio. Scelus cogitat. Nescio cuius criminis, sibi conscius confugit ad mortem. Cuius inter scelera etiam hoc est, quod damnari non potest. Contra hos inuentum est, ut aliquid post mortem timerent, qui nec mortem timent. Nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere.

Declamatio quinta de patre repetente filium quem prius expulerat.

ABdicauit filiū quidam. Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro præmio ad patrē reditū. Pater cōtradicit. Pater postea fortiter fecit. Petit ad se filij reditū. Filius cōtradicit.

Prima pars contra filium.

Ego fortior sum, post tuam pugnam pugnauimus, post meā uicimus. Reuertere; dignam domum te feci. Isti oculi mei sunt. Istæ manus meę sunt. Ista contumacia mea est. Si mereor præmium, patri date. Si non mereor, isti suum reddite. Ego inquit, eadem lege præmium non accepi. Hoc est unde abdicatus es. Cum putas nihil inter te & patrē interesse, post similia opera, si tātum commilito esses, me patrem adoptare debueras. Admoneo te iuuenis. Hoc præmium qui recusauerat, petit. Timeo, inquit, ne me iterum abdices. Commissurum me putas, ut iterum rogem? Bello grauiore pugnaui, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt etiam qui priore bello fuerant. Ille annos suos exercuit. Ego uici meos. Tu fecisti bellum. Ego sustuli. Quā ta exhortatio iuuenum sui senex fortis. Vtriq; nostrum præmium reddite. Militaui senex, Militaui exanguis, Militaui qui iam uicarium dederam. Vterq; nostrum cum rogatur, fastidit, cum relinquitur, rogat. Quid nos suspicari cogis, quod non uis in patrem domum uenire? Turpe erat uirum fortem, nisi à patre coacto, non recipi.

Pars altera pro filio contra patrem.

Quid me captiuum ex libero cupis? Quid ignominiæ subijcis uirū fortem? Quid efficis, ut possim abdicari? Meus, inquit, es filius. Quid opus est præmio, si tuus sum?

Declamatio sexta de filia pauperis post passum naufragium à diuite uitiata.

VItiata uitiatoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Diues pauperem de nuptijs filiæ interpellauit tertio. Ter pauper negauit. Profectus cū filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptijs filiæ. Pauper tacuit, & fleuit. Diues nuptias fecit. Redierunt in urbem. Vult pauper educere puellam ad magistratus. Diues contradicit.

Prima pars pro paupere contra diuitem.

Adducatur ad magistratus puella, quid times? Certe uxor tua est. Queri nec de morte poteris, si hanc puella maluerit, Nemo unq; raptor serius perijt. Vt littus agnoui naufragus in altum natani. Quid times, si exoraſti? Accesit ad me primum, filiam tuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducere uolo, inquit. Non fleui, Tunc enim licuit negare. Nuptias filiæ, tanquam naufragium meum fleui. Naufragus plus de littore queror. Inter naufragiū quidem & nuptias, nec una quidem nox interfuit. Differat nuptias, dum flere socer sinat. Putat me iam filiam commisisse sibi hic, cum nec dum se committat uxori. Lachrymis inter uerba manantibus uenio, talis & in nuptijs filiæ fui. Si rapta es, cur optionē recusas? Si uxor es, cur times? Loquor ubi primum licet, procul à conspectu reliquerā patriā, nondum tamē possessionē diuitis præterieram. Subito fluctibus inhorruit mare, ac discordes in perniciem nostrā flauêre uenti. Demissa est nox cœlo, & tantum fulminibus dies redditur. Inter terram & cœlum dubij pendimus. Adhuc tamen bene iudices nauigauimus. Naufragium maius restat in littore. Erat in summis montiū specula arduæ diuitis. Illic iste naufragiorum reliquias computabat, illic uectigal infelix, & quantum sibi iratum redderet mare. Interrogor de nuptijs filiæ, cum adhuc pulsaret aures meas fluctus. Feci quod debui, & captus & naufragus. Inimico stuprum lachrymis negaui. Delicatus diues, qui etiam inter naufragia amare potest, matrimonij celebritatem remoti angulo ruris abscondit. Ibi fecit nuptias, quò nemo nisi naufragus uenit: lachryma est indicium inoptatæ rei. Lachrymæ pignora sunt nolentium, & repugnantis animi uultus index. Nemo unquā quod cupit deflet. Lachrymæ coacti doloris inter præcordia & intolerabilis silentij eruptio. Sicut ille qui super cinerem deflet patrimonium odit incendium, Sic qui naufragium deflet, maria detestatur. Fletus humanarū necessitatum uerecunda execratio est. Tuæ nunc sunt partes puella. Discedo. Et quod prius feci, tacco. Si nupta es, habes, quod optes, si uitiata, quod imperes.

Pars altera pro diuite contra pauperem.

Naufragium duo sacratissima inter homines acceperunt, hospitium & affinitas. Alterum præstiti, Alterum & rogaui. Oblatas conciliante fortuna nuptias, quod erat amantis sæpius rogaui, quod festinantis, non distuli. Quid hic raptoris est, nisi quod indotatam duxi? Errat socer, qui putat mihi chariorem futuram puellam, si me potuerit occidere. Quid mihi superest? preces meæ quas toties adhibui, an istius lachrymę quas mouit? Nihil mihi inimicus obijcere potest præter matrimoniū. Magnus est amor qui ex misericordia uenit. Fundebamus lachrymas, ex pœnitentia dissidij prioris. Nec plura, aut me proloqui, aut istum respondere passæ sunt mentes gaudijs occupatæ. Nulla integritas tantum, etiam sibi explorata, confidit, ut causam uelit dicere. Si interrogaueris filiam, partem legis amputaturus es, si non interrogaueris, legem. Si genero uitam daturus esset, etiam innocentiam reliquisset. Quæritis quid dum fleret, faceret? Non negauit, & solebat negare. Si nollet mortem, optaturus est? Non enim potest eas partes legis desiderare, quas non habet.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER NONVS.

Declamatio prima, De Cimone à Callia redempto.

Hæc respõdet. 25

ADulterum cum adultera, qui deprehenderit, dum utrunque corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Milciades peculatus damnatus, in carcere alligatus, decessit. Cimon filius eius, ut eum sepeliret, uicarium se pro patris corpore dedit. Callias sordide diues natus, redemit eum à republica, & pecuniam soluit, eique filiam collocauit. Ille deprehensam in adulterio, deprecante patre, occidit uxorem. Ingrati reus est.

Prima pars pro Cimone.

Adulterium mihi carcer est. Ferrum mihi à lege traditum, ad uindictam pudicitiæ proijciam. Perdidisti pecuniam Callia, si soluisti tales manus. Non potest generosus animus contumeliam pati. Hoc interest, inter fortunam patris & filij, Illius calamitatum exitus fuit carcer, mearū initiū. Vnius Milciadis census inuentus est, Cimon filius redemptus. Cimon redemptoris infelicitas est. Reddam beneficiū, cū tam honestum desideraueris, quàm dedisti. Ego adulteros dimittam? Quid aliud facerem, si adhuc alligatas manus haberē. Quid tu pœnā putas pro Milciade alligari? Magnū uterq; beneficiū duma

dum damus, recipimus. Ego, quod Milciadem redemi, tu quod Cimonem. Turpissimum duxi ab eodem dimitti, & adulteros & Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem desino, Ita mihi ueros habere liberos cōtingat, quod quantum sit Milciades expertus est. Dignum erit Callias talem genuisse, qualem redemit. Dic nūc exemi te ego carcere, cui respōdeam, Ego me carceri tradidi. Nunquam fiet, ut melius actum putem, quod à Callia redemptus sum, quàm quod pro Milciade alligatus. Ego me à te redemptum putabam. Emisti me filiæ tuæ, Calliæ filiam duxi. Hanc tibi pater, dum ingratus esse nolo, iniuriam feci. Non possum ob id damnari, quod lege factum est. Beneficium est, quod totum eius causa præstatur, in quem confertur, Vbi aliquis ex eo quid sperat, aut impetrat, non beneficium sed consilium est. Summo te decore liberaui inuitus. Redemisti me, & tu non rogantem, huic uirgini. Omnes & quicunque uitiatas filias uel clauserunt, uel occiderunt.

Pars altera pro Callia.

Duo beneficia dedi, & redemi, & egenti filiam collocaui. Obijcio tibi, quod uxorem passus es adulteram fieri, quod non custodisti, quod moratus es, dum superueniret pater, spectator suæ calamitatis. Ego non expectaueram, donec rogarer. Molestè ferebas socerum dici Calliam. Mores puellæ non tantum passus es in uitia labi, sed ipse impulisti, nactus occasionem non omisisti.

Extra controuersiam.

Hic color, & Gallioni, & Latroni, & Montano placuit, Vt nihil in Calliam diceretur contumelioſe, in redemptorem, in socerum infelicem. Multas quæstiones rhetorici & poëtæ Romani à Græcis dictas non surripiunt, sed & prouocauerunt. Thucydidis sententia est, Res secundæ mire sunt uitijs obtentui. Cum sit præcipua in Thucydide uirtus breuitas, hac eum Salustius uicit, & suis cum † clausris cecidit. Nam in sen ul. castris
tentia græca, quæ saluo sensu detrahas deme, constabit etiam si non æque tamen integra. At ex Salustij sententia, nil demi sine detrimento sensus potest. Titus etiam Liuius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc sententiam uituperaret, tanquam translatam, & corruptam dum trasferretur obijceret Salustio: nec amore Thucydidis facit, ut illum præferat, sed laudat, quem non timet, & facilius putat à se posse Salustium uinci, si ante à Thucydide uincatur.

Declamatio secunda de Flaminio prætore qui occidit damnatum ad rogatum meretricis.

Hæc respõdet. 26

MAiestatis læsæ sit actio. Flaminius prætor Romanus in cœna à meretrice rogatus, quæ aiebat nunquam se uidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. Accusatur læsæ maiestatis.

Prima pars contra Flaminium.

Obijcio luxuriam histrionicam, iocos mimicos, in conuiuio nihil aliud quàm occiditis. Vni fortasse osculo donauit homicidium. Cœnaturi carnifices manus abluunt. Non inquire totum annum, una nocte contentus sum. Facilius est ut qui multa meretrici dedit, homicidium neget, quàm ut qui homicidium dederit quicquam negaret. Seruum si uerberari uoluisses, extra conuiuium abduxisses. Contactam sanguine humano mensam, strictas in triclinio secures, quis credat ista concupisse meretricem, uel fecisse populi Romani prætorem? Virgæ promuntur, & ante mensam deosq; crudelitatis uictima trucidatur. Me miserum terrore Romani imperij lusisti. Lege potius, quàm sorte cadat. Exurgite Bruti, Oratij, Decij, & cætera imperij decora. Vestris fascibus, securibus uestris, iam puellæ iocantur obscœnæ. In eo quod sub prætextu publicæ maiestatis agitur, quicquid peccatur, magistratus actione, uindicandum est, Percussurus ad prætorem lictor respicit. Prætor ad meretricem.

Pars altera pro Flaminio.

Si legatus mandata affert falsa, sic audiuntur tanquam illa populus Romanus dederit. Imperator fœdus percusserit, uidetur populus percussisse Romanus, & fœdere continetur. Nunc nec quicq; uiribus populi detractū est, nec opinioni. At ex te æstimant cæteros. Et ante hunc alij fuerūt, quibus æstimari possunt. Nemo ascribit urbibus uitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulorum. Obijciunt, quod damnatus perierit meretrici, & postulant prętorē perire damnato. Libido omnis intra meretricē est, crudelitas intra carcerem. Multa populus Romanus in suis imperatoribus tulit. In Manlio impotentiā, à quo & filius et uictor occisus est. In Sylla crudelitatē. In Lucullo luxuriā. In multis auariciā. Non putaui ad rem pertinere, ubi aut quādo periret, qui perire deberet. Occisus est. Quis? damnatus. Vbi? in prætorio. quo tempore? Est enim tempus quo noxius perire non debeat.

Extra controuersiam.

Quædam controuersiæ sunt in quibus factum defendi potest, excusari non potest. Non speramus ut Flaminiū iudex probet, sed ut dimittat. Itaq; sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, sed potius non scelerato. Titus Liuius de oratoribus, qui uerba antiqua sordida consectantur, & oratoris obscuritatem, † securitatem putant tamen in his etiam si minus est insaniæ, minus † spei est, illi qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris, sed plus & corporis. Semper ad sanitatem proclivius est, qui potest detractione curari, illi succurri non potest, qui simul & insanit & deficit. † Mindius dixit tetracolo, seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut expleretur circuitus. Quem enim sensum habet, seruiebat dies nocti. Hanc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis & in omnibus huius generis sententijs, curamus ut numerus constet, nō curamus ut sensus. Omnium autem corruptarum sententiarum exempla de industria pono, quia facilius & quid imitandum, & quid uitandum sit, docemur exemplo.

al. seueritatem
al. speciei.
al. Mirridius

Declamatio tertia de patre repetente duos expositos.

Hæc respondet 16

PEr uim metumq; gesta, non sint rata. Facta conuentaq; legibus, rata sint. Expositos qui cognouerint solutis alimentis recipiant. Quidam duos expositos sustulit & educauit, quærenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est, reddit illi duos, repetit unum.

Prima pars pro patre repetente duos expositos.

Cum alienis diuidimus liberos, quos non diuidimus cum matribus? Vtrūq; genui: Vtrunq; desideraui, pro utroq; pactus sum. Vnà sunt nati, unà expositi, unà educati, redditi distrahuntur. Distraxit illos fortuna aliquando à parentibus, nūquam ab ipsis. Duos exposui, quia alterum eligere non poteram. In auctionem fratres productos hostilis hasta non diuidit. Plus quidem est gemínos esse quàm fratres. Perdit uterq; gratiam suam, nisi cum altero est. Ignoscam retinenti meos, cum ipse non concupíscam alienos. Agnitio diuidet, quos iunxit etiam expositio. Omnia pro filio paciscor, præter filium. Pactus sum flens, tremens, tanquā exponerem. Mihi tunc uis & necessitas erat. Non enim poteram inuenire filios, nisi alterum promisissem.

Pars altera pro petente alterum expositorum.

Vtrunq; potest ex hoc iudicio patrem dimittere, liberis hic carere consueuit. Ego et cum unum accepero, necesse est torquear. Duobus assueui. Vim uocas, quæ te patrem fecit? Ego sustuli. Ego educaui. Ego reddidi. Iste electurus est, In ista ui duos filios perdidi. Lex, arma, & uincula, & ultimum periculum complectitur.

Extra controuersiam.

In Sabinum Clodium, una die & græce & latine declamantem, multa urbane dicta sunt. Dixit Catherius quibusdam querentibus, quod pusillas mercedes acciperet, cum duas res doceret, Nunquam mercedes magnas accipere eos qui † breuia pneumata docent. Mecœnas dixit, Cassius Seuerus ab auditione eius rediens, interrogatus quomodo dixisset, respondit, male uicit.

al. hermeneumata

Declamatio quarta de patre cæso à filio.

Hæc respondet 17

QVi patrem pulsauerit, manus ei præcidantur. Tyrannus patrem cum duobus filijs in arcē accersijt. Imperauit adolescentibus, ut patrem cæderent. Ex his alter præcipitauit se, alter cecidit patrem. Post in amicitiam tyranni receptus est, Occiso tyranno præmium accepit. At reus sit cæsi patris. Petuntur manus, pater defendit.

Prima pars patris filium defendentis.

Felicior essem si plures reos defenderem. Præcidetis tyrannicidæ manus. Quid est hoc? integer tyrānus iacet. Tam necesse fuit patrem cædere, quàm templa spoliare, uirgines rapere. O quantum debemus istis manibus, per quas iam nihil necesse est. Tales fuerunt, ut ex his posset tyrannum alter contemnere, alter occidere. Præcipitasti te fili. Hoc non est patri parcere, sed tibi. Dura fili, in tyrannum tibi per patrem eundum est, utrum ex filijs meis probatis? Alter se occidit, alter tyrannum. Suspensas leuiter admouebat manus. Filius simulabat ictus, pater gemitus. Necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium. Hoc excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres, sed occiderint. Sed nec iste occidisset, Ille me fratri reliquerat, hic tyranno. In lege, inquit, nihil excipitur. Sed licet multa non excipiantur, intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est. Quid interest lege excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsauerit, cum illi non supplicio, sed remedio opus sit, ne puniatur infans, si pulsauerit patrem. Hic qui cogente tyranno fecit, ipso fuit miserior uapulante. Non est impudica, quæ accersita est a tyrāno. Non est sacrilegus sacerdos, qui deorum immortalium dona suis manibus pertulit ad tyrannum. Patre iubente fecit, nec cecidit ipse, sed paruit. Vltio cæsi patris, nullius est, nisi patris. Si à quolibet alieno cæsus essem, & iniuriarum agere nollem, nomine meo ageret. Nunc nihil interest. Pœna maior est eius qui cecidit, ius idem eius qui cæsus est.

Pars altera contra filium qui patrem ceciderat.

Tamdiu cecidit patrem, donec placeret tyranno. Satelles inquit, pro Repub. feci. Idem imputas & Reipub. & tyranno. Habuisti quod iactares tyranno. Frater maluit mori. Perijt, ne parricidium faceret, aut uideret. Cæsus inquit, pœnam remitto. Mirarer, nisi pro tam bono patre fuisset, qui mori uellet. Pater, inquit, uoluit, sed frater noluit. Ita tu non tantum tyranno, sed etiam patri dignus uisus es parricidio. Cecidisti patrem cum & legem nosses, & fratrem.

Extra controuersiam.

Ab Appio proconsule, cum quo in Cretā Sabinus uenerat, in theatro Græci posituare cœperant, ut Sabinus maximum magistratū gereret. Mos autem est barbam & capillos magistratui Cretensiū submittere. Surrexit Sabinus, & silentio manu facto, hūc magistratū inquit, ego Romæ bis gessi. Bis enim reus causam dixerat Græci non intellexerunt, sed bene interpretati perebant, ut illum honorē: Sabinus tertio gereret. Idem etiam cum reus rogaret, ut in latomias transferretur. Nec nunc, inquit, quenquam nostrum decipiat nomē latomiæ, illa animo meo lauta res est. Iocabatur in miserijs, ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit? potuisse quis credit?

Declamatio quinta de nepote rapto ab auo.

Respondet 18

DE ui fit actio. Quidā duos filios sub nouerca amisit, dubijs signis cruditatis et ueneni. Tertium filium auus maternus rapuit, qui ad uisendos nepotes egros non fuerat admissus. Quærenti patri, per præconem dixit apud se esse. Accusatur de ui.

Prima pars pro auo qui rapuit nepotem.

Habui filiam, quamuis unus filius superst fœcundā, apud me nutriatur, sine. Quid times? ne nō admittare cum ueneris? Non quæris filios, quos perdidisti, quē non perdidisti quæris. Pater à me unum repetit, ego duos à patre. Plus habeo quod auo, quàm quod reo, timendum sit. Veni ad ægrotantes nepotes. Admissus non sum: hęc uera uis fuit, illa uis est, quæ arma, pugnam uulnera non habet. Describe istius comitatū tumultus unus & sonus est. Rapuisti, inquit, filiū meum, imò nepotē sustuli, imò uenientem non potui excludere, si quis obsessam latronibus armata manu coniugem, liberosq; rapuisset. Quod uiuit puer, beneficium erit meum. Et medici alligant, & corporibus nostris ui medentur. Non potest agere mecum tanquam cum alieno. Habet sua iura natura. Et hoc inter patrem & auum interest, quod auo seruare suos licet, patri & occidere. Quæ est ista tam sera pietas? tam præposterа? Quærere tuos à tertio incipis. Quisquis puero fauit, ne inueniretur optauit.

Pars altera pro patre contra auum.

Non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxorē ueneficij, me ueneficæ mancipauit. Cum socero mihi, iudices, ne uiua quidem uxore, per omnia cōueniebat, mortua uerò

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua uerò, inimicum professus est. Languente puero cum uociferatione & conuitio, auspicans quid accidit, uenit, qui ad sanos nepotes nunquam antea uenisset. Non admisi & tunc enim uidi uenire rapturum.

Extra controuersiam.

Habet et hoc Montanus uitiũ. Sententias suas repetendo corrumpit. Dum non est contentus unam rem semel benedicere, efficit, ne benedixerit. Propter hoc solebat Montanum Scaurus inter oratores Ouidiũ uocare. Nam & Ouidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Cum Polyxena esset adducta tumulo Achillis immolanda. Hecuba dixit: Cinis ipse sepulti. In genus hoc pugnat. Poterat esse contentus. Adiecit, tumulo quoque senserat hostem. Neq; hoc contentus adiecit Aeacidæ fœcunda fui. Aiebat Scaurus non minus magnam uirtutem esse, scire desinere, quàm scire dicere.

Declamatio sexta de matre uenefica filiam accusante.

Hæc respondet 29

VEnefica torqueatur, donec conscios indicet. Quidam mortua uxore, ex qua habebat filiũ, duxit aliam, & ex ea filiam sustulit. Veneficij damnata, dum torqueretur dixit consciam puellam. Petitur duci ad supplicium puella. Pater defendit eam.

Prima pars pro filia ne sit rea uenefícij.

Non prodesset tibi puella, quod amauit te pater, nisi mater odisset. Nefanda mulier, etiam filiæ nouerca. Ne mori quidem potuit, nisi & occideret. In gladiatoribus quoq; conditio dura uictoris est, cum moriente pugnantis. Nullũ magis aduersarium timeas, quàm qui uiuere non potest, occidere potest. Cõcitatissima est rabies in desperatione. Sorte ultima in furorem animus impellitur. Quædã feræ ipsa tela inuadunt, & in mortis autorem per uulnera ruunt. Gladiator quem armatus fugerat, nudus sequitur, & præcipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit. Quodam naturali deploratæ mentis affectu, morientibus gratissimum est commori. O mendacium simile ueneficio, dum nouercæ meminit, matris oblita est. Peto ne quia filium uindicaui, filiam perdam, quod nisi succurritis, nouerca uincit. Ego uictus sum. Ne interplicia quidem desinit occidere. Prosit apud uos puellæ, quod pater eam laudat, prosit quod mater accusat. Conscia inquit, est filia. Ego torqueri cœpi, nouerca torquere. Habui filium talem, ut illum amare posset nouerca, nisi in eam incidisset, quæ odisset etiam filiam posset. Seruus furti tortus. Catonem conscium dixit. Vtrum plus tormentis creditis, an Catoni? Quod nouerca tam sero, puella tam cito. In hoc ueneficij pœnas dabat, ut accusatoris exigeret.

Pars altera contra filiam quæ sit rea ueneficij.

Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur. Venena à radicibus statim pestifera sunt. Quid illa quæ fratrem in moram sequentis patris sparsit? habemus exemplum quod & sorori conueniat, & uirgini. Nouerca in hoc priuigno dedit uenenum, ut filia sola hæres esset. Ideo adhibuit, & consciam.

Libri noni Declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE DECLAMATIONVM LIBER DECIMVS.

Hæc præfatio præponitur lib. 6.

Vod ultra mihi molesti sitis, nõ est. Interrogate, si qua uultis. Sinite me ab istis iuuenilibus studijs ad senectutẽ meã reuerti. Fateor uobis, iam res est tedio. Primo libẽter assilui, uelut optimã uitæ meæ partẽ mihi reducturus, deinde iã pudet tanq; diu non seriã rem agam. Scholastica studia leuiter tacta delectant, cõtrectata & propius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel exhaurire memoriã meam, & dimittite uel adactũ iureiurãdo, quod fermè dixisse memini me quæ sciui, quæq; audiui, quæq; ad hãc rem pertinere iudicaui. Pertinere aũt ad rem non puto, quomodo Lucius Magius gener T. Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populũ habuit, cum illũ homines non in ipsius honorẽ laudarent, sed in soceri ferrent, quomodo L. Aspre nas aut Quintilianus senex declamauerit, trãseo istos quorũ fama cũ ipsis extincta est.

De Scauro

De Scauro si me interrogatis, cum illum mecũ audieritis, iniqui estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter causam in ipsis subsellijs, sæpe † domi dicebat: deinde litiganti similior quàm agenti, cupiebat euocare aliquam uocem aduersariorum, & in altercatione uires suas nouerat: nihil erat illo uenustius, nihil paratius, genus dicendi antiquum, uerborum quoq; non uulgarium grauitas, ipse uultus habitusq; corporis, mire ad autoritatem oratoriam aptatus. Sed ex ijs omnibus scire posses non quantum oratorem præstaret Scaurus, sed quantum desereret. Pleræq; actiones malæ, in omnibus tamen aliquod magni neglectiq; ingenij uestigium extabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortunæ imputares. Sed illum longa imò perpetua desidia eò perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quæ deinde senatus consulto combustæ sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extant libelli, qui cum fama eius † lucent, multoq; solutiores ipsis actionibus. Illas enim cum destituerit cura, labor adiuuabat, ij coloris minus habent, negligentiæ non minus. Declamantẽ audiuimus, nouissime quidem lepide ita, ut quod difficillimum erat sibi displiceret. De Labieno interrogatis. Declamauit non quidem populo, sed egregie. Non admittebat populum, & quia nondum hæc consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac friuolæ iactationis affectare. Faciebat enim censorium supercilium, cum alius animo esset, magnus orator, qui per multa impedimenta eluctatus ad famam ingenij, confitentibus magis hominibus peruenerat, quàm uolentibus. Summa egestas erat, summa infamia, summum odium. Magna autem debet esse eloquentia, quæ inuitis placeat, cum ingenia fauor hominum ostendat, fauor alat, quantam uim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat? Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis antiquæ, uigor nouæ. Cultus inter nostrum ac prius seculum medius, ut illum posset utraq; pars sibi uendicare. Libertas tanta, ut libertatis nomen excederet, ut quia passim ordines honores q; lasciabat. Rabienus uocaretur: animus per uitia ingens, & ad similitudinem sui ingenij uiolentus, et qui Pompeianos spiritus nondũ in tanta pace posuisset. In hunc primum excogitata est noua pœna. Effectum est enim per inimicos, ut omnes eius libri incenderentur. Res noua & insueta, supplicia de studijs sumi. Bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronẽ inuenta est. Quid enim futurũ fuit, si triumuiri libros, si ingenium Ciceronis proscriberẽt? Sunt dij immortales lenti quidem, sed certi uindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientium regesserunt, ut iustissima patiendi uice, quod quisq; alieno excogitauit supplicio, sæpe excipiat suo. Quæ uos dementissimi homines tanta uecordia agitat? parum uidelicet in pœnas notæ crudelitatis est? Conquirite in uosipsos noua, quibus pereat & si quid ab omni patientia rerum natura subduxit, sicut ingenium memoriamq; nominis, inuenite quem admodũ perducatis ad eandem rem corporis. Malam facem studijs subdere, & in monumenta disciplinarum animaduertere, quanta & quàm non contenta certa materia sæuitia est? Dij melius, quod eo seculo ista ingeniorum supplicia cœperũt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea uiuentis admodum scripta combusta sunt. Iam non malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliam, nec superstes esse ingenio suo uoluit, sed in monumenta se maiorũ suorum ferri iussit, atq; ita includi, ueritus ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur, non finiuit tantum se ipse, sed etiam sepeliuit. Memini aliquando cum recitaret historiam, magnam partem illorum librorum conuoluisse, & dixisse, hæc quæ transeo post mortem meam legentur. Quanta illis libertas fuit, quam etiam Labienus extimuit? Cassij Seueri hominis Labieno iunctissimi belle dicta res ferebatur. Illo in tempore quo libri Labieni ex S.C. urebantur, nunc me inquit, uiuum uri oportet, qui illos edidici. Monstrabo uobis bellum libellum, quem à Gallione uestro petatis. Recitauit rescriptum Labieni pro Batillo Mecœnate, in quo supplet adulescentis animum, illos dentes ad mordendum prouocantis. Puto iam nihil, quod interrogetis, restat. Musa rhetor quem interdum soletis audire, licet Mela meus contrahat frontem, multum habuit ingenij, minus cordis. Omnia usque ad ultimum tumorem perducta,

ut non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut non extra ſanitatem, ſed extra naturam eſſet. Quis enim ferret hominem de ſiſonis bus dicentem, cœlo repluerunt, de ſparſionibus, odoratos hymbres, & in cultum uiridium, cælatas ſyluas, & in pictura, nemora ſurgentia. Aut illud quod de ſubitis mortibus memini eum dicentẽ, cum uos me illò perduxeritis. Quicquid auium uolitat, quicquid piſcium natat, quicquid ferarũ diſcurrit, noſtris ſepelitur uentribus. Quere nunc, cur ſubito moriamur. Mortibus uiuimus. Non ergo & ſi iam manumiſſus erat, debuit de corio eius nobis ſatisfieri. Non ſum ex iudicibus ſeueriſsimis, nec ad exactam regulam redigam, multa donanda ingenijs puto, ſed donanda uitia non portenta ſunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta ſunt, non ſubtrahantur, non plura uideãtur, uos ſubijciatis. Oſcius non incommode dixit, ſed ſibi nocuit: cum nihil ſine ſchemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, ſed praua. Itaq; non inurbane Pacatus rhetor, cũ illi Maſſiliæ mane occurriſſet, ſchemate illum ſalutauit. Poterã, inquit, dicere aue Oſci. Ipſe ab eloquentia multum aberat, natus ad contumelias omnium ingenijs inurendas. Nulli nõ impreſsit aliquid, quod effugere nõ poſſet. Ille Paſsieno prima eius ſyllaba in Græcum mutata obſcœnum nomen impoſuit, declamatori ſubtili & arido: ille Sparſo dixit ſcholam communem cum rhetore quodam habenti, tu potes controuerſiam intelligere, qui non intellígis te laterem lauare. Sparſus autem dicebat ualenter, ſed dure. Ad imitationem Latronis ſe addixerat, non tamẽ unquam ſimilis illi erat, niſi cum eadem diceret. Vtebatur ſuis uerbis, Latronis ſententijs. Cum Baſſo certamen illi fuit, quem uos quoq; audiſtis, homine diſerto, cui demptam uelim quam conſectabatur amaritudinem, & ſimulationem actionis oratoriæ. Nihil indecentius, quàm ubi ſcholaſticus quod nõ nouit imitatur. Amabam itaq; Capitonem, cuius declamatio eſt de Popilio, hæc quæ meo Latroni ſubijcitur. Bona fide ſcholaſticus erat, in his declamationibus quæ illi bene ceſſerunt, nulli non poſt primum Tetracolum præferendus. Primũ Tetracolum quorum faciam quæritis, Latronis, Fuſci, Cæſtij, Albutij, Gallionis. Hi quoties cõflixiſſent, penes Latronem gloria fuiſſet, penes Gallionem palma, reliquos ut uobis uidetur cõponite. Ego uobis omnium feci poteſtatẽ, hos minus nobiles ſinite in partem abire, Paternum, Moderatũ, Fabium, & ſi quis eſt nec clari nominis, nec ignoti. Dum in his ad ſatietatem ueſtrã me præſtiterim, permittite me mihi & aliquos ex ſinu proferre, quibus quo minus ad famam peruenerint, non ingenium defuit, ſed locus. Bene declamauit Caius Silo, cui Cæſar Auguſtus, cum frequenter cauſas agentem in Trachinenſi Colonia uidiſſet, plenum teſtimonium reddidit, dixit enim, nunquam audiui patremfamiliâs diſertiorem. Erat qui patremfamiliâs præferret, oratorem ſubduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abſcondere. Solebat declamare ſtudioſe Turrinus Clodius, cuius filius fraterno uobis amore cõiunctus eſt, adoleſcens ſummæ eloquentiæ futurus, niſi mallet exercere quantũ habet, quàm conſequi quantum ſequi poſſet. Sed Turrinus Clodius multum de uiribus remiſerat, dum Apollodorum ſequitur, & ſummam legem dicendi eum putat. Tantum tamen illi ſuperfuit uirium, quantum ualeret, etiam ſi ars abeſſet. Sententias dicebat excitatas, inſidioſe aliquid perentes. Nunquam de colore Latroni controuerſiam fecit. Latro nunquam ſolebat diſputare in cõuiuio, aut aliquo quo declamare poterat tempore. Dicebat quoſdam eſſe colores, prima facie duros & aſperos, eos non poſſe actione approbari. Negabat itaq; ulli placere poſſe, niſi totum, noſſe ſe ſuas uires, & illarum fiducia alijs metuenda & prærupta adire, multa ſe non perſuadere iudici, ſed auferre. Turrinus contra nihil probare, niſi tutum, non quia imbecillis erat, ſed quia circumſpectus cauſæ. Nemo diligentius propoſuit, nemo reſpondit paratius, & pecuniã itaq; & dignitatem, quam primũ in prouincia Hiſpania habuit, eloquentiæ debuit. Natus quidẽ erat patre ſplendidiſsimo, auo diui Iulij hoſpite. Sed ciuili bello attenuatæ domus nobilis uires excitauit, & ita ad ſummam perduxit dignitatem, ut ſi quid illi defuit, ſcias loco defuiſſe. Inde filius quoq; eius, id eſt meus, nunquã enim illum à uobis diſtinxi, habet in dicendo paternam diligentiam, quæ uires ingenij ſui ex induſtria retundit: hoc & in ipſo uitæ genere ſequitur, ad ſumma euaſurus iuuenis niſi modicis contentus eſſet, & ideo dignus eſt, cuius tam modeſtis cupiditatibus fortuna præſtet fidem. Horum omnia non me animo

animo maiore, ſed certo poſuiſſe iudicio ſcietis, cum ſententias eorum retulero, aut pares notiſsimorum autorum ſententijs, aut præferendas.

De filio pauperis occiſi, & diuite inimico.

Iniuriarum fit actio. Quidam cum haberet filiũ, & diuitem inimicum, occiſus inſpoliatus inuentus eſt. Adoleſcens ſordidatus ſequi diuitẽ cœpit. Diues eduxit eum in ius & poſtulauit, ut ſi quid ſuſpicaretur, argueret. Adoleſcens ait: Accuſabo, cum potero. Diues petens honores repulſus eſt. Accuſat iniuriarum pauperis filium. Contradicit.

Prima pars pro filio pauperis.

Gratias diuiti, quod quos odit, iam reos facere contentus eſt. Non ambulabis inquit, eadẽ uia, non calcabis ueſtigia mea, non offeres delicatis oculis ſordidam ueſtem, non flebis, me inuito, non tacebis. Pericramus, ſi hic magiſtratus eſſet. Quod ſordidatus fui, lugentis eſt: quod fleui, pietatis: quod non accuſaui, timoris: quod repulſus eſt, ueſtrum eſt. Honores patre meo uiuo nunquam petiui. Vitium me meum ſequatur. Taceo. Vtinam hoc uitium habuiſſet & pater. Quando uobis non ſordidati ſumus? Accuſa, inquit, pauper diuitem. Ambulare mihi arbitrio meo non licet. Accuſa, inquit, rem perage, perora. Quis accuſare ſic † locupletem poteſt? Cur, inquit, me ſequeris? Aliud ergo pauperes iter, aliud diuites habent. Quiſquis percuſſor fuit, quaſi diues ſpolia contemplit. Mortuo patre meo, metuo, ne quis ſe lædi putet, ſi dixero occiſum. Sordidatus, inquit, fles. Quid aliud facere poſſum occiſi pauperis filius? Quid accuſanti feciſſet, qui perſequitur tacentem. Quare, inquit, ſequeris me? Vt aliquando miſererearis mei, ut deſinas afflictam domum perſequi. Eum accuſatorem habeo, qui ſe non eſſe reum miratur. Cur, inquit, non agis? Quia adeo non metuis, ut cogas. Sordidatus ſum. Quod reo licet, lugenti non licet? An ne lugebo quidem quem uindicare non poſſum? Non erat in illo præda, quam graſſator appeteret. Erat ſumma uirtus, contumax aduerſus diuitiarum faſtidium innocentia. Hæc ab inimico perita ſunt ſpolia. Quis cædem machinatus eſt? Scire non poſſum, quod diſſimulari non poteſt, ſcio, quis optauerit: & tu diues inimicus es, & ille inſpoliatus inuentus eſt. Non eſt cur accuſem, ſed eſt cur ſuſpicer. *Hæc reſpondet 30*

Pars altera pro diuite inimico.

Vt ſcias te inuidiam mihi facere, cum dixiſſem, accuſa me, non negaſti, ſed reſpondiſti, accuſabo cum potero. *al. loquentem*

Declamatio ſecunda de patre uicto à filio uictore.

Viro forti præmium. Si plures erunt, iudicio contendant. Pater & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, ut ſibi cederet, ille noluit. Iudicio contenderunt. Vicit patrem, petit præmio ſtatuas patri. Abdicatur, contradicit.

Prima pars pro filio uictore.

Quem optem neſcio iudicij huius euentum, cum crimen meum ſit uiciſſe. Patriæ iudicium habeo, patris perdidi, patrem in acie uidi, pugnaui cum exemplo. Iudicium uocatur, quo pater & filius ſpolia contulimus. Vici non filius patrem, ſed iuuenis ſenem. Ego uici, ſed omnes gratulati ſunt patri. Cogitaui Horatium Hetruſcas acies corpore ſuo ſubmouentem. Cogitaui Decium, qui nec ipſi patri ceſſit. Pugnaui non tantum imperatori, ſed etiam patri. Auidus ſum gloriæ. Hoc ſi uitium eſt, paternum eſt. Pudeat pater, ſi te uicit filius abdicandus. Ego præmium habeo, tu & præmium, & uirum fortem. Virtutes noſtræ ſilentio præteriiſſent, illuſtratæ ſunt, dum conferuntur. Iudicauerunt non quod erat, ſed quod te malle credebant. Honor ad utrunque peruenit. Alter præmium habet, alter percepit.

Pars altera pro patre uicto.

Nolo habitare cum aduerſario meo. Non capit idem contubernium, uictum & uirum fortem. Statuam, inquit, tibi poſui, imò ne poſſem unquam me uictum obliuiſci, ignominiam meam in æs incidiſti.

Declamatio tertia de filia, quæ ſe ſuſpendit, ut patri ſatisfaceret.

Dementiæ fit actio. Bello ciuili uirum quædam ſecuta eſt, cum in diuerſa parte haberet patrem, & fratrem. Victis partibus ſuis, & occiſo marito, uenit ad patrem, *Reſpondet 11.*

à quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quo recepta, ait patri. Quemadmodũ uis tibi satisfaciam? Ille respondit. Morere. Suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio dementiæ.

Prima pars protinus patrem accusans.

Sic tibi satisfieri uelle nec debuisti. Nam sic sibi satisfieri, nec uictor quidem uoluit. Nullum fuit in proscriptione mulieris caput. Inquinasti filiæ sanguine penates, quanquam quid loquor penates, tanquam in domo perierit? Allatum ad se Pompeij caput Cæsar fleuit, nec hoc ille propter filiam fleuit. Quemadmodum uis satisfaciam tibi? Hoc ipso satisfeciſſe puella debuerat, adeo & in maritum, & in patrem pia. Vt alterum usque ad mortem secuta sit, & alteri morte satisfecerit. Periculose offendo patrem, qui nescit ignoscere. Morere, quid aliud meruerat, si satisfacere noluisset? Defendisti Ligarium Cicero. Quàm leue iudicasti crimen, de quo confessus es. Ante ipsum domus lumen extincta est, ne dubitari posset marito perisset, an patri. Meruerat, inquit. Accusas etiamnum? Et certe iam tibi satisfactum est. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est. Morere, inquit. Etiam quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt occide. Non morere, sed age lege. Crudelitatem imperij, uerbo mitiore subducunt.

Pars altera patrem defendens.

al. exigere. Mores tuos patri debes approbare, non patris † regere. Multa potes iam dementiæ signa colligere, non potes patrem propter uerba damnare. Animaduertit Manlius in filium, & uictorem quidem. Animaduertit Brutus in liberos, non factos hostes, sed futuros. Videas an sub istis exemplis patri fortius liceat tantum loqui. Contumaciter rogauit, quemadmodum & perijt. Nihil agnoui filiæ, nihil uictæ. Non misit ad patrem fratrem. An etiamnum irascitur fratri? Cur me solum rogat? cum duobus satisfacere debeat. Victor, inquit, cito exoratus est. Facilis est ignoscere bello, quàm parricidio. Iam morte, patris quæsiuit inuidiã. Perisse propter patrem dicitur mulier, quæ uirum habuit, propter quem mori posset.

Declamatio quarta, de eo qui debilitat expositos, & eos pariter educabat.

Respondet 33. REipub. læsæ fit actio. Quidam expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, ut sibi mercedem referrent. Accusatur læsæ Reipub.

Prima pars contra debilitantem expositos.

Factum est, ne liberos patres aut agnoscant, aut recipiant. Vectigalis ista crudelitas, eo magis, quod præ cæteris omnes præter istum misericordes sumus. Effectum est, ut nihil esset miserius expositis, quàm tolli, parentibus, quàm agnoscere. Alterius commutas scapulas in deforme tuber extundit. Producfamiliã tuam. Volo nosse illam humanarum calamitatum officinam. Sua cuiq; calamitas tanquam ars assignatur. Intuemini illi erutos oculos, illi effractos pedes. Quid horrescitis, si iste miseretur? Nouum monstrum, integer alitur, & debiles alunt. Perissent, inquit, ita non infelicius sic sunt? Perissent, inquit, interroga pueros, utrum maluerint. Quanti ex his uiri sortes, quanti tyrannicidæ, quanti futuri sacerdotes? Num incredibilia loquor? Ex hac fortuna origo Romanæ gentis apparuit. Plus acceptũ crudelitati, quàm expensum misericordiæ refert. Expositos aluerunt, etiam feræ, satis futuræ mites, si præteriissent, quorum cum ubiq; audiantur preces, in sua tantum causa cessant. Abscisa est illis lingua, & est rogandi genus, rogare non posse. Miseremini omnium iudices, quorum singulorum misereri soletis. Istis nos uindictam negaturos putas? Quibus ne id quidem negauimus, quod tibi daturi erant. Res indignissima, cum tam crudelis sit, misericordiam publicauit. Exurgite miseri, & hodie uobis præmium rogate. Tibi, inquit, quotidiana captura non constat. Apparet te nondum satis miserum uideri. Occurrunt nuptijs dira omina. Fatis publicis auspicia feralia. Et diebus in hilaritatem dicatis, isti semianimes greges oberrant. Alunt istum, qui se alere non possunt. Non est qui rogare nesciat. Solet aut ẽdicere: Non habes tot membra, quot debes. Ergo tu cum de publica misericordia cogitas, tam crudelis esse potuisti? Miseros qui sic rogant, miseriores qui sic rogantur. Omnes omnibus stipẽ conferunt, dũ quisq; timet ne filio neget. Effecisti ut maius esset malum educari, quàm exponi. Timebãtur feræ atq; serpentes, et inimicus teneris artubus rigor,

bus rigor, inopia quoq;, Inter expositorum pericula non numerabamus educatorem.

Pars altera pro debilitante expositos.

Debilitasti, inquit. Plus illis patres nocuerunt. Quid uidetur lanistæ qui iuuenes cogit ad gladium, & tamen non accusatur læsæ Reipub. Quid leno, qui stuprum pati cogit inuitas? nec Rempub. læsit. Ego reum non laudari desidero, sed absolui. Noceat hoc illi, cum petet honores. Potest etiam aliquis & non esse homo honestus, & esse innocens reus. Vt illis multum ablatum sit, uita reddita est. Reipub. læsæ non potest agi eorum nomine, qui extra Rempub. sunt. Egens homo, & qui ne me alere quidem, nedum alios possum, sustuli relictos, quibus non iniuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficio cederet, si uita seruaretur. Faciant inuidiam, dicant illos per me misere uiuere, dum fateantur per me uiuere. Vnius misericordia uiuunt, & omnium aluntur. Mirum est uacare homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus inter mendicos agat. Ciuitatis istius principes diuitias suas exercent contra naturam, excisorum greges habent, exoletos suos ut ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sint, amputant, & quia ipsos pudet uiros esse, id agunt, ut quampauci uiri sint. His nemo succurrit, delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat, periturosnisi auferantur, non curatis quod solitudines suas isti beati ingenuorum ergastulis excolunt, & miserrimorum iuuenum simplicitatem circunueniũt, speciosissimum quemq;, ac maxime idoneum castris illidunt, & detrudunt.

Declamatio quinta de Parrhasio pictore torquente Olynthium.

REligionis læsæ fit actio. Parrhasius pictor Athenienſis, cum Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unum senem. Duxit Athenas, deinde torsit. Ad exemplum torti, Prometheum pinxit, Olynthius in tormentis perijt, ille in templo Mineruæ tabulam posuit. Accusatur læsæ Reipub. Respondet 34

Prima pars contra Parrhasium.

Senex si absq; liberis super exustæ patriæ cinerem stetisset ad figurandum Prometheum, satis tristis esset. Nemo ut naufragium pingeret, mersit hominem. Vltima precatio Olynthij fuit. Redde me Philippo. Seruus, inquit, meus fuit. Putes Philippum loqui. Ideo templa Mineruæ fugimus tanquam castra Macedonum. Parum, inquit, tristis est. Vis Parrhasi tristem uidere? Duc illũ ad Olynthum iacentem. Scis certe quàm tristem emeris. Olynthijs urbem aperuimus, templa præclusimus. Nemo Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emisſent: torqueatur hic, nec sub Philippo moriatur, hoc nec sub Ioue. Sic iste hospitalis Olynthio fuit, Hoc est Promethea facere, non pingere. Emi, inquit, imò si Atheniensis es, redemisti. In isto templo pro Olynthijs uota susceptmus. Ille carnifex Græciæ istũ tamen non amplius quàm uendidit, senex longa miseriarum tabe confectus, & tam tristis quàm si iam tortus esset. Quemcunq; præco uiderat ibi flentem, agnoscebat emptorem. Vereor ne quis cum audierit Olynthij uerbera, tormenta, ignes, me queri de Philippo putet. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est. Si nobis, uicit iratum Philippum. Tam patiendum est pingentem Parrhasiũ, quàm iratum Iouem. Miserrime senex aliquis forte ex seruis tuis felicius seruit. Si ad succurrendum profectus es, queror, quod unum ex his emisti. Si ad torquendum queror, quod illum statuit ex altera parte Parrhisius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus. Dubium est inter ista Parrhasius, studiosius pingat, an sæuiat. Producitur respiciens patriam senex. Placuit Parrasio uultus infelix. Habuit autem aliquid Olynthius Promethei simile, & ante tormenta. Ignis, tormenta, ferrum, officina, Hoc pictoris, an Philippi est?

Pars altera pro Parrhasio.

Nunquam unius malo publica fama corrumpitur. Solidior est opinio Atheniensiũ quàm ut labefactari tormẽtis capti possit. Læsisti, inquit, Rempub. qui hanc picturam in templo posuisti. Lædunt Rempublicam, qui aliquid illi auferunt, non qui aliquid adijciunt. Peccauerunt ergo recipiendo tabulam, & sacerdotes. Cur autem non recipe rent? deorum crimina in templo picta sunt. Multum semper artibus licuit, Medici ut uim in ægroto morbi cognoscerent, uiscera hominum resciderunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Declamatio sexta de fure, qui fodit parietem diuitis.

Respondet 35

INiuriarū sit actio. Fur concione prohibeatur. Quidem cum diuitem accusasset proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinium in quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. Damnatus est diues. Cum concionari uellet accusator, à magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum.

Prima pars pro fure.

Id solū sustuli quod fur reliquisset. Nil magis fur timuit, quàm ne dominus furtū agnoscere nollet. Ruentis ciuitatis statum, unius parietis ruina suspendit. Profiteor indicium furti. Nunc ciuitas conscia est? Furtum est quod timet dominus agnoscere, quod qui perdidit, suppliciū tulit, præmiū qui surripit? Cui magis permisisses loqui, si eodem tempore & fur uenisset, et dominus? Mille nauiū duces furto Troiam cepistis. Si bene furto euertuntur urbes, quanto melius liberantur? In forum ueni, narraui nocturnam expeditionem meam. Conuenerant omnes tanquam ad concionem. Cur me submoues ante actionem, cum nec proditores inauditi pereant? O furtum in cōcione narrandum, proditoris uigilantissimū pectus, & in exitia nostra semper solicitum, publica fata sopierāt. Ita etiam ministros eius alligauerat somnus, ut mihi liceret eligere quod tollerem. Diruere mihi uidebar hostium muros. Furtum uocas, quo nihil melius tuo anno factum est. Nemo fur Rempub. cogitat. Nihil non licet pro Repub. facere.

Pars altera pro magistratu.

Quale id spectaculū fuit? cōposuerat inter se fortuna Reipub. furem, et proditorem, ut uidit inutile, furtū suum prodidit, ut nobis uenderet, quod nulli poterat. Tam callidus fur, ut etiam proditori posset imponere. Consiliū uideri uult infelicitatem furti sui. Lex quæ nocturnū furem occidi iubet, quoquo modo iubet, nō de damnato tantum, sed de fure loquitur. Odit hoc uitium, nec immerito non multum abest à proditore. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publicæ felicitatis obiecit. Vno tempore & proditorem nobis ostendit, & furem, qui diuitem compilare mallet, quàm damnare. Effregit domum manu suspensa. Eluxit illum tunc non primum fecisse. Sustulit, non quod uoluit, sed quod potuit. Bono exemplo damnatus proditor, malo inuentus.

Libri decimi & ultimi declamationum finis.

LVCII ANNEI SENECAE ORATORIS ET RHETORIS SENTENTIAE, DIVISIONES, COLORES, SVASORIARVM LIBER I.

Hæc declamatio est ἐπίφαλος

SIn ut cuiusq; rei magnitudinem natura dederat, dedisset & modum nihil infinitum nisi Oceanus. AVITVS. Fertiles in Oceano iacere terras, ultraq; Oceanum rursus alia littora, alium nasci orbem, nec usquam naturam rerum desinere, sed semper inde, ubi desisse uideatur, nouam exurgere. Facile ista finguntur, quia Oceanus nauigari non potest. Satis sit hactenus uicisse Alexandro, qua mundo lugere satis est. Intra has terras cœlū Hercules meruit. Stat immotum mare, & quasi deficientis suo fine naturæ pigra moles, nouæ ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista uastitas nutrit, confusa lux alta caligine & interceptus tenebris dies, ipsum uerò graue & defixum mare, & aut nulla aut ignota sydera. Ita est Alexander rerum natura, post omnia Oceanus, post Oceanum nihil. ARGENTARIVS. Resiste, orbis te tuus reuocat, uicimus quà licet, nihil tantum est quod ego Alexandri periculo petam. POMPEIVS SYLO. Venit ille dies Alexander exoptatus, quo tibi operæ est adesse, ijdem sunt termini & regni tui & mundi. OSCVS. Tempus est Alexandrum cum orbe & cū sole desinere, quod noueram uici, nunc concupisco quod nescio. Quæ tam feræ gentes fuerunt, quæ non Alexandrū posito genu adorarint? Qui tam horridi montes, quorum non iuga uictor miles calcauerit? Vltra Liberi patris trophea constitimus, non quærimus orbem, sed amittimus. Immensum & humanæ intentatum experientiæ pelagus, totius orbis uinculum terrarumq; custodiam, inagitata remissio, uastitas, littora modo sæuiente fluctu inquieta, modo fugiente deserta, terra caligo remittet fluctus. Nescio quid humanis natura subduxit oculis, & terram

& terram nox obruit. MVSA. Fœda beluarum magnitudo, & immobile profundum testantur Alexander, nihil ultra esse quod uincas, reuertere. ALBVTIVS SYLVS. Terræ quoq; suum finem habent, & ipsius mundi aliquis occasus est, nihil infinitum est, modum magnitudini facere debes, cum fortuna non facit, magni pectoris est inter secunda moderatio. Eundem fortuna uictoriæ tuæ, quē natura finem facit. Imperium tuum claudit Oceanus. O quantum magnitudo tua rerum quoq; naturam supergressa est, Alexander orbi magnus est, Alexandro orbis angustus est, aliquis etiam magnitudini modus est. Non procedit ultra spacia sua cœlum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid ad summum peruenit, incremento nō reliquit locum. Non magis quicquam ultra Alexandrum nouimus, quàm ultra Oceanum. MARILLIVS. Maria sequimur, terras cui tradimus? orbem quem non noui quæro, quem uici relinquo. FABIANVS. Quæ ista toto pelago infusa caligo? Nauigantem tibi uidetur admittere, quæ prospicientem quoq; excludit? Non hæc India, nec terribilis ferarum illic conuentus, immanes propone beluas, aspice quibus procellis fluctibusq; fæuiat, quas ad littora undas agat, tantus uentorum concursus, tanta conuulsi funditus maris insania est: nulla præsens nauigantibus statio est, nihil salutare, nihil notum, rudis & imperfecta natura penitus recessit. Ista maria ne illi quidem petierunt, qui fugiebant Alexandrum. Sacrum quidem terris natura circunfudit Oceanum. Illi qui iam sydera rum collegerunt metas, & annuas hyemis atq; æstatis uices, ad certam legem redegerunt, quibus nulla pars ignota mundi est, de Oceano tamen dubitant: utrum ne terras uelut uinculum circumfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos, per quos nauigatur sinus, quasi spiramenta quædam magnitudinis exæstuet, ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat, an spiritum. Quid agitis commilitones? regem domitemq; generis humani magnum Alexādrum eò demittitis, quod adhuc quid sit disputatur? Memento Alexāder, matrem in orbe uicto adhuc magis quàm capto relinquis. DIVISIO. Aiebat Cæstius hoc genus suasoriarum aliter declamandum esse quàm suadendum. Non eodem modo in libera ciuitate dicendam esse sententiam, quo apud reges quibus etiam quæ prosunt, ita tamen ut delectent, suadenda sunt. Et inter reges ipsos esse discrimen, quosdam magis aut minus rerum usum habere. Veritatem facti Alexandrum exisse. Quosdam superbissimos, & supra mortalis animi uim elatos cernimus. Deniq; ut alia dimittantur argumenta, ipsa suasoria insolentiam eius coarguit, orbis illum suus non capit: itaq; nihil dicendum aiebat, nisi cum summa ueneratione regis, ne accideret idem quod præceptori eius Callistheni accidit, quem occidit propter intempestiue liberos sales. Nam cum se deū uellet uideri, & uulneratus esset, uiso sanguine philosophus mirari se dixerat, quod non esset.

Ille se ab hac urbanitate lancea uindicauit. Eleganter in C. Cassij epistola quadam ad M. Ciceronem missa positum, multum iocabatur de stulticia Cn. Pompeij adolescentis, qui in Hispania contraxit exercitum, & ad Mundam acie uictus est. Deinde ait, nos quidem illum deridemus, sed timeo ne illo gladio αὐτομυκτηρίσῃ. In omnibus regibus hæc urbanitas extimescenda est. Aiebat itaq;, apud Alexandrum dicendam esse sententiam, ut multa adulatione animus eius permulceretur. Seruandum tamen aliquem modum, ne nobis accideret tale aliquid, quale accidit Athenienſibus, cum publicæ eorū blanditiæ non tantum deprehensæ, sed ut castigatæ sunt. Nam cum Antonius uellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis subscribi, habitu quoq; & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt uenienti ei Athenienses cum coniugibus & liberis, & Διόνυσον salutauerunt. Bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset, dixerunt despondere ipsos in matrimonium Mineruam Musam, suam, & rogauerunt ut duceret: & Antonius ait ducturum, sed dotis nomine impera re se illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait,

huic quidem impune fuit, sed Athenienſiū sponsalia mille talentis æstimata sunt, quæ cum exigerentur, complures contumelioſi libelli proponebantur, quidam etiam ipsi Antonio tradebantur, sicut ille qui subscriptus statuæ eius fuit, cum & eodem tempore Octauiam uxorem haberet, & Cleopatram, hoc tu cuita restituas, tibi habe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bellissimam tamen rem Deillius dixit, quem Messala Coruinus desertorem bellorum ciuilium uocat, quia ab Dolobella ad Cassium transituro salutem ei pactus est, si Dolobellã occidisset, & à Cassio deinde transijt ad Antoniũ. Nouissime ab Antonio transfugit ad Cæsarem: hic est Deillius, cuius epistolæ lasciuæ ad Cleopatram ferũtur. Cum Athenienses tempus peterent ad pecuniam conferendam nec exorarent, Deillius ait, & tamẽ dicito illos tibi annum biennij, triennij diem debere. Longius me fabellarum dulcedo produxit. Itaq; ad propositum reuertar. Aiebas Cæstius magnis cum laudibus Alexandri hanc suasoriam esse dicendam, quam sic diuisit, ut primũ diceret, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse, satis gloriæ quæsitum, regenda esse & disponenda, quæ in transitu uicisset. Consulendũ militi totius orbis uictorijs lasso, de matre illi cogitandum, et alias causas complures subiecit. Deinde illam quæstionem subiecit, ne nauigari quidem Oceanum posse. FABIANVS philosophus primam fecit quæstionem eandem, etiam si nauigari posset Oceanus, nauigandum non esse. Aliam tionem aliam primam fecit, modum imponendũ esse rebus secundis, hic dixit sententiam. Illa demum magna est felicitas, quæ arbitrio suo consistit. Dixit deinde locum de uarietate fortunæ, & cũ descripsisset nihil stabile esse, omnia fluitare, & incertis motibus modo attolli, modo deprimi, absorberi terras, & maria siccari, montes subsidere, deinde exempla rerum è fastigio suo deuolutarum adiecit: Sine potius rerum naturam quàm fortunam tuam deficere. Secundam quoq; quæstionem aliter tractauit. Diuisit enim illam sic, ut primum negaret ullas in Oceano, aut trans Oceanum esse terras habitabiles, deinde si essent, perueniri tamẽ ad illas non posse. Hic difficultatem ignoti maris, naturam nõ patientẽ nauigationis, nouissime ut possit perueniri, tanti tamen non esse. Hic dixit incerta peti, certa deseri, descituras gentes, si Alexandrum naturæ terminos supergressum notuisset. Hic matrem memorauit, de qua dixit, quomodo illa trepidauit, etiam quod Granicum transiturus esset. LYCONIS celebris sententia est. Hoc omnes imitari uoluerunt. PLVTION dixit.

ARTEMON dixit,

APATVRIVS dixit,

Sic Cæstius descripsit, fremit Oceanus quasi indignetur, quod terras relinquas. Corruptissimã rem omnium, quæ unquam dictæ sunt, ex quo homines diserti insanire cœperunt, putabant. DORIONIS. Esse in Metaphrasi dictum Homeri, Tum excæcatus Cyclops saxum in mare reiecit. Hæc quomodo ex corruptis eò perueniant, ut & magna, nec tamen sana sint, aiebat MECOENAS, apud Vergilium intelligi posse. Tumidum est Vergilius quidẽ ait, Rapit haud partem exiguam montis, ita magnitudini se dat. Sed ut nõ impudenter discedat à fide, est inflatũ. Vergilius ait, quod de nauibus credas innare reuulsas Cycladas, quod non dicit hoc fieri, sed uideri, propicijs auribus uidetur, quamuis incredibile est quod excusatur antequam dicitur. Multo corruptiorem sententiam Ministrati cuiusdam declamatoris, non abiecti suis temporibus nactus sum in hac ipsa suasoria, cũ describeret beluarum in Oceano nascentium magnitudinem. Efficit hæc sententia ut ignoscamus ei, qui dixit ipsi Charybdi & Scyllæ maius portentum, Charybdis ipsius maris naufragium uideri, & ne in mare semel insaniret, quid ibi potest esse saluum, ubi ipsum mare periit? DAMASETICVS induxit matrem loquentem, cum describeret assidue prioribus periculis noua superuenisse. BARBARVS dixit, cum introduxisset excusantem se exercitum Macedonum hunc sensum. FVSCVS ARELLIVS dixit, Testor ante orbem tibi tuum deesse, quàm militem. LATRO sedens hanc dixit, non excusauit militem, sed dixit, Dum sequor, quis mihi promittit hostem, quis terram, quis diem? quis mare? Da ubi castra ponam, ubi signa ponam. Reliqui parentes, reliqui liberos, commeatum peto, nunquid immature ab Oceano? LATINI declamatores in Oceani descriptione non minus uiguerunt, nam aut nimis descripserunt, aut curiose. Nemo illorum potuit tanto spiritu dicere, quanto Pædo, qui nauigante Germanico dixit.

Iampridem post terga diem solemq; relictum,
Iampridem notis extorres finibus orbis,

Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperij metas, extremaq; littora mundi.
Nunc illum pigris immania monstra sub undis:
Qui ferat Oceanum, qui sæuas undiq; Pistris
Aequoreosq; canes ratibus consurgere pansis:
Accumulat fragor ipse metus, iam sydere limo
Nauigia & rapido desertam flamine classem,
Seq; feris credunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos sorte relinqui.
Atq; aliquis prora se dat sublimis ab alta,
Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
Vt nihil erepto ualuit dinoscere mundo,
Obstructo talcis effundit pectore uoces.
Quò ferimur? ruit ipse dies, orbemq; relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
Annè alio positas ultra sub cardine gentes,
Atq; alium libris intactum quærimus orbem?
Dij reuocant, rerumq; uetant cognoscere finem
Mortaleis oculos, aliena quid æquora remis
Et sacras uiolamus aquas, diuũmq; quietas
Turbamus sedes?

Ex Græcis declamatoribus nulli melius hæc suasoria processit, quàm Glyconi. Sed nõminus multa magnifice dixit quàm corrupte. Vtriusq; uobis faciam potestatem. Et uolebam uos experiri non adijciendo iudicium meum, nec separando à corruptis sana: potuisset etenim fieri, ut uos illa magis laudaretis, quæ insaniunt, & nihilominus potest fieri, quamuis distinxerim. Illa belle dixit, sed fecit quod solebat, ut sententiam adiectione superuacua quoad tumide perderet. Adiecit enim illud, quosdam iudices dubios sui habet, ego non dubito contra sententiam ferre.

Finis primæ suasoriæ.

Initium secundæ suasoriæ.

TRecenti Lacones contra Xerxen missi, cum Trœzeni ex omni Græcia missi fugissent, deliberant an & ipsi fugiant. ARELLII FVSCI PATRIS. At puto rudis lecta ætas & animus, qui frangeretur metu insueto, armaq; non passuræ manus, hebetataq; senio, aut uulneribus corpora, quid dicam potissimos Græciæ? An Lacedæmonios, an Eleos, an repetam tot acies patrum, tot excidia urbium, tot uictarum gentium spolia? Et nunc proh dolor concidunt, si remeabimus, templa. Pudet consilij nostri, pudet etiam si non fugimus deliberasse talia. At cum tot milibus Xerxes uenit, ò Lacedæmonij aduersus Barbaros, non reuereminí opera uestra, nõ auos, non patres, quorum nos exemplum moueat? Ab infantia surgit ingeniũ, pudet Lacedæmonios sic adhortari: scilicet tuti sumus, licet totum classe orientem trahat, licet metuẽtibus explicet inutilem numerum. Hoc mare quod tantum ex uasto patet, urgetur in minimum, insidiis excipitur angustijs, uixq; minimo aditus nauigio est, & huius quoq; remigium arcet inquietatione quod circunfluit mare, fallacia cursus, uada altioribus stagnis interna ta, aspera scopulis & cæca, quæ nauigantium uota decipiunt. Pudet inquam Lacedæmonios & armatos quærere, quemadmodum tuti sint. Non referam Persarum spolia, certe super spolia nudus cadam. Sciet & alios nos habere Trœzenos, qui sic non fugiant, & sic cadant. Hunc sumite animum, Nescio an uincere possimus, uinci non possumus. Hęc non utiq; perituris refero, sed si cadendum est, erratis, si metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum spiritum dedit, statutaq; nascentibus in finem uitæ dies est. Imbecilla enim nos materia deus orsus est, quippe minimis succidũt corpora, indenunciata sorte rapimur, sub eodem puerítia fato est, eadem iuuentus causa cadit, optamus quoq; plerisq; mortem, adeo in securam quietem recessus est. At gloriæ nullus finis est, proximisq; deo. Sic ages ea satagunt, fœminis quoq; frequens hinc in mortem pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem pro gloria iter est, quid Lycurgum? quid interbitos somni poculo, quos memoria sacrauit referam? uel unũ Otroyaden Mescitem, annumerare trecentis exemplo possum. TRIARII. Non pudet Laconas nec pugna quidẽ hostium, sed fabula uincí? Magnum et alumnum uirtutis nasci Laconem, ad certam uictoriam omnes remansissent, ad certam mortem tantum Lacones, non est sic Sparta lapidibus circundata. Ibi muros habet, ubi muros nõ habet. Melius reuocabimus Trœcenos quàm sequemur. Sed montes perforat, maria contegit. Nunquã solido stetit superba felicitas, & ingentium imperiorum magna fastigia obliuione fragilitatis humanæ collapsa sunt. Scias licet ad finem peruenisse, quæ ad inuidiam perducta sunt. Maria terrasq; rerum natura statione mutauit sua, moriamur trecenti, ut hic primum inuenerit, quod mutare non possit. Tandem amens placiturũ consilium erat, cur non potius in turba fugimus? PORTII LATRONIS. In hoc scilicet morati sumus, ut agmen fugientium cogeremus, furori terga uertitis. Sciamus saltem quis sit iste, quem fugimus, uicit. At uictoria dedecus elui potest. Vt omnia fortiter fiant, feliciter cadãt, multũ tamen nomini nostro detractum est iam Lacones, quod, an fugeremus, deliberauimus. Vt enim non moriamur, quantum ad me quidem pertinet, post hanc deliberationẽ nihil aliud timeo, quàm ne reuertamur. Arma nobis fabulæ excutiunt? Nunc nunc pugnemus. Latuisset uirtus inter Trœzenos, cæteri quidem fugerunt. Si me quidem interrogatis quid sentiam, ego in nostrum & in Græciæ patrocinium loquar, electi sumus, non relicti. HALI SABINI. Turpe est cuilibet uiro fugisse, Laconi etiam deliberasse. MARILLI. In hoc restitimus, ne in turba fugientium lateremus, habent quemadmodum se excusent Trœzeni Græciæ, munitas Thermopylas satis putauimus, cũ relinqueremus illic Lacones. CAESTILII. Quàm turpe fugere iudicastis Laconas, tamdiu non fugiendo, Omnibus sua decora sunt, Athenæ eloquentia inclytæ sunt, Thebæ sacris, Sparta armis. Ideo hanc Eurotas amnis circunfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiã, ideo Taygeti montis difficilia nisu Laconibus iuga, ideo Herculẽ gloriamur operibus cœlũ meritũ, ideò muri nostri arma sunt. O graue maiorũ uirtutis dedecus, Lacones se numerãt, nõ æstimãt. Videamus quanta turba sit, ut habeat certe Sparta etiã si non fortes milites, at nuncios ueros, ita nõ bello quidẽ, sed nuncio uincimur. Merito Hercules omnia contempsit, quẽ Lacones audire nõ sustinẽt. Si uincere Xerxẽ non licet, uidere liceat. Volo scire quẽ fugiã. Adhuc non sum ex ulla parte Athenienſiũ similis, nõ muris, nec educatione, nihil prius illorũ imitabor quàm fugam? POMPEI SYLONIS. Xerxes multos secũ adducit, Thermopylæ paucos recipiunt, erimus inter hostes fugacissimi, inter fugaces tardissimi: nihil refert, quantas gentes in nostrũ orbem oriẽs effuderit, quantũcũq; nationũ secũ Xerxes trahat, tot ad nos pertinent, quot locus ceperit. CORNELII HISPANI. Pro Sparta uenimus, pro Græcia stemus, uincamus hostes, socios iam uicimus: sciat iste insolẽs Barbarus, nihil esse difficilius, quàm Laconis armati latus fodere. Ego uerò quod Trœzeni discesserunt gaudeo, liberas nobis reliquere Thermopylas. Nil erit quod uirtuti nostræ se opponat, quod inserat, non latebit in turba Laco, quocunq; Xerxes aspexerit, Spartanũ uidebit. BLANDI. Referã præcepta matrũ, aut in his, aut cũ his? Minus turpe est à bello inermẽ reuerti, quàm armatũ fugere. Referã captiuorũ uerba? captus Laco, occidit, inquit, nõ seruio, nõ potui capi, si fugere uoluissem. Describite terrores Persicos, omnia ista cũ mitteremur, audiuimus. Videat trecẽtos Xerxes, & sciat, quanti bellũ æstimandũ sit, quanto aptus numero locus. Reuertamur, ne nuncij quidẽ nisi nouissimi. Quis fugerit nescio. Vos mihi Sparta cõmilitones dedit. DESCRIPTIO THERMOPYLARVM. Nunc me delectat, quod fugerunt Trœzenij, angustas mihi Thermopylas fecerant. CONTRA CORNELII SPARTINII. At ego maximum dedecus futurũ Reipub. nostræ arbitror, si Xerxes nihil prius in Græcia uicerit quàm Laconas, ne testem quidẽ uirtutis nostræ habere possimus, id de nobis credetur, quod hostes narrauerint. Habetis consilium meum, id est autem meum quod totius Græciæ, si quis aliud suader, non fortes uos esse, sed gaudet perditos. CLAVDII MARCELLI. Non uincent nos, sed obruent. Satisfecimus nomini, multum rei gessimus, ante nos rerum natura uicta est. DIVISIO. Huius suasoriæ feci mentionem, non quia in ea subtilitatis

tilitatis erat aliquid, quod uos excitare posset, sed ut sciretis quàm nitide Fuscus dixisset, uel quàm licenter ipse sententiam feram. Vestri arbitrij erit, utrum explicationes eius luxuriosas putetis, an ut poëta Pollio Asinius aiebat, hoc non esse suadere, sed inuidere, ne uolo nihil fuisset & iuuenis te amo, tanquam has explicationes Fusci, quas nemo nostrũ non alius alia inclinatione uocis, uelut sua quisq; modulatione cantabat. At quia semel in mentionem incidi Fusci, ex omnibus suasorijs celebres descriptiunculas subtexam, etiam si nihil occurrerit, quod quisquam alius nisi suasor dixerit. Diuisione autem hac suasoria Fuscus usus est illa uulgari, ut diceret non esse honestum fugere, etiam si tutum esset: deinde æque periculosum esse fugere, et pugnare: nouissimè periculosum esse fugere, pugnantibus hostes timendos, fugientibus & hostes & suos. Cæstius primam partem sic transegit, quasi nemo dubitaret, an turpe esset fugere, deinde illò transijt, an non esset necesse. Hæc sunt, inquit, quæ uos confundunt, hostes, sociorum paucitas. Non quidem hæc suasoriæ. Sed in hac materia, disertissima illa fertur sententia Dorionis, cum posuisset hoc dixisse trecentis Leonidam, quod puto etiam apud Herodotum esse. Sabinus Asydius uenustissimus inter rhetores scurra, cũ hanc sententiam Leonidæ retulisset ait, ego illi ad prandium promisissem, ad cœnam renunciassem. Attalus Stoicus, qui solum uertit à Seiano circũscriptus, magnæ uir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra ætas uidit longe & subtilissimus et facundissimus, cum tam magna & nobili sententia certauit, ut mihi dixisse uideatur animosius quàm prior. Occurrit mihi sensus in huiusmodi materia, à Cornelio Seuero dictus, tanquam de Romanis, nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna epulantis milites inducit, & ait, stratiq; per herbam Hic meus est dixere dies. Elegantissimè quidem affectũ animorũ incerta sorte pendentium expressit, sed parũ Romani animi seruata est magnitudo. Cœnant enim tanq; crastinũ desperent. Quantus illis Laconibus animus erat, his qui nõ poterant dicere hic dies est meus. Illud Porcellus grammaticus arguebat in hoc uersu quasi solœcissimũ, quod cũ cõplures induxisset, diceret, hic meus est dies, nõ dies hic est noster: & in sententia optima accusabat id quod erat optimũ: muta enim ut noster sit, peribit omnis uersus elegantia, in quo hoc est decẽtissimũ, quod ex causa sermo trahitur: nam quasi prouerbij loco ait, hic dies meus est, et cũ ad sensum retuleris, ne Grammaticorũ quidẽ calumnia ab omnibus magnis ingenijs submouẽda, habebit locũ. Dixerunt enim nõ omnes simul tanq; in chorũ manu ducente Grãmatico, sed singuli ex his, hic meus est dies. Sed ut reuertar ad Leonidã & trecẽtos, pulcherrima illa fertur Glyconis sentẽtia. In hac ipsa suasoria nõ sane refero memoria ullã sententiã Græci cuiusq;, nisi Damæ. De positione loci eleganter dixit Aterius, cũ angustias loci facundissimè describisset, natus trecentis locus. Cæstius cũ describisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent: adiecit, Per sepulchra nostra iurabitur. Nicetas longe disertius hanc phantasiã mouit, & adiecit, nisi antiquior fuisset Xerxes quàm Demosthenes Ciptoy, cui dicere hanc suã dixit sententiã, aut certe non deprehensam, cũ describisset oportunitatẽ loci, & tuta undiq; pugnantiũ latera, & angustias à tergo positas, sed aduersas hostibus. Potamo magnus fuit Mitylenis, qui eodem tempore uiguit, quos Lesbocles magni nominis et nomini respondentis ingenij, in quibus quanta fuerit animorum diuersitas in simili fortuna, puto uobis indicandũ, multo magis, quia ad uitam pertinet, quàm si ad eloquentiam pertineret. Vtriq; filius ijsdem diebus decessit. Lesbocles scholam soluit, nemo unq; ampliore animo se gessit: Potamon à funere filij contulit se in scholam, & declamauit. Vtriusq; tamen affectum temperandum puto, hic durius tulit fortunã quàm patrem decebat, ille mollius. Verũ Potamon cum suasoriam de trecentis diceret, tractabat quàm turpiter fecissent Lacones, hoc ipsum quod deliberassent de fuga, & sic nouissimè clausit. Insanierunt in hac suasoria multi circa Otroyadem. Murrhedius qui dixit, fugerunt Athenienses, non enim Otroyadæ nostri literas didicerant. SARCONIVS dixit, Otroyades perijt ut falleret, reuixit ut uinceret. LICINIVS NEPOS. Cum exemplo uobis etiam mortuis uincendum fuit. ANTONIVS ATTICVS inter plures sententias uidetur palmam meruisse, dixit enim: Otroyades, penè à sepulchro uictor digitis uulnera gessit, ut trophea

& iuuenis tamio

Diuisio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laconum inscriberet, & deo dignum in spartano sacramento uirum, cuius ne literæ quidem fuere sine sanguine CATIVS CRISPVS. Municipalis Gatozeos dixit post relatum exemplum Otroyade dicebat, municipalis aliud cæteros, aliud Laconos decet, nos sine delitijs educamur, sine muris uiuimus, sine uita uincimus. SENETIO fuit, cuius nomen ad uos potuit peruenisse, ingenij cõfusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeò ut nouissimè huius rei morbo & teneretur & rideretur, nam & seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea uasa non nisi grandia. Credatis mihi uelim non iocanti, eò peruenit insania eius, ut calceos quoq; maiores sumeret, ficus non esset nisi marisca. Concubinam ingentis staturæ habebat, omnia grandia probabat, ei impositum est uelut Messala ait cognomentum, & uocari cœpit Senetio Grandio. Is in hac suasoria cum posuisset contradictionem, ait, omnes qui missi erant à Græcia, fugerunt, sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat quo grandior fieret) exclamat, gaudeo, gaudeo: mirantibus nobis quid tantum boni illi contigisset, adiecit. Totus Xerxes meus erit. Idem dixit, iste qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscripsit, dilatauit profundum, nouam rerum naturæ faciem importat. Ponat sanè contra cœlum astra, cõmilitones habeo deos. SENIANVS multo potentius dixit, Terras armis possidet, cœlum sagittis, maria ungulis, Lacones nisi succurritis, mundus captus est. Decentissimi generis stultam sententiam referam VICTORIS STATORII mu nicipis mei, cuius fabulis memoria dignissimis aliquis suasoria occasione contradictionem sumpsit. At, inquit, trecenti sumus, & ita respondet, trecenti, sed uiri, sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquã uidi plures trecentos. LATRO in hac suasoria cum tractasset omnia quæ materia capiebat, posse ipsos & uincere, posse certe uictos reuerti & beneficio loci, tum illam sententiam, si nihil aliud, erimus certe belli mora. Postea memini auditorem Latronis ABRONVM SYLONEM patrem huius Sylonis qui Pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deseruit, sed posuit recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his uersibus. Ite agite Danai magnum Pæana canentes. Ite triumphantes belli mora concidit hora. Tam diligentes tum auditores erant, ne dicam tam maligni, ut unius uerba surripi nõ possent. At nunc cuilibet orationes inuertere tuto licet pro suis. Sed ut sciatis sensum bene dictum dici tamen posse melius, notare præ cæteris quanto decentius Vergilius dixerit hoc quod ualde erat celebre, belli mora concidit Hector. Item. Quicquid apud duræ cessatũ est mœnia Troiæ Hectoris Aeneæq; manu uictoria Graium Hęsit. MESSALA aiebat hic Vergiliũ debuisse desinere, quod sequitur, & in decimũ uestigia retulit in annum explementum esse. MECOENAS hoc etiam priori cõparabat. Sed ut ad Thermopylas reuertar, DIOCLES CARISTIVS dixit. APATRIVS dixit. CORVO testimonium stuporis reddendum est qui dixit, Quid si iam Xerxes ad nos suo mari nauigat, fugiamus antequam nobis terra surripiatur: hic est Coruus, qui cum tentaret scholam Romæ summo illi, qui Iudæos subegerat, declamauit controuersiam, de eaq; apud matronas disserebat, liberos non esse tollendos, & ob hoc accusatur, Reipub. læsæ. In hac controuersia sententia eius hæc ridebatur, inter pyxides & redolentis animæ medicamina constitit myrata concio. Sed si uultis historicum quoque uobis fatuum dabo. THVSCVS ille qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorũ familia extincta est, maiestatis reum fecerat, homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenij, cum hanc suasoriam declamaret, dixit, expectemus si nihil aliud effecturi, scilicet ne insolens barbarus dicat, ueni, uidi, uici, cum hoc post multos annos diuus Iulius uicto Pharnace dixerit. DVRION dixit. ANDREAS aiebat, Nicocratis Lacedæmonis insignem hanc sententiam fuisse futuram, si media inciderentur. Sed ne uos diutius infatuem, qui prædixeram me Fusci Arellij explicationes subiecturum, finem suasoriæ faciam, quod iterum nimius cultus & fracta compositio poterit uos offendere, cum ad meam ætatem ueneritis. Nam nunc uos ipsa, quæ offensura sunt, uitia delectant.

Initium tertiæ suasoriæ.

DEliberat Agamemnon, an Iphigeniam immolet, negante Chalcante aliter nauigari potuisse. ARELLII FVSCI. Non in aliam conditionem deus fudit æquora, quàm

quàm ne omnis ex uoto iret dies, nec ea sors mari tantum est, cæterum ipsa non sub eadem conditione sydera sunt: alia negatis imbribus exurunt solum, & miseri cremata agricolæ legunt semina, & hæc interdum anno lex est: alijs serena clauduntur, & omne cœlum nubilo graue, subsidit solum, & creditum sibi terra non retinet: alius incertis syderibus cursus est, & uariantur tempora, neq; soles nimis urgent, neq; ultra debitum imbres cadunt, quicquid asperatum æstu est, quicquid nimio defluxit imbre, inuicem nimio temperatur altero: siue ita natura disposuit, siue ut ferunt luna cursu gerit: quæ siue plena lucis suæ est, splendensq; pariter assurgit in cornua, imbres prohibet, siue occupata nubilo, sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quàm in lucem redit: siue ne lunæ quidem ipsa potentia est, sed flatus qui occupauere annũ tenent, quicquid horum est, extra iussum dei tutum fuit adultero mare. An non potero uindicare adulteram? prior est salus pudicæ. Ne quid uirginitati huius timerem, persequebar adulterũ. Victa Troia uirginibus hostium parcendum, nihil adhuc uirgo Priami timet. CAESTII PII. Vos ergo ad hanc diem immortales inuoco, sic reclusuri estis maria? Obstate potius. Ne Priami quidem liberos immolaturus es. Describe nũc tempestatem, Omnia ista patimur, nec parricidium fecimus, Quod hoc sacrum est, uirginis deæ templo uirginem occideret? libentius hanc sacerdotem habebit quàm uictimã. CORNELII HISPANI. Infestæ, inquit, sunt tempestates, & sæuiunt maria, neq; adhuc parricidiũ feci. Ista maria si numine suo deus regeret, adulteris clauderentur. MARYLLI. Si non datur nobis ad bellum iter, reuertamur ad liberos. ARGENTARII. Iterum in malum familiæ nostræ fatale reuoluimur, propter adulteram fratris liberi pereunt, ista mercede nollem reuerti. At Priamus bellum pro adultero filio gerat. DIVISIO. Hanc suasoriam sic diuisit Fuscus, ut diceret, etiam si aliter nauigare non possent, non esse faciendum, quia homicidium esset, quia parricidium, quia plus impenderetur, quàm peteretur. Petitur impendi Iphigenia, uindicari adulterium, committi parricidium. Deinde dixit etiam si non immolasset, nauigaturum. Illam enim moram naturæ maris & uentorum esse, deorum uoluntatem ab hominibus non intelligi, Hæc Cestius diligenter diuisit. Dixit enim deos rebus humanis non interponere arbitrium suum, si interponant, uoluntatem eorum ab homine non intelligi, ut intelligatur, non posse fata reuocari, si non sint fata, sacra profutura, si sint, non posse mutari. Sylo Pompeius etiam si quod esset diuinandi genus certum, auguri negauit credendum: quare ergo si nescit Chalcas affirmat primum, & scire se putat. Hic communem locum dixit in omnes, qui hanc affectarent scientiam: deinde irascitur tibi, inuitus militat, quærit sibi tam magno testimonio apud omnes gentes fidem in ea descriptione. Primum in hac suasoria Fuscus Arellius Vergilij uersus uoluit imitari. Valde autem longe petit, & penè repugnat materiæ, certe non desyderanti inseruit. Ait enim de luna, quæ siue plena lucis suæ est, splendensq; pariter assurgit in cornua, imbres prohibet: siue occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit quàm in lucem redit. At Virgilius hæc quanto simplicius & beatius dixit,

Luna reuertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.

Et rursus,

Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus autor)
Plena, neq; obscuris per cœlum cornibus ibit.

Solebat autem ex Vergilio Fuscus multa trahere, ut Mecœnati imputaret. Toties enim pro beneficio narrabat, non in aliqua se Vergiliana descriptione placuisse: sicuti in hac ipsa suasoria dixit, cur iste inter eius ministerium placuit? cur hoc os deus elegit? cur hoc potissimum sortitur poëtis? quod tantum non impie aiebat se imitatum Vergilium, plena deo? Solet autem Gallio noster hæc aptissime ponere. Memini una nos ab auditione Nicetis ad Messalam uenisse. Nicetes suo impetu ualde Græcis placuit. Quærebat à Gallione Messala, quid illi uisus esset Nicetes. Gallio ait, plena deo, quoties audierat aliquem ex his declamatoribus, quos scholastici caldos uocant, statim dicebat, plena deo. Ipse Messala nunquam aliter eum agnouit, ab hominis auditione ue-

nientem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nientem interrogat nihil aliud quàm ut diceret, nunquid plena deo? Itaq; hoc ipsi iam tam familiare erat, ut inuito quoq; excideret. Apud Cæsarem cum mentio esset de ingenio Haterij, consuetudine prolapsus, dixit, & ille erit plena deo. Quærenti deinde quid hoc esse uellet, uersum Vergilij retulit, & quomodo hoc semel sibi apud Messalam excidisset, & nunquam postea potuisset excidere. Tyberius ipse Theodoreus offendebatur Nicetis ingenio, atq; delectatus est fabula Gallionis: hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse, itaq; fecisse quod in multis alijs uersibus Vergilius fecerat, non surripiendi causa, sed palàm imitandi, hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragœdia eius, feror huc illuc, ut plena deo. Iam uultis ad Fuscum reuertar, & descriptionibus eius uos satiabo. Hæc potissimum ex his quas in similitudinis tractatione posuit, cum diceret, omnino non concessam futurorum scientiam.

Initium quartæ suasoriæ.

DEliberat Alexander Magnus, an Babyloniam intret, cum denuntiatum esset illi responso auguris periculum. ARELII FVSCI. Quis est qui futurorum scientiam sibi uendicet? nouæ oportet sortis sit, qui iubente deo canat, non eodem contentus sit utero, quo imprudentes nascimur, quandam imaginem dei præferat qui iussa exhibeat dei, hic est. Tantum enim regem tantiq; rectorem orbis esse in metu cogit, magnus iste est, supra humanæ sortis habitum oportet sit, cui liceat terrere Alexandrum: ponat iste suos in sydera patres & originem cœlo trahat, agnoscat suum uatem deus, non eodem claudatur uitæ fine, ætate magna, extra omnem futurorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura præcipiat. Si uera sunt ista, quid ita, non huic studio seruit omnis ætas? Cur non ab infantia, rerum naturam deosq;, qua licet, uisimus? cum pateant nobis sydera & interesse numinibus liceat, quid tam inutili desidemus facundiæ? aut periculosis atteritur armis manus? an melius alio pignore quàm futuri scientia ingenia surrexerint? Qui uerò in media se ut prædicant fatorum misere pignora, natales inquirunt, & prima omnium meliorum annorum habent initia, quo ierint motu sydera, in quas discurrerint partes, contra ne deus steterit, an placidus affulserit sol, an plenam lucem, an initia surgentis acceperint, an abdiderit in noctem obscurum caput luna, Saturnus nascentem, an ad bella Mars militem, an negocioſum in quælius Mercurius exceperit, an blanda annuerit nascenti Venus, an ex humili in sublime lupiter tulerit. Existimant tot circa unũ caput tumultuantes deos? Futura nuntiant, Plerosq; dixere uicturos, & nihil metuentes oppressit dies, alijs dedere finem propinquũ, at illi superfuere. Egentes inutilis animæ, felices nascentibus annos spoponderunt, at fortuna in omnem properauit iniuriam: incertæ enim sortis uiuimus, unicuiq; ista pro ingenio finguntur nõ ex scientiæ ui. Deerit aliquis toto orbe locus qui te uictorẽ non uiderit? Babylone cludituꝛ, cui patuit oceanus. DIVISIO. In hac suasoria nihil aliud tractasse Fuscũ scio quàm easdẽ quas supra retuli, quæstiones, ad scientiã futuri pertinentes. Illud quod nos delectauit præterire non possum. Declamabat Fuscus Arellius cõtrouersiã, de illa, quæ posteaq; ter mortuos pepererat, somniasse se dixit, ut in luco pareret. Valde in uos cõtumelioſus fuero, si totã controuersiã, quam ego intelligo me dicere, Fuscus declamaret, & aperte, aut non agnoscentis puerum, tractaret locũ contra somnia & deorũ prouidentiam, & male dẽ magnitudine deorũ dixisset mereri eũ, qui illos circa puerperas mitteret, summis clamoribus dixit illũ Vergilij uersum. Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat. Auditor Fusci quidam, cuius pudori parco, cũ hanc suasoriam de Alexandro ante Fuscũ diceret, putauit æque belle poni uersum eundẽ dixit, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat. Fuscus illi ait, si hoc dixisses audiente Alexandro, scires apud Vergilij eundẽ uersum esse, & altũ capulotenus abdidit ensem. Et quia soletis mihi molesti esse de Fusco, quid fuerit, quasi nemo uideretur dixisse cultius, ingeram uobis Fuscianas explicationes. Dicebat aũt suasorias libẽtissime & frequẽtius græcas quàm latinas. Hybreas in hac suasoria dixit.

Initium quintæ suasoriæ.

DEliberant Athenienses, an trophæa persica tollant, Xerxe minante redituꝛum se, nisi tollerentur. ARELLII FVSCI. Pudet me uictoriæ nostræ, sic fugatum

tum creditis Xerxem, ut reuerti possit? tot cæsa milia, nihil ex hac acie relictum minanti, nisi quod uix sequi fugientem possit, toties mersæ classis. Quid Marathonas? quid Salamina referam? Pudet dicere, dubitamus adhuc, an uicerimus. Xerxes ueniet? At nescio quomodo languet circa memoriam iacturæ animus, & disturbata arma non reperit. Prior enim metus futuri regni is esset, amissa ne audeat, amissurum monent. Vt in gaudia interdum surgit animus, & spem ex præsenti metitur, ita aduersis frangitur: ubi ignominia spem premit, ubi nullam meminit aciem, nisi quæ fugerit, errat circa damna sua, & quæ male expertus est, uota deponit. Si uenturus esset, non minaretur. Suis ira ardet ignibus, & impacta soluitur. Non denuntiaret si uenturus esset, neq; armaret nos nuntio, nec instigaret uictricem Græciam, nec sollicitaret arma felicia, magis superueniret improuidis, nam & arma indenuntiata monent. Quan tumcunq; oriens ualuit primo in Græciam impetu effusum est, hoc ille numero ferox, & in deos arma tulerat. Extincta tot ante Xerxem milia, tot sub ipso iacent, & nulli nisi qui fugerunt supersunt. Quid dicam Salamina? quid Cynagyron referam? & te Polyteles? & hoc agitur an uiceris? Hæc ego trophæa deposui, hæc in totius Græciæ conspectu statui, ne quis timeret Xerxem minantem. Me miserum, pugnante Xerxe trophæa posui, fugiente tollam? Nunc Athenæ uincimur, non tantum credetur redijsse, sed uicisse Xerxes. Non potest Xerxes, nisi per nos trophæa tollere. Credite mihi, difficile est attritas opes recollígere & spes nouare fractas, & pœnitenda acie in melioris euentus fiduciam surrigere. CAESTII PII. Inferam, inquit, bellum, alia mihi trophæa promittit, potest maior uenire quàm uictus est. ARGENTARII. Non pudet uos, pluris trophæa uestra Xerxes æstimat quàm uos. DIVISIO. Fuscus sic diuisit, etiamsi uenturus est Xerxes, non tollimus, non sunt trophæa tollenda. Confessio seruitutis est iussa facere, si uenerit, uincemus, hoc non est diu colligendum, de eo dico, uincemus quẽ uicimus. Sed nec ueniet quidem, si uenturus esset, non denuntiaret. Fractus est & uiribus & animo. CAESTIVS & illud dicit, quod in prima parte tractauit, non licere Athenienſibus trophæa tollere, commune in illis ius totius Græciæ esse, commune uictoriam, commune bellum fuisse: deinde ne fas quidem esse, nunquam factum, ut quisquam consecratis uirtutis suæ operibus manus adferret: ista trophæa non sunt Athenienſium, deorum sunt, illorum bellum fuit, illos Xerxes uinculis, illos sagittis persequebatur, hæc omnia ad impiam & superbam Xerxis militiam pertinẽt. Et quid? ergo bellum habebimus? habebimus, etsi Xerxem remouebis, alius hostis inuenietur. Nunquam magna imperia ociosa. Omnium bellorum prospere ab Athenienſibus gestorum. Deinde non erit bellum, Xerxes enim non ueniet, † multo timidiores esse qui superbissimi fuerint. Nouissime ut ueniat, cum quibus ueniet? reliquias uictoriæ nostræ colliget, illos adducet quos priore bello quasi inutiles reliquias nouit, si qui ex fuga consecuti sunt. Nullum habet militem nisi aut fastiditum aut uictum. ARGENTARIVS his duobus contentus fuit, aut non uenturum Xerxem, aut non esse metuendum. Si uenerit his solis instituit, & illud dixit quod excerptum est, tollite, inquit, trophæa: si uicisti, quid erubescis? Si uictus es, quid imperas? locum mouit non inutiliter, iudicare quidem se neq; Xerxem neq; iam quemquam Persarum ausurum in Græciam effundere se, ideò magis ipsis trophæa tuenda. Si quis unquam illinc uenturus hostis esset, ut conspectu trophæorum animi militum accenderentur, hostium frangerentur. BLANDVS dixit, repleat ipse prius hiatus, & maria in antiquam faciem reducat, apparere uoluit posteris quemadmodum uenerit, appareat etiam quemadmodum redierit. TRIARIVS. Omni dimissa diuisione tantum exultauit, quod audierit Xerxem uenire ad se, ipsis nouam uictoriam noua trophæa. SYLO POMPEIVS. Venusto genere sententiæ usus est, nisi tollitis, inquit, trophæa, ego ueniam, hoc ait Xerxes, nisi hæc trophæa tollitis, illa ponetis. Alteram partem solus Gallio declamauit, & hortatus est ad tollenda trophæa, dixit gloriæ nihil detrahi, manſuram enim memoriam uictoriæ quæ perpetua esset, ipsa trophæa & tempestatibus & ætate consumi, bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro coniugibus, pro liberis, pro re superuacua, & nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendum. Hic dixit utiq; uenturum

† f. An nescitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

turum Xerxem, & descripsit aduersus ipsos deos tumentem, deinde habere illum magnas uires, neq; omnes illum copias in Græciam produxisse, nec omnes perdidisse in Græcia: timendam esse fortunæ uarietatem, exhaustas esse Græciæ uires, nec posse iam pati alterum bellum, illi esse immensam multitudinem hominum. Hoc loco disertissimam sententiam dixit, quæ uel in oratione uel in historia ponitur, diutius illi perire possunt, quàm nos uincere.

Initium sextæ. De morte Ciceronis clarissima.

DEliberat Cicero an Antonium deprecetur. Q. ATERIVS, Sciant posteri potuisse Antonio seruire Rempublicam, non potuisse Ciceronem. Laudandus erit tibi Antonius, in hac causa etiam Ciceronem uerba deficient. Crede mihi, si diligenter te custodieris, faciet tamen Antonius quod Cicero tacere non possit. Si intelligis Cicero, non dicit, roga ut uiuas, sed roga ut seruias: quemadmodum autem hunc senatum intrare poteris exhaustum crudeliter? repletum turpiter? Intrare autem tu senatū uoles, in quo non Cn. Pompeium uisurus es, non M. Catonem, non Lucullos, non Hortensium, non Lentulum atq; Marcellum? non tuos, inquam, Coss. Hircium & Pansam? Cicero quid in alieno seculo tibi? Iam nostra peracta sunt. M. Cato solus maximum uiuendi moriendiq; exemplum, mori maluit quàm rogare, nec erat Antonium rogaturus, & illas usq; ad ultimum diem puras à ciuili sanguine manus, in se infectas, acerrimè armauit. Scipio cum gladiū poni iussus foret, dicitur abdidisse se, quærentibus qui in nauem transierant militibus imperatorem, imperator, inquit, bene se habet. Victus uocem uictoriæ misit. Vetat, inquit, Milo rogari iudices. V. CL. nunc & Antonium rogat. PORTII LATRONIS, Ergo loquitur imperator Cicero, & nō timet Antonius, loquitur, inquam, Antonius, ut Cicero timeat? Ciuilis sanguinis Syllana sitis in ciuitatem redit, & ad triumuiralem hastam pro uectigalibus ciuium Romanorum mortes locantur. Iniusta bella albo Pharsalica ac Mundensis Mutinensisq; ruina uincitur, cōsularia capita auro rependuntur. Tuis uerbis Cicero utendum est, ô tempora, ô mores: uidebis ardentes crudelitate simul ac superbia oculos, uidebis illum non hominis sed belli ciuilis uultum, uidebis illas fauces per quas Cn. Pompeij bona transierunt, illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem: uidebis illum pro tribunali loco, quem magister equitum cum raptaretur, præerat, uomitu fœdauerat. Supplex accidens genibus deprecaberis, & ore, cui se debet salus publica, humili, in adulationem uerba submittes? Pudeat Verrem quod quia proscriptus fortius perit. CYRI MARILII ESERNINI occurrat tibi Cato tuus, cuius à te laudata mors est. Quicquam ergo tanti putas, ut uitam Antonio debeas? CAESTII PII Si ad desiderium populi respicis Cicero, quandocunq; perieris, parum uixisti: si ad res gestas, satis uixisti: si ad iniurias fortunæ & præsentem Reipublicæ statum, nimium diu uixisti: si ad memoriam operum tuorum, semper uicturus es. POMPEI SYLONIS Scias licet tibi non expedire uiuere, si Antonius permittit ut uiuas. Tacebis ergo proscribēte Antonio? & Rem publicam laniante? & ne gemitus quidem tuus liber erit? Malo populus Romanus mortuum Ciceronem quàm uiuum desideret. TRIARII, quæ charybdis est tam uoraxe? Charybdin dixi? quæ si fuit, animal unum fuit, uix mediusfidius oceanus tot res tamq; diuersas uno tempore absorbere potuisset. Huic tu sæuienti putas Ciceronem posse subduci? ARELLII FVSCI Ab armis ad arma discurritur, foris uictores dum trucidamur, dum in sanguine intestinus hostis incubat, quis non hoc populi Romani statu Ciceronē ut uiuat cogi putat? Rogabis Cicero turpiter Antonium, frustra? Non te ignobilis tumulus abscondet, idem uirtutis tuæ qui finis est immortalium, humanorum operum custos memoria, quæ mansuri uita perpetua est, in omnia te secula sacratum dabit. Nihil aliud intercidet quàm corpus fragilitatis caducæ, morbis obnoxium, casibus expositum, proscriptionibus obiectum. Animus uero diuina origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors, oneroſi corporis uinculis exolutus, ad sedes suas & cognata sydera recurret. Et tamen si ad ætatem annorumq;, nunquam obseruatum uiris fortibus, numerum respicimus, sexaginta supergressus es, nec potes uideri non nimis uixisse, qui moreris Reipublicæ superstes. Vidimus furentia toto orbe ciuilia arma, & post Italicas Pharsalicasq; acies Romanum sanguinem hausit Aegyptus, quid indignamur in Ciceronem Antonio licere, quod in Pompeium Alexandrino licuit, An non occiduntur qui ad indignos confugiunt? CORNELII HISPANI. Proscriptus est ille qui tuam sententiam secutus est, tota tabula tuæ morti præluditur, alter fratrem proscribi, alter auunculum patitur, quid habes spei? Vt Cicero periret, tot parricidia facta sunt. Repete age, tot patrocinia, tot clientelas & maximum beneficiorum tuorum teipsum, iam intelliges Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse. ARGENTARII. Explicantur triumuiralis regni delicata conuiuia, & popina tributo gentium instruitur, ipse uino & somno marcidus deficiētes oculos ad capita proscriptorum leuat. Iam ad ista non satis est dicere hominem nequam. DIVISIO. Latro sic hanc diuisit omnem suasoriam, etiam si impetrares uitam ab Antonio, non pures tanti rogare, deinde impetrare non pores. In priore illa parte posuit, Turpe esset cuilibet Romano, nedum Ciceroni uitam rogare. Hoc loco omnium qui ultro mortem oppetissent exempla posuit: deinde inutilis illi sua uita futura proponitur, morte grauior detracta libertate. Hic omnem acerbitatem seruitutis futuræ descripsit, deinde non futurum fidei impetratæ beneficium. Hic cum dixisset, aliquid erit quod Antonium offendat aut factum tuum, aut dictum, aut silentium, aut uultus, adiecit sententiam, haud eum placaturus es. ALBVTIVS aliter diuisit, primam partem fecit, moriendum esse Ciceroni etiam si nemo proscriberet, cum hæc infectatio temporum fuerit: deinde moriendum est, ille enim se sua sponte conficeret, quia moriendum esset, etiam si mori noluisset, graues odiorum causas esse, maximam causam proscriptionis ipsum esse Ciceronem. Et solus ex declamatoribus tentauit dicere, non unum illi esse Antonium infestum. Hoc loco dixit illam sententiam, si cui ex triumuiris non es inuisus, grauis es. Et illa sententia ualde excepta est, rogo Cicero, ora unum, ut tribus seruias. CAESTIVS sic diuisit. Mori tibi utile est, honestum est, necesse est ut liber & illibatæ dignitatis cōsummes uitam. Hic illam sententiam dixit audacem, ut numereris cum Catone, qui seruire nec Antonio quidem nondum domino potuit. MARCELLVS hunc sensum de Catone melius. Vsque eo ne omnia cum fortuna populi Romani conuersa sunt, ut aliquis deliberet, utrum satius sit uiuere cum Antonio, an mori cum Catone? Sed ad diuisionem Cæstij reuertamur, dixit utile esse, ne etiam cruciatus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum, si in Antonij manus incidisset, & in hac parte cum descripsisset contumelias insultantium Ciceroni & uerbera & tormenta, dixit illam multum laudatam sententiam. Tu me hercules Cicero cum ueneris ad Antonium, mortem rogabis. VARIVS GEMINVS sic diuisit, hortarer te, si non alterutrum utiq; faciendum esset, aut moriendum, aut rogandum, ut morereris potius quàm rogares, & omnia complexus est, quæ à cæteris dicta erant, sed addidit & tertium: adhortatus est illum ad fugam, illic esse M. Brutum, illic C. Cassium, illic Sex. Pompeium. Et adiecit illam sententiam quam Cassius Seuerus unice mirabatur, quid deficiemus? & Respub. suos triumuiros habet. Deinde etiam quas petere posset regiones percurrit, Siciliam dixit uindicatam esse ab illo, Ciliciam à proconsule egregie administratam, familiares studijs eius & Achaiam & Asiam, Deiotari regnum obligatum beneficijs, Aegyptum & habere beneficij memoriam, & agere perfidiæ pœnitentiam, sed illum maxime in Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassij & in Bruti castra. Item Cassius Seuerus aiebat alios declamasse, Varium Geminum uiuum consilium dedisse, Alteram partem pauci declamauerunt, nemo ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari, bene de Ciceronis animo iudicauerunt. Geminus Varius declamauit alteram quoq; partem & ait, Spero me Ciceroni meo persuasurū ut uelit uiuere, quod grandia loquitur, & dicit, Mors nec immatura consulari, nec misera sapienti, non mouet me idiotam, perit, Ego belle mores hominis noui, faciet, rogabit, nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit, iam collum tritum habet, & Pompeius illum, & Cæsar subiecerunt. Veteranum mancipium uidetis, & quàm plura alia dixit scurrilia ut illi mos erat. Diuisit sic, ut diceret, non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum: in priori parte posuit, non esse turpe, ciuē uictorem rogari à uicto, hic quàm multi rogassent

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. Cæsarem, hic & Ligarium: deinde ne iniquum esse quidem Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscripsisset, qui & iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem, ac data rogari. Deinde non pro uita illum sed pro republica rogaturum, satis illum uixisse sibi, reipublicæ parum. In sequenti parte dixit, exorari solere inimicos, ipsum exoratū à Vatinio. C. quoq; Verri affuisse, facilius exorari Antonium posse, qui cum tertius esset, ne quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præteriret: fortasse irasci Antonium, qui ne tanti quidem putasset illum quem rogaret. Fuga quam periculosa esset cum descripsisset, adiecit, quocunq; peruenisset seruiendum illi esse, ferendam aut Cassij uiolentiam aut Bruti superbiam aut Pompei stultitiam. Quando in hanc suasoriam incidimus, non alienum puto, indicare quomodo quisq; se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. Nam quod Cicero nec tam timidus fuerit ut rogaret Antonium, nec tam stultus ut exorari posse speraret, nemo dubitat, excepto Asinio Pollione qui infestissimus famæ Ciceronis permansit, & is etiam occasionem scholasticis dedit. Solent enim scholastici declamatores ponere.

al. alterius suasoriæ

Alia suasoria pro Cicerone.

Deliberat Cicero, an promittente salutem Antonio orationes suas cōburat. Hæc inepte ficta cuilibet uideri potest. Pollio uult illam ueram uideri, ita enim dixit in illa oratione quam pro Lamia dedit. ASINII POLLIONIS, Itaq; nunquam perficeret, nec mora fuit, quin euitaret, suas esse quas cupidissime effuderat orationes in Antonium, multiplicesq; numero & accuratius scriptas illis contrarias edere, ac ueluti ipse palàm pro concione recitare, pollicebatur: cæteraq; his alia sordidiora multo, ut tibi facile liqueret, hoc totum adeò falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historijs suis ponere ausus sit. Huic certè actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum hæc dixisse, nec enim mentiri sub trium uirorū conscientia sustinebat, sed composuisse. Nolo autem uos iuuenes mei contristari, quod à declamatoribus ad historicos transeo, satisfaciam uobis, & fortasse efficiam, ut his sententijs lectis solidis, & uerum habentibus recedatis. †Et quia hoc si tamē recta uia consequi non potero, decipere uos cogar, ueluti salutarem pueris daturus potionem, absinthiati poculi. Huius adeo †contrectationis cōsilium habuisse Ciceronē non dicit, ut neget tempus habuisse. Ita enim ait LIVIVS. M. Cicero sub aduentum triumuirorū cesserat urbe, certum habens id quod erat, non magis Antonio eripi se quàm Cæsari Cassium & Brutum posse, primo in Tusculanum fugit, inde transuersis itineribus in Formianum, ut ab Caieta nauim conscensurus proficiscatur. Vnde aliquoties in altum prouectū cum modo uenti aduersi retulissent, modo ipse iactationem nauis cæco uoluente fluctu pati non posset, tædium tandem eum & fugæ & uitæ cepit, regressusq; ad superiorem uillam, quæ paulo plus mille passibus à mari abest, Moriar, inquit, in patria sæpe seruata. Satis constat, seruos fortiter fideliterq; paratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lecticam & quietos pati, quod sors iniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica præbentiq; immotam ceruicem caput præcisum est: nec satis stolidæ crudelitati militum fuit, manus quoq; scripsisse in Antonium exprobrantes præciderunt. Ita relatum caput ad Antonium iussuq; eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi sæpe consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antonium, quanta nulla unquam humana uox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat: uix attollentes lachrymis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. Bassus Aufidius, & ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se morti non præbuerit tantum, sed obtulerit. AVFIDII BASSI. Cicero paulum remoto uelo postquam armatos uidit, ego uerò consisto, ait, accede ueterane, & si hoc saltem potes recte facere, incide ceruicem. Trementi deinde dubitantiq;, quid si ad me, inquit primum uenisseris? Cremutius Cordus, & ipse ait, Ciceronem cum cogitasset, utrum ne Brutum, an Cassium, an Sextum Pompeium peteret, omnia illi displicuisse, præter mortem. CREMVTII CORDI, Quibus uisis lætus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset, esset quippe non satiatus modo cædendis ciuibus, sed defectus, quoque sint pro rostris exponit. Item qua sæpius ille ingenti circumfusus turba processerat, quæ paulo ante coluerat pijs concionibus, quibus multorum capita seruauerat,

f. æquiores
f. contationis

uauerat, tum per artus suos latus, aliter ac solitus erat, à ciuibus suis cōspectus est, †prætendenti capiti oriq; eius impensa sanie, breui ante princeps senatus Romanisq; nominis titulus, tum preciū interfectoris sui. Præcipue tamē soluit pectora omniū in lachrymas gemitusq; uisa ad caput eius deligata manus dextra, diuinæ eloquentiæ ministra: cæterorumq; cædes priuatos luctus excitauerunt, illa una communem. BRVTI DIINIGRI. Elapsus interim altera parte uillæ Cic. lectica per agros ferebatur, sed ut uidit appropinquare notum sibi militem Popilium nomine, memor defensum à se, lætiore uultu aspexit: at ille, uictoribus idipsum imputaturus, occupat facinus, caputq; decisum, nihil in ultimo fine uitæ facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat, oblitus se pauloante defensum ab illo. Et hic uoluit poliri in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine rei obrutus est. Item BRVTI DINIGRI. Vt uerò iussu Antonij inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo toties auditum erat loco, sedato gemitu & fletu maximi uiri inferiæ, nec ut solet ita depositi in rostris corporis concio audiuit, sed ipsa narrauit. Nulla nō pars fori aliquo iactationis inclytæ signata uestigio erat. Nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur, hoc certè publicum beneficium palàm erat, illam miserrimi temporis seruitutem ac alam delatam in Antonium. Quoties magni alicuius mors ab historicis narrata est, totiesne totius consummatio uitæ, & quasi funebris laudatio redditur: hoc semel atq; iterum à Thucydide factum, idem in paucissimis personis usurpatum à Salustio, Liuius benignius omnibus magnis uiris præstitit. Sequentes historici multo id effusius fecerunt. Ciceroni hoc, ut græco uerbo utar, ἐπιτάφιον Liuius reddit. TITI LIVII, Vixit tres & sexaginta annos, ut si uis abfuisset ne immatura quidem mors uideri possit: ingenium & operibus & præmijs operarum felix: ipsæ fortunæ diu prosperæ & in longo tenore felicitatis, magnis interim ictus uulneribus, exilio, ruina partiū, pro quibus steterat, filiæ morte, exitu tam tristi atq; acerbo, omnium aduersorum nihil ut uiro dignum erat tulit, præter mortē, quæ uere æstimanti minus indigna uideri potuit, quod à uictore inimico crudelius passus erat, quàm quod eiusdem fortunæ cōposito fecisset, Si quis tamen uirtutibus uitia pensarit, uir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes sequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vt est noster candidissimus omnium magnorum ingeniorum æstimator T. Liuius plenissimum testimonium Ciceroni reddidit. Cordi Cremutij non est operæ deferre etiam redditam Ciceroni laudationem. Nihil enim ipso Cicerone indignū est, ac ne hoc quidem, quod penè maximum est, tolerabile est. CREMVTII CORDI. Priuatas enim simultates deponendas interdum putabat, publicas nunquam. Vides credendam eius non solum magnitudinem uirtutum, sed multitudinem quoq; cōspiciendam. AVFIDII BASSI. Sic M. Cicero decessit, uir natus ad Reipub. salutem, quæ diu defensa & administrata in senectute demum è manibus eius elabitur, non ipsius uitio læsa, quod nihil in salute eius aliud illi, quàm si caruisset Antonio, placuit. Vixit sexaginta & tres annos, ita ut semper aut peteret alterum, aut inuicem peteretur, nullamq; rem rarius, quàm diem illum quod nullius interesset ipsum mori, uidit. Pollio quoq; Asinius, qui Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamuis inuitus plenum ei reddit. ASINII POLLIONIS. Huius ergo uiri tot tantisq; operibus mansuris, in omne æuū prædicare, cuius ingenio atq; industriæ superbe natura pariter atq; fortuna obsecuta est. Ei quidem facies decora ad senectutem prosperaq; permansit ualetudo, tum pax diutina, cuius instructus erat artibus, cōtigit, namq; à prisca seueritate iudicis exacti, maximorū noxiorum multitudo prouenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosq; habebat. Iam felicissima consulatus ei fors petendi & gerendi munera magna, deum consilio, industriaq;: utinam moderatius secundas res, & fortius aduersas ferre potuisset: namq; utræq; cum uenerant ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt inuidiæ tempestates coortæ graues in eum, certiorq; inimicis aggrediēdi fiducia: maiore enim simultates appetebat animo quàm gerebat. Sed quando mortalium nulli uirtus perfecta contigit, qua maior pars uitæ atque ingenij stetit, ea iudicandū de homine est. Atq; ego ne miserādi quidē exitus eum

f. pendenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortẽ putasset. Affirmare uobis possum nihil esse in historijs eius hoc, quẽ retuli, loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronẽ, sed certasse cum Cicerone uideatur. Nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis, concupiscite, & pœnas Ciceroni dabitis. Nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit quàm Cornelius Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oraq; magnanimum spirantia penè uirorum
In rostris iacuêre suis, sed enim abstulit omnis,
Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta,
Iurataq; manus, deprensaq; fœdera noxæ,
Patritiumq; nefas, est nunc & pœna Cetegi,
Deiectusq; redit uotis Catilina nefandis.
Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt, sacris & uita quid artibus acta?
Abstulit una dies æui decus, ictaq; luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ,
Vnica sollicitis quondam tutela salusq;,
Egregium semper patriæ caput, ille senatus
Vindex ille fori, legum ritusq;, togæq;.
Publica uox eius æternum obmutuit armis.
Informes uultus sparsamq; cruore nefando
Caniciem sacrasq; manus, operumq; ministras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta superbis
Proculcauit ouans, nec lubrica fata deosq;
Respexit, nullo luet hoc Antonius æuo.
Hæc nec in Hæmatio mitis uictoria Perse,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoste Philippo.
Inq; triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Abfuerant, nostraq; cadens ferus Hannibal iræ,
Membra tamen stygias tulit inuiolata sub umbras.

Non laudabo municipem nostrum bono uersu ex quo hic multo melior Cornelij Seueri processit, Conticuit latiæ tristis facundia linguæ. Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quàm eruditus, inæqualis poëta, & penè quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poëtas ait, pingue quiddam sonantis atque peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalæ Coruini, Pollionem Asinium ad uocauerat, & in principio hunc uersum non sine assensu recitauit, Deflendus Cicero est latiæq; silentia linguæ. Pollio Asinius non æquo animo tulit, & ait, Messala, tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris, ego istum auditurus non sum, cui murus uideor, atq; ita consurrexit ne interfuisset recitationi eorum, quod Cornelium scio, cui non æque displicuisse hunc uersum quàm Pollioni apparet quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi & ipse composuit. Si hic desiero, scio futurum, ut uos desinatis eo loco legere, quo ego à scholasticis recessi. Ergo ut librum uelitis usq; ad umbilicum reuoluere, adijciam suasoriam proximæ similem.

Alia suasoria ad Ciceronem pertinens.

DEliberat Cicero, an scripta sua comburat promittente Antonio incolumitatem si fecisset. Q. ATERIVS. Non feres Antonium, intolerabilis malo ingenio felicitas est, nihilq; cupientes magis accendit, quàm propriæ turpitudinis conscientia. Difficile est. Nõ feres, inquam, & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies: quod ad me quidem pertinet, multum à Cicerone absum, tamen non tedet me uitæ meæ, sed pudet, ne propter hoc quidem pertinet multum à Cicerone. Ingenium tuum amas, quod illud Antonius plus odit quàm te. Remittere ait se tibi ut uiuas, commentus, quemadmodum eripiat etiam quo uixeras. Crudelior est pactio Antonij, quàm proscriptio.

scriptio. Ingenium erat in quod nihil iuris haberent triumuiralia arma. Commentus est Antonius quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone proscribere, tolleret per Ciceronem. Hortarer te Cicero ut uitam magni æstimares, si libertas suum in ciuitate haberet locum, si suum in libertate eloquentia, si non ciuili ense ceruicibus † lucren tur. Nunc ut scias nihil melius esse quàm mori, uitam tibi Antonius promittit, pendet nefariæ proscriptionis tabula, tot prætorij, tot consulares, tot equestris ordinis uiri pereãt, penè nemo relinquitur nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tempore uiuere possis Cicero, nemo est cum quo uelis. Merito Hercules illo tempore uixisti, quo Cæsar ultro te rogauit, ut uiueres sine ulla pactione, quo tempore non quidem stabat Respublica, sed in boni principis sinum ecciderat. CAESTII PII. Nunquid opinio me fefellit? intellexit Antonius saluis eloquentiæ monumentis, non posse Ciceronem mori, ad pactionem uocaris, qua pactione melior in te pars tui petitur. Accommoda mihi paulisper eloquentiam, Ciceronem periturum rogo. Si te audissent Cæsar & Pompeius, neq; inissent turpem societatem neq; diremissent, si uti unquam consilio tuo uoluissent, neq; Pompeius Cęsarem, neq; Cęsar Pompeium deseruisset. Quid consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius, quid prouocatam inter initia adolescentiæ libertatem tyrocinijs tuis Syllanam potentiam, quid Antonium auulsum, Catilinam Reipublicæ redditum? Ignosce Cicero, diu ista narrauero, Forsitan hac die non iniissimo audientur. Si occidetur Cicero, iacebit inter Pompeium patrem filiumq; & Afranium Petreiumq;, Qu. Catulum, M. Antonium illum indignum hoc successore generis. Si seruatur, uiuet inter Ventidios & † Canicios & Saxos. Ita dubium est, an satius sit cum illis iacere, an cum his uiuere? Pro uno homine iactura publica pacisceris. Scio omne precium iniquum esse quod ille constituit, nemo tanti emit Ciceronis uitam, quanti uendit Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret, uiues, sed eruentur oculi tibi, uiues, sed debilitabuntur pedes, etiam si in alia damna corporis præstaris patientiam, excepisses tamen linguam. Vbi est sacra illa uox tua? Mori enim naturæ finis est, non pœna, hoc tibi uni nõ liquet? At uideris Antonio persuasisse. Assere te potius libertati, & unum crimẽ inimico adijce. Fac Antonium moriendo nocentiorem. P. ASPRENATIS, Vt Antonius Ciceroni parcat, Cicero ipse in eloquentiam suam animaduerter. Quid autem tibi sub hac pactione promittitur. Vt Cn. Pompeius & M. Cato, & ille antiquus restituatur Reipublicæ senatus, dignissimus apud quem Cicero loqueretur. Multos ea re uicturos animi sui contemptus oppressit, multos perituros parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit, & causa illis uiuendi fuit, fortiter mori. Permitte populo Romano contra Antonium licet scripta combusseris. Antonius paucos annos tibi promittit, at si non combusseris, populus Romanus omnes. POMPEI SYLONIS. Quale est ut perdamus eloquentiam Ciceronis, fidem sequamur Antonij? misericordiam tu istam uocas supplicium summũ ingenio Ciceronis? Credamus Antonio Cicero, si bene illi pecunias crediderunt fœneratores, si bene pacẽ Brutus & Cassius, hominem & uitio naturæ, & licentia temporum insanientem, inter scenicos amores ciuili sanguine luxuriantem, hominem, qui creditoribus suis oppignerauit Rempublicam, cuius gulæ duorum principum bona Cæsaris & Pompeij non potuerũt satisfacere. Tuis utar Cicero uerbis, chara est cuiquam salus, quàm aut dare, aut eripere potest Antonius. Non est tanti seruare Ciceronem, ut seruatum Antonio debeam. TRIARII, Compulsus aliquando populus Romanus, in eam necessitatẽ est, ut nihil haberet præter Iouem obsessum & Camillum exulem, nullum tamen fuit Camilli opus maius, quàm quod indignum putauit, uiros salutem pactioni debere. O gratam uitam etiam si sine precio daretur Antonius hostis à Republica iudicatus, nunc hostem Rempublicam iudicat. Lepidus, ne quis putet illum male Antonio collegam placuisse, alienæ semper dementiæ accessio, utriusque collegæ mancipium, noster dominus. ARGENTARII. Nihil Antonio credendum est, mentior, quid enim iste non potest, qui occidere Ciceronem potest? qui seruare, nisi crudelius, quàm occidebat, non potest. Ignoscentem tibi illum putas, qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras uitam, cui nondum uerba tua exciderunt? Vt corpus quod fragile & caducum est

† luderetur

† Carutios

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruetur, pereat ingenium quod æternum est? ego mirabar si non supplicio crudelior esset Antonij uenia. P. Scipionem à maioribus suis deiciscentem generosa mors in numerum Scipionum reposuit. Mortem tibi remittit, ut id pereat, quod solum in te immortale est. Qualis est pactio? Aufertur Ciceroni ingenium sine uita, promittuntur obliuione nominis tui pauci seruitutis anni. Non ille te uiuere uult, sed facere ingenij tui superstitem. Viue, ut Cicero audiat Lepidum, Cicero audiat Antonium, nemo Ciceronem? Patieris perire, ut quod in te optimum habes, ante te efferas. Sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonij proscriptionem. ARELLII FVSCI. Quoad humanum genus incolume manserit, quam diu usus literis, honor summæ eloquentiæ precium erit, quamdiu rerum naturæ aut fortuna steterit aut memoria durauerit, admirabile posteris uigebit ingenium, & uno proscriptus seculo proscribes Antonium omnibus. Crede mihi utilissima pars tui est, quæ tibi uel eripi, uel donari potest. Ille uerus est Cicero, quem proscribi Antonius non putat, nisi à Cicerone posse. Non ille tibi remittit proscriptionem, sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius, morieris: si præstiterit, seruies. Quod ad me attinet, fallere malo. Per te M. Tulli quatuor & sexaginta annos pulchre actos, per salutarem Reipub. consulatum, per æternam si pateris ingenij tui memoriam, per Rempub. quæ ne quid te putes charum illi reliquere ante cœperit, oro & obtestor, ne moriaris confessus quod nolueris mori. HVIVS suasoriæ alteram partem neminem scio declamasse, omnes pro libris Ciceronis sollicíti fuerunt, nemo pro ipso, cum adeò illa pars non sit mala, ut Cicero, si hæc conditio ei lata fuisset, deliberaturus non fuerit. Itaq; hanc suasoriam nemo declamauit efficatius quàm Sylo Pompeius, non enim ad illa speciosa se contulit, ad quæ Cæstius, qui dixit, hoc grauius esse supplicium quàm mortem, & ideò hoc Antonium eligere, breuem uitam esse homini, multo magis seni, ita memoriæ consulendum quæ magnis uiris æternitatem promitteret, non qualibet mercede uitam redimendam, & has conditiones intolerabiles esse, omnia potius subeunda quàm monumenta ingenij sui ipsum exurere. Iniuriam illum facturum populo Romano, cuius linguam in ciuem extulisset, ut insolentis Græciæ studia tanto antecederet & eloquentia, quanto fortuna: iniuriam facturum generi humano, pœnitentiam illum acturum tam† degener spiritus empti, cum in seruitute senescendum fuisset, in hoc unum eloquentia utendum, ut laudaret Antonium. Malle cum illi ait, dari uitam, eripi ingenium. SYLO POMPEIVS sic egit ut diceret, Antonium non pacisci sed illudere, non esse illam conditionem, sed contumeliam, combustis enim libris nihilominus occisurum: non esse tam stultum Antonium, ut putaret ad rem pertinere libros à Cicerone comburi, cuius scripta per totum orbem celebrarentur, & hoc petere eum quod posset ipse facere, nisi forte non esset in scripta Ciceronis is qui esset in Ciceronem. Quare nihil aliud eum agere quàm ut ille Cicero multa fortiter de mortis cõemptu locutus ad turpes conditiones perductus occideretur. Antonium illi non uitam cum conditione promittere, sed mortem sub infamia quærere. Item quod turpiter postea passurus esset, nunc illum fortiter debere pati. Et hæc suasoria insignita est. Dixit enim sententiam Cacozeliæ genere humillimo & sordidissimo, quod detractu aut adiectione syllabæ facit sensum. Proh facinus indignum, peribit ergo quod Cicero scripsit, manebit quod Antonius proscripsit. Apud Cæstium prætorem declamabat hanc suasoriam Surdinus ingeniosus adolescens à quo græcæ fabulæ eleganter in latinum sermonem conuersæ sunt. Solebat dulces sententias dicere, frequentius tamen prædulces & infractas. In hac suasoria cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset, adiecit, ita te legam. CAESTIVS homo nasutissimus dissimulauit exaudisse se, ut adolescentem ornatum quasi imprudens obiurgaret, quid dixisti? quid ita te fruar? Erat autem Cæstius nullius quidem ingenij, Ciceroni etiam infestus, quod illi nõ impune celsit: nam cum M. Tul. filius Ciceronis Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter urbanitatem, cœnabat apud eum Cæstius. M. Tullio & natura memoriam dempserat, & ebrietas, si quid ex ea superat, subducebat, subinde interrogabat, quis ille uocaretur qui in imo recumberet: & cum sæpe subiectum nomen Cæstij excidisset, nouissime

f. degenere

nouissime seruus ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino quis ille esset qui in imò recumberet, ait, hic est Cæstius, qui patrem tuum negabat literas scisse: afferri protinus flagra iussit, & Ciceroni ut oportuit de corio Cæstij satisfecit. Erat autem etiam ibi pietas. Non exigeret Scordalus Hybriæ disertissimi uiri filio male apud se causam agenti. & cum in quadam postulatione Hybrias partibus stultorum locum ad literam omnibus agnoscentibus diceret. Age, inquit, non putas me scripta didicisse patris mei, quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? GARGONIVS amabilissimus in hac suasoria dixit duas res, quibus stultiores ne ipse quidem unquam dixerat: unam in principio, nam cum cœpisset scholasticorum frequentissimo iam more à iureiurando, & dixisset multa: ita quàm primum tantum timeat, quantũ potest, ita ut totus uiuat Cicero aut totus moriatur, ut ego quæ hodie pro Ciceronis ingenio dixero nulla pactione delebo. Alteram rem dixit cum exempla referret eorum qui fortiter perierant: Iuba & Petreius, mutuis uulneribus concurrerunt & mortes fœnerauerunt.

Libri primi suasoriarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER SECVNDVS.

Liberi parentes alant, aut uinciantur.

DVO fratres inter se dissidebant, alteri filius erat: patruus in egestatem incidit, patre uetante adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit, adoptatus à patruo est, patruus accepta hæreditate locuples factus est, egere cœpit pater: uetante patruo aluit illum, abdicatur. DEFENSIO ADOLESCENTIS. Quid mihi obijcis? Puto luxuriam, quicquid unquam immodesta largitione effudimus, id omne consumebatur in alimentum duorum senum, cum uetaret me pater alebat ipse, mihi cum egerem alimenta non dabat, eò iam perductus erat, ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea domo poneret, in qua habebat abdicatum, & inimicum. Ecce oppressit increscentem, quid acturus es? pluris tibi† pater efferendus quàm alendus est, quis rogatus est? aut quis porro tam locuples, frater alere non potest. Miserimus senex diuitias suas & iam extremum blandimentum in stipem perdidit. Ipse, inquit, me non aluit, imitationem alienæ culpæ innocentiam uocas. Nec eo quidem æstimas, quanta ista crudelitas sit, quod si quis fratrem non alit, nec à filio quidem alendus est. Quid adoptionem iactas? Tunc ad te ueni cum haberem diuitem patrem. Parcius quæso fratres. Præsentes habemus deos, scis tuto te facere etiam si abdicaueris. Alam, fatendum est crimen meum, tardius misertus sum. Item do pœnas ego parentibus meis, cum in cætera odium sit, tantum in meam notam quærũt. O felix spectaculum, si uos in gratiam possum reducere, faciam hoc quod uultus quoq; uestri hortantur. Surgite patres, adeste iudices, alter mihi ex parentibus seruatus, alter seruandus est: porrigite mutuas manus in gratiam, me fœderi medium pignus addite. Inter duos contendentes, medius elidor. Ergo morientem uidebo, per cuius cineres iuraturus sum? Omnis instabilis & incerta felicitas est. Quis crederet iacentem super crepidinem Marium fuisse consulem, aut futurum? Quid porro tam longe exempla repeto tanquam modo non sit qui illum uidit. Quid non timendum felicibus putas? quid desperandum infelicibus? IVNII GALIONIS. Ego indicabo cur me abdices, tu indica cur adoptaueris. Quædam accedunt noua. Equidem noua. Illud non miror quod misericordia obijcitur. Illud miror, quod hic obijcit. Sic enim me gessi, ut hoc crimine duos patres obligarem, uterque me amat, uterq; ali miser desiderat, uterque prohibet. Nec secum, nec mecum fortuna bene conuenit. Componite aliquando bonos quidem, sed contumaces uiros. Vter discordiæ causam præbuerit, nolite à me exigere. Vterq; patruus est, uterq; pater est. Transit ad istum fratris sui & fortuna & animus, misericors sum, nõ muto patrem, si naturam

al. frater

Universidad de Deusto
Biblioteca

si naturam mutare potuissem. P. ASPRENATIS. Fortunæ lex est præstare quæ exegeris, miserere, mutabilis est casus, dederunt victis terga victores, & prouexit fortuna quos destituit. Quid referam Marium sexto consulatu Carthagine mendicantem, septimo imperantem. Ne circa plura instabilis fortunæ exempla te mittamus, da quis alimenta rogetur & roget. OTHONIS IVNII patris. Timeo mutationem, & ille nihil prius ex bonis quàm filium perdidit. ARELLI FVSCI Patris. Ecquid cerno peregrini penates, an tuos? Non sum hospes grauis, unum senem adduco, hoc tibi uitio pater placui. Venit ignotus senex, nolo transire iacentem, per patrem rogat. Ergo aliquis peribit fame, qui filium suum optat superstitem? Quid hoc esse dicam quod me tam periculose abdicant, quod toties isti fortunam mutant, quoties ego patrem. Redite in gratiam. Inter funestas acies armatæ manus in fœdus porriguntur. Perierat totus orbis nisi iram finiret misericordia. Aut si tam pertinacia placent odia, parcite, iactatus inter duos patres utriusque filius, semper tamen felicioris abdicatus, positus inter duo pericula, quid faciam? qui alunt abdicant, mendicant, qui non alunt. Illud tamen pater deos testor, diuitem te relinquo. CAESTII PII Tali me operi præparauerant, uolebam fratres in gratiã reducere, hoc tu obijcis: at nisi impetrauero ut boni fratres sint, impetrabo ne mali patres sint. Vterque me amauit, uterque pro me uota fecit, quantum est si dixero, uterque me aluit? Quæ causa fuerit discordiæ nescio. Timeo ne iste prior egere cœperit. Quid obijcis pater? scio quendam in hac ciuitate propter istud crimen adoptatũ. Fratrem, inquit, alere noluit. Inueniſti quo possim me defendere: possum liberos tollere, & præ meis oculis narrem auum illorum fame perisse. Non fefelli & qualis essem sciuisti cum adoptares. Bis abdicatus sum, uolo utrunque causam meam agere, neutrũ pro me uolo, adsit mihi alius, semper causa mea habebit aduocatum patruum aut patrem, alter alterum amet, uterque me amabit. Vis illum ueras pœnas dare? sentiat quam iniuriam fecerit bono fratri. POMPEI SYLONIS De patre bene quod eum per ætatem nosse non possum, sed habet & ille beneficiũ meum, duos eius filios alui. Surge infelix senex, quid putatis illum flere? quod egeat? imò quod abdicauit, quod aluit. ARGENTARII Vides enim, liberalis in domo tua esse cœpi, ille propter me duxit uxorem cum fortasse iuuenem adoptare posset. Hæc abdicantis fuere uerba, I ad illum quem magis amas quàm patrem. Non omnibus imperijs parendum est, nihil interim noui facio, scis me & priori patri non paruisse. Venit immissa barba capillo deformi, non senectute, sed fame membris trementibus, semersa & tenui atq; elisa ieiunio uoce ut uix exaudiri posset, introrsum conditos oculos uix alleuans: alui, quomodo quæritis? quomodo istum. CORNELII HISPANI Putas me hodie non abdicari sed adoptari. Volo quædam futura prædicere patri, hic quem uis adoptari, inimicum patris tui inuito patre aluit, reliquit æquo animo † uestram domum, ut cum mendico uiueret. Noueris oportet hoc eius uitium, ad præstandum calamitosis misericordiam contumax est. Nec tamen habeo quod de hoc conuitio queri possim, hoc enim patrem, hoc patruum perdidi. Quàm multi patres adoptent talem filium. Bis abdicor. Homo est, non uis ali hominem? Ciuis est, non uis ali ciuem? amicus est, non uis ali amicum? propinquus est, non uis ali propinquum? sic peruenitur ad patrem, homo est, ciuis est, amicus est, propinquus est cognatione. Ergo non erit uitium porrexisse stipem, nisi dixero pater est? VIBII GALLI Circuibo tecum per aliena limina, ostendam omnibus & me qui alimenta dedi, & te qui negasti. ROMANII HISPONIS. Scio pater melius esse quod tu dicis, istud ego si possem, nunquam abdicatus essem. Fateor uitium meum, hoc quoque prior in me emendare uoluit pater, nec potuit. Impulisti me in fraudem, qui me abdicat, aiebat non oportet fieri, tu dicebas oportet, tibi credidi. Non dedit, inquit, mihi alimenta, defuerũt tibi? Quisquis alimenta à mendico rogatus est, nihil amplius quàm misereri monstrat, uade, ad patrem, i ad filium, iam quidam nobis eandem fortunã precãtur. Crede mihi sacra populi digna est. ALBVTII SYLII. Tollite uestras diuitias, quas huc atque illuc incertæ fortunæ fluctus appellet, redite in gratiã, innocens sit. PARS ALTERA, VALLI SYRIACI Crescere ex mea proposuit inuidia, sequamur senes, quò uocat ambitio iuuenilis, & cõditionem illi præbebimus, melius

al. beatam

melius se potest iactare quàm defendere. Atqui iustus metus meus tu es, ne hæredem ingratum scribam, inimicum relinquam. Inter cætera quæ mihi cum inimico patiar esse omnia, & hoc est infelicissimum, ambo tristissimam egimus uitam, excepto uno quod alter alterum egentem uidimus, proiecimus: adijce istis uerborum contumelijs, iussit, ad cœlum manus sustulit, fassus se huius spectaculi debitorem, & tunc primum fratri uitam precatus sum: lætitiam patrimonij parati, ut extant calamitatum stupores, nullam percepi, nisi quod isti daturus eram omnia, illi negaturus. Liquet nobis deos esse, qui non aluit, eget, qui in domum suam fratrem non cepit, in publico manet. Aequauit iam potentiam meam cum illius potentia fortuna, nisi quod hoc prior facere non possum. Adoptaui te, cum abdicatus es, cum abdicas, abdico. VIBII FVRII. Cum egerem, aiebam satis se uindicauit, quod à dispensatore locupletis inimici, consors modo omnis fortunæ, diurnum petam. MARILLI. Ille autem audebat rogare, qui mori mallet quàm uerba sua sibi dici: multis debeo misericordiam, à multis tuli, quisquis est qui me ulla calamitate similem effingit, perinde habebo ac si gradu cognationis attingat. Scio quàm acerbum sit supplicare exteros, scio quàm graue sit repelli à domesticis, scio quam graue sit, & quotidie mortem optare & uitam rogare: & si tu non odisti eum qui mihi fecit iniuriam, ego odi eum qui fecit tibi. DIVISIO controuersiarum antiqua simplex fuit, recens utrum subtilior an tantum operosior ipsi æstimabitis, ego exponam quæ aut ueteres inuenerunt, aut sequentes astruxerunt. LATRO alias quæstiones fecit, diuisit in ius & æquitatem, an abdicari possit an debeat abdicari: sic quærit, an necesse fuerit illum patrem alere, & ob id abdicari non possit, quod fecit lege cogente. Hoc in has quæstiones diuisit, an abdicatus desinit esse filius, an is desinat qui non tantum abdicatus, sed etiam ab auo adoptatus est, etiam si filius erat: an quisquis patrem non alit puniatur, tanquam æger, uinctus, captus, an aliquam filij lex excusationem accipiat, an hoc accipere potuerit, an abdicari debeat. Per hoc quæsiuit, an etiam si ille indignus fuit qui aleretur, hic tamen recte fecit qui aluit: deinde an indignus fuit qui aleretur. Noui declamatores græcis autoribus adiecerunt primam illam quæstionem, an † abdicatus abdicari possit, hac Cæstius usus est: adiecit quæstionem Gallio alteram, an abdicari possit iam adoptatus, ob id uitium, quod antequam adoptaretur notum fuit adoptanti, hoc autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis est quàm quæstio. GALLIO quæstionem primam Latronis duplicauit sic, licuit mihi alere etiam te uetante, deinde non licuit non alere. In priori parte hoc uindicauit, non posse filium ob id abdicari quod esset suæ potestatis, nullum autem intercidi misericordia. Quid si flere me uetes cum uidi hominem calamitosum? quid si uetes propter aliquod honestum factũ periclitanti fauere? affectus nostri in nostra potestate non sunt, quædam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Quamuis filius familiæ sim, licet mihi & stipem porrigere mendico, & humum cadaueri. Iniquum est collapsis manum non porrigere, commune hoc ius generis humani est, nemo inuidiosum ius postulat, quod alteri profuturum est. LATRO illud uehementer pressit: nõ feci ratione, affectu uictus sum, cum uidissem patrem egentem, mens non cõstitit mihi, quid uetueris nescio. Hoc aiebant non esse tractandum tãquam quæstionẽ, esse tamen potentius quàm ullam quæstionem. FVSCVS ARELLIVS Pater hoc mouit in ultimo tanquam quæstionem: putaui te quamuis uetares nihilominus uelle ali à fratre meo. Vultu uetabas, aut mihi ita uidebaris. CAESTIVS audacius, non fuit cõtentus dicere, putaui uelle te, adiecit uoluisti? & hodie quoque uis, & sua figura dixit omnia propter quæ uelle deberet, quare ergo abdicas? puto indignaris præteritum officium. LATRO colore simplici pro adulescente, habere, non quo excuset sed quo glorietur, non potui, inquit, sustinere illud durum spectaculum. Offensas mihi putas tantũ excidisse, mens excidit, non animus mihi constitit, non in ministerium sustinendi corporis sufficerunt pedes, oculi subita caligine obturpuerunt. Alioquin ego si tunc meæ mentis fuissem, expectassem dũ rogarer. FVSCVS istũ colorẽ introduxit quo frequenter uti solebat religionis, mouet, inquit me natura, mouet pietas, mouet & humanorũ causa, & tã manifesto approbata exemplo. Stare ante oculos

al. adoptatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculos fortuna uidebatur & dicere talia. Hi sunt qui suos non alunt. ALBVTIVS hoc colore, accesit inquit ad me pater, nec summissis uerbis locutus est, non rogauit, sed quomodo agendum esset cum filio, alere me iussit, recitauit legem, quam ego semper scriptam etiam patruo putaui: & deinde dixit, prestiti non quantum patri præstare debui, sed quantum uetanti surripere potui. BLANDVS colore diuerso. Venit subito deformis squalore, lachrymis. O graues fortuna uires tuæ, ille diues modo superbus rogauit alimenta, rogauit filium suum, rogauit abdicatum suum: interrogas quamdiu rogauerit: ne dij istud nefas patiantur, ut diu rogauerit, diutius tamen quàm tuli. Quæritis quid fecerit? Quod solebat. SYLO POMPEIVS hoc colore. Mouet, inquit, me, quod nihil suo iure, nihil pro potestate, quod tanquam patruus accesit: ego uerò non expectaui uerba, non preces, complexus sum, & osculatus sum patrem, dedi alimenta: hoc unum crudeliter feci, quod dixi fratrẽ dedisse, non alere, sed exprobrare uisus sum. TRIARIVS hoc colore. Timui, inquit, si non aluissem ne abdicarer à patre, sciebam quomodo illi placuissem. TRIARIVS hoc colore. Accesit, inquit, ad me pater obrutus sordibus, tremens deficientibus membris, rogauit alimenta, interroga uos iudices, hoc quidem si facere oporteat, nam istum non interrogo. Scit quid facturus sim. † Nam patrem ut alteri patri faciam iniuriam, alteri inuidiam. Cum uetuisset me alimẽta præstare, si qua est fides, nõ putaui illum ex animo uetare, lenocinatur inquam gloriæ meæ, ut uidear etiam prohibitus aluisse. MARYLLIVS nouo colore egit. Cecidit in pedes meos senex, squalidus barba capilloq; , mouit inquam nescio quis te misericordia mea, alleuaui cum ignorarem quis esset, uultis repellam, quod pater est? CAESTIVS hoc colore. Nec meum cogitaui, patrem meum egentem uideo, frater nec miseretur, nec præstat alimenta, hoc est inquam noui uitij, eripere filio officium. Sciebam hãc fortunam meorum, has iam meas esse parteis: hoc peccaui quod non ultro ad patrem accessi, sed aiebam, nolo quicquam aliud præstare, quàm illi præstiti. Expectaui donec patruus ad me ueniret, & nunc expectabo. Venit ad me pater, quid habui facere? Perducerem illum ad patruũ? non feci, merito irascitur. Potuit enim si aluisset leuare quidem fortunam fratris, sed causam aggrauare. BVTEONIS colorem non approbabat Latro, præstitisse se dixit exiguum, tantum quo spiritum posset producere, & dum describisset pallorem eius & maciem, adiecit, apparet illum ab inimicis ali: hunc colorẽ cum improbaret Latro hac sententia usus est: non est, inquit, abdicato cuiquam exloria sui criminis detrahendum. HISPANVS hunc colorem uenustius, nam & miseratio ni eius qui benignissime alit, adiecit aliquid, & pietati suæ nihil detraxit. Quomodo inquit illum alo? Exiguos furtiue cibos mitto, & siquid de mensa mea detrahere potui, famelico seni porrigo. Non credis, quia scis quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte quæ durior est, ultro aiebat hunc sequendum, ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia & ardentia induceremus odia. Thyesteo more aiebat, patrem non irasci tum debere sed furere. In declamatione usus est summis clamoribus illo uersu tragico. Cur fugis? fratrem scit ipse. Hunc colorem secutus SYRIACVS, durum sensum uidebatur non dure posuisse in narratione sic, Infelicissimam ambo & tristissimam ambo egimus uitam, excepto quod alter alterũ egentem uidimus. Aeque efficaciter uidebatur odium expressisse paternũ, hac sententia: uos iudices audite quàm ualde eguerim, patrem rogaui. Hãc partem memini apud Cæstium declamari ab Alfio Flauo, ad quem audiendum me fama perduxerat, qui cum prætextatus esset, tantæ opinionis fuit, ut P. Romano puer eloquentia notus esset. Semper de illius ingenio Cæstius & prædicauit & timuit. Aiebat tam † immature magnum ingenium non esse uitale, sed tanto concursa hominum audiebatur, ut raro post illum auderet Cæstius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio suo, naturalis tamen illa uis eminebat, quæ post multos annos tametsi desidia obruta, & carminibus eneruata, uigorem tamen suum tenuit. Semper autem eloquentiam eius commendabat, aliqua res extra eloquentiam. In puero lenocinium erat ingenij ætas, in iuuene desidia. Hic cum declamaret partem abdicati, hanc summis dixit clamoribus sententiam. ALFII. Quis es tu qui de facto fratrum sententiam feras? Ille tunc peccauit, tu non peccas, ad te arbitrum odia nostra non mittimus,

f. non putaram

f. præmature

mus, iudices habemus deos. Et illam sententiam. Audiuimus fratrum fabulosa certamina, & incredibilia, nisi nos fuissemus, impias epulas, detestabili parricidio furuum diem. Hoc uno modo iste frater à fratre ali meruit, quàm innocenter. Me contra parricidium uindica, filium illi suum reddo. CAESTIVS hunc colorem tam strictũ non probauit, sed dixit temperandum esse, & ipse hoc colore usus est, quem statim à principio induxit. Miratur aliquis, quod cum duo grauissimam acceperimus iniuriam, ego & filius, ego solus irascor, non est quod quisquam miretur, iam filio satisfactum est. Debuisti, inquit, me rogare, ut ipse præstares, debuisti illum ad me perducere, debuisti reconciliationem tentare, non famam pietatis ex nostra captare discordia. Fortasse ego cum egerem, fratrem rogassem, si tu non fuisses, fortasse ille me rogasset, si tu non fuisses, poterat nobis conuenire, si non fuerit in medio, quem potius miseri contumaces rogent. Hermagoras in hac controuersia transijt à procœmio in narrationem elegantèr, rarissimo quidem genere, ut in eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset, sed ut Latroni placebat, schema, quod uulneret, nõ quod titubet. Ex altera parte transit à procœmio in narrationem Caleo, & ipse per sententiam sic. Quid ni filium mihi nolim cum isto communem esse, cum quo utinam communem nec patrem habuissem. DIOCLES CARYSTIVS illum sensum à Latinis factatũ dixit breuissime, rarissimo genere, quod sententia uerbis consumatur, nec enim paucioribus potest.

Euctemon leuis declamator, sed dulcis, dixit noue & amabiliter illum æque ab omnibus uexatum sensum, quo reconciliatio fratrum tentatur.

Initium secundæ.

SAcerdos casta è castis, pura è puris sit. Quædam uirgo à piratis capta uenijt, empta à lenone & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem, militem qui ad se uenerat, cum exorare non posset, colluctantem & uim inferentem occidit, accusata & absoluta remissa ad suos est, petit sacerdotium. PORTII LATRONIS. Sacerdos uestra adhuc in lupanari uiueret, nisi hominem occidisset. Inter barbaros quid passa sit, nescio, quid pati potuerit, scio. Sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. Absint ex hoc foro lenones, absint meretrices, ne quid parum sanctũ occurrat, dum sacerdos legitur: si nihil aliud certe osculatus est te, quisquis puram putabat. O egregium pudicitiæ patrocinium, militem occidit, & Hercules lenonem non occidisti. Deducta es in lupanar, accepisti locũ, precium constitutum est, titulus inscriptus est, hactenus in re inquiri potest. Cæterum nescio quid cellulam & obscœnum lectulum uocas. De pudicitia sacerdotis hic quæritur. Nemo inquit mihi uirginitatem eripuit. Sed omnes quasi erepturi uenerunt, sed omnes quasi eripuissent, recesserunt. Quò mihi sacerdotem, cuius precaria est castitas? cum ex illo lupanari cruenta fugeres, si qua tibi occurrisset. Si mater tua prostituisset, tibi noceret, propter te liberis tuis sacerdotiũ non daretur. FVLVII SPARSI. Quid incluſa feceris, nec quærere debemus, nec scire possumus. CORNELII HISPANI. Occidisti hominem, quid respondes? uim afferebat mihi, etiam puto sacerdoti. Pro libertate uota faciẽda sunt, captiuæ mandabitis. Pro pudicitia uota facienda sunt, prostitutæ mandabitis. Pro militibus uota facienda sunt, isti mandabitis. Id enim decrat, ut templa reciperent, quas aut carcer, aut lupanar eiecit. MARILLII. Vt sciamus illam apud lenonem fuisse, blanda est, domi lenoni rationes captura conueniet. Age si quis uenit pertinax, age si quis hoc ipsum concupiuit quod uirgo eras, age si quis, ne negare posses, ferrum appulit. P. VINITII. Eam sacerdotem facite, quæ aut honesta maneat, quod semper fuit, aut pœnam sentiat, si esse desierit. Cuius audaciæ es puella? etiam si nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. Aliter deorum numini subiecta uniuscuiusq; conscientia est, aliter nostræ æstimationi. Nos tantum quæ feceras palam, uidimus, illi etiam quæ secreta sunt. Indignam sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar. Procedente hac lictor submoueri uidebitur, huic prætor uia cedet, summum imperium consules cedent tibi. Quæcunque meretrix prostrata fuit, fugiet. Fas sacerdoti non esset, ancillam tibi similem habere, fieri ne sacerdotem fas erit? Nam quod ad sortem pertinet, ne reliquæ uirgines contaminarentur, hæc segregata est. Castam te putas, quia inuisa meretrix es. Nuda in littore stetit ad fastidium emptoris, omnes partes

corporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis & inſpectæ & contrectatæ ſunt. Vultis actionis exitium audire? Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil, eo deducta es, ubi tu aliud honeſtius nihil facere potuiſti quàm mori, ſtipem rogaſti, quæ ſacerdotium rogas. Fortuna, inquit, hoc me cogit pati, miſereri debent omnes mei. Et ego miſereor tibi puella, ſed non facimus miſerandas ſacerdotes, non eſt apud nos maximus honor ultimorum malorū ſolatium. MENTONIS. Honorem habitum aurium maieſtatiſq; uelim ueſtræ, quod neceſſe eſt in hac causa nominare lupanar, lenonem, meretricios quæſtus, homicidium. Quis credat? Inter hæc ſacerdos quæritur. At me hercules futuræ ſacerdoti nihil ex his audiendum erat. Sacerdotis ueſtræ ſumma noticia eſt, quod proſtitit, ſumma uirtus quod occidit, ſumma felicitas quod abſoluta eſt: non poteſt in ea ſperari ſacerdos, in qua ſperari meretrix poteſt. Alijs oculis leno uitam æſtimat, alijs pontifex. BLANDI. Virgo ſum inquit, interroga ſi dubitas archipiratam, interroga gladiatorem, an rogatus uirginitati peperceriit. Non refello, dum ſcias clauſa eſſe teſtibus tuis templa. In auctione nemo uoluit liceri, ut enotuit, ſeruiſſe piratis, non uidebatur iſte uirginis uultus, iſta conſtantia, & ne armatum quidem timens audacia. ARELLII FVSCI PATRIS. Ne metuas puella pudica es, ſed ſic te uiro lauda, non templo. Meretrix uocata es, in communi loco ſtenſti, ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus, uenientes recepiſti. Cætera etiam ſi in communi loco eſſem, tamen potius ſcirem. POMPEI SYLONIS. Excipitur meretricum oculis. Docetur blanditias, & in omnem motum corporis confingitur. Auertit aures petitura ſacerdotiū, dum reliqua narro, nihil ad uos afferam dubium, nihil audietis, niſi quod uicina ciuitas uidit. Tu ſacerdos? quid ſi tantum capta? quid ſi tantum proſtituta? quid ſi tantum homicida? quid ſi tantum rea fuiſſes? ROMANI HISPONIS. Nūquid hoc negas, colluctatam te tamen cum uiro, quem in illa uolutatione neceſſe eſt prius ſuper te fuiſſe. Adijciebat Zeno, merito occiſum militem. Plus auſum quàm in proſtitutam libidinem. Exorauí populum. Nunquid & lenonem? nunquid & piratam illum, quem nō poteras occidere? ARGENTARII. Armatum inquit, occidi. Quid inermis gloriatur homicidio eius, quem neſcio an ſero occiderit. CAESTII PII NARRATIO. Ita domi cuſtodita eſt ut rapi poſſet, ita chara fuit ſuis, ut rapta non redimeretur, ita raptæ peperceré piratæ, ut lenoni uenderetur. Sic emit leno, ut proſtituerit. Sic uenientes deprecata eſt, ut ferro opus eſſet. Coniectum in urnam nomen eius non exijt, ſed iectum eſt, tempus erat non ſortiri, urna purgata eſt. Stetiſti puella in lupanari, ut te nemo uiolauerit, locus ipſe uiolauit. Stetiſti cū meretricibus, ſtetiſti ſic ornata, ut populo placere poſſes, ea ueſte quam leno dederat. Nomen tuum pependit in fronte, Precia ſtupri accepiſti, & manus, quæ dijs datura erat ſacra, capturas tulit: cū deprecaréris intrantis amplexus, & omnia alia impetrares, oſculum rogaſti. Ancillæ ex lupanaribus ſacerdoti liciorem emuntur, coram ſacerdote obſcœni homines abſtinent. Non ſine cauſa ſacerdoti lictor apparet, occurrenti tibi meretricem ſubmouiſſet: Non eſt credibile, temperaſſe à libidine piratas, omni crudelitate efferatos, quibus omne fas nefaſq; luſus eſt, ſimul terras & maria latrocinantis, quibus in aliena impetus per arma eſt: iam ipſa fronte crudeles, & humano ſanguine aſſuetos, præferentes ante ſe uincula & catenas, grauia capitis onera, à ſtupris remouere potuiſti? quibus inter tot tanto maiora ſcelera, uirginem ſtuprare, innocētia eſt. Sed lupanar excepit omnes, ſordida iniurioſaq; turba huc influit, nec quiſquam eo ut iudicet, uenit. Aut omnes fauere fabulis tuis, aut omnibus perſuaſum eſt. Nemo in tanta euntiū redeūtiumq; turba inuentus eſt, qui ſortunæ tuæ uellet illuderet? Ergo tu cum tam innocēs quàm dicis uixeris, iſta paſſa es, credis deos eſſe? Nihil, inquit, paſſa ſum: hoc ſatis eſt nupturæ ſacerdoti parum. Ibi adhuc fuiſti, diſcede, ignota es, diſcede, nimiū nota es. P. ASPRENATIS. Contradico non inimicitijs cuiuſq; impulſus. Quod enim odium, quæ inimicitiæ cuiuſq; eſſe poſſunt, quam nemo ciuium ſuorum norat antequam proſtitit. Monet me reſpectus omnium uirginū, de quibus horrendie grauis fertur ſententia, ſi in ciuitate nulla inueniri poteſt, neque meretrice caſtior, neq; homicida purior. Piratæ te inuiolatam ſeruauerunt? à ſacerdote ſe non abſtinuiſſet pirata, leno, mango. De ſacerdotis pudicitia, his ſpōſoribus credendum eſt? Iacuiſti in piratæ myoparone. Cōtrectata es alicuius manu, alicuius oſculo, alicuius amplexu.

An melius

An melius pirata ſeruauit quàm pater? conuerſata eſt diutius inter humano ſanguine deliburos, inde eſt profecto quod poteſt hominem occidere. Proclama ingenuam eſſe te, quid expectas? cum in lupanar ueneris, iam tibi omnia templa præcluſa ſunt. Conſeruarum oculis inquinatur, inter ebriorum conuiuarum iocos iactatur, modo in pueritem, modo in muliebrem habitum compoſita. Iſtinc ne patri quidem redimenda es. Nulla ſatis pudica eſt, de qua quæritur. Non legerem te ſacerdotem, etiam ſi ſacerdoti ſeruiſſes. Virginem eſſe ſacerdotem noſtram, cui credimus? meretrici, lenoni, piratis? hæc enim teſtium ſumma eſt. Caſtigationem ex pontificis maximi arbitrio meruerat ſacerdos, ſi te è lupanari redemiſſet. Conuenit omnis libidinoſorum turba, & concurrit ad meretricem nouam. Illud certe fateberis, pudicitia tua precaria eſt. Tot intrauerunt cellam tuam gladiatores, tot iuuenes ebrij, & omnes ante militem inermes. Ego illam dico proſtitiſſe, illa ſe dicit etiam mendicaſſe, pudicitiam ſacerdotis meæ etiam carnificí debeo. IVNII GALLIONIS. Ambitioſa lex eſt, ad ſacerdotium nonnullas non ſanctitatis tantum, ſed felicitatis admittit. Inquirit in mores, in corpus, in uitam. Vide tu quemadmodum tam moroſæ legi ſatisfacias. Capta es à piratis, inter ſeruos, inter homicidas, in illis myoparonis anguſtijs ſpaciata es. Viderimus quid in te audere potuerit feritas hoſtium, libido barbarorum, licentia dominorum. Certum habeo iudices cum hanc feritatem barbarorū audiatis, fauetis illi, ut quàm primum mutet ſeruitutem. Sic iſtam ſeruauerunt piratæ, quemadmodum qui lenoni eſſent uenditurí. Stare in illo ordine, ex eadem ueſci menſa, in eo loco uiuere, in quo etiam ſi non patiaris ſtuprum, uideas. Aliquis fortaſſe inuentus eſt, quem hoc ipſum iritaret, quod rogabas. Ipſe autem leno pepercit? Ignoramus iſtos, quibus uel hoc in eiuſmodi quæſtu præcipue placet, quod illibatam uirginitatem decerpunt. Seruauit te leno, quam proſtituturus erat in libidinem populi? ita eſt. Sic leno tanquam nos caſtam è caſtis. Omnes, inquit, exorauimus. Si quis dubitat, an meretrix eſſet, audiat quàm blanda ſit. Hæſiſti in cōplexu, oſculo, pacta es, ut feliciſſima fueris, pro pudicitia impudice rogaſti. Quid faciam mulieri in crimina ſua deliteſcenti? Cum dico uim paſſa es, occidi inquit, cum dico hominem occidiſti, inferebat inquit uim. Sacerdos noſtra ſtuprum homicidio, homicidiū ſtupro defendit. DIVISIO. LATRO in has quæſtiones diuiſit, an per legem ſacerdos ſieri non poſſit, & ſi lex illi non obſtat, tamē ſacerdotio indigna ſit. An lege prohibeatur, in hæc duo diuiſit, an caſta ſit, an pura ſit. An caſta ſit, in hæc diuiſit. Vtrum caſtitas tantum ad uirginitatem referatur, an ad omnium turpium obſcœnarumq; rerum æſtimationem. Puta enim uirginem quidem eſſe te, ſed contrectatam te oculis omnium, etiam ſi citra ſtuprum, cum uiris tamen uolutare. Non caſta talis, qualis uideri poteſt, cui lex nocere uult. Matrem quoq; inceſtam eſſe, ſi ad uirginitatem tantum refertur caſtitas. An hæc uirgo ſit, Aiebat Apollodorus quidem placere, ſi fixa eſſet hæreat & tuta, ſed hic non repugnare controuerſiam huic ſuſpitioni. Non enim potitur adhuc uirgine, & multa ſunt propter quæ credibile ſit non eſſe: illud adijciebat, denicq; etiam ſi non effecero, ut credant iudices non eſſe uirginem, conſequar tamen ut non putent dignam ſacerdotio, de qua dubitari poteſt, an uirgo ſit. An pura ſit, in hæc diuiſit: an etiam ſi merito occidit hominem, pura tamen non ſit homicidio coinquinata: deinde an merito occiderit hominem innocentem, uti corpore proſtituto uolentem. Abſoluta eſt, oſtendit nō puram ſe eſſe ſed tutam. An idonea ſit, in tractationes quas quiſq; uult diuiſit, an idonea ſit tam infelix ut caperetur, ut ueniret lenoni potiſſimum, ut proſtitueretur, occidere hominē cogeretur. ut cauſa diceretur. CAESTIVS etiam altius petit & obijcit quod tam uilis ſuis fuiſſet ut non redimeretur. SYLO POMPEIVS dum præceptum ſequitur, quo iubemur, ut quoties poſſumus de omnibus legis uerbis controuerſiam faciamus, illam quæſtionem mouit, Caſta de caſtis: lex inquit de caſtis, cum dicit, hoc non tantum ad parentes refert, ſed ad omnes quibus cum uerſata eſt uirgo. Non enim adijcit è caſtis parentibus, ſed è caſtis: uult illos à quibus uirgo uenit caſtos eſſe. Intelligo, inquit, ſub hoc uerbo multa, caſtis cum dicit penatibus, tu ex inceſtis uenis: intelligo caſtis diſciplinis, tu ex obſcœniſſimis uenis, quid enim didiciſti? & quæcunq; hoc loco dici poterant; idem & in illa parte fecit, pura è puris. HISPO ROMANVS accuſatoris

Universidad de Deusto
Biblioteca

usus pugnacitate negauit puram esse, non ad eam hoc referens, sed ad corpus, tractauit impuram esse, quæ osculũ impuris dederit, quæ cibũ cũ impuris cœperit. ALBVTIVS figuram diuisit in controuersiã. Dixit enim putemus tres sacerdotium petere, unam, quæ capta est, alteram, quæ prostituta, tertiam, quæ hominem occidit. Omnibus nego, & sic causam cõtra singulas egit. FVSCVS ARELLIVS sic diuisit. Probabo indignam sacerdotio, primũ etiã si pudica sit, deinde quia nescimus an pudica sit, nouissime quod non sit pudica. FVSCVS pro puella colorem hunc introduxit. Voluerunt Dij immortales in hac puella uires suas ostendere, ut appareret, quàm nulla uis humana diuinis resisteret, magis putauerũt miraculo esse in captiua libertatem, in prostituta pudicitiam, in accusata innocentiã. LATRO dixit, aliqua capta felicior fuit, nulla fortior. MARILLVS cum descripsisset indignationem puellæ magnam fuisse, altius quiddam superbiusq; uultu ipso præferentem, hanc adiecit sententiã, quam solebat mirari Latro, imò ut ipse aiebat exoscularí: narrate sanè omnes tanq; ad prostitutam uenisse, dum tanq; à sacerdote discesserint. ALBVTIVS dixit, Nescio quis fero & uiolento animo uenit, ipsis credo dijs illũ impellentibus, ut futuræ sacerdotis non uiolaret castitatẽ sed uideret, prædixit illi, abstineret à sacro corpore manũ: nõ est quod audeas lædere pudicitiã, quam homines seruant, dij expectant. Cruente, & in perniciem cruente tuam, hæc, inquit, arma quæ nescis tenere pro pudicitia, et raptũ gladium in pectus piratæ sui torsit: hoc factum eius ne lateret eisdẽ Dijs immortalibus fuit curæ. Accusator eius inuentus est, qui iudicij eius in foro testimoniũ redderet, Nemo credebat occisum uirum à fœmina, iuuenem à puella, armatũ ab inermi, maiora uidebantur, quàm ut possent credi sine deorum immortaliũ auxilio gesta. CAESTIVS timuit se in narrationem demittere, sed illam transcurrit: hoc dixit in sacerdote futura maxime debere æstimari, pudicitiã, innocentiam, felicitatem: quàm pudica sit miles ostendit, quàm innocens iudex, quàm felix reditus. Etiam habemus quandam prærogationem sacerdoti ab ipso numine datam, licet isti obijciant illi fuisse captiuam, lenoni postea seruisse, causam nouissime dixisse, inter tot pericula nõ seruassent illã Dij, nisi sibi seruata fuisset. ARGENTARIVS illud in narratione dixit. Accusator in hoc maxime premebat reã, aiebat occisum esse intra uerba antequã uim afferret. SYLO POMPEIVS hac figura narrauit, Eam uobis sacerdotem promitto, quam incestam nulla facere posset fortuna. Potest aliquid seruitus cogere, seruiuit & barbaris & piratis, inuiolata apud illos mansit. Potest aliquam corrupere prolapsi in uitia seculi praua consuetudo, etiam matronarũ notum in libidine magisterium, pudica permanebit licet illam ponatis in lupanari, & per hoc illi intactã pudicitiam efferre contigit: fuit in loco turpi, probrose leno illam prostituit, populus adorauit: nemo non plus ad seruandam pudicitiam contulit, quàm ad uiolandã attulerat. Multum potest ad rectum quoq; pudici animi propositum, hostis gladio non succumbet, imò si opus fuerit, pudicitiam uindicabit. Incredibilẽ uideor in puella rem promittere, iam præstitit, adolescentem misericordis populi beneficium polluere tentantem gladio repulit. Fuit qui illam accusaret cædis, absoluta est: ne qua uobis posset esse dubitatio, quæ uentura erat ad sacerdotiũ, an pura esset, an integra, iam iudicatũ est. TRIARIVS dixit, negat se puella fecisse, negat illum suis manibus cecidisse: altior inquit humana uisa est circa me species eminere, et puellares lacertos supra uirili robur attollere, quicunq; estis dij immortales qui pudicitiam ex illo infami loco cum miraculo uoluistis emergere, non ingratæ puellæ opem tulistis. Vobis pudicitiam dedicat, quibus debet. Alterius patris color nihil habet difficultatis, apparet quas præposuit, dicendũ est in puellã uehementer non sordide, nec obscœne. Sordide Basilius, qui dixit, Extra portam istam uirginẽ, & ostende istam eruginosam manum. VIBIVS RVFVS, qui dixit, Redoles adhuc suliginem fornicis. Obscœne, quemadmodũ Murrhedius rhetor qui dixit. Vnda scimus, an conuenientibus pro uirginitate te alio libidinis generi addixeris? Hoc genus sensus memini quendam prætoriũ dicere, cum declamaret controuersiam de illa quæ egit cum uiro malæ tractationis, quod uirgo esset, & damnata postea perijt sacerdotium. Nolumus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui etiam si primam uirginibus timidis remisere noctem, uicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus

Scaurus, non tantũ disertissimus homo, sed uenustissimus, qui nullius unquam impunitam stultitiam transire passus est, statim Ouidianũ illud, Dum timet alterius uulnus inepta loci, & ille excidit, nec ultra dixit. Hoc autem uitiũ aiebat Scaurus à Græcis declamatoribus tractum, qui nihil & non permiserint sibi, & penetrauerint. HYBREAS inquit, cum diceret controuersiam de illo, qui tribadas deprehenderit & occiderit, describere cœpit mariti affectum, in quo non deberet exigi inhonesta inquisitio. GRANDAVS ASIANVS æque declamator cum diceret in eadem controuersia. Non ideo occidi adulteros, non paterentur, dixit ei,

in hac cõtrouersia de sacerdote non minus obscœne dixit Murrhedius. Fortasse dum repellit libidinem, manibus excepit. Longe recedendum ab omni obscœnitate & uerborum & sensuum, quædam satius est causæ detrimento tacere quàm uerecundiæ. VIBIVS RVFFVS uidebatur quotidianis uerbis usus nõ male dixisse. Ista sacerdos quantum mihi abstulit ἀτελὲς τέλος.

Controuersia tertia.

INcesta saxo deijciatur, incesta damnata antequam deijceretur de saxo, inuocauit Vestam, deiecta repetitur ad pœnam. LATRONIS. Hoc expectatis, ut capite demisso uerecundia seipsa antequam impelleretur, deiecerit, id deerat, ut modestior esset in saxo, quàm in sacrario fuerat: constitit, & circumlatis in frequentiam oculis, sanctissimum numen quasi parum uiolasset inter altaria, cœpit in ipso quo uindicabatur uiolare supplicio, hoc alterum damnatæ incestum fuit: damnata est, quia incesta erat, deiecta est, quia damnata erat, repetenda est, quia incesta & damnata & deiecta est. Dubitari non potest, quin usq; eo deijcienda sit, donec efficiatur propter quod deiecta est. Patrociniũ suum uocat pereundi infelicitatem, Quid tibi importuna mulier imprecer, nisi ut nec bis deiecta pereas? Veniet ad colendum Romani imperij pignus, etiamsi non stupro at certe carnificis manu incesta. Inuocaui inquit deos, statuta in illo saxo deos nominasti, & miraris, si iterum te deijci uoluntˢ si nihil aliud, in loco incestarũ sietisti. CAESTII PII narratio. Quid agam? exponam quando stuprum cõmiserit? cum quo? quibus consciis? Ista quia probaui, damnata est, quid postea accessit, quod illam uirginem faceret? quod iacuit in carcere? quod ducta est ad saxũ? quod inde proiectaˢ ait se innocentem, quia perire non potuit. Ita lex de sacerdotum iure, in iudicio queri uoluit, de iudicibus in supplicio? ampliatur à iudicibus in pœnam, postulat cum contra pœnam causa tuta non fuerit, contra causam tuta pœna sit. Non putas legem cauisse ut perires, quæ cauit, quemadmodum perires? Exoremus te mulier, ut iterum absoluaris. Aut tu sacerdotium uiolasti, aut dij sacerdotem. Male de dijs existimas, si sacerdoti suæ tam sero succurrunt, lata est sententia, pronuntiatũ est, damnata es. Interrogo te hoc loco mulier? responde mihi. Sunt dij? ARELLII FVSCI PATRIS. Iterum experiamur, quid times propicios deos? erat, inquit, præruptus locus, & immensæ altitudinis, dicebã tibi, incestam lex mori uoluit, stat moles abscisa in profundum, frequentibus exasperata saxis, quæ aut elidant corpus, aut de integro grauius impellant, inhorrent scopulis enascentibus latera, & immensæ altitudinis tristis aspectus, electus potissimum locus, ne damnati sæpius deijciantur. FVLVII SPARSI & à superis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius pœnam saxum extruendum est. IVNII BASSI. Nihil putabam amplius adijci posse audaciæ istius, quàm quod in illa cruce Vestã nominauerat: ab ipso enim supplicio in templum usq; reuoluta, quicquid secundum deos sanctissimum est, contactu suo polluit, quam à saxo nusquã reuerti fas est, nisi ad saxum. Quanto minus quàm in templum resiluit: huc potius uenit, ubi damnatur, quàm illò ubi absoluitur. ALBVTII SYLLI. Si quis adhuc dubitabat de deiecta, ueniat & sibijpsi credat. Hęc impudentia uirginis est, in urbe tam beata cum tot superent uirgines, cum tot principum filiæ sint, postulat, ut præteritis his potissimum ab inferis seruetis sacerdotem? Quare ego si incesta sim, uiuo, nescio, hoc unum scio, nec fieri quod non potest, nec portentum esse quod potest. Absit, nefas est, ut id saxum absoluat, quod tantum damnatos accipit. ARGENTARII narratio, Penè iudices cœpi, qualis esset rea, sed quid efficiam, cum illam incestam probauerȯ? nempe ut de saxo deijcienda uideatur, iam uisa est. Nõ imitabor

Universidad de Deusto
Biblioteca

istius impudentiam, ut repetendo iudicium, quod factum est improbasse uideat: quod exigebatur, probaui, quod iudicastis exequor. CORNELII HISPANI. Deos deasq; inuoco, quos priore iudicio non frustra inuocaui, incesta quàm tardissime pereat. Inuocaui inquit numina, quid inuocas mulier? Si innocens es, dij non sunt. Videte quantum sacerdos peccauerit, quæ nec absolui potuit nec mori. Aut tu sacerdotium uiolasti, aut nos sacerdotem. Erras, si satis ad sacerdotium putas, perire non posse. ROMANI HISPONIS. Ab Tarpeia ad Vestam, cuius uitam carnifex rupit, à templo ad saxum, à saxo ad templum, hic pudicæ sacerdotis inter supplicia & uota discursus est, inter supe ros inferosq; iactata in nouam pœnam reuixisti. POMPEI SYLONIS narratio, Quod ad rerum expositionem pertinet iudices, non committam ut deorum immortalium ultionem morer, bis incesta saxo deijciatur: lege damnata est, habetis iudicium. deiecta est, habetis exemplum. VIBII GALLI narratio, breuis expositio rerum est. Aduersariam incesti postulaui, accusaui, damnaui, carnifici tradidi, permittitis iam ab rea accusator recedam? eamus ad absolutionem tuam, ita Dij damnatam absoluere sacerdotem, sero innocentiã damnata concupisti, uitã deiecta. Ex altera parte SYLLII SPARSI, damnata deiecta est, absoluta descendit. ARELLII FVSCI PATRIS. Putares puellam demitti non cadere. CAESTII PII. Nullam habebat gratiam in templo, dixerat itaq; tantum, deos inuocabat, lex sacerdotem non usq; ad saxum deferret, nisi expecta ret deorum sententiam. CORNELIVS HISPANVS descripsit altitudinem montis, etiam secure despicientibus horrendam, & adiecit. Carnifex quoq; recedens impellit, nihil fecit tanquam rea, contumax est innocentia, turpe putabat sacerdos rogare, nisi deos. MARILLII. Mirandum est, si oppressa est uirgo sine gratia, cuius enim genibus submisit manus? quem deprecata est? quæ tarde rogauit, etiam deos? DIVISIO. Latro in has quæstiones diuisit, utrum lex de incesta tantum sit, quæ deijciatur, nec pereat: an etiam damnata, si innocens post damnationem apparuit, deijci non debeat, an hæc innocens sit, an hæc deorum adiutorio seruata sit. CAESTIVS & illa subiunxit huic ultimæ quæstioni, an dij immortales humanarũ rerum curam agant. Et si agunt, an singulorum agant. Si singulorum agant, an huius egerint. Improbabat Albutium, quod hæc non tanquam particulas incurrentes in quæstionem tractasset, sed tanquam problemata περιφιλοσοφωμένα. FVSCVS ARELLIVS PATER sic diuisit, Vtrum incestæ pœna sit deijci, an perire. Vtrum prouidentia deorum, an casu seruata. Si uoluntate deorũ seruata sit, an in hoc quo crudelius periret. Hic color ferè sententijs quas proposui permixtus est. Quid tamen Cæstius senserit, indicabo. Contra sacerdotem qui dixerunt, uideri deos infestos illi, in hoc eam seruasse, ut diutius torqueretur, aiebat Cæstius, malle se casu uideri factum quàm deorum uoluntate: nam si semel illos interuenire huicrei fateremur, manifestius erit in pœna seruatam esse sacerdotẽ quàm in pœnam actam, quæ non probabat ille. TRIARII. Remissam tibi pœnam putas? ampliata est, & ipsa inquit ampliatio, quæ apud iudices fieri solet, eoq; uerbum in sententia
f. positum † petitum est, non est damnantis, sed dubitantis. Declamauerat apud illum hanc ipsam controuersiam Varus Quintilius tunc Germanici gener ut prætextatus: cum deserpsisset circunstantem, quod tam cito oculis penè subduceretur, dixit. Exaudierunt Dij immortales supplicum uoti preces, incestam ne cito supplicium transcurreret, reuocauerunt. Cæstius multa contumeliose dixit in ipsam sententiam, sic inquit, Quomodo quadrigas reuocauerunt, nam & ante posuit similitudinẽ, quia & hæc de carcere exierat. Cum multa dixisset, nouissime adiecit rem, quam omnes improbauimus. Si ista negligentia pater tuus exercitum perdidit, filiam obiurgabat, patri maledixit. PASTOR AETIVS hanc controuersiam apud Cæstium iam senator dixit, & hunc colorem optimum putauit, sic ueneficijs corpus induruit, ut saxa reuerberaret. Multũ Cæstius hanc corripuit, & dixit, hoc est, quare ego auditores meos inuitem ad alios audiendos ire, hoc male mi facit ille, qui aut Anticlera aut Pythuicus est. Dicebat autẽ in Albutium, qui illis diebus dixerat in hac controuersia durius saxo, & in Bassum Iulium multa dixerat Virgo, qui de sub saxo. Othonem Iunium patrẽ memini colorẽ insulsum inducere, quod minus ferendũ est, quod libros colorũ edidit. Fortasse, inquit, pœnæ se præparauit

parauit, & ex quo peccare cœpit, cadere condidicit. SYLO POMPEIVS hunc colorem tentauit. Præstatur, inquit, quædã damnatis sacerdotibus uerecũdia, erubuimus quicquam ex dãnatæ ueste detrahere. HISPANVS dixit, ita putaueras una te pœna posse defungi, cũ in saxo deos nominasses? TRIARIVS indignantiũ uoces descripsit dicentiũ, quia non potes, uis mori. MARILLIVS dixit, constituta in saxo inuocauit deos, publica indignatio exorta est, audet ista nominare deos, audet hoc loco? Quid autem habet iam quod illos roget nisi bonam mortem? DIOCLES CARYSTIVS dixit.

Controuersia Quarta.

ADulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrunq; corpus interficiat, sine fraude sit. Liceat adulteriũ in matre & filia uindicare. Vir fortis in bello manus perdidit, deprehendit adulterũ cum uxore, ex qua filiũ adulescentem habebat, imperauit filio ut occideret. Non occidit, adulter effugit, abdicat filiũ. LATRONIS. Adulteros meos tantũ excitaui, me miserũ quamdiu iacuerunt, postq; deprehenderã, Ego te non abdicem, quem possem occidere. O acerbam mihi uirtutis meæ recordationem. O tristẽ uictoriæ memoriã, ille onustus modo hostilibus spolijs uir militaris, adulteris meis tantũ maledixi, solus ego ex omnibus maritis nec dimisi adulteros nec occidi. Quid ridetis? inquam, nõ habeo manus, uoca filium. Tu uiri fortis filius, qui stringere ferrum non potes? ne te truncus quidẽ capere potui, nisi domi, utcunq; tamen potui, obluctatus sum, & truncum corpus opposui. Exierunt adulteri tantũ meo sanguine cruenti. CORNELII HISPANI. O dignum, cui aut pudica contingat uxor, aut impudica, dum armatus est. Te respublica inuoco, quæ manus meas possides, quis non putet aut me sine filio fuisse, aut filiũ sine manibus? CAESTI PII. Conceptus est iste, ex quo sciemus cum adulteros deprehendero. Nunquã putaui futurũ salua republica, ut uir fortis sentiret se manus perdidisse. MARILLII. Adulteros meos usq; ad limen prosecutus sum, cucurri miser ad ferrum quasi manus haberem. TRIARII. Deciderunt arma cum manibus, tũc primũ sensi me manus perdidisse. DESCRIPTIO PVGNANTIS VIRI FORTIS. Dij boni & has manus aliquis desiliit? cum à patre natus accersitus ut occideret adulteros, uenit ut dimitteret. Ita ego etiam manus pro adulteris perdidi, steti deprehensus ab adulteris meis. Patris desertor, matris leno, quẽ puto iam creditis non esse filium uiri fortis, tertius in cubiculo desisor stetit. FVLVII SPARSI. In bello suas, in domo uiri fortis, tertius in cubiculo desisor stetit. FVLVII SPARSI. In bello suas, in domo etiam filij manus perdidit. Processit in bellũ hic unus omniũ adulescentis filij uicarius, in acie uicit, domi captus est, portat inter spolia uiri fortis uolutantes adulteros. Adolescens uenit tempus militiæ tuæ, indignare si deceptus es, tam frustra ad filium quàm ad gladium cucurrit, ridebant adulteri truncas uiri fortis manus circa sua arma labentis. ARGENTARII. Ante patriæ quàm patri negauit manus, libenter causam eius suscepi. Quis enim illũ non uindicet, quid hoc infelicius, quem adulteri tunc riserunt, cum deberent mori? Vir fortis in ciuitate truncus, integros adulteros spectat. IVLII BASSI. Nõ est quod putetis puniri illum, ad suos dimittitur, inquam ad matrem suam, nescio an & patrem. Meruit hæreditatem illius, quem occidere parricidiũ putauit. Nulli unq; plus debuistis uiro forti, usq; eo pro uobis pugnauit, ut pro se non posset. Adulescens quos dimisisti sequere. VIBII GALLI. Matrem, inquit, nõ occidisti, quam minus hoc crimine perdere debui quàm patrem. Pater occidere iussit, lex uetat: non comparassem patri legem, nisi cum illa lex fuisset, alterum putaui parricidium, matrem coram patre occidere. ARELII FVSCI PATRIS. O misera pietas quæ inter parentum uota constitisti, non semper scelera nostri iuris sunt, & truces quoq; animos misericors natura debilitat. DIVISIO. LATRO hac usus est diuisione, an licuerit filio, an uindicare oportuerit, an si licuit & oportuit, ignoscendum sit illi, si non potuit indulgentia repugnante. An licuerit, in illa diuisit, an tunc liceat adulterum filio uindicare, cum maritus nõ est, an tunc liceat ubi maritus in eo loco est, quasi omnino non esset, an oportuerit, tractationis quidẽ est, quàm ut quisq; uult uariat. Latro tamen sic ordinauit, oportuit etiam si pater non iuberet occidere adulterã, uiri fortis uxorem, oportuit iubẽte patre, etiam si ipse posset occidere, oportuit cum & iuberet & ipse non posset. Noui declamatores illam quæstionem tractauerunt ex uerbo legis natam, Adulterũ cum adultera qui deprehendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

prehendit, dum utrunq; corpus interficiat sine fraude sit: an nemo possit occidere nisi qui deprehenderit? Tentauerunt & illam an possit abdicari filius, ob id quod illi facere salua lege nō licuit. Color pro adulescente unus ab omnibus qui declamauerunt intro ductus est, non potui occidere, ex illa Ciceronis sententia tractus, quam in simili controuersia dixit, cum abdicaretur is, qui adulteram matrem occidendam acceperat, & di miserat terrore. LATRO descripsit stuporem totius corporis in tanto inopinati flagitij spectaculo, & dixit, Pater tibi manus defuerunt, mihi omnia, sed cum oculorum caligi nem, animi defectionem, membrorum omnium torsionem descripsisset, adiecit, ante- *Mutila* quam ad me redeo, exierunt. GORGIAS inepto colore, sed dulci. Pammenes ex bonis declamatoribus dixit. Gorgias egregie dixit. Pammenes dixit. Fuscus Arellius dixit, maius erat scelus quod imperabas, quàm quod deprehenderas. ALBVTIVS non narrauit, sed hoc colore egit ab initio usq; ad finem. Ego me defendere debeo, siquid mihi obiectū erit, aut negabo, aut excusabo. Si quid exegeris maius uiribus meis, dicā ignosce, non possum. Ignoscit filio pater nauigationē excusanti se non ferre mare, ignoscit non sequenti castra, si non potest, quamuis pater ipse militaris sit. Non possum occidere. Agedū ipsam legē recita, Liceat & marito, liceat & patri. Quare tam multos nominat, nisi quod putat aliquos esse qui non possunt? Et in descriptione dixit: cū me uocauit pater, hoc inquam putaui suppliciū futurū morte grauius, si adulterā filio ostenderet. Et illud dixit, exierunt adulteri inter patrem debilem & filium stupentem. SYLO POMPEIVS hoc colore narrauit, nō putaui mihi licere. BLANDVS hoc colore. Vtriusq; filij nomen audio, pater rem petit iustiorem, mater faciliorem. Et illud post descriptionem adiecit, fatebor uobis, parricidium coram patre facere non potui. CAESTIVS hoc colore egit. Prosiluit, inquit, protinus mater, & amplexu suo manus meas alligauit. Ago confusioni meæ gratias, quod nihil in illo cubiculo uidi, nisi patrem & matrem. Pater rogabat ut occiderē, mater ut uiueret. Pater ne nocens impunita esset, mater ut ego innocēs essem. Pater recitabat legem de adulteris, mater de parricidis. Et ultimam sententiam dixit, occidere si matrem turpe est noluisse, non potui. ARGENTARIVS dixit: Non est quod me ex hoc habitu æstimetis, quod manus habeo, tunc nō habui, Et illud dixit dat pœnas tibi, perdidit uirum, perdidit filium, ægrotanti non assedero, egentem non alam, omnia mihi libera sunt, iam uitam illi nō debeo. Ex altera parte multa sunt pulcherrime dicta, sed nescio an Græcis nostri cessuri sunt. In hac controuersia dixit AMAS, habet aliquid corrupti hæc sententia. LATRO dixit, Quantū ego tunc questus sum cum fortuna mea, quod non cito oculos perdidissem. SYLO POMPEIVS dixit, Fili aut oculos erue, aut manus commoda. Omnes aliquid belli dixerunt, illo loco quo deprehensi sunt adulteri dimissi. LATRO dixit. Adulteros meos tantum excitaui. FVSCVS ARELLIVS dixit innuisse nunciæ, frigidius dixit contrariam illi sententiam, Adulteros interuentu meo ne excitaui quidē. VIBIVS RVFFVS dixit, Adulteri marito non assurrexerunt. POMPEIVS dixit, Adolescens, denicq; adulteros excita, postq; tu uenisti securius iacent. LATRO dixit, Erratis qui me putatis manus non habere, filium uocaui, ut intrauit, ab adultero salutatus est. FVSCVS dixit, Fili, tuā fidem ostende, te integro manus me non perdidisse: controuersiam mihi de te facit adulter, uenj, utrius filius sis indica. PVNITIVS & pulchre dixit & noue, sumpsit ab omnibus bene dicta, Irrupi in cubiculum adulterorum, quid mentiar miser, aperto cubiculo expectabant adulteri. CAESTIVS dixit, Vocaui filium, risit adulter tanquam qui diceret, meus est. VIBIVS RVFFVS dixit, quàm ociosi, quàm securi adulteri transierunt præter oculos meos, præter filij manus. LATRO cum exeuntes adulteros descripsisset, adiecit, Adolescens, parentes tuos sequere. NICETES illam sententiam pulcherrimam, qua nescio an nostros anteceserit, sed illum Albutium qui Græcis præminet: cum pugnantem acie se descripsisset, dixit, Me miserum quas manus adulter effugerit: & illud Albutij, non potui, inquit, matrem occidere, quo excusatior sis adijce & patrem. ALBVTIVS sic narrauit, ut tanquam filio sciente factum esset adulterium, suspectum quasi patri consciū matri suæ fecit. P. ASPRENAS dixit, Extenuissime maritus & dedit adulteris locum: idem dixit, matrem occidere non potes, adulterum certe occide, an & iste pater est? dixerat Nicetes. MVRRHEDIVS dum hanc sententiam imitari uult, stultissimam dixit, Reliqui in acie pugnaces manus.

Controuersia quinta.

RApta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Vna nocte quidam duas rapuit, altera mortem optat, altera nuptias. PORTII LATRONIS. Iam se parabat in tertiam, nisi nox defecisset. Stupri accusatus stuprum defendit. Cum altera litigat rapta, alteram aduocat. Vindicate patres, uindicate fratres, uindicate mariti, fortior disciplinæ publicæ securitas surgat, iam binæ rapiuntur. MENTONIS. Postera die erat in huius domo fletus, lamentatio matris spes suas deplorantis, cum interim ex alia domo alia uociferatio oritur, alius tumultus, coit populus uelut publico metu exterritus, uix credit duos tantum raptores fuisse. Cum interim producitur publicus pudicitię hostis, quem una nocte unius uirginis iniuria non fatigauerat. CAESTII PII. Alteram iniuriæ rapuit, alterā patrocinio: quantū suspicor, ne rapta quidem es. quæris argumentū? nō irasceris. quomodo istud fit? duabus iniuriā fecit, una queritur. Misericors sum, inquit. Gaude, habes qui te uindicet. Vide qualē habitura sit uirum, non est una contentus. ARGENTARIVS eundē sensum dixit, hoc adiecto, non est una contentus, ne una quidem nocte. POMPEII SYLONIS. At quàm bene mimum egit, quomodo raptā se questa est, qua uociferatione, quàm perbene illi optionē cessimus. TRIARII. Perieras raptor, ni bis perire meruisses. IVNII GALLIONIS. Sumatur de illo supplicium, constituatur in conspectū publice, cædatur diu, totus hodie pereat, qui tota nocte peccauit. Subito fastidiosus raptor occurrit, & ait, iam nec nuptias uolo. Stulta deceperis, dicam suus: quid dixerim tibi, idem enim dixi & huic, dum te puto, in illam incidi. ARELLII FVSCI PATRIS. Retro amnes fluant, & sol contrario cursu orbem reuocet, confugiat sacrilegus ad aras, raptorem rapta uindicat. EX ALTERA PARTE: POMPEI SYLONIS. Postera die cū illi narratus esset nocturnus error, dum putat se in unā incidisse, huic priori supplices submisit manus, hāc prius deprecatus est, exorauit, propter hoc puto ista magis raptori irascitur. Altera ex puellis raptorē mori uult, altera seruari reū. Alter iudex dānat, alter absoluit, Inter dispares sententias mitior uincat: dicā quod sentio, magis irasceretur, si unā tantū rapuisset, diceret, ergo ego sola digna uisa sum, cui iniuriā faceret? ARGENTARII. Referat nunc Virginiā, referat Lucretiā, plures tamē Sabinæ sunt. Ex tribunis, potētior est qui intercedit: nō est inuidiosa potestas, quæ misericordia uincit. Quid cessas puella? pro marito roga. Hæc sententia deridebatur à Cæstio, quasi improba. DIVISIO. In hac controuersia de prima quæstione nulli cū altero cōuenit. LATRO primā fecit quæstionē, non posse raptorē, qui ab rapta mori iussus esset, seruari. Si legatus inquit exire debet, peribit, si militare debet, peribit, si legē dicere debet, peribit. Si raptā ducere debet, æque peribit. Si is ante rapuisset, & nuptias optasset, interposito deinde tēpore, anteq; nuberet, hanc uitiasset, negares istū debere mori rapta iubēte? Atqui nihil interest, nisi quod dignior est raptor morte, cuius inter duos raptus ne una quidē nox interest. Si rapta nupsisset, deinde post tertiū diem rapuisset aliā, negares illū mori deberet? Atqui quid interest? nisi quod honestius tunc maritū defenderes, quàm nunc raptorē defendis. Alteram fecit, an rapta, quæ nuptias optat, nihil amplius raptori præstare possit, quàm ne sua lege pereat, cōtra alienā legē nullū ius habet. Optasti nuptias, nō occidetur tanq; raptor tuus. At idē si eadē nocte qua te rapuit stationē deseruit, fuste ferietur. Si sacrilegiū fecit, occidetur. Licet tu dicas, Quid? ergo ego non nubam? Tu raptori præstas, ut illū ipsa non occidas, non potes præstare, ne quis occidat: quomodo sacrilegus, quamuis à te seruatus periret, sic alterius puellæ propter uitate seruatus peribit. Si rapuisset te, deinde deprehensus in adulterio adseruaretur in tormentū diutius pereundi, tu interim educta nuptias optasses, datur enim optio et in absentem, uetares illum occidi à marito? Quid interest, qua lege pereat, nisi quod modestius alienā legē impelleres quàm tuam. Tertiam fecit, cū quod utraq; optat, fieri nō possit, in ea elígenda sit optio, qua ultio ad utranq; perueniat. Atqui mortē optat mea optio, & te uindicat, tua me non uindicat, nec hoc tibi mea optio præstat, quod & mihi, occiso raptore inuidiā. Illa respondet, optio tua me nō uindicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vindictam tu meam putas non fieri quod uolo, fieri quod nolo? mihi cõtumelioſum erit, te dignam uideri, in cuius honorẽ occidatur, me indignam in cuius honorẽ ſeruetur. Iſto modo & mea te uindicat. Nempe lex duas pœnas ſcripſit uitiatori, alterã paſſurus eſt, non eris inulta, iam raptor non erit impunitus, habebit pœnam, indotatã uxorem. Reſpondet, eodem modo morietur, ſed non mihi ſeruabitur, ſed tibi. Quartam ſecit quæſtionem. Si non poteſt utriuſq; rata eſſe optio utraq;, at dignior ſit uictrix. Non quæſtionem, ſed tractationem, non raptorem impunitum futurum: ſi hæc uia impunitatis monſtretur, ut qui plures rapuiſſet, tutior eſſet, neminem non inuenturũ aliquam humilem quæ ſe in optionem cõmodaret. FVSCVS ARELLIVS primam quæſtionem hanc fecit, qui duas rapuit perire utiq; debebat: lex inquit, quæ dicit, rapta raptoris aut mortem optet aut nuptias, de eis loquitur, qui ſingulas rapuerunt. non putauit quenquam futurum, qui una nocte duas raperet. Non quæro quid optatis, quod ſeueriſſime optare poteſtis occupo, neceſſe eſt raptorem mori. Quare utriq; raptæ debet ultio cõtingere. Vtranq; enim non potes ducere, utriq; mori potes. Vna pars legis ad hunc raptorem pertinet, in qua mors eſt, Putate enim utranq; nuptias optaſſe. Quid futurum eſt? in raptoris matrimonium ambitus erit. Putate illum plures rapuiſſe quàm duas, quid fiet? una nubet, nuptiæ ad unam pertinebunt, mors ad omnes. Qui duas rapuit utriq; debet mori, quare? dicã, Quod uult eligat, aut nuptias optabunt, aut altera mortem, altera nuptias, Si nuptias optauerint, non poterit fieri quod utraq; uoluerit. Vno modo poterit fieri quod utraq; uolet, ſi utraq; mortem optauerit: ergo fiat id quo uno duæ uindicari poſſunt. Hic tractauit, ne exemplum quidem utile eſt, non utiq; proripere eum qui duas rapuerit, ne hunc morem pernicioſiſſimum introduci ciuitati, uta liquis propter hoc non pereat, quia perire ſæpius meruit. Reliquam partem cõtrouerſiæ Fuſcus in hæc diuiſit, utra optio honeſtior ſit, utra iuſtior, utra utilior. CAESTIVS hanc partem controuerſiæ ſic diuiſit, Vtra puella dignior ſit, quæ ualeat? utra optione raptoris dignior ſit. Cæſtius & coniecturalem quæſtionem tentauit, An hæc cũ raptore colluſerit, & in hoc rapta ſit, ut huic opponeretur. LATRO aiebat, nõ quicquid ſpargi poſſit ſuſpitioſe de eo eſſe uindicandum. Colorem hunc eſſe non quæſtionem, eam quæſtionẽ eſſe quæ impleri argumentis poſſit. CAESTIVS aiebat, & eam impleri poſſe argumentis. Hunc ſenſum à latinis iactatum NICETES dixit, GLYCON dixit. DIOCLES CARISTIVS dixit hunc ſenſum. VIBIVS RVFFVS ſubtiliter dixit, Volo tibi malam gratiam cum ſponſo tuo facere, habet amicam, in hoc controuerſiam dixit. ALBVTIVS ambulat in maſculos, adeò nullum ſine amatore uitium eſt, ut hoc quidam diſertũ putauerint, ego tamen magis miror, hoc Albutium potuiſſe dicere, quàm aliquos potuiſſe laudare. Ex latinis dixit TRIARIVS, Gratulor uobis uirgines, quod citius illuxit. ARGENTARIVS dixit, quæritis quid iſti finem rapiendi fecerit? dies. LATRO Iam ſe parabat in tertiam niſi nox defeciſſet.

Initium ſextæ.

CAptus à Piratis ſcripſit patri redemptionem, non redimebatur. Archipiratæ filia iurare eum coẽgit, ut duceret ſe uxorem, ſi dimiſſus eſſet, iurauit, Relicto patre ſecuta eſt adoleſcentem, rediit ad patrem, duxit illam, orba incidit, pater imperat, ut archipiratæ filiam dimittat, & orbem ducat, nolentem abdicat.

PORTII LATRONIS. Proh dij boni & hæc puella hoſpitio patris excepta eſt, prohibeo domo, terra prohibendam. Bonæ ſpei uxor, bonæ ſpei nurus, quæ amare poteſt captiuum, odiſſe uel patrem. Captus inquit, in tenebris iacebam, narra obſecro ſoceri tui beneficia, poſſum inquit iudices eſſe ſecurus, filius meus ait ſe uxori parricidiũ debere. CAESTII PII. Quis interfuit nuptijs ſuis? pater, deniq; puellæ pater. EX ALTERA PARTE SYLLII BASSI hodie captiuus eſſem, niſi hæc archipiratæ filia fuiſſet: ut dixi, patrem habeo, inter bonos captiuos ſepoſitus ſum Archipiratæ filia uocatur, puto ex aliqua nata captiua, certe animum eius natura à patre abduxerat, miſericors erat, deprecabatur, flebat, mouebatur periculis omniũ, nihil in illa deprehẽdi poterat piraticum. Promiſi nuptias, & quaſi aliquam ſacram teſtationem, tuum nomen inſerui, eo loco me non deſeruit, in quem uenire etiam patres timuerunt. Arctius nos fortuna alligauit,

alligauit, niſi corpus, omnia uinculis, quàm ut orba poſſit diuellere: uidiſſes tectũ pannis corpus, omnia membra uinculis preſſa, maciem, retractos introrſus oculos, obtritas catenis et inutiles manus, talem quis amare niſi miſericors poſſet? Decepi te puella, alia pollicitus ſum. Venies in patriam mecum, ibi tibi referam gratiam, hic catenatus, egens, ſqualidus quid poſſum? pater meus ſocer tuus, ſic enim iampridem te uocabã, ſocer, inquam, tibi tuus gratiam referet. Quidam auitas paternasq; flagitijs obruerũt imagines, quidam ignobiles nati fecere poſteris genus, in illis non ſeruaſſe quod acceperant, maximum dedecus, in his quod nemo dederat feciſſe laudabile. Si poſſent homines ſibi ſortem facere naſcẽdi, nemo eſſet humilis, nemo egens, unuſquiſq; felicem domum inuaderet. Sed quamdiu non ſumus, natura nos regit, & in quemcunq; uult caſum nos mittit. Hinc ſumus æſtimandi, cum ſumus noſtri. Quis fuit Marius ſi illum in ſuis inſpexerimus maioribus? humilis in conſulatu nihil habet clarius quàm ſe auto rem. Pompeium ſi hæreditariæ extuliſſent imagines, nemo Magnũ dixiſſet. Seruium regem tulit Roma, in cuius uirtutibus humilitate nominis nihil eſt clarius. Quid tibi uidentur illi ab aratro citati, qui paupertate ſua beatam fecere rempublicam? Quemcunq; uolueris reuolue nobiliũ, ad humilitatẽ peruenies. Quid recenſeo ſingulos, cũ hanc urbẽ poſſim tibi oſtendere nudi ſtetere colles. Inter hæc tam effuſa mœnia, nihil eſt humili caſa nobilius, faſtigiatis ſupra tectis auro puro fulgens prælucet capitolium. Potes obiurgare Romanos, q̃ cum humilitatẽ ſuam, obſcurare poſſint, oſtendunt. Sed hæc nõ putant magna, niſi apparuerit ex paruis ſurrexiſſe. Miſereri illius oportet, quia orba eſt, iſta tamen habet propinquos, habet amicos paternos, habet te imbecillitatis ſuæ tutorem fortiſſimũ. Omnes uxores diuites ſeruitutẽ exigunt. Crede mihi, uolet in ſuis regnare diuitijs, & tamen æquum eſt eam poſſidere domum, quam meam agnouerit. Si cœperimus eſſe magis liberi, ſi paulo ſpecioſior animo eius affulſerit domus, ſi parũ blande fecerimus, relinquit, & tunc eſt tormentũ carere diuitijs, cum illas iam ſenſeris. Vides quid inter duas uxores interſit, iſta ſi nos reliquerit, repetet ſuos, hęc quod dedit dimiſſa non auferet. Multi duxere ſine dotibus uxorem, quidam dictas non accepere dotes, quidam autem emptis contenti fuere mancipijs, & cum poſſent accipere diuitias, emere quibus libertatem darent, maluerunt quàm ſuam uendere. Aliquis in adoptionem iuuenis petitur, ſi uolet ire, quæret ſenex ille qui petit, quales & quos habeat maiores, quanta bona, an ſatis magno ſe poſſit addicere. Aliquis captare orbos ſenes uult, & ſuas ſpes in alienas mortes diffundere, excutiat teſtamẽta, ſcrutetur cenſus, ubi uerò quæret uxorẽ, uideat an nuptias ſuas amet, an nihil pluris faciat marito, an miſericors ſit, an fortis ſit, an poſſit, ſi quid uiro inciderit mali, uelit tolerare. Si his bonis fuerit inſtructa, dotata eſt. Non poſſumus unà felices eſſe, quod ſolemus, unà infelices erimus. Fac, inquit, quod imperat, nolo propter me patrem tuũ offendas. Ibo, inquit, ſola. Tu ibis? quo infelix? Quas petitura regiones? Eſt enim tibi aliquis locus, pater tuus nobis maria præcluſit, meus terras. CAESTII PII. Solent qui coguntur à patribus ut uxores ducant, illa dicere, non ſumus etiã nunc apti nuptijs. Ego contra refugio uxorem, quia uxorius ſum. ARELLII FVSCI PATRIS. Inſolens malum eſt beata uxor, cũ immenſum pondus auri orba attulerit, cũ pecunia arcas noſtras onerauerit, quid aliud quàm beatæ ſeruiemus? Altera filiũ dat tibi, altera patrimoniũ. Pater utra magis diues eſt? Locuples eſt pater, quam mihi concilias. O ſi ſcires quàm diues hæc fuiſſet. Orba, inquit eſt, & hæc orba eſt. Inter duas orbas ea mihi curanda eſt magis, quàm orbã ego feci. DIVISIO. In hac controuerſia nihil litium fuiſſe ferè omnes conſentiunt. LATRO. primam quæſtionem fecit, An pater propter matrimonium filiũ abdicare poſſit, cum liberum cuiq; huius rei arbitrium ſit. GALLIO ſubiecit huic, etiam ſi poteſt imperare filio, ut uxorẽ ducat, an ei qui iam habet. LATRO ſecundam fecit, ſi ius eſt patri etiam propter matrimonium abdicandi, an liberum huic fuerit nõ parere cum iuraſſet. Hoc in hæc diuiſit, an nemo iureiurando teneatur, quo per neceſſitatem adactus eſt, an expleuerit iuſiurandum, ducendo illam uxorem, an etiam ſi non expleuit, non teneatur religione, qui coactus aliquid cõtra iuſiurandum fecit, hunc autem cogi à patre ſuper iuſiurandũ facit, hunc putas parere patri, an debeat? Hic de meritis puellæ & moribus.

Colore

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colore hoc usus est Latro pro patre puellæ, non misericordia motam, sed libidine, & ideò non esse beneficium. In argumentis eleganter hanc partem tractauit, etiam si beneficium dedisset, non esse sic referendam gratiam: deinde beneficium esse quod iudicio detur, non quod furore aut morbo. HISPO ROMANVS alio colore dixit, Illam nō amore adolescentis, sed odio patris sui secutam esse. Voluit ille & amoris commendationem detrahere. BVTEO longe accersito colore usus est. Voluit eam nubere non inuito patre, sed secreto suadente, palàm dissimulante. Totum hoc gestum, re illi honesta conditionem nuptiarum inuentam cum alio nullo modo posset. Neq; enim aliter illos effugere potuisset, nisi patiente patre. Sed aiebat Latro, non esse tanti detrahere illi cōmendationē solum adolescentis, ut detraheretur inuidia relicti patris. FVSCVS ARELLIVS egregie declamauit, non enim propter nuptias orbæ dimitti illam, sed quamuis orba non esset, eijci iussit, non aliam sibi magis placere, sed illam displicere dixit, & hoc quod Latro trāscurrerat, pressit. Timere se puellā temerariā inter piratas natam, inter piratas educatā, impiā in patrē. GALLIO illud quod omnes scholastici transierūt dixit, timere se ne hæc speculatrix esset, & piratis omnes occasiones indicaret, aut certe ne uideretur, nólle se suspectā esse Resp. illi iurasse timuit, ne à puella uideretur improbe iusiurandū exegisse, ut quid liberi sibi essent, adiecit iurasse per patrem. TRIARIVS dum sententiam puerilem captat, inepte dixit, iurasse & se per orbam. Aiebat enim Cęstius ualde hanc fieri orbam, etiam si iurasset. LATRO aiebat quoq; iusiurandum ineptum esse, nihil enim minus conuenire, quàm aliquem per patrem iurare, patrem relicturæ. Omnes honestam matrem puellæ dederunt, omnes dixerunt eam misericordia motā, non amore. Solus Pollio iudicio fecisse uult eam, etiam à misericordia discessisse, dixit enim illam non potuisse cum piratis uiuere. Vt primum honestam occasionem inuenerit discedendi, discessisse. Q. HATERIVS à parte patris pulcherrimā imaginem mouit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis scribere, quasi exaudiret aliquem tumultum, uastari omnia ac rapi, comburi incendijs uillas, fugas agrestium, & cum omnia implesset terrore, adiecit. Quid exhorruisti adolescens? socer tuus uenit. GLYCONIS ualde leuis & Græca sententia est.

Tolerabilem dixit illam rem, cum iusiurandi uim describeret, hoc esse quod fœdera sanciret, quo astringeretur exercitus.

ARTEMON circa eundem sensum uersatus est à parte adolescentis, cum dixisset relictum patrem, adiecit.

Finis sextæ controuersiæ.

Initium septimæ controuersiæ.

LIberi parētes alant, aut uinciantur. Quidam alterū fratrē tyrannū occidit, alterū in adulterio deprehensum, deprecante patre, interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit, si præcidissent manus, duplum se daturum: piratæ illum dimiserunt, patrē egentē non alit. PORTII LATRONIS. Da mihi epistolā esurientis istius. Manus, inquit, præcidantur, in quā partē corporis tutius sæuitia incurrat: cætera membra mea sunt, manus publicæ sunt. Nunquid peto tyrannicidam: talem me dimittite, qualē à piratis recepistis. Non habeo quod de fortuna queri possim, eum qui manus meas cōfigit. Si præciderit is, inquit, manus, iratscetis, scribe potius, si occideritis tyrannicidam. Exitiū tyranni rogo, non timeo. Manus, quas piratæ soluerunt, Iudices alligant. Ex omnibus quæ mihi fortuna terra mariq; priuatim mala publicēq; congessit, tyrannum, adulterum, piratasq;, nihil expertus sum durius quàm patrem. Tyrannus cum timeret manus meas, non præcidit. Iniuria matrimonij nihil abstulit corpori, piratæ, quasi beneficio meo uiuerent, gratis miserti sunt. Vnū hostem inexorabilem habui, quod felici re, quod subito inimico, non ante tyrannidem nauigaui. Genui, inquit, educaui, nempe istud beneficium & tyranno præstitisti & adultero. Has manus si per te redimere non potes, rempublicam appella. Adulter cum manibus sepultus, tyrannus cum manibus proiectus. Magnis sceleribus iura naturæ intercreunt, nō magis tu pater, quàm illi fratres. Audite nouam captiui uicem. Tuus sum, si pater meus nihil habet, quicquid habes pro redemptione filij mitte, non est quod timeas,

meas, non deerunt tibi alimenta, cum dixeris tyrannicidæ patrem. Pro adultero filio rogas, quærite nunc quomodo tyranni fiant. CESTI PII. Cedo mihi epistolas patris, quaeris unde habeam cū mihi nullas miseris, Duplas dabo pecunias, unico filio rogat, Duplam pecuniam dabo, unam summam pro filio, alteram pro tyrannicida. Si manus præcideritis, hoc ne adulteris quidem licet. Non habui pecunias, sed rogare illos potes, & audacter roga, in misericordes piratas incidi. Quare non alor? quia captum filiū tuū non alere parum est. Si dixero, non redemisti, alere non possum, perdidi manus, non credis, epistolam lege, duplam pecuniam dabas, auaris dabas, piratis dabas: sic excusabant piratæ, ipsas mihi cū præciderent manus, pater iussit, aiebant, magnum facinus est sed magno licet. Ages, sum inquit, mentiris. Cedò mihi patris mei censum. Quid ergo alis patrem? dimissus fortasse promittam, cū rogaueris, nihil paciscor? Etiam num manus meas petis, nega tuam esse epistolam, & habes argumentum, dices erogare adultero soleo. Qui non aluit, inquit, patrem alligetur. Plus de manibus meis timui. CORNELII HISPANI. Quid me rogârit pater, nescio, publica uindicta, cruentum gladium priuato tyranno impressi. Captum me piratæ nihil aliud quàm alligauerunt, duplam pecuniam dabo. Q. PIVS. Polliceris inquam petiturum te tantas patrimonij uires, habes etiamnum tanquam petiturum te tantas patrimonij, de tyranni arca loqueris. Corrupit frater uxorem meam, quam nec tyrannus uiolauerat. Vt precium piratæ constituerunt, gauisus sum inquam locuples pater, poteram dare etiam si duplam popposcissent, remiserunt me resp. cum manibus, patri cū epistolis. POMPEI SYLONIS. Pactus sum de redemptione, scripsi patri, quæcunq; pro tyrannicida uestro pependistis, certum habeo, solliciti optatis ut hæ literæ ad patrem perueniant, ego, inquit, sic subito? quod ex toto emi non debet, duplo emit. ARELLII FVSCI PATRIS. Causam meam tenuia- pud eos qui nihil debebant manibus meis. Tunc primum egere queritur iste, cum manus meas uidit, quid mirum si non putauerunt turpe piratę accipere mercedem quam pater dabat? Ades pietas, si sancte uixi & innocēter, effice ut iste manus meas, qui odit, desideret. Tarde mihi epistola soluí uidebatur, hoc prorsus in fabulis repleto sceleribus nostris seculo deerat, ut narretur aliquis solutus à piratis & alligatus à patre. BLANDVS. Hic qui unde uiuat non habet, quàm care tyrannicidæ uestro se mancipat? quid agis pirata filij, piratarum magister, eius crudelitatis emptor, cuius nec pirata uenditor est. ROMANI HISPONIS. Pater piratis salutem hanc eripis filio, duplam dabo? Quid necesse est, potui uilius solui. Vt præcidatis manus. Obstupuerunt piratæ & cū dimitterent dixerunt. Indica patri tuo non omnia piratas uendere. MENTONIS. Adhuc iudices tanquam pro manibus meis egi, uerum est confitendum uobis, remissæ sunt, exhibeo respub. piratarum depositum tibi, manus hæ tuæ saluæ ad te perlatæ sunt, fac quod uoles: illud unum rogo, si peccauerunt cuilibet tu uinciendas trade, si isti tradis, sic alligabit quomodo uoluit præcidere. ALLEGII FLAVII. Adhuc qualem optem patrem nescio, diuitem? debilitat, egentem? abdicat, neutrū manibus meis expedit. Duplam dabo, ut manus præcidatis. Filium minus crudelem habuisti. MARYLLII. Vt allata est epistola, coeperuntq; eā piratæ soluere, ut recitata dupla in epistola pecunia est, hic est, inquit, pater quem uobis laudaueram. TRIARII. Vbi est patrimonium tuum illud quod tyrannos instruit? quod adulteros facit? ubi est? certe in me nil impendisti. SYLLII BASSI. Infelix futura est etiam uictoria mea, si non tenuero causam, fame moriar, si tenuero, hoc tantum consequar, ne fame moriar. Duxi uxorem nimium fœcundam, peperit mihi tria, nescio quæ prodigia uarijs generibus inter se & iudicio furentia, alium qui posset patriam obtinere, alium qui patrē, alium qui matrem. Testor iudices, omnes dies meos, unà seruiuimus, nemo tyrannidē uno sensit magis. Argumentum habeo maximum, quod uiuo non pepercissetis mihi, si putassetis me patrē tyranni. Dum inter se pugnant, uicit resp. Reliqui duo qui nihil poterant in nos, inter se tyrannidem exercuerunt: habebat iste nescio quam uxorem, quam in arce cognouerat, si alligare te possem, proficiscentem alligassem. Non opus est tibi magna impensa, ad sustinendum patrem, magna omnia sunt, tu mecū alimenta partire, nolo me tam bene alas quàm ego te alui, nolo ignoscas mihi quicquid passus es, quicquid timuisti patrē,

posce

Universidad de Deusto
Biblioteca

posce flagella, scinde rugas, ultores subijce ignes, & mortuam hanc partem, quæ tantum in contumeliam suam spirat, quia extingui non potest, exure: si parum est, fac quod ais ne piratas quidem fecisse, manus præcide, exhibeo tibi, hæ sunt illæ quæ quidlibet scribunt. Vbi est gladius tuus? stringe, tyranno licuit uulnere mori, adulter uno ictu breuiter confectus est. Pater te per beneficia similem sortem rogo, ne tu quidem apud piratas famem timuisti, neminem tyrannus sic torsit. PORTII LATRONIS.

Fili nihil amplius quàm famem deprecor, si tamen inexorabilis es, illud pro beneficio peto, ut aut tanquam adulter moriar, aut tanquam tyrannus. Par erat utriusq; fortuna illo tempore, tu alligatus eras, ego senectute immobilis & uincto simillimus, tu in sollicitudine, & ego in omnium meorum solitudine, tu lucem non uidebas, ego etiam modicam, hoc unũ inter nos interest, quod tu etiam à piratis cibũ accepisti. BLANDI. Deprecabar non pro adultero, sed pro domo ne fratrem occideret, tyrannicidam inquinaret, patrem respergeret. Roganti mihi & has interponenti manus penè præcidit. Hæc sententia deridebatur à Latrone tanquam puerilis, hæc & pro isto est, ut aliquem ex suis reliquisse uideatur, quem non occiderit. VIBII RVFFI. Hæ nempe scripserunt epistolam manus, præbeo, præcide & ale. POMPEI SYLONIS. Liberi parentes alant, aut uinciantur, ad te legem meam transfero, licet alliges & alas. DIVISIO. Ferè hac usi sunt diuisione, an lex causam nec patris nec filij æstimet, sed hominis, pater an à filio alendus sit. Dixit legem hanc pro malis patribus scriptam esse, bonos etiã sine lege ali, an omnes alendi sunt, an hic alendus sit. Hanc quæstionem Latro in hæc diuisit, an alendus sit, quod filium à piratis non redemit: hoc loco quærit, an potuisset redimere, an uoluisset, deinde an alendus sit, si etiam præcidi filij manus uoluerit, nouissimè an præcidi uoluerit. HISPO ROMANVS separatim quasi iuris quæstionem secit, an qui non redemit filium non possit ab eo alimenta petere. Sed hoc utraq; quæstio continet, ut aiebat Gallio, & prior in qua quæritur, an omnis pater alendus sit, dicitur enim quid si quis filium excæcauerit? quid si quis non redemerit? Et cum ad alteram quæstionem uentum est, in qua quæritur, an hic pater alendus sit, nihil aliud dici potest, quare non alatur, quàm quod non redemit, quàm quod duplam promisit, ut manus præciderentur. Græcorum improbam quæstionem satis erit in eiusmodi controuersijs semel aut iterũ annotasse, an in tyrannicidam uti pater hac lege possit, quasi in sacras & publicas manus ne piratæ quidem licere quicquam putent. Nostri hoc genus quæstionis summouerunt. SYLO POMPEIVS. Non eis tantum usus est quibus cæteri cum dicerent, hunc patrem non debere ali, quod nõ redemisset filium, & quod præcidi manus filio uoluisset. Sed à priuatis causis transit ad publicam causam, dixit enim non debere ali hominem pernicio sum Reip. qui tyrannum filium habuisset, qui non occidisset, qui desiderasset amissum quod nõ uindicasset. Sed negauit ullam aliam causam illi esse persequendi tyrannicidam, nisi libertatem publicam, & descripsit mores hominis impij, cruenti, qui quia per liberos non posset, per piratas tyrannidẽ exerceret, ut liberius diceret, latrocinium filio dedit: & illud in hac parte laudatum est à Sylone declamante, Cœperat hoc tractare, non debere ali tyranni patrem, omnibus fauentibus illum fame necandum: & cum diu pressisset illum tyranni patrem esse, adiecit, Aude postulare ut illud tibi prosit, quod tyrannicidæ pater es. BLANDVS hunc sensum cũ postero die declamaret, in ironiam uertit, & cum obiecisset quod tyranni pater esset, adiecit, nolite illum auersari, habet quod opponat, & adulteri pater est. Colorem pro patre alius alium introduxit. FVSCVS iratũ se illi confessus est fuisse, quod fratrem in conspectu patris occidisset, & huic loco uehementer institit, cum nemo hoc tyrannus, nemo pirata fecisset. Iratus, inquit, ob hoc ipsum fui, quod hoc scelere etiam tyrannicidium inquinaueras, apparet te morbo quodam aduersus tuos furere: & seruauit hunc actionis tenorem, miratus sui hodieq; pacisco nec queror, nec se demisit in preces aut rogauit, sed iure patrio usus est. Illud ad excusandam epistolæ crudelitatem adijciebat, Scripsi piratis non eo animo ut manus tibi præciderentur, sed ut exprobrarem tibi cruentas in cõspectu patris fraterno sanguine manus, tuto autem scribebam, sciebam enim piratas non facturos, nisi pecuniam accepissent. Quamobrem neq; præciderunt,

derunt, & si speraſſent, utique præcidiſſent. Sed apparuit illas epiſtolas fraſcentis esse non promittentis. In ultimo deſcripſit quàm miſer futurus eſſet, alimenta accipiens illis manibus, quas paulo ante ſpectauerit fratrem occidentes, et adiecit, quam aiebat præceptore ſuo dicente, ſummâ cum admiratione exceptam, illum Homeri Priamo aptum. SYLO POMPEIVS & ipſe iram faſſus eſt, aiebat enim non habiturum fidem, ſi ſe negaſſet iratum fuiſſe, ſed iræ cauſam non dixit. Q. FVSCVS tranſeundas aiebat has offenſas quibus ille gloriaretur, hanc cauſam poſuit, quod relictus eſſet ab unico filio, quod inuito ſe nauigaſſet, cum uideret ſenem orbum iam penè egentem, iam tum illum fugiſſe ne aleret, & ad preces patrem deduxit, & rogauit in epilogo filium, ut ſparſim hoc colore declamaſſet. Memini hominem inter ſcholaſticos ſanum, inter ſanos ſcholaſticum. CAESTIVS alio colore uſus eſt, dixit enim non iram illam patris fuiſſe, ſed calliditatem, non habebam, inquit, unde redimerem. Quem rogarem pecuniam in tam auara ciuitate, in qua ne filij quidem patres alant? uſus ſum conſilio, ſciebam piratas non crudeles eſſe, ſed auaros, uoluí efficere ut deſperarẽt illum redimi, & propter hoc ſuperuacuum & cum impenſa futurum, dimitterent. An prudenter cogitauerim, neſcio, feliciter certe cogitaui, poſt epiſtolas illas quas accuſat dimiſſus eſt. LATRO ſe totum ab iſtis remouit coloribus, & aduocauit uires ſuas tanto totius actionis impetu, ut attonitos homines tenuerit: hoc enim colore uſus eſt. Neſcio quid ſcripſerim, olim iam mihi excuſſa mens eſt, ex quo filium in mari uidi unum, alterum in adulterio, tertium in parricidio, ex quo reſperſus ſum ſanguine morientis filij, ex quo relictus ſum ſolus, ſenex, orbus, egens, odi meos. Hic color illius utribus approbandus eſt. Quanto enim opus eſt, ut aliquis accuſando ſe miſerabilem faciat. ALBVTIVS omnes colores miſcuit, & ut hoc liberum eſſet, patronum patri dedit, nec uoluit narrare, ad propoſitionem cœptam alimenta pater à filio petit: deinde cum ad defendendũ uenit, quod ſcripſit duplam ſe daturũ ſi manus præciſiſſent, primũ Latroniano colore uſus eſt: hoc inquit reſpondeo, neſcit quid fecerit, inſania mali eſt actus: hic phyſicum introduxit, quo modo magnis calamitatibus animi euerterẽtur, deinde anthypophoras ſumpſit, Mentiris, ille uerò iratus fuit: cogis, inquit, me dicere, iratũ tibi merito fuiſſe: executus eſt omnia, hoc illi inter cætera obiecit, quod occupans fratrem ſuum ignoraſſet aut diſſimulaſſet, ait tyrannicidio quoq; eius commendationẽ facere: deinde ad illum colorem redit Cæſtianum, ſed illum puto conſilio feciſſe quę fecit, quid ergo? quid iſte tandem dicit quare ſcripſiſſet? nihil dixit, flet, mori uult, ſed non fame. In hac declamatione hanc Albutius ſententiam dixit dubiam inter admirãtes & deridentes, panem quẽ cani das, patri non das. GLYCON egregie dixit. Gorgonius fuit Buteonis auditor, poſtea ſcholæ quoq; ſucceſſor, uocis obtuſæ, ſed pugnaciſſimæ, cui Baros ſcurra rem uenuſtiſſimã dixit, centũ raucorum uoces habes. Hic putauit uarium colorem ſe excogitaſſe pro patre. Ego, inquit, dictaui, duplam dabo ſi manus non præciderit, librario una ſyllaba excidit, non, & ſcripſit ſi præciderit: digna res quæ uoce illa diceretur. ARTEMON dixit: ANDREAS dixit, donent NICETES dixit:

Initium octauæ controuerſiæ.

QVi ter fortiter fecerit, militia uacet. Ter fortiter agentem pater in acie, quarto uolentem exire retinet, nolentem abdicat. PORTII LATRONIS. Miſerrimus pater iam non uiderem filium niſi abdicarem, fortis pluſquam lege aut patris eſt. Tertio mihi non redditur, ſed relatus eſt, quod patriæ ſupereſt, patri uindico, fugit me filius & quidem ad hoſtem. Quouſq; pauidus præliorum nuncios expectabo? fili mihi uacationem peto. CAESTII PII. Abdico filium ut habeam, nõ minus uacatio mea reſpub. profuit quàm militia, duxi uxorem. Sic deſcendit in narrationem. Tertio audiui uelut denunciantis deos, faciat adoleſcens iam felicitatis ſuæ finem. Ego aduocationẽ irritam pugnam petij, accidat inquam quicquid timeo, ſi illum amplius in aciem dimiſero. Cum dijs pactus ſum, nõ timeo inquit, hoc eſt cur timeã. Obijcitur mihi quod me filius oderit. ARELLII FVSCI PATRIS. O me filio pugnante iam laſſum, magna omnia ſunt, nihil hoc putas, quod uiri fortis pater timeat? Miſerum me, iam hoſti nimis notus ſum, iam pro te neſcio quid etiam lex timet. Miraris ſi quod legi ſatis eſt patri

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimis est? Nunquid luxuriam, inquit, obijcis? ego uerò te etiã morari posco inter uoluptates. Quousq; in duro castrorum iacebis cubiculo? quousq; somnum classico rumpes? quousq; cruentus uiues? simus hilares. Trium victoriarum uota soluenda sunt, tot acies sustinuisti, tot uulnera, possum cum repub. queri, sero dimitteris. Subinde audio te dicentem. Malo gloriam quàm uitam. Hoc ergo me exanimat, quod mo tibi tam facile est, deniq; uno quiesce bello. POMPEI SYLONIS. Causa abdicandi est, ne sine filio uiuam, quem tamdiu non uiderem nisi abdicarem. Abdicatio mea in potestate abdicati est. ROMANI HISPONIS. Quid fatigatæ felicitati molestus es? quid expectas donec castris ejiciaris? MENTONIS. Erubescit respub. tam cicatricoso milite uti. Non oportet tantam uirtutem sine successore cõcedere, ducenda uxor est, sed iam nunc te admoneo ne unum tollas. CORNELII HISPANI. Non ante te retinere cœpi quàm dimisit resp. Nullum iam tibi uulnus nisi per cicatricẽ imprimi potest, adhuc diutius fuisti cum hoste quàm apud patrem, dum tantum sanatus es. IVLII OTHONIS PATRIS. Optimus uirtutis finis est antequam deficias desinere. EX ALTERA PARTE. Ter fortiter pugnantem abdicatis, licet. ALBVTII SYLLI. Quis hic subitus insonuit tumultus? nunquid imperator uocat? uenio, plurimum in prima acie laboraui, pudet me ter uictum militare. P. ASPRENATIS. Quousq;, inquit, pericli taberis? bene habet iudices, pater me putat dignum esse qui saluus sim. Senator post sexagesimum & quintum annum in curiam uenire non cogitur, nõ uetatur. Prætorio licet prætexta toga uti festis aut solennibus diebus, nunquid necesse est? Quicquid aut præmij aut honoris nomine datur, in utrãq; partẽ sumi liceat, alioquin desijt præmiũ esse, cui necessitas iungitur. Pareo illi patri qui gloria nos immortales fieri dicebas, qui ex acie redeuntis uulnera osculabaris. Ad hæc noua & diuersa imperia subito me circumagi putas posse? non ita est. Ille in me dominatur affectus, qui animũ primus intrauit. Luxuria, auaritia, desidia, iniustitia, timor, nõ dediscũtur, & quotidie hæc omnia aut castigantur aut puniuntur, in tantum etiam uiorum tenaces sumus. Crede mihi pater nõ sum mei iuris, cum ille prælij clamor exortus est, inuadere hostis libet, obstantis cuneos gladijs diducere, hic impetus, hic ardor animi, domum tuam trinis hostiũ spolijs adornauit: huic supplicationes illas debeo, propter hoc me etiam cum abdicas diligis. Non animus, nõ lingua cõstat, in alieno opere cõprehensus sum, toga ipsa humeris nõ cedit. Ad obsidendũ hostem, ad occupandum castris locum, ad intercipiendos hostiũ commeatus ire iusseris, animo non otioso. Quotiescunq; tumultus aliquis exortus est, in me ciuium diriguntur oculi, meas spectãt manus, & adhuc, uerum dicendum, nihil patria debet mihi, nunquam pugnaui nisi coactus. Credis ne quicquid refero tibi? scimus quem uitæ cursum agamus, eadem pericula nos ubiq; circumstant, & totidẽ uiæ ad mortem sunt. Interdum continuatus labor firmiores facit, sæpe quos labor roborauerat, desidia consumpsit. MARILLII. Sine me aliquod meritum in patriam conferre adhuc militia mea munus est. Pugnabo & abdicatus, nec uerebor, ne uilis sit operæ mea patri. Athenienses abdicato uicerunt duce, quantum inter illum & me interest? ille abdicationem uirtute deleuit, ego merui. DIVISIO. Prima quæstio illa ab illo facta est uulgaris. An filius ob id, quod sui iuris sit abdicari possit, deinde an debeat. Hæc tota tractationis est. Græci illam quæstionem primam solent tentare, quam Romanæ aures non ferunt, An uir fortis abdicari possit. Non uideo autem quid allaturi sint, quare non possit: nam quod & uir fortis est & toties fortiter egit, non plus iuris illi adest, sed plus cõmendationis. Colorem à parte patris quidam duriorẽ fecerunt, uoluerunt enim uideri inuisum filio patrem. Item malle illum cum hostibus uiuere, quàm cum patre, penè omnes, adulescentem insatiabilem esse gloriæ, sed propter ipsum patri & moderandum & continendũ. Quidam ex toto ad patris indulgentiam refugerũt & non disputauerunt hoc modo, quo Sylo Pompeius disputauit, qui sic diuisit ut diceret, etiam si patrem non haberes, desinere debebas, quia patrem habes, desinere debes, quia pater uetat. Facit illo modo quo Gallio qui sic diuisit hanc partem, hoc impero Reip. causa tua causa, mea causa: sequentia duo uidetis, quemadmodũ potuit implere illud Reipub. causa imperare. Sic tractauit, primum ut pluribus iuuenibus pateat ad

ad uirtutem aditus, non debere omnium occasionem fortiter faciendi ab uno occupari: deinde expedire Reipub. non uideri tantum ex uno pendere, futurum ut animi hostium crescerent, & suorum frangerentur, si casu ter fortis occidisset. Ad ultimum utile esse Reipub. ter fortem seruari, ut sit qui ostendatur iuuentuti. Iam illum magis posse ornamentum esse quàm præsidium. Illum sensum ueterem, Iam pro uiro forti nescio quid etiam lex timet, hoc loco Gallus posuit, hoc quoq; inquit. Ter uiro forti, aut diffidit, aut consulit. Nec illam quidem secuti sunt tractationem, qua usus est Blandus qui dixit, Militia tibi superuacua est, inuidiosa est, periculosa est. Superuacua est, quia non cogeris, imò uerecunde uetaris. Gloriæ causa aliquis militat, consecutus es gloriam, uacationis causa, consecutus es præmium. Tria domi præmia sunt: & sic transijt, ut diceret, inuidiosum esse unum hominem toties optare honores intercipere, quàm periculosa res esset inuisa quàm, magnos uiros oppressisset: hic exempla, periculosam esse militiam, eodem loco collegit, quod certè illud unum non adiecit de lege, non posse illum iam fortiter facere, quia omnes illum hostes peterent, & adiecit. Ideò lex ter fortem dimisit, scit illum iam obseruari ab hoste. His ergo omissis illi, qui amantem patrẽ induxerant, hoc genere egerunt, non possum pati, non possum desiderium tui sustinere. Hoc loco AESCHINES ex bonis declamatoribus, cum diceret, non me gloria cupidiorem tui fecit, non omnibus admiranda uirtus, confitebor inquit, affectus patris, quos ut quisque uolet interpretetur.

Videbatur hic dum indulgentiam exprimit, non seruasse dignitatem patris. Placebat autem Latroni potius ratione detineri patrem quàm affectu, cum in ratione haberat aliquem locum & affectus. ASPRENAS colorem secutus est longe alium, dixit enim se non negare reip. uiri fortis operas, sed ad necessarios usus reseruare. Si magnum aliquod bellũ incidat, tunc & ueteranos uocari ad arma. Et illa sentẽtia eius hoc loco ualde laudata est. Nunc illi militent quibus necesse est, tu militabis, si erit necesse. Sic uenisse populum Ro. ad Scipionẽ Aemilianũ cum maius bellum Numantinũ apparuisset, quàm quod alij duces sustinere possent. Magnũ interuallũ inter Numantiã & Carthaginem Scipioni datũ. Sic ad Pompeiũ cum piratæ maria clausissent, magna præsidia non esse cõsumenda. Hoc loco Asprenas de lege dixit & ipse sententiam, uidelicet ad hos casus lex ter fortem sepositi. A parte filij colorem induxerunt quidam, ut illum cupidum gloriæ & bellicosum facerent. NICETES quidem hoc usus est uerbo

& sic egit ut quereretur quod cessarent manus suæ, quod inermes essent.

LATRONI non placebat hic color, malebat adolescentem iudicio quàm morbo militare, hoc est, inquit, quod pater efficaciter dicat, detrahere illũ operibus suis glomerariũ, sanguinariũ, quem nec pater possit retinere, nec lex dimittere. Quidam pacti sunt cũ patre, tanq; MENTO, qui dixit semel tantũ se militare uelle, ut aliquid uideretur reip. supra legem præstitisse: quidam perpetuã denuntiauerũt militiã, quàm diu uires fuissent, non defuturũ reip. uirum fortem. Non probabat hunc colorem LATRO. Negabat patri abscindendã spem filij in perpetuũ. VIBIVS RVFFVS hoc colore egit quo Mento, sed illud adiecit, peruenire ad se uoces inuidorũ illas, nũquid amplius pugnauit, quàm quod necesse illi fuit? Quidam hoc compositum & simulatum inter nos putauerunt, ut ego militare uellem, tu uetares. LATRO uehementer egit à patre patris & adiecit, abdicato non permittam exire, injiciam manus, tenebo, nouissime ante limen exeuntis cadauer hoc sternam, ut ad hostem peruenias, patrem calca. Putabat Plancus summus declamator Latronis hunc sensum à Latrone fortius dictum à Lesbocle græco tenerius, qui dixit sic: FVSCVS ARELLIVS religiose patrem in duxit omnibus terrorum: asebat præceptorem suum in hac controuersia describentem pericula futuri prælij, Homeri uersus ob hoc ædidisse:

GLYCON dixit: DIOCLES CARYSTIVS dixit:

GLYCON dixit: AESCHINES non ille orator, tunc enim non declamandi studium erat, sed hic ex declamatoribus dixit nobis cum denunciaret filio periculum, & præsagijs tangi se diceret.

DIOCLES CARYSTIVS dixit sententiam, quæ non in declamatione tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

posset placere, sed etiam in solidiore aliquo scripti genere, cum de fortunæ uarietate locum diceret. DORION dixit, rem paulo quidem elatiorem, quam pressa & ciuilis oratio recipit, sed qua egregie attonitos patris affectus exprimeret.

LVCII ANNEI SENECAE ORATORIS ET RHETORIS CONTROVERSIARVM

Liber tertius.

Missa præfatione & epistola cõtrouersia hæc est. Diues tres filios abdicauit, petit à paupere unicum filium in adoptionem, pauper dare uult, nolentem ire abdicat. PORTII LATRONIS. Hanccine meam esse fortunam? Eodem tempore & abdicor & adoptor. Ita uidelicet domus adolescentem me non capit, quæ te senem fecit, quietiora tempora pauperes habuimus, bella ciuilia aurato capitolio gessimus diuitias putas aurum et argentum ludibria fortunę, quæ inter iocum ipsis dominis ueniunt? Denuncio tibi diues etiam si uenero, dabo operam, quod in tua domo facillimum est ut abdicer. Etiam si multa cõtra expectationẽ accidunt, nunquam tamen fururum putaui, ut aut pater meus liberos odisset, aut diues concupisceret. Non desidero patrimonium. Fragilis & caduca felicitas est, & omnis fortunæ blandientis speciosus cum periculo nitor, & sine causa sæpe fluit & sine ratione destituit. Vidi ego magni exercitus ducem sine comite fugientẽ, uidi ambitiosa turba clientum limina deserta, sub domino rectore uenalia. Nam quid ex summis opibus ad egestatem deuolutos loquar? Multa tibi succurrerent exempla etiam si in una domo quæras. RVFFI VIBII. Habendos esse liberos is quoque iudicat qui non libentissime habet. Ego illos in friuola inuitaui nostra. Qui illis meam promisi domũ, suam eripiam? quid faciam? Si paruero, abdicabor, si nõ paruero, abdicabor. Patrem habeo, hæc est contumacia mea, diues filium non habet, me dabis, si diues reduxerit suos, me recipies. Ita non adoptari recuso, sed commodari. CAESTII PII. Accipe uitæ meæ testem, quid magni æstimas diuitem, cui placere difficile est? Vultis scire quare patrem non relinquam qui genuit me, qui educauit, qui abdicauit? diu dubitaui, ille amicum tentaret, an hic filium. Abdico, inquit. Hoc pater uerus. Quid ab eo qui adoptauit sperare possum? NARRATIO CAESTII PII. Diues sustulit unum filiũ, non fuit contentus, qui enim erat diuiti unus? tres sustulit, poterat enim in adoptionem dare, abdicauit unum, alterum, tertium. Iam nihil diuiti superesse putatis, quartum abdicat. ARELLII FVSCI PATRIS. Quisquis es auarus pecuniæ custos immensæ, cultor †Syllæ, cum multa quæsieris, poteris ne omnibus frui? Filium quæris? ecce turba iuuenum sine patre. Impera quid uis non negabo, militabo dummodo ubicunq; fuero tuus sim, ita nos pauperes sumus qui habemus, quod diuites rogent? unde talem patrẽ? nõ irascēris nisi ut ames? quid porrò ista matrimonia in quæ male sani ruitis? gaudia dominorũ? at onera sunt? Mille cum uentũ inter uices suas exempla referebas, & inter illa ponebas & diuitis domũ. Merito abdicasti an immerito? Si immerito abdicasti, odi patrẽ tot eijcientem innocentes, si merito, odi domũ tot facientẽ nocentes. Aliquid in domo locupletus nõ agendũ agam. Quæ apud nos frugalitas est, apud illos humilitas est. Peris iterum potius filios quàm recipis: colit etiamnum in capitolio casam uictor omnium gentium populus, cuius tantam felicitatẽ nemo miratur. Merito potens est, nemo ab eius origine est, qui non reliquit patrem, egredientem te certe domum redeuntem comitabor, nec nisi in limine deseram, ero in publico filius, amo æque pauper paupere patrẽ, utiq; consueui. Non possum agere in domo diuitis filiũ. Si charũ tibi seruum uenderes, quæreres quis suus emptor esset, nam me hercule habeo, quo tibi irato satisfaciam. Interim pluris omni matrimonio puto, hoc somnium quod sic me amittere curas, satis amare non possum. Quid faciam adoptatus? loquar filijs eius bene de abdicatione? Ego in domum uestram intrabo, tanquam ego uos eiecerim? ego ornamenta uestra occupabo, Tum illic si quid commisero nec meus recipiat pater. Quid est quod aut negandũ mihi, au excusandum sit. Non insanissimum dispendiorum malum, non erubescendos amores, neq; luxuriantem habitum, neq; potatus obijcis filio, hæc si non potes, aliqua saltem

al. sylua

saltem ex commentarijs amici tui describe, madentem unguentis hesternis, conuulneratum libidinibus, incedentẽ, ut fœminis placeat fœmina mollius, & cætera quæ morbi non iudicij sunt. Abdicatio loquax est. Quàm te paupertas amo, si beneficio tuo innocens sum. Accusatorẽ non habeo, me miserũ, etiam laudatorẽ habeo, & eum cui nõ omnes placent, hoc enim malo dicere quàm omnes non placent. Non tibi per multos liberos angusta domus est, neq; turba lateri circumerrat, nec multus intra limen hæres est, nec post te aliquem retineas, quanquam nec sic quidem debuisti dare, †quàm enim deos cum uotis patris uidisses certantes: & tutior aduersus fortunam est, cui aliquid post damnum supereſt, & habemus exemplum posse aliquem tris filios perdere. Ille Crœsus inter reges opulentissimus ad tormenta post tergum uinctis manibus ductus est, Tu Crasse post euestigata illa fugitiuorũ arma urbis Romanæ ditissimus, qui nunc apud Parthos eges sepulchro quoq; †dicta præpea illa corrumpentium non fero, quo ties enim inter diuitias suas exemplo istam posuerítis domum, meliores perdentem diuitijs suis liberos, hoc scio nostros fuisse maiores, hoc illũ Elium Tuberonẽ, cuius paupertas uirtus fuit, hoc Fabritium Samnitium non accipientem munera, hoc cæteros patres nostros quos apud aratra ipsa mirantes decora sua circumstetêre lictores. Surgite surgite iuuenes & meum rogando patrem, uestrum rogare discite. BLANDVS. Tres genuit, quatuor abdicat, abdico inquit, apparet unde uenias. GALLI VIBII. Si quis me audit, abdicari iam putat adoptatum, quare? †tum, ne auferam patri filium, filijs patrem, nec tam uicino exemplo emendaris. Qui abdicat suos quærit alienos, nulla certa felicitas est. Pauloante ego diuitis filijs inuidebã, modo illi mihi, laudat me pater cum abdicet, laudo ego patrem cum abdicer, hæc una inter nos disputatio est, iste me dignum putat beato patre, ego me meo. FABIANI PAPYRII. Ecce instructi exercitus sæpe ciuiũ cognatorumq; conserturi prælium, manus constituerunt, & colles equis utrinque complentur & subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur, illatorum multitudine cadauerum uel spoliantium. Si quæsierit aliquis quæ causa hominem aduersus hominem in facinus coégit, nam neq; feris inter se bella sunt, nec si forent, eadem hominem deceãt, placidum proximumq; diuino genus. Quæ tanta uos fert ira, cum una stirps idemq; sanguis sitis, uel quæ furiæ in mutuũ sanguinem egere? Quod tantum malum uno genere uel sorte uel fato† iunctum, an ut cõuiuia poculis extruãtur & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enim uero & laudanda sunt propter quæ mensam & lacunaria sua potius quàm lucem innocentes interim maluerint, An, ne quid uentri negetur libidiniq;, orbis seruitiũ expetendum est? quid tandem pestiferæ istæ diuitiæ expetuntur, si ne in hoc quidem ut liberis reliquantur? quid tandẽ est quod in uitio corruperint? Primũ si inde incipere uelis, sedes ipsæ, quas in tantum extruxêre, ut domus ad usum & munimentũ paratæ sint nunc periculo nõ præsidio, tanta altitudo ædificiorũ est tantæq; uiarum angustiæ, ut neq; aduersus ignẽ præsidiũ, neq; ex ruinis ullũ ullam in partem effugium sit, ad delitias dementis luxuriæ lapis omnis eruitur, cæduntur q; gentium syluæ, æris ferriq; usus, iam auri quoque in extruendis & decorandis domibus, nempe ut anxij interdiu & nocte ruinam ignẽq; metuant, qui tectis iniectus est fortuitusq;. Hinc & illa urbiũ excidia sunt, quippe non defendis uni, sed in communi periculo apprehendam, hostesq; aliena & in sua damna ualidiora ceduntur alia, ipsaq; cum maxime flagrant spolium ex alienis ruinis ferunt. In hos ergo exitus uarius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat, quam uinctis seuere in hoc pauimentum leuatum & infusum tectis aurum. O paupertatis, quàm ignotum bonũ est. Quin etiam montes syluæq; in domibus marcidis & umbra fumoq; uiridibus. quid faciam? Si caruero, abdicabor, patrem amo, hæc est cõtumacia mea. Vt maria amnesq; mutentur, uix possum credere quemquam eorum uidisse syluas patentisq; campos, quos rapidus amnis ex præcipiti, uel cum in plana infusus est, placidus interfluit, non maria unquam ex colle uidisse lata aut hyberna cum uentis penitus agitata sunt, quis enim tam paruis oblectare animũ in uita posset, si uera cognoueris? Videlicet ut quæ instantibus tangi comprehendiq; manibus aut sinu possunt. An magna non capit, exiguũ est et hoc, littoribus quoq; moles inuehuntur cõgestisq;

f. cum

al. dicta præterea.

al. respondeo.

f. inuectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in altum terris exaggerant sinus, alij fossis inducunt mare: adeò nullis gaudere ueris scl unt, sed aduersus naturam alieno loco aut terra, aut mari mutata ægris oblectamenta sunt, ut imbres fastidio rerum naturæ laborantibus. Iam ne liberi quidem nisi alieni placent. HISPANI CORNELII. Solus omnium abdicor, quia me meus pater diligit, alienus appetit. VIBII RVFFI. Diues filium non habet, me dabis? diues reduxerit suum, me recipies? ita non adoptari, sed accommodari recuso. Quid mihi obijcitur? Meritis amoris alienum feci. Dic diues audiat, diuitem inquit, te esse uolo. O me abdicandum, si talem patrem relinquo. Laudabat mihi pater paupertatem, narrabat diuitum incommoda, aiebat multos diuites accusatos, ego certe memini abdicatos. Abdico, non est patris mei uerbum. TRIARII. Quare abdicas? nunquid dies noctesq; impendo turpibus cõuiuijs? plurimũ uino in lupunari? si nescis quæ crimina obijciantur, ab amico disce, si omnes mali sunt quid isto patre cruentius? ROMANI HISPONIS. In hanc ego domum ibo in qua aut toties insanitur à patre, aut toties peccatur in patrem? cum prodiero repente diues, dicent omnes, quis est iste quem magna fortuna non decet? hæc est diuitis quarta abdicatio. SYLONIS POMPEI. Quantumcunq; est mihi satis est, unicus sum, fortiter fortunam meam feram, hoc nunc primum mihi accidit, dictus sum filius. Et iam abdicor. Quid uideri me uelis, nescio, innocentem, sed abdicor, nocentem? sed adoptor. Vtcunq; tamen abdicatio tolerabilior est, unum abdicat adoptio, tris abdicat natura. Non potest mihi dici, quod cæteris abdicatis, in tua potestate fuit, si paruisses patri, non perdidisses patrem, etiamsi non abdicarer perditurus fui. Pars altera. PORTII LATRONIS. Si nescirem quid mali esset pauperies, nunc intelligerem, cum abdicationem filius meus non timet. Fabritiorum imagines Metellis patuerunt. Aemiliorum & Scipionum familias adoptio miscuit, etiam abolita seculis nomina per successores nouos fulgent. Sic illa patritiorum eorum nobilitas fundamentis urbis habita usq; in hæc tempora constitit. Adoptio fortunæ remedium est. Non ignoro ego quorum inopia per ocium in angulis diuitiarum conuictos strepit accusatioq; consequitur, neque quiescere sinit. Sed nulla materia in rebus humanis uirtutes clarius ostendit, census senatorium gradum ascendit, census in castris ordinem promouet, census iudices in foro legit, non persuadeo tibi. Ergo ad illos quos mauis sequi quàm reducere. FVSCI ARELLII PATRIS. Facilius possum paupertatem laudare quàm fere. Quid mihi Phocionem loqueris? quid Aristidem? Tunc paupertas erat seculi, quid loqueris Fabricios? Quid Coruncanos? pompæ ista exempla. Fictilibus fuerunt dij faciles, tibi non noueris diuitias esse paupertatem, quid uos liberis uestris optatis? ego meo imperium? DIVISIO. Non puto uos quærere quomodo hæc controuersia diuisa sit, cum habeat negocij nihil. FVSCVS tamen sic diuisit, dico mihi licuisse adoptare, dico mihi licuisse recusare adoptionem, dico etiam ut licuerit recte tamen recusasse, & quod iure fit, uerum est, & quod sine iure quoque rationem habeat, recte fit. Cum de iure diceret, dixit sub arbitrio, inquit, patris sum, & hoc subijcior patri, quia pius sum, in hoc sine dubio, ut pius sim: & ad manum argumentum est, nempe abdicanti respondeo. quid ita? quia respondeo, scilicet id ago ne desinam illius esse, quid ago cum respondeo emancipanti? quid enim ad amittendũ patrẽ interest, utrũ eijciat an transferat? Si non licet recusare, cur potius abdicas me quàm tradis? Cum de officio diceret, in hæc diuisit, dico non fuisse dandum sine magna causa filium in adoptionem, dico multo magis à te, dico minime illi. SYLO POMPEIVS sic diuisit, cœpit euertere & explosa quæstione. In omnia patri pareo, dum sit, etiam si in omnia, sibi non parendum quo efficitur ne pater sit. Deinde quærit an inuitus filius, dari in adoptionem possit: si non potest à nobis abdicari, quod arbitrij sui est, an possit, non cum contra uoluntatem patris est, sed cum male arbitrio suo utitur: hic subiecit, an hic bene usus sit. De officij parte tractauit & ita diuisit. Turpem esse adoptionem, inutilem esse, periculosam esse. Cum diceret turpem, dixit aliena bona inuadere, & trium filiorum sub se sortem esse, & liberis spem reconciliationis paternæ eripere quàm inhumanum esse. Cum inutilem diceret, dixit patri utilem esse, adoptanti inutilem esse. Cum patri inutilem diceret, tractauit, quàm graue esset unico carere filio quem alius cõcupisceret: & cũ diceret diuitem

diuitem esse, quodq; qui tot haberet solatia, filium quæreret, dixit: Tibi non erit facile adoptare eum. Inutilem esse diuiti cum diceret, sic tractauit, futurũ ut ad suos rediret, si non adoptasset. Hoc loco belle uidebatur dixisse. Si animum patris intelligis, dat tibi notam reconciliandi tuos, negat se solitudinem pati posse. Cum inutilem sibi esse diceret, paupertatem laudauit, in diuitias inuectus est, dixit se posse diuitijs corrumpi, quibus corrumpi possit exercitus. Cum in diuitias inueheretur dixit, aiunt multa uitia diuites habere istos, & hoc grauissimum, quod suos non amãt. Nec esse quod quisquam se satis putet firmum ad repellenda uitia, contactu ipso nocentia transeunti bono. Nec peccare discam? Ecce tu quàm cito abdicare didicisti. Dixit futurum, ut diuiti displiceret propius inspectus, ipsum amorem paupertatis ab illis fastidiri: dixit futurum, ut abdicaretur, si adoptatus placuerit, ego nec meo placeo: adiecit periculosam sibi futuram abdicationem in domo, suos dominos desiderante, & totam familiam expellere insitiuum hæredem cupientem. LATRO ultimam quæstionem posuit quam ferè solebat, etiam si non recte fecit, quod adoptari à diuite noluit, an tamen bono id ad uersus patrẽ animo fecerit, an ignoscendum sit, deinde, an bono aduersus patrem animo fecerit. In hanc quæstionem bona pars adulescentis est, patrem amantis & opibus præferentis. LATRO tamen negabat patrem daturum manus, bono aduersus se animo factum, sed consensum filiorum aduersus patrem dicturum tacitum, nescio quem. BROCCO quidam non male re usus, qui dixerat adolescentem uideri sibi habere capitalia quædam uitia, male de se existimare eũ, qui ire ad iudicem districtim innocens noller. ARGENTARIVS omnes priores transiens partes statim ad hoc uenit, debuerit ne patri parêre an non debuerit, & in figuram contulit declamationem. Volo, inquit, alius filium abdicet, qui petitur à patre paupere ut in adoptionẽ diuiti daretur, quam bonam, inquit, causam pater habebit? Dicit hic, deinde transit. Sic cum declamasset eam controuersiã quæ usitata non erat: Si ille filius malam causam haberet, ego bonam habeo, contulit suam causam cum illo. De colore magis quæsitum est, an aduiescens debeat aliquid in diuitem dicere, quid enim faciet? diceret in eum qui tantum æs habet, et in amicum paternum, non dicit in eum quem fugit? & illi tamen qui sibi abstinentiam conuitiorum imperauerant, non bene præstiterunt, aliqua sententiæ dulcedo surrepsit. At declamatores fidelius quos proposuerunt colores tuentur, nihil enim eos sollicitat, nullũ schema nulla dulcedo sententiæ subrepit: sic quæ malã faciẽ habent, sæpius pudicæ sunt, nõ animus illi deest, sed corruptor. FABIANVS PHILOSOPHVS hoc colore usus est, ut diceret, etiã si substineret, at alicui tradi diuiti nollẽ, & in diuitias dixit, non in diuitem, illas esse quæ frugalitatem, quæ pietatem expugnassent, quæ malos patres, malos filios facerent. GALLVS VIBIVS fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quàm postea insaniæ, huic accidisse uni scio ut in insaniam non casu incideret, sed iudicio peueniret: nam dum insanos imitatur, dum lenocinium ingenij furorem putat quod simulabat ad uerum redegit: hic controuersiam postero die quàm erat à Fabiano dicta declamauit. Solebat autem sic ad iocos peruenire, ut amorem describeret penè cantantis modo, ut diceret amorem describere uolo, cum tanquam bacchari uolo. Deinde describebat & tonies cœpturus repetebat, amorem describere uolo. In hac controuersia planè quod uoluit consecutus est, ut diuitias nobis in odium adduceret. Sæpe enim ingessit, diuitias describere uolo, & multa facũde explicuit, corruptius quàm Fabianus sed dulcius, hoc unum occurrit in quo pusillum ineſt insaniæ. Non me delectatis non seruorum domini greges, nec sonantia laxi ruris ergastula, patrem gratis amo. FVSCVS ARELLIVS & hunc colorem dixit, hominibus offendor, cum primum de adoptione ista cogitarem, occurrerunt mihi tres abdicat & audio in ista domo tres fuisse filios nec esse. Timeo infelicem liberis domum, & alias causas dixit: licet enim plura abdicato dicere, propter quæ non litiget, sed nunc refero cui rei quisq; maxime institerit. LATRO illo colore usus est, sodalem se tribus diuitis filijs fuisse, semper inquit, illos colui, imò adhuc colo, cum abdicati essent, ego illis suasi ut tacerent, & patrem cedendo mitigarent, dixi cum primum tempestiuum putabitis, patrem uestrum rogabit meus. Ecce admonet me aptissimum esse tempus. Verum est, non potest pater inuenire reconciliationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aptius tempus, diues filios quærit. CAESTIVS illo colore, quos abdicatione nõ potuit terrere, putat se castigaturum adoptatione: non ille tuum filium cõcupiscit, suos corrigit, dũ illos correctos putauerit, te satis minatum abdicabit. Non faciet illud: at qui neminem adhuc habuit in quo hoc aut facilius aut iustius faceret. FABIANVS hoc colore, ut dixi, egit, nolo diues esse. RVFFVS VIBIVS hoc, nescio diues esse. Hæc in hoc loco cum diceret excepta sunt. Non est quod putes omnibus diuitias conuenire, nihil est insolentius nouitio diuite. Sed et illud dixit. Alius animose loquitur, ut ex contemptu diuitiarum gloriam petat, ego non dico diues esse nolo sed nescio. ALBVTIVS & ipse diuitias insecutus est, & dixit pulchram de Fabricio sententiam. Munera, inquit regia respuit, cum auro dominum timet accipere: & illum locum egregie tractauit, omnes ei bos habebo suspectos, omnes potiones. Trium pædagogi, ex illis occidere me uolet quisquis frugalissimus fuerit. Non uenenum pauperes timent, non hæredem, adhuc non abdicationem timebamus. SYLO POMPEIVS illo colore egit, nemo illi placere potest, ne in hoc quidem aliquem retinuit, ut non omnes abdicaret. Ecce nunc, inquit, inuenit nouam abdicationem, ne quid de reditu sperare possent. Et cum multa dixisset in diuitem, dixit. Non est quod mireris si te oderũt quos abdicasti. Colorem aperte paratius aliquid cur hic desideratur? quidam dixerunt patrem cupidum diuitiarum, quod inuidiosum est in hoc usum, quidam ita diuitias fili dare uult, ut filijs eripiat. Ita Latro optimo colore usus est, in hoc inquit, te in adoptionem uolo dare, ut facilius per te abdicati recilientur. CAESTIVS. Timeo, inquit, ne abdicer, uelim timeres. ALBVTIVS hoc colore usus est, summã sibi amicitiam cum diuite fuisse, dixisse illum sibi dubitanti, an filium tolleret. Tolle, inquit, in meum patrimoniũ, ego istum fratrem liberorum iudicabo. Item cum & tertium abdicaret, dixit, quid si mihi illudis? tantum unicum etiamnum filium habeo: uenit ad me & ait, redde quem educasti mihi, si emendati erũt, fruere, habebo hunc pro illis. Tentastis statim illum reducere in gratiam, cum filijs intemp stiuum erat. Tentaui quoties subtrahendum illum, respondit, nõ tanquam possit diuti deesse filius. SYLO dixit: amicos, inquit abdicat, usus sum, quid ergo? mauis inimicum adoptet, si intraueris domum uidebis, an aliqui animũ patris à filijs auertãt. Si reduxerit, inquit, illos, & quid fiet? capit diuitis domus quatuor liberos. Si illi te fratrem grauabuntur, libentissime recipiam, hoc de me diues meruit, ut illi darem filium paratissime cõmodato. BLANDVS hoc colore egit, ut diceret, diuitem inexorabilem esse liberis, omnia se fecisse ut illum placaret, uidere se magnas causas & graues, ita certam futurã adoptionem. OTHO IVNIVS PATER solebat difficiles controuersias belle dicere, eas in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus erat. Edidit quidem quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster Antiphontis libros uocabat, tantum in illis somniorũ esse: & hoc uitium ab antiquis, qui artem dicendi tradebant, duxerat. illi enim colores probant qui non possunt coargui, non ut omnia asserent, ut non esse aliquo homine offensus. Sed ridiculum est affectanti, quod falsum probari non possit. Non multum interest in causa sua, falsum aliquis testem deprehenderit an seruũ, alteri enim credi non debet, alteri non solet. OTHO TAMEN IVNIVS bene dicebat has controuersias quæ suspitiose dicendæ erant. Item memini optime dicere illum pro hac re, ne adulteri reo, in quam SYRIACVS VALLIVS homo disertus ad calumniam iurauerat. Erat genus iudiciale.

Controuersia decima.

SPecioſum iuuenẽ dominus suus deprehendisse cum uxore in cubiculo testatus est, & ob id uxorem suam dimisit: hoc nomine, seruum pro adultero postulatum, dominus non defendebat: mulierem, quam petebat præiudicium, tuebatur. opus erat aliquo colore, cum in cubiculo uisa esset cum seruo à marito. OTHO IVNIVS nullam incertam posuit, sed tantum circumuentam à uiro mulierem egregie tractauit, cuius actio quàm utilis fuisset statim apparuit. NIGRO BRVTIDIO dicente, qui hoc colore usus est. Accersitum à domino seruum, qui inter se medius & dominam rem haberet, illam non esse passam, maritum indignatum, prosiluisse quasi in corruptorem: usus est colore, dixit enim arcessitum ut dominicæ libidini paparium faceret SYRIACVS cum secunda

secunda actione hunc colorem urgeret, diserte multa dixit, inter quæ & hoc, adulterum accusator in cubiculum usq; perduxit, patronus in lectum, & penè causam abstulit: & illud cum Syriaco uafre & facit, & belle respondet, cũ prima actione diceret, non posuit causam sed argumentatus est, dixit probaturũ se deprehensam in cubiculo cum seruo. NIGER BRVTIDIVS cum ageret, obiecit Syriaco, quod causam non posuisset, & instituit assidue, quare non apparêret, quomodo seruus solicitatus esset, quomodo perductus in cubiculum: cum responderet Syriacus, ait, primum non apud eundem præceptorem studuimus. Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet, ego Theodorum cui non semper: deinde si quæres magis, quare ego non narrauerim, ut ista narrares. † Tunc & contra maximum Stertinium quo premebatur, cum comes eius fuisset, dixit per annos duodecim in officio fui, dic quid in domo tua peccauerim? Sed hæc consuetudo uestra. Tamdiu uobis cordi sumus quàm diu usui. Hæc à Syriaco dicta magnis excepta clamoribus, cum occurrerẽt mihi præterire non potui. Ad Othonem redeo, à quo longius aberraui. Solebat hos colores adhibere, qui silentium & significationem desiderant, bene itaq; & hanc cõtrouersiam hoc colore dixit, tanquam in emendationem abdicaturus & reconciliationis causa faceret. Hoc non detegebat, sed omnibus sententijs utebatur ad hoc tendentibus, tanquam, non possum, inquit, pati sine patre me, an sine te putas pati posse quemquam, aut patrẽ putas pati sine liberis posse? & illud. Credite mihi impium nihil de liberis duo patres cogitant, & illud, recipiat inquit suos, nõ possum sine te pati, hoc fortasse illi placebit, quod ad tuum patrem reuerti uoles: & illud, non amas abdicatos, domum illorum occupa, ama, serua: dixit et illud, libenter, inquit, pauper sum & ego. Dicet aliquis, quare ergo in adoptionem diuitis filium recipi uolo. Et excusationem si dixero, filij mei causa facio. honestius autem nunc facio quasi filium ei facerem, & illud: hoc aut meum consilium est, aut illius, aut commune, consentiatis licet duo senes. Iungit & illud, temerariam adulescentiam & incautam contumaciam, fortasse iam superuacua esset adoptio, si non repugnasset. Et illud. Non recipio omnia licet facias, non ergo ero pater orbo diuiti, et illud in ultimo, scit me non inuisum esse pauperẽ, ego te genui, ego diuitias docui contemnere, sequere autoritatem meam, nihil turpiter suadeo, nihil sordide concupisco, crede fidei meæ, hoc fieri expedit, quod inquit, me tibi diuiti nihil amplius dico. Totam, inquit, bene dixit controuersiam, sed hoc genere, ut putares illo dicente dicendum sic esse: deinde mirabere quid illi suspicioſa actione opus fuisset cum aperte liceret. Bene de hoc uitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere. GLYCON SCYRIDION ex altera parte satis dulcem dixit sententiam.

ARTEMON dixit.

HERMAGORAS dixit.

Hæc adhãc cõtrouersiã nihil faciũt, uidetur fragmentũ ex superiore controuersia huc casu translatũ. Nã in illius calce loquitur syriacus.

Controuersia undecima.

VIr & uxor iurauerũt, ut siquid alteri obtigisset, alter moreretur. Vir peregre profectus misit nuncium ad uxorem, qui diceret decessisse uirum. Vxor se præcipitauit, recreata iubetur à patre relinquere uirum, non uult, abdicatur. PORRTII LATRONIS. Dij immortales qua debetis prouidentia humanum genus regitis, effecistis ut illud non periculum esset amantis, sed experimentum. CAESTII PII. Antequam iuraremus diu inter nos hæc tacita lex erat, si abdicata fuerim, non uiuam: huius illi pater non credit, nec est nouum, nec uir credidit. Quæris quod iusiurandum fuerit? ita patri placeam. FVSCI ARELLII PATRIS. Iam uxor non nauigabo, non peregrinabor, fides tua me timidum fecit: mentitus, inquit, hic es: solenne est amantibus, ideo non nisi iurantibus credimus. Hos diuidere uult socer, quos ne mors quidem diuidit. Moriar ab eo exclusa & ero exemplum. Quædam ardentibus rogis thorum miscuerunt, quædam uicaria maritorum salutem anima redemerunt, quàm magna gloria eius solicitudine pensata est. O te felicem uxor, inter has uiua numeraris. MARILLII. Assiduæ contentiones erant, ego magis amo, imò ego: sine te uiuere possum, imò ego sine te: qui solet esse exitus certantium, iurauimus, respexistis nos dij dignos, nunquam uiolauimus HISPONIS ROMANI. Difficile est iudici eorum secretorum

causas

Universidad de Deusto
Biblioteca

causas reddere, quæ amãtibus etiam sine ratione iucunda sunt: nec est quod putetis de abdicatione hodie tantum illis agi, de spiritu agitur. Scitis quemadmodum suos amat, non magis sine patre uiuere potest quàm sine uiro. IVNII GALLIONIS. Socer huius, sic enim te appellabo quamdiu uixero, quid sibi uolunt altiores gemitus, & fortiora inter lachrymas suspiria? nescio quid uideris fortius puella promittere, non sum tanti, ut bis pro me pericliteris. ARGENTARII. Nocet illi indulgentia suorum, in duo pericula mulier incidit, quorum neutrum esset experta, si aut minus amaret uirum, aut minus amaret patrem. ALFI FLAVII. Nec est quod putetis illi facilius istius esse desiderium, & patri narrabat tanquam murmurauerit. PARS ALTERA P. ASPRENATIS. Nempe si quid acciderit uiro peritura est, & si bene filiam meam noui, peritura est, si quid genero meo acciderit, filia mea moritura est: adijciam quod sit indignum, si quid filiæ meæ acciderit, uir eius uicturus est. Vide qua te lege constrinxeris, si parueris uiues. BLANDI. O conditionem æquam, alteri uitam debet, alteri deuouit. PAPYRII FABIANI. Non possum, inquit, relinquere uirũ. Quid ni, inquit, non potes, quæ mori potes? Itáne qui falsum mortis nuncium misit, uirum recipis? Vir dum nimis amat uxorem, penè causa periculi fuit. Vxor dum nimis amat uirum, penè causa luctus fuit: pater dum nimis amat filiam, abdicat. Seruate totam domum amore mutuo laborantem. Moriar, inquit, hoc patri minaris, uiro promittis. Potes sine uiro pati, peregrinationem eius sustulisti, facilius potes carere eo, qui spiritum debet, quàm eo qui impendit. Et hæc controuersia non erat in diuinatione, nam præter illam quæstionem, an pater abdicare posset propter matrimonium, reliqua cum ad æquitatem pertineant, tractationis sunt. Optimam tamen coniecturalem quæstionem Latro fecit, proposuit illam, an etiam si non malo aduersus uxorem animo maritus fuit, fecit tamen ut tam temerarius & inconsultus relinquendus sit, deinde an etiam malo aduersus uxorem animo fecerit. FVSCVS ARELLIVS iuris quæstiones subiecit. Non posse illam discedere à uiro: nam & hoc iureiurando illam obligauit, hunc enim animum fuisse sine dubio iurantium, ut uiui non diducerentur. LATRONI contrarium uidebatur, onerari iusiurandi inuidiam, cum extenuari deberet, & illud iusiurandum contra fortunam uideretur, hoc etiam contra patrem. CAESTIVS contra fecit, & toto dixit iureiurando illam liberatam, illo casu solutos ipsos uinculo religionis, & ideo non futurum periculum uxoris, si quid accidisset uiro. SYLO POMPEIVS contradixit, illam teneri iureiurando, & adiecit, & si repudio diducta fuerit, non tamen soluí fœderis pactionem: & ideo inquit, honestum mortis titulum uindico, ne si quid acciderit, aut ego pro aliena uxore moriar, aut illa pro alieno uiro. HISPO ROMANVS hoc colore usus est, iusiurandum iocosum fuisse, sicut multa quotidie iurarent amantes, & ipsum iurasse, idque oblitum se an iurasset, misisse nuncium, ut experiretur affectus uxoris, non permeret. Vxorem intellexisse falsum nuncium esse, & ex eo se loco præcipitasse, ex quo præcipitata perire non posset, ut quomodo ego illam, inquit, falso nuncio terrueram, sic illa, inquit, me falso periculo terreret. MARILLIVS præceptor noster licenter uerbo usus est, satis sensum exprimente, cum diceret uxorem intellexisse mariti mendacium, & ipsa aduersum temerarios mariti iocos relusit. Hanc controuersiam memini me uidere Nasonem declamare apud rhetorem Arellium Fuscum, cuius auditor fuit, Nam Latronis admirator erat, cum diuersum sequeretur dicẽdi genus, habebat enim ille constans & decens & amabile ingeniũ. Oratio eius iam tum nihil aliud poterat uideri quàm solutum carmen. Adeo autem studiose Latronẽ audiuit, ut multas eius sententias in uersus suos transtulerit. In armorũ iudicio dixerat Latro. Mittamus arma in hostes, & petamus. NASO dixit: Arma uiri fortis mèdios mittantur in hostes. Inde iubete peti, & alium ex suasoria sensum quem à Latrone mutuatus est, memini Latronẽ in prefatione quadam dicere, quod scholastici quasi carmen didicerant. Non uides, uti immota fax torpeat et exagitata reddat ignes, mollit uiros ocium, ferrum situ carpitur, desidiam dedocet. NASO dixit. Vidi ego iactatas mota face crescere flammas. Et pugnus nullo concutiente mori. Tuncautem cum studeret habebatur bonus declamator. Hanc certe controuersiam ante Arellíũ Fuscum declamauit, ut mihi uidebatur longe ingeniosius,

ingeniosius, excepto eo quod sine certo ordine per iocos discurreret. Hæc illo dicente excepta memini: quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori uirum, & uiro uxorem diligere concedas. Necesse est deinde, iurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos iusiurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti, si mentiremur, illa sibi iratum patrem inuocauit, ego socerum. Parce pater, parce socer, non peieraúimus. Ecce obiurgatur, nescis quàm effrenate amor fertur, quãquam esse filiam preceris, charum quidem, quod illum ab indulgentia sua euocet. Dij boni quomodo hic amauit uxorẽ, amat filiam & abdicat, dolet periclitatam esse, & ab eo abducit sine quo negat se posse uiuere, quæritur periculum eius, qua penè caruit hic qui amare caute iubet. Facilius in amore finem impetres quàm modum, tum hos opponis terminos quasi approbaturi custodiant, ut nihil faciant nisi considerate, nihil promittant nisi ut ius facturi, omnia uerba ratione & fide ponderent? Senes sic amant. Pauca nosti pater crimina, & litigauimus aliquando, & cecidimus, & fortasse quod non putas peieraúimus. Quid ad patres pertinet? quod amantes iurent sibi, crede, nec ad deos pertinet. Non est quod tibi placeas uxor tanquam prima peccaueris, perit aliqua cum uiro, perit aliqua pro uiro, illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. Per socer felicitatem tuam magnum tibi quàm paruo constat exemplum, in reliquum diligentiores facti sumus, errorem nostrum confitemur, exciderat iurantibus esse tertiũ qui magis amaret sic† delit semper. Perseuera socer, recipe filiã, ego qui peccaui, pœna dignus sum, quare uxore necata socero causa sim orbitatis? Discedã è ciuitate, fugiam, exulabo, utcunque potero desiderium misera & crudeli patientia perferam. Morerer si solus moriturus essem. Declamabat autem Naso raro controuersias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias, molesta illi erat omnis argumentatio, uerbis minime licenter usus est nisi in carminibus, in quibus non ignorauit uitia sua, sed amauit. Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, inuicem petijt, ut ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret: æqua lex uisa est, scripserunt illi quos tolli uellent, in utrisq; codicillis ijdem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit. Semibouemq; uirum, semiuirumq; bouem. Secundum, gelidũ Boream, gelidumq; notum. Ex qua apparet summi ingenij uiro iudicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorũ, sed animum. Aiebat interim decentiorem faciem esse, in qua aliquis neuus esset.

forte, dissit

Controuersia duodecima.

RAptor nisi sirum & raptæ patrem intra triginta dies exorauerit, pereat. Raptor raptæ patrem exorauit, suum non exorauit, accusatur dementiæ. PORTII LATRONIS. Moriar, inquit, moriar hodie, ego uirum non fleo. Quid contremiscis senectus? quid lingua trepidas? quid oculi obstupuistis? nondum est trigesimus dies. Vitã rogas, dedi & perdidisti. Mori inquit, filium uis, ego te mori uolo? imò furor tuus, illa cæca & temeraria cupiditas. Et inter hæc pater illius, qui nimis cito exoratus est. Quare tam cito senex ille remisit iniuriam? Ne trisliore quidem uultu expugnatam filiæ pudicitiam tulit, timeo ne uerũ sit quod audio, ne nouo, inauditoq; more de nuptijs puellæ exoratus sit. CAESTII PII. Quo melius de hærede iudicare possitis, narrabo me iuuenem, habui patrem sanæ mentis, nec tam seuerum, scilicet, ut crudelis esset, nec tam indulgentem ut incautus. Duxi uxorem, quam pater iusserat, & tamen nuptiarũ mearum me pœnitet. Fili nónne sæpe excandui, sæpe reconciliatus sum, sæpe quod negaueram dedi? Ipse dispensasti triginta dies, ut haberet primos socer, medios reus, nouissimos pater. Ne omnia à prima adolescentia repetam, uirginem rapuit, patrem accusat. Hei intra triginta dies putas me accusatori permissurum, quod filio negaui? Impetrauí, inquit, ab illo, alij aiunt illum à te, medijs me diebus accusas. Rapuisti uirginem, & cum tam libenter uiueres? ARELLII FVSCI patris. Moriar, inquit, etiamnum minaris? nondum rogas? Quid, inquit, rogabo? iam lassus es, nec ullum adhuc rogasti. Non possum, inquit, exorare tam diu? Nouo more obiicit dementiæ constantiam. Quid? ergo tu poteris uidere morientem filium? fortasse non potero, & ideo irascor, dum licet. POMPEI SYLONIS. Hæc audacia eius ex parte culpæ meæ est, nimium indulgenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

indulgenter nutritus est, omnia sibi putat licere, nec ille unquam me rogauit. Ignouit, inquit, & alius ante me rogatus est. Non nosti conditionem legis tuæ, in hoc tibi pares sententias habent, pereunt, ipse ad alienam se misit, lex illum admisit ad meam. Raptor nisi & suum & raptæ patrem exorauerit, pereat. Vis scire lex utrum maluerit, non exoratus irascitur, ex duobus patribus eum pater accusat, qui legem sequitur. ARELLII FVSCI. Miraris me dubitare, ipsa lex inter mortem & nuptias dubia est. Quid me intempestiuæ proditis lachrymæ? nondū erat tempus faciendi. Non est quod quicquam tibi promisisse lachrymas putes, fleo, quod necesse mihi est spectare filiū morientem. Quid facturus sim, adhuc nescio, utiq; tu ante trigesimū diem scies. Exorabis, inquit, patrem. Quid ergo mihi molestus es, si hoc tibi satis est? O dij effregit fores, & identidē leges inuocantem coëgit pati stuprum, nisi tam facile puellam exorauit, quàm patrem.

al. uitatione Mortem † uita non meruit, accusationem deprecatus, cōsumuntur interim dies. Vter nostrum consumit? Rogo, inquit: Nunc tu ne me rogas? num ego rogare debueram qui periclitor? PAPYRII FABIANI. Demens sum uides, turpiter uiuo, meretricem amo, leges ignoro, dies tuos non numero, ad iudicem uocatus adsum. Ergo moriar, inquit: hoc si reo dicis, non curo: si iudici, uidebo: si dementi, nō intelligo. Et huic aliquis ignoscere potest, qui sic rogat? Vos mei iudices estis, iste habet suum iudicem, nec potest inexorabilem queri, quem nondum expertus est, IVNII GALLIONIS. Rogo, inforte, num quit, † nunc hic sic. Si uolebas rogare, admouisses propinquos amicos, maiorum imagines, lachrymas, repetitos alte gemitus. Testor deos, sic rogaturus eram puellæ patrē. Cum, inquit multum in supplicijs habitum submiseris, cum dixeris, pœnitet quod rapuit, quod deteriorem non rogaui, cum dixeris te dementem fuisse, deliberabo cum amicis, deliberabo cum propinquis, deliberabo cum tua matre. Me miserum quàm pene promisi, anime dura, heri fortior eras, et multum habeo quod deliberem, diuersi me affectus distringunt, inter reum & patrē distrahor. Hinc iniuria est, hinc natura. Quid properas? nemo tibi præter me rogandus est. Ergo, inquit, misereberis? nihil promitto ante trigesimum diem. Miserum me, quod tantum triginta diebus irasci possum, longiore tempore opus erat. Audi à demente exempla huic crimini, denis uicenisq; annis inter bella iuuentus cōsenuit, nos triginta dies ferre nō possumus. Deliberabo, lex nihil uult temerè fieri. Magna res est, inquit, delibera, cogita, tempus accipe: effregisti dum ciuis, ut dicis, etiam miser iacebis, morere. Non est hoc nocenti graue, ego nihil peccaui, propter te mori cupio, ratio à me exigitur alienæ culpæ, non meæ potestatis. Quid ergo facturus es? non pronunciabo ante supremū. Quid sic miraris, si illū ocyus exorasti? facilius est iniuriam donare, quàm crimen. Agedum in medium senex, cuius misericordia crudelis sum, non putasti mecum deliberandum. Vnde autem scis quem filium habeam? ego certe adhuc nescio qualem filium habeas: nullum tempus uni uerbo angustum est, iam inquit, angustū tempus est, & tibi uacat accusare. VIBII RVFI. Quis unquam præter me ignoscere iussus est? iam, inquit, tempus angustū est, ita non putas me subducere quantum supersit? Iam, inquit, tempus angustum est. Angustum erat, si duos rogare deberes. Angustum tempus est, exclamat, nescio quid rogem. Roga ergo. Me priorem rogare debuisti, non dico quia dignior sum, qui prius roger, quia pater tuus, id quod minimum est, propius habito. Huc uideo illa pars legis pertinebat, ut suum patrem exoret. Patrem nati? sic aliquis exorat, sic deprecatur? Apparet nunc te primum rogare. Demens sum, imò si uis argumētum dabo tibi, filius meus moriturus sit, nondum testamentū meum mutaui. CORNELII HISPANI. Multi me affectus diducunt, necesse est de alijs querar, de alijs erubescam, de alijs timeam, de omnibus etiamnum deliberem. Ne ille quidem, quamuis dicatur nimis exorabilis, ignouisset, si sic rogatus esset. PARS ALTERA ARELLII FVSCI PATRIS. Me miserum, pater iræ tuæ detractum est nihil, & tempori multum, infelicior sum, quàm si neutrū exorassem. Mortem timeo postquam mihi homines gratulati sunt. Quid tibi optime socer profuit misericordia tua, qua mihi & patri meo pepercisti, precer, nisi superstitem filiam? PAPYRII FABIANI. Non possum dissimulare pater, quod illū exoraui, tuum beneficium est, certe cum exoratus est, hoc dixit, aliud quidē suadebat dolor meus, sed quid faciam?

faciam? patris iudicio misereor. Miserere pater, scis quàm breuis sit aduocatio mea. Misereor, inquit, uis uerum dicam, quid dixerit? patris tui. Vnde ego miser ab hoc patre ueniēs timerem patrem. CAESTII PII. Timeo mortem, nec iam habeo cui paream. MARILLII. Si tibi tam pertinax aduersum me odium est, audacter quid sis facturus, pronuncia. dic exorari te non posse, quid me incerta mortis expectatione suspendis? solicitus inter somnos quoq; uelut admotā ceruicibus meis securim expauesco, si non impetro ut uiuam, hoc certe impetrem, ne diu moriar. Non est quod puteris legem in numero dierum angustam fuisse, lex illius diu mori. Responde pater si seruaturus es filium, iam tempus fuit, si occisurus, iam tempus est, non possum metum sustinere ultra hæc tormenta diebus paucis, & in me mihi aliud licet. BLANDI. Ita parum contigit tibi, quod solus periclitante filio non rogas? LATRO sic diuisit, An intra trigesimū diem raptor cum filio agere possit, sicut non potest qui in custodia est, qui in carcere: etiam si cum alio potest, an cum patre possit, quod uitæ mortisq; suæ arbitriū datum est, cum illi accusare eum liberum est, quem mortiferum est non exorasse: etiam si cum patre potest agere, an ab ijs possit, quibus faciendi potestatem lex patri dedit. Ista enim ratione nihil licet, si aut exorari, aut accusari ei necesse est: deinde si posset agere an debeat. Irascendi causam tractauit, quod rapuit, quod alium prius rogauit, quod me non rogauit, quod etiam accusat: si non exorauit filius, dementia est: tantam dementiam ferre non possum, cum adhuc an exoretur, incertum est. Hic paternos affectus tractauit spem facientis, non probabat Fuscum, qui paulò apertius agebat: est controuersiam promittere, potest nihilominus & bonus agi pater, & non exoratus, FABIANVS eam quæstionem fecit, & in ea multum miratus est, dementiæ non posse agi, nisi cum eo qui morbo furet, in hoc enim latam esse legem, ut pater à filio sanari deberet, non ut regi. LATRO eleganter dicebat quasdam esse quæstiones, quæ deberent inter res iudicatas referri, tanquam an quicquid optauerit uir fortis, aut tyrannicida accipere debeat, quasi iam pronunciatum est non debere. Nemo quæstionem hanc iam tractat, sicut ne illam quidem, an quicquid pater imperat faciendum sit. Inter has putabat & hanc esse, an pater ob dementiam quæ morbo fieret, tantum accusari à filio debeat. Aiebat enim manifestius esse de lege & officio patris quæri, & fingi quasdam controuersias, in quibus pater furiosus probari non possit, nec absolui tamen propter ninuam impietatem, libidinem fœdam. Quid ergo aiebat, nunquam utar hac quæstione? utar, & malis deficiar. POLLIO ASINIVS dicebat, hoc Latronem uideri tanquā forensem facere, ut ineptas quæstiones circumcideret, in nulla magis illum re scholasticum deprehendi. Remitte, inquit, eam quæstionem, quæ semper pro patribus ualentissima est. Ego semper scio, nullum patri curatorem dari, quia iniquus pater sit, aut impius, sed quia furiosus: hoc autem in foro esse curatorem petere, quod in scholasticā dementiam ageret. GALLIO & superiore usus est quæstione, & illam adiecit, an agi cum patre dementiæ possit, ob id quod facturus esset, non ob id quod fecerit: neminem iniuriarum accusari, quod iniuriam facturus sit, non adulterij, quod adulterium cōmissurus sit, nec dementiæ quidem, quod demens facturus sit aliquid. Tu uerò, inquit, mecum agis, non quod non exorasti, sed quod exoraturus nō es: puta enim me hodie exorari, ego demens uideor, qui uno uerbo sanare possum me? Lex triginta dies dedit, quia iudicauit aliquē durioremfuturum. Etiam si demens est, quod non exoratur à filio, nunquid etiam & uigesimo? ergo non potes hoc nomine damnare me, quod exoratus non sim, etiamnum enim exorari possum. Ita si quis uestrum agere mecū hoc crimen nō potest, ut si quem ad triginta dies exorare possum, post triginta quæri nō potest, aut crimen non habeo, aut accusatorem. SYLO POMPEIVS fecit quæstionem, qua Gallio usus est, nihil actum adolescentem, etiam si damnauerit patrem: nihilominus enim periturum, quia lex nullam aliam salutis uiam dedit raptori, quàm si exorauerit patrem. LATRO hæc omnia quasi membra in aliquam quæstionem incurrentia tractabat, non ut quæstionem, quanquam hoc ipsum in aliam aiebat quæstionem incurrere, in qua quæritur, an raptor possit accusare patrem intra trigesimum diem. Nam cum dico, non potes accusare eum, in cuius arbitrio positum est, moriaris, an uiuas, nō magis quàm magistratum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum in ius uocare, quàm de iudicibus tuis ferre sententiam, non magis quàm miles in imperatorem suum animaduertere, adijcio non potes accusare: nihil enim tibi proderit, etiam si damnaueris, morieris. Lex enim si non exorauerit, perire te uult, non exoras autem, etiam si damnas. Quare hoc non quæstionis loco ponebat, quod imbecillum putabat. Apparet enim exigere legem ab eo, ut exoret patrem, qui non habet quem exoret: puta enim patrem alicuius esse tam palàm furiosum, ut nihil intelligat, hunc exorari à filio non uult. Atqui eodem loco est manifestus. † Iustus parum hoc pu- *for. Iunius*
tabat ualens esse, tanquam quæstionem, satis ualens tanquam argumentũ, & illam altera satis ualentem quæstionem, non posse cum patre agi eo nomine, quod non peccauerit: sed tractaturus iste iniquitatem tractationis ponebat, cum diceret, agere mecum dementiæ, & si iam potest, nunquid enim peccaui? non sum exoratus, nondũ tempus transijt, etiamnum tempore exorari possum: quàm iniquum nondum esse me nocentem & iam reum. Omnes infamauerũt raptæ patrem, quasi cum raptore colludentem. GALLIO dixit, Ingenuus uirginem rapuit, si tamen rapuit. SYLO POMPEIVS eandem suspicionem in omnia contulit. Exorauit, inquit, raptæ patrem, miratur cum exorabilem patrem haberet, rapuisse. HISPANVS dixit, Omnia cito facta sunt, iste cito rapuit, ille cito ignouit, nisi demens sum, est aliud suspicandum. ARGENTARIVS dixit, Rapta est, & statim exorata, imò nescio an exorata, deinde rapta, spero te innocentiorem fuisse quamuis uideri. Tu exorasse te dicis, ego te exoratum puto: dic, quid tibi cum socero conuenit? RVFFVS Vibius dixit, Dic mihi, quid tibi conuenerit, quando tibi nuptias promiserit, nec uictum te hercules fateberis, cum dies uenerit. ASPRENAS dixit, Iam, inquit, non multum reliquum est ex triginta diebus, si ex illo dies numerarem, cum primum exorasti, aiunt iam triginta dies præterisse. LATRO dixit, Id quod inter sententias scriptum est adoriar, dic ergo uerum, dic ergo uerum. CAESTIVS hac figura declamauit, ut rogaret patrem, tanquam exoratus esset raptæ pater: deinde ad hanc sententiam transit, nunquid peiorem causam habeo, si apud alterum iudicer. LVCIVS eadem figura declamauit, & HISPO Romanus, sed transit mollius. Scio quid responderi mihi possit, facile est domestico iudici satisfacere. Videro te cum ad raptæ patrem ueneris. In hac controuersia TRIARIVS dixerat, Non scies an exores, nisi ultimus dies uenerit, † quod cum id ius lugebit, perseuerabo. Deinde cũ scho- *f. quoad is lucebit*
lasticorum summo fragore, & tu quisquis es carnifex, cum strictam sustuleris securim, antequam ferias patrem respice. Belle deridebat hoc ASINIVS Pollio. Filius, inquit, ceruicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat, Agone? quod fieri solet uictimis. Sed loco quoq; remoto, aiebat rem uerissimam, non posse carnificem uenire, nisi eo tempore quo iam pater exorari non posset. CAESTIVS ex altera parte hoc colore usus est, quia priorem rogasset raptæ patrem, suspensum esse uolui, statim illum securum esse nolui. De me queritur, quod illum potius cogitare de patrimonio filij quàm de periculo uolui. LATRO hoc colore usus est, scitis periclitantes alieno arbitrio agere, illi qui circa erant sodales, qui occurrerãt amici paterni aiebant, Eamus statim ad raptæ patrem, in huiusmodi casu illi rogantur, nam raptoris patres rogant. SYLO Pompeius diuersum colorem huic secutus est, Non erit, inquit, duritia patris mei, item amici suaserunt ad raptæ patrem iremus, ne noceret apud illum quod tarde suũ exoraremus patrem. HISPO ROMANVS bello docismo usus est, uis inquit amici eamus ad raptæ patrem? hoc curemus, ille domi est. FVSCVS ARELLIVS dixit, ille prior rogatus est, qui magis timebatur. TRIARIVS à parte adolescentis dixit, Timeo ne mutetur etiam exoratus. Hunc sensum non imprudenter Sylo Pompeius improbabat, aiebat enim non posse mutari semel latam sententiam. Quidam uoluerunt uideri, cito exoratum raptæ patrem, quidam tarde. FVSCVS Arellius dixit, Magnam partem legis consumpsi, nec de mora queror, raptæ pater rogabatur. CAESTIVS non probabat, & hac sententia usus est, cum hunc colorem arguendum putaret: uult uideri rogatum diu raptæ patrem, effecit ut uideatur eum diu non rogasse: malo autem uideri hoc patrem tarde exorari. HERMAGORAS solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breuiter & fortius attingere, sicut in hac sententia fecit, cum

cum suspitionem facere uellet, inter raptæ patrem & raptorem collusionis.
ARTEMON dixit,
GLYCON dixit,
Hunc sensum commodius dixit LEPIDVS Neronis præceptor, Misereris nisi etiam ultimo die, egomet iam tui miserebor. DIOCLES CARYSTIVS à parte patris ethicos dixit.

Controuersia decimatertia.

ABdicauit quidam filium, abdicatus se contulit ad meretricem, & illa sustulit filiũ, æger ad patrem misit, cum uenisset, commendauit ei filium suum, & decessit, adoptauit puerum, ab altero pater filio accusatur dementiæ. PORTII Latronis. Qualem uidi ipse, fungebatur officijs, sedula circa lectum ægrotantis in omnia discurrebat ministeria, non impulsis tantum, sed laniatis capillis. Vbi est, inquit, meretrix? uenit ad me sedulo, qui diceret, filius antequam moritur rogat uenias, Non expectaui, dum iste curreret, amens cucurri. Cætera quemadmodũ narrem nescio, si steterim, an sederim, quid loquutus sim, quid audierim, nescio: hoc unum scio, iacuisse me inter duos filios: accede huc puer, depositum, crimen meum, non habeo miser, cui te moriturus commendem, CAESTII PII. Recipi in sinum nepotem uultis, & hunc abdicem? duos filios tuli, huic numero iam assueui. Patrem accusat, fratrem infamat, infantem persequitur. Rogo uos, non satius est meretricem amare quàm neminem? Noui generis dementia arguitur, sanus eram, si nõ agnoscerem meos. Tradidit infantem & expirauit, non habeo cui crederem, offerebam me propinquis, illa uidelicet in hac cogitatione tacebat. Nos rogabimus, cum frater non audeat. Meretricis, inquit, filium recepisti, nempe eius quæ meũ receperat. Fatear me aliquando infamem fuisse, nescio quis esset abdicatus, meliorem extuli. PAPYRII Fabiani. Quàm nihil in domo illa meretricia fœdi uidi, assidebat mulier tristi uultu affecta, ægro simillima ipsa demissis in terram oculis. Pater, inquit, nihil tecum frater loquutus est? in sinu meo filium posuit, domum pertuli, dementiam uocat, quod infantem non abdicaui. Quid facerem? negarem aliquid filio, cum ille rogaret pro filio? Ignosco tibi quod tam durus es. Aegrum fratrem nõ uidisti, ille magni successor modo patrimonij nactus in lectulo precario moriebatur. Nõ seruorum turba circunstabat, non amicorum, inter infantem & mulierculam, deficientis spiritus in aduentũ meum sustinebatur. Vt intraui cadentes iam oculos ad nomen meum erexit, fugientemq; animam retinuit. Pater, inquit, quod adhuc nihil deprecatus sum, non cõtumacia feci, fratri mandaueram. Indico tibi crimina mea, expirantem cohæredẽ, cum ad uitam uolui reuocare ut saluus esset, rogaui deos, et licet dementiam uoces, si uixisset, recepissem. ARELLII FVSCI PATRIS. Securior eram, quoniam puto tueram illi omnia præstare fratrem, cum subito nunciatũ est in ultimis esse filium, nec hæc à fratre, ò me miserum, quod solum nepotem recepi. ALBVTII SYLII. Vt uidit uxorem, uidit & fratrẽ, circunspiciebat & patrem. IVLII BASSI. Tibi debeo mulier, quod habuit filius meus, in qua domo ægrotaret. Pudet dicere, ut nepotem agnoscerẽ, rogatus sum. Non potest uno crimine dementia intelligi. Nemo sine uitio est, in Catone moderatio, in Cicerone cõstantia, † in summa dementia: ad summã, tres furimus, om- *f. desideratur*
nes peccauimus, ego quod abdicaui, frater quod tacuit, tu quod pro fratre non rogasti. Non sum uno hærede contentus, duos habere uolui, & quo magis concupiscã, habui: Misit ad me adfectus æger, non ibo: mihi crede, aliter tu à dijs, De cohærede cogita, te quis roget, quem roget, uidebis neminem rogare non posse, nisi qui accusare possit & patrẽ. ALTERA PARS PORTII Latronis. Quàm honestus fuit, subiecit meretrix quę peperit, pater istius incertus est, bene cum ipso ageretur, si & mater. FVSCI ARELLII PATRIS. Errat si quis sit qui me putet pecunia moueri, primum assueui cohæredem habere, deinde olim iam cũ puero isto paterna diuisi, quia mulieri ille frater donauit plus quàm pro sua parte. ROMANI HISPONIS. Incidit in meretricem, inter omnia mala, fœcundam ueræ inimicæ. Noscis quibus ante in cubiculũ riualis uenit quàm maritus. ARGENTARII, Cum abdicaret, aiebat hoc scilicet, expectabo donec hac è meretrice liberos tollas. Mulier nescio an aduersus patrem iniuriosior sis, quod abstuliſti illi hæredem

Universidad de Deusto
Biblioteca

redem, an quod dediſti. ALBVTII SYLLI. Sine ueniant illuc amici, ſiue propinqui, nunc erubeſcũt in domũ meretricis accedere. Mulier quæ ſine præfatione honeſte nominari nõ poteſt, cedo iſtum puerũ nulli agnoſcendũ, ſed mater aſſerat ſeueris modis, pater abdicauit etiam, quem iciebat ſuum. Erat in domo puer, qui omnes uocabat patres, adoptauit eius filium, propter quam etiam ſuũ eiecerat. CAESTII PII. Nullum genus iudicum recuſo, ſi ſeueri erunt, nocebit iſti, quod receperit meretricis filium: ſi clementes, quod abdicauit ſuũ. Clamauit pater, in domum ergo meam meretrix ueniet, aut, quod turpius eſt, filius ad illam ibit? Miſit in domum noſtram publicum puerum. Quis illis nuptijs interfuit, niſi aut abdicatus, aut abdicandus? LATRO ſic diuiſit, an pater ob illam adoptionem accuſari poſſit, an ob hoc debeat: omnes infamauerunt adoleſcentem, quaſi illius criminationibus factum ſit, ut frater abdicaretur. Et ideo ſententia laudatur FABIANI, Nihil tecum locutus ſum: cum hoc unum puero noceat, quod ex meretrice natus eſt, omnes operas dederunt, ut quantũ in controuerſia licebat, huic uitio mederentur, efficerentq; ne quid in illa uideretur meretricis fuiſſe, niſi nomen. MARILLIVS decenter hoc dixit, Simul obijcies fratri impietatem, nihil, inquit, in illa domo meretricium fuit, ſcires ſi mecum fuiſſes. ALBVTIVS ethicos ut multi putant dixit, certe laudatus eſt, cum diceret, exeuntem proſecutus eſt: non probabat hanc Meſſala ſententiam. Non habebit, inquit, fiduciam, ſi mauult uideri recepiſſe puerũ quàm abduxiſſe, & qua ratione eum adoptandũ eſſe, non quia debuerit, ſed quia ſecutus eſt. Fuit autem Meſſala exactiſſimi ingenij quidem ſtudiorum partis, latini utiq; ſermonis obſeruator diligentiſſimus. Idem itaq; cum audiſſet Latronem declamantem dixit, ſua lingua diſertus eſt, ingenium illi conceſſit, ſermonem obiecit. Non tulit hanc contumeliam Latro, & pro Pythodoro Meſſalæ orationem diſertiſſimam recitauit, quam ſuaſoriã Theodoro declamauit per triduum, quæ dixerit ſuo loco reddam, cum ad ſuaſorias uenero. A parte adoleſcentis non unus omnibus color placuit, quidam perſonam eius qualem acceperant, introduxerunt duram & aſperam. Ex quibus fuit & Hiſpo Romanus: hic unum aiebat efficiendũ, ut non durus uideretur, ſed ſeuerus. In hac parte dixit nobilem illam ſententiam, quam Fabius Maximus circunferebat. Venit aſſidue in domum meretrix, non recedit, paulum abeſt, quin nouerca ſit. CAESTIVS bella figura egit. Dementia, inquit, res eſt ſanitati contraria, non quæram extra exempla ſani hominis, & quod pater me rogat, ipſum ſibi comparabo. Fuit aliquãdo ſanus. Tunc quid faciebat? Oderat luxuriam, ut nunc caſtigaret, nunc iam ſeuerus. Senem putabitis ſanum, ſi uobis lupanar oſtenderor? Sic declamauit, ut fratri patrem daret accuſatorem, & illum argueret ſibijpſi comparandum. LATRO fratri pepercit, puerum preſſit, & dixit fratris filium non eſſe, & ne fratrem quidem hoc fieri uoluiſſe. Illa uerba ab ægro impetrata. Fabianus ex omnibus iſtis colorem ſecutus eſt optimũ, qui aiebat dicere Meſſalam non tantum bonam partem adoleſcentis fieri, ſed etiam honeſtam: obiecit patri, quod etiam fratrem abdicaſſet, non ſchemate, ſed certo. Nihil, inquit, peccauerat, amat meretricẽ, ſolet fieri, adoleſcens eſt, expecta, emendabitur, ducet uxorem, quare tunc non egit? Dementiã tuam aiebat, expectabat. Expectabat pœnitentiã, aiebat, tuã, iam reſipiet. Hoc per tranſitũ obijcere cœpit, quod non recipiſſet, quod uidiſſet in lupanari habitantẽ. Abdicaſti, inquit, ut emendares, non ut uitia augeres indies, nullum illius uitium ætatis amor eſt, recipe antequam aliquid faciat, cur mox pudore moriatur. Ad ultimũ obiecit illi, quod ægrum non ſuſtuliſſet. Poteſt, inquit, cõualeſcere, ſi uiderit penates ſuos, mitius certe morietur paterno ſolo, † ſuo puero. Quare, inquit, tu apud fratrẽ non fuiſti, & ego queror? ille cum ad te mitteret, putauit ſe ad duos mittere. Vtinam tecũ fuiſſem pater, rediſſes illinc cum filio, ſed ruo. De adoptione notiſſime queſtus eſt & hac figura. Abſtuliſti mihi fratrẽ, cum quo natus ſum, cum quo educatus ſum, ut dares iſtũ. Indignor hanc fratri meo contumeliã, ut huius uocetur pater. Sed ut ut aliquid iocer, FABIANVS MAXIMVS nobiliſſimus uir fuit, qui primus foro Romano hunc uomicũ morbũ, quo nunc laborat, intulit, de quo Seuerus Caſſius anteq; ab illo reus ageretur dixerat, quaſi diſertus es, quaſi formoſus es, quaſi diues es, unũ tantũ es, non quaſi, lapſam. Hanc controuerſiã cum declamaret Maximus, dixit, quaſi

for. ſaluo

quaſi tricolum tale, qualia ſunt quæ baſilicam † inſectant. Dicebat autẽ à patre, omnes aliquid ad nos, imbecilli alter alterius onera detulimus. Accuſatur pater in ultimis annis, nepos in primis abdicatur, Nullus aũt. Hæc ſubinde refero, quod æque uitandarũ rerum exempla ponenda ſunt, quàm ſequendarũ. In hac controuerſia Latro contrariã rem cõtrouerſiæ dixit, ſed ſibi declamabat, illũ Cæſare Auguſto audiente & Agrippa, cuius filios nepotes ſuos, Cæſar Lucium & Caium adoptaturus diebus illis uidebatur. Erat Agrippa inter eos, qui non nati ſunt nobiles, ſed facti. Cum diceret patrem adoleſcentis Latro, & tractaret adoptionis locum, dixit. Nam iſti ex imperio adoptione nobilitati fuerunt: hæc & alia in hanc ſententiam, MECOENAS innuit patri faſcira recuſare, finire iam quidam declamationem putabant, hanc malignam rem Mecœnas eſſe, effeciſſe enim nobilem, non ut audiret quæ dicta erant à Cæſare, ſed ut notaret. Tanta autem Mecœnas ſub diuo Auguſto libertate fuit, ut præpotenti tunc M. Agrippæ nõ defuerint, qui ignobilitatẽ exprobrarent. Vipſanius Agrippa fuerat, Vipſani nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſuſtulerat, & M. Agrippa dicebatur: cũ defenderet reum, fuit accuſator qui diceret Agrippam, & quod in medium eſt, uolebat Vipſanum intelligi. Fuit qui diceret, cõcurrite, Agrippa malũ habebis, reſponde dijs, Ea in arte utiq; mihi uidetur admiratione dignus diuus Auguſtus ſub quo tantum licuit. Sed horũ non poſſum miſereri, qui tanti putant caput potius quàm digitũ perdere. Latro dignus fuit miſeratione, qui ne excuſare quidem errorẽ ſuum potuit. Nihil eſt autẽ crudelius quàm ſic offendere, ut magis ſis offenſurus ſi ſatisfeceris.

ſ. infeſtant,

forte, alit,

Controuerſia decimaquarta.

TOrta à tyranno uxor, nunquid de tyrannicidio ſciret, perſeuerauit negare, poſtea maritus eius tyrannũ occidit, illam ſterilitatis nomine dimiſit, intra quinquenniũ non parientem. Ingrati actio eſt. PORTII LATRONIS. Si cum liberis torta eſt & incaſte, deſcende, inquit, occide tyrannum: niſi occideris, indicabo. Subuecta manu ſatelles quid moraris? inquit, iam expoſita tormenta ſunt. Bene eſt, inquit, mulier, ad ſtuprum uocor. Inſtabat quotidie uiro uxor, exigebat tyrannicidiũ, tempus eſt, deſcende. Si nihil aliud ut liberos habeas, niſi tyrannicidæ paritura nõ ſum. Miraris, ſi eo tẽpore matrona dicere potuit, deſcende, occide tyrannũ? comes ſequerer, niſi me inutilem dimiſiſſet tyrannus, deſcende, ego iam feci tyrannicidium meum. Eas nuptias tyrannicidium diduxit, quas nõ diduxit tyrannus. CAESTII PII. Subito infelices nuptias oppreſsit tyrannus, terrebantur matronæ, & premebantur uirgines, nihil tutũ erat, nulli feliciores tunc uidebantur, quàm qui liberos non habebant. Quædã itaq; eliſere cõceptos, quædam fœcunditatem ſuam moratæ ſunt. Quod ad hanc pertinet, agit ſuæ fortunæ gratias, quod iſto tempore nihil peperit. Tyrãnus ſuſpicatus eſt iſtũ, neſcio quid de tyrannicidio cogitare, ſiue iſti aliquid excidit, ſiue magna cõſilia nõ bene uultus tegit, utiq; de uxoris garulitate queri non potes, cum ſcias, quemadmodũ taceat. Miſit itaq; ſatellites, attrectate, inquit, uxorem, & adiecit, ſi quos filios habet: ueniunt in domum crudeliſsimi carnifices, in quorum uultibus extant tormenta, iactatur miſera inter ſatellitum manus, & toto itinere non ducitur, ſed trahitur. Hanc aliquis ſi torta non ſit, mirabitur nõ peperiſſe, cum cogitur? Iſti de tyrannicidio, iam de cõſilio indicemus. Iam enim puto, licet nupſit iſti propter liberos, ſed infelices nuptias cito tyrannus oppreſsit, hoc publicum diuortium fuit. Rapitur in arcem mulier, inter ſatellitũ manus, uexatur atq; diſtrahitur. Hanc etiam aliquis ſi non torqueatur, non parere miretur? ex poſita in eculeum ſæpius abſentem uirum reſpexit, quàm præſentem tyrannũ. Quàm multas matres audiui illo tempore, quid nam uolui, quæ peperi? ARELII FVSCI Patris. Explicantur crudelitatis aduerſus infelicem fœminã apparatus, & alia inſtrumenta, uiros quoq; ipſo uiſu frangentia, ad excutiendã muliebris pectoris conſcientiã proponuntur, inſtat tam denunciationibus, quàm tormentis tyrannus, & minando torquet, tacet. Videt intentũ tyranni uultũ, uidet oculos mínaces, & tacet, plus tibi præſtare nõ potuit, ſi de te liberos ſuſtuliſſet. Cæduntur flagellis artus, uerberibus corpus abrumpitur, exprimiturq; ipſis uitalibus, licet reſtet. An ſit tibi iſta datura liberos neſcio, tyranncidium dedit: ita fit mulier, non uis parere, delicata es, cruciatus puerperæ times

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fremebat indignatione captæ ciuitatis maritus, & cõsilio suo, & uxoris adiutorio fortior, quomodo occidam tyrannum? Quæ pars accedenti maxime uacat, ubi custodiæ cessant, ubi natura loci minore munimẽto uirtutẽ non submouet? Sic uir & uxor mentem exercebant, miraris si transit quinquennium inter uxorem tortam, & uirum occupatum? sæuiebat etiamnum tyrannus, torquebantur in conspectu uirorũ uxores, pœnitebat matres fœcunditatis suæ. HISPO ROMANVS inquit, desiderabas liberos, ut sint quibus relinquas patrimonium. Ingrate ita tu hac salua hæredem non habes, nullum tormenti genus omisit, omnia membra laniata, omnes partes conuulsæ sunt, scissum corpus flagellis, exustum, conuulsum tormentis, ignoscetis puto mulierculæ, si dixero, falsa est. HISPANI CORNELII. Contabatur ille, nec ullis adhortationibus in tyrannicidium poterat impelli, prorsus cum uxorem uidisses, posses timenti ignoscere. Assidue tormenta uariantur, accenduntur extincti ignes, tortor uocatur, sub quo mariti uxorem prodiderãt, pacisci me tecum putabat, taceam, donas quinquenniũ. Quid gloriaris? tanquam non facilius sit occidere tyrannum, quàm sustinere. Duplici beneficio uxoris suæ obligatur, & cur non est occisus, & quod occidit. Fastidit sterilem qui fecit. IVNII GALLIONIS. Instabat tyrannus, torque. Illa pars etiam potest subiici ignes, in illa parte iam exaruit cruor, seca, uerbera, oculos lancina, faciam ne uiro placeat matrix. PAPYRII FABIANI. Describam nunc ego cruciatus, & miseram corporis patientiã inter tyrannica tormenta sæuientia: extincti sanguine refouebãtur ignes, hæc desinebat torqueri aliquando, ut sæpius posset, exquisita uerbera, iam eculeum, quicquid antiqua sæuitia inuenerat, quicquid et noua adiecerat. Quid amplius dicam? tyrannus torquebat, & cum de tyrannicidio quæreret. O nos felices, quod nullis auctapuerperijs fui, acuit hanc, fecit tyrannicidium silentio, certe tyrannicidam. Conuulsis laceratisq; mẽbris, nec adhuc sufficientibus non dimissa est ex arce, sed proiecta. Quid est quod uxorem dimiseris? nunquid premit te onerosa sumptibus, & ut seculi mos est, in deterius luxu fluente, muliebris ambitio certamine mutuo usq; in publica damna priuatim insanit? Nunquid gemmas & ex alieno littore petitos lapillos, & aurum uestemq; nihil in matrona tecturam concupiuit. Si talis esset, facile illam corrupisset tyrannus. Expecta, potest parere. Non respondet ad propositum, nec ad certum diem fœcunditas, sui iuris rerum natura est, nec ad leges humanas componitur, modo properat, modo uota præcurrit, modo lenta est & demoratur. Expecta modo, pariet. Quid dicis? non potest fieri, quare? quia torta est. Imputat tibi quod publicata est, imputat tibi quod torta est, imputat tibi quod sterilis est. IVLII BASSI. Aiebat tyrannus ure, cæde uentrem. ARGENTARII. Cæde uentrem, ne tyrannicidas pariat. TRIARII. Non ex formula natura respondet, & neq; ad præscriptum casus obsequitur, semper expectari fortuna mauult quàm regi. Aliubi offenditur improuisa segetum maturitas, aliubi seram magno fœnore moram redemit. Licet lex dies finiat, natura non recipit. Quid faciam? Non agam gratias, quod non indicauit uxori meæ, ne uotis in gratiam. Aiebat tyrannus indica, nulla tua culpa est. Cæditur, tacet. Igitur tacere putas tutum, mirantur, tuum esse tyrannicidiũ huius silentium. Expectasse aliqua per longum tempus maritũ dicitur, quanta laus est seruasse, cum expectasse tanta sit. Alia desiderio uiri attonita, in ardentem rogum se misisse, hæc non cum uiro arsisset, quę pro uiro arsit: alia pro incolumitate mariti uicaria morte decidit. Credo hanc in tormẽtis oppressam, morte amplius pro uiro præstitisse, si quid amplius elegisset tyrannus. MARCELLI. Si tamen peccasset in partu, ignosci ei posset. Nupserat enim isti occupato. Crudelior es etiam illo, quem occidisti, tyranno, ille torsit & dimisit ad uirum. ALBVTII SILI. Vicerat sæuitiã patientia, deerat iam sanguis, superabat fides, aliquando proiecta est, differebatur distortis manibus, emotis articulis, nondum in sua membra artus redierant. Vxorem tortor dimisit, ad partum ingratus uocabat, quod in præmio nullam uxoris fecerat mentionem. Res tuas tibi habe, inijcere debuit manum, & ipsam inter res suas trahere, nihil amplius patri debes quàm uxori, mihi crede maius fuit tyrannicidium pati, quàm facere. PARS ALTERA ARGENTARII. Ego tamen torta sum. Merito obijceres, nisi uindicassem. FVLVII SPARSI. Vobiscũ iudices loquor, controuersia hæc, reum

reum facere primum si materia patitur. Non accepi quidem, & reddidi, aut accepi quidem, sed non potui reddere, aut ista nouissima, non facere. Non quisquis non reddidit beneficiũ ingratus tenetur, animus æstimandus est non reddentis. POLLIO ASINIVS aiebat, nunquam tentandas esse quæstiones, primam manifesto obtinere posse, qua negamus nos beneficium accepisse, perit tota causa, nisi in hoc uicit. Apparet enim ingratum esse, qui ne fatetur quidem se accepisse beneficium. GALLIO noster putat, quoties possit, hoc auferendum aduersario, quoties non possit concupiscendũ, quoties ne hoc quidem possit, transeundũ, quasi donemus, & possimus quidem facere cõtrouersiam, sed nolimus. Idẽ Attico Vipsani Apollodori discipulo placuit. Hæc ille amplius, quoties non potuerimus, aiebat, an beneficium acceperimus controuersiã facere, hoc modo faciamus, non esse tam magnum quàm ille dicat: sicut in criminibus facimus, quoties negare nõ possumus, esse quidem crimen illud fatemur, sed leuiore pœna dignum quàm accusator arguat. LATRO in hac controuersia non dubitabat facere primã quæstionem, an beneficium dederit: hoc in hæc diuisit, Etiam si scisti de tyrannicidio uiri, nec indicasti, non est beneficium scelus non facere: deinde ne sciisti quidem. Non enim tibi indicaui, nec tam magnum consilium, uirilibus quoq; animis graue, commisi muliebri garrulitati, quæ id solum potest tacere, quod nescit. Etiam si dedit beneficium, an receperit. Occidi tyrannum, libertatem mihi, tibi ultionem reddidi plenissimam, persecutus sum nefarium hostem, illic occidi ubi torserat. Dices me Reipub. causa fecisse, et tu Reipub. causa tacuisti. Tutus sit quod lege fecerit. Deinde ultima æquitatis tractatio, an quod fecit, facere debuerit? Hoc diuisit in hæc duo, an iam certam sterilitatem uxori bonæ facere debuerit, an ne sterilis quidem pro certo sit. Noui declamatores Poscum Apollodoro, qui reus ueneficij fuit, & à Pollione Asinio defensus, damnatus Massiliæ docuit. Et hanc quæstionem fecerunt in hanc controuersiam, an inter uiros & uxores data beneficia, ingrata lege teneantur. Non est beneficiũ, sed officium facere quod debeas, ut si filius patri se dicat beneficium dare. Hanc quæstionem fecit & Gallio noster. BLANDVS in ultima parte controuersiæ, qua de Republica disputatur, quæstionem fecit, An quinquennium numerari debeat à nece tyranni: illud tempus nõ debere imputari, quasi sterili, quo matres etiam editos partus abominatæ sunt: illud tempus imputatur fœminis in Repub. quando pariunt non plus tyranno. Huic subiecit, an etiã li & alijs imputari tempus tyrannidis solet, huic non debeat. LATRO ex suo more has non quæstiones putabat, sed membra illius ultimæ partis ex æquitatis quæstione pendentia. An sterilis quidem, altius repetis, an uero quæcunq; quinquẽnio non peperit, sterilis est. Quid enim si uir alicuius abfuerit toto penè quinquennio in peregrinatione, uiro imputabitur. Quid si uir ægrotauerit, quid si maritus à uiro tortus inutilis in cõcubitu uxoris suæ iacuisset, imputaturus fuit? quinquennio quæris, quare non peperit? tyrannus erat. Nemo cum parentibus suis querebatur, quod natus esset, hic quod torta est, hic quod maritus occupatus tyrannicidio non uacauit in uxoris uoluptates. BVTEO aridus quidem declamator, sed prudens diuisor controuersiarum, cõtra Latronem sentiebat, Blando accedebat. Aliud enim esse aiebat, quæ intra quinquennium non potuit, non utiq; sterilis est: aliud quæ intra quinquennium non peperit, non statim dimitti potest sterilitatis nomine. Hic quæritur de conditione iuris, illic de spe fœcunditatis. Sed Blandum quoq; arguebat, aiebat enim sic fuisse quærendum, an tyrannidis tempus excipi deberet, deinde etiam si nõ in alijs, an inter hos gradus est. Sed ipse sic hanc in partes quæstionem diuidebat, an quæcunq; quinquennio non peperit, tanquam sterilis dimitti possit. Posset enim accidere quod Atheniensibus in bello accidit, ut liberi & coniuges in aliquo tutiore loco deponantur. Imputabatur hoc tempus fœminis, quo uiros destituunt, non quo nõ habent. Sic tyrãnus non uetuisset istam parere, quin interemisset. Et cum hoc uehementer impleuisset, & probasset, non omnes posse dimitti, si quinquẽnio non peperissent, tunc illò transit. Et hic posset & hæc etiamnum, non hoc quærebat, an deberet dimitti, sed an posset. Et hoc contra Latronem dicebat, quomodo istam quæstionẽ putas in æquitatis tractationem cadere, cum quid liceat quæratur, non quid oporteat: hæc enim, an hic possit, per il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum non posset quia tyrannidem non cœperat. Aliquod tempus immune à legibus miseriæ faciunt. Non dico quia torta est, sed hoc adhuc, propter æquitatis tractationem reseruo: sed non peperit quia torta est. Quia tu maxima in cogitatione occupatus, nihil de liberis cogitasti. PASSIENVS uir eloquentissimus, atq; temporis sui primus orator, hanc subtilitatem actionis non probabat in Latrone, sed assentiri dicebat, ideò quæstiones tractandas per se esse, si hæc mulier iusti repudij ageret, non ingrati. Ita nō quæritur an legitime, sed an ingrate dimissa sit, itaq; in æquitatis tractationem cadunt, etiam quæ iuris sunt. Nam cum quæratur, an potuerit hæc dimitti, etiam si licuit, appareret, quod utiq; non oportuit, si ne licuit quidem. ALBVTIVS decentissime fecit, solebat enim ferè in aliquas figuras declamationē describere, & prius egit iuiusti repudij, deinde ingrati, in quibus putat esse, an ullum beneficium uiro contulerit, à quo tanq; iniquè dimissa. Hic omnes quæstiones ad sterilitatem & æstimationem quinquennij pertinentes libere tractauit, deinde transit in ingrati accusationem. CAESTIVS pro uiro introduxit colorem. Eo tempore uxor torta est, quo nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam, postea cogitaui, & hæc ipsa cogitandi causa fuit. Vxoris uitio utrunq; secutum est, ut illa marito insolentiam imputare non posset, maritus illi tyrannicidiū posset. LATRO dixit, Si iam tum de tyrannicidio cogitasset, uxori non indicasset. FABIANVS philosophus colorem magis bono uiro conuenientem introduxit, quàm oratori callido. Dixit enim & cogitasse tyrannicidium, & uxori indicasse, & illam tum quidem fecisse, quod probam fœminam facere oportuit, nunc peccare quod putet beneficium esse recte facere. Hic color illi & in illa parte profuisset, si beneficium putas te dedisse, tyrannicidium non prodidisse, ego prior dedi, qui tibi tyrannicidium credidi, repudium ex tuo uis liberorum cupiditatem, quo semper uti tanquam uir eius debuisset, postea magis tanquam tyrannicida. L. VINITIVS Vinitij frater, Fabiani colorem uald probabat, & aiebat onerari uxorem uno modo posse, si nihil uacuum decretum ab illa maritus habuisset. Si dixerit, inquit, post tormenta se de tyrrannicidio cogitasse, tum tyrannicidium uxori melius deberi meruit, si torta tyrannicidam fecit, quàm si tacuisset. Apparet & aliquid de tyrannicidio cogitatum, de quo tyrannus usq; eo suspicatus est, ut torqueret. Dixerit cogitasse quidem se de tyrannicidio ante tormenta, sed uxori non indicasse, augebit uxoris beneficium. Liberius enim potuit, ait, tyrannicidiū indicare, quod illi commissum nō erat. Potuit enim uxor, etiam nō indicante marito, tam magni consilij molitionē deprehendere. At si hunc colorem Fabiani sequor, mutam efficiam. Si olim de tyrannicidio cogitaui, honestior sum uetus tyrannicida, & non priuatis, sed publicis malis ad ultionem impulsus. Si cum cogitarem non celaui uxorem, facilius persuadebo, me malum hodie maritum non esse, cui semper tam deditus sui. Ad ultimum hoc consequar, quod si quod audierat, tacuit, non beneficium est, sed fides. Hic est L. VINITIVS quo nemo ciuis Romanus in agendis causis præsentius habuit ingeniū, quicquid longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio animi dabat, ex tempore causas agebat, sed non desiderabat hanc cōmendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augustus, unus Vinitius ingeniū in numerato habet. HISPO ROMANVS maligno & accusatorie, Nihil, inquit, ego illi narraueram, ista ut erat necesse aliquid ex sumptu, aliquid ex nocturnis uigilijs suspicata est, unde emanauerit sermo scietis. Videtis quò ueniat tyrannus, non ad amicū meum, non ad seruū, sed ad istam, quæ nihil negocij habuisset, si tacuisset. Tua enim causa tacuisti, sciebas te perituram si confessa esses tyrannicidium. HYBREAS dixit.

Controuersia decimaquinta.

QVidam luxuriante filio luxuriari cœpit, filius accusat patrem dementiæ, PORTII LATRONIS. Vtriusque tamen comparetur luxuria, tu consumis patrimonium patris tui, ego accusatoris mei, nauiga, milita, peregrinare, quære adolescens, utere senex. Accusator meus diuersos & inter se contrarios affectus habet, cupit reum damnari, crimen absolui. CAESTII PII. Potest nobis conuenire, similes sumus, puta te patrem, dic quid me uelis facere. Si tam bona fide frugi es, & hoc imitor. Te ego imitor an tu me? Rogo uos ego prior cœpi, tu posterior luxuriaris. Patrimonium, inquit,

quit, computemus. Sed tu senex, inquit, hoc dixit, luxuria tua serius cœpit, citius desinet. ARELLII FVSCI PATRIS. Sed tu, inquit, senex. Vnde scis te non futurum luxuriosum senem? Omnia à te uitia, quod unguento coma madet, tuum est, quod laxior usq; in pedes tunica demittitur, tuum est. Quid est quod aliud à te senes discant? quid porrò domus nostra luxuriosos duos non capit, indulgentius te abdicare non potui. Ecquid mihi licet seniles annos meliore uita reficere? hoc nouissimū meum meritum est, sed quod tibi proxime imputo, pro te etiam luxuriosus factus sum. FABIANVS. Noli pecuniam concupiscere, quid tibi dicam? Hæc est quæ auget discordiam. Vrbes & terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus cognatum natura, in fraudes & scelera mutua instigat, hæc est quæ senes corrumpit. Quidā summū bonū dixerunt uoluptatē, & omnia ad corpus retulerunt, nihil est mihi opus præcipientibus, exemplum habeo, proposui quicquid tu feceris, me facere, nauigabo si nauigaris, militabo si militaris, die hodie quid putes melius? Sed illud Scipionum non obijcies, quod elegeris. BLANDI. Obijcit luxuriā propriam, & hoc dicit adolescens. Frugaliter uixi, quamdiu frugi patrem habui, ante me desiste, ante me cœperas. BLANDI. Senex luxuriaris, respondeo tibi, adolescens nauigaui, Ego iam, inquit, desij, tu nondum, Non miror si desisti prior, prior cœperas. MENTONIS. Quod gaudium accepisti uerè luxurior. POMPEII SYLONIS. Si modo emendatus est filius meus (solet enim etiam luxuria simulari) suo quisq; ordine reus sit. Vis me ducere uxorem, si nouercam haberes, iam abdicatus esses. VIBII GALLI. Conuiuæ certe tui dicunt, bibamus, moriendum est. Sic intelligo, hoc nulli magis in domo dicitur, quàm mihi. Ostendi tibi luxuriam, quam in te non uidebas. Alliga me, dum te custodias. P. ASPRENATIS. Quia nihil proficiebam obiurgando, uolui illi uitam suam ostendere. IVNII OTHONIS. Malam causam haberem, si alium accusatorem haberem. Aliam causam haberem, si te filium non haberem. IVNII GALLIONIS. Aliter à laudibus patris incipiam, hic adolescens temperatissimus & lubricum tempus sine infamia transijt, duxit uxorem, filium sustulit, ad ætatem perduxit, iam senex factus est, nisi quod sibi bonum uidet, luxuria usque eò se proiecit, ut accusetur. Senex amens, senex ebrius, circundatus sertis, & delibutus unguentis, & in præteritos annos se retro agens, & ualidus in uoluptatibus quasi iuuenis exultans, nonne portentum est? Luxuriosus adolescens peccat, senex autem luxuriosus insanit, ætates inhauriunt, uitia lasciuiunt. PAPIRII FABIANI. Nauem in portu mergis, alter solito tempore labitur, alter insolito, alter alieno, alter suo, alter annos sequitur, alter senectuti repugnat. Non est luxuria, patrem uidere uelimus. Non simulas ista, sed facis, nec amantem imaginaris, sed amas, nec potantem adumbras, sed bibis, nec te decet dissipare bona, sed dissipas. Nemo uitia quæ odit imitatur. Quis imperator ob hoc ipse de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? quis ut ambitum comprimeret, ipse honores mercatus est? quis ut seditionem leniret, turbauit rempublicam? Non coërcet uitia qui prouocat. LATRO sic diuisit, An ob hoc accusari pater possit. Hic illam uocalem quæstionem posuit, quam solebat fastidire Seleucius, minimè solere patri obijci luxuriam, non magis quàm auaritiam, quàm iracundiam. Non uitia patris accusari solere, sed morbū, & si possit aliquid præter dementiam obijci patri, luxuria non possit, alioquin filijs, inquit, abdicare permittis. Hic de suo consumit, an si ob hoc pater accusari potest à filio, hæc ultionum exprobratio. Si ebrietatem obijcere patri solet ebrius, si petulantiam iniuriæ damnatus, Etiam si ob hoc accusari potest, etiam si à tali filio, an si ad castigandum filium hoc consilio usus est, damnandus sit. Ait enim adolescens, quolibet alio genere debuisti me obiurgare: quid si adulterium uindicare uellet committendo? Turpe est sic castigare uitia, ut imiteris. Deinde an consilio luxurietur. Non enim concedit hoc filius, aut inquit, quare, si cœpisti sic emendare filium, cum emendaueris non desinis. CAESTIVS PATER. Patris aiebat simulationem significandam magis quàm profitendam, ita inquit, adparebit illum simulasse, si etiamnum simulat: si desinit simulare, ostendit iam sibi nihil prodesse ea cōfilia, quasi filius: emendatus sit emendatum autem esse non concessit, & assidue dixit, nihil magis sequi interuallum hoc luxuria, etiam uerè intermissa uitia uehementius surgere.

f. me doces aut dedoces

Universidad de Deusto
Biblioteca

surgere. LATRO aperte putabat simulationem confitendam. Incipio, inquit, non tantum honestum senem, sed prudentem defendere, si quod uitium uideri poterat efficio consilium, quare potius significet quàm dicat frugi esse. BLANDVS hac figura declamat filium, & pro abdicato respondit. CAESTIVS aiebat adolescentis partem diligentius colorandam, facere illum rem non improbam, non ita patri remittere quod à patre ipsi remissum sit. Idq; sic narrauit, ut suam quoq; luxuriam imputaret patri, non seueram fuisse disciplinam, non bene institutæ domus legem, quæ posset adolescentis mores formare, & à uitijs ætatis abducere, quodammodo, inquit, ad luxuriam à patre præmissus sum. Vnguento cani madent, & comessator senex redijt, nulli nimis luxurioſus, sed parum sanus uidetur. Merito in adolescentibus omnẽ luxuriam uindicant, cito desinũt. Cum haberem luxuriæ istius exemplum, quæritis, quæ res mihi remedio foret. Aetas illa quæ faciebam, imputabat, me non discere: Hunc sensum ipse Cæstius sano genere dixit, Flauium Alfium auditorem suum, qui eandem rem lasciuius dixerat, obiurgauit. FLAVIVS hoc modo dixit, cum desideria descripsisset, paulatim se ad frugalitatem redisse, & odio sibi uitiosum factũ, hoc fuit, inquit, quare desinerem. Sentiebam, inquit, me senem fieri. CAESTIVS hoc aiebat dulcius quidem, sed corrupit, & unam sententiam. Incredibile est, inquit, cum iuuenis sit sensisse se senem fieri, & noluisse uideri tam diu luxuriatum, donec sentiret se senem fieri. FVSCVS ARELLIVS dixit, Nõ accusaturus patrem, sed me defensurus sum, ne aliena luxuria mea laudatio. Consilio luxuriantem filium istum emendo. Superuacuum in narratione hunc colorem habuit, subito furore collapsam patri mentem, meretricem dependentem collo senis, & parasitorum circũfusam regem turbam, sic cum riualibus rixari & ebrietati nocturnæ addi item diem. Putaui initio & ego consilium esse, non morbum, desinet luxuriari, desinet, inquam, si propter me cœpit. Permanet in iuuenilibus uitijs, hoc turpius luxurioſus quo diutius. Quid faciam? è suo more emendare patrem uolo, luxuriandum est SYLO POMPEIVS patronum adolescenti dedit, quod non putabat in accusatoris persona Latro faciendum, ut aliquis per patronum accusaret patrem. RVFVS VIBIVS. Festiuum senem qui in honorem filij sui adolescentis ebrius sit. In narratione hoc usus est colore, solutum patrem, iam mentem eius labantem laudare cœpisse luxuriam, dicerem esse felicius, si his qui sibi amare permitterent necessarium tantũ haberе, quantum acceperant, obiurgarent, interim quasi non commemorent. Rusticum inquit, iuuenem, præmatura inquis seueritas non est frugalitas, sed tristicia. Quid tu senex facies? non creditis hæc illum dixisse, qui uitia etiam obiurgare uult? luxuriatur. ARGENTARIVS hoc colore declamauit. Duo luxuriantur, una in domo, alter iuuenis, alter senex: alter filius, alter pater, uterq; licenti cultu per publicum incedit. Alter uobis ait, hoc concessum ætati utor, & iuuenili lege fungor, id facio quod pater meus fecit, cum iuuenis esset: negabit, bona ergo ætate cœpit simul primum hoc tyrocinium adolescentiæ, quasi debitum ac solenne persoluere. Reuertar ad bonos mores, qui qualem causam habeant uideritis, faciãt etiam si non quod oportet fieri, at quod solet. Alter ait, scio me nouum ciuitatis miraculum, incedere luxurioſum senem, sed hoc castigandi genus cõmouere uisum. Vt emendaret filium, ipse peccare cœpit: at si auus uiueret, nemo in domo luxurioſus non esset, tres luxurioſi fuissetis. À PARTE PATRIS, GLYCON SYRICON dixit.

AGROTAS Massilienſis longe liuidiorem sententiam dixit, quàm cæteri Græci declamatores, qui in hac controuersia tanquam riuales rogati sunt. Docebat autem Agrita pars inculta, & scires illum inter Græcos non fuisse sententijs fortibus, aut scires illum inter Romanos fuisse. Sententia quæ laudatur hæc fuit,

DAMOS CAMBRVS,

DIOCLES CARYSTIVS, HERMAGORAS rara sententia dicebat, sed arguta, & quæ auditorem diligentem penitus afficeret, securum & negligentem transcurreret. In hac controuersia dixit,

BARBARVS dixit uulgarem sensum satis uulgariter

elegantius hoc composuit HISPO ROMANVS. Placet uobis frugalitas mea, quod patrimonium

patrimonium seruo, quod acquisiui, duxi uxorem mature, semper dilexi, quod ad omnem me tutum fabulam præstiti. Illud affirmo, nihil tota uita frugalius feci. Rem ab omnibus dictam celeberrime SYRIACVS VALLIVS dixit, Fili quando uis desinamus.

CONTROVERSIA DECIMASEXTA.

QVidam cum haberet formosam uxorem peregre profectus est, in uicinam mulieris peregrinus mercator commigrauit, illam appellauit de stupro, adiecit preces, negauit illa: decessit mercator, testamento hæredem omnibus bonis reliquit formosam, & adiecit elogion, pudicam repperi: adit hæreditatem, redit maritus, accusat adulterij ex suspicione. PORTII LATRONIS. Quanquam eò prolapsi iam mores sunt, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus uideri possit, tamen ego adeò longe ab eo uitio semper fui, ut etiam timeam, ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat, quod tam seram querelam detuli. Non accuso adulteram nisi diuitem factam, ex ea domo ream protraho, in qua iam nihil meum est: cum ego tamdiu peregrinatus sim, nullum periculum terra mariq; fugerim, plus ista intra unam uicinam, quàm ego toto mari, quæsiuit. Post tantos impudicitiæ quæstus, si tacere possim, confitendum habeo, hac me causa fugisse, ut in accessione patrimonij peregrinando cum uxore certarem. Illud iudices mihi tormentum est, quod notata iudicio uero, ut multiplicatam dotem perdat, plus tamẽ ex quæstu habet, plus habitura est, quàm quantum damnatæ perdendum est. Tantum in istam diues amator effudit, ut post pœnam quoq; expediat fuisse adulteram. Quæ præceperim uxori proficiscens scio, cætera quemadmodum adolescens, formosus, diues, ignotus, in uicinia formosæ, & in absentia uiri nimium liberæ mulieris commigrauerit, quemadmodum assidua societate quotidianæ per diem noctemq; libidinis exhaustis uiribus perierit, interrogate rumorem uos. Intelligo iudices quid officij mei fuerit. Poteram ego saluo pudore meo nihil de hæreditate suspicari, in qua etiamnum autor ab uxore dictus sum. Veni nihil aliud quàm ut fortunam meam querar, nam causam melius uos nostis. Tempus est iudices de uxore & marito credi, mulierem tam formosam amari potuisse. Pudica forte sic amari, ne sollicitaretur, potuit. Neq; est quod dicat, in meo istud arbitrio positum: Erratis uos iudices, si non maritus ad sollicitandam matronam putatis irritamentum, spem corrumpendi quamuis facilem, quamuis amabilem sensum. Si tantum in formosa sperari potest, quantum placere potest, omnes formosæ in se uniuersos populos conuerterent matronæ, qua esse aduersus sollicitantes lasciuia solet. Prodeat intantum ornata, quantum ne immunda quidem sit: habeat comites eius ætatis, qui impudicos, si nihil aliud, uerecundia annorum remouent: ferat iacentes in terram oculos, aduersus officiosum salutatorem inhumana potius quàm inuerecũda sit, etiam in necessariam resalutandi uicem multo rubore confusa, sic se inuerecundiam pignori: longe ante impudicitiam neget in ore, quàm uerbo: in hac seruãdę integritatis custodia nulla libido irrumpet. Prodite mihi fronte in omne lenocinium cõposita, paulò obscœnius quàm posita ueste nudæ, exquisito in omnes facetias sermone, tantum non ultro blandientes, ut quisquis uiderit non metuat accedere. Deinde miramini, si cum tot argumentis pudicitiam proscripserit, cultu, incessu, sermone, facie, aliquis repertus est, qui incurreret retia adulteræ, se non subduceret internuntiũ, puto illud sollicitari se, arripi & denudari iussit, flagella & uerbera, & omne genus cruciatus poposcit, in plagas deterrimi mancipij uix imbecillitatem muliebris manus continuit. Quoties quod non una peregrinaretur questa est, nemo sic negantem iterum rogat. Cum quo questa est? apud quem indignata est. Abunde in argumentum pudicitiæ profuturum putas, si stuprum tantum negaueris, quod plerunq; etiam impudicissima spe uberioris præmij de industria simulat. Quando de iniuria tua uiro scripsisti, & ne in occasionem similis iniuriæ solitudo tua pateret, maturiorem reditum rogasti, & quanto decentius contumeliam penetralium meorum uxoris epistola quàm testamento sollicitatoris cognoscerem. Miserrimus omnis seculi maritus, si cõtentus absentia mea etiam nunc iniuriã meam nescirem, si quod fecerat tacere uoluisset. Toties sollicitantẽ in istam faciem qua placere poteras, conuertisti. Non omne ornamentum, ueluti causam talis iniuriæ execrata

Universidad de Deusto
Biblioteca

crata es, quod proximum est à promittente rogata stuprum tacet. Inspicite adulteri cen sum ex eo impune, si quod adulteris edidit, si est aliquid quod non erit. Quid sigillatim omnia percenseo, quicquid ego non emi in mundo tibi miser, ut maritus cū omni cen su meo inter munera adulteri maneo. Sola mihi hęres esto. Quid ita habes, inquit, scri pſit causas: quam cum semel appellassem, cum iterum, tum tertio appellassem non cor rupi. O nos nimium felices, & aureo (quod aiunt) seculo natos. Sic etiam qui impudi cas quærunt, pudicas honorant. Omnium bonorum meorum, omnis pecuniæ meæ sola hæres esto, quia corrumpi non potuit, quia tot sollicitationibus expugnari nō po tuit, quia tam fideliter pudicitiam custodiuit. Tace paulisper nomen autoris, nunquid non testamento uiri creditis? nullam esse in uxore suspicatur infamiam inter mutuum eius amorem, aut certe ita creditum, iam moriturus tabellas occupare, si uultis cum mu neribus meis imponere, elogium ex testamento adulteri petendū est. Sola hæres esto, quamuis aliena, quamuis ignota, tantū, quia pudica, quia incorrupta est. Quid isti tam censorio adultero non mater est? non soror? non propinqua? aut nulla earum pudica est? Idcirco scilicet cum tantis diuitijs peregrinas urbes in honorem pudicitiæ incogni tæ perambulabat? Illic ubi natus est, nulla pudica erat? at illic ubi negociatus? quin illa non prostituta erat, uacuo testamento pudica hæres per errorem quæsita est. Ego adul teram arguo, quam in matrimonium recepi, qui cōmuneis ex illa liberos precatus sum qui pudicam mihi libentissimè crederem. Adeò ne iam omnis patientia seculi nostri abijt, ut aduersus querimoniam uiri uxor alieno teste defendatur? At Hercules aduer sus externorum quidem opiniones speciosissimū patrocinium erat, ego uiro placeo. At ego si hunc morē inscribendi recipitis, in conspectu uestro ita scribam. Vxor mea hæres esto, quod peregrinante me adamata est, quod hæres ab adolescente alieno ac li bidinoso relicta est, quod tam infamem hæreditatem adijt: à duobus uos testamentis in consilium mitto, utrum secuturi estis quod ab adultero absoluitur, an quod damna tur à uiro? Magnus pudicitiæ fructus est, pudicam credi, & aduersus omnes illecebras atq; omnia delinimenta mulicbris ingenij, est ueluti solum ac firmamētum, in nullam incidisse fabulam, nouos fortasse, non in omnium æstimationem occurrere, & horren da multa deinde ac uaria daturus experimenta, fœmina quæ damnum pudicitiæ qui uis est, atq; curandus est esse ac uideri pudicam.

Libri tertij controuersiarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER QVARTVS.

INSTATIS mihi quotidie de Albutio, non ultra uos differam, quam uis non audieram frequenter, cum per totum annum quinquies se xiesue populo diceret, ad secretas exercitationes nō multi irrumpe rent, quos tamen gratiæ suæ pœnitebat, alius erat cum turbæ se cō mittebat, alius cū paucitate contentus erat. Incipiebat enim sedens, & si quando illum produxerat calor, exurgere audebat, ulla intem pestiua in declamationibus eius philosophia sine modo tunc, et sine fine euagabatur, raro totam controuersiam implebat, non posses dicere diuisionē esse, non posses declamationem, tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuisio ni multum supererat. Cum populo diceret, omnes uires suas aduocabat, & ideò non desinebat. Sæpe declamante illo ter buccinauit, dum cupit in omni controuersia dice re, non quicquid debet dici, sed quicquid potest. Argumentabat molestę magis quàm subtiliter. Argumenta enim argumentis colligebat, & quasi nihil esset satis firmum, o mnes probationes probationibus alijs confirmabat. Erat & illud in argumentatione uitium, quod quæstionem non tanquam partem controuersiæ, sed tanquam contro uersiam implebat, suam executionē. Quid igitur per numeros suos implenda non est? Est quidē, sed tanc̄ accessio, nō tanc̄ summa. Nullū habile membrū est si corpori par est. Splēdor orationis quantus nescio an in ullo alio fuerit. Non thesis magna sed phra sis. Dicebat enim citato & effuso cursu, sed præparato. Extemporalis illi facultas, ut af firmabant qui propius norant, non deerat, sed putabat ipse sibi deesse. Sententię, quas optime

optime Pollio Asinius albas uocabat, simplices, apertæ, nihil occultum, nihil insperatum afferentes, sed uocales & splendidæ, Affectus efficaciter mouit, figurabat egregie, præparabat suspiciose. Nihil est tam inimicum quàm manifesta præparatio. Apparet enim subesse, nescio quid mali. Ideoq; moderatio est adhibēda, ut illa sit præparatio nō cōfessio. Locū beate implebat. Non posses de inopia sermonis latini queri, cum illum audires, tantum orationis cultæ fluebat. Nunquam se torsit quomodo diceret. Sufficie bat enim illi inquantū uoluerat explicandi uis: itaq; ipse dicere solebat, cū uellet ostendere non hæsitare se in selectione uerborum, cum res animum occupauere, uerba ambiunt. Inæqualitatem in illo mirari libebat, splendidissimus erat. Idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum & puleium & laternas, phlerotem, spongias, nihil putabat esse quod dici in declamatione non posset. Erat autem illa causa, timebat ne scholasticus uideretur, dum alterum uitium euitabat, incidebat in alterum, nec uidebat nimium orationis splendorem, his admixtis sordibus non defendi, sed inquinari, & hoc æque omnium est, ut uitia sua excusare malint quàm effugere. ALBVTIVS enim non quomodo non esset scholasticus quærebat, sed quomodo uideretur. Nihil detrahebat ex superuacuo strepitu, hæc sordida uerba ad patrocinīū aliorum afferebat: hoc illi accidit inconstantia iudicij, quem proxime dicentem cōmode audierat, imitari uolebat. Memini omnibus illum rebus omissis apud Fabianum philosophum tanto iuniorem quàm ipse erat cū condiscipulis sedere. Memini admiratione Hermagoræ stupentem ad imitationem eius ardescere: nulla fiducia ingenij sui, & ideo assidua mutatio. Itaque dū genera dicendi transfert, & modo exilis esse uult, nudisq; rebus hærere, modo horridus & ualens potius quàm cultus, modo breuis & concinnus, modo nimis se deprimit, ingenio suo illusit, & longe deterius senex dixit. ætas ei non proderat, dum semper studium eius esset nouum. Idiotismus est inter oratorias uirtutes, res quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione quadam, hac uirtute uarie usus est. Sæpe illi bene cessit, sæpe decidit: nec tamen mirum est, si difficulter apprehenditur uitio tam uicina uirtus. Hoc nemo præstitit unquam Gallione nostro decentius. Iam adolescentulus cum declamaret apte & conuenienter & decenter hoc genere utebatur. Raro Albutio rēspondebat fortuna, semper opinio, quamuis pœnituisset, audire libebat. Tristis sollicitus declamator, et qui de dictione sua timeret etiam cum dixisset. Vsq; eo nullum tempus securum erat, hæc illum sollicitudo fugauit è foro, & tantum unius figuræ crudelis euentus. Nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iurisiurandi conditio aliquando facta ab aduersario, induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina irrogaret. Et placet, inquit, tibi rem iureiurando transigi? iura, sed ego iusiurandum dabo. Iura per patris cineres qui inconditi sunt. Iura per patris memoriam, & executus est locum, quo perfecto surrexit. LV. ARVNTIVS ex diuerso ait, Accipimus conditionem, iurauit. Clamabat Albutius, non detuli conditionem, schema dixi. Aruntius instabat, centumuiri rebus iam ultimis, separabant. Albutius clamabat, Ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat, tollantur, poterimus sine illis uiuere. Summa rei hæc fuit, Centumuiri dixerunt dare ipsos secundum aduersarium Albutij si iuraret ille. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit, nunquam enim amplius in foro dixit, homo summæ probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret. Et solebat dicere, quid habeo quare in foro dicam quum plures me domi audiant, quàm quenquam in foro? Cum uolo dico, quamdiu uolo, & quamuis non fateretur, delectabat illum in declamationibus quod schemata sine periculo dicebantur: nec tamen in scholis effugere contumelias poterat Cæstij mordacissimi hominis, cum in quadam controuersia dixisset Albutius, quare calix si cecidit, frangitur, spongia si cecidit non frangitur, aiebat Cæstius, Ite ad illum cras, declamabit uobis, quare turdi uolent, cucurbitæ non uolent. Cum dixisset Albutius in illo, qui fratrem parricidij damnatum exarmata naue dimisit, imposuit fratrem in culeum ligneum, Cæstius eandem dicturus sic exposuit controuersiam. Quidam fratrem domi à patre damnatum nouerca accusante cum accepisset ad supplicium, imposuit in culeum ligneum, ut peruenirent, nescio quò ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rarum: ingens risus omnium, sed nec ipsi bene cessit declamatio. Pauceas enim res bonas dixit, sed cum à scholasticis non laudaretur, nemo, inquit, imponet hos in culeum ligneum, ut perueniant nescio quò terrarum ubi calices franguntur, spongiæ non frangutur. Video quid uelitis, sententias potius audire quàm iocos. Audite sententias in hac ipsa controuersia dictas.

Controuersia. 17

MOrtua quidam uxore ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adolescentibus domi parricidij damnatum tradidit fratri puniendum, ille exarmato nauigio imposuit, delatus adolescens ad piratas, archipirata factus est: postea pater peregre profectus, captus est ab eo, & remissus in patriam, abdicat illum. ALBVTII SYLLI. De fratre nec iudicare audeo nec loqui. Vno nomine gratias ago, & gratulor, quòd patrem seruare potui. Mori iussus, tanta tempestate cõfusus, neq; æstimare quicquam, neq; dispicere potui. Plura timui crimina pater fortuna torquẽte, quàm quę uideris ipse nosse. Nec satis memini, solutum mihi fratrem tradideris an alligatum, nescio quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit: nec satis meminerã tale ministerium an pœnam esse uoluisses, uindictam an parricidium. Insui fratrem culeo iubes, non possum pater. Non ignoscis, an non credis? ego cõtendo nec te quidem posse. Si quis tibi dixisset tyrãnus, ueni, tuis manibus filium insue, in hoc opere potes oculis tuis, potes manibus uti? potes audire inclusi filij gemitum? Si potes, timeo ne innocentem damnaueris. Si non potes, quid frater in fratrem posset? patrem testem dedit. Quid accusas, quod impunitatem fratri dederim? in quo facto consiliũ meum uictum sit, à me frater ut uiueret, non impetrauit, ut fugeret non impetrauit. Nihil aliud impetrauit quàm ut aliter, quàm in culeo moreretur. Causam malam habeo, ut inter fratres. Vbi spes? in gubernaculo nulla est, in remigio non est. Hæc est in comite? nemo repertus est naufragij comes, in uelo? in arte? omnia penè instrumenta circuncisa sunt. Adminiculũ in spe nullum est, patri sum excusandus? at fratri, de filio tuo hoc respondeo, quamdiu in patrio solo morari licet, tuus est proiectus in mare, quicquid post exilium & naufragium uel facit uel patitur, ab omni fœdere uitæ communis abstractus, pœnarum eius pars non est, nequitiæ opus est, sed alijs quærentibus, teipsum testem dabo, non esse piratam. Ego illi terræ, ego lucis conspectum, ego etiam mortis humanæ facultatem abstuli. Fortuna ipsa, quæ emiserit, eius est, nihil tamen illi præter mare relinquitur. Moriendum est mihi, pater iussit, neq; ego te deprecor, ne moriãr, nec tibi licet non facere quod iussus es. Inter patrem iratum & fratrem moriturum, arbitrium pietati tuæ necessarium suscipe. Sanguinem meum patri refer, culeum mihi remitte, uolo mori, sed pura manu tua, hoc tuæ pietatis munus ad inferos perferã, licuisse mihi per fratrem aliter quàm parricidæ mori. ASINII POLLIONIS. Aequas mihi præbete aures, dabo uobis etiam damnatum absoluendum. Viuit, inquit, frater, non credo: seruauit, inquit, me, fecisti ut crederem. Hæc est summa rerum gestarum. In ea domo, in qua facile parricidium creditum est, ego fratrem occidere non potui, frater patrem. Quid mihi cum ista tabula? semel mori uolo. Q. HATTERII. Emicabant densis undique nubibus fulmina, & terribili fragore horridæ tempestates absconderant diem, imbres undiq; & omnia procellis sæuientia. Expectat, inquit, parricidam mare, intumuerat subitis tempestatibus mare, iustis quoq; nauigijs horrendum, fateor fateor dixi, fratrem tibi, si innocens est, fortuna commendo, fragmentum infelix, etiam nauigaturis omen, quod si quis gubernator uidisset, uitam suum abstulisset naufragijs è littore emittitur. MARCELLI ESERNINI. Habes, inquam, frater si innocens es nauigium, si nocens culeum: non feci parricidium, & quàm facillime erramus homines, factum putaui, deliberabam an parentarem patri. Fratrem, inquit. TVRRINVS in domo parricidium facies inuenire, etiam locum à naufragis nauigium. ARGENTARII. Quod iusseras factum est, perijt frater. Viuit, inquit, & me dimisit, bono argumento probatur uiuere. Vtrasq; ad cœlum manus sustulit. Si nihil unquam impie cogitaui, patrem meum etiam damnatus diligo. Dij immortales rerum iudices adeste, si aliter sentiret, infelicia sibi imprecatus est maria, sic nauem suam rexit. BLANDI. Latebat in littore nauigium, quod etiam integrum infeliciter uexerat. Credam parricidam, si tibi

si tibi proficiscenti nauigium suum reddidit. Subito mihi ferrum non sentienti cum animo pariter excidit, torpent manus, & nescio qua perturbatione tenebræ stupentibus offunduntur oculis. Intellexi quàm difficile esset parricidiũ facere, etiã quod impe raret pater. Ita mihi quæ sola miseros in domo nostra respicis fortuna succurras, ita mihi contingat aut honeste dicere, aut mori, ita ex domo nostra ego sim ultimus reus, ut ille iurabat, meliorem se nouercam habuisse quàm fratrem. CORNELII HISPANI. Fateor uolui occidere, sed tunc intellexi quàm difficile esset parricidium. Ego, inquit, occidere patrem nolui, ne nunc quidem possum. Pater noster nauigauit sereno die, tranquillo mari, auspicato itinere, integra naui. Quid hoc est? nauigauit damnatus felicius quàm qui damnauerat. Vade, inquit, patrem te habere mihi non licuit, habebo patronum, reuertere. Magnum pietatis argumentum, filio charus pater, etiam post supplicium. Vtrum uobis uidetur innocentiam apud piratas didicisse, an me apud piratas quidem perdidisse? ARELLII FVSCI PATRIS. Potuit patrẽ occidere, & quem testem timebat abdicatus à patre? Quò me conferam? in mare? non possum, iratos habeo piratas. Cum traditus est mihi frater, imperatumq; ut sumerem supplicium, si qua est fides, tentari me putaui, an possem parricidium facere. PORTII LATRONIS. Perieras pater, nisi in parricidam incidisses. TRIARII. In naufragio nauigabat, parum est quod non occidit patrem, imò etiam integra naue dimisit patrem resolutis compagibus, infelix omen nauigationis. Insue me culeo, certè sentiam maria, non ea uidebo. Scissa quoq; uela fecerant sinus, & armatas classes naufraga præcesserat ratis, scires nauigare qui seruaturus esset patrem, etiam pirata dicitur, interim falso crimine male audit. CAESTII PII. Erat nauigium, imò fuerat, sed adhuc crudelis & pertinax nouerca, post omnia deuicta nihilominus sæuit, maria iam quiescunt, prædones iam miserentur, irati iam parcunt. Ibamus præter sepulchrum matris, ille mortem timens, ego scelus: expecta, Vide an fortuna nobis obijciat scelus. Iacebat nauigium peruetus, & attritum salo, uix unius capax animæ. Veni ad uos, uictoriam pulchram petiturus, ut probem me parricidam. Non occidisti, inquit, fratrem nouerca, audiui iucundissimam uocem, fateor me parricidam, occidi fratrem, tutus sum pater, si hoc probetur: imposui in exarmatam nauem: non est occidere? Nouercæ quidem nunquam satis priuignus occiditur. Multas rerum natura mortis uias aperuit, & multis itineribus fata decurrunt, & hæc est conditio miserrima humani generis, quod nascimur uno modo, multis morimur: laqueus, gladius, præceps locus, uenenum, naufragium, millæ aliæ mortes insidiantur huic miserrimæ animæ, & hoc occidere uocatur, sed diutius. Si quis nunc stat in turba, & hoc dicit, huic quisquam parcat qui fratrem suum occidit, & occidisse se probat? Componis in domo par, ut alter scelere sit parricida, alter ministerio. Impositus est in nauem frater, qualem nauem? scitis, nihil esse periculosius, quàm etiam instructa nauigia, parua materia seiungit fato. Quid si uero non rudentibus committitur illa anima, non uelis, non gubernaculo defenditur, exarmata nauis, & utroq; patens latere. Imponitur miser in naufragium, nauigio per se pessum ituro, pondus insuitur. Ecce nauem diuinitas armat, subito uisa sunt uela, subito nauis cœpit & regere se & attollere. Magnum est præsidiũ in periculis innocentia. Sæuum mare inuoluitur, procellæ spumante impetu latera nauigij urgent, pulsatur undiq; nauis periculis, innocentia tamen tuta est. O maria iustiora iudicijs. O mitiores procellæ patre, quàm effecistis animam. Nec hoc tantum diuinitus gestum est, quod peruenit tutus in portum, excipitur classe prædonum. Habeat pater mentem nauigandi, capietur iudex, ut illum pœniteat sententiæ suæ. Damnare me nouerca parricidij potui, parricidam facere nec damnãdo quidem potuit. Cognosce innocentiam meam in mari, quàm domi noluisti. Complexu, oculis prosecutus est, sic patrem parricida dimisit. IVNII GALLIONIS. Multa non agnosco, frater domi damnatus est, ego in publico: illi obiectum est quod parricidium fecerat, mihi quod non fecerim: ille negabat, mihi nouo patrocinio utendum est, fratrem occidi: in ea domo, in qua parricida damnatur, hęc innocentia est. Video uos inuitos audire hoc genus defensionis, malo itaq; me uobis innocentẽm probari quàm patri. Fratrem non occidi, non potui fra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trem occidere. Idem timuimus, idem doluimus, idem fleuimus, eundem patrem habui mus, eandem matrem, eandem nouercam: mitioris natura pectoris sum, mollioris ani mi. Non idem omnibus mortalibus natura tribuit ingenium, animus meus durior est, illius clemẽtior: apud piratas quoq; inuenitur, qui non possit occidere, putas me dictu rum ne alius occideret? Si mater nostra uiueret, puto illi tradidisset. Quod proximum fuit, mihi tradidit. Vtrum uobis uidetur per manus patris punire filiũ uoluisse, an ablegare priuignum? pudet me patrocinij mei. Timeo ne cum cœpero narrare quid fece rim, dicatis, certè negabis te posse hominem occidere. MVSAE. Traditus est frater puniendus mihi potissimum, quo istud proposito pater feceris, apud plerosq; disputationem habet. Ego, si quid mitius illo tempore uoluit fieri, nõ intellexi. Imposui multum recusantem, & insui culeo postulantem. Obijcis mihi molliorem animũ, alius mitior est plus quàm debet, alius seuerior est quàm necesse est, medijs alius affectibus inter utrunq; positus, totus in sua potestate est. Quidam & accusare & damnare possunt & occidere, quidam tam mites sunt, ut non possint in caput ne testimonium quidem dice re. Non possum hominem occidere, hoc uitium & apud piratas inuenitur. Alij uiuere sine reipublicæ administratione non possunt, alijs in priuato latere, & extra omnẽ inuidiam secessisse præcipua tranquillitas est, alijs non potest persuaderi, ut matrimonio obligentur, alijs ut careant. Sunt qui castra timeãt, sunt qui cicatricibus suis gaudeant. In tanta morum uarietate uidete quantulum sit quod excusem, non ambitioni, non in ertiæ uenià pero, misericors sum, non possum occidere hominem. Gratulare pater naturæ meæ, Nunquam eiusmodi filijs parricidium faciet. Hoc uitiũ à te traxisse uideor. An non putas misericordem, qui quem damnauit, fratri puniendum dedit? Centurio Luculli Mithridatem non potuit occidere, dextera simul ac mente languit, proh bone Iupiter Mithridatem quàm nõ dubiũ parricidam. POMPEII SILONIS. Gaude pater, neuter filius tuus parricidiũ fecit, dimissi in portum naufragũ. Vis pater scire, accusator nocentior sit an reus? Conijce in alteram nauem nouercã, illa faciat uotum, precetur, si neminem innocentẽ accusauit, si priuignũ immerentem non oppressit, in eos piratas incidat, qui nesciãt captos dimittere. ALTERA PARS MVSAE. Parricida meus in mari regnat. SEPVLLII BASSI. Nega tu parricidam fuisse, quem scis esse piratam. CAI SABINI. Facinus indignum, parricida damnatus post pœnam potuit dicere patri suo, morere. DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit. An licuit illi quod iubebat pater facere. Non licet, inquit, fratrem necare, ille damnatus erat, non enim iudicio publico ceciderat, ignosce si diligentior sum, cum uideam hominem tam facile damnari. Timeo ne quis me parricidij postulet, facile est, si dicenda sit domi causa, etiam nocens absolutionem sperare potero, in foro quid respondebo: Occidi fratrem parricidã, me quoq; uocant, quod non affui reo, si licuit an debuerit. Nocens est iste, sed mihi frater est, naturæ iura sacra sunt. Quid de me iudicaturus est si fecero? puto difficulter postea in me parricidium credes. Etiam si debuit parere patri, an ignoscendum sit illi, si non potuit. Fatebor, inquit, quod forte offensurũ est aures, patri parere uolui, fratrem occidere non potui. Obortæ sunt subito tenebræ, diriguit animus, sublapsum est intercepto spiritu corpus, non possum fratrem occidere. Pone hoc loco piratam, non poterat. Quidam occidere hominem tantum non possunt. Quorundã aduersus hostes deficit manus. Fratris quoq; beneficium non est tam magnum pater, quàm magnum putas. Non ille te noluit occidere, sed non potuit. Nouissimas illas partes fecit, quamuis non occiderit, si tamen potuit damnatũ, an abdicari debeat. Dicet enim pater, si non poteras, negasses: & misisses ad me, non posse te. Hoc loco Latro dixit rem ualde laudatam, dixisses, inquit, te nõ posse, Ita me nesciebas, putasti me posse occidere? Quid ergo sic loquebaris? iam unum parricidij condemnasses: deinde an puniuerit fratrem. Hęc descriptio supplicij, quod dixit grauius etiam culeo fuisse, & adiecit hoc die illum pœnas dare inter barbaros inclusum, per quos necesse est illis patre populari capere, sed ne per illos quidẽ necesse est parricidiũ facere. Hac diuisione usi sunt, quibus placuit & illius causam defendere, inter quos & Geminus Varius fuit, qui aiebat adolescentẽ optimam causam habere, si non occidit fratrem, etiam nocentẽ, meliorem tamen si non occidit innocentẽ,

Partitam

Partitam autem materiam fecit erga has quæstiones Geminus, & quibus idem placuit. An abdicari non debuit, etiam si nocentem fratrem non occidit: hic dicit, non licuit, non debui, non potui, An innocentem non occiderit. Bellam rem Geminus hoc loco dixit, cum cœpisset per omneis numeros fratrem tanquam reum defendere. Dicet, inquit, aliquis, tam sero defendis. Non potui citius. Hodie primum res in forum delata est. Nouissime, an etiam nocentem satis punierit. De colore inter maximos & oratores & declamatores disputatum est, utrum ne aliquid deberet dici in nouercam, an non P. ASPRENAS ET ALBVTIVS, & præter oratores magna horum rhetorum manus in hanc partem transiuerant, & qui in nouercam inueherentur fuerunt, & illi qui non quidem palàm dicerent, sed per suspiciones & figuras: quas rem non probabat PASSIENVS, & aiebat, minus uerecundum esse, aut tollerabile infamare nouercam quàm accusare. Quidam principia tantum habuerunt in sua potestate, deinde ablati sunt impetu. Excusatius est autem in malum colorem incidere quàm transire. LATRO illum introduxit colorem rectum in narratione, quo per totam actionem usus est, non potuit occidere. Et cum descripsisset ingenti spiritu titubantem, & interrogatione fratris occidendi concidentem dixit, Nouerca aliud quære in priuignum tuum crimen, hic parricidium non potest facere. CAESTIVS colore alio usus est. Transibamus, inquit, secundum matris sepulchrum, inuocare cœpit manes eius, motus sum. Et puerili sensu colorem transcurrit, quid facerem, inquit, occidere pater iubebat, mater uetabat: & eum colorem dixit, hæc mecum cogitaui, non est imperatum ut manu occiderem, non ut laqueo, non ut mari, eligere supplicij genus liberum est. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus. Tentari me à patre putaui, uno, inquit, supplicio alterum filium punirí, alterum experiri uult. ALBVTIVS in argumentis plura posuit, & omnes ferè colores contrectauit. In narratione hoc colore usus est, & dixit, hoc unum mihi præsta beneficium, sine me tanquam parricidam mori. ARGENTARIVS, Non tanquam frater essem, sed huius consilij inuentor dixit, Cogitaui quid facerem. Tandem inueni quomodo parricidium uindicarem sine parricidio. PASSIENVS hoc colore usus est. Non putaui patrem utiq; uelle occidi filium. Videbatur mihi omnia misericordiæ adiumenta præparasse, quod domi cognouerat, quod inter suos. Fratri, inquam, tradidit, age si parcere noluisset, cui tradidisset. POLLIO ASINIVS dixit in nouercam, itaque illo colore usus est. Cogitaui mecum quid liceret, quid oporteret: si tantum inquam nefas commissum est, nullæ meæ partes sunt ad expiandum scelus. Triumuiris opus est, comitio, carnifice. Tanti sceleris, non magis priuatum potest esse supplicium quàm iudicium. MARCELLVS dixit ita, Si iste parricidium fecit, ideo & ego faciam: & illam quam supra sententiam retuli, habes, inquam, frater. VARIVS GEMINVS & ipse dixit, Nolui occidere, egregie, inquam nouerca inter priuignos diuisit odium, aliter alium aggressa est, alteri parricidiũ obijcit, alteri mandat: & hac illum figura defendit in narratione. Interrogaui fratrem, apud quem prætorem causam dixisti? apud nullũ, inquit. Quis accusator fuit? nemo, Quis testis? imò qui testes? Vni enim etiam de minore scelere non creditur. Nemo, inquit. Quis de te pronunciauit? nemo. Quid pater inquit? Ego si reus fuissem, ad te nõ misissem. SEPVLLIVS BASSVS hoc colore usus est. Non habui parricidæ instrumenta, non culeum, non serpentes, parricidã tamen in maria proieci. VIPSANVS duro colore usus est. Hoc, inquit, supplicium tanquam grauius elegi, quid iste, inquam, insuetur, & statim omnem sensum supplicij effugiet? imò sollicitus pendeat, & quod ne insuti quidem parricidæ patiuntur, ipse pœnã suam spectet: nihil speret, timeat omnia, peius debet quàm cæteri parricidæ mori, à patre damnatus est. Et hoc colore per totam declamationem usus est ut diceret, hoc se tanquã grauius elegisse. Displicebat color hic prudentibus. Quam enim spem habuit absolutionis, si nec paruit, nec pepercit? HATERIVS hoc colore usus est. Diu mecum disputaui, parricida est, quem nõ testis probauit? non iudex coarguit? quid ergo? innocens quem condemnat pater? Inueni æque pœnam simillimã reo, mersam, non tamen ex toto perditam ratem, quæ uel punire fratrẽ possit, uel absoluere. TRIARIVS & ipse quasi sententiam de fratre ferre noluisset, egit & dixit. Tandem ad cœlũ manibus leuatis, quicquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

est inquam quod terris imperat, quod regnat profundo, quicquid est quod ex sublimi res spectat humanas inuoco, damnatus alto cõmittitur, Dij iudicate post patrem. Hæc sententia dicebatur ex græco translata, sed Græca corruptior est.

A parte patris, quod ab archipirata dimissus est sic. CAESTIVS. Pœnam, inquit, putauit mihi hanc esse morte grauiorem, & sic posuit in narratione, Rogabam ut occideret, non impetraui. VARIVS GEMINVS ait, In hoc me dimisit, non quia uolebat saluum esse, sed ad patrocinium suum, ut quia non nunc occiderat, uideretur nec ante uoluisse. LATRO dixit, Quis porro uno me miserior est, qui uitam parricidæ debeo. DIOCLES CARYSTIVS elegantem sensum in procemio posuit pro adolescente, cum diceret causas se abdicationis non inuenire, luxuriæ se occasionem non habuisse, parricidium sibi non obijci, & contra reos se minime laborare, fortasse, inquit, quæritur, quod captum non redemerit, adiecit.

Et cum tractaret in ultima parte, debere patrem nosse uitia liberorum, & ferre utiq; in unico, adiecit,

ARTEMON in descriptione tempestatis laudatus est, & belle accessit ad eam.

Et cum de ipso nauigio diceret, pulchre cœpit.

Et ultimam descriptionis suæ sententiam proposuit,

Et ad partem narrationis eleganter transit,

GLYCON dixit.

Soleo dicere uobis Cæstium latinorum uerborũ inopia hominem græcum laborasse, sensibus abundasse. Item quoties aliquid describere ausus est, toties substitit, utiq; cum se ad imitationem magni alicuius ingenij direxerat, sicut in hac cõtrouersia fecit. Nam in narratione, cum fratrem traditũ sibi describeret, placuit sibi in hac explicatione una & infelici. Nox erat concubia, & omnia iudices canentia syderibus muta erant. MONTANVS IVLIVS qui comis fuit, quiq; egregius poëta, aiebat illũ imitari uoluisse Vergilij descriptionem. Nox erat & terras animalia fessa per omnes, Alituũ pecudumq; genus sopor altus habebat. At Vergilij imitationẽ bene cessisse, qui illos optimos uersus Varronis expressisset in melius.

Desierant latrare canes, urbesq; silebant. Omnia noctis erant placida cõposta quiete. Solebat Ouidius de his uersibus dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi uersus ultima pars abscideretur, & sic desineret, omnia noctis erant. Varro quem uoluit sensum optime explicuit. Ouidius in illius uersu suum sensum inuenit, aliud enim interciſus uersus significaturus est, aliud totus significat.

CONTROVERSIA DECIMAOCTAVA.

De moribus fit actio.

POpilium parricidij reum Cicero defendit, absolutus est, proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit, accusatur de moribus. BASSI SEPVLLII. Si accusasset Cicero Popilium, uiueret. Occidit Ciceronem Popilius. Puto iam creditis occisum ab isto patrem, ut uno ictu pereat, tantum dabo pro Cicerone, si liceat pacisci. GABII SABINI. Quod unum potuimus, effecimus, ut ueniret tempus, quo Popilius Ciceronem desideraret. Popili potes, inquit, Ciceronem occidere, potes uel patrem. PORTII LATRONIS. Prorsus occisurus Ciceronem debebat incipere à patre. Antonius, inquit, iusserit. Non pudet te Popili? Imperator te tuus credidit posse parricidium facere. Abscidit caput, amputauit manum, effecit ut minimum in illo esset crimen, quod Ciceronem occidit. Facinus indignum, felicissime licet cedat actio, id solum efficiemus, ut qui occidit Ciceronem tantum erubescat. Proh dij boni occisum Ciceronẽ, & caput eius humerotenus recisum. ALBVTII SILII. Cæde ceruices tanti uiri, & humerotenus recisum amputa caput. I nunc, & nega te parricidam, Hoc unum tantum feliciter fecisti, quod ante occidis patrem quàm Ciceronẽ. Facilius Cicero pro parricida iudices mouit, quàm pro se clientem. Ad uos hoc patroni exemplum pertinet. Nullos magis odit Popilius, quàm quibus plurimum debet. Vbicunq; estis iudices, qui in istum reum sederatis, ecquid pentet absoluisse? ARGENTARIVS. Impius est, ingratus est, audeo dicere parricida.

Senſit qui defenderat. Respice forum, hic sub Cicerone sedisti, respice rostra, hic supra Ciceronem stetisti. Quantum eloquentia tua Cicero potuit? Popilius de moribus reus est, abscidit ceruices loquentis, hæc est absoluti clientis post longum tempus salutatio. Parce iam quæso Popili. Nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandauit. Duo fecit parricidia, quorũ alterũ audistis, alterum uidistis. CAESTII PII. Si dixero, infamis adolescentia turpis est, infamis puericia turpis est, respondebit, iam ista Cicero defendit. Non pudet Popili, accusator tuus uiuit: quid tam commune, quàm spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Parricida sic etiã tu perisses. FVLVII SPARSI. Non credidisset Popiliũ fecisse Antonius, nisi in mentẽ illi uenisset, illũ et parricidiũ fecisse. Facinus indignũ, à me defenditur Cicero, cũ Popiliũ Cicero defenderit. MENTONIS. Nõ magis quisquã alius occidere Ciceronẽ potuit præter Popiliũ, quàm nemo Popiliũ præter Ciceronẽ defendere, parricidã quẽ uiuus negarit Cicero, occisus ostendit. Fortunã Ciceronis, Antonius illum proscripsit, qui accusatus est, Popilius occidit qui defensus est. Si damnatus esses, carnifex te culeo totũ insuisset. Video quid respondeat. Non credet Antonius occisum Ciceronẽ à Popilio, nisi ei signũ attulerit. TRIARII. Præsta Ciceroni quod propinqui Catilinæ, quod amici Verri præstiterunt. Proscriptum transi. Ne à mortuo quidem manus abstinet, lacerat occisum. Popili hoc parricidiũ tertiũ tuũ est. POMPEII SILONIS. Nunquid magis exonerare te possis, præsta Ciceroni quod Antonius. CORNELII HISPANI. Dic Antonio, ego istud scelus facere possum & patrẽ occidi. Securi erant amici Ciceronis postq; ad illũ Popilius missus est. ARELLII FVSCI PATRIS. Potuisti Ciceronem occidere. At quàm bene persuaderat nobis Cicero, parricidiũ te facere nõ posse. Occidisti tu Ciceronẽ loquentẽ. Nunquid inquit, et aliquis ex tuis uenerat index, an nemo Ciceroni timendus est, qui cũ Popilio ueniret? QVATERII, qui modo Italiæ humeris relatus est, nunc sic à Popilio refertur, proposito in rostris capite Ciceronis: cum unius metu omnia tenerentur, gemitus tamen Popilij liber fuit. IVLII BASSI. Proscriptus, inquit, erat Cicero, pater certe tuus proscriptus non fuit. BLANDI. Dij manes, Popilij senis patris, & inultæ Cicero te persequuntur umbræ, ut quem negasti, parricidam sentias. CAPITONIS. Deduxi ad uos reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum, ingratum, impium, percussorem, bis parricidã, nec tamen timeo, patroni uiderint, ne à Popilio quidẽ nisi post beneficiũ occiditur. Nec damnationem tamen istius despero. Non enim à Cicerone nunc defenditur, timeo ne causæ non satisfaciã. Maior causa est, occisum à Popilio Ciceronẽ queri, quàm fuit aliquando probare nõ occisum patrem. Ciceronem quisquam potuit occidere qui audiuit? Minturnensis palus exulem Marium non hausit. Cimber etiam in carcere uidit imperantem, prætor iter à conspectu exulis flexit. Qui in crepidine uiderat Marium, in sella figurauit. Non possumus de Popilio queri, eodem loco patronũ habuit quo patrem. Pompeius terrarum marisq; domitor Hortensij se clientem libenter confessus est. Hortensius bona Pompeij non Pompeiũ defenderat. Romulus horũ mœnium conditor & sacratus cœlo parens, non tantam urbem fecit, quantam Cicero seruauit. Metellus in Vestæ æde extinxit incẽdium, Cicero Romæ. Glorietur Hannibale Scipio, Pyrro Fabritius, Antiocho alter Scipio, Perse Paulus, Sparthaco Crassus, Sertorio & Mithridate Pompeius, nemo hostis Catilina propius accessit. Fert appensum conto caput, & defluente sanguine hunc ipsum inquinat locum, in quo pro Popilio dixerat. BVTEONIS. Quantæ fuit eloquentiæ? probauit ab eo non occisum patrem, à quo occidi poterat etiam Cicero. MARYLLII. Si inimicus essem patronis optarem ut reus absolueretur. Turpe iudicium, in ea ciuitate Ciceronem non defendi, in qua defendi etiam potuit Popilius. Popilium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis, sed hi quoq; non parricidij reũ à Cicerone defensum, sed in priuato iudicio. Declamatoribus placuit, parricidam reũ fuisse. Sic aũt eum accusant, tanquam defendi non posset, cum adeo possit absolui, ut ne accusari quidẽ potuerit. LATRONI non placebat illum sic accusari quomodo quidam accusauerunt. Obijcio tibi quod occidisti hominem, quod ciuem, quod senatorem, quod consularem, quod Ciceronẽ, quod patronum tuum. Hac enim ratione non aggrauari indignationem, sed fatigari,

Universidad de Deusto
Biblioteca

statim illò ueniendum est ad quod properat auditor. Nam in reliquis adeo bonam causam habet Popilius, ut detracto eo quod patronũ occidit, nihil negocij habiturus sis, & patrocinium eius est ciuilis belli necessitas. Itaq; nolo per illos reum gradus ducere, quos potest tutius euadere. Licuit enim in bello & ciuem & senatorem et consularem occidere, nec in hoc crimen est, quod Ciceronem, sed quod patronum. Naturale est autem ut quod in nullo patrono fieri oportuit, indignius sit factum in Ciceronem patronum. LATRO accusauit illum de moribus, primum quod sic uixisset, ut causam parricidij diceret, deinde quod patronum suum occidisset. Et fecit has quæstiones, an posset eo nomine accusari, quo absolutus est. Si quis, inquit, hodie uolet me parricidij postulare non poterit. Quomodo crimen quod obijci nõ potest, puniri potest? An in bello ciuili acta obijci non possint. Honeste dixit, cum hunc locum tractaret VARIVS GEMINVS. Si illa, inquit, tempora in crimen uocas, dicis nõ de hominis, sed Reipub. moribus. Si potest, quod ciuili bello actũ est, obijci, an hæc obijci debeant. Hanc quæstionem in illa diuisit. An etiam si necesse ei fuit facere, non sit tamen ignoscendum. Ad quædam enim nulla debet necessitas compellere: hoc loco Latro dixit summis clamoribus, ita tu Popili si Antonius iussisset patrem tuũ occideres? Deinde an non fuerit ei necesse: potuisti excusare te, potuisti præmittere aliquem ad Ciceronem, ut sciret & fugeret. Necesse certe non fuit, manum caputq; præcidere mortuo. Colorem pro Popilio LATRO simplicem habuit, manum caputq; necessitate coactum fecisse, & hoc loco illam sententiam dixit, miraris, si eo tempore necesse fuit Popilio occidere, quo Ciceroni mori? ALBVTIVS dixit, in pœnã Ciceronis electũ amicissimũ Ciceronis, quasi exprobraturus per hoc illi suã fortunã esset: molestius, inquit, feret se à Popilio occidi quam occidi. MARCELLVS ESERNINVS eundem colorẽ aliter induxit. Cogitabat, inquit, Antonius secum, quod Ciceroni excogitabo supplicium? Occidi iussero? olim iam aduersus hunc metum emuniuit animũ. Scit mortem, nec immaturam esse consulari, nec miseram sapienti: fiat aliquid noui quod non expectat, quod non timet, non indignabitur ceruicem hosti porrigere, indignabitur clienti. Popilium aliquis uocet, ut sciat quantum illi defensi in Republica profuerint. SYLO POMPEIVS hoc colore usus est, Offendebatur, inquit, proscriptione, & quędam liberius loquebatur, non miror, Ciceronis cliens est, tanto magis occide Ciceronem tuum. Et dixit, non suæ infirmitatis sententiam. Vterq; inquit, sed diuerso genere punitus est. Ciceronis proscriptio fuit, occidi, mea occidere. MARIELLIVS præceptor noster sic narrauit, Iussit, inquit, imperator, iussit uictor, iussit qui proscripsit, ego illi negare quicquam possem, cui nihil negare poterat Respublica? BLANDVS hoc inquit loco, uolo me excusare, dixi, Cicero me defendit: respondit, scio, me accusauit. I ergo, ut sciat plus sibi Antonij accusationem nocuisse, quàm Popilij defensionem profuisse. BVTEO hoc colore, uocetur, inquit, ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Excogitaui quomodo Cicero sua periret manu. CAESTIVS hoc colore, Durissima, inquit, mihi militia in Antonij castris fuit, ob hoc ipsum, quod Ciceronis eram cliens, difficillimæ mihi expeditiones dabantur. Tunc quoq; uocatus sum quasi ad pœnam. I, inquit, occide Ciceronem, nec credam, inquit, nisi attuleris caput, magisq; admiratus est potentiam suam, quod Ciceronem Popilio nõ licebat non occidere. FVSCVS ARELLIVS hoc colore usus est, Antonij se partes secutum, ut si quid posset Ciceroni prodesset, facta proscriptione ad genua se Antonij procidisse, deprecatum se pro Cicerone, offensum Antonium, eo magis dixisse, Occide quem mori nõ uis. Hic color displicebat Passieno, quia ad testem ducit: nam si hoc fecit Popilius, non tantum quod defendat non habet, sed habet quod glorietur. HISPO ROMANVS uehementi colore usus est & duro. Patronum enim Popilio dedit, & dixit aliter se causam acturum Popilij, aliter Antonij: pro Popilio dicturũ, occidere nolui, coactus sum: pro Antonio dicturum, occidi Ciceronem oportuit, & dixit locum, aliter nõ potuisse pacari Rempub. quàm si ille turbator ocij è Repub. sublatus esset. Solus ex declamatoribus in Ciceronem inuectus est. quid ille, inquit, cum Antonium hostem iudicaret, & omnes Antonij milites, nõ intelligebat se & Popilium proscripsisse? Hic color prima facie asperior est, sed ab illo egregie tractatus est. VARIVS quidem minus dixit, Cũ imperasset

imperasset mihi Antonius, passus sum, ne aliquis P. Clodij mitteretur, qui cõtumelijs afficeret, antequam occideret, & uiuum laniaret. ARGENTARIVS dixit, Vocatus ueni, post proscriptionem Antonius terribilior erat factus, etiam suis. Iussus sum Ciceronem occidere, quid facerem? Non parere uno modo poteram, si me occidissem, hoc nec Cicero poterat. A parte accusatoris illo loco, quò Popilius uenit, nemo nõ aliquid noui uoluit dicere. LATRO ait, Præcluserat fores, nemo ad proscriptum recipiebatur. Popilius ut uenit, admissus est. CAESTIVS dixit, Vt renunciatum est Ciceroni, ait, Popilio semper uaco. VISPANVS CORNELIVS fecit etiam quærentem Ciceronem, Popili tam sero. ALBVTIVS dixit, quid est Popili? ecquid tuto lateo? nunquid mutandus est locus inepte ab Idibus? PAVLVS quidem induxit Ciceronem, tum maxime Popilij orationem legentem. Et MVRRHEDIVS non est passus hanc controuersiam tranire, sine aliqua stuporis sui nota. Descripsit enim ferentem manum & caput Ciceronis Popilium, & Popilij manum dedit Popilio, quanto aliter reus Ciceronis tenebas manum eius?

Controuersia decima nona.

TEr abdicatus comprehensus est à patre, in secreta domus parte medicamentum terens, interrogatus, quid esset, dixit, uenenum, & uelle se mori, & effudit, accusatur parricidij. CAESTII PII. Dic quid commisi? certe nec secreta te fallunt, dimittam te, intelligetis cui parauerim, dic quid ante commiserim, nisi forte contentus es reo committere parricidium, parricidæ nihil. ARGENTARII. Volo mori, quia reus fui, quid ergo, reus uiuet? uiuet, quia fordidatus assidebit pater. Reuertar ad uenenum, quando iniqua fortuna nullo me periculo defungi semel passa est. ALBVTII SILII. Quare ergo non moreris? Non iuuat me mori, si quem alium iuuet. Vt interuenit, in alias cogitationes abij. Ergo quisquam tam infelix fuit, ergo quisquam me magis odit, quàm ego miser memet cœpi? VARII GEMINI. Ter inquit, abdicatus es. Videris mihi pater objicere, quod tam diu uiuam, quod pro me loquor. Nolite mirari, tam iracundum est innocentibus mori quàm miseris defendi, CORNELII HISPANI. Scio quosdam periclitanteis illa factare, nunc primum causam dico, hic ergo dicere non possem, iterum reus fui, nec dubito, qui nobis in odium uenerim, cum ipse me oderim. PORTII LATRONIS. Ter causam dixi, accessi ad hęc supplicia mea, uenenum teneo, hoc si tibi satis non est, uiuam. ALTERA PARS ALBVTII SYLLI. Testor deos immortales, hoc me tribus iam cauisse abdicationibus, ne in domo mea uenenum deprehenderẽ. Parricidij reus uiuit, qui abdicatus mori uoluit. In quàm angusto domus meæ fortuna posita est, aut patri pereundum est, aut filio. Quid habes, quare me mori uelis? Viuunt orbi, uiuunt naufragi, uiuunt etiam quibus contigerunt liberi. Ter abdicatus cum se mori uelle dicat, uitam rogat. Teneo parricidium, quod apparet etiam in suam mortem paratissimum. CORNELII Hispani. Nolite mirari, si debitas uires dolori meo non exhibuero, tribus iudicijs experti estis, patres accusare non posse. VIBII RVFI. Cum tantum est quod fateris, quantum est quod negas? Tu uenenum quęsisti, tu uenenum emisti, tu uenenum intulisti in eam domum, in qua habebas inimicũ patrem, recte uitam odisses suam, cui parricidium obiecisses. Vis scire quid peccaueris? indica quis tibi uendiderit, dicetur illi, tu illi uenenum uendebas, tu ter abdicato uendebas, sine dubio sciebas cui daturus erat, ita hoc ego iudicio filij mortẽ moror. Si me cum isto includitis, moriar, ut uobis hanc faciam inuidiam, quam iste mihi facere uoluit. VARII GEMINI. Quæritis filius meus uenenum cui parauerit? uiuit. POMPEII SYLONIS. Mihi, inquit, parui, & hoc est patri parare. Absolutus mori uult, reus uiuit. MVSAE. Habuit malum medicamentum Mithridates. Quis enim alius debebat habere quàm parricida? habuit inquam Demosthenes uenenum & uixit, idem ego tibi pater quod Demostheni Philippus. PORTII LATRONIS. Cum abdicarem, si quid obiecceram, aiebat, nunquid deprehendisti? non tamen habebitis quod multum de eo dubitetis, quod negat parricidium, quod confitetur, uenenum est. Mori, inquit, uolo uiuo patre, & hoc parricidium est. Miser æque timui ne biberet uenenum, quàm ne daret. ARELLII FVSCI PATRIS. Mihi, inquit, parui uenenũ, ne quis dubitet an alium possim

Universidad de Deusto
Biblioteca

possim occidere. IVNII OTHONIS PATRIS. Reus est parricidij, qui maluit mori, quàm patrē uidere. quomodo uultis, magis probem uobis illū mori noluisse? nō uult mori. Mori, inquit, uolui. quare? quia ter uicisti. Si mihi credis, parricidium facere uoluit. Qualis est reus, cuius hoc unum patrocinium est, indignū se uita fuisse? Dico tam inuisum illi patrem fuisse, ut occidere uoluerit. Non puto uos exigere diuisionem, cū coniecturalis sit controuersia, habet tamen dissimilem cæteris coniecturam & duplicem, non quomodo solet, inter duos reos, cum alterum coarguimus, aut inter duo crimina, cū alterū probamus, ut id alterius fiat probatio, tanquam cū dicimus adulteram fuisse, ut credatur etiam propter hoc uenefica. In uno homine coniectura duplex est. Quærimus enim utrum uenenum in suam mortem, an in patris parauerit. Si hic color displicet pro adolescente, quo dixit Latro ut nihil mutaret, sed diceret, Mori uolui tædio abdicationis & infelicitatis assiduæ, cum in hoc tantum sordes ponerem, ut cum maiore tormento positas resumerem, & absoluto mihi uni, non finis esset periculi, sed initium: incipit præter coniecturam, & illa prima uulgaris in eiusmodi controuersijs & pertrita quæstio incurrere, an uenenum habere in mortem suam liceat. ALBVTIVS illo colore pro adolescente dixit, non fuisse uenenum, Cum putarem, inquit, odio esse patri meo, uolui experiri affectū eius, quomodo mentionem mortis meæ ferret. Itaq; palàm & ita ut interueniret pater tenui. FVSCVS ARELLIVS eodem colore usus est, sed aliter: non dixit, experiri patrem uolui, sed ut miserabilem me patri facerem. MVRRHEDIVS pro cætero stupore suo dixit, medicamentum se parasse ad somnum, quia assiduæ sollicitudines, uigiliarum sibi facerent consuetudinem. Vsus colore est, & Publiana sententia dixit, Abdicationes, inquit, suas ueneno diluit. Et iterū, Mortem, inquit, meam effudi. Memini nos cū loqueretur de hoc genere sententiarū, quo iam infecta erant adolescentulorū omniū ingenia, queri de Publio, quasi iam ille hanc iniam introduxisset. CASSIVS SEVERVS summus Publij amator aiebat, non illius hoc uitium esse, sed illorum, qui illū ex parte, qua transire deberent, imitarentur: quæ apud eum melius erant dicta, quàm apud quenq; comicū tragicūq;, aut Romanū, aut Græcum, ut illum uersum, quo aiebat unū uersum inueniri non posse meliorē, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet, Et illud de eadem re dictum, Desunt luxuriæ multa, auaricię omnia, Et illos uersus qui huic quoq; ter abdicato possent conuenire, O uita misero longa, felici breuis, Et plurimos deinceps uersus referebat Publij disertissimos. deinde auctorē uitij, quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponiū Atellanarū scriptorē fuisse, à quo primū ad Laberiū transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad uirtutum studia transtulisset: nam ut transeam innumerabilia, quæ Cicero in orationibus, aut in sermone dixit, & nota ut non referā à Laberio dicta, cum Mimi eius quicquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in Laberium. Diuus Iulius ludis suis Mimum produxit, deinde equestri illum ordini redditum iussit ire sessum in equestria: omnes ita se coartauerunt, ut uenientem non reciperent. Cicero male audierat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæsari, sed utriusq; adulator, multosq; tunc in senatum legerat Cæsar, & ut repleret exhaustū bello ciuili ordinem, & ut his qui bene de partibus meruerant, gratiam referret. Cicero in utramq; rem iocatus, misit enim ad Laberium transeuntem. Recepissem te nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit, Atqui solebas duabus sellis sedere. Vterq; elegantissime, sed neuter in hoc genere seruat modum. Ab his huius studij diffusa est in plures imitatio. Sed ut ad controuersiā redeam. CASSIVS SEVERVS aiebat placere sibi illum colorem, Mori uolui. Et quasdam dixit inter disputandum sententias. Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam, nihil tanti est, infelicem hanc animam, quam toties exagitat pater & infestat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebat, Mihi serua istum animū, faciesq; quod uoles absolutus. Quare ergo nūc non moreris, dicet aliquis? Primum non semper idem miseris libet, nonnunq; iuuat cum fortuna sua concurrere, illam fatigare. Deinde uerum uis quare non moriar interim? quia puto te uelle. OTHO IVNIVS ineptam sententiam uidebatur dixisse, non multum interest mea, aut enim me, aut filium meum uoluit occidere.

Publij Mimi.

Contro-

Controuersia uicesima.

Liberi parentes alant, aut uinciantur. Quidam cum haberet uxorem, & ex ea filiū, peregre profectus, & à piratis captus, scripsit de redemptione epistolas uxori & filio. Vxor flendo oculos amisit, filium euntem ad redemptionem patris alimenta poscit, non remanentem alligari uult. CAESTII PII. Non est quod mulieris affectū lege æstimetis, quę minatur, omnia fecit, ne filius alligetur, nauigaturus reliquit uxori filiū, nec adhuc cæca erat. ALBVTII SYLII. Deducite filium, itaq; tene, complectere: audeo dicere, hoc par ne piratæ quidem diuiderent: si uellet filium alligare, pateretur ire quò properat. Ergo i adolescens, matri tuæ nec decē mensium quidem alimenta reddes? si pascere non uis matrem, expecta saltem ut efferas. TRIARII. Legem attulit, qua catenas minetur, causa est quia timet. MARCELLI ESERNINI. Si perseueras, me quoq; ad piratas trahe, impetrabo ab illis alimenta & uitrum meum. FVLVII SPARSI: Mater si non pascitur, moritura est. Pater etiā si non redimitur, pascitur tamen. IVLII BASSI. Patri tuo supersunt & oculi & alimēta. ALTERA PARS CAESTII PII. Matrē meam imitari uolo, amare me docuit, unis uinculis duos alligauit. Si matris exemplo pius esse uoluero, etiam oculos patri debeo. ARELLII FVSCI PATRIS. Desertorem tuum apud patrem inuenies. VARII GEMINI. Qualis fortuna est, cui uincto mater catenas denuncias? eundum est uictori ad piratas. Omnia licet patri præstem, meliorem tamen habuit uxorem: quàm multi me putant, quia nolo ad patrem redimendum ire, nunc cum matre colludere. FVLVII SPARSI. Matri nihil timeo, si eam apud uos relinquo. Patri quid timeo, si eum apud piratas relinquo? BVTEONIS. Oculos certe eruam mihi, ne plus marito præstiterit uxor. LATRO hanc controuersiam quasi esset tota officij declamauit. Nullas quæstiones iuris inseruit, sed cōparauit inter se incommoda patris & matris, & tanquam quæreret, dixit. Vtrum ad redimendum potius captum patrem filius ire deberet, an ad alendum cæcam matrem subsistere. Et hic eam diuisit, ut diceret, hoc quod pater desiderat, utile est patri. Nouissime tractauit, ne patri quidem utile, utiq; si sciat matrem in hac esse fortuna, non passurum. In epilogis uehemens fuit. APOLLONIVS GRAECVS ET BVTEO fatuam quæstionem mouerunt. Primam, an lex quæ de alendis parentibus lata est, ad patris tantum nomen pertineat: Illi sunt omnia priuilegia data, & ipsam pœnam non alentium, signū esse non mulieb̄ris potestatis. Res est ineptior quàm ut coarguenda sit, itaq; transeo. Illud unū quod dicebat POLLIO ASINIVS referam. Nunquam tentari debere in causa uerecunda improbam quæstionem. HISPO ROMANVS illam mouit quæstionem, an lex de alendis parentibus nō pertineret ad matres: ut uiuis parentibus filius, inquit, familiæ nulli poterit seruire nisi patri, omni alia seruitute liber est. Puta enim te alimenta petere ab eo, quem pater mittat peregre, quem nauigare iubeat. Primæ partes sunt patris, secundæ matris. ALBVTIVS non iuris fecit illam quæstionem, sed æquitatis, ita tamen, ut iuri adiungeret, & matris prius esse, quàm patris officiū. SYLO POMPEIVS illā fecit quæstionem, An quoties duobus cōmunis esset potestas, eius tota fieret qui præsens esset. Puta, inquit, te seruū esse cōmunem, huic domino seruies, qui præsens est: puta fundū esse cōmunē, is fructus percipiet qui præsens est. Illam quæstionē huic durā subiecit, an nunc pater nullū ius in filiū habeat. Quomodo, inquit, ciuis iura habeat, qui liberi hominis non habet? patrē habet ille nullā in potestatē, habet matrē in totius legis possessionē. Est iam non cōmune illi ius in te, sed proprium. VARIVS GEMINVS sic diuisit, An non semper filius cogi posset, ut matrem alat. Deinde, an nunc cogendus non sit. Non semper, inquit, filius cogitur. Transeo illos qui non possunt, ægrotos et inutiles, aliquis ad propellendū hostē proficiscitur, in cuius unius militia posita est salus publica. Hūc retinebit mater, puta legatū, de summa Repub. puta fœderis. Huic mater uincula inijciet. Per partes comparando utrunq; officiū: Ille, inquit, peregre est, tu domi, ille captus, tu libera, ille inter piratas, tu inter ciues, ille alligatus, tu soluta es, at tu cæca es, ille hoc infelicior quod uidet. Quid enim uidet? catenas suas & cædes, et uulnera & cruces eorū qui non redimuntur: at periculosum est nihil, nisi domi manere & flere. LATRO dixit, pro matre submisse et leniter agendū. Nō enim uindictā, inquit, sed misericor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sericordiam quærit, & cum eo adolescente consistit, in quo ita exigit pietatem ut impediat. Aiebat itaq; uerbis horridioribus abstinendũ, quoties talis materia incidisset ipsam orationẽ ad habitũ eius, quẽ mouere uolumus ad affectus, molliendã. In epilogis nos quoq; uocẽ de industria infringere, & uultũ deijcere, & dare operã, ne dissimilis sit orationi orator, compositionem quoq; illis minorem cõuenire. CALVVS, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit usq; eo uiolentus accusator, & cõcitatus fuit, ut in media actione eius surgeret Vatinius reus, & exclamaret: Rogo uos iudices, num si iste disertus est, ideò me damnari oportet? Idem postea cum uideret, à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumuentum in sorite, imponi se supra cippum iussit. Erat enim paruulus statura, propter quod etiã Catullus in hendecasyllabis uocat illum salluputium disertũ, & iurauit siquã iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, se in eum iuraturũ calumniam, nec unquam postea
al. prætereà Pollio à Catone aduocatis q; eius aut re, aut uerbo uiolatus est. Solebat† postea excedere subsellia sua, & impetu latus usq; in aduersariorum partes transcurrere. Et carmina quoq; eius quamuis ioca sint, plena sunt ingẽtis animi. Dicit de Pompeio, digito uno caput scalpit, quo credas sibi hunc uelle uirũ. Compositio quoq; eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget, nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata & fluctuantia. Hic tamen in epilogo quẽ pro Messio, tunc tertio causam dicente habuit, non tantũ leniter cõponit, sed cũ dicit, Credite mihi, nõ est turpe misereri, & omnia in illo epilogo ferè non tantũ emollitæ cõpositionis sunt, sed infractæ. In hac cõtrouersia publianã sententiã dedit. FETVS quidã rhetor staturæ pusillæ, in quam Eucliemon homo uenustissimi ingenij græce dixit, Antequam te uiderem nescio rhetor an foratos esses. Fuit autem CAESTII sententia. Captus est, inquit, pater, si te capti mouent, & hęc capta est: & quasi non intellexissemus ait, nescitis dici captos luminibus: & illud dixit, Mittes tamen epistolam infructuosam, odisse illam debes, hæc est quæ matrem tuã excæcauit: & illam falsissimam in quam multi incidunt, Propter hoc ipsum, inquit, magis flebilis est, quod non potest flere, Et iterum inquit, Lachrymæ matri desunt, causæ supersunt, tanq; cæci flere nõ soleant. Memini CRISPVM quendam antiquũ rhetorẽ in illa cõtrouersia uiri fortis, qui tertiũ filiũ retinet, cũ alter filius in tyrannicidio perdidisset oculos, alter in acie manus: Exurgite nũc uiua cadauera, rogate pro fratre. Sed quid ego meos derideo, alter quod roget non uidet, alter quod roget non habet. Multis cõpositio bellę sonãtis sentẽtiæ nomẽ imposuit. Itaq; memini LATRONEM PORTIVM ut exprobraret hanc audiendi scholasticis negligentiam, maxime quia Triarius compositione uerborum belle cadentiũ multos scholasticos delectabat, omnes decipiebat, in quadam controuersia cum magna quasi fluerent & concitata, sic locum concluſisse. Inter sepulchra monumenta sunt. Et cum scholastici magno clamore laudarent, inuectus est in eos ut debuit, & hoc effecit ut in reliquum etiã quæ bene dicta erant tardius laudarent, dum insidias uererentur. GLYCON dixit

HYBREAS in hac controuersia dixit. In quibusdam corruptum uidebatur.

ROMANVS tamen

Controuersia uicesimaprima.

MOrtua quidam uxore, ex qua filium habebat duxit aliam, sustulit ex ea filium. Habebat procuratorẽ in domo speciosum. Cum frequenter essent iurgia nouercæ & priuigni, iussit eum emigrare. Ille trans parietem habitationem cõduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris & matrisfamiliæ. Quodam tempore paterfamiliæ in cubiculo occisus inuentus est, uxor uulnerata, communis paries perfossus, puer iubetur percussorem cognoscere. Ille procuratorem digito denotauit, accusat filius procuratorem cædis, ille filium parricidij. ARELLII FVSCI PATRIS. Vt audiui clamorem, si qua est fides, deprehensos à patre adulteros putaui. Quis ferret te uoluntariam testem in forum uenientem, etiam si uenires dictura pro filio? miserrime puer quamuis periclitor, plus tamen pro te timeo, nimium fraternis insistis uestigijs, itaq; iam tibi cũ matre non conuenit, Quamdiu mater uixit, pater me fuit procuratore contentus, nec facile

esse sit parricidium. Vis scire quantum natura possit? etiam infans pro patre loquitur. TRIARII. Viuo patre adultera, moriente conscia, mortuo testis, aliquis uno teste contentus est, dabo populum, obijcit priuigno parricidium, filio mendaciũ, intrat procurator quà solebat. Dic puer, quis patrem tuum occiderit? dic audacter: eundem nominas, quem populus; nox placet sceleri, prorsus adulteri tempus: habui patrem tam bonum, ut cum uxorem habere uellet, tamen me nouercam habere noluerit. Quo mihi lumen? ea tantum admissuro nefas optãda nox est. Quid, inquit, ante peccauit? dissimile est, memento enim de homicida quæri, potest tyrocinium esse homicidium, parricidium non potest. Lumen attulisti ut discerneres, erat illic quem leuiter uulnerare deberes. Videmus adactum in præcordia gladium, sic ego nouercam uulnerassem: frater quæro an uideris procutatorem proxima nocte? nihil de prioribus quæro. VIBII GALLI. Ego taceam de adulterio quod persequitur & populus? ego taceam de parricidio quod persequitur puer? Testor uos iudices saluum patrem reliqui. ò magnam in contrarium seculi nostri peruersitatem, inuentus est qui patrem posset occidere & nouercam non posset. Etiam si quis occidere patrem non potest, nouercam potest. SEPVLLII BASSI. Dum perfodio parietem, aliquis sentiet. Cuius uis leuissimũ somnum, pueri, an senis, an mediæ ætatis? Pueri? frater sentiet. senis? pater. Mediæ ætatis? nouerca. Quærerem quàm sordida domo natus esset, si ullam habuisset, nunc inquisitionem nostram humilitate effugit. Nõ miror si nescis, quàm difficile sit patrem occidere, cum incertũ habeas patrem. ALBVTII SYLII. Quæro à te mulier, an filio tuo credendum putes. Liceat mihi nutrire puerum, ne cum matre illi, ne cum tutore queat conuenire. Tres in cubiculo sunt, patrem occidis, puerum contemnis, adulteram non times, singuli se serui libertiq; offerebant, puer stabat ante omnes, percussor latebat post adulteram. Quid ante peccauit? cuius uxorem corrupit? quod si fecissem, hominem occidere, sed patrem non possem, hominem occidere bonos habeo testes, timet hunc in aliena potestate. Aspice corpus patris quàm grauis plaga, quàm alte adactus est gladius, sic ego nouercam percussissem? CAESTII PII. Adulterum te esse, non unum testem dabo, non corruptum, dabo multos, dabo etiam pueros. Patrem tam grauiter percussi, quàm debui nouercam. Nouercam ne sic quidem, quemadmodum patrem. IVLII BASSI. Tibi fuerit necessarium lumen, ne eam occideres, propter quàm occidebas, mihi superuacuum erat, ne instrumento parricidij detegerem parricidiũ. Si rerum natura pateretur, obliuiscendum mihi erat patris dum occiderẽ. Minore licentia, quæ non uidemus agimus, & quamuis nõ minor sit atrocitas facinoris, formido minor est. Si patrem occidi, totus mihi lectus purgandus est, tibi parcam, parricidium nõ habeo, non possum gloriari ultione patris, frater illam meus occupauit. BLANDI quàm difficile est filio patrem uulnerare, & quàm facile priuigno nouercam occidere. VARII GEMINI. Patrem, inquit, occidisti, testor uos iudices nihil leuiter hæ manus faciunt, utrum non habui potestatem? atqui uulnerata est, ui nolui te occidere, non habui potestatem, atqui uulnerata es, leuiter uulnerata es, quàm diligenter seruata es. Tu testimonium dic, & ostende uulnus, percussor ille quàm timuit, ne occideret. PORCII LATRONIS quare lumen afferor? fortius parricidium faciam, si non uidero patrem, occidere aliquis patrem antequam nouercam potest, nouercã ne post patrem quidem potest? TRIARII aliquis parricidio puras manus seruat, & inde incipit quò peruenire difficile est? DIVISIO. Has controuersias quæ & accusationem habent, non eodem ordine omnes declamauerunt, quidam fuerũt qui ante defenderent quàm accusarent, ex quibus Latro fuit. Fuscus Arellius, Debet, inquit, reus in epilogo desinere, optime autem epilogum contexit defensioni, & homines magis defendenti quàm accusanti fauent. Vltima sit pars quæ iudicem fauentem possit admittere. Quidam permiscuerunt accusationem ac defensionem, ut per comparationem duorum reorũ irent, & crimen simul repulissent statim transferrent, ex quibus fuit Cæstius. Hoc non semper expedit, utiq; qui imbecilliorem partem habent, non est utile comminus congredi, facilius latent quæ non comparantur. In hac controuersia duo uel tres rei, nouerca enim procuratori coniungitur, Itaq; à filij parte utiq; aiebat prius accusandum, quia unum debe

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat crimẽ defendere, duo obijcere, & adulterij & cædis: ſi qua ſunt ex utraq; parte diſſi
cilia, non colorem, ſed argumentationem deſiderant: itaq; ne modũ excedam præteri-
bo. Circa uulnus nouercæ quidam bellas res dixerunt, quidam ineptas, imò multi ine
ptas. Prius illa quæ belle dicta ſunt referam. FVSCVS. Vt deſtricta leui uulnere eſt cu-
ris, non credas factum, manu priuigni, credas amatoris. PASSIENVS AIT. Sed leuiter
te uulnerauit dextera illa, cui nec paries obſtitit nec pater. VARIVS GEMINVS dixit,
da ferrum teſti meo, fortius feriet. CAESTIVS dixit, cũ deſcripſiſſet quàm leue uulnus
eſſet. Nouercas, inquit, mihi, ſi amicæ tuæ nocere potuiſſes. NIGER BRVTIDIVS
quotidiano uerbo ſatis ſignificanter uſus eſt. Ritualem, inquit, occidit, amicam ſaucia
uit. HISPO ROMANVS eſuſdẽ generis rem dixit, oſtende nouerca, oſtende id quod
amator tuus uellicauit. BASSVS SEPVLLIVS dixit, Maritum occidit, adulteram ſtrin
xit. Ex illis qui res ineptas dixerant, primus ibi ante omnes MVSA ridetur, qui cum
uulnus nouercæ deſcripſiſſet adiecit, At Hercules pater meus tanquam paries perfo-
ſus eſt. MVRRHEDIVS patrocinium putat eſſe, quod cauſæ ſuæ ſanguinem mi-
ſit. NEPOS LICINIVS ait, Non eſt iſtud uulnus, ſed ludentis adulteri morſus. SENIA
NVS, Ex illa ſtultorum nota ſententiam protulit. Non uulnerauit, inquit, nouercam,
ſed uiri ſui ſanguine aſperſit, cum illic uulnera tantum ponantur. VINITIVS exactiſ-
ſimi uir ingenij, qui nec dicere res ineptas, nec ferre poterat, ſolebat hanc ſententiam
Seniani deridere, & ſimilem illi referre in oratione dictam Montani Votieni. SENI-
ANVS in hac eadem controuerſia dixerat, Nihil puero eſt teſte certius, utiq; quinquen
ni. Nam et ad eos peruenit annos, ut intelligat, & nondũ ad eos quibus fingat. Et hæc
diſſinitio, inquit, ridicula eſt, nihil eſſe puero teſte certius, utiq; quinquenni, puta nec
ſi quadrimus puer teſtis eſt, nec ſi ſex annorum. Illud uenuſtiſſime adijciebat. Putes,
inquit, aliquid agi, omnia in hac ſententia circumſpecti hominis ſunt, finitio, excep-
tio. Nihil eſt autem inamabilius quàm diligens ſtultitia. MONTANI VOTIENI
ſententiam huic aiebat eſſe ſimilem, & deridebat hanc in † omne, & experrectum eſt
animal canis utiq; catenarius paratus: erat autem non æquus ipſi Montano, accuſa-
uerat illum apud Cæſarem à Colonia Narbonẽſi rogatus: at Montanus adeo toto ani
mo ſcholaſticus erat, ut eodem die quo accuſatus eſt à Vinitio, decertauerit, in Vinitij
actionem ſententias ſuas referebat. Eleganter illud dixit SVRDINVS. Rogo nunquid
putas illum alteram partem declamaſſe? Grauis ſcholaſticos morbus inuaſit, exempla
cum dixerunt, uolentes illa ad aliquod cõtrouerſiæ thema redigere. Hoc ut aliquando
faciendũ eſt cum res patitur, ita ineptiſsimũ eſt luctari cum materia & longe arceſſere,
ſic quomodo fecit in hac cõtrouerſia, qui cum diceret pro filio locum, de indulgentia
liberorũ in parentes, uenit ad filiũ Crœſi, & ait, Mutus in periculo patris naturalia uo-
cis impedimenta rupit, qui plus quàm quinquennio tacuerat: quia quinquennis puer
ponitur, putauit ubicunq; nominatũ eſſet quinquenniũ, ſententiam fieri, quia Latro-
ni bene ceſſerat: qui cum diluiſſet uulnus exiguũ, dixit, Aſpicite iſtam uix apparentem
cicatricem, rogo uos, non putetis puerulũ feciſſe, & ne puerulũ quidem quinquennẽ.
GALLVS VIBIVS improbã dixit ſententiã, cum cædem deſcriberet, Occidit, inquit,
maritũ, nouercam læſit, puero pepercit, etiã hunc putabat ſuũ. Valde enim puero Cæ-
ſtius aiebat parcendũ. Itaq; dixit cum laudaret eius teſtimonium, procuratori natus es.
HERMAGORAS hunc ſenſum decentius poſuit. Blandi ſententia
laudabatur, cum deſcripſiſſet à puero demonſtratũ procuratorem, digito, multa ſignifi-
cante. EVCTEMON dixit.

MVRRHEDIVS Mimico genere fatuam ſententiam dixit, cum dixiſſet
nouercam diſputare contra filij ſui teſtimonium, Facit, inquit, quod ſolet pro amato-
re, ſanguine ſuo non pepercit. NICOCRATES LACON aridus, ſed & uetus declama-
tor dixit, HERMAGORAS cum miſe-
rabilem dixiſſet pueri conditionem eſſe, qui infeſtus nouercæ & procuratori reddere-
tur, dixit iam procuratorem clamare. ἀτελὲς

Viceſimaſecunda controuerſia.

TYrannus permiſit ſeruis, ut dominis interemptis dominabus ſuis nubant. Profit-
gerunt

gerunt principes ciuitatis. Inter eos qui filium & filiam habebat profectus eſt peregre:
cum omnes ſerui dominas ſuas uitiaſſent, ſeruus eius uirginem ſeruauit, occiſo tyran-
no reuerſi ſunt principes, in crucem ſeruos ſuſtulerunt, Ille manumiſit, & filiam collo-
cauit, accuſatur demẽtiæ. ARGENTARII. Haberemus ſolatium, ſi has nuptias feciſſet
tyrannus, non pater: habe hunc illi honorem, fac dotalem, ſine dominam cuſtodiat. Sa
num putatis eſſe qui mauult tyrannum imitari quàm ſeruum? pater noſter honeſtis pa
rentibus natus, qui enim aliter conditionem matris noſtræ habere potuiſſet, ſi tantum
ingenuus fuiſſet? CAESTII PII. Soror opto tibi perpetuam ſterilitatem, cum dicerem,
manumittamus ſeruum, aiebat, expectemus ſororias nuptias. Ergo tibi ſoror ut hone-
ſtos habeas liberos adulterandum eſt. Fecit ſe ſimilem tyranno, filiam raptis, libertum
cruciarijs. Plus ſeruo dominus permiſit quàm tyrannus. Qui facit has nuptias, inſanus
eſt aut tyrannus. Quis hoc poteſt credere, optandum filiæ fuiſſe, ne finiretur tyrannis,
ne rediret pater? Si interrogauero patrem, quod grauiſſimum in tyrannide fuerit ſce-
lus, ſi ſanus eſt, reſpondebit, quod dominæ ſeruis collocatæ ſunt. FVLVII SPARSI.
Eligitur maritus quem ſanus pater dotalem dediſſet, gener tuus ipſis nuptijs crucem
meruit. Egregium generum, cui nihil eſt glorioſius, quàm quod inter cruciarios non
eſt. Grauiſſima quoq; ipſi ſeruo facta eſt iniuria, dominam ſuam non licuit illi ſeruare
uirginem. BLANDI. Fecit etiam ſeruo iniuriam cum detraxit abſtinentiæ gloriam, nu
ptijs ſuis manumiſſus eſt. O matrimonium omni adulterio turpius. IVLII BASSI. Li
berata Repub. quod me triſtem uidiſtis, nolite mirari, nobis etiamnum uiuit tyran-
nus. Virginitatem quam ſub tyranno ſeruauerat, perdidit ſub patre. Die furcifer cui
ſororem meam uirginem ſeruaſti? die ſi placet, mihi. Non uitiauit, inquit, cum liceret
illi. Ita ne dignus eſt nuptijs, quia indignus eſt cruce? ex cella, ſuæ dominæ migrabit in
cubiculum, uel domina ex cubiculo ſuo migrabit in cellam. CORNELII HISPANI.
Melioris conditionis ſunt uitiatæ quàm uirgo, illis mutare nuptias contigit. Quare ty
rannicida præmium accepiſti? etiamnum aliqua ex ædicto tyranni nupta eſt: qui edi-
ctum tyranni fugerat, redit cum edicto. Dementia hoc patris factum eſt, ne tyrannum
accuſare poſſet, Quod ille, inquit, filiam meam uirginem alteri ſeruauit, nunc maritus
eſt: qui ſub tyranno quoq; nihil aliud potuit quàm raptor eſſe, is qui dotalis deſtinatus
erat, cuſtos relictus eſt: propoſitum eſt edictum, quod ne ferremus, fugimus, nihil per
totum publicæ ſeruitutis ſpacium indignius uiſum eſt, nihil dijs hominibuſq; minus
ferendum: itaq; tyrannus poſt hoc occiſus eſt, deſponſa eſt puella, omnia ex edicto ty-
ranni facta ſunt. ALBVTII SYLII. Egregius gener, cuius hæc una gloria eſt, quod com
paratus cruciarijs frugalior eſt, melius ſeruus cuſtodiuit dominam, quàm pater filiam
ſuam collocauit: quemadmodum iratus tyrannus, alienos inimici tibi nepotes precan-
tur: cum ſanus pater fuit, ne has uideret nuptias, fugit. Parum putatis magnum argu-
mentum dementiæ, quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, ſeruos in cru-
cem? quomodo qui ſic fugis, ſic collocas? Honeſtius exules quàm ſocer. Si uoles inue-
nire generi tui propinquos, ad crucem eundum eſt. ARELLII FVSCI PATRIS. Ex
ſeruo gener, & ex domina uxor, ex domino ſocer eſt factus, quis has nuptias nõ tyran
ni putet? patrem tyranni criminibus accuſo, tyrannum patris, quid de tyrãno loquor?
patris ſimilis eſt. Quid, de patre non querar? tyranno ſimilis eſt. Miſerrima ſoror ſub
tyranno patrem deſiderabas, id in filia tua coegiſti, quod tyrannus tantum permiſerat.
Nunc nobis pater, ſi ſanus es, exulandũ eſt: quid enim miſerius accidere poteſt, quàm
is ſtatus in libertate, quem cæteri uix ferunt in ſeruitute? fugimus ne ſeruiremus, felici-
litatem noſtram in calamitatem conuertit, aliquando enim fugit. Satius cum cæteris
contumeliam ferre, quàm libertatis omnibus ſolos in tyrannidem reijci. Seruo liberta
tem dedit, filiæ ſeruitutem, ſeruo filiam dedit, innocentiã abſtulit. Neſcio quid ſibi ue-
lit, quod ſerui meritũ laudat. Tyrannũ enim laudare debebat. Seruus non ſtultus, ter-
gum, & caput ſuum delitijs præſentibus prætulit: ſi dixiſſet, timuiſſe tantũ, laudabo, &
hanc illi etiã nunc optabo mentem. Cæteræ honeſtos inuenerunt ſeruos, hæc talem ha
bet, quales illæ in tyrannide habuerunt. Soror mea ancillulæ pellex eſt, ſed ut domina
nuberet, conſeruula decellula exacta eſt. Nullũ in tyranno maius ſcelus fuit, cẽ quod ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi libuit imitari. O te soror miseram quod ista non sub tyranno passa es, iam enim pati desisses. Hoc tu putas præmium esse quia dominam non uiolauit? uiolet quantū uolet. Iste uero, ut dicis, iniuriam tibi fecit, quia affinitatem tuam moratus est, Si non cessasset iā fortasse ex illo nepotes haberemus: habebimus generū, si possumus, patri similem, sin minus nō erubescēdū, cui cognatus sit aliquis, cui sacra aliqua et penetralia, in quæ deducatur uxor, quem adiungamus ad domum, non quem extensum doleamus PORTII LATRONIS. Qui omnia tuleramus, hos fugimus. Vocat seruum, & quia crucem non meruerat mereri iubet. Ita ne furcifer tu potuisti dominam complecti? putasti aūt te per tyrannum uicturum, aut semper futurū patrem? felicissimi uidebuntur, quibus contigerit raptus tyrannus. Ita sine dubio beneficium dedit, qui custodiuit dominam à stupro, se à cruce. Cum infelici face ad dotalem sinum noua nupta deduceretur, siqua fides est exhorrui, quasi repositum esse edictum, cogitabam quem sorori uirum eligerem, simpliciter fatebor, fastidiebam iam eas conditiones, quæ ante profectionem fuerant, aiebam, illo tempore & aliæ uirgines erāt. Non uitiauit, inquit, sub tyranníde, ō nos felices, si ne nunc quidem. TRIARIVS. Age, hoc non est præmium, unum spectare omnium cruces? Certum habeo si habuisset tyrannus filiam, nō scripsisset edictum. Indicit festum diem, aperiri iubet maiorum imagines cum maxime tegendæ sunt. VARII GEMINI. Eadem hora & libertum fecit, & generum, hoc fecit quod tyrannus non cogit, nisi cum irascitur, seruus ne tunc quidem facit cum cogitur. Generum habes, qualem? ut illi laudatonem suam reddam, nempe frugi seruum, seruis tuis paritura fratres. Quantum ad expositionem rerum pertinet, sunt quidem acerba tyrānidis mala, tamen tristiora exponam, quæ post tyrannídem gesta sunt, non dubitabam quin esset tyrannicidæ nuptura: si sub tyranno uitiata esset, haberemus, hoc non tibi uni accidit: nondum tyannum occisum puto, etiamnum tyrannicas nuptias uideo. MARYLLI. Nunc sciam, an merito libertatem acceperis, si liber non meueris crucem. hoc quod obiicio, qui in pluribus fecit occisus est. L. VINITII. Nunc in domo nostra matrimonium est, cuius me puderet, etiam si raptus esset. Quàm miseros putatis iudices esse eos, quibus quidem duo quæ miserrima fuerunt optanda sunt, tyrānus & raptor. Vna generi tui commendatio est, quod se aliquando ista puella putauit indignum. VALLII SYRIACI. In eadem conditione iudices sumus, ut consolari debeamus sororem, quod aut rapta non sit, aut nupserit: & tamen quid ille meruit, quam diu per dominum licuit, innocentissimus seruus? SEPVLLII BASSI. Nuptias clausa domo fecimus, in contuberniū deducta serui domina est, ita iste dexteram sororis meæ nisi dum manumittitur non contigit. POLLIONIS ASINII. Inter nuptias fescenninos in crucem generi nostri iocabantur. Miserrimum egisse me diem memini, quod seruire cœpit R.P. Miserrimum diem egisse memini, quo in exilium fugimus. Inter hos dies sororis nuptias numero. Miserrima soror fortasse uernularum tuorum nouerca es, pater uolo ducere uxorem, dic quam mihi ex ancillis despondeas. Contra ALBVTII SYLLI. Seruauit dominam, si quis tyranno indicasset, solus in cruce pependisset. DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit. An etiam si non debuit filiam sic collocare, damnari tamen ob hoc non possit dementiæ, Licet, inquit, mihi filiam meam cui uelim collocare, isto modo & repudium remisero genero. Accusor, male collocasti filiam, & multi alij. Quid tibi uidentur hi, qui abdicāt filias suas? auari, sed mala causa est, nec ob hoc damnabor. Tu patrem debes dementē accusare, non sanum regere. Ego istud an sine ratione fecerim, uidebimus, satis est si sana mente feci. Deinde an sic filiam collocare deberit, Hoc in hæc diuisit, an etiam si meruit seruus, non tamen sic illi referenda fuerit gratia. Deinde an bene meruerit. De facto serui primum disputauit. Deinde animo factum quali. Non dominam constuprauit. Auge beneficia, nec dominū occidit, nec adultero dominā uenundedit. Non est beneficium, scelere abstinere. Et tyrannus permisit dominam rapere, nō coëgit. De hoc beneficio non est quod laudes seruum, alioquin iniuriam fecit, si non subducta est iniuriæ, sed reseruata, tunc tamen solatium fuisset cum multis pati. Deniq; quod aliæ in tyrannide passæ sunt, hæc in libertate, cæteræ absentibus suis, hæc præsentibus. In alijs stuprū uocabatur, in hac matrimoniū,

in alijs finis expectabatur iniuriæ, in hac nullus, Deniq; illarū stupratores suffixi sunt, huius manumissus. Deinde de animo serui LATRO colorem à parte filij, quare non uitiasset seruus, hunc fecit, timuisse illum supplicium, scisse futurum, ut liberata Repub. omnes pœnas qui contaminassent dominas suas darent, & aduentare iam tempus ultimum tyrannídis uidebatur, cum ad summam esset perducta rabiem, quæ nunquam ni si ex desperatione fit. Itaq; cū uideret, inquit, suffigi crucí seruos clamabat, hoc ego futurum sciebam. In ultima oratione LATRO dixit, Serui quoq; nomine tecum queri possum, quem qui frugi fuerat, nequam fecisti. ALBVTIVS hoc colore usus est, immatura etiamnum puella, nec adhuc iniuriæ idonea, & ideo illam non adduximus, quia ætatis beneficio tyrannídem sentire non poterat. CAESTIVS dixit. Ego planè nō sum detracturus seruo suam laudem, habuit bonam mentem, sperauit posse fieri, ut si uirginem seruasset, nuptijs dominæ manumitteretur. VARIVS GEMINVS ait, Fortassis amicam habebat, hac delectatus abstinuit, nam quidam uirginum concubitum refugiunt: fortasse sciuit illam non esse passuram, & illud quod nequam quoq; seruus interdum frugi facit, malam fortunam timuit: & hanc sententiam quæ ualde circumlata est, adiecit, An etiam furcifer auderet cum domina concumbere, nisi illi pater permisisset, & illud dixit, Ad hoc pater ab exilio redibas? Exilium ergo quid fugimus? BVTEO uoluit uideri re uera mente lapsum patrem, & in narratione hoc dixit, Quàm mœstus uenit domum ab edicto tyranni, quantum in sinu filiæ fleuit, puto illo tempore mentem esse concussam. VARIVS GEMINVS dixit, de abstinentia, sic contaminare dominam suam & trahere in cellā non est ausus, nisi forte hoc modo mauis narrem, iam tunc spe rare sororis nuptias cœperat. A parte patris magis defensione opus esse dicebat Latro, quàm colore. Varius Geminus factum ipsum defendit, magnos uiros fecisse, ut libertinas uxores ducerent. M. Cato inquit, coloni sui filiam duxit uxorem. Sed ingenuam. Respondeam, sed Cato: plus interest inter te & Catonem, quàm inter libertum & colonum. Quàm multa bona habebit? Subiectus, & obsequens maritus. Non petulantiam timebit, non uerborum contumeliam, non pellicem, non repudium. Filiam meā semper domi habeo, quam eo magis desidero, quod habeo. Deinde fide factū liberti laudauit. Albutius & Phaneus dixit, neminem natum liberū esse, neminem seruum, hęc postea nomina singulis imposuisse fortunam. Deniq;, inquit, scis & nos nuper seruos fuisse. Rerulit Seruium regem. SYLO POMPEIVS hoc colore usus dixit. Exhaustū tyrannidis iniurijs patrimonium, non habuisse se dotem quam daret. ARGENTARIVS, uoluit uideri puella uolente se fecisse, Visa est, inquit, indulgere illi, certè debuit. CAIVS SABINVS hoc colore usus est, ut inquantum posset dignitatem suam destrueret, & humilitatem cōfiteretur, & ideo, inquit, facilius potuit. Non uitiaui quia nemo in domū nostrā oculos dirigebat, & fueram, inquit, facere cui collocarem, quærendus mihi erat gener aliquis libertinus. quid ergo? alieno potius liberto? hunc iam noui, scio cuius affectus in nos sit: si moriar, scio me meam filiam apud hunc tutorem relicturū. Et hanc sententiā adiecit, quæ ualde excepta est, eum non contempsi generum, qui tyrannum cōtempserat. ACTIVS POSTHVMVS hoc colore usus est. Nihil est, inquit, inuidia periculosius, hanc sapientes uiri ueluti pestiferam uitandam esse præcipiunt, hanc ita uincens inuidiam eram. Hic nunc nobis obiicit fortunam liberorū nostrorum, oderant filiam meā fœminæ, me patres quasi publici mali segregem exprobratorē, quo uno modo honeste potui, feci filiam meā cæteris similem, fortuna mea publicæ partis detracta omnis inuidia est, filiam non habeo honestiorē quàm uos, seruum frugaliorem habui quàm uos. HISPO ROMANVS dixerat. Maritū autem ego istum uocem, raptorem serotinum: uerbum hoc quasi † amputandi, quod nō erat usurpatum, quibusdam displicebat: eiusdem uerbi explicatione, ut extra reprehensionem esset, usus est, cum diceret nondum esse cōsummatā aduersus seruos publicam uindictam, etiamnū in domo nostra residuus raptor est. SATVRNINVS FVRIVS, qui uolens uel cōdemnauit, maius nomen in foro quàm in declamationibus habuit, solebat tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiæ non minus idoneum esse, sed minus familiarē. Is in hac controuersia cum L. Lamiæ filio declamaret, dixit sententiam.

† f. occupandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere tentauerunt. ALBVTIVS dixit, Proser mihi tabellas, quid hoc est? generum socer mancipio accepit. TRIARIVS dixit, Fugitiuum erronem non esse, si tam malum autorem habemus, gener noster fugitiuus est. BLANDVS dixit, Relegamus autoritatis tabellas, furtis noxaq; solutus, hæc generi nostri laudatio est? GALLIO dixit, Furtis noxaq; solutus est. SPARSVS dixit, Ostende tabellas, quid nobis cum isto genero prior dominus promisit, fugitiuum non esse. Gratulor uobis posteri, patrem fugitiuum non habebitis. VARIVS GEMINVS dixit, Erronem non esse, adjicio, fugitiuum non esse, adjicio, furtis noxaq; solutum. Tum nunquid de generi tui nobilitate detraxi? POLLIO aiebat ridere se, quod declamatores decreuissent hūc utique emptitium esse. Mirari uos puto, quod in hac controuersia omnes declamatores mentis suæ fuerint. Non fuerunt. NEPOS MANVLIVS cum hortaretur libertum ad repudiū sororis dixit, Refer nobis gratiam, & tu sororem meam manumitte. NEPOS LICINIVS illi non cessit, dixit enim, Sub illa subsellia transite serui, transite liberi, empta cognatio: & tum illum sensum elegantem, & ab omnibus iactatum, sed corrupit, soror opto tibi sterilitatem: adiecit, nec est quod mireris me timere partum tuum, habeo sic nasci tyrannos.

Vicesimatertia controuersia.

PRoditionis sit actio. Pater & filius imperiū petierunt. Prælatus est patri filius. Bellum cōmisit cum hoste, captus est: missi sunt decem legati ad redimendū imperatorem, euntibus illis occurrit pater cum auro, dixit filiū suum crucifixū esse, & se aurum ad redemptionem tulisse, illi peruenerunt ad crucifixū imperatorem, quibus ille dixit, cauete proditionem, accusatur pater proditionis. ALBVTIVS SYLI, quid desideratis ultra? imperator supplicii tulit, proditor precium, tristiorem istū uidimus, cum filius imperator renunciatus est, quàm cum captus. Redde rationem quemadmodū redieris tutus, senex, solus, cum auro, cum etiam imperatores capiantur. Imperator adolescens renunciatus est omnibus lætis præter patrem. GAESTII PII. Plus accepit auri, quàm quod posset abscondi, nolite mirari, & imperatorē, & filium uendiderat. Cauete proditionem, iam comitijs cauimus. Abstulissent tibi aurū hostes, nisi dedissent. Cum de redemptione ageretur, omnes in curia fuerunt, præter competitorem. Indicium fuit, morientis breue, filij uerecundum. BLANDI. Quomodo te dimiserunt? si nihil aliud, et ducem genuisti, & tu esse uoluisti. Si nō decreueramus, consiliū nostrum expectari debuit, si decreueramus, officiū. ARELLII FVSCI PATRIS. Vnde tam graues patrinus? nunquid ossa filij reportant? expectat uidelicet iudicia uestra reus, tanquā nesciat, quid de illo sentiatis. Non tu semel apud hostem fuisti, sed nos semel legatos misimus. Imperator non audet nominare te tanquam patrem. IVNII GALLIONIS. Fuit adolescens optimus, uerecundissimus, qui patri suo cessisset, si salua pietate potuisset. Iterum uobis inter patrem, & filium iudicandū est. Candidatus processit cōtra patrem, si silentium eius intelligere scisseris, & tunc uobis uerecunde indicauit. Habebas apud hostes autoritatem, apparebat te Reip. irasci. Legati nostri aurum ferebant, pater auferebat. Dixeras illos serò uenturos, nōne peruenerunt? serò imperatorē nostrū conuenerunt. Imperator istum accusat, nos subscribimus, hoc fuit imperatoris nostri testamentum. Obijce, inquit, aliqua anteactæ uitæ crimina, non possum. Verecundū competitorem habuisti, multū tacebat, quod possum tibi maius crimen obijcere? filius tibi tuus credi Remp. noluit. Non est quod dicas, quem misi ad hostes, tanquam ipse ire non posses: cur tam cito reuerteris? Diutius nos contra filiū rogasti, quàm pro filio hostem. Num immobilis stetisti? num illi quasi & ipse affixus hæsisti? quid tam citò recedis? etiamnū uiuit, etiamnum loquitur, recessurus interroga si quid uelit mandare, uocem proditionem coarguit, silentio proditorem. Intelligo quāto periculo istum offendam, quemadmodum enim iste accusationem uindicauit cruce. Omnibus argumentis premitur, dabo qui uiderint, dabo qui audierint, dabo aurum, dabo testem, & ne quid de dignitate dubitari possit, imperatorē. De hoc utrū uolet dicat, inimicus est, hunc indicauit. Aurū tantum habuerat, ut appareret etiam non quærentibus: tantū suspectus erat, ut quemuis po-

tius potius quàm uos admoneret. Proditionem cauete. Optimus adolescens, optimus imperator, qui Reipub. curam agere ne in cruce quidem desijt. Dignum te nō putauit filius, cui diceret, caue proditionem. VARII GEMINI. Nolite omnia expectare ab accusatore, & occupato & uerecundo, reū intelligite, crimina audistis, quæritis anteactæ uitæ crimina? non habet, nihil unquam tibi filius obijcere uoluit. Tam cito lassatæ preces tuæ sunt, quid faciet miser? Nec imperator potest tacere proditionem, nec filius loqui proditorem? PORTII LATRONIS. Quid abitis? itaq; iam peruenit usq; ad crucē. Vereor ne tam sero caueamus, quàm imperator noster, qui non ante intellexit proditionem, quàm proditus est: nec unquam præsentius periculum fuit, Respub. sine imperatore est, proditor sine custode. Quid est quare tibi hostes pepercerunt, cum imperatoris nostri pater esses? Aurum habes, & legatus non es. Si tibi dicam, expecta dum legati mittuntur, filius tibi publice remittetur, dices, paternus affectus non sustinet moram, rapit me desiderium filij, etiam si redimere uiuum non potero, mortuū redimam. Nunc̄ tam durus hostis fuit, ut paternis lachrymis non flecteretur. Vt ignoscam tibi quod tam citò isti, obijciā, quod tam citò redisti: dic quid dixerit tibi? an nihil cum patre loqui uoluit? Cauete proditionem, hoc dixit, uidete ne quis nocte inscijs custodibus exeat, ne quis Republica ignorante ad hostem perueniat, ne quis ex hostium castris grauis auro reuertatur. Nihil deest indicio. Si quid de proditione quæritis, imperator uobis dicet. Si quid de proditore, legati. PARS ALTERA, ARELLII FVSCI. P. Quantum est precium quo uendo, ut filium pater spectem in cruce, filius patrem de cruce, tanti & imperatorem & parricidium uendidi. Gratulabuntur omnes repulso magis quàm designato nimis ambitiose. Nunc pœniter, & filium & patriam uendidit, tam exiguum auri accepit, ut unus senex portare posset. In hac controuersia, etiam si coniecturalis esset, habet quasi certum tritumq; iter, fuit tamen aliqua inter declamateis dissensio. LATRO semper contrahebat, & quicquid poterat turò relinquere præteribat. Itaq; & quæstionum numeros minuebat, & locos nunquam attrahebat, illos quoq; quos occupauerat, nō diu dicebat, sed ualenter. Hoc erat itaq; præceptum eius, quædam declamatorem tanquam prætorē facere debere, minuendæ litis causa, quod in hac controuersia fecit: non enim curauit dicere, nullam esse factam proditionem, sed se proditorem non esse. Et suspectus, inquit, iudici est, qui plus quàm se defendit? & nolo, inquit, cum filij uoce pugnare, ut imperatorem & filium mentitum dicam, præsertim cum odium aduersus filium obijciatur patri. ALBVTIVS in duas partes declamationem diuisit, primum negauit illam esse proditionem, deinde ut esset, ad se non pertinere. Colorem contra patrem SYLO POMPEIVS hunc introduxit, odio illum Reipub. à qua repulsus erat feciisse, & odio ipsius filij quem oderat, & quia competierit, & quia uicerit. VARIVS GEMINVS dicit statim petijsse patrem hoc proposito imperium, ut proderet hominem auarum & lucro inhiantem: & quia noti mores eius erant, uictum ab eo competitore, à quo uinci fas non erat, nisi hominem turpissimum. Ante comitia, inquit, paratus erat & pecuniam accipere, & filium prodere, post comitia paratus erat pecuniam dare, ut filium proderet. Vt captus est dux, aiebamus, inquit, nō potest hoc sine proditione fieri, excusauimus nos imperatori, diximus perseueraſſe ad redemptionē, quamuis deterruisset pater. Hoc loco ille respondit, Cauete proditionem. BLANDVS dixit, ægreferentem pudorē repulsæ, uoluisse occidi filium, ut in eius locum substitueretur ipse. HISPO ROMANVS. Vltionem, inquit, suam hosti uendidit, tam facile, inquit, exijt, nocte peruenit ad hostes, redijt, ut scires illum nō tunc primum fecisse. ARGENTARIVS dixit, perfer ad senatum mandata filij tui, necesse est tibi multa dixerit, legatis quoq; aliqua mandauit, fortasse proditoris nomen patri dixit. Indica nobis. Nihil, inquit, dixit mihi. Sublata omnis quæstio est. Quæritis quem dixerit? uidete cui nihil dixerit. Pro patre de comitijs hic color LATRONIS fuit, ne quis filium meum uinceret, timui: itaq; professus sum, ut autoritate mea deterrerem futuros competitores, deinde ipse filio meo cessi. ALBVTIVS hoc colore usus est, aiebat, inquit, talem imperatorem fieri debere, qualis Scipio fuisset, talem senē, qualis Maximus fuit, senem nihil temere facturū, utriusq; populo copiam feci. CAESTIVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc colore usus est. Noueram uitia filij mei, sciebam esse acrem adolescentem, fortem, sed inconsideratum, temerarium. Itaq; petij imperium Reipub. causa filij mei, quem idoneum ad tantum sustinendum onus non putabam. FVSCVS ARELLIVS dixit, in hoc se competisse, ut hostium animi frangerentur, cum audissent posse Rempub. uel in una domo duos eligere. HISPO ROMANVS simpliciter putauit agendum. Inepti, inquit, hi colores sunt, componantur competitores: hoc itaq; egit colore, ut quereretur, de exitu comitiorum adolescentulos omnes conspirasse, quasi de ætatis comparatione ageretur, facile itaq; uictum senem non ambientem, De me, inquit, queri non potestis, clamaui, non est uobis utilis huius ætatis imperator. Mansit itaq; illi & post comitia eadem contumacia, nihil referebat ad patrem, nihil cõmunicabat, itaq; captus est, & cum descripsisset quàm imperite dispositisset aciem, quemadmodum in exploratis locorum insidijs oppressa eius temeritas esset, adiecit, hoc erat quod uobis clamabam, ducem senem eligite. OTHO IVNIVS PATER, præsagijs quibusdam & insomnijs hanc fortunam prænunciantibus agitatur, re comperisse dixit: erat autem ex somniatoribus totus, ubicunq; illum defecerat color somnium narrabat. De eo quod inscio senatu egressus est, LATRO sic colorauit, amentem & attonitum protinus processisse. ALBVTIVS hoc colore usus est. Semper de duce cito constitui, longum erat expectare, ad summam festinaui, nec occurri. VARIVS GEMINVS dixit. Maluisse solum ire, hostes enim autoritate legatorum non moueri, ad lachrymas patrum sæpe flecti. SYLO POMPEIVS ait. Putaui utilius esse, priuata illum pecunia redimi, minoris enim posse æstimari, quàm si tanquam imperator redimeretur. ARGENTARIVS ait, nihil tam iniquum erat, quàm legatos ad redemptionẽ mitti, nunquam enim reddidissent, quem sic desiderari publice iudicassent. Itaq; præcurri rogaturus et hoc dicturus. Exercitus contemnit illum, Respub. relinquit. BLANDVS ait, cogitanti mihi quid facerem, contentus ne essem paternis lachrymis, an comitatu publico preces meas adiuuarem, tandem uenit in mentem, Priamum regem ad redemptionem filij sine legatis isse & cum auro. SEPVLLIVS BASSVS ait, non expectasse se curiam, quia putauerit futuros qui redimendum negarent, quod factum apud Romanos sæpius erat: itaq; ante se uoluisse redimere, quàm posset aliquid de non redimendo constitui. CAESTIVS dixit, non quæsiui secretos tramites, & occultum iter, proditor scilicet eadem uia ueni qua legati. De uoce filij colorem ALBVTIVS hunc fecit, pudebat illum, inquit, quod captus erat, quærebat aliquod fortunæ suæ patrocinium, uoluit uideri non culpa sua, sed proditione hoc sibi accidisse, itaq; nomen adijcere non potuit. FVSCVS ARELIVS dixit, alienatum iam supplicijs animum & errantem has uoces effudisse sine argumentis sine reo. VARIVS GEMINVS omnia complexus est, potest, inquit, propter hoc, potest propter illud, ego uobis idem suadeo, cauete proditionem, hoc si cauere uultis, imperatores senes facite. Illud & in hac controuersia & in omni uitandum aiebat CAESTIVS, quoties aliqua uox poneretur, ne ad illam quasi ad sententiam decurramus, sicut in hac apud Cæstium quidam auditor hoc modo cœpit. Vt uerbis ducis uestri scilicet, iudices, incipiam, Cauete proditionem: sic finiuit declamationem ut diceret, in quibus uitam finit imperator, cauete proditionem. Hoc sententiæ genus CAESTIVS hoc uocabat, & dicenti discipulo statim exclamabat

ut in illa suasoria in qua deliberat Alexander, an oceanum nauiget, cum exaudita uox esset, quousq; inuicte: ab ipsa uoce quidam cœpit declamare, & in hanc desijt. Ait illi Cæstius desinenti.

Et alter cum descriptis Alexandri uictorijs, gentibus perdomitis, nouissime poneret, quousq; inuicte, exclamauit Cæstius, tu autem quousq;? OTHO PATER hoc colore usus est pro patre, dixit enim molestum fuisse imperatori, quod illum suffixum legati intuebantur, itaq; ut ab hoc illo spectaculo urgeret, & exoneraret uerecundiam suam, id dixisse, quo audito festinarent, Itaq; dixisse illum, non Caueant proditionem, sed Cauete, quasi ipsis legatis esset periculum ne proderentur.

Controuersia uicesimaquarta.

RApta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Qui dicebatur raptor negauit

gauit se rapuisse, iudicio uictus uult ducere, illa optionem petit. ALBVTII SYLLI. Præterq; quod in omni discrimine periculosa libertas est, meruit puella ut taceremus, misericors in nos etiam antequam rogaremus fuit, inhumana libertas est, si uincimus aduersus iudices. Non oportet tibi amplius quàm semel optare, omnis nimia potentia saluberrime breuitate constringeretur: qui potest cõdemnare, possit semel, qui potest occidere, possit semel, aut si qua iteratio recipi potest, in pœnitentiam mortis recipienda est. Proponite uobis iam supplicij causam, faciam carnificem, sicui tamen hoc semel liceret, meũ est, exorata sum, conde gladium, irata sum, repete optionem, & nõ semel, mori satius est, occide iam non uitiatorem, sed uirum. PORTII LATRONIS. Periculosius est negare raptum quàm commisisse, in hanc perturbationem adolescens perductus erat, ut ignoraret, quid fecisset, non refugiebat tamen puellæ nuptias, fauebat tantum sibi, ut innocens duceret: itaq; nihil aliud petit quàm libertatem, ut honestius duceret. Ita apud uos iudices, tutius est peccare quàm erubescere. Dignior pœna erat, si id peccasset, quod meminisse posset. Exurge adolescens & sine ullo respectu pudoris ad pedes te puellæ demitte, accedite & uos amici propinquiq;, & tu mater & pater, quid te puella hæc, & quid te horum lachrymæ mouent? Non eo inquit, ad illum magistratum, non dissimulo, metuo te puella, si nusquam rogari uis, nisi ubi occidere potes. Grauius punior nunc, cũ me peccasse pudet, quàm cũ peccaui. Quæ post iniuriam ignoscit, perdit misericordiam. CAESTII PII. Venit ad uos uestro beneficio retenturus puellæ beneficium, optauit nuptias, neq; adhuc sciebat, quàm uerecundum maritum esset habitura. Vitiatorem dimisisti, uirũ occides? aiebat iudex, quid habes, quod tam pertinaciter neges? nuptias optat, minus est ergo quod uitiauit, quàm quod negauit. Q. HATTERII. Non sum, inquit, optatura mortem, sed uolo mihi licere & mortem optare, quã potestas ista delectat crudelis est. BLANDI, ergo nos iniuriam periculosius negauimus quàm fecimus. IVNII GALLIONIS Quadam nocte, quid dicam? iam negare non audeo, nõ diligenter causa mea acta est, dum nihil timetis, facilius me puellæ credidistis. Confitendum est uitium nostrum, nos nuptijs fecimus moram. Siue adhuc esset uitiata siue non esset, uisa est indigna matrimonio, quæ hominem posset occidere. Tibi consulebam, ne dicereris uitiatori nupta, si per te licuisset, honestiorem maritũ habuisses, tu negasti. O hominem impudentem, ita tu iam ante magistratus tribunal, in conspectu populi, in medio foro clamitasti, ego uirginem rapui? neminem habere tam obsequentem maritum potes, hic iam nihil negauit. VARII GEMINI. exponam uobis rerũ ordinẽ sic, tanquam ab eo didicerim, qui quid fecerit, nescit. VIBII GALLI. Vbi estis qui dicebatis, nihil interest tua, confitere, confitere, quia honestius putasti raptori nubere. Sit, inquit, mihi hæres, si quis intra decem mẽses natus fuerit, nunquam negat. Surge adolescens, dic rapui, uitiaui, incipe scire quod nescis, miraris si tibi non credit? multum est de quo timet. PARS ALTERA P. ASPRENATIS, Nescio utro iudicio aduersarius fuerit improbior: priore id egit, ne quam omnino pœnã stupri penderet: hoc id agit, ut ipse optet, ex duobus alia lege constitutis supplicijs, utrũ uelit pendere. Fatetur enim impune se habere maluisse, quàm ducere uxorem, uxorem ducere malle quàm mori: antea legem uitiationis euertere conatus est, nunc transferre uult, aduocatos rogat, iudices rogat, omnes potius quàm uitiatam. Vtinam non hoc illum liberaret metu, quod iudices mouit clementia fuit: nobis clamabat se innocẽtem, etiam si quid peccasset mori non recusare. Aderat raptori populus, nec quisquam magis suspectã faciebat uitiatæ causam, quàm lenitas optionis. Si tibi iam de stupro tuo liquet, est quędam proxima innocentiæ uerecundia, prębere se legibus: tu uero meruisti quidem mortem, illa inficiationem: ignorasti an peccasses, innocens esse uoluisti, causam haberes, reuertere ad partes puella, quandoquidem toties iam rogas, quæ rogari ipsa debueras. LATRO tres fecit quæstiones, an illa interrogatio iusta fuerit, Non fuit inquit iusta: non enim constabat te raptorem esse, Nihil refert, inquit, an negauerit, erat eñ raptor etiã ita si negabat, & iusta fuit optio. An si iniusta optio fuit reuocari possit, optio inquit, semel puellæ datur, immutabilis est, semel emissa est. Iudex quam tulit de reo tabellã reuocare nõ potest, quæsitor nõ mutauit pronũtiationẽ suã. Nihil tã ciuile,

tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam utile est, quam breuem potestatem esse, quæ magna est: si uolet & alterā suā optionem reuocare, & deinde tertiam, nunquam constabit quid futurum sit, cum illa quod optauerit, possit sequenti semper optione rescindere. Tertiam fecit quæstionem, an si possit aliquando reuocari optio, nunc debeat. Hæc defensio adolescentis qui negauit se uitiasse. FVSCVS & ordinem mutauit quæstionum & numerum auxit: fecit enim primam quæstionem, an rapta non possit amplius optare quàm semel: potest inquit, lex enim nō adiecit quoties opter, sed ex quibus. Aut hoc, inquit, aut illud, nō adiicit, neq; amplius quàm semel. Contra ait, lex iubet te alterutrum optare. Tu hodie si mortem optaris, facies quod nunquam factum est, utrunq; optaueris, etiam si non licet, inquit, amplius quàm semel & mortem optabis & nuptias. Ego nondum optaui, optio est enim, quæ legittime fit, illa nō est facta legitime: si prætor defuisset, nunquid optionem uocaret? Si rapta defuisset, raptor non fuit. Non est illa optio, sermo est. An proximo iudicio confirmata sit optio, rapta ait, agebatur apud iudices, utrum deberet raptæ esse optio, non iudicatum est raptam esse debere, rapta sit. Nō inquit puella, quæsitum est enim an ego in raptorem ius haberem, iudicatum est habere me, uti debeo. Non possum ante legem habere quàm raptorem. Nouissimam quæstionem fecit æquitatis, an raptæ debeat esse optio. PASSIENVS hanc ultimam partem sic diuidebat, an si adolescens malo aduersus puellam animo inficiatus est raptum ut nuptias effugeret, dignus sit qui iterū fortunam subeat optionis recusatæ, deinde an malo animo fecerit. VARIVS GEMINVS ultimæ quæstioni uel parti, inquit, quid debeat fieri, quæritur. Duo hæc adijciebat quæ per se quæri putabat, an si puella pro certo adolescentis mortem optatura est, non debeat illi permitti optio tam crudeliter usuræ sua potestate: deinde, an mortem optatura sit. Quid est inquit, quare uelis optare nisi quod nuptias non uis? Hoc non tantum patimur, sed rogamus. Color pro adolescente introductus est à Latrone talis, ut diceret, se ebrium fuisse, & ignorare quid fecerit, hoc die magis credere de facto suo quàm scire: recusasse autem non ne duceret uxorem, sed ut sua uoluntate duceret, & iudices non audisse solicitos, facile fuisse quasi de nuptijs agere-tur. VARIVS GEMINVS raptam cosessus est, & dixit, nihil tam contrarium esse adolescenti, quàm etiamnum negare, ne non tantum raptam, sed etiam iudicem offendat. CAESTIVS nec Latronem secutus est dicentem, nescisse se hodieq; nescire, nec Variū Geminum confitentem, se non rapuisse apertius negauit. Vtrum, inquit, inuenire nō poterat iudices. Tertiam sententiam secutus est. Si rapuit indignum est puellam inuitam rapram esse, si non rapuit, nónne indignum est fieri illum maritum? SYLO POMPEIVS dixit adolescentem uerecundum natura & rustici pudoris non sustinuisse confessionem. Non placebat Latroni color. Minus, inquit, ignosceret illi si sciit se rapuisse & sciens mentitus est. Contradicebat Sylo, posse ulli fidem fieri aliquem nescire an rapuerit? HISPANVS CORNELIVS. Non subducere illi, inquit, maritum uolui, sed honestiorem dare. Digna est, inquit, tam misericors puella quæ non uideatur nupsisse raptori. HISPO ROMANVS ait, illos sodales qui ipsum impulerant circumstetisse & dixisse, Non est hæc quam rapuisti, alia mitti timuit, ne illi qui eam rapuerat faceret iniuriam. ARGENTARIVS dixit. uellem mortem optasses, non esset hic raptor iudicatus. Non causa tua illum premit, sed optio. Dum unusquisq; iudex dicit, quid haber quod tantopere recuset, putet de capite agi, & ipse ait, se non uelle ducere uxorem, sed titulum recusare. Nempe uictus ducet uxorem, Non est solicite de eo iudicandum, cui damnato gratulandum. SYLO hoc colore usus est. Confusum adolescentem subito, & tanto tumultu parum sibi constitisse, & negasse, quia perturbatus erat, perseueraſſe quia negauerat.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER QVINTVS. SENECA NOVATO ET MELAE FILIIS S.

IAM uidebar promissum meum implesse. Circumspiciebam tamen nunquid me præteriret. Vltro Votieni Montani mentionem intulistis, & uelim uos subinde aliqua nomina mihi offerre, quibus aduocetur memoria, quæ, quando senilis marcet per se, admonita & aliquando lacessita, facile se colliget. MONTANVS VOTIENVS adeo nunquam ostentationis declamauit causa, ut ne exercitatus quidem declamauerit, Rationem quærenti mihi ait, Vtram uis? honestam an ueram? Si honestam, ne male assuescam. Qui declamationem parat, scripsit non uincat sed ut placeat. Omnia itaq; lenocinia ita conquirit, argumentationes quia molestæ sunt, & minimum habent floris relinquit, sententijs explicationibusq; audienteis delinire cōtentus est. Cupit enim se approbare, non causam. Sequitur aūt hoc usq; in forū declamatores uitium, ut necessaria deserant, dum speciosa sectātur. Accedit etiam illud quod aduersarios quamuis fatuos fingant, respondeant illis & quæ uolunt & cum uolunt. Præterea nihil est quod errorem aliquo damno castiget, stultitia eorū gratuita est, Vix itaq; in foro futurus periculosus stupor discuti potest, qui creuit dum tutus est. Quid quod laudationibus crebris sustinentur, & memoria illorum assueuit certis interuallis quiescere. Cum uentū est in forū, & desijt illos ad omnem gustū plausus excipere, aut deficiunt, aut labant. Adijce nunc, quod ab alijs nullius interuentu excutitur. Nemo ridet, nemo ex industria obloquitur, familiares sunt omniū uultus. In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forū turbat: hoc quod uulgo narratur an uerum sit, tu melius potes scire, Declamatoriæ uirtutis LATRONEM PORTIVM unicū exemplum, cum pro reo in Hispania rustico Portio propinquo suo diceret, usq; eo esse confusum, ut à solœcismo inciperet: nec ante potuisse confirmari, ac parietes desiderantem, quàm impetrauit ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsq; eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicata enutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, cœlum denicq; pati nesciant, Non est autem utilis exercitatio, nisi quæ operi simillima est illi quod exerceat, itaq; durior solet esse uero certamine. Gladiatores grauioribus armis discunt quàm pugnant, diutius illos magister armatos quàm aduersarius sustinet. Luctantes binos simul ac ternos fatigant, ut facilius singulis resistant. Cursores quod intra exiguū spacium de uelocitate eorum iudicetur, id sæpe in exercitatione decurrunt, quod semel decursuri sunt in certamine, Multiplicatur ex industria labor quo cōdiscimus, ut leuetur. Quod cernimus in scholasticis declamationibus, cōtra uenit, omnino molliora & soluriora sunt, in foro partē accipiūt, in schola eligūt, illic iudici blādiuntur, hic inseruiūt, illic inter fremitū consonantis turbæ intendendus animus est, uox ad aures iudicis perferenda est, hic ex uultu dicentis pendent omnium uultus. Itaq; uelut ex umbroso & obscuro prodeuntes loco claræ lucis fulgor obcæcat, sic istos à scholis in forum trāseuntes, omnia tanquam noua & inusitata perturbant, nec ante in oratorem corroborantur, quàm multis perdomiti contumelijs puerilem animum scholasticis delitijs languidum uero labore durarunt. LEPIDVS, uir egregius & qui declamatorio non studio. Ατελὲς

Controuersia uicesimaquinta.

ADulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrunq; corpus interficiat, sine fraude sit. Ingrati sit actio. Milciades peculatus damnatus in carcere alligatus decessit, Cimon filius eius ut eum sepeliret uicarium se pro corpore patris dedit. Callias sordide diues natus redemit eum à Repub. & pecuniam soluit, filiam ei suam ipse collocauit, quam ille deprehensam in adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est. ALBVTII SYLLI. Non me mouet periculum meum, semper nos in malis nostris non fortunam, sed causam spectauimus. Non dubito quin Callias redempturus Milciadem, si iam habuisset filiam nubilem. MVSAE aliud alius pati non potest, mihi adulterium

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulterium carcer est. ASELLII FVSCI PATRIS. Nihil inquit filia plus possum dare quàm Cimonem uirum, quando mihi contingerent ex eo nepotes: ferrū ex lege mihi traditum, ad uindictam pudicitiæ, proiiciam? Perdidisti pecuniam Callias, si tales soluisti manus: damnatus peculatus nihil aliud hæredi suo relinquit quàm se patrem. CAESTII FIL. Non potest generosus animus contumeliam pati. Merito tu ex Cimone nepotes habere concupisti. Quid magis in me probasti quàm carcerem? non sum innocentior quàm pater, nec liceor, qua liceor quidem. Hoc unum interest inter parētis & filij fortunam, quod illius calamitatum exitus fuit carcer, mearum initium. Exponam uobis quàm in neminem meorum ingratus sim. Vnius Milciadis census inuentus est Cimon filius, nec hic quidem quicquam habuit, quod dare pro patre præter seipsum posset. In Cynegyri domo sperare nuptias poterā, in Callimachi, nec uerebar, ne Cynegyrus pluris suas æstimaret manus. Redemptus Cimon redemptoris infelicitas est. VOTIENI MONTANI, faciat, dicat, non accepi beneficium, alter reddidit: certus reddam cum tam honeste desideraris quàm dedisti. Ego adulteros dimittam? quid aliud facerem, si alligatas haberem manus? egit me attonitum dolor. Non me hercule sic exorasset Milciades pater. Nihil Calliæ debeo nisi libertum. Est uir egregius Callias, est misericors. Sed utinam tantum aduersus bonos malorum iniuria esset. Si nunc manus Cimonis alligantur, quantū fuit beneficium quod tunc solutæ sunt? Non iste, iniquiore animo filiam amisit quàm ego uxorem, sed æquiore animo impudicam pati uoluit. Vis diuitias tuas abscondere, cum in eos inciderint qui mendicitate censentur? Nihil habet domus nostra melius quod ostendat quàm paupertatem. Da pecuniam Milciadi, qua damnationem luat, nocens erit, da Cimoni qua patrem redimat, pius non erit. VIBII GALLI. Nullibi mihi felicior uideor quàm quod Milciadis precium fui, alligatus iacebat Persicæ potentiæ uindex, libertatis publicæ assertor, iacebat crimen ingratæ ciuitatis. Adulteram dimittam patri, adulteram cui non tam glorior, quod filius sim Milciadis, quàm quod uicarius. Quid tu pœnam putas, pro Milciade alligari? si adulterum solum dimitterem, exulandum est. Quid faciam? occidam? plusquam præstitisti exigis, pro carcere exilium. Non occidam? plusquam præstitisti exigis. Vnū beneficium dedisti, duo petis. Vterq; magnum beneficium dedistis. Tantundem datis recepistis, Cimon quod Milciadem redemit, tu quod Cimonē. Videbatur mihi omnis maiorum meorum circa me turba fremere dicentium, Vbi sunt illæ manus quæ soluere Milciadē? Non mihi occurrit indulgentia uxoris, non Callias socer, nō ullius, aut rei, aut beneficij memoria, feci quod soleo, nihil aliud aspexi quàm patrem. MENTONIS. Cogita adulteros esse pro quibus rogas, cogita qualiū misereri soleas. Turpe est ab eodem mitti & adulteros et Cimonem. Ego sum qui referre gratiam ne mortuis quidem desino. Ita mihi ueros habere liberos contingat, quod quantum sit, Milciades expertus est. PORTII Latronis. Ego adulteros dimittam? ardet cupiditate uindictæ animus. Has manus cōtinere non possit Milciades, quas alligare potuit. Si in hoc solutus sum, redde me carceri. Ille Græciæ seruator & Persarū uindex oriētisq; domitor, cui modo tam insignem triumphū fortuna de hoste detulerat, damnatus est peculatus, ob hoc uidelicet ipsum, ut innocentia eius, quæ alioquin latere potuerat, ipsa damnatione ostenderetur, damnatus est innocens. Quis in ciuitate misericos est? nūc occasio misericordiæ uenit. Milciades redimendus est. Redemi corpus tuū Milciade, ne funeri quidem interfuturus, in quod meipsum impenderam. Misereor accusatoris mei, non quia perdidit filiam, sed quia habuit. Dignus erat Callias habere tales quales redemit, quod si me in hanc stuprorum patientiam redemisti, matrimonio carcerē præfero. Honestius patri alligor, quàm adultero soluor. Vt audiui esse qui pecuniam numeraret, miratus sum fuisse in ciuitate nostra quenquam qui Cimonem redimere quàm Milciadem maluisset. Ego ne patrem quidem meum nisi innocens fuissem redemissem. BLANDI. Obiiciat licet uincula, nunquam tamen efficiet, ut non magis carcere glorier quàm matrimonio. Diuersi sunt hominū affectus. Tu fortasse Callia uincula ferre non potes, ego adulteram uxorem. Effugient ergo adulteri tanquam alligatas Cimonis manus? ARGENTARII. Redemptum me protinus appellare cœpit de filiæ nuptijs. Statim inquam Callias

Callias experitur an gratus sim, habes Calliā sine Cimone, pro uno rogat duos eripit? FVLVII SPARSI. Dic nunc, te carcere exemi, dum ego respondeam, ego me carceri tradidi: nunquam effici poterit ut melius actum putem quod à Callia redemptus sum, quàm quod pro Milciade alligatus. Filia tua abstulit tibi generum Cimonem. Ductus est pater meus in carcerem etiamnum captiuis suis plenum. IVNII GALLIONIS. Beneficium, inquit, tibi dedi quod filiam tibi collocaui, nunc uero Milciade grauiorem fortunam carcere sustines, Callias tecum communicare dignatus est. Ego me redemptum putabam, filiæ istius emptus sum. Steterunt ante oculos meos maiorū imagines, emissusq; sede sua Milciades maiestate imperatoria resulsit, & iterum meas inuocauit manus. IVNII BASSI. Calliæ filiam uxorem duxi. Hanc tibi pater iniuriam feci, dum ingratus esse nolo. Placeas tibi licet & istas facies diuitias, tantidem tamen redemi patrem, quanti à te redemptus sum. DIVISIO. LATRO in has quæstiones diuisit, an quisquis gratiam non retulit cum possit ingrati teneatur. Multa, inquit, interueniunt propter quæ non debeam facere etiam si possum. Si non tenetur quisquis non retulit gratiam cum posset, an hic teneatur. Hoc in hæc diuisit, an possit ob id damnari, quod lege fecit, deinde an facere debuerit. Nouissime an si affectu & indignatione ablatus, non fuit in sua potestate, ignoscendū illi sit. Hoc non tanquam quæstionem, sed ut illi mos erat pro tractatione aut loco. MONTANVS Votienus quæstionē hanc adiecit, an gratiam retulerit Cimon Calliæ. Tuli inquit, filiam tuam uxorem, filia tua Milciadis nurus facta est, non putas beneficium, habere cōmunes cum Milciade nepotes? GALLIO illam quæstionem duram mouit, sed diligenter executus est, quæ soleret esse ingrati in controuersijs prima, an beneficium acceperit. Non erat, inquit, mihi pœna in carcere esse, mea uoluntate illo peruenerat: ita putas libentius in cubiculo iacuisse? Nullus tum erat locus Athenis honestior, quàm qui Milciadem habuerat. Deinde & illā subiunxit quæstionem, an teneatur is qui beneficium acceperit quod non petiuit. Non rogaui, inquit, te, dedisti istud iactationi tuæ, putasti ad gloriā tuam pertinere, ita tu non accepisses beneficium, si tibi soluere Milciadem contigisset. SYLO POMPEIVS à parte Calliæ duo beneficia dixit dedisse, quod redemisset, & quod egenti filiam collocasset: hoc quod secundum posuit, nemo alius pro beneficio imputauit, in quo adeò non est dubium an beneficium non dederit, ut dubium sit an receperit. NIGER Brutidius illas preterea quæstiones fecit, an si sua causa fecit hoc Callias, ut redimeret Cimonem, an sit beneficiū: beneficium enim est, inquit, quod totum eius causa præstatur in quem confertur. Vbi aliquis ex eo aut sperat quid aut præparat, non est beneficium, sed consilium: & diu executus est, & argumentis & exemplis. Deinde an sua causa fecerit Callias. Voluisti, inquit, opinionem sordium illustri facto effugere, petisti ex hoc æternam memoriam. Non magis poterat ignotum esse, à quo Cimon solutus esset, quàm pro quo alligatus. Voluisti habere generum nobilem, pium. HISPO Romanus duram quæstionem fecit, an retulerit gratiam hoc ipso quod occidit. Liberaui, inquit, te dedecore summo, inuito tibi beneficium dedi, non est quod mireris. Nam & me tum non rogantem redemisti. hoc loco commemorauit illos patres, qui filias uitiatas occiderūt, qui incluserunt. Color & GALLIONI ET LATRONI ET MONTANO placuit, ut nihil in Calliam diceretur contumelioſe & redemptorem & socerum & infelicem. CAESTIVS multa in auarum & in fœneratorem, & mensularium & lenonem dixit, dum uult illud probare, reddidisse se beneficium, quod talem socerum habere sustinuisset. LATRO dixit, filiam tuam dimittam, quid adultero faciam? pro una rogas, duos eripis. Hanc HYBREAS aliter dixit sententiam.

Hæc tota diuersa sententia est à priore, etiam si ex eadem est petita materia. Illa non est similis, sed eadem, quam dixit prior ADDEVS rhetor ex Asianis non profecti nominis, deinde ARELLIVS FVSCVS sic putauit ARELLIVS Fuscus, Non dices me Callia ingratum, unde redemeris cogita, merui. Deinde Fuscum cum hæc à discipulis sententia ei obijceretur, non inficiari, transtulisse se eam in latinum, & aiebat non commendationis se id aut furti, sed exercitationis causa facere. Do, inquit, operam ut cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

optimis sententijs certem, nec illas corrumpere conor, sed uincere. Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam.

deinde Salustianam. Res secundæ mire sunt uitijs obtentui: cum sit præcipua in Thucydide uirtus breuitatis, hac eum Salustius uicit, & in suis illum castris cecidit. Nam in sententia Græca tam breui habes, quæ saluo sensu detrahas, deme uel

uel deme

constabit sensus etiam si non æque comptus, æque tamen integer. At ex Salustij sententia nihil demi sine detrimentis sensus potest. T. autem Liuius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiam & tanquam translatam, & tanquam corruptam dum transfertur, obijceret Salustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat, laudat quem nō timet, & facilius putat posse à se Salustium uinci, si ante à Thucydide uincatur. CABSTIVS colorem hunc pro Callia habuit, obiecit ultro Cimoni, quod passus est uxorem suam adulteram fieri, quod non custodisset, quod expectasset dum superueniret pater, ut spectator calamitatis suæ fieret. Iam, inquit, etiam si dimiseris ingratus es, ego non expectaueram dum rogarer. HISPO ROMANVS hunc colorem secutus est, & dixit adolescentem tumidum, & nobilitatis suæ cogitatione insolentem, inuisa habuisse beneficia sua, moleste ferentem socerum suum dici Calliam. Item omnem operam dedisse, ut mores puellæ in uitia non tantum labi pateretur, sed ipse impelleret, ut haberet iustam dimittēdi causam, nec eam occasionē intermisisse, sed expectasse etiam dum superueniret pater: hoc se cogitasse, expectat me, uult mecum pares rationes facere: fecisset si non ostendisset patri adulteram filiam. GORGONIVS in hac controuersia cacozeliæ usus dixit, istum publicum adulterium est, sub Milciadis tropheis concumbere. DORION cum descripsisset gloriæ sibi fuisse carcerem, nunquam non se illam fortunam ostentasse dixit.

Maiestatis læsæ fit actio.

FLaminius prætor inter cœnam à meretrice rogatus, quæ aiebat se nunquam decolari hominē uidisse, unum ex damnatis occidit, accusatur maiestatis. MENTONIS. Iam etiam periturī dormiebant, peragitur totus ordo supplicij, ne quid se meretrix negaret uidisse. O miserum si quis meretricem offendit. O miseram matrem familiæ, si cuius fœminæ meretrix inuidet, nihil petenti prætor negaturus est. MVSAE. Hic est Flaminius qui exiturus in prouinciam uxorem à porta dimisit. ARGENTARII, Obijcio luxuriam, obijcio lenocinium, obijcio histrionicam, iocos mimicos, in conuiuio nihil aliud quàm occidit: qui in carcere uixerunt, in conuiuio perierunt. BLANDI. Feriatur in foro, omnes uideant, meretrix audiat. Reliquiæ prætoris unco trahebantur. Maiestatem læsam dixissem, si exeunti tibi lictor à conspectu meretricem non summouisset. VIBII RVFFI. Paratus erat accusator cum commentarijs, aiebat, quid si meretrix desyderarit? In hoc te cum uxore non misimus, ut salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem. Dedimus tibi legatū, dedimus quæstorem, ut tu cum meretrice cœnares? meretrix uxoris loco accubuit, imò prætoris. P. ASPRENATIS. Vni fortasse osculo donauit homicidium, etiam carnifices cœnaturi manus abluunt. PORTII LATRONIS. Ne à sobrio quidē lictore percussus est. Non inquiro in totum annum, una nocte cōtentus sum. Bibe lictor, ut fortius ferias. Ecquid intelligitis quomodo damnatus sit, qui sic occisus est? quid scio, an in cuius gratiam occisus est, in eiusdem etiam damnatus sit? quantum tibi perdiderat, tantum tu meretrici dedisti. Si negaret, quos testes haberem? quis enim in illo conuiuio fuit, cui tecum sit credendum? facilius est, ut qui meretrici dederit homicidium, neget, quàm ut qui hoc quoq; dedit, quicquam inde minuerit. Nunquam istud mulierum oculis ostendi solet, aut ista iam sæpe uidisset. IVLII BASSI. Inter temulentas reliquias sumptuosissimæ cœnæ, & fastidiosos sub ebrietate cibos, modo excisum caput humanum fertur, Inter purgamenta & iactus cœnantiū, & sparsam in conuiuio scobem, humanus sanguis euertitur. Gratulor sortiti tuæ prouincia, quod desiderante tale spectaculū meretrice, plenum carcerem damnatis habuisti. Seruum si uerberare uoluisses extra conuiuium abduxisses ROMANI HISPONIS. Quis ferret te si in triclinio tuo iudiciū coēgisses? Scelus est in conuiuio

uiuio damnari hominem, quid occidere ad arbitrium meretricis? de eo pronuntiasti, nisi forte facilius in honorē eius decollas quàm iudicas. FVLVII SPARSI. Contactam sanguine humano mensam loquor, strictas in triclinio secures. Quis credat ista aut cupisse meretricem, aut fecisse prætorem? Cadauer, secures, sanguinem loquor, Quis inter hæc de conuiuio cogitat. Hominem, inquit, occidi, nunquam uidi, alio quàm Flaminio prætore, omnia alia uidisti. SYLONIS POMPEI. Virum nobilissimum & tantis honoribus functum turpiter meretrix clementem fecisset, crudelem fecit. Nunc̄ uidi, adijce si uis, nec alio prætore uidere potes. ALBVTII SYLI. Si quis autem est iudices, qui desideret, ut prætoris referā crudelitatē, quot præter hunc iugulauerit, quot innoxios damnauerit, quot carcere incluserit, huic ego me satisfacturū polliceor uno conuiuio, cum su.. prætura reum euoluā. Instituuntur ab isto in prouincia epulæ, & magnifico aparatu extruitur conuiuiū, distinguuntur argēteis poculis aurea, quid multa? ē carcere in conuiuium prætoris, cui stupenti misero meretrix arridet, Interim uirgæ promuntur, & uictima crudelitatis ante mensam ac deos trucidatur. Me miserum, imperij Romani terrore lusisti. O qui crudelitate superasti omnes tyrannos, soli tibi inter epulas uoluptati fuit morientiū gemitus, hic ultimus apparatus cœnæ fuit, In eodem triclinio uideo prætorem, amatorē, scorta, cædes, meretrix prætori, prætor prouinciæ imperat. In conuiuio cōstituitur carenatus, qui cum languenteis prætoris illius aspexit oculos, existimans ipsum prætoris beneficio dimitti, gratias isti agere, & utrisq; manibus mensam tenens, Dij, inquit, immortales tibi parem gratiam referant. Quicunq; in eodem triclinio accubabat, alius ubertim demisso capite flebat, alius auertebat ab illa crudelitate oculos, alius ridebat, quo gratior esset meretrici. Hic iste inter uarios conuiuarum uultus submoueri iubet miserū, stare ad præbendas ceruices in locum. Interim distinguitur mora poculis, nec fobrij quidē carnificis manu, ciuis Romanus occisus est. Nō peto quo minus securi percutiatur. Illud rogo, legi potius quàm sorte cadat. Memento terrorem imperio quæri, non oblectamenta mulierculis. Quid ego nunc resetam iud. ludorum genera, saltationes, & illud dedecoris certamen, prætor ne se mollius moueret an meretrix. CAPITONIS. Exurgite nunc Bruti, Horatij, Decij, & cætera decora imperij, Vestri fasces, uestrę secures, in quantū proh bone Iupiter dedecus recciderunt. Istis obscœnæ puellæ iocantur, Quid si per deos immortales nullo solēni die, populo inspectāte, in foro conuiuiū habuisses? nō minuisses maiestatē imperij nostri? atqui quid interest conuiuiū in forum, an forū in conuiuiū attrahas? Deinde descripsit qualiter in foro decolletur. Ascēdit prætor tribunal inspectante prouincia, noxię post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omniū uultu, fit à pręcone silentiū, adhibentur deinde legitima uerba, canitur ex altera parte classicū. Nunquid uobis uideor describere conuiuiales iocos? Heu quàm dissimilis exitus initijs adest. Accusauit te, quis? Po. Ro. Iudicarunt te quite prætor damnatū pronuntiauit, occidit meretrix. BVTEONIS. Vt iste cū amica cœnaret iucundius, homo occisus est. Nunquid iudices unquam pro rostris uidistis prætorem cum meretrice cœnantem? VOTIENI MONTANI. Qui sic cōuiuatur, quo modo irascitur? Damnaturi iurant nihil se gratiæ, nihil precibus dare. Postulo, ut in hanc legem iures, Maiestas Po. Ro. per omnes nationes, per omnes diffusa prouincias in sinu meretrico iacet. Ea imperat prætori nostro, quæ professitit: cuius osculo nemo se abstinuit, nisi qui pepercit suo. Conuiuas tuos ipsa narra, fuere credo tribuni, fuere præfecti, fuere equites Romani, cū ijs ergo prætor. CASSI SEVERI. Ne de seruo quidem aut captiuo omni loco aut omni genere, aut per quos libebit, aut cum quibus libebit, suppliciū sumi fas est, adhibeturq; ad ea magistratus ob custodiam non lætitiam. TRIARII. Quo crimine damnatus est? cædis, non tamen in cōuiuio occiderat, Animaduerte diligenter, meretrix, ne iterum homicidiū roget. MONTANVS VOTIENVS has putabat quæstiones esse, an quod quis in magistratu peccauit proles uindicari possit, maiestatis læsæ reus. Vnum enim quod tueri se facto nō potest adius confugit, & dicit se hac lege non teneri. Num quicquid peccauit in magistratu aliquis, maiestatem lædit. Puta aliquem, dum magistratus est patrem suum occidere, ueneno uxorem suam necare puta, non hac lege causam dicet, sed illis parricidij & ueneficij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vis scire non à quo fiat ad rem pertinere, sed quid fiat? priuatus potest accusari maiestatis læsæ, si quid fecerit quo populi Romani maiestatem læderet. Puta amicam habet proconsul, ideo maiestatis damnabitur? Quod amplius dico, puta matronam corrupit, dum proconsul est, adulterij causam dicet non maiestatis, singula, inquit, æstima quæ obijcis. Si tantum amicam habuisset, nunquid accusares? quod animaduertisset in aliquem nullo rogante, nunquid accusari posset? Si non omne non recte factum hac lege uindicari potest, an id quod sub autoritate publica geritur? Nam cum adulterium committit tanquam ciuis peccat, item cum ueneficium, cum animaduertit autoritate publica utitur, In eo autem quod sub prætextu publicæ maiestatis actione uindicandū est. Dic enim mihi, si cum animaduertere debeat, nec legitimo cultu ac more solenni usus interdiu, tribunal conscenderit conuiuiali ueste: si cum classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit, nō lædet maiestatem? atqui quod fecit fœdius est, & comparauit. Deinde si potest uindicari maiestatis lege id quod proconsul, maiestatis publicæ & iuri & apparatus est, peccauit, an hoc possit? non potest, inquit, nihil enim detractum est populi Romani magnitudini. Is lædit populi Romani maiestatē, qui aliquid publico nomine facit, tanquam si legatus falsa mandata affert, nō aliter quàm populus Romanus dederit. Imperator fœdus percussit, uidetur populum Romanū percussisse, & continetur inito fœdere: nunc nec uiribus quicquam populi Romani detractū est, nec opinioni eius imputatur, si quid fecit, non populus Romanus. At ex te cæteros æstimant. Nōne & ante hunc alij fuerunt ex quibus æstimari possit? & post hunc erunt. At singulorum uitia nemo urbibus ascribit. Attamen factum ipsum turpe est: sed multa alia, nec ideo illis populi Romani maiestas læditur. Nemo penè sine uitio est, ille iracundus est, ille libidinosus est, non tamen si cum aliquo imitatum est malis, eo statim maiestas læditur: deinde ad facti ipsius æstimationē uenit, & dixit hæc obijci, quod meretricem habuit, quod aliquē occidit, quod noctu, quod in conuiuio, quod rogante meretrice. SYLO POMPEIVS has adiecit quæstiones, an si quod ei facere licuit, fecit, non possit maiestatis accusari, potest, inquit: hæc enim lex quid oporteat quærit, aliæ quid liceat. Licet ire in lupanar. Si præcedentibus fascibus prætor deducetur in lupanar, maiestatem lædet, atqui quod licet fecerit. Licet qua quis uelit ueste uti. Si prætor ius in ueste seruili uel muliebri dixerit, uiolauerit maiestatem. Deinde illam fecit quæstionem, an ei hoc facere licuerit: non licuit, inquit, illo loco, aut illo tempore, aut ex illa causa occidere, quædam quæ licēt, tempore & loco mutato non licent. De colore, inquit, quæritur, quo uti debeat is qui pro Flaminio dicit. Quædam controuersiæ sunt, in quibus factum defendi nō potest, excusari potest, ex quibus est & hæc. Non possumus efficere ut propter hoc non sit reprehendendus, non speramus ut Flaminiū iudex probet, sed ut dimittat, sed sic agere debemus, tanquam pro facto non emendato, non scelerato tamen. Item negabat se pro flaminio narraturum MONTANVS, sed his quæ obijciuntur responsurū. Aiebat autem illam sententiam Ruffi Vibij, colorem actionis esse bonum, Senectionis esse, bonū se habere animū pro reo, in quo libido omnis intra meretricem esset, crudelitas intra carcerem. Ipse Montanus illum locum pulcherrime tractauit, ut multa populus Romanus in suis imperatoribus tulerit, In Gurgite luxuriam, in Manlio impotentiam, cui non nocuit & filium & uictorem occidere, in Sylla crudelitatem, in L. Lucullo auaritiam. In prætore, inquit, cum illi constiterit abstinētia, diligentiam excutiatis quomodo una nocte cœnauerit, utrum tamen, inquit, iniqui est quod obijciunt, quod damnatus perierit meretrice postulāte, prætori perire damnato. Colorem FVSCVS ARELLIVS hunc introduxit, ebrium fuisse, nescisse quid fecerit. SYLO POMPEIVS hoc colore usus est, non putauit ad rem pertinere, ubi aut quando perieret qui perire deberet. TRIARIVS ineptum introduxit colorem. Sermo erat, inquit, in conuiuio, contemni nimiam prætoris lenitatem: alios fuisse prætores qui quotidie animaduerterent, huius anno nullum fuisse occisum. Dixit aliquis ex conuiuis. Tu ergo nunquam iratus? dixit & mulier, ergo nunquam iratus, quod clementia sua contemptui esset. Curabo, inquit, sciant non deesse mihi sceleratum, quem uidere lucem ultra non oportet: occisus est, quia damnatus sub prætorio fuerat. Quo tempore?

Est enim

Est enim ullum tempus quo nocens perire non debeat? GALLVS VIBIVS dixit, meretrix orauit, timebam me hercules, ne exorasset ut occideretur, aut indemnatus uiueret. Ex altera parte multa bene dicta sunt, multa corrupte: in descriptione supplicij uti que illi qui uoluerunt omnia legitima supplicij uerba in sententias trahere, in uitia inciderunt: tanquam dixit TRIARIVS, Summoue, audis lictor, summoue à prætore meretricem; hoc loco non male adiecit, uerbera, sed uide ne uirgæ tuæ pocula nostra disturbent. SYLO POMPEIVS dixit, despolia, meretrix agnoscis hoc uerbum? certè pro uincia agnoscit. Sylo Pompeius homo qui iudicio censebatur, & ipse ad hanc descriptionem accessit, nimium tamen mali fecit, ait animaduerte meretrix, age lege, quicq; enim lege hic agitur? HISPANVS dixit, age lege, tibi dicitur Flamini, uiue sine meretrice, cœna sine carnifice. ARGENTARIVS in quæ solebat schemata, attrectationem uiolentissimam fregit, age lege, scis, inquit, quid dicat. Interdiu age, in foro age, stupet lictor, id est, quod dicit meretrix tua nunquam se uidisse. MONTANVS VOTIENVS dixit, percussurus lictor ad prætorem respexit, prætor ad meretricem. VIBIVS GALLVS dixit, lictori quia bene percusserat propinatum est. Illud quod tanquam Latronis circumfertur, non esse Latronis pro testimonio dico, & Latronem à sententia inepte tumultuosa uindico: ipse enim audiui Florum quendam auditorem Latronis dicentem, non apud Latronem, neq; enim illi mos erat quemcunq; audire declamantem; declamabat autem ipse tantum, & aiebat se non esse magistrum, sed exemplum, nec Iulio, nec alij contigisse suo, quàm apud Græcos Niceræ, apud Romanos Latroni, ut à discipulis non audiri desyderarent, sed contenti essent audire. Initio contumeliæ causa à deridentibus, discipuli Latronis auditores uocabantur, deinde in usu uerbum esse cœpit, & promiscue poni pro discipulo auditor, hoc erat non patientiam suam, sed eloquentiam uendere. Vt ad Florum reuertar, ille dixit in Flaminio, Refulsit inter priuata pocula publicæ securis acies, inter temulentas ebriorum reliquias humanum euerritur caput. Nunquam Latro sic composuisset, ut quia publicam securim dicturus erat, diceret, priuata pocula; neq; in tam mollem compositionem eius sententia euanuisset, neq; tam incredibileis unquam figuras compingebat, ut in ipso triclinio inter lectos & iocos & mensas percussum describeret. Ille cum in hac controuersia descripsisset atrocitatē supplicij, adiecit, quid exhoruistis iudices, meretricios lusus loquor? Et ille dixit, minus notam sententiam, sed minus bonam. In socium nostrum prætor populi Romani animaduertit, cum priuata uoce, tumultuario tribunali, ebrius fortasse, nec calciatus quidem, nisi si ut omnia expectaret meretrix, diligenter exegit. RVFVS VIBIVS erat qui antiquo genere diceret: belle cessit illi sententia sordidioris notæ: prætor ad occidendum hominem soleas poposcit. Alteram eiusdem generis, sed non eiusdem successus sententiam, cum deplorasset cōditionem uiolatam maiestatis, consuetudinem maiorum descripsisset, qua semper uoluissent ad supplicium aduocari, sententiam dixit: at nunc à prætore lege actum est ad lucernam. POLLIO TAMEN ASINIVS aiebat hanc se sententiam recipere. VIBIVS de oratoribus, qui uerba antiqua & sordida consectatur, & orationis obscuritatem seueritatem putat, aiebat Milcia dem rhetorem eleganter dixisse tamen in ijs etiam si minus est insaniæ minus spei est. Illi qui tument, abundantia laborant, plus habent furoris, & plus etiam corporis. Semper autem ad sanitatem procliuius est, quod potest detractione curari, illi succurri non potest, qui simul & insanit & deficit. Sed ne hoc genus protegere uidear, in Flaminio tumidissime dixit MVRRHEDIVS, Prætorem nostrum in illa ferali cœna saginatum meretricis sinu excitabitis occisuri. Et illud tetracolo, seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti. Nouissima pars sine sensu dicta est, ut impleretur circuitus: quē enim sensum habet, seruiebat dies nocti. Hanc ideo sententiam retulit quia & in tricolis & in omnibus huius generis sententijs curamus ut numerus constet, non curamus ut sensus. Omnia autem genera corruptarum quoq; sententiarum de industria pono, quia facilius quid imitandum, & quid uitandum sit docemur exemplo: & certè illud genus cacozeliæ est, quod amaritudine uerborū quasi aggrauatur. Iam res petit, ut in hac controuersia referamus id quod LICINIVS NEPOS

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit, Reus damnatus est legi, perijt fornici: & illud quod SENIANVS dixit, habet sui generis insaniam, cum diceret, nocte non debere sumi supplicium, post longam descriptionem cum nunc demum uictimæ quidem occiduntur. Et ad hanc controuersiam græci apposuerunt manum, dixit in hac NICETES

EVCTEMON dixit GLAV

CIPPVS CAPPADOX cum cœnam luxuriosam descripsisset indignam maiestate prætoris adiecit hoc idem elegantius dixit ADDEVS cum descripsisset cœnam nocturnam NICETES dixit,

ARTEMON eodem loco aliam dixit sententiam

SIC GLYCON dixit,

Vicesima sexta controuersia.

PEr uim uiq; gesta ne sint rata. Pacta, conuentaq; legibus facta sint. Expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Quidam duos filios expositos sustulit, educauit, quærenti patri naturali pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset, pactum interpositum est, reddit illi suos filios, repetit unum. ARELLII FVSCI PATRIS. Aequum est ut cum alienis diuidamus liberos, quos nō diuidimus cum matribus: si alterū non abstuleris, utrunq; habebis. quid faciam? utrunq; genui, utrunque desideraui, pro utroq; pactus sum. ALBVTII SYLII. Vnà nati sunt, unà expositi, unà educati, redditi potissimum distrahuntur, distraxit illos fortuna aliquādo à parentibus, nunquam ab ipsis. Miseremini iudices, grauis inuidia est. IVLII GALLIONIS Duos exposui, qui alterum eligere non poteram, periclitor ne qui cum duobus liberis in iudicium ueni, sine ullo reuertar. Nam quem perdam eligere non possum, causa pacti mei fuit, ut haberem filios, consummatio, ut perderem, pro filijs tibi debeo, non filios. Pete quantum uis pro disciplinis, imputa quantum uis pro alimentis, licet plus petas dum minus reddam. Maiores nostri uiderūt quàm effusa esset indulgentia prosuis timentium, quàm parata quicquid posceretur dare. Itaq; pro patre lex, non cum educatore pacta est. Non potui obligari de eis, qui in mea potestate non erant: si uis ex æquo diuidamus, at habeatur utriusq; ratio: habeam ego tandiu duos quamdiu tu habuisti, nolite timere pueri, non diducam uos, aut utrunq; habebo aut neutrū: in auctione fratres quamuis hostilis hasta non diuidit. Plus quiddam est gemínos esse q̄ fratres, perdit uterq; gratiam suam, nisi cum altero est. FVLVII SPARSI. Ignoscere mihi aduersarius debet meos retinenti, cum ipse alienos concupiscat, repetit quod adhuc habuit, retineo quod modo ignoui. Agnitio diuidet quos iunxit etiam expositio. CORNELII HISPANI. Dic uter obsequentior sit, uter indulgētior, uterq; inquis. Mirarís si tā meos diuidere non possum? omnia pro filio paciscor, præter filium. VOTIENI MONTANI. Ego uero ne patrocinium quidem habeo. Si tam facile filios remitto, libenter exposui. Reddere istud est liberos an eripere? Vtroq; modo perdendi erant, uel pacti essent uel negati, pactus sum flens tremensq; tanquam cum exponerem. CAESTII PII. Ne diuiderem filios, unà exposui, iste quoq; duos sustulit, qui tantum uno cōtentus est, iterum cogor exponere. IVNII GALLIONIS cōtra, expeditæ partes uestræ sunt, utrunq; ex hoc iudicio potestis patrem dimittere. MENTONIS. Iste assueuit carere liberis, etiam si unum accipiam necesse est torqueat, duobus assueui. Quid unquam cōmisi? & habes domi quos de me interroges, nihil unquam sine illis feci, nisi indicium uim uocas, quæ te patrem facit sine hęrede hęrere, qui paulo ante habui filios duos tales, ut ex illis unus quilibet satis sit. POMPEI SYLONIS. Videte quàm modeste agam, ego sustuli, ego educaui, ego reddidi, iste eligat. VIBII RVFFI. Salui sunt, inquit, liberi tui, post hanc uim meam iste me osculatus est. PASSIENI. Cedò mihi tabulas testamenti, plures in testamento habeo quàm in pacto: hoc testamentū delere non cogito, si meos filios hæredes facere non possum, tuos faciam, preces meas ad filios transferā, hoc enim nomen licebit, puto, mihi usurpare dum litigo. ARELLII FVSCI PATRIS. Fertis hoc optimi iuuenes? ego uos expositos sustuli, ego educaui, ego ægrotātibus assedi, senem me fecistis et relinquitis? ARGENTARIVS. In ista ui duos filios perdidi. DIVISIO. LATRO sic diuisit, in re uis aut necessitas sit, Nulla, inquit, uis est, arma lex & uincula, & ultimum

timum periculū cōplectitur, quorū nihil fuit in tua persona. Illic, ait, uis est & necessitas, ubi uelim nolim succumbendū est mihi, cū esset necesse, non enim poteram habere alterum filium, nisi alterū promisissem. Respondetur, primū non est uis ubi aliquid expediendæ rei causa patiendū est, sed ratio: tanq;, quia non possum domū habere, nisi hic emero, nulla alia uenalis est, hanc occasionem uidet uenditor & premit, nō tamen hanc emptionem rescindes, alioquin in infinitū calumnia excedet. Dicet alius, necesse mihi erat, tibi necesse carere, primū etiam non poteras, deinde & alia uia poteras inuenire, sperare alium iudicem. An aliter inuenire nō poteras? ergo tibi plus præstiti. An si est in re uis & necessitas, ita tamē rescindantur quæ per uim & necessitatē gesta sunt, si uis & necessitas à paciscente adhibita est, Nihil inquit mea, an tu cogaris, si non à me cogeris. Meam culpam oportet esse, ut mea pœna sit. Non inquit, neq; enim lex adhibenti uim irascitur, sed passo succurrit, & iniquum illi uidetur, id ratum esse quod aliquis nō quia uoluit pactus est, sed quia coactus est: nihil autem refert quam per quem illic necesse fuit: iniquum enim quod rescinditur facit fortuna eius, qui passus est, non persona faciētis. Deinde an ab hoc uis admota sit, Tu inquit mihi uim admouisti, qui nō aliter indicabas, quàm si pactus essem. Non est, inquit, admouere uim aliquid cum certa conditione promittere, si qua uis est à re tibi adhibita est, quod & sponte & ad exonerandum se uenisset, ut tantum patri redderet, quantum educatori superfuisset. Pro educatore GALLIO hunc colorem secutus est, se misericordia motum. Cum uiderem, inquit, morbidum sine hærede esse, dixit modo ipse qui auidus est, possumus duo patres esse, & dixit illam amabilem sententiā. Da itaq; nunc pœnas misericors. MONTANVS VOTIENVS sic cœpit, Si quis me uidit, iudices, modo duorum liberorum patrem, nunc solitudine periclitantem, certum habeo, dicit crudelem iudicem. Et sum misse cum aduersario egit, rogauit, ut altero contentus esset. Et illam sumpsit contradictionem, nescio, inquit, utrum: & dixit, mihi crede qui illos optime noui, utrū uis eligę, ideò sic pactus sum quia nihil intererat. HISPO ROMANVS erat natura, qui asperiorem dicendi uiam sequeretur. Itaq; hoc colore egit ut inuehheretur tanquam in malum patrem, & diceret, crudeliter exponentem, perfide recuperantē. In hoc inquit repetit, nō quia habere uult, sed quia eripere, irascitur mihi quod duos educaui, quod indicaui. Et cum descripsisset sæuitiam exponētis adiecit. Etiamnum mihi uidetur eiusdem animi, eiusdē duritiæ, quia nihil putat se debere ei, qui liberos suos educauit. Durus est pater, crudelis est, nolite credere ex illa feritate tam subitam mutationē. Sinite me in uno filio experiri. Dixerat in hac controuersia illam quæstionem, qua dicebat se nequaq; uim adhibuisse. Quid ergo? quis adhibuit uim? tu tibi, nō est quod dicas alīū. quis sibijpsi uim adhibet? solet fieri, ecce ego ipse mihi nocui: & illud dixit. Placet mihi in irritum reuocari quæ gesta sunt, dono quod indicauerim. ARGENTARIVS dixit, ex altera parte, miseriorem se nunc esse, quàm cum ignoraret suos, & cum tormenta patrij animi descripsisset, ait, etiam nunc paciscí uolo, quid do, ut liberos meos recipiam? quid do ne agnouerim? Indignabatur CAESTIVS detorqueri ab illo toties, & mutari sententias suas, quid putatis, aiebat, Argentarium esse, certissimum ius est. Solebat & græce dicere, Fuerat enim Argentarius Cæstij auditor, & erat imitator. Aiebat inuicem, quid putatis esse Cæstium, nisi Cæstij cinerem: & sic solebat iurare, per manes præceptoris mei Cæstij, cum Cæstius uiueret. Omnibus aūt insistebat uestigijs Cæstij, æque ex tempore dicebat, æque contumelioſe, multa interponebat, illud tamen optima fide præstitit, cum uterq; græcus esset, ut nunquam græce declamaret, illos semper admiraretur qui nō fuerunt cōtenti unius linguæ eloquentia, cum latine declamauerant, toga posita sumpto pallio, quasi persona mutata rediebant, & græce declamabant, ex quibus fuit SABINVS CLODIVS, in quem uno die & græce & latine declamantem multa urbane dicta sunt. Dixit Aterius quibusdam quærentibus pusillas mercedes eum accepisse cū duas res doceret, nunquam magnas mercedes accepisse eos, qui Ermeneumata docerent, MOECENAS dixit,

CASSIVS SEVERVS uenustissimam rem ex omnibus, qui ab auditione eius cum rediret, interrogatus quomodo dixisset, respondit male uicit. GLYCON dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

GALLIO autem elegantissime dixit à parte patris, cum in ultima parte testamenti figuram tractaret, quando ego mortuus ero, tunc mihi hæres sit, uis interrogem uter? TRIARIVS dixit, à parte educatoris, Ergo ego tollere potui, educare potui, tacere non potui.

Vicesima septima controuersia.

QVi patrem pulsauerit, manus ei præcidantur. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filijs accersit, imperauit adulescentibus, ut patrem cæderent. Alter ex his præcipitauit se, alter cecidit, postea in amicitiam tyranni acceptus occiso tyranno, præmium accepit, petuntur manus eius, defendit pater. CAESTII PII. Felicior essem si plureis reos defenderem. TRIARII. Hæc uulnera quæ in ore uidetis meo, postea feci quàm dimissus sum. IVNII GALLIONIS. Gratias ago filio, quod me non reliquit solum tyranno, quod manus illius sunt, ego iussi, itaq; crimini meo assum. Amicus, inquit, tyranni fuit, age hoc tantum filius meus in arce simulauit? Procumbo ad genua uestra iudices, ille contumax, qui cum uapularem non rogaui. MVSAE. Occisus est tyrannus, à quo putatis, nisi ab eo qui patrem pulsare non poterat? præcidetis tyrannicidæ manus? quid hoc est? integer tyrannus iacet, præciduntur tyrannicidæ manus: patri præcidite, ne uindicem filium propter quem ne à tyranno quidem impune uapulaui: postquàm occupauit arcem, secuti sunt illum homicidæ, secuti uenefici, secuti quisquis pulsare patrem poterat: necesse fuit patrem cædere, tam hercules quàm necesse fuit spoliare templa, uirgines rapere. Aiebam, fili fortius feri, tyrannus spectat. Si talis erat filius meus qualem describitis, nescio cui magis expedierit tyrannum uiuere. O quantum istis debemus manibus, per quas iam nihil necesse est. Occidit tyrannum, sic huius iratæ manus feriunt. Cum occideret tyrannum, sic aiebat, Pater te interficit, pater ferit, sic feriunt qui uolunt. Tecum fili inconsideratæ pietatis uertor. Validius patrem cecidisti quàm iussit tyrannus iratus, iacenti ipsas cadaueris manus in me ingessisti. FVLVII SPARSI. Tales fuerunt ex quibus posset alter contemnere tyrannum, alter occidere. IVLII BASSI. Compressas filij manus in os meum impegi, cædentem consolatus sum. PORTII LATRONIS. Cæde, inquit, patrem dum ego negligens sum, occupauit se ex arce filius, hoc non est patri parcere sed sibi. Dura fili, ad tyrannum tibi per patrem eundum est. Tenent ecce cruentum tyranni caput, nunc illas præcidite. BLANDI. Vt uidi tyrannicidam ex arce descendentem, nihil prius quàm manus osculatus sum. POMPEI SYLONIS. Vtrum ex filijs meis probatis? alter se occidit, alter tyrannum. nemo ius habet in istas manus, meæ sunt istæ. Etiam cum tyranno seruirent, mihi paruerunt, ita mihi superstite filio mori liceat, ut ego illum qui mori maluit parricidam uocaui. ARELLII FVSCI PATRIS. Rogo uos per securitatem publicam, per modo restitutæ libertatis læticiam, per coniuges liberosq; uestros: nemo tam supplíciter audiuit me rogantem cum uapularem. Quàm languidæ cædentis erant manus, non putares illas tyrannicidium posse facere: istæ mihi salutares porrexerunt cibos, istæ potiones, nunquam tamen indulgentiores sensi manus, quàm cum me cæderent. VOTIENI MONTANI. Pereant, inquit, potius quàm sint, qui tam fortiter loquantur. Vix inuentus est qui tyrannum occideret. Fili fortius, inquit, feri, ne nos colludere tyrannus intelligat: suspensas leuiter admouebat manus filius, simulabat ictus, pater gemitus. Si qua est fides, iratus filium extuli, quod me non ceciderat. Necessitas magnum humanæ imbecillitatis patrocinium est. Hæc excusat Saguntinos, quamuis non ceciderint patres, sed occiderint, hęc excusat Romanos quos ad seruilem delectum Canensis ruina compulit, quæ quicquid coëgit defendit. Ille quoq; mihi pepercisset si unicus fuisset, ille me fratri reliquebat, hic tyranno. Etiamnum, inquit, in facie tua uulnera apparent, Fili nocet tibi quod tam cito occidisti tyrannum. MENTONIS. Quæritis quis hæc fecit uulnera? ille cuius cecidit me in funere manus. Ita mihi libero & uiuere contingat & mori, ita oculos meos filij manus operiant, ut ego inter liberos meos fortior steti. Ex altera parte ARELLII FVSCI PATRIS. Tamdiu cecidit patrem donec placeret tyranno satelles, quid tu? Tu tyrannicidium facere non potes, nisi in parricidio exercueris manus? Pater,

Pater, inquit, adest: malo, non enim tantum patrem, etiam patronum cęcidisti. IVLII BASSI. Quoniam eò scelerum peruentum est, ut parricidæ pater adsit, non istius aduocationi adsum, defendit enim quamuis nocentem. Ecquid agnoscitis indulgẽtiam illius? Frater qui maluit perire quàm patrem cædere, infelix causam suam cum fratre iungebat: exclamat iste, nihil illi mandaui, ego tibi & pro illo satisfaciam, ut ualidius, inquit, cæderet. Pro Repub, inquit, feci. Vis tu pudorem habere, nec imputare Reip. idem quod tyranno? Pater, inquit, mihi adest. At mehercules frater non adesset. Habuisti, inquit, quod tyranno iactares. Frater maluit mori, quisquis cædendus erat, quamuis quisquis iste tradebatur. Tyrannum, inquit, occidi, at patrem quantulominus quàm occidisti? POMPEII SYLONIS. Gaudeo in subsellijs istius esse patrem, quo modo enim aliter efficere potuissem ut uulnera eius uideretis? Non multũ refert mea ubi sit, ab hac parte crimen obijcitur, ab illa ostenditur. Grauior testis esse solet qui à reo surgit. Talis prorsus pater, quem nemo alius posset cædere, nisi amicus esse posset tyranni. Frater perijt ne parricidium aut faceret aut uideret, In illa præcipitia non minus inquam fratrem fugit quàm tyrannum. CORNELII HISPANI. Descendebat cruentus pater, uexato laceratoq; corpore uix agnoscendus, putares duos fuisse qui cęcidissent: fecit quod debebat qui patrem cęciderat, amicum occidit. CAESTII PII. Ego, inquit, cæsus sum, pœnam remitto. Mirarer nisi pro tam bono patre fuisset qui mori uellet. Dignus est quem inuitum uindicetis, quia apud uos tantum crudeles patres uindicantur. Pater, inquit, iussit, ergo frater tuus impius fuit, qui patri non paruit. Si quando lente parebant satellites, aiebat tyrannus, non spectatis quemadmodum patrem cęciderit. Qui patrem cęciderit, manus eius præcidantur, hanc legem moriens laudauit tyrannus. Nouissime inter filium & patrem tyrannus intercessit, an non quisquis patrem cęciderit puniatur. In lege, inquit, nihil excipitur, sed multa quamuis non excipiantur intelligũtur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est, quædam uerò tam manifesta sunt, ut nullam cautionem desiderent. Quid legis interest, excipere, ne fraudi sit ei qui per insaniam patrem pulsauit, cum illi non supplicio sed remedio opus sit. Quid opus est caueri lege, ne puniatur insans si pulsauerit patrem? quid opus est caueri, ne puniatur, si quis aut patrem sopitum, aut subita corporis grauitate collapsum excitauit, cum illa non iniuria, sed medicina fuerit? Nondum de propria, sed de communi causa loquor. Si officiose quis cęcidit patrem non pulsauit, puniri debet? Hanc quæstionem in partes plureis diuisit, an tutus sit qui tyranno iubente fecit. Cogitate quàm multa tyrannus exegerit. Pro publica innocentia est, nõ licere hoc quoq; tyrannis, ut nos faciant nocentes. Tyranno iubente fecit, miserior fuit ipso uapulante. Ille non dicitur sacrilegus qui deorum immortalium dona manibus suis tulit ad tyrannum, aut qui funestas tyranni imagines inter effigies deorum immortalium consecrauit. An tutus sit qui patre iubente fecit, non cęcidit, sed paruit: & illud dixit in narrationibus, Stabat cõtumaci frater uultu, intellexit non posse cogi à tyranno. An tutus sit qui pro patria facit, an hic pro patria fecerit. Item an illo tunc tempore cogitationẽ tyrannicidij habuerit, & hoc animo cęciderit, ut aditũ faceret sibi ad amicitiam tyranni. MONTANVS & illam quæstionem ultimam fecit, An etiam si quid peccatũ est, tanto merito redemptum sit? GALLIO illam quæstionẽ primã fecit. An ultio cæsi patris, nullius sit patris. Inuitum, inquit, me nemo uindicaret, si à quolibet alieno cæsus essem, & nollem agere iniuriarum, nemo nomine meo ageret: atqui nihil interest: pœna maior est eius qui cęcidit, ius idem eius qui cęsus est. Contra ait omnibus actionem dari, non enim priuatam esse iniuriã sed publicã: itaq; nec taxatione defungi damnatum, aut iniuriarũ pœna, sed manus pendere: ad omnes partes pertinere hoc exemplum, ad omnes filios, & ad ipsam Rempub. tales esse qui fiant tyranni, certe qui tyrannorum amici. Et ultimas has fecit quæstiones. An si pio animo fecit non teneatur, an bono animo fecerit. Et in illa quæstione Latronis, an tutus est qui patre uolente fecerit, Nũc, inquit, fingis in filij patrocinium, sed tunc noluisti. Et adiecit, ne dixeris idem uoluisse patrem quod tyrannum. Quæritis utri paruerit? Tyrannus illum amauit tanq; sibi paruisset. Pater, inquit, uoluit: ita tu nõ tyranno tantum, sed patri parricidio dignus es. Cum descripsisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripsisset impium in fratrem, impium in patrem, adiecit, Tyrannum quoq; tunc cum amare deberes occidisti. MONTANVS partem accusatoris declamauit, & hoc colore usus est: indulgentissimum fuisse in filios patrem, nimiam pietatem eius fuisse notam tyranno. Itaq; illum qui quæreret pudicis dolorem ex impudicitia, contumacibus ex seruitute, pijssimo patri tormentum quæsisse ex filiorum impietate: & dixit illum animose loquentem, qui iussus est prior patrem cædere. Quid si non cecidero, inquit, quid facturus es? torquebis? occides? plus est quod imperas, quàm quod minaris. Certamen erat in uno homine, utrum plus posset natura an tyrannus. Cæde, inquit, non cædo: uerbera, non ferio. Hæc fratre audiente. Et illud dixit cū promitteret amicitiam tyrannus, magis præmium extimuit tyrannici imperij quàm imperium. Et cum descripsisset cicatrices pulsati patris, Et forma est adhuc faciei, dixit, ab utroq; cæsum putes. MONTANVS tamen aiebat, nihil posse melius dici, Ex hac parte tyrannus iubet, ex altera lex uetat, morieris si cecideris, morere ne cædas. CAESTIVS dixit, Tyrannus imperat ut patrem cædas, non est nouum, noluisti facere. Laudaturum me putas? ego uerò non laudo, alterius ista gloria est, tu fratrem imitatus es. ARGENTARIVS dixit, Tu patrem cecidisti, cum & legem nosses, & fratrem. MONTANVS dixit, Parricida esse uoluisti, uiolasti patris corpus, fratris beneficium. Ab altera, hoc colore omnes declamauerunt tanquam patre iubente fecisset. TRIARIVS dixit, In filij mei manus incurri. BASSVS IVLIVS. Ego me filij mei manu cecidi. HATERIVS dixit, Ago gratias tyranno, quod alterum filium meum custodiri iussit, ne mori posset. CAESTIVS ait in narratione. Tyrannus iubet cædere, exposita tormenta sunt, quid faciat? moriatur inquis? hoc dicis, ne cædat patrem, occidat. FVSCVS ARELLIVS dixit, Complecti uolo istas manus optime de me etiam ante tyrannicidium meritas. GALLIO dixit, Viderit quantum sibi se putet debere Respub. ego plus me quàm illam debere sibi iudico, difficilius est quod me iubente fecisti. MONTANVS VOTIENVS dixit in narratione, Si perseueras fili, fratrem sequar. Videris utrum patrem cædere malis an occidere. Hanc controuersiam & ab Iulio & à Sabino bene declamari memini, cum describeret tyrannum occisum, & cum ingenti gloria ex arce deducti. O te parricidam, nisi post tyrannicidium quoq; intelligas, quanto melius frater tuus beneficio perierit quàm tu occideris. Illud non probaui, quod multa in re seuera tentauit falsè dicere. Erat autem urbanissimus homo, ut uobis sæpe narraui, ut quicquid illi in eloquentia deerat, urbanitate pensaret. Meminimus cū illum Syriacus Vallius homo disertus accusaret, & uideret latinum Calumniam testem circa coronam iudicij obuersari, & toties occurrere eunti Syriaco, & quærere, quid haberet spei, deinde post iudicium, cum Syriacus gratias illi ageret, quod tantam curam sui egisset, At mehercules, inquit, timebam, ne uno rhetore plus haberemus: & testis productus cum interrogatus esset, an accepisset à patre sestertia? dixit quod accepisset, an haberet, negauit. Deinde interrogatus an Calumniam haberet, Ipse, inquit, negligentiam meam nosti, an habeam nescio, accepisse me scio: & in Domitium nobilissimum uirum in consulatu cum thermas prospicientis uiam sacram ædificasset, cœpisset deinde rhetores circumire & declamare. Ego, inquit, sciebam hoc te facturum, & matri tuæ quærenti de tua desidia dixeram Duas eius urbanas res præterire non possum, secutus erat in prouinciam Cretam Occium flamam procōsulem, Græci cœperunt in theatro postulare, ut Sabinus maximum magistratū gereret. Mos autem est barbam capillumq; magistratui Cretensium summittere. Surrexit Sabinus & silentium fecit, deinde ait, hunc magistratum ego Romæ bis gessi, bis causam dixerat. Græci non bene intellexerunt, sed bene interpretati à Cæsare petebant, ut honorem Sabinus & tertio gereret. Postea deinde offendit illos tota comitum cohors, oppressi sunt in templo ab omni multitudine quæ postulabat, ut Romam Sabinus cum Turdo proficisceretur. Erat inter infames maxime & inuisos homines Turdus. Cum Turdus promitteret iturum se, ut inde posset exire, Sabinus silentio facto, ait, Ego ad Cæsarem non sum iturus cum mattea. Postea hoc Sabino cum causam diceret obiectum est. Multa illum diserte dixisse memini, cum introductus esset ex carcere in senatum postulaturus, ut diariam acciperet, tunc dixit de fame questus, nihil onerosum à uobis peto, sed ut me aut mori uelitis aut uiuere: atq; illud dixit, Nolite, inquit, superbe audire hominem calamitosum. Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat. Et cum dixisset Senianus locupletes in carcere esse, homo, inquit, adhuc indemnatus, ut possim uiuere, parricidas panem rogo. Cum mouisset homines & flebili oratione & diserta, redijt tamen ad sales, rogauit ut in Latumias transferretur, ne, inquit, quenq; uestrum decipiat nomen ipsum Latumiæ, minime laura res est: hoc retuli ut & ipsum hominem ex aliqua parte nosse tis, & illud sciretis quàm difficile est, naturā suam effugere. Quomodo posset ab illo obtineri ne in declamationibus iocaretur qui iocatur in miserijs ac periculis suis, in quibus iocari eum non debuisse quis nescit? potuisse, quis credit? MVRRHEDIVS non degenerauit in hac controuersia, nam colorem stultissimum induxit. Voluit, inquit, & hic fratris sequi exemplum, dum retineo, dum luctor, uisus est patrem cecidisse. Vnum ex his quos audiui declamantes scio MENTONEM usum non patrono patre, sed aduocato, ipsum tyrannicidam induxit dicentem, & colore usus est. Non iussum se à patre, quia aiebat incredibile omnibus uideri patrem coram tyranno cedi se iussisse, sed in ijs esse tyrannicidæ consilium, ut per hoc ad amicitiam peueniret, per amicitiam ad tyrannicidium. Hęc eius sententia laudata est, cum describeret se patri manus afferentem. Nihil in toto tyrannicidio difficilius feci. Illud dixit, iam tum factum esset tyrannicidium, si me frater non reliquisset. Et illud dixit, Vos ego tunc respexi templa, leges, Respub. nam si me tantum spectassem, facile tyrannum effugissem, illà, qua frater effugerat.

Vicesimaoctaua Controuersia.

QVidam duos filios sub nouerca amisit, dubia cruditatis et ueneni signa insecuta sunt. Tertium filium maternus auus rapuit, qui ad uisendos ægros non fuerat admissus: quærenti per præconem, dixit apud se esse, accusatur de ui. IVNII GALLIONIS. Violentus & impotens senex hominem liberum è sinu meo rapuit, quod seruare tibi difficile est, auo dona. Quoties miserum me puer audies? nouerca, quis est? fugitiue reductus es. Habui filiam, quamuis iste unus filius supersit fœcundam. Quàm indulgenter puerperia diuisit, natus est filius, dixit, filius hic meus est: natus est alter, dixit, hic matris est: natus est tertius, dixit, hic aui est. Cum quæreret filium, erant qui suaderent & dicerent, tace, meruit excludi. CAESTII PII. Quam causam rapiendi habebat impotens senex, nunquid fratres eius occideram? Ignoscite mihi si tantum filiæ meæ mandata narro, hanc solam ex meis morientem uidi, habui filiam, de omnibus meis habui dicendum. Habitu uagabatur lugubri sordidaq; prætexta, omnes illius miserebantur, quosdam etiam dicenteis audiui, quid? iste puer matrem non habet? patrem non habet? auum non habet? ARELLII FVSCI PATRIS. Tres filios filiæ meæ debes, unum mihi, sine apud me nutriatur. Quid times ne admittare cum ueneris? exposuisse hactenus iuuet. Iam nunc fortuna, aut nouerca narranda est, ut uidit me, hæsit complexibus meis, puerum osculabar miser, interrogabam de fratribus, dum interrogo, dum fleo, perueneram domum. Rogo ne hoc causam meam peiorem fecerit, quod ille quem rapui unicus erat. VOTIENI MONTANI. Mittis præconem, adijce illi omnia insignia, hic puer matrem perdidit, fratres amisit, nouercam habet. Affirmo tibi non indicabit quisquis fuerit, erras & uehementer erras, filios quos perdidisti, non quæris, quæris quem non perdidisti. Vtra tandem iustior querela est? pater ab auo unum repetit, auus duos à patre. VIBII RVFFI. Raptor ille & impotens, dum moriuntur nepotes mei, ad ianuam steti, plus habeo, quod auo, quàm quod reo timendum sit. FVLVII SPARSI. Vnus perit, alter perit, toties fortunam accusas, nunquam nouercam. Facinus indignum, puer ad supplicium indicari à patre quæritur. Ad ægrotantem nepotem ueni, non sum admissus, hæc uis uera fuit. ARGENTARII. Pater quos conscios habuit nescio, domi non fui, amissa filia uolui aliquem adoptare ex nepotibus, sed aiebam, quid necesse est? quoties uidere uolam in domum ueniam, quoties uolam in domum abducam, agamus tanquam affines. Tres habes filios, diuidamus, & uide quàm non improbam diuisionem desiderem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

derem, ex tribus unum posco. Vtinam omnes quos perdidit, quæreret. BLANDI. Cum tradere uellem puerum, nescio quis exclamauit, puer nunc periisti, nihil uobis subtraham? quid ni? præconi omnia indicaui. MENTONIS. Rapui nepotem, habeo, redderem, si pater quæreret. DIVISIO, MONTANVS VOTIENVS in has quæstiones diuisit, an in re uis sit, nulla, inquit, uis est, quæ arma, quæ pugnam, quæ uulnera non habet. Volo mihi describi comitatum istius tumultus, quæ turba est? unus puer & unus senex. Rapuisti, inquit, filium meum, imò nepotem suum sustulit, imò uenientem non potuit excludere. An si pro illo fuit, fieri uim quæ facta dicitur, non teneatur qui fecit? Vis iniuriosa damnatur, solet enim esse & salutaris. Cum latrones aliquid obsiderent, si perfodissem uillam armata manu, coniugem, liberos eius rapuissem, accusari possem. Quod uiuit puer beneficium meum est. Et medici alligant, & corporibus nostris, ut medeantur uim afferunt. An pro illo fuerit rapi. Hoc loco accusatio nouercæ, & insectatio patris tam patienter suos perdentis. GALLIO & illam quæstionem fecit, & prius sumendam quæstionem putauit ex persona quàm ex re. An cum auo nepotis nomine agi possit? Non magis, inquit, quàm pro patre filij nomine, nō magis quàm cum matre. Habet sua iura natura, & hoc inter auum patremq; interest, quod auo suos seruare licet, patri etiam occidere. Non potes, inquit, sic mecū agere tanquam cum alieno, ut dicas, quid tibi cum illo qui est intestati filius? tuus hæres futurus sit, quem dementem alligaturus es: quædam iura non lege, sed natura nobis attributa. Si nepotem suum auus peccantem aliquid, & inter lasciuos iocos petulantius lasciuientem feriret, num iniuriarum quisquam cum illo ageret? Et ultimam illam GALLIO fecit, cum tractasset illa, licet mihi ut prosim facere, deinde huic profuit. An auo ignoscendum sit cū pro nepote, affectu latus, fecerit. Hoc loco tractauit quàm indignum esset damnari illum ob hoc. LATRO duas ultimas quæstiones aliter posuit, & plus complexus est. Etiam si uim fecit, an tamen damnari non possit, si bono animo fecerit? ait enim & de animo fieri controuersiam auo, & dicere patrem, non ut nepotem seruaret fecit, sed ut infamaret uxorem meam, tanquam ueneficam, tanquam ueneficæ emancipatum, cui male liberi sui committerentur. Colore ergo hoc Latro eodem usus est pro patre, ut diceret ne uiua quidem uxore bene sibi cum socero conuenisse, suas uero professas inimicitias illum gessisse secum, languente uero genero illum uenisse cum conuitio, cum uociferatione, nefaria & dicentem & auspicantem: autores habere amicos se, ne admitteret hominem, nō ad officium neporum, sed ad inuidiam & contumeliam generi uenientem, qui ad sanos nepotes nunquam dignatus esset accedere: medicos uero suasisse ne ueniret, & puerum confunderet & impleret suspicionibus. SYLONIS POMPEI color fuit, ut Latroni uidebatur, qui controuersiæ repugnaret: dixit enim uenisse auum ad imbecillum puerum, ad ægros non semper proximos admitti, utiq; ad eos qui grauiter ægrotant, sæpe & patrē non admissum. Sic auo quoq; intempestiue uenienti dictum, nunc non potes, statim cum conuitio abisse, in altero idem fecisse. LATRO aiebat hunc colorem optimum esse, si recitasset, se recipi non posse: quia ponatur, non est admissus, sub hoc themate intelligere nos, non hoc illi dictum, nunc non potes, sed ex toto non potes. GALLIO utrunque miscuit, & hoc colore, qui uideri non potest alioquin thema euertere, parcius usus est. Dictū est, inquit, illi, quiescit puer, paulum cōmorare, medici uetuerunt quenquam admitti: scitis solere dicere illos, nec si pater uenerit: protinus iste clamare cœpit, testor me non admitti, & tantum non tabellis signatis denunciare. Auum distuleram, accusatorem exclusi. Iterum, inquit, uenit cum conuitio, iam unum occidistis, alterum occidistis. Nihil est miserius, quàm ubi alicui ex miseria sua inuidia quæritur. Non est admissus, cum diceret se nepotem suum, non uidere uelle, sed inspicere. Sic egit. Veni non ut istum accusarem, sed ut me defenderem. GALLIO hoc colore usus est. Non admisi auum, quia dictum erat mihi, hoc illum animo uenire, ut raperet. Ex altera parte colorem hunc CAESTIVS introduxit, Timuisse se de puero: frustra inquit, duos occiderat nouerca, & ait, uellem ad uos nocentior uenirem reus, uellem tres raperem. ARGENTARIVS hoc colore usus, Rogatum à puero auum: negabat, inquit, posse se

se uiuere si in illa relinqueretur domo. HISPANVS hoc colore usus est, affectu esse ablatum. Sustuli, inquit, nepotem meum, non potui, inquit, saciari oculis, non potui ab illo tam cito distrahi, nolite mirari, post longum tempus illum uideram. ALBVTIVS hoc colore usus est, ut diceret, Noluisse illū in tam infausta domo educari, ex qua duo iam fratres elati essent, ei qui postea decessit inter causas moriendi casum fratris fuisse. Et seruauit hunc colorem, ne quid in nouercā, ne quid in patrem diceret: aiebat iustissimum futurum auum, si tantum se defendere uoluisset. quid ergo? quare rapuisti? amabam, huic maxime ab initio animum meum addixeram. In domo uestra nihil præter ipsam domum timui. Si apud me duo decessissent, ex domo mea illum transtulissem. MARCELLVM MARTIVM aiebat sic narrasse, puer me secutus est, non criminor uobis illum, quicquid est potius quàm illius periculo fiat, ego rapui. Vbi est, inquit. Viuit, saluus est, ueniet cū uoles aspicere: redde, inquit, patri suo, ego asper, age, monstrabo si uis, quis ante me tibi filios abstulerit. VARIVS GEMINVS eundem sensum dixit. Quæ est ista autoritas præpostera, quærere duos, à tertio incipis. MONTANVS VOTIENVS, homo rarissimi etiam si non emendatissimi ingenij, uitium suum quod in orationibus non euitabat, in scholasticis quoq; euitare non potuit: sed in orationibus, quia laxior est materia, minus earundem rerum annotatur iteratio. In scholasticis eadem sunt quæ dicuntur, quia pauca sunt, notantur. Memini illum pro Galla, non nisi apud centumuiros tyrocinium ponere. Ex uncia hæres erat patris sui Galla, obijciebatur illi ueneficium, dixit rem disertissimam & omnibus seculis duraturam, qua nescio, an quicquam melius in eo genere causarum dictum. Vniciam nec filiæ deberi, nec ueneficæ. Non fuit contentus, adiecit, In paternis tabulis filiæ locus, aut suus debetur, aut nullus. etiamnū adiecit, Relinquis nocenti nimium, innocenti parum. Ne sic quidem satiare se potuit, adiecit, Non potest filia tam anguste paternis tabulis adhærere, quas aut totas possidere debet, aut totas perdere: & plura multa quæ memoria non repeto. Ex eis quædam in oratione contulit, & alia plura quàm dixerat adiecit, nihil non ex eis bellum est, si solum sit, nihil non rursus ex eis alteri obstat. Idem in hac declamatione fecisse eum memini. Erras pater, inquit, & uehemēter erras, quos perdidisti non quæris, quem quæris non perdidisti. Deinde, puer iste inuentus perit. Deinde, quisquis puero fauet, ne inueniatur optet. Deinde, puer nisi auum sequitur, fratres secuturus est. Desine quærere, quem si inueneris, sic perdes, ut inuenire non possis. Et deinde, rapuit istum auus, ne raperet nouerca. Et deinde, unum tantum pater ex liberis suis quærit qui saluus est. GLYCON hunc sensum semel dixit, sed genere corrupto.

Habet hoc MONTANVS uitium, sententias suas repetendo corrumpit, dum non est contentus, unam rem semel bene dicere, efficit, ne bene dixerit: & propter hoc & alia quibus orator potest poëtæ similis uideri, solebat Scaurus Montanū inter oratores Ouidium uocare. Nam & Ouidius nescit quod bene cessit relinquere. Non multa referam quæ Montaniana Scaurus notabat. Vno hoc contentus ero. Cum Polyxene esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit. Cinis ipse sepulti In genus hoc pugnat: poterat hoc contentus esse, adiecit, tumulo quoq; sensimus hostem. Nec hoc contentus est, adiecit. Aeacidæ fœcunda fui. aiebat autem Scaurus rem ueram, non minus magnam uirtutem esse, scire desinere, quàm scire dicere.

Vicesimanona controuersia.

VEnefica torqueatur, donec conscios dicat. Quidam mortua uxore ex qua filium habebat, duxit uxorem, & ex ea filiam sustulit: decessit adolescens, accusauit maritus nouercam ueneficij: damnata cum torqueretur dixit sibi consciam filiam esse: petitur ad supplicium puella, pater defendit. CABSTII PII. Non est quod putetis has lachrymas filiæ esse, aut me patrem. Non prodesset tibi puella ne hoc quidem, quod te frater amauit, nisi mater odisset: hoc me odisti nouerca, quod scisti consciam me, eligi pœnæ. Dixit ante actam eius uitam excutiamus. FVLVII SPARSI. Nefaria mulier filiæ quoq; nouerca, ne mori quidem potuit, nisi & occideret. Inter gladiatores uictoris quoq; conditio pessima est cum moriente pugnantis. Nullum magis aduersarium ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

meas, quàm qui uiuere non potest, occidere potest. VIBII GALLI. Concitatissima in mortem rabies est, desperatione ultima in furorem animus impellitur. Quædam feræ tela omnia commordent, & ad mortis autorem per uulnera sua ruunt. Abscissa missio ne gladiator quem armatus sugerat, nudus insequitur. Præcipitati non quod impulit tantum trahunt, sed quod occurrit, & naturali quodam deploratæ mentis affectu morientibus gratissimū est commori. VOTIENI MONTANI. Dum filium uindico, ubi grauissime mihi nocere possit ostendit. Veneficium simile est mendacio. Si incredibile esse in sorore parricidium creditis, nō timeo, ne quis hoc in sorore credat, quod ego uix probaui in nouerca. Natam mihi filiam quasi futuræ pacis obsidem sustuli, aiebam dum matris meminit, obliuiscetur nouercæ, at illa dum nouercæ meminit, matris oblita est. Filia, inquit, mihi conscia est, post hanc uocem remissa putares tormenta, similis facta torquenti est: soror fratri uenenum dedit, quamdiu luctati sumus, ut crederetur nouerca priuigno dedisse. Nouerca quod uolueras consecuta es, damnasse iam pœnitet. ARGENTARII. Facio rem iudices non nouam, liberos meos à nouerca uindico. Peto ne, quia filium uindicaui, filiam perdam: nisi succurritis, nouerca uicit, ego uictus sum. Duxi nescio peiorem uxorem an nouercam, hoc mihi carior est quod tam inuisa matri fuit. CORNELII HISPANI. Si conscia esset neminem expectarem, scitis quemadmodum uenesicam oderim, instabam tormentis, aiebam morere peius quàm odisti. Non satis mihi ardere ignes uidebantur, non satis insidere uerbera, dixi, si quid adijcere tormentis tuis possum, puto iubebo filiam afferri. Vocet huc aliquis matrem, quid expauisti puellæ quid ad sinus meos refugisti? quid extimuisti tanquam nouercam? MARYLLI. Ne inter supplicia quidem desijt occidere, & hanc quisquam putet non potuisse uenenum sine conscia dare puellæ: quę occidisse fratrem dicitur, quid ante peccauit? Nouerca quoq; non ante occidit priuignum quàm filiam, & bonæ spei est. quæritis argumentum? matri suæ non placet. ARELLII FVSCI, etiam cineribus tuis infesta est nouerca, quod unum potest persequitur sororem tuam. Quid adhuc potest nosse nisi fratrem? Prosit illi apud uos quod illam pater laudat, & prosit quod talis mater accusat. MENTONIS. Non misereris huius, miserior est quàm frater, ille habuit sine dubio nouercam torqueri. Cōsecuta es mulier quod uoluisti, solus omnium magis sensi, cum nouercam perdidi. PORTII LATRONIS. Habui filiū tam bonum, ut illum amare posset etiam nouerca, nisi in eam incidisset quæ posset etiā filiam odisse. Huc mea scelera reciderūt ut parricidium puellare sit, ita si magnitudinem rei non intelligit, non est idonea parricidio. Sed uenificæ, inquit, filia est. Si parentes inspiciuntur, cur non potius patri uideatur similis cui placet, quàm matri cui displicet? Denique non recuso quo minus in illa uel matris exigatur imitatio, illa cum huius æmulatris erat, nec nouerca erat nec uenifica. ALBVTII SYLII, duxi uxorem nullis adhuc inquinatam fabulis, nec miror innocentem tunc fuisse, adhuc puella erat. BLANDI. Vt scelerata sit, nempe matri suæ similis est, ante uenesicium oportet faciat, quam parricidium. Filia, inquit, conscia est. Dij te perdant, etiam cum torqueris occidisti. Sed uus tortus Catonem conscium furti dixit, quid agitis? utrum plus creditis tormentis an Catoni? BVTEONIS. Si consciis à te puella quæretur, nominato patrem. Quod nouerca tam sero, puella tam cito. Filia, inquit, conscia est. Male pereas, at ego te putabam unius nouercam. TRIARII. Filia, inquit, tua conscia est. Videbatur sibi post hanc uocem uicisse. Amissum fratrem fleuit in funere, totius populi habitum lachrymis suis expressit, itaq; illam nouerca peius perire uoluit quàm priuignum. Filia, inquit, conscia est. Hoc ultimum fuit nouercæ uenesicium. Q. HATERII. Succurrite quæso ne cum torta sit quæ filium meum occiderat, filiam etiam dum torquetur occiderit. Liberos semper essero, unius mulieris aut mendacio, aut ueneno. Non flet quantum reæ satis est, quemadmodum illi extorquebo lachrymas? afferte mihi imaginem fratris, uideo subito desiderio fletus concitatos, nunquid talem uultum cum mater torqueretur habuit? PARS ALTERA TRIARII. Si odissemus te, pateremur cum ciusmodi filia uiueres? Quarundam ferarum catuli cum rabie nascuntur, uenena stirpium à radicibus pestifera sunt. Quantum illi ad scelera ætas adijciet, quod illam nouerca peperit. Quid illa quæ fratrem in moram patri sequenti sparsit? Habemus exemplum, quod & sorori conueniat & uirgini. DIVISIO CAESTIVS in duas partes contectam diuisit. Et primum quæsiuit, an conscia illi opus fuerit: deinde si opus fuit, an hanc habuerit. Non seruauit autem modum. Nam & illum locum diu tractauit, non posse sororem in mortem fratris impelli. Et iterum tam puellam uoluit uideri, ut nulli esset idonea ministerio. Itaq; elegantissime deridebat MONTANVS VOTIENVS in hac controuersia ineptias rhetorum, quod sic declamarent, tanquam hæc quæ nominata est infans esset, nec intelligerent si tales esset, ne futuram quidem ream. Itaq; hoc debemus, inquit, proponere nobis puellam eius ætatis, in qua torta, credibile sceIus illud quidem, sed intollerabile esse aiebat. Induxerat Cæstius matrem dicentem filiæ, da fratri uenenum. TRIARIVS multo rem magis ineptam, quia nō inuenit illam, sed concupiuit, nam excessus sententiam traxit. Induxerat nouercam dicentem, da fratri uenenum. Fecit illam respondentem, Mater & mihi da. quid enim est tam absurdum, quàm matrem sic locutam cum puellæ da fratri uenenum. Non ferebant nec illam Triarij sententiam, qua aliter HATERIVS usus est, cum ad epilogum peruenisset, hoc loco debebat reus flere, non flet puella, inueniat quemadmodū fleat aliquis, hoc est imaginem fratris. Illa enim si tam puella est ut dicat, mater quid est uenenum, non potest tantæ pietatis esse, ut eam imago fratris in lachrymas concitet. Tantus autem error est in omnibus studijs maxime in eloquentia, cuius regula incerta est, ut uitia quidam sua & intelligant & ament. CAESTIVS pueriliter se dixisse intelligebat. Mater quid est uenenum? Deridebat enim Murrhedium, qui hanc sententiam imitatus est in epilogo, cum alloqui cœpisset puellam & diceret, Compone te in periclitantium habitum, profunde lachrymas, manus ad genua demitte, rea es: fecerat respondentem puellam, Pater quid est rea? Et aiebat Cæstius, quod si ad deridendū me dixit, homo uenustus fuit. Et ego nunc scio, me ineptam sententiam dicere. Multa autem dico non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt. Et illud RVFFI VIBII tolerabilius aiebat esse, sed & ipsum aliqua obiurgatione dignum: dixerat in epilogo, Nutrix ream tolle. Illud in Haterio qui & promisit oratorem & præstitit, negabat se perferre quod dixerat, Hæc rea non mittenda in exilium, sed ferenda est. Cum sciret, inquit, in exilium exportandos locari solere, quid enim intelligi uult hac sententia, nisi ex toto puellam ambulare non posse usq; in exilium? Verum est, sed nec mater eius potuisset. SYLO à parte patris comparationem fecit inter se matris & filiæ, totam hac figura declamauit. Non sum, inquit, uobis dicturus qualis debeat esse uenefica, operam perdam si cœpero describere, debere esse ætate prouectam, usu exercitatam, inuisam uiro, quæ possit etiam filiam occidere. Superuacuum est uti pluribus uerbis, in hac ipsa causa habemus uenesicæ exemplar, comparemus inter se duas reas: nec est quod quæratis aliquem, qui cognitionem uestram per omnes comparationis partes ducat. Ego uobis dicam, quomodo illam accusauerim. Ego illi obieci ante actam uitam, uos illi potestis obijcere. Et sic omnia circumijt, & comparando defendit illam quæstiunculam, quæ in prima parte tractata erat à quibusdā. Non illi utiq; fuisse opus et conscia, sic trāscurrit, aiebat, inquit, tota actione rea, hæc, quam conscia habuerā, ego negabam illi opus fuisse, aiebam, in eadem domo eras, uenenum notum erat, nouercæ occasio facilis cōuenienti, non eras suspecta, nemo te timebat propter sororē. Ex altera parte hoc usus est colore. Nouercam uideo uenenum dedisse, ut filia sua sola hæres esset, eandem illi & conscium fuisse uenesicij & causam. Omnes declamatores aiebat uoluisse aliquid noui dicere, eo loco quo nominabat nouercā filiam cōscium, dixit, inquit, HYBREAS Hanc sententiam FVSCVS ARELLIVS cum esset ex Asia non casu dixit, sed transtulit ad uerbum quidem. Quid ergo, inquit, mentita est de filia sua, imò de mea? Modestius hanc sententiam uertit HATERIVS quid ergo, mentita est, quæ nihil lamentabatur de accusatoris sui filiæ? CAESTIVS dixit. Nominauit priuigni sui sororem. ALBVTIVS dixit, quid habuit quod dubitaret, an parceret filiæ eius à quo occidebatur, sorori eius quem occiderat. TRIARIVS dixit. Quid ergo mater mentita est? tolle matris nomen, post

Universidad de Deusto
Biblioteca

damnationem nouerca est. BLANDVS dixit. Nominabo istam quæ patri affuit, istam quæ mortuo fratre ac matre non fleuit. SYLO POMPEIVS dixit. Filia, inquit, mihi conscia est, post hoc eundem uultum eius notaui, quem uideram moriente priuigno. MONTANVS VOTIENVS Marcellum Martium amicum suum cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit, tanquam hominis diserti, aiebat hanc dixisse sententiam. Inuenit quomodo damnata accusaret, moriens occideret, torta torqueret: non est hoc indicium, sed alterum nouercæ ueneficium. Labro dixerat, cum describisset tormenta, instabam super caput non accusator, sed tortor, ipse igneis subijciebam, ipse ad intendendum eculeum manus admouebam. Ego nō bibam sanguinem istius, non eruam oculos: filium mihi eripuit, nisi citius illam oppressissem & filiam abstulisset. TRIARIVS dixit, cum accusarem, obieci uenecficium. In ultima parte inter preces meas excitaui puellam ad ultionem fratris sui. Hęc res maxime iudices mouit, hæc maxime nouercam offendit. ALBVTIVS dixit. Postquam nominauit filiam ad me respexit, uidelicet ut sciret, an satis torsisset. NICETES egregie dixit in eodem loco. MONTANVS cum diceret illum locum, quamuis sceleratos parentes, uelle tamen innocentes liberos esse suos, dixit. Potest ista filiam uenecficam fingere, si potest facere, difficilius est filios inquinare quàm perdere: & illud, fauete seculo iudices, cum ingentia scelera ferat, ne etiam immatura tulerit, fauete, nullum scelus commissum sit, nisi quod solet, fauete ut potius non desierit nouerca parricidium facere quàm soror cœperit: damnare illum potui, effugere non potui. Sero fecisti nouerca. Si hoc ante dixisses, potuisti præuaricationem paciscí, recte cum damnareris animosa eras, recte nihil potes facere: si qua fides, accusator insidias reæ timui, nusquam à sinu meo dimisi puellam, ipse omnes prægustaui cibos. O incauta futuri mortalitas. Postquam ad tortorem perduxi nouercam, timere de filia desij. Omnes illo colore usi sunt, Nominatam à nouerca filiam in dolorem patris. GALLIO plura dixit. Fortasse, inquit, hanc nominauit, ut ueros conscios cælaret, fortasse ut quia acerrime instabat accusator, hoc metu territus finem tormentis imponeret, fortasse in dolore tormentorum stupefacta nesciuit quid loqueretur. Nouissime dixit, fortasse in hoc, ut quæ pœnas ueneficij dabat, accusationis exigeret. Illum sensum adiecit. Ex meis hoc affectibus æstimo, cum tum ira, tum odio furerem, circumspiciebam omnes ultionis uias, oblitus innocentiæ, si proprios habuisset liberos nouerca occidisset. In hanc ipsam quoties impetum facere uoluissem, propter hoc à me tuta erat, quod à matre non erat.

Libri quinti controuersiarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CONTROVERSIARVM LIBER SEXTVS ET VLTIMVS.

SEneca nouato Senecæ ac Melæ filijs salutem. Quod ultra mihi molesti sitis, non est. Interrogate, si qua uultis. Sinite me ab istis iuuenilibus studijs ad senectutem meam reuerti. Fateor uobis, iam res est tędio. Primo libenter assilui, uelut optimam uitæ meæ partem mihi reducturus, deinde iam pudet, tanquam diu non seriam rem agam. Scholastica studia leuiter tractata delectant, contrectata & propius admota, fastidio sunt. Sinite ergo me semel, exhaurite memoriā meam, & dimittite uel adactū iureiurando, quod fermè dixisse memini me quæ sciui, quæcp audiui, quæcp ad hanc rem pertinere iudicaui. Pertinere autem ad rem non puto, quomodo Lucius Magius gener T. Liuij declamauerit, quamuis aliquo tempore suum populum habuit, cum illum homines non in ipsius honorem laudarent, sed in soceri ferrent, quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamauerit, transeo istos quorum fama cum ipsis extincta est. De Scauro si me interrogatis, cum illum mecum audieritis, iniqui estis. Non noui quenquam, cuius ingenio P. R. pertinacius ignouerit. Dicebat negligenter in ipsis subsellijs, sæpe dū amicitur dicebat: deinde litiganti similior quàm agenti, cupiebat euocare aliquā uocē aduersariorū, & in altercatione uires suas nouerat: nihil erat illo uenustius, nihil paratius, genus dicendi antiquum uerborum

uerborum quoq; non uulgarium grauitas, ipse cultus habitusq; corporis, mire ad auctoritatem oratoriam aptatus. Sed ex ijs omnibus scire posses non quantum oratorem præstaret Scaurus, sed quantū desereret. Pleræq; actiones malæ, in omnibus tamen ali quod magni neglectiq; ingenij uestigiū extabat, raro aliqua actio bona, sed quam fortunæ imputares. Sed illum longa imò perpetua desidia eò perduxerat, ut nihil curare uellet, nihil posset. Orationes septem edidit, quæ deinde senatuscōsulto cōbustæ sunt. Bene cum illis ignis egerat. Sed extant libelli, qui cū fama eius pugnant, multoq; solutiores ipsis actionibus. Illas enim cū destituerit cura, labor adiuuabat, ij caloris minus habent, negligentiæ nō minus. Declamantē audiuimus, nouissime quidē lepide ista, ut quod difficillimū erat sibi displiceret. De Labieno interrogatis. Declamauit nō quidē populo, sed egregie. Non admittebat populū, & quia nondū hæc consuetudo erat inducta, & quia putabat turpe ac friuolæ iactationis, affectare censoriū supercilium, cum alius animo esset, magnus orator, qui per multa impedimenta eluctatus ad famā ingenij, confitentibus magis hominibus peruenerat, quàm uolentibus. Sūma quidem ægestas erat, summa infamia, summū odium. Magna aūt debet esse eloquētia, quæ inuitis placeat, cum ingenia fauor hominū ostendat, fauor alat, quantā uim esse oportet, quæ inter obstantia erumpat? Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat, ingenio multum tribuerit. Color orationis antiquæ, uigor nouæ. Cultus inter nostrum ac prius seculū medius, ut illū posses utraq; pars sibi uendicare. Libertas tanta, ut libertatis nomē excederet, ut quia passim ordines honoresq; laniabat, Rabienus uocaretur: animus per uitia ingens, & ad similitudinē sui ingenij uiolentus, & qui Pompeianus spiritus nondū in tāta pace posuisset. In hūc primū excogitata est noua pœna. Effectū est enim per inimicos, ut omnes eius libri incenderentur. Res noua & insueta, supplicia de studijs sumi. Bono hercule publico, ista in pœnas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inuenta est. Quid enim futurū fuit, si triumuiri libros, si ingeniū Ciceronis proscriberēt? Sunt dij immortales lenti quidem, sed certi uindices generis humani, & magna exempla in caput inuenientiū regesserunt, ut iustissima patiendi uice, quod quisq; alieno ex cogitauit supplicio, sæpe excipiat suo. Quæ uos dementissimi homines tanta uecordia agitat, parum uidelicet, in pœnas notæ crudelitatis est? Conquirite in uosipsos noua, quibus pereat & si quid ab omni patientia rerū natura subduxit, sicut ingeniū memoriamq; nominis, inuenite quemadmodū perducatis ad eandē rem corporis, Malam famem studijs subdere, & in monumenta disciplinarū animaduertere, quāta & quàm nō contenta certa materia sæuitia est? Dij melius, quod eo seculo ista ingeniorū supplicia cœperūt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta Labieni sententiā dixerat, postea uiuentis adhuc scripta combusta sunt, Iam nō malo exemplo, quia suo. Non tulit hanc Labienus contumeliā, nec superstes esse ingenio suo uoluit, sed in monumenta se maiorum suorum ferri iussit, atq; ita includi, ueritus ne ignis qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur: non finiuit tantū seipse, sed etiam sepeliuit. Memini aliquando cum recitaret historiā, magnā partem illorū liberorū cōuoluisse, & dixisse, hæc quæ transeo post mortē meam legentur. Quanta illis libertas fuit, quam etiā Labienus extimuit? Cassij Seueri hominis Labieno iunctissimi belle dicta res ferebatur, Illo tempore quo libri Labieni ex S.C. urebantur, nunc me, inquit, uiuū uri oportet, qui illos edidici. Monstrabo uobis bellū libellum, quem à Gallione uestro petatis, Recitauit re scriptū Labieni pro Batillo Mœcenate, in quo suspicietis adolescentis animū, illos dentes ad mordendū prouocātis. Puto iā nihil, quod interrogetis restat. Musa rhetor quē interdū soletis audire, licet Mela meus cōtrahat frontem, multū habuit ingenij, minus cordis. Omnia usq; ad ultimū tumorē perducta, ut non extra sanitatē, sed extra naturā essent. Quis enim ferret hominē de fisonibus dicentem, cœlo repluerunt, de sparsionibus, odoratos hymbres, & in cultū uiridiū, cælatas syluas, & in pictura, nemora surgētia. Aut illud quod de subitis mortibus memini eum dicentem, cū uos me illò perduxeritis, Quicquid auiū uolitat, quicquid piscíū natat, quicquid ferarū discurrit, nostris sepelitur uentribus. Quære nunc, cur subito moriamur. Mortibus uiuimus. Non ergo & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis satisfieri. Non sum ex iudicibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſeuerissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam, multa donanda ingenijs puto, ſed donanda uitia non portenta ſunt. Si qua tamen tolerabiliter dicta ſunt, non ſubtrahantur, nō plura uideātur, uos ſubijciatis. Oscus non incōmode dixit, ſed ſibi nocuit: cum nihil ſine ſchemate dicere cupit, oratio eius non figurata erat, ſed praua. Itaq; non inurbane Pacatus rhetor, cū illi Massilię mane occurriſſet, ſchemate illū ſalutauit. Potes ram, inquit, dicere aue Osce. Ipſe ab eloquentia multū aberat, natus ad contumelias omnium ingenijs inurendas. Nulli non impreſſit aliquid, quod effugere nō poſſet. Ille Paſſieno prima eius ſyllaba in græcum mutata obſcœnū nomen impoſuit, declamatori ſubtili & arido: ille Sparſo dixit ſcholā cōmunem cum rhetore quodam habenti, tu potes controuerſiā intelligere, qui non intelligis te laterem lauare. Sparſus aūt dicebat ualenter, ſed dure. Ad imitationem Latronis ſe addixerat, non tamen unquam ſimilis illi erat, niſi cum eadem diceret. Vtebatur ſuis uerbis, Latronis ſententijs. Cum Baſſo certamen illi fuit, quem uos quoq; audiſtis, homine diſerto, cui demptam uelim quam conſectabatur amaritudinem, & ſimulationem actionis oratoriæ, Nihil indecentius, quàm ubi ſcholaſticus forum quod nō nouit imitatur. Amabam itaq; Capitonem, cuius declamatio eſt de Popilio, hæc quæ meo Latroni ſubijcitur. Bona fide ſcholaſticus erat, in his declamationibus quæ illi bene ceſſerunt, nulli non poſt primū Tetracolum præferendus. Primum Tetracolum quorum faciam quæritis, Latronis, Fuſci, Cæſtij, Albutij, Gallionis. Hi quoties conflixiſſent, penes Latronem gloria fuiſſet, penes Gallionem palma, reliquos ut uobis uidetur componite. Ego uobis omnium ſecti poteſtatem, hoc minus nobilis ſinite in partem abire, Paternum, Moderatum, Fabium, & ſi quis eſt nec clari nominis, nec ignoti. Dum in his ad ſatietatem ueſtrā me præſtiterim, permittite mihi & aliquos ex ſinu proferre, quibus quo minus ad famam peruenirent, non ingeniū defuit, ſed locus. Bene declamauit Caius Sylo, cui Cæſar Auguſtus, cum frequenter cauſas agentē in Trachinenſi colonia uidiſſet, plenum teſtimoniū reddidit, dixit enim, nunquā audiui patremfamiliās diſertiorē. Erat qui patrēfamiliās præferret, oratorē ſubduceret. Partē enim eloquentiæ putabat, eloquentiā abſcondere. Solebat declamare ſtudioſe Turrinus Clodius, cuius filius fraterno uobis amore coniunctus eſt, adoleſcēs ſummæ eloquētiæ futurus, niſi mallet exercere quantū habet, quàm conſequi quantum ſequi poſſet. Sed Turrinus Clodius multum de uiribus remiſerat, dum Apollodorum ſequitur, & ſummam legem dicendi eum putat. Tantum tamen illi ſuperfuit uirium, quantum ualeret, etiam ſi ars abeſſet. Sentētias dicebat excitatas, inſidioſe aliquid petentes. Nunquam non de colore Latroni controuerſiā fecit. Latro nunquam ſolebat diſputare in conuiuio, at aliquando declamare ex tempore ſolebat. Dicebat quoſdam eſſe colores prima facie duros, aſperos, eos non poſſe, niſi actione probari. Negabat niſi actitata quoq; illis placere poſſe, niſi totū noſſent: ſe & ſuas uires noſſe, & illarū fiducia alijs metuēda & prærupta audere. Multa ſe non perſuadere iudici ſed auferre. Turrinus contra nihil probare, niſi tutum, non quia imbecillus erat, ſed quia circunſpectus: cauſas nemo reſpondit paratius: & pecuniā itaq; & dignitatem eloquentiæ debuit, ut ſi quid illi defuit, ſcias loco defuiſſe. Inde filius eius idē meus, nunq; enim illū à uobis diſtinxi, habet in dicendo paternā diligentiam, quę uires ex induſtria retundit. Hoc & in ipſo genere uitæ ſequitur ad ſumma euaſurus iuuenis, niſi modicis contentus eſſet. Ideo dignus eſt cuius tā modeſtis cupiditatibus fortuna præſtet fidem. Horum nomina nō me à nimio fauore, ſed à certo poſuiſſe iudicio ſcietis, cum ſententias eorum retulero, aut pares notiſſimorum autorum ſententijs aut præferendas.

Triceſima controuerſia.

INiuriarum ſit actio. Quidam cum haberet filium & diuitem inimicum, occiſus, inſpoliatus inuentus eſt. Adoleſcens ſordidatus diuitem ſequebatur. Diues eduxit eum in ius, & poſtulauit ſiquid ſuſpicaretur accuſaret ſe. Pauper ait, accuſabo cum potero, & nihilominus ſordidatus diuitem ſequebatur. Cum peteret honores diues repulſus eſt. Accuſat iniuriarum pauperem. VIBII GALLI. Gratias ago diuiti, quod quos odit reos iam facere contentus eſt; interdiu publico nobis interdicitur, quærite quid

quid nocte fiat: non ambulabis, inquit, eadem uia qua ego, non calcabis ueſtigia mea, non offeres delicatis oculis ſordidatam ueſtem, non flebis inuito me, non tacebis: pereramus ſi magis iratus eſſet. ALBVTII SYLII. Quod ſordidatus fui luctus eſt, quod fleui pietas eſt, quod non accuſaui timoris eſt, quod repulſus eſt, ueſtrum eſt. Non taceam? quid adhuc uiuo? quod tacui. Noſtis populi loquacis ſuſpiciones. Quare iſte honores illo uiuo nunquam petijt? ego uerò omnes quæſo, omnes ut me in inquiſitionem paternæ mortis adiuuent, & ad tua gēnua diues ueniſſem niſi timerem, ne inuidiam tibi fieri diceres, & iam pridem hoc animo ſequor, occaſionem loquendi capto: nec mehercules poſſum dicere inhumanitate tua fieri quod non audeo, quod uitium me meum ſequitur. Taceo, utinam hoc uitium meū habuiſſet & pater, dum libere loquitur multos offendit: neq; te puto ſolum in ciuitate habuit inimicum. Vt iſte ait, cauſam meam populo probaui. IVLII BASSI. Quando autem iſtis diuitibus nō ſordidati ſumus. Accuſa, inquit, pauper diuitē, egens candidatū. Ego accuſem? ambulare mihi meo arbitrio non licet. In ius uocauit: reum, inquit, me perage, perora. quis hunc locupletem auderet accuſare? cur, inquit, me ſequeris? quaſi aliud iter pauperes, aliud diuites habeant. CAESTII PII. Nō eſſem reus ſi accuſaſſem, barba demiſſa, ſordidatus cum crimínibus meis ad uos ueni. Omnia licet fiant non deſinam inquirere percuſſorē, & fortaſſe iam inueni. Cum ſubito pater meus in media ciuitate, quid me intueris? quid obſeruas? quid dicam? ſubductus eſt. ARELLII FVSCI PATRIS. Incedere magno comitatu, ſplendido cultu, non eſt fortunæ meæ, iſta diuites poſſunt, ſatis eſt ſi uiuimus. Cum ſpoliatum cadauer non ſit, quis fuerit percuſſor, neſcio, quiſquis fuit quaſi diues ſpolia contemſit. Quare, inquit, me ſequeris per publicum? facinus indignum commiſſum eſt, diues & pauper eadem ueſtigia inceſſimus. OSCI. Accuſa, inquit, ubi eſt qui primo cœperat? Vellem pater meus quoq; à te non diſceſſiſſet, uiueret. Quare, inquit, me reum facis, qui accuſatorem me non times? Mortuo patre, timeo ne quis iniuriam ſibi fieri putet, ſi dixero, occiſus eſt pater meus, à quo? ſi permittis, neſcio. IVNII GALLIONIS. Quid iſte accuſanti feciſſet qui perſequitur tacentem? cur non agis? quia uis tecum agi. Nunquid nunc tibi iniuriam facio ſordidatus? quod reo licet, lugenti non licet? Quid potui patri meo minus præſtare? in honorem eius ueſtem mutaui. FVLVII SPARSI. Sordidatus es, inquit, fles, hoc dicis pauperis occiſi filius pauper es. Pater meus in media ciuitate ſaluis legibus occiſus eſt, quis hoc ſine lachrymis narrare poſſit? non deponam has ſordes, niſi inuenero cui induam. Quis occidit patrem meum? neſcio. Nihil amplius teſtari poſſum, quàm hanc uocem meam. Adhuc neſcio. Delibero interim ut induam ueſtem quam patri meo reliquerit percuſſor. Cur me ſequeris? Magiſtratus ſeruos poſt terga ſua non ſummouent. ARGENTARII. Non uis patrem meum fleam? lacerare nos ultro non ſolebat. CLODII TVRRINI PATRIS. Quare, inquit, ſordes ſumpſiſti? quid igitur? Nec lugebo quidem quem uindicare non poſſum? Nulli iniuriam facio niſi patri, quem adhuc tacitus fleo. PORTII LATRONIS. Cuiuis neceſſarius, ita crudeliter interempti patris dolor eſt. Nihil fortius eſt quàm quod gemit. Accuſa, inquit, me, Vnde tam ſecurus es? inueniſſe uideris quis alius occiderit. Non erat præda quam graſſator ſequeretur, ſed erat firmiſſimum ignoti monumentum, cōtumax aduerſus faſtidium diuitiarum innocentia. Hæc ab inimico petita ſunt ſpolia. Neſcio quo modo miſerum eſſe interdum in miſeria iuuat, & plerunq; omnis dolor per lachrymas effluit. Nimium funere meo exultat. Non ſolebat uiuo illo prouocare nos ut reus fieret. Si quis omnium mortalium miſeriarum inter neceſſarias ſuper occiſum patrem lachrymas, increditam adhuc inertiam miratus eſt, in hac indignitate præſentis periculi omnem ſuam ponat admirationem. Si pauper accuſandi diuitis animos non ſumpſit, miramini? quia tacet, reus eſt. Per has lachrymas, per hunc ſqualorem, per hæc neceſſaria omnibus periclitantibus inſtrumenta, non inuidioſum ueſtræ miſericordiæ præmium petimus, ut abſoluto ſic eſſe tanquam reo liceat. Potens iſte & gratioſus, & quod ne ipſe quidem negat diues fuit, & qui nihil unquam ſibi putaret timendum, etiam reo. Creſcere deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

indies odium alterius impotentia, alterius libertate. Diues nihil aliud quàm nos paupe
res existimare, nos nihil aliud quàm innocentes, inter quotidianas acies semper inuic
cti: quis de nostra interim morte cogitauerit, nescio, quod dissimulari non potest, scio
quis optauerit. Venit iste cum turba clientium & parasitorum, & aduersus pauper
tatem totam regiam suam effundit. Cur me non accusas? non postulas? uix tempera
bat quin diceret, Quid ego in re accusatorē non audeam, qui occidendum eum curaui
qui tantum mecum litigauerat? Ciuitates plerunq; finitimæ inter repentinam discor
diam bello tument. Inter ciuilia bella tantum in ultionem satis est, quantum quisq; ad
maledicendum occupauit. M. Cicero qua uiolentia in absentiam Metelli strepit. M.
Cato Pulchro obijciente furtorum crimina audiuit. Quæ maior indignitas esse potuit
illius seculi, quàm aut Pulcher accusator, aut reus Cato? In Cn. Pompeium terra ma
riq; victorem fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput scalpentem. Fuit
aliquis qui licentia carminis tres auratos currus contemneret. M. Bruti sacratissimam
eloquentiam lacerat, cum quidam eius ciuili sanguine non inquinatas solum manus,
sed infectas ait: atq; ille tamen cum tres consulatus, ac tres triumphos scinderet, adeò
non timuit, ne esset reus, ut etiam disertus esse curauerit. Solus hic est in uestra ciuitate
innocentior Catone, nobilior Metello, fortior Pompeio. LATRO sic diuisit, an in re
iniuria sit: nulla, inquit, iniuria est, sordidatus sum inquam, multi faciunt, omnia iniu
riæ genera comprehensa sunt. Pulsare non licet, conuitium facere contra bonos mo
res nō licet. Hoc loco SCAVRVS dixit. Noua formula iniuriarum componitur, quod
nihil contra bonos mores fuit, etiam si in re iniuria est. An si non malo animo fecit, tu
tus sit? An malo animo faciat. Hoc latro in duas quæstiones diuisit, an si credidit, ob
hoc ipsum patrem suum occisum, & propter hoc secutus est, ignoscendum illi sit. De
inde an credidit. GALLIO illam primam fecit quæstionem. An quod liceat cuiquam
facere si faciat, iniuria non teneatur. Licet, inquit, flere, licet ambulare quà uelis, sume
re nihil, inquit, ut & alienum iniuriarū facere. Sordidatus es, non queror: sed si sordes
tuæ inuidiam mihi concitant, queror. De colore quæsitum est. Quidam aperte inuecti
sunt in diuitem, quidam ex toto nihil dixerūt, quidam secuti sunt mediam uiam: cum
præter hæc nihil sit, LATRO solebat uideri inuenisse quartum genus, ut hoc modo in
diuitem diceret. Tu quidem non feciſti, sed tamen ego habui causas propter quas
possem decipi, & de te aliquid frustra suspicari, quia inimicus eras, quia inspoliatus
pauper inuentus est. Hoc est autem medium illud genus, nec dimittendi diuitem nec
accusandi. Nam & dimittere non debet quem distulit, & accusare propter hoc ipsum
non debet, quia distulit. ALBVTIVS nihil dixit in diuitem. Hoc colore declamauit.
Committit iniuriarū, inquit, si qui non postulauit accusat. Quare, inquit, sequeris me?
ut aliquando mei miserearis, ut desinas afflictam domum persequi, ut scias me in hoc
habitu accusare non posse, ut concupiscas gloriam uindicatæ mortis. Tu solus potes si
uoles inuenire quis occiderit, tu accusare. At me quidam propter hoc suspectū habēt.
Potes discutere istam suspicionem, quære quis fecerit. Vt scias, inquit, te inuidiam mi
hi facere, cum dixissem: accusa me, non negasti te accusaturum, sed respondisti, accusa
bo cum potero. Ignosce mihi non magis adhuc quenquam accusare possum quàm ab
soluere. Quæro quis fecerit. Hæc leuia argumenta sunt, hæc uana sunt quæ alios tan
gunt, quod inimicus est, quod ille inspoliatus inuentus est, non est quare accusem, est
quare suspicer. RVFFVS VIBIVS hoc colore posuit. Sordidatus sum, lugeo, sequor
te, ut tutior sim, timeo nescio quem illum qui patrem meum occidit. Scio me quamdiu
tecum sum perire non posse. Dum hunc colorem sequitur MVRRHEDIVS ineptissi
me dixit, quare te sequor? pater meus quia solus inambulabat, occisus est. OSCI color
non placuit Gallioni. Sequor inquit ut inueniam quis fecerit, hoc mecum cogito,
quisquis est ille qui fecit, uolet hoc inimico imputare, ad diuitē uenier. Multo, inquit,
hoc iniuriosius est, si inquirendi causa facit, si non tantū in conuitiū sed & periculum
diuitis sequitur. GALLIO subtiliter agendum putauit, & ad positionem controuersiæ
colorem actionis dirigendum, ut diceret, suspicor à te patrem meum occisum, quis e
nim illum alius oderat magis? quis impotens alius est? uestem enim illius sine dubio
nescio

nescio quis percussor non concupiscebat. Dicet aliquis, quid ergo? si inimicus est, pro
tinus interfector est? non, ideò non accuso. HISPO ROMANVS palàm accusauit & di
xit, Non causam sibi esse, sed iure etiam hanc sententiam in procœmio magno cū assen
su hominum dixit, eum accusatorem habeo qui se reum non esse miratur. BASSVS IV
LIVS in hac controuersia dixit. Quare me sequeris per publicum? facinus indignum
iudices factum est, pauper & diues eandem terram calcamus. Cōsectari autem solebat
res sordidas, & inueniebat qui illas unice suspiceret, Memini illum declamantem de
clarasse controuersiam de lenone, qui decem iuuenibus denunciauit, ut in lupanar ac
cederent, & foueam igne repletam terra superiecta obruit, in quam adolescentibus la
psis & cōsumptis accusatur Reipub. lesæ, Apud illum declamantem ALBVTIVS fasti
diosus auditor, eos quibus inuidere poterat admirabatur. Hanc Bassi sententiam non
me hercules referrem, si canem ad ostium alligasses. Idem Latronis illas sententias aie
bat tumidas magis esse quàm fortes. Summa hominū admiratione circumferebatur,
Lugent argumenta patres & ossa liberorum coniecturam diuidunt: & illam, Produ
cta sacerdote statuam: & illam, Super cineres liberorum nostrorum lupanar de quan
tum est. Ipse utiq; laudabat: hæc autem docuerat. Nam in hac ipsa controuersia ne Bas
sus quidem uidebatur aliquid dixisse, sordidius dixit ipse. Itáne peribunt decem iuue
nes propter dipondios tuos EVKTEMON à filij parte cum patrem suum narrasset so
lum sine comite oppressum & occisum dixit,

HERMAGORAS dixit.

Illud in narratione. ARTEMON dixit,

Tricesima prima controuersia.

VIr fortis, quod præmium uoler, optet. Si plures erunt iudicio cōtendant. Pater &
filius fortiter fecerunt. Petit pater à filio, ut sibi cederet, ille non uult, iudicio con
tendit, uicit patrē, accepit præmio statuas patris, pater ipsum abdicat. IVNII GALLIO
NIS. Dubito quid de euentu huiusce iudicij optem, cum crimen meū sit, uicisse. Vide
tis quemadmodum in hoc quoq; iudicio opera sua iactat, & miratur quisquam si hoc
patre natus gloriæ cupidior est. Facileis habetis patres, uiros fortes iungite. Dissside
mus quia nimium similes sumus, cum exiremus in aciem, aiebat, si adolescens essem,
nemo pugnaret fortius. Maiorum quoq; suorum uirtutes referebat, sed omnibus se
præferrebat. Cum ad ætatem tuam peruenero, non contendam cum aliquo: quamuis
si exemplum tuum sequi uoluero, etiam cum filio contendam. Quia patriæ iudicium
habeo, patris perdidi. Dicam abdicanti, non luxuriabor, non amabo: hanc emenda
tionem criminum meorum non possum promittere. Ego uerò pugnabo, & fortiter &
fortissime. Vidi patrem iam senem loricam induentem, multum est pugnare cū exem
plo. Iudicium uocatur quo pater & filius spolia contulimus. Ecce ammitto, ego tibi ce
dere possum, seni non possum. Quod contendi legis, quod uici iudicū, quod pugnaui
patris est: uolui cedere, concurrerunt iuuenes, ætatis causa agebatur, Vici non filius pa
trem, sed iuuenis senem. Ego uici, sed omnes patri gratulati sunt: parui adolescens, ma
gnis exemplis deceptus sum, dum cogito mecum Horatium Hetruscas acies corpore
suo submouentem, & Mutium in hostilia arma ruentem, & dum te Deci cogito, qui
& ipse noluisti patri cedere: transibo in subsellia tua, complectar inuitum, licet repu
gnes fortior sum. FVLVII SPARSI. Necesse fuit mihi fortiter militare, pugnandum ha
bebam non imperatori tantum sed patri. Si tu uicisses, diceretur patri cessit, abdicatio
nem enim timuit. Solebas enim optare semper, ut contingeret tibi habere filium me
liorem. Iudicium uocas duplicem domus nostræ triumphum. CLODII TVRRINI.
Tu Mutio diceres, non est quod ostendas istam manū, tu Scipioni post deletam Car
thaginē, tace. Loquax est uirtus, nec ostendit se tantū sed ingerit. Aiunt, ecce nūc qui
dā pater cessit filio, & in hoc abdicat, ut uerū uideatur fuisse certamē. Opta pater ut &
à nepote uincaris. Postea, inquit, fortiter pugnare poteris: unde scio? uulneribus me
senē feci. Quis te felicior? tu omnes uicisti, te filius: quanto honestius, modo pater & fi
lius inter se cōrendunt, honestiorē facturus uictum uter uicisset. Dubito quid faciam?
taceā? sed silentiū uidetur confessio. Narrē uirtutes meas? sed illud quoq; nouū accidit
mihi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi,quod uni mihi abdicato meas narrare non concessit.Processi in aciem coram patre,fortiter,inquit,pugna. Turpe est adolescenti uinci à sene. Auidus sum gloriæ,hoc si uitium est,paternum est,fortis sum,nunquid improbas pater? At iam abdicabis,si uiro fortissimo sum fortior,dicam tamen audacter fortissimus sum, nec timeo in ea ciuitate hoc crimen, in qua fortes etiam senes nouimus. IVLII BASSI. Ad te quoq; ignominiæ meæ pars redundat.Pudeat te pater si à filio abdicando uictus es. ARELLII FVSCI. Ignosce, iuuenis errauí, ambitiosus non ero, cũ senex fuero. GAVII SYLONIS. Vtrum putas uicisse, ego præmium tantum habeo, tu & præmium & uirum fortem. Permittente lege fecit,imò in eadem re,& habet legem & timet. Contra ait, si quid fecit quod non licet,lex uindicabit,si quid quod licet,non oportet. Pater nõ queritur de scelere filij, sed de officio. Deinde utatur quisq; sua lege, tibi illud licuit, & mihi hoc licet:abdicare liberos liceat,est aliqua lex quæ filio patrem præferat? Si potest abdicari, etiam propter id quod lege permittente fecit, an abdicari etiã propter hoc non possit, quod præmium accepit.Non potest,inquit,in ea re priuatim puniri,in qua publice honoratur. Eidem rei non potest præmium dari,& nota denuntiari. Cætera iura puto paterno imperio subiecta esse, hoc maius ius est cæteris, quod uictoria summa uirtute quæritur. Non potes propter hanc legẽ filiũ abdicare, propter quam à filio uictus es. Si potest abdicare,an debeat:hoc diuisit. An etiam si non debeat cũ patre contendere, ignoscendũ tamen sit,si adolescens gloriæ cupiditate lapsus est, Deinde an cõtendere debuerit. Tum,inquit,& honestum certamen erat & tutum. Quid enim est gloriosius quàm aut uirũ fortẽ uincere,aut uinci à filio? si non debuisset contendere,non uicisset. Et potuit fieri,ut si hic tibi cessisset,alius quis ad certamẽ procederet,qui nunc nõ processit,quia sciebat nihil sibi profuturum si te uicisset, cũ deberet à filio tuo uinci: nulla laus tibi fuisset,apparuisset enim illam uictoriam non uiri fortis fuisse sed patris. Silentio uirtutes nostræ transissent, nunc illustratus es,dum conferuntur. TVRRINVS hoc loco belle dixit. Plures tibi inuidere cœperunt, postq; uictus es. Itaq; nouí generis res accidit,filius uicerat,Omnes aiebant,O felicem patrem.Nouissimam fecit quæstionẽ, An etiam si quid iudicio peccauit, præmio emendauerit. Hoc loco dixit GALLIO illam sententiam, quę ualde excepta est:cum diu deprecatus esset,ait, si nihil profecero, quid me facturum putas? ad templa iturum,aut ad deos supplicem? ad tuas statuas confugiam. SYLO POMPEIVS tentauit & in hac controuersia illam quæstionem, quam in omnibus uirorum fortium abdicationibus putabat esse tenendam, An uir fortis abdicari possit, aiebat in nulla magis controuersia illam posse tractari. Non potes, inquit,eum abdicare,qui te potest uincere. Miraris si patri ac legi subducitur, qua & cõparatur & præfertur? Colorem pro adolescente GALLIO illum dixit. Meæ, inquit iuuenis, ætatis causa agi uidebatur, cum dubitaret ex ordine suo quem dicentem, nihil agis, ego tibi cedo, illi non cedo. CAESTIVS hoc colore usus est, putasse se ipsi patri honestius hoc esse,certe domui, laudes utriusq; in foro inspici. MONTANVS VOCONIENVS ait,cognoui non quid imperares,sed quid præcepisses: dixeras semper,cum me hortareris ad gloriam,ut nulli cederem. Inuidiosa omnibus in illo iudicio fortuna tua uidebatur, cum quæreretur, utrum pugnasses felicius an genuisses? Non est quod putes me uisum illis fortiorem,decepti sunt pater,iudicauerũt nõ quod erat, sed quod te malle crediderunt. ARGENTARIVS ait, occasionem beneficij quæstu non concupiui accipere, præmium habet alter, alter accipit. FVSCVS ARELLIVS PATER ait,si naufragare imperasses,per hybernos fluctus egissem ratem, si peregrinari, nihil fuisset iubente te durum: hanc rem imperabas difficilem forti uiro, uinci. BLANDVS hoc colore narrauit. Pater mihi obiecit, quod illi una re non cesserim? Ego multiplicabo crimina mea.Nunquam illi,quoties recte faciendum fuit,cessi,semper uolui uideri frugalior,uideri uolui laboriosior:nam cum ad uires uentum erat,etiam ipse cedebat, non ego illum uincebam sed ætas. TVRRINVS hoc colore usus est. Volui inquit cedere, sed erant qui dicerent non licere. Hoc enim modo legem saluberrimam tolli. Disputaturi contra præmium patris uidebantur & dicturi scilicet,non licet inter se cedere fortibus,nõ ipsorum tantum causa agitur sed publica. Omniũ interest scire, quis

quis sit fortissimus.His uocibus hominum missus sum ad id certamen,in quo ad istum utraq; pertineret uictoria. Quid putatis me dicturũ? fortiorem me uisum? falsum est, cum hoc quoq;,quod ego fortis eram,istius esset. Quid ergo? quare uicerim quæritis? Visum est ad ruborem totius iuuentutis pertinere,neminem pugnasse fortius, quàm senem. Et cum dixisset, se præmia in patrem contulisse, dixit, uici te pater, sed nempe uici tibi. ALBVTIVS hoc colore narrauit, noluit, inquit uideri per collusionem patri titulum fortissimi uiri contigisse.Non cessi ante iudicium,ut in iudicio cederem effeci. Nihil aliud quàm laudaui patrẽ,uirtutes eius retuli,uisus sum propter hoc ipsum præmio dignus. SYLO GAVIVS ait,solebas mihi pater inter dignorum uirorum exempla narrare quædam etiam domestica: aiebas autem, patrem fortem uirum habuisti, uide ut tu sis fortior,processi tecum in aciem,nec illinc inulti redimus, omnis gloria in una domo erat. Iubebat Resp. fortes uiros recognoscere. O quantam ego cupiditatem gloriæ in patre meo uidi,quàm iuuenilem contentionem, me inuitabat imperio,iubebat exemplo. Ventum est in iudicium omnium quos ego noui,res inuidiosissima quærebatur de patre meo, utrũ fortior esset an felicior. OSCVS hoc colore narrauit. Accederent & dicerent,roga patrem tuum,cedat tibi,non est utile reip. hostium excitare animos. Excitabuntur si scierint, neminem in hac ciuitate esse fortiorem quàm senem,illi me coẽgerunt,quasi tunc quoq; aliquid præstiturus essem reip. uenire in iudicium,in quo quid habet? ego sum iudicatus iunior. DENTO dixit,timeo ne ob hoc ipsum patri uilior fiam, ego sciam an usquam gloriosus sit. TRIARIVS hoc colore usus est. In iudicio uolui tibi cedere,ut non imperare uidereris sed uicisse & cessi, defunctorie causam meam egissem,notum sit illum cedere, quia parum est illi non putabat. NICETES in hac controuersia dixit,

SCAVRVS hunc sensum aliter dixit. O si auus meus interesset iudicio,quàm libenter spectaret & discordiam nostram. Clamasset mihi, non est quod cedas,ipse mihi nunquam cessit. LABIENVS, partem patris declamauit, & dixit quod etiam desertoribus licet. Nolo habitare cum aduersario meo,non capit idem cõtubernium fortem uirũ & uictum. Statuam,inquit,tibi posui,imò ne possem unquam me uictum obliuisci,ignominiam meam in æs incidisti.

Tricesima secunda controuersia.

DEmentiæ sit actio. Bello ciuili quædam uirum secuta est,cum in diuersa parte haberet patrem: uictis partibus suis & occiso marito,uenit ad patrem, non recepta in domum,dixit: quemadmodum tibi uis satisfaciam? ille respondit morere: suspendit se ante ianuam eius. accusatur pater à filio dementiæ, PORTII LATRONIS. Sic sibi satisfieri ne uictor quidem uoluit,excusauit uictos qui restituit. Quoniam reposcis uitam,quã dedisti accipe: nullũ fuit in proscriptione mulierculæ caput. OSCI. Inquinasti filiæ sanguine penates,quanq; quid ego dico penates tanq; in domo perierit? Allatum ad se Cæsar Pompeij caput fleuit,hoc illi propter filiã præstitit. ARELLII FVSCI, quẽ admodũ tibi uis faciã satis? hoc ipso satisfecisse debuerat,filiã habuit piã,& in maritum & in patrem. Alterũ usq; in mortẽ secuta est,alteri etiam per mortẽ satisfecit: quàm perticulose eum offendo, qui simul irasci cœpit, nescit ignoscere. CLODII TVRRINI PATRIS. Morere. Quid aliud meruerat,si satisfacere nollet. Nisi occupasses soror,fortasse pater tibi satisfecisset. Hoc certum habeo, unusquisq; uestrum suadebat puellæ, ad iratum patrem uenis,in quas potes te compone blanditias, roga, deprecare,si nihil proficies, habes quemadmodum cogas, moriturum te denuncia: hoc quod ignouisti uictor,ad uiros pertinet,illi tibi gratias agunt, nam fœminas ne si irascaris quidẽ proscripsisses. Quare secuta es uirum. Adeò tibi uetera exempla exciderunt bonarũ cõiugum,quibus filiam tuam solebas sanus hortari? Aliqua spiritum uiri redemit suo, aliqua se supra ardentis rogum misit,impendisset se puella uiro,nisi seruasset patri. FVLVII SPARSI. Filia ante limen paternum in cruore suo uolutatur, quid exhorruistis? paterna satisfactio est. Nostis domus nostræ legem, aut dicendum mihi aut moriendũ est, Qualis est ista satisfactio qua filia exoratum patrem sibi non sentit? ALBVTII SYLI. Vtræ meliores partes essent soli uidebantur iudicare dij posse. Si uis satisfacere

mihi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi, morere. Quod ad me attinet, irascere malo. Si parricidiũ est fuisse in diuersis partibus, nunc̃ defendisset apud Cæsarem Ligariũ Cicero. Marce Tulli quàm leue iudicasti crimen de quo confessus es. Dona filiam si misericors es deprecanti, si hostis ædicto, si pater naturæ, si iudex causæ, si iratus es fratri. BVTEONIS. Ante ipsum limen domus decessit, ne dubitari possit utrũ marito perisset an patri: ubi studuisti: ubi audisti: nego te istuc in bello didicisse. MARYLLII. Meruerat inquit mori, etiamnum accusas: certe iam tibi satisfactum est. O nouum monstrum, irato uictore uiuendum est, exorato patre moriendũ est PASSIENI. Vtinam interuenissem, non satisfecisses sola patri: furiosum te dicerẽ, si pro genero non rogasses. Secutus est gener diuersas partes, uxor suas. LABIENI. Hoc obsequio consequatur, deniq; ut intra domum moriatur. M. Cato quo uiro nihil speciosius ciuilis tempestas abstulit, potuit beneficio Cæsaris uiuere, sicut Tullius si uoluisset. Optima ciuilis belli defensio, obliuio est, MVSAE. Allato ad se capite Cn. Pompei Cæsar auertisse oculos dicitur, quod tu ne in morte filiæ quidem secisti. CORNELII HISPANI. Peruagata est illa crudelis belli fortuna omnem ordinem, & usq; ad ultimæ plebis supplicia descendit, nihil in ciuitate nostra immune uictoris iræ præter fœminas fuit. Hanc laudem miseræ urbi seruare licuit. At tu pater noster ut uictor insanis. MENTONIS. Semel repulsa iterum redit, iterum repulsa tertio rogat: non fatigatur, scit exorari etiam hosteis. O te crudelem nisi iam tibi & pro genero satisfactum est. Non ignoro in quanto periculo sim. Nescit placari iratus, & hoc etiam si filiæ excanduit. TRIARII. An non exorares uictorem pro alio patrem? Morere, illi quoq; quibus animaduertere in damnatos necesse est, non dicunt, Morere, sed age, lege, crudelitatem imperij uerbo mitiore subducunt. DIVISIO. LATRO usus est in hac controuersia illa calcata quæstione. An possit agi cum patre ob ullam aliam rem, quam ob dementiam. Impotens sum, immitis, non tamen demens. Mores tuos patri debes approbare, non patris exigere. Dic desipis, nihil intelligis. Ego sanitatis meæ si potuero argumenta colligam, dicam in senatu non stulte sententiam. Quid tibi uideor fecisse dementer. Partes male egit: damnare non potes patrem propter uerba imò propter uerbum. Si damnari dementiæ aliquis pater etiam non demens ob aliquod improbandum factum potest, an hic possit. Hoc in duo diuisit. An etiam si hoc animo dixit, ut filiam mori uellet, damnandus tamen non sit. Hæc accusatio filiæ contrarias parteis à patre sequentis, cum illam ipsa natura publicis excepisset malis. Animaduertit Manlius in filium & uictorem, animaduertit Brutus in liberos non factos hosteis, sed futuros. Vide an sub ijs exemplis fortius loqui liceat. Deinde an non eo animo dixerit, ut eam mori uellet. Dixit inquit iratus cum uellet castigare non occidere. TVRRINVS CLODIVS belle dixit, nolite mirari si durioribus utar, non sum processurus ultra uerba, minabor, deinde ignoscam, fecit & uictor. GALLIO & illam quæstionem fecit, an non ob id puella perierit, quod pater illi tam dure responderit. Perijt, inquit, propter desiderium uiri, alioquin unius uerbi amaritudinem mortem pensasset? Imò mulier præceps, temeraria, insano flagrans amore & attonito, quæ uirum patre relicto secuta fuerat res uiri consecuta est. SYLO POMPEIVS huic quæstioni præponebat illam ex qua in hanc transitus sit, an etiam si propter hoc uerbum patris perijt, damnari tamen pater non debeat, nec enim euentus imputari debet cuiusq; rei, sed consilium. Si post hoc uerbũ puella uixisset nunquid patrẽ dementiæ damnare posses? atqui hoc uerbo si quid factũ est, non à patre, sed à puella factũ est. Non oportet aũt illius temeritatem dementiam uideri patris. Post hanc quæstionem faciebat illam, an ob hoc perierit. Color à parte accusatoris simplex est, ait patrem durũ fuisse, crudelem, bono publico eum fuisse periturum, dixit dure inquit, eo uultu, ea affirmatione, ut uideretur non iubere tantum, sed occidere. Hoc loco dixit TVRRINVS CLODIVS. Hoc post bellũ imò post edictum: & adiecit, nunc intelligit Respub. imperator quantum tibi debeat, cui sine sanguine satisfactum est. Omnes enim dixerunt patre nolente illam uixisse. GALLIO dixit, nondum mihi uidebatur scire quid meruisset. Volui illam intelligere crimen suum. CAESTIVS hoc loco. Contumaciter, inquit, rogauit, sic quomodo perijt, non uultu demisso, non summissis oribus, nondum tanc̃ uicta. Primum quare ad me

me non fratrem suũ misit, an etiamnũ fratri irascit? ARGENTARIVS. Nos duces ex orauimus quorum liberi in diuersis partibus fuerant, diximus, ignosce nobis seueris esse, si licuerit esse securis. Quid peccaui quod filiam ex hostium castris uenientem nõ primo uerbo recepi? TVRRINVS CLODIVS ait. Volui fratri sororis dare beneficiũ, eo durius loquar, ut ille me pro sorore sua deprecetur. Primũ quare me solum rogat, cum debeat duobus satis facere? SYLO GAVIVS dixit, Volui inquam mora torquere, sine inquam iterum ac tertio roget. Nec mitissimus quidem uictor statim ignouit. LABIENVS ait. Non sum statim exoratus, & si uixisset, non essem fractus primis uocibus eius, ne tertio quidem rogatus aut quarto. At uictor cito exoratus est. Noli mirari, facilius est ignoscere bello quàm parricidio. HISPANVS de morte eius hoc dixit. Iterum illam nobis uir abduxit. ALBVTIVS. Tuto me ait, putaui loqui fortius, non dubitaui enim quin frater illi dicturus esset, non est quod timeas, exorabitur, si difficilior erit illum ego rogabo, & si rogasses adulescens fecissem, nõ magis tibi ego quàm sorori tuæ maritus. MONTANVS VOTIENVS dixit. Non est quod putes illam ceci disse ira patris: cui uixerat, perijt, illa se cui addixit impendit. Et eundem sensum in argumentis cum dixit, nõ propter patrem illam perisse, quid ergo inquis? propter quẽ? Scis illam uirum habuisse, pro quo mori posset.

Tricesimatertia controuersia.

REipublicæ læsæ sit actio. Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reipub. læsæ accusatur. PORTII LATRONIS. Aestimate quale sit scelus istius, in quo læsi patres liberos suos aut ut agnoscant, aut recipiant, etiam confessas iniurias tacent. Vectigalis istius crudelitas fuit, eo magis quod omnes præter istum misericordes sumus. Mendicares, nisi tot mendicos fecisses. Effecit sceleratus iste, ut nouo more nihil esset miserius expositis quàm tolli, parentibus quàm agnoscere. CASSII SEVERI, Huic cæci innitentes baculis uagantur, huic trunca brachia circumferuntur, huic conuulsi pedum articuli sunt, & torti tali, huic elisa crura, illius inuiolatis pedibus cruribusq; fœmina contudit, aliter in quẽq; sæuiens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius eneruat: alium distorquet, alium delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit, & risum in crudelitate captat. Producagedum familiam semiuiuam, tremulam, debilem, cęcam, mancam, famelicam, ostende nobis captiuos tuos. Volo mehercules nosse illum speciem tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium spoliarium, sua cuiq; calamitas tanquam ars assignatur. Huic recta membra sunt, et si nemo obstet naturæ, proceritas mutabitur. Ita frangatur, ut humo se alleuare non possit, sed pedum crurumq; resolutis uertebris reptet: huic extirpentur radicitus: huic speciosa facies est, poterit formosus mendicus esse, reliqua membra inualida sint, ut fortunæ iniquitas in beneficia sua sæuientis magis hominum animos peruellat. Sine satellitibus tyrannus, calamitates humanas dispensat. VIBII GALLI Intuemini debilia infelicium membra, nescio qua tabe consumpta, illi præcisas manus, illi erutos oculos, illi contractos pedes. Quid exhorrescitis? sic iste miseretur, tot membra franguntur, ut unũ uentrem impleant, & ò nouum monstrum, integer alitur, debiles alunt. ALBVTII SILI. Perissent inquit, ita non sic infelicius supersunt, qui perituri fuerant? Perissent inquit, interroga patres, utrum maluerint. Eruantur inquit oculi illius, huius præcidãtur manus. Quid si aliquis ex istis futurus sit tyrannicida? quid si sacerdos? Nec puto incredibile loquor, ex hac fortuna origo Romanæ gentis apparuit. Egregius educator plus acceptum crudelitati, quàm expensum misericordiæ refert. TRIARII. Perissent inquit, puto. Experireris nos non esse crudeles, tamen nemo õn nostrum, cum istis stipem porrigeret, mortem precatus est: Surge tu debilis, conatur & corruit. Surge tu mute, sed quid excitaris? rogare non potes, surge tu cæce, sed ad quorum eas genua ne scis ò te inter omnes debiles ante hoc iudicium felicissimum, quod iustum dominum non uidebas, in hoc iudicio infelicissimum, quod istum reum non uides. Expositos aluerunt etiam feræ, satis futuræ mites si præteriissent. CORNELII HISPANI. Ergo si illis temporibus iste carnifex apparuisset, conditorem suum Roma non haberet. Ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

meo ne hoc prosit reo, quod nemo ex his quenquam uideri uult suū. IVLII BASSI Intuemini utranque partem, & ei succurrite, quæ miserabilior est, liceat uidere mercenarios suos: hic cæcus est, hic debilis, hic mutus, his tu mori non permittis? Vis in te iudices more tuo misericordes sint, tuo exemplo. ARGENTARII. Quorum cum ubique audiantur preces, in sua causa tantum cessant. Adijciamus aliquid ad quæstū, deme huic oculos, illi manus. ARELLII FVSCI PATRIS. Præcidat, inquit, lingua, genus est rogandi rogare nō posse. Miseremini horū omniū iudices, & misereri etiam singulorum soletis. CAESPII PII. Vt hanc causam susciperem, ne ab eis quidem rogatus sum, pro quibus ago, quid enim miseri rogare sciūt, nisi stipem? quid infelix iste peccauit aliud, quàm quod natus est? CLODII TVRINI PATRIS. Age si quis agnouerit suum, petes alimenta tanctq; alueris? nō est quod timeas, nemo cognoscet. O miserum, si quis alimenta suo dat, ò miserum si negat. Ita nos istis uindictam negaturos putas, quibus ne id quidem negamus, quod tibi daturi sint? Et quod est indignissimū, crudelis cū sit, misericordia publica alit. Venite miseri, & hodie primum uobis rogate. MENTONIS. Errant miseri circa parentum suorum domos, & fortasse aliquis à patre alimenta non impetrat. Nulli plus reddunt integra mancipia. Cur tu tā exiguū refers? uia este quas poterat, ut non rogares, ut non acciperes: spiritum tamen relinquere tibi, nisi crudelior futurus essem in relinquendo. Tibi captura quotidiana nō respondet, apparet nōdum hominibus satis miserum uideri. GAVII SILONIS. Tu inquit, in illa uicinia mendicabis, tu ad limē accedes, & crudelis miseris parentum domos demonstrat: hic non facile stipem impetrat, etiamnū aliquid illi detrahatur. IVNII GALLIONIS. Serua oculos ut uideat quem roget, serua manus ut habeat quibus stipē accipiat. Occurrunt nuptis omina dira, sacris publicis tristia auspicia, feriatis maxime ac solennibus & hilaritati dicatis diebus semianimes isti greges oberrant, à te fortasse aliquis acceptam stipem portat ad deos. FVLVII SPARSI Scio, iudices, uarijs quenq; causis ad accusandum solere compelli, quosdam ambitio gloriæ, quam ex damnato petierunt, prouocauit, alios odia & simultates protraxerunt. Nō dubito fuisse quosdam qui præmium peterent: ego omnibus cæteros impellenitibus causis uaco. Quæ enim gloria est in tam sordido reo? quæ simultas, ijs ut noceas quos cōtra exisse pudeat? aut quod præmium, cum stimulant ij qui se alere non possunt? Non is est qui rogare nescit, etiam docere solet. Quos affectus uestros optare debeā, nescio, si misericordiæ propiores fueritis, crimina rei uobis ostendam si ocium fuerit. At reum hunc publice pascimus. Exigitur à te talio, non tales totidem membra quot debes. Lupa oblita feritatis placidior uelut fœtibus suis præbuisse ubera fertur. Sic lupa uenit ad infantes, expectemus hominem, gratulor tibi Roma quod in cōditores tuos homo nō incidit. Ergo cum de publica misericordia cogitares tam crudelis esse potuisti. Proxima, inquit, die hic plurimū retulit, faciendus est huic similis alter: hic satis retulit, fiat & alius miser ad hoc exemplū. Ite nunc inquit, & alimenta mihi quærite. Tu inquit, qui oculos non habes, per oculos rogato. Tu inquit qui manus perdidisti, per manus rogato: tu per illa mēbra quæ trahis debilia: per ea quisq; quæ non habet, ambiat. O miseros qui sic rogāt, miseriores qui sic rogant. Ecce nescio quis, meus, inquit, filius si uiueret, huic fortassis similis esset: nū, inquit, ego meū trāseo. Alius inquit, potuit meus in eundē incidere dominū, quid si incidit? omnes omnibus conferunt, dū unusquisq; timet ne suo neget. Pars altera ARELLII FVSCI. Debilitasti inquit, plus illis patres nocuerant. LATRO sic diuisit, an læsa sit Respub. Primū quod Reip. crimen constare oportet, in hunc reū quæri. An læsa sit Resp. non solet argumētis probari. Manifesta statim respublica damna sunt, si muri diruti sunt, si classis incensa est, si exercitus amissus, si uectigalia diminuta: hoc damnum quod tu obijcis, non uidebat. Dic mihi quando Remp. læsit? cū unum expositū debilitauit? atqui etiā qui occidit unū, non tamen Reip. læsæ tenetur reus, sed cædis, etiam qui duos, etiam qui plures. Dic mihi, quis numerus efficiat, ut læsa uideatur Resp? duo debilitantur, nondum Resp. Iuuenes qui suadere infantes perdidit, & infelices. Potuerunt, inquit duces fieri, potuerunt etiam sacrilegi esse & homicidæ, potuerunt & perire. Attamen crudelem rem facit & lanista, nec dānatur læsæ:

læsæ: & leno qui cogit inuitas pati stuprum, nec lædit Remp. Ego nunc non laudari reum desidero, sed absolui, noceat hoc illi, cum honores petit. Potest aliquis & nō esse homo honestus, et esse innocēs reus. Deinde an læsa sit Resp. an ab hoc læsa sit: nō à me inquit, sed à parentibus qui proiecerunt. Hic crudelis & multum illis abstulerit, uitā reddidit. Contra ait, illi singulos exponunt, tu omnes debilitas: illi spem, tu instrumenta uiuendi detrahis. Deinde an teneatur Reipub. læsæ, si fecit quod ei facere licet. Nō potuit inquit, ulla res lege damnari, quæ legi innititur. Si domum meam diruam, nunquid dices me Rempub. lædere? Et poteras describere, quàm inhumanum sit, illos patrietes maiorum in nostram usq; perductos memoriam in hostilem modum deijci. In agris meis arbusta succidere uelim. Deinde an hoc licuerit illi facere, licuit inquit. Expositi, inquit, in nullo numero sunt, serui sunt: hoc legum latori uisum est, deniq; si nō licet, habent legem talionis, agere singuli iniuriarum possunt. Reip. quidem læsæ nō potest agi eorum nomine qui extra Remp. sunt. Non potest pro omnibus agi, pro quibus singulis non potest. Scio quosdam putare quæstionem esse, an possit à priuato homine lædi Resp. SPARSVM certe ita declamare memini. Quod si quisquam recipit, & illā recipiet. An à muliere possit, an à sene, an à paupere possit, quorū nihil unq; quæris? Sed dici tamē solet, quomodo tū illa quæstio tractatur, an Resp. læsa sit, toties reus in argumenta non læsæ Reipub. dicit, ne potuit quidem lædi à priuato, à paupere, ab ægro, ab infante. GALLIO fecit illam quæstionem, an in expositis lædi possit Resp. Non potest inquit. An lædi possit in aliqua sui parte, hæc nulla Reipub. pars est, non in censu illos inuenies, non in testamentis. Sed hæc quoq; in illā incurrit, an Respub. læsa sit: dicitur enim ne lædi quidem potuit in eis quos non habebat. Pro illo qui debilitat expositos pauci admodū dixerunt. Dixit GALLIO, & hoc colore usus est. Egētem hominem, & qui ne se quidem alere, nedum alios posset, sustulisse eos, qui iam relicti sine spe uix spiritum traherent, quibus non iniuria fieret, si aliquid detraheretur, sed beneficium daretur, si uita seruaretur. Faciant inuidi alicui oculos deesse, alicui manus, dicant illum per hunc uiuere. Gallio illud quoq; in argumentis tentauit. Adeo inquit hæc res non nocuit Reip. ut possit uideri etiam profuisse. Pauciores erunt qui exponant filios. TVRRINVS CLODIVS hoc colore usus est. Multos patres exponere solitos inutiles partus. Nascuntur inquit quidam statim aliqua parte corporis mulcta-ti, infirmi, & in nullā spē idonei, quos parentes sui proijciunt magis quàm exponūt, ali qui etiam uernulas, aut omine infausto æditos, aut corpore inualidos abijciunt. Ex his aliquos hic sustulit, & eas partes quæ cuique possent miserabiliores esse, miseratus abstulit, stipem rogant, & unius misericordia uiuunt, omnium aluntur. At res fœda est, mendicos habere, à mendicis ali, inter debiles uersari. Age non pudet uos ex hoc producere contubernio reū, à quo dicatis læsam Remp. & sic descendit ad argumenta, ut diceret, quomodo hic potuit lædere? SILO POMPEIVS illo colore usus est. Misericordē hunc fuisse, uoluisse uitā dare, sed non potuisse alere, itaq; eò cōpulsum, ut unusquisq; aliquā partem corporis pro toto dependeret. LABIENVS tam diserte declamauit partem eius, qui debilitabat expositos, quàm nemo alterā partē, cum illam omnes disertissimi uiri, uel ad experimenta suarum uirtutū dixerint. Illum aūt locū uehemētissime, dixit, uacare homines huic cogitationi, ut curent quid homo mendicus inter mendicos faciat. Principes inquit uiri contra naturam diuitias suas exercent, castratorum greges habent, exoletos suos ut ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei sint, amputant. Et quia ipsos pudet uiros esse, id agunt, ut quàm paucissimi sint. His nemo succurrit delicatis & formosis debilibus. Curatis quis ex solitudine infantes auferat, peritu ros nili auferantur, non curatis quod isti beati solitudines suas ingenuorum ergastulis excolunt, non curatis quod iuuenū miserorum simplicitatem circūueniunt, & specio sissimū quemq; ac maxime idoneū castris in ludum conijciunt. In mentem uobis uenit misereri horū quod membra non habeant? quid illorum quod frustra habent? Hoc genere seculi uitio, egregia figura, inquinatum & infamē reum, maiorum criminū impunitate defendit. Celebris hæc apud Græcos cōtrouersia est. Multa ab illis pulchre dicta sunt, à quibus non abstinuerunt nostri manus, multa corrupte, quibus nō cesserūt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICETES dixit. hunc dixit sensum P. ASPRENAS, eodē modo uno uerbo magis propiore usus hos alit, qui alimenta poscit, quibus crudelis est qui negat. Circa hunc sensum est & ille à QVINTILIANO dictus. Nescio utrum ne uos miserabiliores dicam, quod alimēta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim, quia debiles estis. Ei datis per quem debiles estis. ADDEVS rhetor.

Hunc sensum quidam Latini dixerunt, sed sic, ut putem illos non mutuatos hanc sententiam, sed irritatos. BLANDVS dixit, Porrigit aliqua mendico rogata stipem, utiq; si peperit, si exposuit. O te quàm misera cogitatio porrigentis est, hic fortasse meus est. OSCVS dixit, Qui iam porrexit pluribus stipem, suo negat. ARELLIVS FVSCVS dixit, Alit rogata filium mater misera, si scit suum esse, misera si nescit. ARTEMON dixit, Hanc sententiam LATRO PORTIVS uirilius dixit, qui non potest furto suspectus esse, Græcos enim & cōtemnebat & ignorabat: cum descripsisset debiles artus omnium, & alios incursantes, alios repētes, adiecit, proh Diį boni ab his aliquis alitur integer? DAMAS SCOMBRENVS dixit,

Hunc sensum CAESTIVS transtulit. Effecisti inquit, ut maius periculum esset educari quàm exponi. FVSCVS ARELIVS aliter dixit, Illa adhuc in miseræ sortis infantia timebantur, feræ serpentesq; & inimicus teneris artubus rigor, & inopia, inter expositorū pericula non numerabamus educatorem. GLICON corruptam dixit sententiā.

Sed nostri quoq; bene insanierūt. MVRREDIVS dixit: Producitur miserorū lōgus ordo, maior pars se sine se trahit. ET LICINIVS NEPOS, ut soluendo sis in pœnas, quoties tibi renascendum est? Illud SPARSVS dixit, quod non corruptum tantum, sed contrarium dicebat esse Montanus. Solus plura habes membra, quàm tot hominibus reliquisti. Ita enim hic potest uideri læsisse rempublicam, si multi sunt debilitati. Apparet autem non multos esse, si plura habet membra quàm debilitatis reliquit. Et illud æque ab illo aiebat corrupte dictum, prodiderunt plures membra. Græcas sententias in hoc refero, ut possitis æstimare primum quàm facilis Græcæ eloquentiæ in Latinū transitus sit, & quàm omne quod bene potest dici, cōmune omnibus gentibus sit. Deinde ut ingenia ingenijs conferatis, & cogitetis Latinam linguam facultatis nō minus habere, licentiæ minus. LABIENI sententiam separauí, quia locuti de illa homines erant. Sed ubi quotidianum diurnum & mendicantium quæstus recognoscit, tu hodie minus attulisti, cedò lora, gaudeo me non omnes emancasse. Quid fles? quid rogas? plus retulisses, si sic rogasses. Dixerat & illam sententiam, Date miseris, quod unum percipere gaudium possunt. Aliquis ex illis damnatum istum uideat, aliquis audiat GLICON dixit Vnicus summus amator Ouidij, hunc aiebat sensum disertissime apud Nasonem Ouidiū esse positū, quem ad fingendas similes sententias aiebat esse memoria tenendū: occiso Achille hoc epiphonema apponit, Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset, Hoc fuit. CASSIVS SEVERVS dixerat, Ostende nobis captiuos. IVLIVS BASSVS dixerat, Ostende nobis merendarios tuos. LABIENVS commodius uidebatur dixisse, Ostende nobis alumnos tuos. P. ASPHRENATES dixit, Cū induxisset stipem porrigentem mendico. O felicem patrem, & hoc qui dicit fortasse pater est.

Controuersia tricesimaquarta.

LAesæ religionis sit actio. Parrhasius pictor Athenien sis, cum Philippus captiuos Olynthios uenderet, emit unum ex his senem, perduxit Athenas, torsit, & ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit, ille tabulam in templo Mineruæ posuit, accusatur religionis læsæ. GAVII SYLONIS Infelix senex uidit in centis diuulsæ patriæ ruinas, abstractus à coniuge super exustæ Olynthi cinerem sistit, iam ad figurādum Promethea satis tristis est, quo proh Iupiter, quem enim melius innocem aduersus Parrhasium, quàm quem imitatus est? Olynthum tantum picturæ tuæ excipio. Numquis ut naufragium pingeret, mersit? cæditur, parum est, inuritur, etiamnum parum est, laniatur, hoc inquit in irato Philippo satis est, sed nondum in ira

to Ioue. IVLII BASSI Producitur puer, superuacuum est inquit, nondum quantum satis Prometheo potest cernere. Vltima Olinthij deprecatio est, Athenien sis redde me Philippo. Non est istud donum, sacrilegium est. Seruus inquit meus fuit. Putes Philippum loqui. Aedem Mineruæ tanquam castra Macedonum fugiunt. CLODII TVRRINI. Parum inquit tristis est, nisi quia Athenien sem dominum sortitus est. Dabo tibi Parrhasi maiora tormenta, duc illum ad iacentē Olynthum, duc illò ubi liberos, ubi domum perdidit, scis certe quàm tristem illum emeris. Olynthijs urbem aperuimus, templa præclusimus: ergo minimè Olynthius tortus esset, si omnes illos Macedones emisisset. Torquetur, hoc nec sub Philippo factum est, moritur, hoc nec sub Ioue. ARGENTARII. Hoc hospitio Olinthius Athenis exceptus est: tantum ergo Olynthius possit, Parrhasius quid non? & oculos nostros torquet, ibi ponit tabulam ubi fortasse nos tabulam fœderis posuimus. Hoc Promethea facere est, non pingere. Aiebat torto ribus, Sic intendite, sic cædite, sic istum quem fecit, cum maxime uultū seruate, sit sibi ipsi exemplar. CAESPII PII. Emi, inquit, imò si Athenien sis es redemisti, si nescis Parrhasi in isto templo pro Olynthijs dona soluuntur. Crudelis ille Græciæ carnifex, istū tamen nihil amplius quàm uendidit: producitur nobilis senex, longa miseriarū tabe confectus, reductis introrsus oculis tam tristis, quasi iam tortus esset. Vt admoueri sibi catenas uidit, superuacuæ inquit sunt, si ad alium dominū peruenissem, Athenas fugerem. Istud tibi in nullo Olynthio permitto, nisi Lasthenē emeris. TRIARII. Corrupuisti duo maxima Promethei munera ignem & hominē. Quemcunq; præco flentem uiderat, sciebat te emptorem, miserabantur omnes. Te fortasse & Philippus reduci iussisset, si Athenien sem uidisset emptorem, quod ego fabulosum esse non dubito. Sed utrum uult Parrhasius eligat, parum pie, aut infami auctione imitatus est. Clamabat iste, nondum satis tristis es, nondum satis inquam adiecisti ad priorem uultū, talis in auctione Philippus. MVSAE. Narraturus sum Olynthij senis ignes, uerbera, tormenta, aliquis me nunc queri de Philippo putat. Diį deæq; te perdant, miser icordem Philippum fecisti. Si isti creditis, iratum Iouem imitatus est, si nobis, iratum Philippū uicit. Pinge Philippū crudelem, oculo effosso, iaculo perfractum, per tot damna à dijs immortalibus tortum. CORNELII HISPANI. Vltima membrorum meorum tabes tormentis immoritur. Parrhasi quid agis? nō seruas propositū: hoc supra Promethea est: tantum patiendū est, pingente Parrhasio, quantū irato Ioue. ARELLII FVSCI PATRIS. Pinge Promethea, sed homines facientē, sed igneis diuidentē, pinge, sed inter munera potius q̄ inter tormenta. Inter altaria, Olynthij senis crucē posuit. Miserrime senex, forte ex seruis tuis aliquis felicius seruit, utiq; felicior est, quisquis Macedoni seruit. FVLVII SPARSI. Si ad currendū profectus es, queror, quod utinā Philippe his auctionē cū exceptione fecisses, ne quis Athenien sis emeret. Non uidit Phidias Iouem, fecit tamē uelut tonantem. Nec stetit ante oculos eius Minerua, dignus tamen illa arte animus & cōcepit deos, & exhibuit. Quid facturi sumus, si bellū uolueris pingere, diuersas uirorū statuemus acies, & in mutua uulnera armabimus manus, uicti sequentur, uictores cruenti reuertentur? Ne Parrhasij manus ludat temere coloribus, interritioni humanæ timendū est? Si necesse est aliquem torqueri, eme nocentem seruū, ut eodē tempore ex eo exemplum sumas & supplicium. Statuitur ex altera parte Parrhasius cum coloribus, ex altera tortor cum ignibus, flagellis, eculeis. Ista aut uidentem, aut expectantem Parrhasi parum tristem putas? Dicebat miser, non prodidi patriam. Athenien ses si nihil merui, succurrite, si merui, reddite Philippo. Inter ista Parrhasius dubium est studiosius pingat, an ille sæuiat, torqueat, uerberet. Sic iste carnifex colores temperat. Quid ais? parum tristis uidetur, quem Philippus uendidit, emit Parrhasius? Etiamnum torque, etiamnū, bene habet, sic tene. Iste uultus esse debuit lacerati, hic morientis. PORTII LATRONIS. Si uidetur tibi, istis muneribus aram misericordiæ orna. Nemo ergo ex Olynthijs miserius seruit, quàm qui Athenien sem dominum sortitus est. Miser ubicunq; Philippū non uiderat, pacē putabat. Alliga inquit, aiebat. Solutus apud Philippum fuit. ALBVTII SYLLI. Expecta dum Euthycrates aut Lasthenes capiatur. Pythia somnia Parrhasi me tortor effecit. Philippus quoq; uendidisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

didisse contentus est. Producit senex nobilis, flens, respiciens patriã, placuit isti uultus, habuit aliquid Promethei simile, etiam antequã torqueat, diligẽter agit causam, ut Philippus Olynthio non est, ego pecuniam perdidi, redi ad auctorem. Propter hominem Prometheus distortus, propter Promethea homines ne torseris. Philippus sic rogabatur, liceat Olynthijs uiuere. Parrhasius aliter rogatur, Olynthijs mori liceat. Tristem uolo facere. Nemo faciet, si Philippus non fecit. Hãc cõtrouersiam magna pars declamatorum sic dixit, ut non controuersiam diuideret, sed accusationem, quomodo solẽt ordinare actionem suam in foro, qui primo loco accusant. In scholastica, quia nõ duobus dicitur locis, semper non dicendum tantum, sed respondendũ est: obijciunt quod hominem torserit, quod Olynthium, quod deorum supplicia imitatus sit, quod tabulam in templo Minerue posuerit. Si Parrhasius respõsurus nõ est, satis bene diuidunt. Nihil est autẽ turpius, quàm aut eam controuersiam declamare, in qua nihil ab altera parte responderi poterit, aut non refellere, si responderi potest. GALLIO ferè similẽ diuisionem in Parrhasio habuit, ei quam habuerat in illa controuersia, cuius mentio est in hoc ipso libro, debilitabat expositos, detractis quibusdam. Diuisit autem sic, An læsa sit religio, quid perdidit inquit? nihil. Nondum de iure controuersiam facio. Perdidit unum senem Olynthus, fac Athenienssem, non ages mecum reipublicæ læsæ, si Athenienssem senatorem occidero, sed cædis: ita uero Athenienssiũ corrumpitur opinio, misericordia semper censi sumus. Nunc̃ unius facto publica fama corrumpit. Solidior est opinio Athenienssiũ, quàm ut labefactari ullo modo possit. Læsa est inquit respub. Si quis Olynthi depositum negauerit, uidebitur, ut existimo nõ rempublicam, sed hominem læsisse. Olynthijs hoc tribuisti, ut eodem loco essent, quo Athenienses. Læsisti iniquit rempublicam, lædunt rempub. qui aliquid illi auferunt, non qui adijciunt, qui diruunt templa, non qui ornant. Peccauerunt ergo & sacerdotes, qui tabulam receperunt, quare tamẽ non reciperent? Deorũ adulteria picta sunt, politę sunt picturæ Herculis liberos occidentis. Deinde an ob id accusari possit læsæ reip. quod ei facere licuit, licet. Ea lege persequere, quia non licuit: dicis mihi, hoc facere non oportet: huic rei æstimatio immensa est, Itaq; nulla uindicta est. Et id tantũ punitur, quod non licet. Satisabundec̃ est, si opifex rerũ imperitus ad legem innocens est, An hoc ei facere licuerit. Hoc in illa diuidit, An Olynthius fuerit apud Athenienssem, etiam antequã fieret decretũ. Seruus inquit est meus, quem ego emi belli iure. Vobis Athenienses expedit, alioquin imperiũ uestrũ in antiquos fines redigit, quicquid est bello partũ. Et est contra. At ille seruus alij emptori esse potest, Athenienssi nõ. Quid em̃ si Athenienssem à Philippo emisses? Atqui sciebas Olynthios nobis cõiunctos esse fœdere. Vt scias, inquit, seruos fuisse, decretũ postea factũ est Athenienssiũ, quo iuberent & liberi et ciues esse. Quare hoc illis ius, si iam habebãt, dabat? Deinde an decreto hoc nõ cõtineatur, liberi ut fiant, sed ut esse liberi iudicentur. Hoc cẽ fuimus Olynthios ciues nostros esse, ita & ille ciuis noster fuit. Nõ inquit, nã decretũ in futurũ factum est, non in prẽteritũ: uis hoc scire? Nõ quisquis Olynthiũ seruum habuit, accusabitur, quod ciuẽ in sua seruitute tenuerit. Si quid tunc inter necessaria seruilium officiorũ ministeria percussit aut cecidit, iniuriarũ accusabitur. Atqui quantũ ad ius attinet nihil interest occiderit, an ceciderit. Nã aut nec cædere licuit aut occidere. A parte Parrhasij fecit hunc colorẽ, emptũ esse à Parrhasio senem, inutilem, expiraturũ. Si uerũ uultis inquit, non occidit illũ sed deficientis, & alioquin expiraturi morte usus est. Torsit inquit tamen: si lucri causa, obijce, nempe crudelitatis precium Athenæ habent. In argumentis dixit, quantum semper artibus licuisset, medicos ut uim ignoratam morbi cognoscerent uiscera resci disse, hodie cadauerum artus rescindi, ut neruorũ articulorumq; positio cognosci possit. ALBVTIVS hoc colore, calamitosum fuisse, orbum palàm mortem optantem, nec aliter illum Philippus uendidisset, nisi putasset illi pœnã esse uiuere. SYLO POMPEIVS, putabat commodius esse, si hoc animo isset Parrhasius ad auctionem, ut aliquem in hunc usum emeret: poterit enim uideri elegisse utilissimum & maxime inutilem. FVSCO ARELLIO placebat, emptũ quidem illũ in alios usus, sed cũ deficeret, & mori uellet, in id quod unum ex cadauere artifex poterat impensum. GALLIO ad neutrum

neutrum se alligauit, nec dixit quo animo emisset. GALLIONIS color intolerabilis est, dixit enim senem ex noxijs Olynthijs emisse, quod si licet illi fingere, non uideo quare non eadem opera dicat, & conscijũ proditionis Lastheni fuisse, & se pœnæ causa torsisse. HISPO ROMANVS ignorantiam illam excusauit. Pictor inquam intra officinam suam clausus, qui hæc tantum uulgaria iura nouerit, in seruum nihil non domino licere, pictori nihil non pingere, mancipium suum operi suo impendit. Non omnia inquit narras, Olynthius fuit ille qui perijt. Quid autem ad rem pertinet, cuius nationis seruus fuerit? Audes inquit seruum dicere Olynthium, etiam post bellum, & & ante decretum? alioquin quod uos illi dedistis beneficium, nisi quod iam illos nec torquere liceret, nec occidere? Græci nefas putauerunt, pro Parrhasio dicere, omnes illum accusauerunt, in eosdem sensus incurrerunt. GLICON dixit, TRIARIVS hoc ex aliqua parte cum surriperet, inflexit. Hos aiebat SEVERVS CASSIVS, qui hoc facerent, similes sibi uideri furibus, alienis poculis ansas mutantibus. Multi sunt qui detracto uerbo, aut mutato, aut adiecto putant se alienas sententias lucrifeciſſe. TRIARIVS autẽ sic uertit, Corrupisse duo maxime Promethei munera, ignem & hominem, sed egregie illam surripuerunt, EVCTEMON qui dixit, sanius quàm GLYCON DAMVS corruptissime. hic est CRATON uenustissimus homo, & prohomo & professus. ASINIVS qui bellum cũ omnibus Atticis gerebat, cum donaret illi Cæsar talentum in quo xxiij sestertia sunt Athenienssium more hic Cæsari quod illum nunc̃ nisi mense Decembri audiret, dixit & cõmendaretur à Cæsare, PASSIENVS Nec curaret interroganti, quare nõ complecteretur tanti uiri gratiam Sæpe solebat apud Cæsarem cũ imagine confligere hominem acidæ linguæ, & qui nimis liber erat, puto quia diu non fuerat ex captiuo cocus, ex coco lecticarius, ex lecticario usq; ad amicitiam Cæsaris, felix usq; eo utranc̃ fortunam contempsit, & in qua erat, & in qua fuerat, ut cum illi multis de causis iratus Cæsar interdixisset domo, combureret historias rerũ ab illo gestarum, quasi & ipsi ingenio suo interdiceret, disertus homo & dicax, à quo multa improbe, sed uenuste dicta, ne modũ excedam, excurro & ad Parrhasium reuertor. NICETES dixit HISPO ROMANVS dixit, ignes, ferrũ, tormenta pictori isti à Philippo officina est. SPARSI sententia in descriptione picturæ habet aliquid corrupti, & ubicunq; sanguine opus est, humano utitur, dixit enim quod fieri non potest. Illum locum omnes tentauerunt, quid si uolueris bellum pingere? quid si incendium? Quid si parricidium? A Græcis DORON furiose dixit,

Sed nihil est quod minus fieri possit, quàm quod à METRODORO dictum est,

TRIARIVS dixit, Nondum dignum irato Ioue gemuisti. HATERIVS dixit sanius, Nondum uultus ad fabulam conuenit: & illud, Parrhasi, ut omnia fiant ad exemplũ, uiuat qui tortus est, Si uultis audire supra quod non possit procedere insania, LICINIVS NEPOS ait, Si uultis digne punire Parrhasiũ, ipse se pingat. Non minus stulte AEMILIANVS quidam Græcus rhetor, quod genus studiorum amabilissimum est. HEXARIDA fatuus dixit,

OTHO PATER cum pro Parrhasio diceret, hoc colore derisus est, quia conciderant inquit per proditores Olynthij, uolui pingere iratum proditori suo Iouem. GARGIVS multo stultius, quare Promethei Parrhasius supplicium pinxisset? Ego, inquit, ardente Olyntho non odissem ignium autorem. LATRONIS illa celebris sententia est, quam SPARSVS quoq; subtractis quibusdam uerbis dixit in descriptione mortuorũ. Parrhasi emorior, sic tene: hanc sententiam aiunt & DIOCLEM CARISTIVM dixisse non eodem modo HISPO rideon honeste ROMANVS fecit, multo enim uehementius insanit quàm nostri fanatici. Voluit uideri uolturios ad tabulam Parrhasij aduolare, fabula eleganti, ad turpem sententiam perductus traditur ZEVSIN ut puto pinxisse puerum, uuam tenentem, & cum tanta esset similitudo uuæ, ut etiam admirationem faceret operi, quendam ex præceptoribus dixisse, aues male existimare de tabula, non fuisse enim aduolaturas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi similis esset. ZEVSIN aiunt obleuisse uuam, & seruasse illud, quod melius erat in tabula, non quod similius SYPIRIDIO æque familiariter in templū uolturios subire putauit, quàm passeres aut columbas. Dixit enim.

Sed nolo Romanos in ulla re uinci. Restituet aciem MVRRHEDIVS, qui dixit, Pinge Triptolemū, qui iunctis draconibus sulcauit auras. Inter illos, qui de Prometheo corrupte aliquid dixerant, & APATVRIVS locum sibi uindicat, dixit enim, O

Controuersia tricesimaquinta.

FVr concione prohibeatur. Quidam cum diuitem proditionis postulasset, noctu parietem eius effodit, & scrinium in quo erant missæ ab hostibus epistolæ sustulit, damnatus est diues. Accusator concionari cum uellet à magistratu prohibitus agit iniuriarum. PORTII LATRONIS. id solum sustulit, quod fur reliquisset, nihil tam fur timuit, quàm ne dominus res suas non agnosceret. Fac mihi inuidiam, prodidi furtū meum: ago magistratui isti gratias, cum ad illum furtū meum detulissem, furem summoueri non iussit. Ruentem ciuitatis statum unius parietis ruina reposui. OSCI. Sollicitus erat, ne quod perdiderat, quæreretur. Indicium profiteor, multos furti cōscios habeo, at illud tuto illi ostendi, hoc furtum non solus habeo. Furtum est quod timet dominus agnoscere? potui non esse pauper, habui quod magno uenderem. Teneo ecce epistolas, in quibus manifesta proditionis argumenta sunt, in quibus hostium cōsilia. Te interrogo, si furtum est, repono. MVSAE. Furtum uocas, quod qui perdiderat, negabat suum? furtum fecisset ex hostibus. CLODII TVRRINI, Furtum uocas, quod qui perdiderat, supplicium tulit, qui surripuerat præmium? Vtri permisissetis loqui, si eodem tempore fur uenisset & dominus? Potui rempublicam magno uendere uel proditori. ARELLII FVSCI PATRIS. Mille nauium domini Græci furto Troiam cepistis. Si bene furto euertuntur urbes, quanto melius seruantur? Si non indicauero cuius sit, nemo cognoscet. VIBII RVFFI, Cuius ego si potuissem, non parietem tantum, sed pectus ipsum perfodissem. Nondum totum consummaui officium, non est tam angusta respublica, ut ab uno opprimi possit. CAESTII PII. Nolite à me omnia exigere quæ scio, multa sunt, quædam & in concione dicenda. Hoc furtum liberos nostros docete, Rogo uos iudices per furtum meum, quoties furtum meum protuli, tacet dominus, ego fur. Ecce altera iniuria, non tu inquit perfodisti domum. Tace, ego noui ista melius.

Narrare soleo, non negare
quæ scio.

Libri sexti & ultimi Controuersiarum finis.

BEATI RHENANI SELESTADIENSIS, IN LVDVM L. ANNEI SENECAE DE MORTE CLAVDII CAESARIS, SCHOLIA.

QVid actū sit.) Claudius Cæsar Drusi Germanici filius, qui Caio proxime successit, talē egit principē, ut nescias stultior ne fuerit, an crudelior. Hunc Anneus Seneca hoc libello, quem ludum de morte Claudij Cæsaris inscripsit, mirè taxat & suis (quod aiunt) coloribus graphicè depingit. In causa aūt nōnihil fuisse crediderim, quur sic Claudium insecta reī, quod sub eo exulauit. Cuius rei ipse meminit in li. De breuitate uitæ ad Paulinū his uerbis de Cæsare blandiusculè loquens. Nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere, imò ne deiecit quidē, sed impulsum à fortuna & cadentē sustinuit, & in præceps euntē, lenit diuinæ manus usus moderatione deposuit. Hactenus Seneca. Cęterū cū Agrippina Claudio nupsisset, ne malis tantū facinoribus innotesceret, ueniā exilij pro Anneo Seneca simul præturā impetrat, lætū in publicū rata obclaritudinem studiorū eius, utq; Domitij puerilia tali magistro adolescerent, & cōsilijs eiusdē ad spem dominationis uteretur, quia Seneca fidus in Agrippinā memoria beneficij, & infensus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Hæc Tacitus, In cœlo.) Ridicule cœpit, pollicēs se traditurū, quæ in cœlo ante diē tertiū Eidus Octobris acta sunt, quasi illic sint Calendæ. Sic Homerus subinde describit, quid interea dij fecerint in cœlo. Iocus est ex imitatione: nam ita exordimur annales. Ante diē tertium.) Excessit enim Claudius tertiū ante eidus octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola Coss. lxiiij. ætatis imperij xiiij anno. Ac ueneno quidem occisum cōuenit, ubi aūt, & per quē dato discrepat. Autor Tranquillus & Tacitus. Eidus aūt per ei diphtongū græcam scriptū est, qua utebātur antiqui in his, quę i extēsum habēt, id q̄d in uetustis inscriptionibus etiamnū uisit. Felicissimi) Ob Claudiū sublatū.

Ego scio me liberū factum.) Innuit tyrānidem Claudij, uel optimis optima, cū loqui tum agere prohibentis. Aut regem aut fatuum.) Hic stulticiam Claudij notat, neq; id falso. Nā mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum, ac si quē socordiæ argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Auia Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari, nisi rarissimè: non monere, nisi acerbo & breui scripto, aut per internuncios solita. Soror Liuilla quū audisset quandoq; imperaturū, tam iniquā, tam indignā sortem populi Romani palàm & clarè detestata est, ut scribit Tranquillus. Hoc aūt prouerbio, Aut regem, aut fatuū nasci oportet, antiqui regum uecordiam taxabāt. Nam quemadmodum in fatuis, risū, quæcunq; fecerint, excipimus, sic regū quoq; facta nemo non probat. Proinde ueristimū est facultatibus licentiaq; & adsentationibus ali principū uitia, quod de Antonio Velleius Paterculus scriptū reliquit. Cæterū nisi stulti fuissent olim reges, non essent tot libri illorū fatuitatibus referti, hoc est, factis, nō tam stultis sępenumero quàm sceleratis, ac impijs

LVCII ANNEI SENECAE in mortem Claudij Cæsaris, Ludus.

QVid actū sit in cœlo ante diem tertium Eidus octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola, Coss. Anno nouo, initio seculi felicissimi, uolo memoriæ tradere. Nihil offensæ uel gratię dabit. Hęc ita uera siquis quęsierit unde sciā. Primū, si uoluero, nō respondebo. Quis coacturus est? Ego scio me liberū factū, ex q̄ suū diē obijt ille, qui uerū prouerbiū fecerat, Aut regem, aut fatuū nasci oportere. Si libuerit respōdere, dicam quod mihi in buccā uenerit. Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pijs cædibus & bellis, quibus in hoc mundo nihil ſtultius. Qui huius prouerbij explicationem interpretationē legere cupit, Eraſmi Roterodami, quē equidē ut præceptorē & ueneror & ſuſpicio, Chiliades adeat. Illic enim præter eruditionem, quę huic nuſquam deeſt, etiam ad uitā rectius inſtituendā, ſaluberrimā inueniet cohortationem. Quis unquam ab hiſtorico.) Salluſtiſſime taxat uanitatem hiſtoricorum, qui ſcribūt quicquid uolūt, nullo fideiuſſore. Autorem producere.) Autor eſt, non ſolum *is*, cuius ſuaſu & autoritate fit aliquid, uerum is, unde rumor eſt ortus.

Produci autē teſtes dicuntur. Quærite ab eo, qui Druſillā.) Caius Cæſar (ut refert Suetonius) Druſillam ſororē uitiaſſe uirginē creditus eſt, quam mox Lucio Caſſio Longino conſulari collocatam abduxit, & in modū iuſtæ uxoris propalam habuit. Eadē defuncta iuſtitiū indixit, in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe, cum parentibus, aut coniuge, liberisue capitale fuit, cuius amorem quanti faceret, uel hac re docuit, q̄ poſt mortem eius repente noctuq̄ ab urbe profugiens, trāſcurſa Campania, Syracuſas petijt. Rurſusq̄ inde propere rediit barba capilloq̄ promiſſo. Nec unq̄ poſtea, quātiſcunq̄ de rebus, ne pro concione quidē populi, aut apud milites, niſi per nomen Druſillæ deieraūit. Seneca quoq̄ noſter in libro De breuitate uitæ, Suetonio aſtipulatur, affirmans Caiū poſt mortē Druſillæ, furioſa inconſtantia modo barbam capillumq̄ ſubmittentem, modo Italię ac Siciliæ oras errabundum permetientem, nunquam ſatis certum fuiſſe, utrum lugeri uellet, an coli ſororē. Eodem enim tempore, quo templa illi conſtituebat & puluinaria, eos qui parū mœſti fuerant, cruDelissima afficiebat animaduerſione. Hāc igitur Druſillam, quidam cum eſſet uiæ Appiæ curator, in qua ſepeliebantur Romani, ut gratificaretur Caio, cœlum ademptum ſe uidiſſe in ſenatu iureiurando affirmauit, quod cū illi nemo crederet, ſed irrideretur potius, ſanctē promiſit, ſe nihil amplius, ne ſi hominem quidem in medio foro occiſum uidiſſet, deinceps indicaturum. Nō paſſibus æquis) Particula eſt carminis Vergiliani in Aeneide. Reſpexit autē ad id, quod Trāquillus de eo refert, his uerbis. Cęterum ingredientem deſtituebant politēs minus firmi.

Quis unq̄ ab hiſtorico iuratores exegit? Tamen ſi neceſſe fuerit autorē producere quęrite ab eo, qui Druſillā euntē in cœlū uidit. Idē Claudiū uidiſſe ſe dicet iter facientē, nō paſſibus æquis. Velit, nolit, neceſſe eſt illi omnia uidere, quæ in cœlo aganē. Appię uię curator eſt: qua ſcis & diuū Auguſtū, & Tiberiū Cæſarē ad deos iſſe. Hūc ſi interrogaueris, ſoli narrabit, coram plurib. nunq̄ uerbū faciet. Nā poſteaq̄ in ſenatu iurauit ſe Druſillā uidiſſe cœlū aſcendentē, et illi pro tā bono nūcio nemo credidit q̄d uiderit, uerbis conceptis affirmauit, ſe nō indicaturū, etiam ſi in medio

Velit, nolit.) *Epicuri* nōs dixit. Appiæ uiæ.) Hæc ſic nominata fuit ab Appio, qui eam muniuit, ut autor eſt Liuius in nono primæ Decadis. Eſtq̄ præcipua uiarum, ducens Brundiſium, in qua erant conditoria ſepulchraq̄ Romanorum. Diuum Augultum.) De quo ſic inquit Suetonius. Nec deſuit uir prætorius, qui ſe effigiē cremati euntem in cœlū uidiſſe iuraret. Soli narrabit.) Notat morem eorū, qui huiuſmodi portenta ſpargūt in uulgus. Primum unicuiq̄ narrant, uelut arcanum, quod fileri uelint, deinde fama ſerpit, alio alijs per manus tradente. Cōceptis uerbis.) Conceptis uerbis proprie iuramus, cum (ut latine dicam & eleganter) alio præeunte, ac iuſiurandū dictante, aliquid expreſſis ad certam formulam uerbis, *p*mittimus. Plautus in Bacchidibus, Ego iuſiurandū conceptis uerbis dedi, daturum id me hodie mulieri ante ueſperam, nunc pater ne peierem cura. Etiam ſi in medio foro.) Taxat obiter urbem Romanam, in qua tanta erat impunitas malis, ut homines ſe penumero in medio foro occiderētur. Id q̄d paſſim fiebat Romæ ſub Alexandro, frequen-

frequentiſſimo foro, in meridie. Iam Phœbus.) Chronographia eſt. Et tacite notat poētas quoſdam, qui huiuſmodi deſcriptionibus explent uolumina. Quos taxauit & Horatius in arte poētica, Cū lucus & ara Dianæ, Et properātis aquæ per amœnos ambitus agros, Aut flumē rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

Gratos carpebat honores.) id eſt, fœtus. Sic Horatius, ruris honores uocat, quicquid frugum terra producit. Puto magis intelligi.) Poētas notat nimis anxie tempus deſcribētes, & id multis carminibus, cū interim quatuor quum maximum uerbis, & quidem expreſſius dici poſſet. Facilius inter philoſophos.) Feſtiuè dictum in horologiorum diſcrepantiam. Simulq̄ philoſophorum perpetuū illud diſſidium latenter taxat. Nā cui non notum eſt, quàm inter ſe philoſophi omnes ἐκπυρώσεις (quod aiunt) diſſideant? Plato ſiquidē (ut in hāc digreſſiunculam expatiemur) unum deum unigenitū ex ſeipſo natum cēſuit, Anaximāder cœleſtia ſydera, Deos eſſe. Thales animam mundi, deum putat, Ariſtoteles formā ſeparatā, ſphæræ quidem uniuerſi innitentem, Democritus mentē ignitam, mundi animā, Epicurus ſpecie humana deos eſſe, Pythagoras, monada, Stoici deum ignem eſſe, necnon ſpiritū, qui mundū uniuerſum penetret. Deniq̄ Euemerus Tegeates, & Theodorus Cyrenēſis, nullos eſſe deos. Quid cū de principijs rerū diſputant, nónne diuerſiſſima ſentire uidentur? Anaximenes Mileſius, aērem eſſe rerum principium, aſtruxit. Thales aquam, Anaxagoras Clazomenius particulas ſimilares, Heraclitus ignē. Archelaus Athenienſis, aēris infiniti raritatē ac denſitatem, Empedocles amicitiam & litem, Pythagoras numeros, & horum commenſiones, Plato deum, materiam, & ideam, Zeno deū & materiam, & quatuor elemēta, Ariſtoteles, entelechiam, materiam, & priuationē, elemēta quatuor, & quintum quoddā corpus. An uerò de mundo inter illos cōuenire putas? Nullibi magis diſſident. Nam Plato deum ad ſui exemplū ait, mundū affinxiſſe, Ariſtoteles ſempiternum eſſe uult, Epicurus planè interiturū, Xenophanes ſempiternum, corruptionis expertem, Pythagoras & Stoici genitum à deo, ſed ex ſua quidē natura nequaquam interitus immunē. Plato quoq̄ animātem eſſe mundum aſſeuerat, ſeq̄ ex tabeſcentibus alere, Democritus, Ariſtoteles, & Epicurus id conſtanter negāt. Adde quod Thales unum mundum eſſe cēſuit, Democritus & Epicurus innumerabiles, ac horū diſcipulus Metrodorus, abſurdū eſſe dixit, in agris unicā naſci ſpicā, unūq̄ in infinito mūdum, innumeros aūt eſſe quod innumerabiles eorum ſint cauſæ, Seleucus infinibilē mundū, Empedocles mundū quidem unū, ſed uniuerſi tantū exiguā eſſe particulā. Quid de anima,

medio foro hominem uidiſſet occiſum. Ab hoc ego quæcunq̄ audiui, certa, claraq̄ affero, ita illum ſaluū & felicē habeam. Iam Phœbus breuiore uia cōtraxerat ortū.

Lucis, & obſcuri creſcebant tempora ſomni.

Iamq̄ ſuum uictrix augebat Cynthia regnum,

Et deformis hyems gratos carpebat honores

Diuitis autumni, uiſoq̄ ſeneſcere Baccho

Carpebat raras ſerus uindemitor uuas.

Puto magis intelligi ſi dixero, mēſis erat October, dies quintus eiuſdem Octobris. Horā non poſſum tibi certam dicere, facilius inter philoſophos, quàm inter horologia cōueniet. Tamē inter ſextam & ſeptimā erat. Nimis ruſtice acquieſcunt oneri poētæ, non cōtenti ortus & occaſus deſcribere, ut etiā mediū diē inquietent.

Tu ſic tranſibis horā tam bonā?

Iam medium curſu Phœbus diuiſerat orbem.

Et propior

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma, nónne pugnantia statuísse uidentur? Pythagoras animam definijt, numerum seipsum cientem, Aristoteles entelechiam primā corporis, Dicearchus quatuor elemētorum harmoniam, Thales naturam irrequietam, sese mouentem, Asclepiades medicus, sensuū coexercitationē, Plato substantiā intellectu prēditam, Stoici spiritū feruidum, Anaxagoras aēri similem, Democritus ignitū quidā, Epicurus elementarem temperaturā. Neq; uerò secius de animæ principatu, qua uidelicet in parte sit, longe lateq; dissident. Herophilus ēm in uentriculo cerebri sedē animæ ponit, Plato & Democritus in toto capite, Erasistratus circa mēbranam cerebri, quā Epicranidem uocat, Strato in supercilioriū interstitio, Parmenides & Epicurus in toto pectore. Diogenes in arteriaco cordis uētriculo, Stoici in toto corde uel spiritu, qui circa cor uersat. Nonnulli in ceruice cordis, quidā in præcordijs, Empedocles in sanguinis concretione. Ad hæc nónne de sole & luna inter seridicule propemodū euariant. Anaxagoras, Democritus & Metrodorus solē esse aiunt globū ferri cādentem, uel saxum ignitum, Philolaus solem uitri modo pellucentem, ab igne cœlesti splendorem accipere, Xenophanes nubem flagrantem. Lunā uerò Heraclitus terram dixit nebula obuolutam, Stoici temperamentum ex igne aēreq;, Pythagoras igni tum lunę corpus, Xenophanes esse nubē cōstipatam, Democritus conglobationē ignitam. Sic de magnitudine horū discordes sunt. Anaxagoras enim solem putat Peloponeso maiorem. Heraclitus latitudine pedali, Anaximander terræ æqualē, circulum uerò quo uehit, septies et uicies terra maiorem. Lunam similiter terra maiorē Stoici cēsent, Parmenides soli æqualē esse cōtendit. Sed quid hæc uerbosius persequimur, cum bona pars librorū utri usq; linguæ, id genus opinionibus sit referta, & quidā luculenti scriptores de his ex professo tractarint. Satis superq; sit, è tanta copia nos uno atq; item altero argumento breuiter indicasse, quàm nihil inter ueteres philosophos ulli piā cōueniat. In quorū locū superioribus seculis, Scotus, Thomas, Aegidius Romanus, alij (si dijs placet) successerūt, inter ōs non minus quàm antiquos illos discrepat, ut uel hac re priscos Academicos, Stoicos, Peripateticosq;, maxime referre uideātur. Proinde neutiq; absurdū erit, si iocū Senecæ uertemus, ut dicamus, Facilius inter horologia cōuenire, q̄m inter philosophos.

Et propior nocti sessus quatiebat habenas,
Obliquo flexam deducens tramite lucem.

Claudius animam agere cœpit, nec inuenire exitū poterat, Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, unam de tribus Parcis eduxit, & ait, Quid fœmina crudelissima hominem miserum torqueri pateris? nunq; meritum, ut tamdiu cruciaretur. Annus sexagesimus et quartus est, ex quo cū anima luctat. Quid huic inuides? Et respōdit, † Patere Mathematicos aliquando uerū dicere, qui illū postq; princeps factus est, omnibus annis, omnibus mēsibus efferūt. Et tamē nō est mirū si errant, quàm ter philosophos.

Nimis rustice.) Exactam poētarū curam, etiam in minimo temporis articulo describendo ridet.

Animam agere.) Agere animam, est niti ad mortē. Tacite uerò ridet Claudiū, qui crebro uentris crepitū solebat edere. Nam anima pro uento quoq; ponitur. Agebat igitur animam, uerum ea nō potuit erumpere, quod aliquoties accidit, conanti uentris exprimere flatum.

Qui semper ingenio.) Propter cognitiones causarum, quibus expillabat populum. Est enim Mercurius ἀγοραῖος.

Nunq; meritū) Locus est ex ambiguo: nā utrūq; potest intelligi, indignū longo cruciatu, & dignū præsentaneo, subitoq; exitio. Cū anima luctatur.) Rursum allusit ad crepitū. Patere Mathematicos.) Verba sūt Clothus. Notat Genethliacos, qui mēdacissimi, mēdaciorū præsidē Mercurīū colūt, quē ne offendant, rarius uera dicūt. De Mathematicis non minus scite

q̄uerè Tacitus in decimoseptimo, Genus hominū, inquit, potētibus infidū, spērātibus fallax, quod in ciuitate nostra, & uetabitur semper, & retinebitur. Eodē autore de Mathematicis Italia pellendis sub Claudio factum senatusconsultū atrox & irritum. Efferunt.) Efferimus mortuos, quod Græcis dicitur ἐκφέρομεν. Horā eius nemo nouit.) Si expectas ut Mathematicus tibi quicq; prædicat, opus est ut illi genitura tuam edisseras, quod ab Augusto factum refert Tranquillus, cum in Apolloniæ secessu, Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippa cōscēdisset. Natum putauit.) Indicat Claudij obscuritatē, quē nemo senserit nascētem. Tullius se quosdam reges natos nescisse dixit, pro eo qd̄ est prorsus ignorare.

Dede neci.) Carmē Vergilij ex quarto Georgicon, de apibus. Dum hos paculos.) Multis enim iam ius ciuitatis donauerat. Ciuitate donaret.) Donare ciuitate, est ius ciuitatis tradere, & planè facere ciuem. Hoc etiam Romanam ciuitatem dare Suetonius dixit, sic de Galba imperatore scribens, ciuitatem Romanā raro dedit. Constituerat enim.) Indicat indulgentiam Claudij, qua etiam exteros minimeq; merētes honoribus afficiebat. Nam ut scribit Tacitus, A. Vitellio, L. Vipsano cōsulibus, cum de supplendo senatu agitaretur, primoresq; Galliæ, quæ Comata appellatur, fœdera & ciuitatem Romanam pridem assequuti, ius adipiscēdorum in urbe honorū expeterent, & id senatui non placeret, Claudius contra disseruit, maiores suos origine Sabina simul in ciuitatē Romanam, & in familias patriciorum adscitos, hortari ut paribus consilijs Rempublicā capessat, transferendo Romam, quod usq; egregium esset. Orationem itaq; principis sequuto patrum cōsulto, primi Edui senatorū in urbe ius adepti sunt. Præterea (ceu refert Tranquillus) ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenarijs indulsit, Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrē quoque ademit. Latum clauum (quāuis initio affirmasset, non lecturū se senatorē, nisi ciuis Romani ab nepotem) etiam libertini filio tradidit. Triumphalia ornamenta Syllano filiæ suæ sponso nondum puberi dedit. Aulū insuper Plautiū, qui suam uirtutem certis experimentis in expeditione Britannica probarat, Imperatoriæ maiestatis oblitus, ouantem sequutus est, & capitolium cōscendenti, læuū latus texit. In semē relinqui.) Belle dictū, à segetibus aut leguminibus sumpta metaphora. Qui modo se tot.) Videtur alludere ad triumphum Claudij, quo ob receptam Britanniam apparatu maximo triumphauit, ad cuius spectaculum, ut testatur Suetonius, cōmeare in urbem, non solum præsidibus prouinciarum permisit, uerumetiā exulibus quibusdā. His.)

si errāt. Horā eius nemo nouit, nemo enim illū unq; natū putauit. Tum ille, Fac quod faciendū est. Dede neci, melior uacua sine regnet in aula. Sed Clotho. Ego mehercle, inquit, pusillū tēporis adijcere illi uolebā, dū hos pauculos qui supersunt, ciuitate donaret. Constituerat ēm omnes Græcos, Gallos, Hispanos, Britannos, Sauromatas, & si qui ultra glacialem Boreā incolunt Barbari, togatos uidere. Sed quoniā placet aliquos peregrinos in semē relinqui, & tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tūc capsulā, & treis fusos profert. Vnus erat Augurini, alter Badæ, tertius Claudij. Hos, inquit, treis uno anno exiguis interuallis temporū diuisos mori iubebo. Nec illū incomitatū dimittam. Non oportet enim eū, qui modo se tot milia hominum sequētia uidebat, tot præcedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Cōtentus erit his interim conuictoribus. Hæc ait,

Et turpi cōuoluens stamina fuso,
Abrupit stolidæ regalia tempora uitæ,

At Lachesis redimita comas, ornata capillos, Pieria

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augurino & Bada. Abrupit.) Mortem Claudij significat. Regalia tempora.) Rursum allusit ad prouerbiū, Aut regē, aut fatuum nasci oportet. Regis enim nomen apud Romanos, ut tyrannicū & barbarū, inuisum habebatur. Et Lachesis.) Poëtice natiuitatem Neronis describit. Sed ò uanū augurē, Putabas optime Seneca, morte Claudij libertatem obuenisse Romanis. At quādo Romæ sæuior unq; tyrannis fuit, q; sub Nerone, de quo tu tamen adeo præclara, sed planè falso Apolline uaticinaris. Id qd tandē ipse expertus es, dum ad necem te compulit. Vincunt Tithoni.) Tithoni et Nestoris longæuitas uel uulgo nota est,

Intentas cātu.) Pro cātui passim id apud poëtas obuium. Mihi similis.) Apollinē enim ut citharœdum pingūt. Talis in theatro sæpe uisus est Nero, Qui etiam statuas suas citharœdico cultu posuit. Nec cantu.) Neronem in primis musicæ studiosū fuisse, neq; quicquā eorum omisisse, quæ generis eius artifices & phonasci, uel conseruandæ uocis causa, uel augendæ facti tabāt, testis est Tranquillus. Apollinem enim equiparare cantu, Solem aurigando uideri uolebat. Legumq; silentia.) Eleganter oppressas leges, silentia legum uocat. Iuxta illud, Silent leges inter arma

A carcere.) Sumpta est à certaminibus equorum metapho ra, in quibus repagulum illud, unde fit initium cursus, carcer dicitur, quemadmodū meta ubi sistitur. Hinc à carcere, siue à carceribus, pro eo qd est, ab initio, prouerbiali figura iactatū. Carcerem in hac significātia græci βαλβίδα appellāt. Plena manu.) Hoc est, largiter & copiose. Prouerbiū est, quo utiē Cicero ad Atticū, libro secundo. At hercle alter familiaris tuus Horatius, q; plena manu, quam ornate nostras laudes in astra sustulit.

Pieria crinē lauro frontēq; coronās.
Candida de niueo subtegmine uellera sumit,
Felici moderanda manu, quæ ducta colorem
Assumpsere nouum, mirantur pensa sorores.
Mutat uilis precioso lana metallo.
Aurea formoso descēdūt secula filo.
Nec modus est illis, felicia uellera duc unt,
Et gaudent implere manus, sunt dulcia pensa.
Sponte sua festinat opus, nulloq; labore,
Mollia contorto descendunt stamina fuso.
Vincunt Tithoni, uincunt & Nestoris annos.
Phœbus adest, cantuq; iuuat, gaudetq; futuris.
Et lætus nunc plectra mouet, nunc pensa ministrat.
Detinet intentas cantu, fallitq; laborem.
Dumq; nimis citharam, fraternaq; carmina laudant,
Plus solito neuere manus, humanaq; fata,
Laudatum transcendit opus: ne dimitte Parcæ,
Phebus ait, uincat mortalis tempora uitæ,
Ille mihi similis uultu, similisq; decore,
Nec cantu, nec uoce minor. felicia lassis
Secula præstabit, legumq; silentia rumpet.
Qualis discutiens fugientia lucifer astra.
Aut qualis surgit redeuntibus hesperus astris.
Qualis cum primum tenebris aurora solutis
Induxit rubicunda diem, sol aspicit orbem
Lucidus, & primos à carcere concitat axes.
Talis Cæsar adest, talem iam Roma Neronem
Aspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso
Vultus & affuso ceruix formosa capillo.
Hæc Apollo'. At Lachesis quæ & ipsa homini formosissimo faueret, secit illud plena manu, & Neroni multos annos de suo donat. Claudiū autem iubent omnes χαίρειν

Et ille

Desijt uiuere uideri.) Sic scriptum est in exemplari ueteri. Significat autē eum fuisse nō hominē, sed somnium hominis: Nā sequitur paulo pòst, ut sus est quasi homo. Comœdos audit.) Qui per simulationē suerāt inducti, uelut desiderātem oblectaturi. Autor Suetonius. Illa parte.) Fœditatē assidue pedētis innuit: id uel ex hoc intelligas, quod edictum meditatus est, quo ueniam daret in conuiuio flatum, crepitumq; uentris emittendi. Post boletū.) Quē Agrippina medicatū uenenoq; infectum auidissimo ciborū talium obtulerat. Hinc boletus, Nero, quasi deorum cibum, Græco prouerbio collaudare solebat. Nemo felicitatis suæ.) Epiphonema est. Bonæ staturæ.) Autoritas em dignitasq; formæ nō defuit, uel stanti, uel sedenti, ac præcipue quiescenti: nā & prolixo nec exili corpore erat, ut refert Trāquillus. Bene canū) huic enim specie canicieq; pulchra. Caput mouere.) Habuit em Claudius caput cum semper, tum in quantulocunq; actu, uel maxime tremulum.) Pedē dextrū, Nam ingredientē decet stituebāt poplites minus firmi, quod supra retulimus. Tertiū

Et ille quidem animam ebulijt, & eo desijt uiuere uideri. Expirauit autem dum comœdos audit, ut scias me nō sine causa illos timere. Vltima uox eius hæc inter homines audita est, cū maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur. Væ me, puto, concacaui me. Quid ante fe cerit, nescio, omnia certe concacauit. Nec post boletū oppiparè medicamentis conditum plus cibi sumpsit. Quę postea in terris sunt acta, superuacuum est referre. Scitis em optime, nec periculum est, ne excidant memoriæ, quæ publicum gaudiū impressit. Nemo felicitatis suæ obliuiscitur. In cœlo quæ acta sunt, audite. Fides autem penes autorem erit. Nunciatur Ioui uenisse quēdam bonæ staturæ, bene canum, nescio quid illum minari, assidue enim caput mouere, pedem dextrum trahere, quæsisse se cuius nationis esset, respōdisse illū, nescio quid perturbato sono, & uoce confusa, nō intelligere se linguam eius, nec Græcum esse, nec Romanum, nec ullius gentis notę. Tum Iupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererrauerat, & nosse uidebatur omnes nationes, iubet ire & explorare, quorū hominum esset. Tum Hercules, primo aspectu sane perturbatus est, ut qui etiā nō omnia monstra timuerit, ut uidit noui generis faciē, insolitum incessum, uocē nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis beluis solet) raucam & implicatā, putauit sibi tertium decimum laborem uenisse. Diligētius autē intuēti, uisus est quasi homo. Accessit itaq;, & quod facillimum fuit, Græculo ait, Τίς, πόθεν ἐς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; Vbi hęc Claudius, gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historijs suis locum. Itaque & ipse Homerico uersu Cæsarem se esse significans ait,

Erat autem sequens uersus uerior æque Homericus.

Et imposuerat Herculi minimo discrimine fabulā, nisi

decimum laborem.)

Duodecim labores Herculis à nullo poëtanon sunt celebrati. De his & Vergilij titulo carmen extat. Græculo. Nam non mediocri cura Claudius Græca studia sequutus est. Ac sæpe in senatu legatis perpetua oratione respōdit. Multū uerò pro tribunali etiam heroicis locutus est uersibus, ut scribit Suetonius. Ait.) Τίς, πόθεν ἐς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες, Hoc est, Qui nā es, unde uenis, tibi quę patria atq; parētes? Hoc carmen ex primo Odysseæ, in hunc locū substituimus. Verba sūt Telemachi, Minerua alloquētis quę illi Mentæ Taphiorum regis specie tū apparuerat. Philologos) Erant philologi, qui multiplici uariaq; scientia censebātur, qualis fuit primū Eratosthenes, qui primus hoc cognomentū sibi uendicauit. Deinde Ateius Romæ tempore Salustij, quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodū refert Trāquillus de claris Grāmaticis. Hic de Græcis dicit, tanquam loquacibus, aut uerborum phaleras sectāti bus. Historijs suis.) Scripsit enim et Græcas historias Thyrenicon xx, Carchedonicon octo. Homerico uersu.) Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ὥτε Ζεὺς κῦδος ἐδώκεν, id est, Sceptra ferēs rex sū, rerum à Ioue tradita cura est. Carmē hoc ex primo Iliad. Homeri cōiecturam sequuti, restituimus.

Erat aūt sequens.) Αλλ' ὄγε φέρτερός ἐσσιν, ἐπεὶ πλείοσσιν ἀνάσσει. Quod multis præsit, uult hic præstantior esse. Ex eodem Homero lib. Carmē aūt hoc à superiori tertium est. Ridet stultitiam eorū, qui quod reges sint, ac multis imperent, sese meliores putant. Nisi quis hos duos ex Odysseæ secundo uersiculos malit, Σκηπτοῦχος βασιλεύς οὐ ἧφρισιν ἁρμόσιμα εἰδώς, id est. Sceptra gerens rex sum non mente decentia noscens. Αλλ' ἀιὲι χαλεπὸς τ' ἦεν, καὶ ἄσυλα ῥέζοι, id est, Immitis fuerit, semper simul impia tractet.

Febris.) Plinius indicat Romæ febri delubrū in palatio publico fuisse. Porrò subsignificat insaniā Claudij, qua per omnē uitam laborauerat. Cæteros omnes.) Tacite notat impietatem & ἀθεώτητα Cæsaris, quam nemo deorū comitatus sit, præter febrim, & hanc infestam. Lugduni.) Claudius natus est Iulio Antonio, Fabio Africano Coss. calēd. Augusti, Lugduni eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est, autor Tranquillus. Marci Mu.) Legendum credo Munatij. L. em Munatius Plancus, Lugdunum Coloniā duxit, et Rauricā, ex qua Basilea deriuata est urbs amœnissima, necnon optimis iuxta ciuibus ornata. Municipes sūt, qui in ciuitatē Romanā recepti, muneribus capessendis apti fiunt. locatur itaq; in Claudiū, perinde ac si Munatio honores cōsulares debeat, non parēti Druso. Si Marci legas, Ancū Martiū intellīgas, quartum Romanorū regē. Meminit & T. Liuius Marci Cornelij, quē scribit in x. tertiæ decadis, prorogato imperio Galliā prouinciāob tinuisse. Viēna.) Vrbs est Galliæ. Germanus.) uerus Quod eñ natiuum est, germanū etiā dicere solemus. Sic Plauto germana iluuies dicta Germanū etiā appellamus quod cognatū est. Sic inuidentiam et detractionē germana uitia dicimus. Est & Germanus ex Germania aliqs: unde hic amphibologia, quā iocātes affectare solēt. Itaq; ād Gallum.) Quomodo Galli urbem Romam ceperint, narrat Liuius in quinto primæ Dec. Romā cepit.) Locus est in amphibologia. Capit hostis qui populat, et capit qui suscipit. L. Licinius) L. Florus meminit. L. Licinij Luculli. Qui plura.) Ridet Herculē per innumeras regiões diuagatū. Mulio per.) De Quartarijs muliōibus meminit Fest. hic μιμητικῶς Seneca perpetuariū dixisse uidet, aut q in solidū, aut semper sit uector aut (qd magis arridet) q perpetua nec interrupta uectatione suos uectores aliq perducat. Aduehicula mulis usi sūt antiq, nō equis: unde muliones uehicularij, quiq; mulis quæstū faciebant. Milia.) Miliaria. Xanthū.) Fluuius est Troiæ, qui & Scamander dicitur, Taxat Claudiū, qui cum in Gallia natus esset, Græcus uideri gestiebat, ut quem patriæ suæ puderet. Rhodanū.) Rhodanus fluuius est Galliæ notissimus, qui ex alpibus nō longe quidē à Rheni, Danubijq; fontibus oriť, ac Lugdunū latus, Ararim ibi suscipiēs, mox Isarā Druentiamq; tribus ostiis in mare Tyrrhenum influit. Huius Strabo meminit & Cæsar. Duci.) Ducunt hi proprie, ǫs carnifices ad supplicia rapiūt. Suetonius in Caligula. Stās tantummodo intra porticū mediā, à cauo ad caluū duci imperauit. Solutæ manus) Innuit Claudiū signo solutæ manus, ut homines capite truncarētur, iubere solitum. Belle igitur dicit, solutam etiam manum Claudij, in hoc satis adhuc fuisse firmā, ut hominē capite priuaret. Putares omēs esse libertos.) Notat hic Claudiū, ut qui nimium in libertos suos indulgens esset Vnde fiebat, ut ab his, quos nō modo præmijs ingētibus, sed & quæsturis prętorijsq; ornamentis ornari patiebat, qui busq́ue multa per phas & nephas acquirere rapereq; permittebat, contēneretur, despiceretur, illuderē. Vbi mures ferrum rodunt.) Hoc ad excitandū risum dictum, significare autem uult magnam rerum mutationem, lociq; diuersitatem. Quasi diceret, Si mures hic ferrum rodūt, quales nos esse putas?

Audi

quinto primæ Dec. Romā cepit.) Locus est in amphibologia. Capit hostis qui populat, et capit qui suscipit. L. Licinius) L. Florus meminit. L. Licinij Luculli. Qui plura.) Ridet Herculē per innumeras regiões diuagatū. Mulio per.) De Quartarijs muliōibus meminit Fest. hic μιμητικῶς Seneca perpetuariū dixisse uidet, aut q in solidū, aut semper sit uector aut (qd magis arridet) q perpetua nec interrupta uectatione suos uectores aliq perducat. Aduehicula mulis usi sūt antiq, nō equis: unde muliones uehicularij, quiq; mulis quæstū faciebant. Milia.) Miliaria. Xanthū.) Fluuius est Troiæ, qui & Scamander dicitur,

Audi me, inquit, tu, & desine fatua ri: ueneristi huc ubi mures ferrum rodūt. Cicius mihi uerū, ne tibi alogias excutiā. Et quo terribilior esset, tragicus fit, & ait. Exprome propere, sede qua genitum dicas,

Hoc ne peremptus stipite ad terram accidas.

Hæc claua reges sæpe mactauit fe-

Quid nunc profatu uocis in- (ros certo sonas?

Quæ patria, quæ gens mobile eduxit caput,

Edissere. equidem regna tergemini petens

Longinqua regis, unde ab Hesperio mari

Inachiam ad urbem nobile aduexit pecus,

Vidi duobus imminēs fluuijs iugū

Quod Phœbus ortu semper obuerso uidet.

Vbi Rhodanus ingens amne prærapido fluit,

Ararq; dubitans quò suos cursus agat,

Tacitus quietis alluit ripas undis.

Est ne illa tellus spiritus altrix tui?

Hæc satis animose, & fortiter. Nihilominus mentis suæ non est, & timet,

Claudius

tor est (ut refert Plinius lib. octauo, capite quinquagesimo septimo) mures in Gyaro insula, cū incolas fugassent, ferrum rosisse. Hic aūt ridicule de cœlo dictū, quasi & illic oporteat esse mures, sed præstātiores. Alogias.) Stulticias, ἀλογίας Græci eam animę partēdicūt, quæ rationis expers est. Tragicus) Et hoc, ut alia multa ad risum iocose dixit. Nota est Tragicorū amarulētia, tumiditasq;. Exprome) Carmē est Iambicū quod cōstat in locis paribus semper ex Iābo aut tribreui, in imparibus indiscriminatim ex Iambo, Spondeo, Dactylo, Anapæsto, tribreui

Hoc stipite. (Claudium obiectat. Mobile caput) Supra retulimus Claudiū fuisse capite admodū tremulo. Tergemini re.) Notū est quo pacto Hercules Geryōi tricipiti boues eripuerit, & secū in Græciā duxerit. Qui fabulę originē nosse uolet, Palæphatū euoluat. Arrianum quoq; legat de gestis Alexandri Magni, li. secūdo, qui Hecatæi Abderitæ sentētiā de Hercule et Geryōe refert. Hesperio mari) Hispanico

Innachiam ad urbem.) hoc est, Argos Peloponensi caput. Inachia (autore Stephano) Peloponesū significat, non tantum Argos, ab Inacho fluuio. Vnde gētile Inachius. Verba Stephani hæc sunt, Ινα χίαι, ἡ πελοποννησος, ὅ μόνον τὸ ἄργος ἀπὸ ἰνάχου τοῦ ποταμοῦ, τὸ ἐθνικὸν Ινάχιος. Nobile pecus.) Boues Geryonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis. Vidi.)Rediens ex Hispania. Iugū) Cacumē montis. Araráq. Araris fluuius,qui per concisionem Arar dicitur, oritur non longe à mōte Vosego(qui Germaniam à Gallia hodie separat) in collimitio Burgundiæ, Lotoringiéq,ac decurrens per Eduorum, Sequanorumq fines, Lugduni Rhodanum influit. Nunc Sagonam uocant.

Gallum in suo sterquilinio.)Simili prouerbio nostrates uulgo dictitāt. Canem in suo sterquilinio,siue in suarum ædium uestibulo ferociorem esse. Non deest autē in Galli uocabulo latens morsus. Nā in Gallia Lugduni uidelicet natus est Claudius, ceu supra quoque retulimus. Fortissime deorum.)Belle tribuit eam Herculi fortitudinem inter deos, quàm inter homines habuit.

Mihi affuturum.) Opitulaturum.

Rotundus.)Perfectus. Horatius Grajs dedit ore rotundo Musa loqui. Figura em orbicularis,quam et cœlum possidet, perfectissima est.

Stoicus?) Subaudi deus fiat Claudius? putio.)Nam negant

Claudius ut uidit uirum ualentem, oblitus nugarum, intellexit neminem parem sibi Romæ fuisse,illicq; non habere se idem gratiæ:Gallum in suo sterquilinio plurimū posse. Itaq; quantum intelligi potuit,hæc uisus est dicere. Ego te fortissime deorū Hercules,speraui mihi affuturū apud alios,& si quis à me †notorem petisset,te fui nominaturus, qui me optime nosti.Nā si memoria repetis, ego eram qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum contulerim,quum causidicos audirē,et diem & noctem.In quos si incidisses,ualde fortis licet tibi uidearis, maluisses cloacas Augiæ purgare. Multo plus ego stercoris exhausi. †Sed quoniam uolo.Non mirum, quod impetum in Curiā feci, nihil tibi clausi est. Modo dic nobis qualem deum istum fieri uelis,ὁποιονχρήσιος θεός, non potest esse, ὅτι αὐτὸς πράγματ' ἔχει,ὅτι ἄλλοις παρέχει.

Stoicus?Quomodo potest rotundus esse(ut ait Varro)sine capite,sine præputio? Est aliquid in illo Stoici dei:iā uideo,nec cor, nec caput habet.†Si me Hercules à Saturno petisset hoc beneficiū,cuius mēsem toto anno celebrauit Saturnalia, eius princeps non tulisset.Illum deum à Ioue, qui quantum quidem in illo fuit,damnauit incæsti.Lucium Syllanum,generum suum, occidit. Oropénque sororem suam

Sine capite,sine præ Stoici inesse deo humanæ formæ lineamenta. Iocatur itaq; non tam in imperfectum Stoicorum deum,quàm in Claudium ipsum,ueluti carentem capite eo, quod stultus esset,et carentem præputio, uel ob morbum, uel quod iam ob ętatem ad Venerem inutilis foret.

Nec cor, nec caput.)Quia Stoici deum faciunt incorporeum,& mentē dumtaxat, cui nulla sint membra. Id torquet in stulticiā & amentiam Claudij. Apud Græcos obscœnus sermo, ἀκέφαλος dicitur,et cordatos uocamus prudentes.

Hercules.)Iuratis est,& sunt ųerba alicuius diuorum. Ridiculū autem iurare deum per Herculem.

Hoc beneficium.) ἀποθέωσιν uidelicet, hoc est,deificationē.

Cuius mensem.) Saturnalia Romæ celebrari mense Decembri solebant, ita ut

ita ut intra quinq, aut quum plurimum septem dies finirentur. Claudius autem qui nunq; temere(quemadmodum testatur Tranquillus) triclinio abscessit, nisi distentus ac madens, toto anno usus fuit Saturnalia celebrare De saturnalib. Claudij Cæsaris ad Lucilium his uerbis scribit Seneca noster q̄ mire faciunt ad hunc locum. Decēber est mensis, inquit, quo maxime ciuitas desudat,ius luxuriæ publice datum est, ingēti apparatu sonant omnia, tanq; quicq; inter Saturnalia nō interfit, & dies rerum agendarum. Adeò nihil interest, ut non uideatur mihi errasse,qui dixit olim mēsem Decembrem fuisse,nunc annum.

L.Syllanum.) Hic Claudij gener à Vitellio,cum ad id insti garet Agrippina Augusta, de incestu sororis suæ Iuniæ Calui næ accusatus, quæ ante Vitellij nurus fuerat, ordine senatorio motus est, nec lōge post,mortē sibi cōsciuit. De hoc multa apud Cornelium Tacitum in duodecimo. Fit huius quoq; paulo post mentio.

Mures molas lingunt.)Causatur molliciem Romanorum, ut qui proni sint ad libidinem, sed non nisi pulcherrimas sollicitent. Mures enim urbani farinam absumunt, & delicatissimis ad satietatē usq; uescuntur,cum rusticos interim,fruticulos depascantur. Quin adeò molles sunt, ut nec caseum arrodant,sed lingant molitam farinam. Apparet hoc dictum fuisse familiare Claudio, de muribus serrum arrodentibus. Hic nobis curua corrigit.) Subest,ut opinamur,sensus obscenus,uelut si diceretur,Claudius adeò circa Venerem est intemperans, ut ad libidinem suo nos exēplo incitet. Etem ut Claudianus uerissimè cecinit, Mobile mutat semper cum principe uulgus. Corrigere est emendare,est & rectum facere, atq; arrigere.

In cubicu.)Alludit ad hoc qđ refert Suetonius. Mortē uidelicet eius cælatam fuisse, donec omnia circa successorē ordinarentur. Iacuit itaque corpus mortui Claudij dies aliquot in cubiculo. Et hæc uerba & superiora, & quæ proxime sequuntur, intellige Romæ fuisse in senatu dicta, cū deliberarent,esset ne in numerū deorū referendus Claudius, id quod etiam ex sequentibus magis patescet. Fingit autem Curiam in cœlo,qualis erat Senatorum Romæ.

Templū in Britānia habet.) De hoc sic Tacitus, ubi de Camulodunoloquitur. Ad hæc templum diuo Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominatiōis aspiciebat. Vos mera mapalia,) Promiscue sententiā ferētes, nō seruato ordine alius aliū turbātes. Mapalia sunt tuguria rusticorū. Estq; uocabulū Punicū. Allusit aūt ad prouerbiū, Rus ciuitas. Cōfine est Epicharmicū illud,ἀρχὴν πλὼ πόλιν ποιῆς,i. E ciuitate rus facis. Qualiscūq; est.) Q̄ contemptim hoc de Cæsare dicit Iupiter. Dimisso.) Secedere iusso. Ianus pater.) Per Ianū hic aliquē senatorē intelligit. Sed & Acrō in Satyrā Horatij, cuius initiū, Sic raro scribis, testat Ianotris in foro fuisse statuas:ad unā conueniebāt creditores,et fœneratores:ad alterā,qui fœnus redderent:ad tertiā,qui locarent fœnus. Indicat igit hic fuisse maximū quæstum Claudij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semper uidet.) Vel quod bifrons, uel quod tres haberet ſtatuas. Et addidit ridicule, quantum uia ſert, quaſi uidere ſit uideri. Quod in foro iuuat.) Notat ambitionem fori, quod à patrono iam non ueritas, ſed eloquentia exigeretur, & iudex nō tantum doceri cuperet, ſed etiam delectari. Quemadmodū indicat & Quintilianus. Ne alijs uerbis) Ridicula religio in re conficta, ſed feſtiuiter ſimulata. De magnitudine.) Subnotat locos communes, in quibus oſtentandi ingenij cauſa, nimiū ſolent immorari Rhetores. Iam fama minimū fecit.)

Duo notat, paſſim collectos ſordidos in ordinē ſenatorij, & peſſimos etiam imperatores, in deorū numerū relatos, magis iā ex more, quàm ex merito. Illum.) Honorem. In perſonā nō.) Nam cum in genere dicit, in rem pronunciat, non propriè in Claudium. S.C.) Senatuſconſultum.

ſemper uidet ἄμαε πρόσωπον καὶ ὀπίσω. Is multa diſerte, q̄d in foro iuuat, dixit, quæ notarius perſequi nō potuit, & ideò nō refero, ne alijs uerbis ponā, quàm quæ ab illo dicta ſunt. Multa dixit de magnitudine deorū, nō debere hūc uulgo dari honorē. Olim, inquit, magna res erat, deū fieri, iam fama minimū fecit, etiam peſſimū quemq; illum affectare. Itaq; ne uidear in perſonam, non in rem dicere ſententiā, Cenſeo ne quis poſt hūc diē, deus fiat ex his qui ἀρότρου καρτοῦν ἕλκουσιν, aut ex his, quos alit ζειδωρὸν ἄρουρα. Qui contra hoc S.C. deus factus, dictus, pictusúe erit, eum dedi laruis. Sed proximo munere inter nouos autoratos, ferulis uapulare placet. Proximus interrogatur ſententiā Dieſpiter Niceporę filius & ipſe deſignatus Coſſ. numulariolus. Hic quæſtu ſe ſuſtinebat, uendere ciuitatulas ſolebat. Ad hoc uelle acceſſit Hercules, & auriculam ei tetigit. Itaque in hæc uerba cenſet. Cum diuus Claudius diuum Auguſtum ſanguine contingat, nec minus diuam Auguſtā auiam ſuam, quā ipſe deam eſſe iuſſit, longeq; omnes mortales ſapientia antecellat, ſitq; è R. P. eſſe aliquem, qui cum Romulo poſſit ferue[n]tia rapa uorare. Cenſeo ut diuus Claudius ex hac die deus fiat, ita uti ante eum quis optimo iure factus ſit. Eamq; rem ad metamorphoſeis Ouidij adjicien dam. Variæ erant ſententiæ, & ui debatur Claudius ſententiam uincere. Hercules em̄ qui uideret ferrum ſuū in igne eſſe, modo huc, modo illuc curſabat et aiebat, Noli mihi inuidere, mea res agit, dein de ſi quid uolueris, in uicem faciā, Manus manū lauat. Tum diuus Auguſtus ſurrexit ſententiæ ſuæ loco dicendæ, & ſumma facundia diſſeruit. P. C. uos teſtes habeo, ex q̄ deus factus ſum, nullū uerbū me feciſſe, ſemper meum negociū ago. Sed nō poſſum amplius diſſimulare, & dolorē quē grauiorem pudor facit, cōtinere. In hoc terra mariq; pacem peperi. Ideò ciuilia bella cōpeſcui. Ideò legibus urbē fundaui, operib. ornaui. Et quid dicā. P.C. non inuenio, omnia infra indignationē uerba ſunt. Confugiendum eſt itaq; à me ad Meſſalæ Coruini diſertiſſimi uiri illā ſententiā. Præcidit ius imperij hic P.C. Qui uobis nō poſſe uidetur muſcā excitare, tā facile homines occidebat, quàm caneis excidit. Sed quid ego de tot actibus iuris dicam? Non uacat deplorare publicas clades, intuenti domeſtica mala. Itaq; illa omittā, hæc referam. Nam τὸν ὀργῶν ægre ſeneſcit νόσος. πυργοπολίνικος iſte, quem uidetis per tot annos ſub meo nomine latens, hāc mihi gratiā retulit,

Dictus pictusúe.) Eſt non nihil feſtiuitatis in imitatione: nā his modis loquuntur iurecōſulti, & qui ſe natuſconſulta cōſcribunt. Dedi laruis.) Terriculamentis inferorum. Laruæ ſunt noxię inferorū umbrę. Et dedimus noxę animal quod læſit. Fecit iniuriam laruis, qui mortuus pro deo uoluerit haberi cū nihil ſit, niſi umbra, Dieſpiter.) Iouis cognomentum eſt, quem ſic uocant, quaſi diei patrē Et auriculā ei tetigit.) Auris memoriæ dicata. Vnde qui atteſtantur, aut admonent, auriculam uellere dicunt.

Ad diuum Auguſtum ſanguine.) Fuit enim nepos Auguſti. Nam patrē Claudij Cæſaris Druſum, cū Liuia Auguſto grauida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit. Autor Tranquillus. Quam ipſe deā eſſe iuſſit.) Auiæ enim Liuię (ut refert Suetonius) diuinos honores, & Circenſi pōpa currū elephantorū decernendū curauit. ER. P.) ex uſu Reipub. Romanæ.

Eamq; rem.) Innuit ἀποθέωσιν Claudij plane eſſe fabulam, ac proinde dignam, quę fictis Ouidij trāſformationibus inſulciatur. Deſcribit em̄ Ouidius μεταμορφώσεις fabuloſas, ut Aegles puellæ in populum arborem, Herculem in canem, Ferbæ in cinerem, Hecubæ in canem. Ferrum ſuum in igne.) Hoc eſt, rem ſuā agi, rogatus enim erat, ut Claudio patrocinare tur. Sumpta eſt metaphora à fabrō ferrario. Suballuditautē ad hoc quod Herculeſ etiam ex homine deus factus eſſet, id quod tanta nunc ambitione Claudius aſſequi nitebat. Ac profecto Hercules Claudium, deum Romæ effecit, hoc eſt, precibus & inſtinctu Agrippinæ, hoc modo dati ueneni ſuſpitionē euitare uolētis, ſe natus quaſi ui impulſus, Claudio diuinos honores decreuit. Noli mihi inuidere.) Expreſſit Seneca morem, etiam num magis communem quàm utilem. Manus manum lauat.) Prouerbium eſt de opera mutuum

mutuum præſtanda. Græce ſic effertur, χεὶρ χεῖρα νίπτει. Tum diuus Auguſtus.) Quoniam ſuperiora ad ſenatum Romanum retulimus, Hic ſub Auguſti perſona Neronē Cæſarem intelligere poteris. Nam Nero Claudiū diuinis honoribus deſtituit, omnibus rerū uerborūq; contumelijs mortuū inſectatus, ac modo ſtulticiæ, modo ſæuitiæ arguens, ut refert Tranquillus.

P.C.) Patres conſcripti. Ex quo deus factus ſum.) Ridet Auguſti diuinitatē. Nā huic uiuo quoq; diuini honores cōtigerunt. Mortui non loquuntur. Meum negocium ago.) Salſe ſignificat ſam priuatum nec curare, quid agatur uſq;.

In hoc.) Ad hoc. Et pronunciandum cum exclamatione.

Operibus.) Vt foro cum æde Martis ultoris, Tēplo Apollinis in palatio, Aede tonantis Iouis in capitolio. Infra indignationem.) Quaſi dicat, Etiam ſi multa nunc allegem, adhuc nō uidebor indignatus, ſed iuſte conqueri. Præcidit.) Verba ſunt ex aliqua oratione Meſſalæ. Subeſt autē iocus ex ambiguitate. Nam præcido ſignificat amputo, & aliud obſcœnius, quàm ut libeat exponere. De tot actibus iuris.) In cognoſcendo enim ac decernendo mira uarietate animi fuit, ut inquit Tranquillus. Duas amitas.) Nā Iulias alteram Druſi, alterā Germanici filiam, crimine incerto, nec defenſione ulla data occidit. Hic Druſus autem & Germanicus Tyberij Cæſaris fuerunt filij.

Quos quaſq;.) Imitatio feſtiuitatem habet, ſimul & emphaſim. Sic em̄ loquunt in iudicialibus cauſis. Et intelligimus illum nec fœminis pepercisſe. Ecce Iupiter.) Alludit ad id, quod eſt apud Homerum, in fine primi Iliados. Iupiter aliquādo cum Iunone, quod inter coniuges non ita rarum eſt, rixatus, cum uerbera huic infligere cœpiſſet, Vulcanus qui forte tum aderat, accurrens Iunoni ſubſidium ferre uolebat. At Iupiter iratus, hunc pedibus arreptum, è cœlo rotauit, qui cū totum diem decidendo cōſumpſiſſet, tandem in Lemnon inſulam (mane em̄ dejectus fuerat) ſub ueſperam lapſus, ibi ſtatim ab indigenis ſub leuatus eſt. Quod apud Homerū his carminibus ipſe teſtatur, dum Iunonem monet, ne marito aduerſetur, ſin illius in ſe furorē concitet, Vulcanum nequaquam ſuppetias laturū, utpote qui Iouis iram olim ſenſerit. ἤδη γάρ μι καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι

Universidad de Deusto
Biblioteca

μεμαῶτα, ῥῖψε ποδὸς τετάγων ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Ὣς δ' ἥμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ ὀλίγον θ' ἅμα θυμὸς ἐνῆεν. Ενθάμε σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαν ποτιόντα. Quos uersus sic nos, ut sententiam redderemus, extempore latinos fecimus. Me siquidē læsæ nuper tibi adesse uolentem,
Arreptū pede de magno deiecit olympo.
Atq; diem totum delapsus ab æthere tandem in Lemnon cecidi, exanimi uix pectore spirans.
Hic ubi me pia gens delapsū attollere curat. Huius fabulæ sic meminit Phurnutus simulq; rationē reddit, ῥιφθῆναι ὑπὸ τοῦ διὸς ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν λέγεται, ἀπὸ τοὺς πρώτους ἴσως ἀρχομένους χρῆσθαι πυρί, ἐκ κεραυνοβόλου καὶ μόνου τότε φερομένου ἐν ἀνθρώποις, μηδέπω ἐπινοίας ἴσως τοῖς πυρίοις ἐναπτομένου. id est, Vulcanus à Ioue proiectus in terram, è cœlo dicitur, quod hi forsan, apud quos primū in usu fuit ignis, ex iactu fulminis hūc nacti fuerint, quum instrumenta, quibus ignem excuterent, nullo adhuc ingenio reperissent. Iratus fuit uxori.) Cum Hercules olim ex iussu Iunonis nauigationem instituissēt, hęc ut suum odium nusquam non ostenderet, illi, exorato Borea, uentos aduersos immisit. Iupiter ob id indignatus, Iunonem ex alto suspendit, geminā incudem pedibus appēdens. Sic ēm Iliados decimoquinto loquitur, hoc illi in memoriam reducēs, ἣ οὐ μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν ἄκμονας ἧκα δύω. Quorum uersuum hic sensus est, Ex alto ne tenes quod cum suspensa fuisti, Nos pedibus geminam incudem demisimus? Cuius fabulæ quemadmodū et superioris, causam assignat Phurnutus, πρὸς ὃν παραδιδόμενον μῦθον, his uerbis, Εοικεν ὁ ποιητὴς μύθῳ παλαιῷ παραφέρειν τὸν λόγον, καὶ ὃν ὁ ζεὺς ἐμυθεύετο κεκρεμακέναι τὴν ὑπεροχὴν σοφίας ἀλύσεσι, τοῦτ' ἐστὶν ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ δίνους ἀκμονας ἐξηρτηκέναι, τὴν γλῶ δηλονότι, καὶ τοῦτο βάλλεσθαι, ὑφ' ὧν τέλος κάτω ὁ ἀὴρ μᾶλλον τρέπεται ἀποσοβούμενον. Ex antiqua fabula uidetur, inquit, poëta hoc afferre, qua Iouē fabulabātur, Iunonem aureis catenis suspendisse, nempe quod auri fulgorem, stellæ possiderant. Ac ad pedes eius appendisse duas incudes, mare uidelicet & terram, à quibus deorsum tēditur aër, sic ut ab horum neutro diuelli possit. Huius etiam fabulæ meminit enarrator τῶν Στηλιτευλικῶν Gregorij Nazianzeni.

retulit, ut duas amitas suas, prone ptes meas occideret, alterā fame, alteram ferro. Vnū abnepotem L. Syllanum. Videris Iupiter tan in tua certe mala uenit, si hic inter nos futurus est. Dic mihi diue Claudi, quare quenquam ex his, quos, quasq; occidisti, anteq; de causa cognoscerēs, anteq; audires, dānasti? hoc fieri solet in cœlo? non fit. Ecce Iupiter, qui tot annos regnat, uni Vulcano crus fregit, quem ῥῖψε ποδὸς τετάγων ἀπὸ θυλᾶ θεσπεσίοιο. Et iratus fuit uxori, & suspendit illam, nunquid occidit? Tu Messalinam, cuius æque auunculus maior eram quàm tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dij tibi malefaciant, adeò istud turpius est, quod nescis, quàm quod occidisti. Iste C. Cæsarem nō desijt mortuum prosequi. Occiderat ille socerum, hic generū. Caius Cæsar Crassi filium uetuit Magnum uocari, hic nomē illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum

Messalinam.) Hæc fuit uxor Claudij, quam mori compulit, ut est apud Tacitum. Fuit igitur immitior Ioue.

Nescio, inquis.) Alludit ad hoc q̄d Tacitus refert. Messalinæ enim iam mortem expectāti, Claudius ubi uino incaluerat, nunciari iubet, ad dicendam causam postero die adesset, quod Narcissus accusator intelligens, ne, si euaderet, in se pernicies uerteret, denunciat centurionibus et tribuno, qui tum aderāt, exequi cædem, ita imperatorem iubere, illi eam interfecerunt. Nescire autem uisus est. Nam occisa Messalina (inquit Suetonius) paulo post quàm in triclinio decubuit, cur domina non ueniret, requisiuit. Tantæ fuit & obliuionis & inconsiderantiæ.

C. Cæsarem.) Caium Caligulam putat, is fuit Claudij ex fratre nepos, qui incredibili

credibili sæuitia aduersus omne genus hominum grassatus est. Quem rerum natura (uelut alio loco scribit Seneca) non nisi in exitium, opprobriumq; humani generis edidit.

Occiderat ille socerum.) Syllanū enim socerum Caius ad necem, secandasq; nouacula fauces compulit, causatus in eo quod ingressum se turbatius mare non esset sequutus, ac spe occupandi urbem si quid sibi per tempestatem accideret, remansisset, quum Syllanus impatientiam nauseæ uitasset, & naui gandi molestiam. Autor Tranquillus.

Hic generum.) L. Syllanum, de quo ante & paulo post.

Crassi filium uetuit.) Cn. enim Pompeio stirpis antiquæ, Magni cognomen Caius ademit, ut meminit etiam Suetonius. Hic nomen) Fecit enim generum suum: nam Antoniā filiam maiorem, illi uxorem dedit.

Caput tulit.) Ambiguum est. Potest enim intelligi, caput tulit, hoc est, exeruit caput, & ad honores eleuauit, & caput tulit, hoc est, amputauit. Tam fatuum, ut etiam regnare posset.) Alludit ad uulgi dicterium, quo regum stulticiam passim notabāt. In quam & ab Erasmo declamatum est in prouerbio, Aut regem, aut fatuum nasci oportet, quod in huius ludi exordio statim usurpauit Seneca.

Scilicet.) Ironiæ cum inficiatione accōmodata est particula. Quemadmodū & illud apud Poëtam, scilicet, hic superis labor est. Dryudarum.) Dryudarum religionem (inquit Suetonius) apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit. De Dryudibus Gallorum sacerdotibus, multa meminit Cæsar in sexto.

Immanem religionem) Nam pro uictimis homines mactabant, ut refert Cæsar.

Vt Romæ nuptiarū.) Sensus est, Claudius hanc ob causam Dryudarum religionē deleuit, ut fratris sui filiam Agrippinā ducere posset, quod non licebat ante. Nā Claudius senatū ingressus, decretum postulauit, quo iustę inter patruos, fratrūq; filias, nuptiæ etiam in posterum statuerentur, Extat apud Tacitum, in hāc rem Vitellij oratio corā senatu habita.

xxx. Senatores.) De hoc sic Suetonius, Die ipso Claudij & Agrippinæ nuptiarum in quinque & xxx. Senatores, trecētosq; amplius equites Rom. tanta facilitate animaduersum, ut de nece consularis uiri renunciante centurione, factum esse quod imperasset, negaret Claudius quicquam se imperasse, nihilominus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultro procurrissent. Tria uerba.) Quod Balbus esset, & tamen iudicis est, tria uerba dicere, quæ diebus nefastis non licebat. Est autem iucunda προσονομασία in dicat & ducat. Summam rei.) Imperij.

Ex tabella recitauit.) Alludit ad consuetudinem antiquam, qua in senatu censentes, de scripto sententiam proferebant, & reci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& recitare uerbum hoc significat.

Appium Syllanum.) Quem cũ Messalina & Narcissus, cõspirassent perdere, diuisis partibus, alter ante lucem similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans somniasse se uim ei ab Appio illatam. Altera in admiratione firmata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obuersari retulit. Nec multo post ex composito irrumpere Appius nunciatus, cui pridie ad id temporis, ut adesset, præceptum erat, quasi planè repræsentare tur somni fides, arcessi statim ac mori iussus est. Hæc Suetonius.

Crassum frugi.) Huius meminit quo dã loco Trãquillus.

Tam similem sibi, quàm ouo ouum.) Prouerbium est, quo utimur, propinquã similitudinem indicantes. Vide Chiliades Erasmi Roterodami.

Nec illi rerum iudicandarum uacationem.) Quemadmodum ipse uiuens pro conditione cuiusque ciuis uacationem legis Papiæ constituerat, hoc est, ut ea lege non tenerentur.

Pedibus in hãc sententiam.) Non pauci sunt qui opinantur, pedarios senatores appellatos, qui sententiam nõ uerbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent, inquit Gellius libro tertio. Vnde dictum est in sententiam ire, & pedibus ire in sentẽtiam.

Cyllenius.) Mercurius, à Cyllene mõte Arcadię sic dictus.

Vnde negant.) Versus est Catulli, de passere mortuo Lesbiæ. Illuc unde negant redire quenquam.

Viam sacram.) Via est Romæ sic dicta. In hac apparet illum fuisse sepultum.

Vt scires deum efferri.) Iocus est à stultitia. Nã hoc ipsum pugnat cum ratione dei, efferri mortuũ.

Vt etiam Claudius.) Tam stupidus & somnolentus, denique mortuus.

Pauci cauſidici plorabant.) Merito lugebant cauſidici obmortuum Claudiũ, quippe qui in ſe nimia facilitate uſus eſſet. Scribit enim Trãquillus, ſe à natu maioribus audiſſe, cauſidicos adeò patientia Claudij aburi ſolitos, ut deſcendentem è tribunali non ſolum uoce reuocarent, ſed & lacinia togę retenta, interdum pede apprehenſo retinerent.

Sed planè ex animo.) recitauit. Quandoquidem diuus Claudius occidit cõsocerũ ſuum Appium Syllanũ, generos duos, Pompeium Magnum Antoniæ ex Petina. L. Syllanũ Octauiæ ex Meſſalina, ſocerũ filiæ ſuæ Craſſum frugi hominem, tam ſimilem ſibi, quàm ouo ouũ, Scriboniã ſocrum filię ſuæ, Meſſalinam uxorẽ ſuam, & cæteros quorũ numerus inueniri nõ potuit, placet mihi in eũ ſeuere animaduerti, nec illi rerum iudicandarum uacationẽ dari, eumq; quàmprimũ exportari cœlo, intra dies xxx. excedere olympo, intra diẽ terras, Pedibus in hanc ſentẽtiam itũ eſt. Nec mora Cyllenius illũ collo obtorto trahit ad inferos è cœlo, unde negãt redire quenq;. Dum deſcendunt per uiam ſacrã, interrogat Mercurius, quid ſibi uelit ille concurſus hominũ, nũ Claudij funus eſſet? Et erat omnium formoſiſſimũ, & impẽſa cura plenum, ut ſcires deũ efferri, tibicinum, cornicinũ, omnisq; generis æneatorũ tanta turba, tantus cõuentus, ut etiã Claudius audire poſſet. Omnes læti, hilares. P. Ro. ambulabat tanq; liber. Agatho, & pauci cauſidici plorabant, ſed planè ex animo. Iuriſcõſulti è tenebris procedebãt, pallidi, graciles, uix habentes animã, tanq; qui tum maxime reuiui ſcirent. Ex his unus cũ uidiſſet capita conferentes, & fortunas ſuas deplorãtes cauſidicos, accedit, & ait,

mo.) Obiter taxat publicũ morẽ, quo lugebant etiam conducti. Iuuenalis, Plorat lachrymis amiſſa pecunia ueris

Dicebam uobis.) Hoc eſt, prædicebam uobis, nõ ſemper adeo fauentem Cæſarem habebitis, cuius abutamini patientia. Saturnaliorum licentia nota eſt. In quibus ſeruí quoq; libertate gaudebant, & domini uiciſſim ſeruis miniſtrabãt. Sub Claudio plus poterant aduocati quàm iure conſulti. Sapit prouerbium ſimile illi, Θύραζε κάρηϛοὐκέτ' ἀνθήσεται, id eſt, Foras Cares non amplius Anthiſteria.

Fundite.) Anapæſtica ſunt familiaria Tragœdijs, licet recipiant Dactylos & Spondæos. Poſtremo tamen loco, non admittunt niſi Spondæũ aut Anapæſtũ.

Rebelles Parthos.) De Parthis ſub Claudio Mithridatem regem expetẽtibus, ac de eorum diſſentione, lege Tacitum in xi. Qui.) id eſt, quo, ſcilicet neruo.

Vulnere par.) Sagittæ. Pictaq; terga.) Propter ſcutum pictũ. Britannos.) Nam, ut inquit Suetonius, à Geſſoriaco (nunc Caleſium uocant) in Britanniam tranſmiſit, ac Cn. Sentij & Auli Plautij ductu, ſine ullo prælio, aut ſanguine, intra pauciſſimos dies parte inſulæ in deditionem recepta, ſexto quàm profectus erat menſe, Romam rediij, triumphauitq; maximo apparatu.

Brigantas.) Populi ſũt Britanniæ, de quorum diſcordijs meminit Cornelius Tacitus in duodecimo: nunc eam regionem Valli habitant. Ponit etiam Brigantiũ oppidũ Ptolemæus in deſcriptione Rhetiæ.

Et ipſum noua.) Hoc dixit propter Orcadas inſulas, quas Claudius imperio Romano primus adiecit, ut teſtatur Euſebius.

Non alius citius.) Locus eſt ex ambiguo. Nam cito cognoſcit, qui ſtatim intelligit, & abſoluit. Et cito cognoſcit, qui pronunciat nõ auditis partibus, ita ut Claudius ſolebat.

Toto anno.) Ius enim laborioſiſſime dixit, etiam ſuis ſuorũq; diebus ſolennibus nõnunq;, feſtis

ait. Dicebam uobis non ſemper, Saturnalia erunt. Claudius ut uidit funus ſuum, intellexit ſe mortuũ eſſe, Ingenti enim θωικτάσει χορικῶς Nenia cantabatur Anapæſtis.

Fundite fletus, ædite planctus, fingite luctus.
Reſonet triſti clamore forum, cecidit pulchre
Cordatus homo, quo non alius fuit in toto fortior orbe.
Ille citato uincere curſu poterat celeres,
Ille rebelles fundere Parthos, leuibusq; ſequi
Perſida telis, certaq; manu tendere neruum.
Qui præcipites uulnere paruo figeret hoſtes.
Pictaq; Mœdi terga fugacis. Ille Britannos
Vltra noti littora ponti, & cæruleos
Scuta Brigantas dare Romuleis colla cathenis
Iuſſit, & ipſum noua Romanæ iura ſecuris
Tremere Oceanum. deflete uirum quo non alius
Potuit citius diſcere cauſas, una tantum
Parte audita, ſæpe & neutra. quis nunc iudex
Toto lites audiet anno? tibi iam cæder

Sede re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoq; antiquitus et religiosis. Autor Trā quillus. Qui dat.) Iudex inferorum Minos, qui quondam Cretæ præfuit. Hunc post mortem ob iustitiā suā poëtæ apud inferos ius dicere finxerunt. At Cretēses, ut quos ciuilitate & moribus erudijt, ad Iouē tanquā præceptorē itasseme morant, in Ida monte speluncam ostendentes, atq; illi in nonum annum cōsuesse, necnon didicisse, quę ad Rempublicā instituendā utilia forent. Id quod Max. Tyrius his uerbis innuit. τὶ ἦ οἱ Κρῆτες, ἢ σοι οὐδοκεῖσιν ὑπὸ ἐκ σιλεῖτῳ μίνῳ κομιβῶντες καλῶς ἀναδεχόντες βλάπτεσθαι, διδάσκαλον αὐτῷ ἐκποιήσασθαι τὸν Δία, ἵνα μὴ αὐτόθι φοιτῶντα τὸν μίνω δι' ἑνὸς ἕκαστος συγγινόμενον ἴδῃ δι' ἡμέρου αὖτερον Διός, φοιτῶντα δὲ τὸν μίνω δι' ἑνὸς ἕκαστος συγγινόμενον ἴδῃ δι' ἡμέρου παρ' αὐτὸ τὰ πολιτικὰ, ὅτοι Κρητῶν λόγοι. Meminit huius Homerus Odysseæ undecimo

O causidici uenale genus.)De rhetoribus dictū, ὑποτιθᾶσι τὸ χᾶ ρα τοῖς λήμμασι & τὸ φωνὸ πιπράσκουσιν, q̄ muneribus linguā uenditāt. Sic Velleius Paterculus uetustissimus scriptor, quē nos nuperrime in Murbacēsi bibliotheca reperimus, aliquando studiosis imperturi, Plancū ꝓditorē, q̄ ab Antonio ad Cęsarē trāsfugerat, in omnia et in omnib. uenalē perc̄ eleganter appellat. Concusso fritillo.) Nam (autore Suetonio) Claudius aleæ studiosissime lusit, de cuius arte librum emisit. Solitus etiā erat in gestatorio ludere, ita esse do alueoq; adaptatis, ne lusus cō funderetur. Talthybius) Est Talthybius, præco apud Homerū in primo Iliad. quē Agamemnon ad tentoria Achillis misit. Ἀλλ' ἴτην παλθύβιόν τε, & εὐρυβάτην πρόσθεν ἰόντε, id est, Ast hic Talthybiū affatus fuit Eurybatenq;. Est & nunc̄j nomen apud Euripidem, qui Hecubam iussit filiam suam Polyxenam sepelire.

Narcissus.) Ab epistolis Claudij ante omnes dilectus. Dominus domini) Scribit enim Cornelius Tacitus, Claudiū libertos, quos rei familiari præfecerat, sibiq; ac legibus adæquasse. De immodicis Narcissi diuitijs & Claudij in eū indulgentia sic scribit Satyricus, Nec Crœsi fortuna unquam, nec Persica regna Sufficiēt animo, nec diuitiæ Narcissi Indulsit Cæsar cui Claudius omnia.

Virga.) Caduceo. Facile descendit.) Alludit ad poëtam. Facilis descensus auerni.

Velut ait Horatius) Est apud Horatium in Oda, qua arborē alloquit, cuius casu peneperierat, ubi in

Sede relicta, qui dat populo iura silenti,
Cretæa tenens oppida centum, cædite mœstis
Pectora palmis, ò causidici uenale genus.
Vosq; poëtæ lugete noui, uosq; in primis
Qui concusso magna parasti lucra fritillo.

Delectabatur laudibus suis Claudius, et cupiebat diutius spectare. Injicit illi manum Talthybius deorum nuncius, & trahit capite obuoluto, ne quis eū possit agnoscere, per cāpum Martiū. Et inter Tiberim & uiam rectam descendit ad inferos. Anteceserat iam compēdiaria uia Narcissus libertus, dominus domini, ad patronū excipiendum, & uenienti nitidus, ut erat à balineo, occurrit & ait. Quid dij ad homines? Celerius præcedito, inquit Mercurius, & uenire nos nuncia. Ille autē patrono plura blādiri uolebat, quē Mercurius iterū festinare iussit, & uirga morantē impulit. Dicto citius Narcissus euolat. Omnia procliua sunt, facile descēditur. Itaq; quāuis podagricus esset, momēto tēporis peruenit ad ianuā Ditis, ubi iacebat Cerberus, uelut ait Horatius, bellua centiceps, sese mouēs, uilloscúe horrendos excutiens: pusillum subperturbatur, ut illū uidit canem nigrū. Nā albam canem in delitijs habere consueuerat, ille autē totus informis

quit, Demittit atras bellua centiceps Aures, & intortis cabillis Eumenidum recrepantur angues. Nec quem uelis.) Superstitiosa siquidem antiquitas nigri seu deformis occursum, infelicis ominis loco ponebat. Et tempus nocturnū alioqui per se subinfaustū habet. Hinc illud apud satyrographū, Et cui per mediā noctis occurrere noctē. Ab historicis memoriæ proditū est, q̄ pacto quidā imperator, quod in uia Maurū histrionē habuisset obuiū, mortē sibi sit ominatus.

Trogus.) Saufelli Trogi meminit Tacitus. Quos Narcissus duci iusserat.) Hi iussu Narcissi fuerant occisi.

Pantomimus.) Mimus imitatorem significat, Pantomimus eū qui oēs personas effingit representatq;. Posides.) Libertorū præcipue suspexit Posidē spadonem, quem etiā Britannico triūpho inter militares uiros hasta pura donauit, Vt refert Suetonius

Felix.) Hunc cohortibus & alis prouinciæq; ludææ prę posuit, triū regina rum maritū. Autor Tranquillus & Tacitus. Apud felicem Paulus apostolus à Iudæis accusatus, se excusauit, ut scribit Lucas in Actis apostolicis, & meminit Eusebius. Cū Pallāte fratre.) Hic fuit

informis est, nec quē uelis tibi in tenebris occurrere. Et magna, inquit uoce Claudius Cæsar uenit. Ecce extemplo cū plausu procedūt cantantes Hic erat Cos. desig. Iunius Prætorius, Sex. Trallianus, Heluius Trogus, Coriotectus, Valens Fusidius, Equ. Rom. quos Narcissus duci iusserat. Medius erat in hac canentiū turba Nestor Pantomimus, quem Claudius decoris causa minorē fecerat. Necnon ad Messalinā cito rumor percrepuit, Claudiū uenisse. Conuolarunt primum omnium liberti, Myron, Ampyronas, Ampęus, Pheronas, Posides, hasta pura insignis, Felix cū Pallāte fratre, Harpocras, Polybius, quos omnes Claudius Quęstorijs, Prætorijsq; muneribus ubi impertitus esset, præmiserat. Deinde prefecti duo Iustus Catonius, & Ruffus Pompeij. F. Deinde amici Saturnius Luscus, & Pedo Pōpeius, & Lupus, et Celer Asinius, cōsulares. Nouissime fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus, omnes planè consanguinei. Et agmine facto Claudio occurrunt. Quos cū uidisset Claudius exclamat,

Quomodo uos huc uenistis? Tum Pedo Pompeius. Quid dicis homo crudelissime? Quæris quomodo? Quis em̄ nos alius huc misit quàm tu omnium amicorū interfector? In ius eamus, ego tibi hic fellas ostēdam. Ducit illum ante tribunal Æaci, is lege Cornelia, quæ de siccarijs lata

à rationibus Claudij, quē & Narcissum, de quo paulo ante, de creto quoque senatus non modo prætorijs ingentibus, sed et quæstorijs prætorijsq; ornamentis ornari libenter passus est, Tantum pręterea ac quirere & rapere, ut quærēte eo quondā de fisci exiguitate, nō absurde sit dictū, abundanturū si à dubobus libertis in consortium reciperetur ut ꝓdit Suetonius. De his et Plinius meminit, sic scribens, Multos postea cognouimus seruitute liberatos, opulentiores, pariterque tres Claudij principatu, Pallantem, Callistū, & Narcissum. Cornelius Tacitus, ubi de Pallāte loquitur, Fixum est, inquit, ære publico senatusc̄ōsultum quo libertinus sestertij ter millies possessor antiquæ parsimonię laudibus cumulabat. Hinc cecinit Iuuenalis, Ego possideo plus Pallante & Licinis. De monumēto Pallantis, ad Mōtanum Plinius iunior meminit.

Harpocras.) Huic lectica per urbē uehendi, spectaculaq; publice edēdi ius tributum.

Polybius.) Hic à studijs Claudij, sępe inter duos consules ambulabat.

Lege Cornelia.) Lege cornel. de siccarijs tenet̄, inqt Martianus iurec̄ōsultus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

libro Pandectarum quadragesimo octauo, qui hominē occiderit, cuiusue dolo malo incendium factum erit, quiue hominis occidendi furtiue faciēdi causa cū telo ambulauerit.

Pœna huius legis est, in insulā deportatio, & omniū bonorū adēptio: Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, q̄s ut legis pœnā sustineāt, ut habetur eodē titulo. Mire uero hic expressit morē pristinū iudicii orū. Claudiana lingua.) Siue q̄d Gallus esset, siue quod balbus, siue qd̄ semper ageret Claudij negocia. Iocus est ex amphibologia. Homo iustissimus.) Iustū em̄ par pari referre. Sic ille tractauerat reos. Alioqui in iustissimū est reū nō sinere loqui. Noui tate rei.) Quod uide licet una tantū accusationis parte audita, statim iudicasset.

Quàm nouum.) Sæpe em̄ inauditos reos damnauerat.

Tantalū siti. Tantalus stagno apud inferos labrotenus immersus, & pomis circū os ex arbore propendentibus, siti tamen & fame torquetur: nā si bibere uelit, refugit aqua, si pomū arripere tētet, arbor sursum resilit. Ouidius. Quærit a-

lata est, quærebat, postulat, nomē eius recipit, ædit subscriptionē. Occisos Senatores xxx. Equites Rocccxv. atque plures. Cæteros ccxxi ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Ex territus Claudius oculos undecunq̄ circumfert, uestigat aliquē patronum qui se defenderet. Aduocatū nō inuenit. Tandem procedit P. Petronius, uetus conuictor eius, homo Claudiana lingua disertus, et postulat aduocationem. Non datur. Accusat Pedo Pompeius magnis clamoribus. Incipit P. Petronius uelle respondere. Æacus homo iustissimus uetat illum loqui. Altera tantū parte audita cōdemnat & ait,

Ingens silentium factum est. Stupebāt omnes nouitate rei attoniti, negabant hoc unquam factum. Claudio iniquū magis uidebatur q̄s nouum. De genere pœnę disputatum est, quid illum pati oporteret. Erāt qui dicerent, † si minus dij latura fecissent, Tāralū siti periturū, nisi illi succurreretur. Nō unq̄s Sisyphum onere releuari. Aliquando Ixionis miseri rotā sufflaminandam. Non placuit ulli ex ueteranis missionem dari, ne uel Claudius unquā simile speraret. Placuit nouā pœnā excogitari debere, instituēdū illi labore irritū, & alicuius cupiditatis, † spes sine fine effectus. Tū Æacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo. Et iā cœperat fugiēres

semper tesseras quærere, & nihil proficere,
Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Vtraq̄s subducto fugiebat tessara fundo.
Cumq̄s recollectos auderet mittere talos,
Lusuro similis semper, semperq̄s petenti,
Decepere fidem, refugit, digitosq̄s per ipsos
Fallax assiduo dilabitur alea furto,
Sic cum iam summi tanguntur culmina montis.

quas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus. Sisyphū onere) Sisyphi saxū illud ingens apud inferos, ubi in montē protrusum fuerit, statim delabitur, iterū inani conatu sursū ferēdum. De huius & Tantali pœnis lege Homerum xi. Odysseę, circa finē ubi Vlyxes refert, quæ apud inferos uiderit Ixionis miseri rotā tam sufflaminandā) Ixion apud inferos rotæ alligatus, assidue circūfertur. Meminit huius Lucianus in dialogis deorum. Ex ueteranis missionē.) Vtit metaphora militari. Militibus em̄ datur missio, cū circa ignominiam exauctorātur. Alea ludere.) Quā uiuēs adeo studiose lusit. C. Cęsar. Nam Caligula Cæsar Claudij ex fratre nepos, hunc (ut scribit Suetonius) nō nisi ad lubrium reseruauit: quid mirum igitur si à Caio in seruitutē poscatur. Ab illo flagris.) De his, qui iussu

Irrita

iussu Caligulæ uapularunt, in hūc modū scribit Seneca noster libro. iij. de ira. Modo C. Cæsar, Sextū Papiniū cui pater erat cōsularis, Bethenū Bassum, quæstorem suum procuratoris sui filium, alios q̄s & equites Romanos, & senatores uno die flagellis ceci

Irrita Sisyphio uoluuntur pōdera collo

Apparuit subito C. Cæsar & petere illum in seruitutē cœpit, producit testes, qui illum uiderant ab illo flagris, ferulis, colaphis, uapulantē. Adiudicatur C. Cæsari, illum Æacus donat. Is Menādro liberto suo tradidit, ut à cogitationibus abesset.

dit. Cognitionibus Cognitiōes sunt causarum, ut cum dicimus, Senatus Romani cognitionem certæ legi non fuisse obnoxiam. Ac proculdubio Caium hic notat, ut qui cognoscendi prouinciam sæpe libertis suis cōmitteret, quo magis à curis liber altiori ocio frueretur.

Finis.

BEATVS RHENANVS LECTORI S. D.

NVlli parentes æque uehementer liberos suos charos habent, ac scriptores ingenij sui monumenta amant. Ipse sanè libelli istius autor nō sum, sed quando olim interpretandum duxi adiectis scholijs, illum quoq̄s iuris mei feci, hoc est tuendum ornandum emendandūq̄s suscepi. Porrò semper optaui ut interim alicuius exemplaris manuscripti copia mihi fieret propter collationem, quæ non solum diligentia sed & tempore indiget. Id uero uix tādem & ad modum sero nactus sum, quū uidelicet operum Senecæ ædītio ista secunda, iam non procul à fine abesset. Scriptura erat planè miserabilis, sed quæ tamen aliqua uestigia haberet uerborum Græcorum. Quibus quum in primis opus sit ad autorem intelligendū, dedi operam ut illa restituerem. Et quoniam ex Homero uidebam quædam esse citata, perlegi totum Homeri poēma. Reperi nonnulla, quædam nimio inueniendi studio inter festinandū fefellerunt, neq̄s enim certa erant uestigia in codice scripto, sed in quibus coniecturā sequi oporteret. Porrò multa meo marte felicissime restitui, quum Græca, tum Latina, quæ hic subdemus unà cum coniecturis nostris. Nec pigebit & diuersam lectionem annotare.

Anno nouo.) In exemplari manuscripto legitur, Anno nono.

Ab historico iuratores exegit.) Melius diuisim leges, ab historico iurato res exegit.

Ab hoc ego quæcunq̄s aud.) Videtur huiusmodi continere lectionē manuscriptus codex, Ab hoc ergo quæ tum audiui, certe clara affero.

Crescebant tempora somni.) In exemplari uetusto scriptum cornua.

Augebat Cynthia regnum.) Illic legitur lignum non regnum. Sed utrunq̄s mendose. Tu scribe lychnum. Eleganter autem uocat lychnum Lunæ, quod alieno lumine egeat nempe Solis. *Lychnū legendū pro regnū.*

Vnam de tribus Parcis.) In codice ueteri non est Parcis sed lacuna uacua, fortassis græce scriptum fuit μοίρας

Nunquam meritum.) Vetus habet, Nec unquam tamdiu cruciatus esset.

Patere Mathematicos.) Conijcio legendum, Patiar Mathematicos. Nam sunt uerba Parcæ.

Omnibus annis.) Non est in ueteri

Horam eius nemo n.) Sic illic legitur. Et tamen non est mirum si errant, & horam e.n.n. Nemo enim ip.

Sauromatas & si qui ultra glacialem Boream incolūt Barbari.) Hæc uerba nō sunt in codice Vuissenburgensi. Doctus aliquis adiecit ad explendā fortassis libri lacunā.

Mollia contorto dissēdunt.) Castigauimus descendunt exemplar antiquum sequuti. Tametsi distendunt quoq̄s possit legi, si quis ad Parcas referat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Felicia lapsis.) Reposuimus lassis. Sic enim in ueteri libro scriptum est. Intelligit autem lassos incommodis & calamitatibus temporum Claudianorum.

Vultus & affuso.) Non displicuit adfuso pro effuso. Ceruici capillus adfunditur.

Quid autem fecerit.) Correximus, Quid ante fe.

Nec post boletum o.m.c. p. c. sumpsit.) Hæc sententia non est in codice Vuissenburgensi.

Scitis enim opt.) Vetus. Scitis enim certissimo, n.p.e. ne excidant, quæ memoriæ publicum gaudium impresserunt. Vbi legendum aut impressit, aut publica gaudia.

Et imposuerat Herculi minimo disc. fabulam.) Manuscriptus codex non fabulam habet, sed fabros. Eam dictionem doctus aliquis mutarat in fabulam in æditione Romana, quam nos primum secuti sumus. Cæterum antequam uidissem librum uetustũ pro fabulam putabam substituendum rabula. Verum posteaquam fabros illic scriptum comperi, planè puto legendum Allobrox. Sunt autem Allobroges ad Rhodanum uergentes Galliarum populi. Vbi natus est Claudius, quorum caput erat olim Vienna Delphinatei hodie uulgus appellat. Nec caret contumelia nomẽ, quod cum primis ea gens quondam Romanis infesta fuerit. Porrò facile potuit in fabros uerti incognitum uocabulum Allobrox. Sic autem malim legere quàm Vafer. Omnino nec fabulam nec fabros huc pertinet. Nã imposuerat Herculi, hoc est deceperat Herculem. Id enim impono significat absolute cum datiuo constructum.

Allobrox Claudius.

Marci municipem audis) Liber uetustus habet, municipem audes, & mox pro, Hũc ego reddo tibi, Hunc ego tibi recipio Lugd. n. Cæterum indicauimus alias uideri nobis hic legendum Munatij pro Marci, ut de Munatio Planco intelligatur, qui colonias in Gallia deduxit Lugdunum & Rauricam, quæ supra Basileã uno milliario Germanico sita est. Ei Munatio nuperrime huiusmodi memoria posita est hîc in foro nõ procul à Curia, me autore. L. Munatio Planco, ciui Romano, uiro consulari & prætorio, oratoriq; ac M. Ciceronis discipulo, qui post deuictos Rhetos æde Saturni de manubijs extructa, non modo Lugdunum], sed & Rauricam coloniam deduxit, quæ Augusta fuit appellata, ab Octauio Augusto tum rerum potiente, S.P.R. Basilienses tametsi Alemanorum transducti coloni, subactis Rauracis Romanisq; depulsis, amore tamen uirtutis quę etiam in hoste ueneratione meretur, uetustissimo tractus huius illustratori, culpa tẽporũ prorsus abolitam memoriam deposti liminio renouarunt. Anno M. D. XXVIII.

Inscriptio apud Basileam.

Citius mihi u.nt. alogias excutiam, dicito) Dicito non est in codice manuscripto. Doctus aliquis adiecit. Venustior erit oratio si subaudiatur, Nam iratis sermo breuis & abruptus conuenit. Itaq; uerbum substulimus.

Exprome propere, sed de qua genitum dicas.) Exemplar uetus habet, Exprime propere sed qua genitus cluas. Hoc carmen nescio quis mutauit in æditione Romana quemadmodũ et nos legere coacti sumus, sed prorsus infeliciter. Nam quid opus erat pro elegantissimo & ueteri uerbo cluas, supponere dicas. Ego carmen sic restituendum arbitror. Expromere properes qua gente natus cluas.

Ad terram occidas.) Vetus habet accidas. Et mox, regna tergemini petens, quæ lectio nobis quoq; probatur.

Et si quis à me notorem petisset.) Non admodum mihi placet notoris uocabulum. Quanto uerò tantopere Claudius lingua græca delectabatur, quid si putemus hic nõ à me notorem, sed amyntorem à Seneca fuisse scriptum. Significat autẽ ἀμύντωρ Græcis defensorem & uindicem, nisi libeat autorem legere pro patrono. Paulopost sequitur contulerim, quod fortassis esse debebat exantlarim.

ἀμύντωρ

Maluisses cloacas Augiæ purgare.) Sic enim hunc locum ex codice manuscripto restituimus. Hic Augias tantũ firmi collegerat in stabulis suis, ut Αὐγείου βουσταθμία Græcis in prouerbium abierit, quoties hominem significare uolunt aut rem supra modũ immundam. Augiæ meminit Philostratus libro VIII.

Augiæ cloacas purgare prouerbium.

Sed non miror quod i. in c. f. quoniam uolo.) Hic locus sic legitur in libro uetusto, Sed quoniam uolo nõ mirum, quod in curiam impetum fecisti, nihil tibi clusi est, quẽ admodum

admodum & nos reposuimus. Cæterum aut mendosus est locus, aut, quod potius credo, Græca hic desunt, & diuersas sententias librarius cõsudit. Fuit aũt in hũc fortassis sensum aliquid scriptũ. Sed bono animo sis, quoniam uolo tibi patronus esse. Et sunt uerba Herculis Claudio respondentis. Interim irrumpit Hercules in Curiam quam Seneca fingit in cœlo: neq; enim ciuilitatem didicerat inter homines omnia cũ impetu facere solitus. Itaq; Semidei illi qui intra Curiam erant de Claudio recipiendo consultantes, irrumpentẽ illũ & clausa omnia suis uiribus perfringere solitũ sic alloquuntur. Non mirũ inquiunt, quod impetum in Curiam fecisti, quasi dicant, hoc tibi nouũ non est. Nihil tibi clusi est, Modo dic nobis qualem deum. Et quæ sequuntur.

Ἐπικούρειος θεὸς non potest esse.) Hæc uerba Ἐπικούρειος θεὸς præsidio tenuium uestigiorum eruta reposuimus, nisi mauis Ἐπικούρου θεός. Restituimus & ea quæ mox sequuntur οὔτε αὐτὸς πράγματ' ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει, hoc est. Neq; ipse negocium habet, neq; alijs exhibet. Quam sententiam uelut aduersantem diuinæ prouidentiæ hactenus explosit optimus quisq;, sed in primis Christiani scriptores. Cæterum eleganter in Epicuri deum iocantur Semidei isti, quando regnant, irascuntur, pugnant dij si quid poëtis creditur. Epicurus aũt hebetem & ignauũ deum inducit. Sed & in Stoicorum deum iocantur tanq; monstrosum: nam negant deum Stoici membra habere, puta caput, pedes, uentrem, & quæ sub uentre sunt. At dij uulgares & poëtici de loco in locũ migrant, comessantur, amant. Proinde Stoicus deus, inquiunt, quomodo potest rotundus esse, sine capite & præputio? Quasi dicat, imperfectum quiddam est Stoicus deus & monstri simile. Concedunt tamen Claudium posse Stoicum deum fieri, quod corde & capite careat, hoc est prudentia & mente, propter stultitiam.

Deus Epicuri.

Deus Stoicorũ

Si me Hercules à Saturno p.) Cum hoc loco & hijs quæ sequuntur diutissime luctatus sum, nec succurrebat exemplar manuscriptum. Opinor aũt legendum, Iustissime hercle à Saturno petisset hoc beneficium. Et quæ sequuntur. Suntq; uerba semidei cuiuspiam in illa curia quam in cœlo Seneca fingit. Nam hoc animaduertere debet lector, semideos illos nunc nullo ordine obseruato loqui. Vnde postea Iupiter illos obiurgat. Ego P.C. inquit, interrogare uobis permisera, uos mera mapalia fecistis. Quasi diceret, in dicendis sententijs non seruatis ciuilem consuetudinem, sed rusticano more, quicquid in buccam uenit promiscue blatteratis.

Eius princeps non tulisset.) In hijs prodigiose corruptis locis nihil prorsus erat præsidij à codice manuscripto. Deprehendi tandem legendũ non eius princeps, sed Caius princeps. Sequitur mox. Illum deum à Ioue. Liber uetus habet illum Ioue, sic ut inter illum & Ioue sit lacuna media. Porrò persuasissimũ mihi est dictiones istas deũ à Ioue, nihil ad sensum facere. Doctus quispiam sic tumultuarie locum castigauit, deũ & à præpositionem apponens, haud re diligentius perpensa. Ego legendum reor, illũ ἀποθεοῦσθαι, hoc est in deorum numerum referri: nam dubio procul ignota uox Græca librario occasionem dedit, ut omitteret. Sequit damnauit incesti, Lego damnatũ incesti. Sequitur. Oropenq; sororem suã. In manuscripto codice est, oro per quod sor. suã. Conijcio scribendum, eo quod sororem suam. Sequitur, quam quoniam omnes, scribo, qtũ omnes uen. dispuncto relatiuo quam. Sequitur adhuc. Quam inquit, quæro tantum sororem suam stulte studere. Sic & in exemplari scripto legitur propemodũ, ita uidelicet. Quare, inquit, quæro inquit, sororem suam stulte stude. Locus est nõ solum mendosus sed & obscurus. Diuinatione planè hic opus est. Fortassis legendum Quare inuidit Romæ historiam suam. Auscultare Athenis dimidium licet, Alexandriæ totũ. Vt huius semidei sententia taxet quod Græcas historias suas Claudius Alexandriæ curârit recitandas singulis annis, & quidẽ opus utrũq; totum, per uices seorsim in duobus Museis, institutis stipendijs, ueluti contempta Roma. Quam rem hijs uerbis narrat Suetonius. Deniq;, inquit, & Græcas scripsit historias Tyrrhenicõ XX. Charchedonicon VIII. Quarum causa ueteri Alexandriæ Musæo additum ex ipsius nomine, institutumq; ut quotannis in altero Tyrrenicon libri, in altero Carchedonicon diebus statutis uelut in auditorio recitarentur toti à singulis per uices. Hactenus ille. Vides libros illos historiarũ autore Tranquillo totos fuisse lectos singulis annis.

Historiæ Claudij Cæs. totæ recitabantur singulis annis Alexandriæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Id ergo est quod dicit Seneca, Alexãdriæ totum. Fortassis alterum tantum uolumen singulis annis apud Athenas recitabatur nõ utrũq;, ut sit quod ait, Athenis dimidiũ. Porrò ualidũ argumentũ, si diis placet, aduersus Claudiũ, q Græcis plus fauere uisus sit, quàm Romanis. Iam à nobis castigatæ sententiæ sic poterunt legi, & distingui. Iustissimè hercle à Saturno petisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno celebrauit Saturnalia. Caius princeps non tulisset illum ἀποθέουσθ, qui (quantum quidem in illo fuit) damnatũ incesto Syllanum generũ suũ occidit, eo quod sororẽ suam festiuissimã omniũ puellarum, quũ omnes Venerẽ uocarent, maluit Iunonẽ uocare.

Quare inuidit Rom. historias suas? Auscultare Athenis dimidiũ licet. Alexãdriæ totum. Quia Romæ, inquit, mures molas lingunt Hic nobis curua corrigit. Quid in cubiculo suo faciat, e.n.e.c.s.p. Deus fieri uult. Parum est quod templum in Britan. & quæ sequuntur.

Porrò eius sententiæ quæ incipit, Caius princeps non tulisset, hic est sensus. Caius Caligula Cæsar nunquam permisisset Claudium recipi in numerum deorum, uel ob hoc quod generũ suum L. Syllanũ incesti statim damnauit accusante Vitellio sed Agrippina subornante, quod illicito sororis suæ Iuniæ Caluinæ amore teneretur, quum eidem crimini Caius Cæsar longe magis fuerit obnoxius ob omneis sorores suas adamatas, non unam tantum. Nam ut Suetonius scribit, Caius Caligula cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit. Plenoq; conuiuio singulas infra se uicissim collocabat, uxore supra cubante. Solent autem fures furibus, incesti incestis fauere. Blandimur enim hoc modo uitiis nostris. Porrò non occidit Claudius generũ suum Syllanum, sed ipso cõniuente per edictum Vitellij ordine senatorio motus est, & eiurare magistratum coactus, quum forte eo anno prætor esset, & pridie senatus lectus foret lustrumq; cõditum. Præterea affinitatem Cæsar diremit. Quibus rebus offensus ornatissimus iuuenis & aliàs clarus insigni triumphalium & gladiatorij muneris magnificentia, quo die Claudius incestas illas nuptias cum Agrippina celebrauit, ipse sibi mortẽ conciuit, siue eo usq; spem uitæ produxerat, seu delecto die ad augendam inuidiam, ut ait Tacitus. Atq; hoc est quod hic Seneca uult his uerbis, Quantũ quidem in illo fuit, damnatum incesti Syllanum generum suum occidit, Nimirũ ob præstitam mortis occasionem. Iam satis apertum puto quid sibi uelint illa uerba, eo quod sororem suam f.o.p. quum omnes Venerem uocarent, maluit Iunonem uocare. Significat enim per Venerem nõ admodum castam fœminam Iuniam Caluinam, quam & Tacitus decoram sed procacem appellat, à fratre Syllano, uxoris penè loco habitã, id quod per Iunonem Ioui nexu coniugali copulatam eleganter innuit.

Claudius Cæ. Syllano genero suo causam præbuit ut sibi mortem conscisceret.

L. Syllanus sororem suã uocabat Iunonẽ ab aliis Venerem passim appellatam

Porrò dicterium Claudij, Romæ mures molas lingunt, quo frequenter uti solitus uidetur, perstringit Romanos tanq; delicatos & fastidiosos qui non quibuslibet scriptis recitandis interesse possint, precibus iam & pretio corrogandi.

Dicterium Claudij, Mures Romæ molas lingunt.

Hic nobis curua corrigit.) Si quis hoc simpliciter accipiendum putat, erit εἰρωνεία in censoriam Claudij seueritatem. Si referendum ad proxime præcedens dicterũ, quid si legas, Hic nos scurra Cæsar regit, ut sit alicuius Mimi clausula.

Tandem Ioui uenit in mentem priuatis.) Fortassis legendum, primateis intra Curiam moranteis sententiam dicere n. disp. Vt intelligas uoluisse Iouem senatores primæ autoritatis sententiam dicere omissa ista pedariorum senatorum disputatione.

Homo quantum uia sua fert.) Ostendimus aliàs quo sensu sit accipiendum, id, quantum uia sua fert, qui tamen præcedit, homo, quid si legas quantumuis uafer & qui semper uidet, ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω, hoc est simul ante & post. Quæ Græca uerba restituimus ex uestigijs quæ erant in codice manuscripto. Clausula est qua Homerus sæpe utitur. Vt Iliados A. & rursum Iliados Γ,

ἅμα πρόσω Θ ὀπίσω

οἵστ' ἀγορὴν μετέπειτα ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω Et Iliados Σ.

ὅ γὰρ οἶος ὄρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. De polydamente loquitur.

Quod in foro iuuat.) Non dubito quin hic legendum sit uiuat non iuuat.

Nota

Notat autem quempiam qui consul factus erat ex numero Nummulariorum assidue in foro uersantiũ. Nam qui inter homines uersant, plus eloquentiæ plerunq; habent. Iam fama minimum fecit.) Exemplar manuscriptum nimium habet non minimum. Fortassis legendum, mimum fecit. Vt sit sensus. Adeo uulgaris res esse cœpit etiam immeritos inter deos consecrare, ut scenicis ludis argumentũ subinde præbeat. Nam quid est aliud hic Senecæ ludus de apotheosi Claudij, quàm mimus quidam.

Iam fama minimum fecit.

Significat autem mimus modo histrionem actorem, modo carmen ipsum siue fabulam. Sic Laberius mimum quendam, ut autor est Gellius, Cophinũ inscripsit, alium Alexandriam, alium Fullonem. Huiusmodi mimus fuit Laureolus quẽ Catulus Mimographus ædidit, in quo iudex agebatur in crucẽ. Laureoli mimi Iuuenalis & Martialis meminerunt, & Tranquillus in Caio Caligula his quidẽ uerbis: & quũ in Laureolo Mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinẽ uomuit, ut plures secundarũ certatim experimentũ artis darent, cruore scena abundauit. Quem locũ sic opinor legi debere, in quo actor prorepens è ruina, sanguinem uomuit, plures secundarum, Et quæ sequũtur. Iam arbitror liquere quid sibi Septimius Tertullianus omnis antiquitatis peritissimus uelit, quũ in libro quo aduersum Valentinianos pugnat, sic scribit, de Enthymesi illa Valentinianorum loquens, Ita depulsa, inquit, quo minus pergeret, nec habẽs superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catuli Laureolum fuerit exercitata, ut destituta, ut passioni illisa, in trica multiplici atq; perplexa, omni genere eius cœpit adfligi. Vult enim dicere Enthymesin nõ fuisse exercitatam in scena, in agenda fabula illa quam Catulus Mimographus Laureolũ inscripsit, in qua Iudex in crucem agebatur. Alioqui si illam scenicorum histrionum in repræsentanda in crucem acti præsidis fabula dexteritatem habuisset, fortassis crucem superuolasset, id est, Horon.

Laureolus. Mimus. Catulus. Mimographus. Suetonij locus.

Tertulliani locus expositus.

Etiam pessimum quemq; illum affectare.) Hæc clausula non est in codice Vuissenburgensi.

Ex his qui ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν) id est agrorum fructu uescuntur. Restituimus hunc locum manuscripti libri uestigijs adiuti. Est autem apud Homerum Iliados Z

ἀνδρῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσ' ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν.

Aut ex his quos alit (ζείδωρος ἄρουρα) hoc est frumentiferũ rus. Et hunc locum eruimus

Est autem hæc clausula apud Homerum frequenter obuia, Vt Odysseæ I.

κεῖε γὰρ κυκλώπεσσι φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

ζείδωρος ἄρουρα

Est uerò ζείδωρος terræ epithetum.

Eum dedi laruis. Sed proximo mun. inter nouos autoratos.) Reposuimus ex manuscripto codice pro dedo, dedi. Et pro noxios, nouos. Porrò sententia adhuc est imperfecta, nisi pro sed legamus, & prox. Sic autem restitui debet, Qui contra hoc S. C. deus factus, ductus, pictusue erit, eum dedi laruis, & proximo munere inter nouos autoratos, ferulis uapulare placet. Nam ad hoc uerbum placet in fine, etiam superiora referri debent. Ex hoc loco ueterem spectaculorum morem animaduertere licet, quo ferulis uerberabãtur qui nuper se Lanistis addixissent: nam hos uocat autoratos, ubi rudes adhuc primum in harenam prodissent. Solent autem in nulla non arte ludicro aliquo tentari rudes. Sic mos tentandi nouos scholasticos Athenis obseruatus narratur in uita Magni Basilij, de Basilio & Gregorio Nazianzeno.

Tyrones primũ tentantur.

Cos. numulariolus. Hic quæstu se sustinebat, uendere ciuitatulas solebat. Ad hoc uelle accessit Hercules.) Hunc locum ausim iurare corruptissimum esse. Nam istæ dictiones, Ad hoc uelle, planè portenta quædam sunt mendarum. Diu hic laborauí, nec quicquam uenit in mentem quod prorsus probem. Inter cætera, uisum est legi posse, Cos. numulariolus, hic quæstu se sustinebat, uendere ciuitatulis solebat olei culleos. Accessit Hercules &c. Tum uidendum an pro nummulario legendum sit, culleariolus. Sed hæc coniectura esto.

Sitq; necesse è R.P.) Castigauimus, Sitq; è R.P.

Qui cum Romulo possit feruentia reparare.) Exemplar manu scriptum habet,

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

E rhombo ferentia rapa uorare.

Qui è Romulo possit ferentia rapta notare. Ego castigaui uorare. Cæterum uidendum an pro Romulo scribēdum sit rhombulo, Vt hic sit sensus. Expedire esse aliquē qui ferentia rapa uoret è rhombulo, hoc est uase eius figuræ cuius est rhombus. Fieri potest ut huiusmodi uase peculiariter usus sit Claudius. Boletorum & similium ciborum quibus & rapa annumerari possunt, auidum illum fuisse Suetonius tradit.

Et uidebatur Claudius sententiam uincere.) Vetustior codex habet sententia. Conjicio scriptum à Seneca fuisse, Et uid. Clau. una uincere, subaudi sententia. Pars Claudio fauentium uno tantum calculo uincebat partem diuersam. Attende Claudium paucis fuisse probatum.

Canis exta edit.

Quàm canis frustum abscidit.) Emendaui, Quàm caneis excidit, exemplar manuscriptum secutus. Videtur autem Claudius canibus exectis delectatus fuisse. Porrò quādo manuscriptum exemplar mire corruptum est, suspicari libet hic scriptū fuisse, exta edit pro excidit, ut sit ad Græcum prouerbium allusio κύων παρ' ὀντέροις, id est, Canis iuxta intestina.

Sed quid ego de tot actibus iuris dicam.) Fortassis legendum, de tot præstantibus uiris, Aut de dodrantibus usuris.

Prouerb. Iræ morbus ægre senescit.

Nam τῆς ὀργῆς ægre senescit ἡ νόσος.) Hunc locum maximo labore restitui, quod Græca latinis literis essent scripta, & latina non minus deprauata forent quàm Græca, hoc modo, Nam & siphormea græce nescit ego scio. Sensus est iræ morbus ægre senescit. Reddit rationem Augustus cur domestica mala potius cōmemorare uelit, quàm publica. Alludit ad prouerbium, Ira omnium tardissime senescit, quod Græci dicunt ὀψὲ θυμὸς ἐσ χατον γηράσκει, id est, ira postremum senescit.

Πυργοπολεινικης

Πυργοπολινίκης iste quem uidetis.) Et hoc uerbum ex qualibuscunq; uestigijs reposui, Thrasonicum nomen est, ab expugnatis arcibus & oppidis deductum, quo gloriosum militem Plautus uocauit, Notatur autem hic Claudius qui potentiam suam in miseros & qui resistere non possent, ostendere uoluerit.

Videris Iuppiter an in tua certe mala.) Codex uetustior habet, uideris Iup. an in causa certe in tua. Scriptum opinor à Seneca, Videris Iupiter non mea mala, certe in tua, si hic inter nos futurus est.

Vni Vulcano crus fregit, quē ἓν ἁ ποδὸς τετάγων ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. Et iratus fuit ux.) Sic nos hunc locū restituimus præsidio manuscripti codicis. Nam uerba quæ in priore æditione legebantur, Et in Lemnon cœlo deturbauit, nō extinxit, doctus aliquis adiecerat ut lacunam Græci carminis expleret. Versus est apud Homerum Iliados A. quem sic reddere possis, Arreptum pede de magno deiecit Olympo.

Cogitate P.C.) Hæc uerba & quæ sequuntur usq; ad eam sententiam quæ incipit, Hunc nunc deum facere uultis: non erant in codice Vuissenburgensi.

Quis credet in eum?) Exemplar manuscriptum habet, Quis credet? Dum tales deos facitis.

Intra diem terras.) Vetus liber habet infra diem tertium. Opinor legendum, intra diem terra.

Aeneatores.

Omnisq; generis sonatorum.) In exemplari manuscripto legitur senatorum pro sonatorum. Ego castigaui Aeneatorum. Sunt autem Aeneatores, tubicines, quod tubæ ex ære fiant.

P.R. ambulabat tanq; liber.) Vetus codex habet ambulat. Malim iubilat siue iubilabat,) Tanquam qui tum max. reui.) Hic erat in uolumine Vuissenburgensi lacunula quædam. Verbum reuiuiscerent, integre erat perscriptum.

Nenia anapæstis. ἐπινήσασις. ἄνησις.

Ingenti enim ἐπινήσασι χορικῶς Nenia cantabatur Anapæstis.) Hæc uerba nos utcūq; eruimus è uestigijs quæ erant in exemplari manuscripto, per ἐπινήσασιν, uocis contentionem intellige. Cuius contrarium est ἄνησις.

Fingite luctus.) In libro ueteri est, fugite mugitus. Opinor legendū, Iungite questus.

Cordatus homo.) Volumē manuscriptum habet cordatus iano. Proinde censeo scribendum cordatus Sino, nam præcedentis dictionis ultimum elementum est s. Vt ad Sinonem Virgilianum sit allusio.

Dominus

Dominus domini.) Non est in codice Vuissenburgensi.

Centiceps.) Hic paulo diuersam lectionem liber manuscriptus cōtinet, nempe hanc. Centiceps. Pusillum superturbatur (album canem in delitijs habere consueuerat) ut illum uidit canem nigrum, uilliosum. Sanè nunq; uelis tibi in tenebris occurrere.

Claudius Cæsar uenit.) Vetus, & magna uoce Claudius, inquit, ueniet. Cum plausu, &c. Nam duæ istæ dictiones, ecce extemplo illic non habentur.

Procedunt cantantes.) Ex notulis imperfectis literarum Græcarum quæ erant in libro ueteri, nihil potui certi colligere. Forte θρηνώδη Neniam χορικῶς legendū. Sed hæc coniectura esto.

Hic erat Cos.) Mira hic diuersitas exemplaris, quæ plerunq; solet accidere in proprijs nominibus. Primum erat lacunula, deinde pro Iunio prætore, unus prætorius, pro Tralliano, Trallius, pro Coriotecto, Cottatectus, postremo pro Fusidio Fabius. Medius erat in hac cantantium turba noster Pantomimus.) Sic & in codice manuscripto legitur. Nos tamē pro noster substituimus Nestor. Nam indubiè locus hic de M. Nestore est intelligendus, cuius semel atq; iterum in uita Cai Caligulæ meminit Suetonius, adamatum ab illo tradens.

M. Nestor Pantomimus.

Quem Claudius decoris causa.) Nescio an sit legendum Caius, ut intelligas Nestorem amasium ex obeso graciliorem factum.

Conuolarant primum omnium.) Vetustus liber habet, Conuolarunt omnium liberti, Fortassis scribendum, Conuolarunt obuiam liberti.

Myron, Ampeus Ampyronas.) Hic rursus nominum diuersitas & alius ordo. Pro Ampyrona Arropas est in codice manuscripto, & pro Pherona Pheronattus.

Quos omnes Claudius.) Volumen antiquum habet, Quos Claudius omnes nec ubi imperatus esset, permiserat. Quem locū doctus aliquis castigare uolens, Senecæ mentem non est assecutus, quem opinor sic scripsisse. Quos Claudius omneis, uelut ibi imperaturus esset, præmiserat.

Exclamat.) E uestigijs hic Græcorum dictionum quæ libellus manuscriptus continet, nihil eruere potui, nisi si quis scriptum fuisse putet, πάντας φίλους ἐρῶ, id est omneis amicos uideo.

In ius eamus.) In codice Vuissenburgensi tantum est, eamus, & loco duarum dictionum præcedentium erat dimissa lacuna. Nec est sellas sed stellas. Nomine sellarum intelligantur subsellia iudiciaria. *σελλη* Græci uocant columnam sepulchralem, in qua ponitur inscriptio.

Equites Romanos.) Hunc locum sic arbitror legi debere, Equites Romanos CCXXI. Cæteros ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε, id est innumeros, quorum uidelicet numerum non minus difficile sit inire quàm aut arenæ aut pulueris. Est Iliados 1.

ἠμὲν νίσσομαι ὅσσα λοΐη ὅσσα ψάμαθός τε κόνισσε.

ὅσσα ψάμαθός τε κόνισσε.

Exterritus Claudius o.u.c.u.a.p. qui se defenderet.) Hæc uerba non sunt in codice Vuissenburgensi.

Si minus dij latura fecissent.) Hic locus deprauatissimus multum mihi negocij exhibuit. Liber manuscriptus habet, si uni dij laturam fecissent. Conijcio legendum, Semideilaruam facesseret, id est abijceret, subaudi Claudius. Nam sic & Liuius hoc uerbo facesso utitur.

Semideilaruam facesseret

Nonnunquam Sisyphum.) Hæc clausula non erat in codice Vuissenburgensi.

Aliquando Ixionis m.r. sufflaminandam.) Quid si leges sublaminandam, à lamina deducto uerbo.

Non placuit ullis ex ueteranis.) Vetustus libellus non habet hæc duo uocabula, ex ueteranis, sed horum loco lacunam.

Pœnam excogitari deb. institu.) In manuscripto uolumine legitur, constitui debere, excogitandum illi.

Alicuius cupid. specimen sine effectu.

Et alicuius cupiditatis, spes sine fine effectus.) Propemodum certus sum sic scripsisse Senecam, Et alicuius cupiditatis specimen sine effectu.

Habes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habes candide lector annotatiunculas nostras in Senecæ libellũ, quantũ quidem in ista temporis angustia scribere licuit. Porrò gratulandũ est bonis studijs quod quẽadmodũ cętera Senecæ opera maximis Erasmi nostri sudoribus adamussim castigata, nunc in lucem prodeunt, sic & hoc opusculum aliquanto factũ emendatius & magis quàm antè scholijs illustratum unà cum illis in publicum exit. Quæ res absq; labore confecta non est. Bene Vale. Basileæ, Calen. Februarijs An. M. D. XXIX.

Quod sequitur opusculum sine controuersia non est Senecæ, licet admixta sint permulta ex eius libris decerpta, studio hominis Christiani. Nam in ipso statim initio occurrit. Scire debes, quia sunt. Ac mox, ex rebus transitorijs. Rursum Cap. de Continentia, à corpore ad spiritum. Mox in eodem. Scito quia prosuit, & scito quia prodesse uoluit. Hæc nimirum christianismum olent. Nec tamen eiusdem hominis uidetur consarcinatio. Nam appendix de moderatione singularum uirtutum ineptior est superiore parte. Caput de prudentia moderanda, deijs temperantia tam erant in exemplaribus uaria, ut palam esset id studio factum. Comperi totum opus, mire depravatum, sed codice descripta ferè omnia restitui.

LVCII ANNEI SENECAE DE QVATVOR VIRTVTIBVS. LIBER VNVS.

QVATVOR uirtutum species multorum sapientũ sententijs diffinitæ sunt, quibus animus humanus componi ad honestatem uitæ possit. Harum prima est prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iustitia. Singulæ tibi in his officijs quæ subsunt annexæ sunt, ac bene moratum uirum efficiunt.

De Prudentia.

QVisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte uiues, si omnia prius existimes & perpenses, & dignitatem rebus non ex opinione multorũ, sed ex earum natura constituas. Nam scire debes quia sunt quæ uideantur esse bona, & non sunt. & sunt quæ uideantur non bona esse, & sunt. Quæcũq; autem ex rebus transitorijs possides non mireris, nec magnum existimes quod caducum est: nec apud te quæ habes tanq; aliena seruabis, sed pro te tanquam tua dispenses & utaris. Si prudentiam amplecteris ubiq; idem eris, & prout rerum ac temporum uarietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, sicut manus quæ eadem est cum in palmam extenditur, & cum in pugnum astringitur. Prudentis prorium est examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. De dubijs non diffinias, sed suspensam teneas sententiam. Nihil inexpertum affirmes, quia non omne uerisimile statim uerum est, sicut & sæpius quod primum incredibile uidetur, non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacij ueritas retinet. Crebro mendacium specie ueritatis occulitur. Nam sicut aliquando tristem frontem amicus, & blandam adulator ostendit, sic uerisimilitudine coloratur ueritas, & ut fallat uel surrepat, coloratur. Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totũ ante conspicies. Nam qui prudens est non dicit, non putaui quidem hoc fieri, quia non dubitat, sed expectat: nec suspicatur, sed cauet. Cuiuscũq; facti causam require, cum initia inueneris, exitus cogitabis. Scito te in quibusdam debere perseuerare, quia cœpisti, quædã uerò nec incipere, in quibus perseuerare sit noxium. Prudens fallere nõ uult, falli non potest. Boni est uiri etiam in morte neminem fallere. Opiniones tuæ iudicia sint. Cogitationes uagas & inutiles & uelut somnio similes non recipies, quibus si animus tuus se oblectauerit, cum omnia disposueris tristis remanebis: sed cogitatio tua stabilis & certa sit, siue deliberet, siue quærat, siue contempletur, non recedat à uero. Sermo quoq; tuus non sit inanis, sed aut suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut præcipiat. Laude parce, uitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio, ut immoderata uituperatio. Illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est, Testimoniũ ueritati, non amicitiæ reddes. Cũ consideratione promitte, plenius quæ promiseris præsta. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina, futura præuide, præterita recordare. Nam qui nil de præterito cogitat, perdit uitam, qui nil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo

animo tuo futura mala & bona, ut illa sustinere possis, et ista moderari. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato, & requies ipsa plena sit sapientiæ studijs & cogitationibus bonis. Nam prudens nunquam otio marcet. Habet autem aliquando remissum animum, nunquam solutum. Accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit, exæquat ardua. Scit enim quid qua uia aggredi debeat, & cito singula, & distincte cuncta uidet. Consiliũ peritorũ, ex apertis obscura æstimat, ex paruulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Non te moueat dicentis autoritas, nec quis, sed quid dicat intẽdito. Nec quàm multis, sed qualibus placeas cogita. Id quære quod inuenire possis. Id disce quod potes scire. Id opta quod optari coràm bonis potest. Nec altiori te rei imponas in qua tibi stanti tremendũ, ascendenti cadendum sit. Consilia tibi salutifera aduoca, Cum tibi alludit uitæ prosperitas, tunc te uelut in lubrico retinebis, ac sistes, nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspicies quò eundem sit, uel quousque.

De magnanimitate.

MAgnanimitas uerò quæ & fortitudo dicitur, si insit animo tuo cum magna fiducia uiues liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonum est non uacillare, constare sibi, & finem uitæ intrepidus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi cõtumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: & cũ illum in potestate tua uideris, uindictã putabis uindicare potuisse. Scito enim honestũ & magnum genus uindictæ esse ignoscere. Neminem susurro appetas, neminem suffodias, palam aggredere, non geres conflictum nisi indixeris, nam fraudes & doli imbecillum decent. Eris magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides, ut timidus, nam nil timidum facit animum, nisi reprehensibilis uitæ conscientia. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

De continentia.

COntinentiam uerò si diligis, circuncide superflua, & in arctum desideria tua constringe. Considera tecum quantum natura poscat, & non quantum cupiditas expetat. Si continens fueris, eo usq; peruenies, ut teipso contentus sis. Nam qui sibijpsi satis est, cum diuitijs natus est. Impone concupiscentiæ tuæ frenum & modum, omniaq; blandimenta quæ occultam uoluptatem trahunt, reijce. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Obserua ne in conuiuio aut in qualibet uitæ communitate, quos non imitaberis damnare uidearis, nec præsentibus delitijs inhærebis, nec desiderabis absentes. Victus tibi ex facili sit, nec ad uoluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet, non sapores. Desideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes, ut desinant, atq; quasi ad exemplar compositus diuinum, à corpore ad spiritum quantum †potes te festina reducere. Si continentiæ studes habita nõ amœne, sed salubriter, nec dominum esse uelis notum à domo, sed domum à domino. Nõ tibi ascribas quod non eris, nec quod es, nec maius quàm es uideri uelis. Hoc maius obserua, nec pauper tas tibi immunda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida: & si tibi res exiguæ sunt, non tamen sint angustæ. Nec tua defleas, nec aliena mireris. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam accidant, nec quenquam alium uereberis plus quàm te. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A uerbis quoque turpibus abstineto, quia eorum licentia imprudentiã nutrit. Sermones utiles magis quàm facetos & amabiles ama, rectos potius quàm obsecundantes. Miscebis interdum serijs iocos, sed temperatos, & sine detrimento dignitatis ac uerecundiæ. Nam reprehensibilis risus est si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibilem quoq; hominem facit risus, aut superbus, aut clarus, aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo ipsos iocos exigis, hoc quoq; cum dignitate sapientiæ gere, ut te nec grauent tanquam asperum, nec contemnant tanquam uilem. Non erit tibi scurrilitas, sed grata urbanitas. Sales tui sint sine dente, ioci sine †uilitate, risus sine cachinno, uox sine clamore, incessus sine tumultu, quies tibi non desidia erit, & cum ab alijs luditur, tu sancti aliquod honestiq; tractabis. Si continens es, adulationes euita, sitq; tibi tam triste laudari à turpibus, quàm si laudaris ob turpia. Lætior esto quoties

al. potest.

al. utilitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

displices malis, & malorum de te existimationes malas, ueram tui laudationem ascribe, Difficilimum continentiæ opus est, assentationes adulatione repellere, quarum sermones animum uoluptate resoluunt. Nullius per assentationem amicitiam merearis, nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Non eris audax nec arrogans, submittes te, non proijcies grauitate seruata. Admoneberis libenter, & reprehenderis patienter. Si merito obiurgabit aliquis, scito quia profuit, Si immerito, scito quia prodesse uoluit. Non acerba sed blanda timebis uerba. Esto uitiorum fugax ipse, aliorum uerò neque curiosus scrutator, neque acerbus reprehensor, sed sine exprobratione correptor, ita ut admonitionem hilaritate præuenias, & errori facile ueniam dato. Nec extollas quenquam neq; deijcias. Dicentium esto tacitus auditor, audientium promptus receptor. Requirenti facile responde, contemnenti facile cede, nec iurgia execrationesq; discedas. Si continens es, animi tui motus corporisq; observa, ne indecori sint. Nec illos ideo contemnas quia latent, nam nil differt, si nemo uideat, cum tuipse illos uideas. Mobilis esto, non leuis, constans non pertinax. Alicuius rei scientiam habere te, nec ignotum sit, nec molestum. Omnes tibi pares facies, sed inferiores superbiendo non contemnes. Superiores recte uiuendo non metuas. In reddenda officiositate, neque negligens, neque exactor appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Seuerior esto in iudicio quàm
al. cultu. in sermone: uita quàm † uultu: cultor clementiæ: detestator sæuitiæ: bonæ famæ neq; tuæ seminator, neque alienæ inuidus. Rumoribus, criminibus, suspitionibus minime credulus uel malignus, sed potius his qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt, oppositissimus. Ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus & humilis, occultator uirtutum sicut alij uitiorum. Vanæ gloriæ contemptor, & bonorum, quibus præditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari sermonis ipse, sed loquentium patiens. Seuerus non sæuus, sed hilarem non aspernans. Sapientiæ cupidus & docilis, quæ nosti sine arrogantia postulanti imparties, quæ nescis sine ocultatione ignorantiæ tibi postula impartiri. Non conturbabit sapiens mores publicos, nec populum in se uitæ nouitate conuertet, Iustitiæ post hæc uirtus est.

De Iustitia.

QVid est iustitia, nisi naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta. Iustitia non nostra constitutio, sed diuina lex est, & uinculum societatis humanæ. In hac non est quod æstimemus quid expediat, expetit tibi quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo hanc sectari desideras, Deum time prius & ama, ut ameris à Deo. Amabilis eris deo, si in hoc illum imitaberis, ut uelis omnibus prodesse & nulli nocere. Et tunc te iustum uirum appellabunt omnes, sequentur, uenerabuntur, & diligent. Iustus enim ut sis non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis, nam nil nocere non est iustitia, sed abstinentia alieni est. Ab his ergo incipe ut non auferas, ut ad maiora proueharis, & alijs ablata restituas. Raptores quoq; ipsos ne alijs timendi sint,
al. prohibe. castiga & † cohibe. Ex nulla uocis ambiguitate controuersiam nectes, sed animi qualial. confirmes. tatem speculare. Nihil tibi interfit an † firmes, an iures. De fide & religione scias agi ubicunq; de ueritate tractatur, nam si iureiurando deus inuocetur, & nõ inuocanti testis est, tamen non transies ueritatem, ne iustitiæ transeas legem: Quod si aliquando coarcteris uti mendacio, utere non ad falsi, sed ad ueri custodiam, & si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusaberis, quia ubi honesta causa est, iustus secreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur, atq; illi aperta & secura tranquillitas, ut dum alij uincantur à malis, uincantur ab illo mala. Hæc ergo si studere curaueris, lætus & intrepidus cursus tui finem expectabis, prospicies hæc tristia huius mundi hilaris, tumultuoso quietus, extrema securus.

De mensura & moderatione prudentiæ.

HIs ergo institutionibus obseruatis, quatuor uirtutum species perfectum te facient uirum, si mensuram rectitudinis earum æquo uiuendi fine seruaueris. Nam si prudentia terminos suos excedat, callida & pauida commiseris, inuestigatur latẽtium & scrutator

& scrutator qualiumcunq; noxarũ ostenderis, notaberis timidus, speciosus, attentus. Semper aliquid quærẽs, semper aliquid timens, semper aliquid dubitans, & subtilissimas suspitiones suas ad animi tui apprehensionem impinguas, monstraberis digito astutia plenus, uersipellis & simplicitatis inimicus, contemplatorq; culparum, & postremo uno nomine uocaberis à cunctis, malus homo. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet, quicunq; in illa mediocri lance persistit, nec obtusum in se aliquid habeat, nec uersutum.

De moderanda fortitudine.

MAgnanimitas autem si se extra modum suum extollat, faciet uirum minacem, inflatum, turbidum, inquietum, & in quascunque extollentias dictorum, actorumq; neglecta honestate festinum, qui momentis omnibus supercilia subrigens, & bestiarius etiam quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed quamuis audax sit impugnator, tamen multa extra se ualentia ferre non poterit. Sed aut miserum appetit finẽ, aut erumnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

De modo temperantiæ.

COntinentia deinde his terminis te astringat, caue ne parcus sis, ne suspitiose & timide manum contrahas. Ne in minimis quoque speculum ponas. Nam talis & tam circumcisa utilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea continentiam obseruabis, ut nec uoluptati deditus, prodigus & luxuriosus appareas, nec auara tenacitate sordidus, aut obscurus existas.

Qualiter sit moderanda iustitia.

IVstitia postremo eo mediocritatis tibi itinere regenda est, ut nec ductu iupiter† leui al. leni. immoram semper animi rationem negligentia subsequatur. Dum neq; de magnis neq; de minimis errantium uitijs corrigendi curam geris, sed neq; licentiam peccandi, aut alludentibus tibi blande, aut illudentibus proterue permittis, neq; rursus nimia rigiditate, & asperitate, nil ueniæ aut benignitati reseruans, humanæ societati durus appareas. Ira ergo iustitiæ regula tenenda est, ut reuerentia disciplinæ eius, neque nimia negligentiæ communitate despecta uilescat, neque seueriori atrocitate diuturna, gratiam humanæ amabilitatis amittat.

Conclusio præmissorum.

SI quis ergo uitam suam ad utilitatem non tantum pariat, sed multorum inculpabiliter componere desiderat, hanc prædictarum uirtutum formulam pro qualitatibus temporum, locorum, personarum atq; causarum sequatur, eo mediocritatis insistens, quo per abrupta altrinsecus præcipitia, aut ruentem corporis deuitet insaniam, aut efficientem puniat ignauiam.

Libri de quatuor uirtutibus finis.

Gnomologia & hæc est, non ex Seneca tantum. Insunt Mimi, & Pythagoræ quædam, postremo fit mentio diaboli. Videntur quædam decerpta ex prouerbijs Solomonis.

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS DE MORIBVS LIBER VNVS.

OMne peccatum actio est. Actio autem omnis uoluntaria est, tam honesta quàm turpis, ergo uoluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem, nemo peccat inuitus. Educatio & disciplina mores faciunt, & id unusquisque sapit, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias, quod feciſſe uitiosum est, quia facta cernuntur, animus uerò non uidetur. Nulla autem laus est, non facere, quod facere non possis. Quid homini est inimicissimum? homo. Libenter feras, quod necesse est, dolor patientia uincitur. Expecta quo nunquam pœniteas. Non quàm multis placeas, sed qualibus studе. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias, quàm loquaris. Multos uitam differentes, mors iuncta præuenit. Itaque omnis dies uelut ultimus iudicetur. Tristitiam si potes, ne admiseris, sin minus, ne ostenderis. Amicos secreto admone, palàm autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lauda. Verba rebus non personis æstimanda sunt. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet persuaseris. Vt licentiosa mancipia animi imperio coërce, linguam, uentrem, & libidinem. Quod tacitum esse uelis, nemini dixeris. Si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquem odio nocentis, innocentiam perdere. Monstro similis est auaritia senilis. Quid enim stultius est quod dici solet, quàm uia deficiente uiaticum augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius nasci quàm uiuere? Quid dulcius quàm habere amicum, cum quo audeas ut tecum omnia loqui? Magnarum uirium est negligere lædentem. Quid sis interest, non quid habeas. Nondum es felix si te turba non deriserit. Si uis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere, & contemni. Priusquam promittas, deliberes, & cum promiseris, facias. Id agas, ne quis merito te oderit, & si nullos inimicos tibi facies iniuria, multos facit inuidia. Solitudinem quærat, qui uult cum innocentibus uiuere. Optimus ergo animus, & pulcherrimus cultor Dei est. Abstine bis ab alieno matrimonio. Præstabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem. Deuitabis crudelitatem, & ministram crudelitatis iram. Non aliter uiuas in solitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis, cum uitijs bellum. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam cæteros furere. Maximum in eo uitium est, qui non melioribus uult placere, sed pluribus. Vis omnibus esse notus? prius effice ut neminem noueris. Bonum est non laudari, & esse laudabilem. Stultum est timere quod uitare non potes. Male opinentur de te homines, sed mali. Malis displicere est laudari. Male de te loquuntur homines, bene autem loqui nesciunt, non quod merearis, sed quod solent ipsi. Homines de te mala loquuntur. Si merito, non quod loquuntur molestum est, sed quod non mentiuntur. Si immerito, innocentia mea nunc maxime gaudeo. Apparet enim enim illos uera obiecturos, si possent. Non es in patria tua. Patria tua est ubicunq; bene es, illud enim per quod bene est, non est in loco, sed in homine. Nihil magnum, nisi magno animo despicias. Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias. Quis plurimum habet? is qui nimium cupit. Quid est dare beneficium? deum imitari. Honestius est cum iudicaueris amare, quàm cum amaueris, iudicare. Dissensio ab alio incipiat, à te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, imò occurre. Amicos secundæ res parant, aduersæ certissime probant. Pelora sunt tecta odia quàm aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit quàm tacitus. Mira ratio est quæ non uult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignosci amat, qui quod, odit ostendit. Eleemosyna non tam accipientibus quàm dantibus prodest. Et spes præmij solatium sit laboris. Quæ est maxima egestas? auaritia. Pecuniæ imperare oportet non seruire. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris quàm temetipsum. Alium potes effugere, te autem nunquam. Quis est pauper? qui sibi uidetur. Qui à multis timetur, multos timet. Infelicem erige, submitte felicitatem. Vera felicitas, innocentia est. Nequitia ipsa sui pœna est. Mala conscientia sæpe tuta est, secura nunquam. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. Beneficij accepti nunquam oportet obliuisci, dati protinus. Inhonesta uictoria est suos uincere. Satis est pœnarum, potuisse puniri. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exerce moderate. Simultates depone. Imago animi sermo est. Qualis uir, talis oratio. Magna res est uocis & silentij temperamentum. Qui æquo animo malis immiscetur, malus est. Neminem laudaueris, neminem cito accusaris, semper puta te cum dijs testimonium dicere. Vitium est omnia credere, uitium nihil credere. Vtendum est diuitijs, non abutendum. Nullum putaueris locum sine teste. Excusationem quærere uitium. Fortior est qui cupiditatem uincit, quàm qui hostem subijcit. Est difficillimum seipsum uincere. Inique irascitur, qui suis irascitur. Amare sic incipe tanquam non liceat desinere. Magnarum rerum etiam si successus non fuerit, honestus est ipse conatus. Nobilitas animi est generositas sensus. Nobilitas corporis generosus animus. Honestior est quem senectus ad otium retulit, quàm quem in otio inuenit, & tunc incipiat laborare. Turpe spectaculũ præbet animus æger. Nunquam sit tristis facies tibi incommodo alterius. Homo sum, quomodo deuitabo secundarum rerum inuidiam? Si felicitatem iactaueris cum multis diues eris. Quomodo optime potentiam tuebor? impotentia occasionis. Locũ tenet innocentiæ proximum confessio. Vbi confessio, ibi remissio. Iræ seueritas in uitio est. Boni iudicis est dispensare, non tantum quid damnandum sit, sed quatenus. Proximus iustitiæ modus seueritas. Quietissimam uitam agerent homines in terris, si hæc duo uerba à natura omnium rerum tollerent, meum & tuum. Qui paupertatem timet, timendus est. Vires tuas amici magis sentiant beneficijs quàm iniurijs. Pecunia non satiat auaritiam, sed iritat. Homo semper indigens pecunia, scit cum eius moribus conuenire. Mihi crede, non potes diues esse, & felix. Auribus frequentius quàm lingua utere. Quicquid dicturus es antequam alijs dixeris, dicito tibi. Nihil interest inter iratum & insanum, nisi unus dies. Alter non semper irascitur, alter semper insanit. Facilime bonis frueris, si ea uitaueris quæ uituperaueris. Cum alienos timueris, teipsum uerere, nam sæpe sine alijs esse potes, sine te nunquam. Si bene te instruxeris, pudeat deteriora facere. Quod persuaseris erit diuturnum, quod coëgeris, erit in occasione. Alteri semper ignoscito, tibijpsi nunquam. Tantum ad uirtutem adijcies, quantum ex uoluptate abstraxeris: stultum est somno delectari, & quasi mortem moliri. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi cum alijs maledicunt, sibijpsis conuitium faciunt. Nihil turpius quàm qui obijcit alteri sibi obijciendum. Vt licentiosa mancipia, animi imperio rege, linguam, libidinem, uentrem, cupiditatemq; comprime, si non potes, paululum remitte. Sæpe ea quæ sanari ratione non poterant, sanata sunt tempore. Qui propter pecuniæ amorem & libidinum moritur, ostendit se nunquam sui causa uixisse. Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor per uerba discutitur. Sic habita, ut potius laudetur dominus quàm domus. Consuetudinaria res est innocentia, non damnatio, sed causa hominem turpem facit. Merito damnari pœna est, damnatio immerita damnantis est calamitas. Si aliquid cogitaueris, cito apparebit conuersantibus. Videri uis ab omnibus, nunquam bonæ honestatis simulatio longa est. Quod de alienis tractas, ex tuis iudices. Multi sunt obligandi, pauci offendendi, nam memoria beneficiorum facilis est iniuriarum tenax. Obiurgationi semper aliquid blande admisce, facilius enim penetrant uerba quæ molli uadunt uia, quàm aspera. Nemo enim se mutat, qui mutari se desperet. Quoties scribens aliquid dicturus es, scito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in seruos irascitur & crudelis est, satis ostendit potestatem aduersus alienos sibi defuisse. Qui nescit tacere, nescit loqui. Facilius est pauperi contemptum effugere, quàm diuiti inuidiam. Bonus fruitur bona conscientia. Malis hominibus tutissimum est cito fugere. Nulla pusilla domus quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remissio. Nunquam sceleri scelere uincendum est. Bonus uir est, qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non uelit, sed etiam non possit. Regnantibus peius multo periculum, quàm his qui iudicantur, hij enim singulos timent, illi uniuersos. Nunquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid diues in opibus suis gloriabitur, cuius spem fur uel tyrannus abrupit? Nunquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnunquam indignis & miserabilibus seruiens? Diabolus aliquando se gloriabitur interfectorem tuæ misericordiæ, nunc intergemiscit, socios tuæ beatitudinis. Fugienda sunt omnibus modis, & abscindenda igni ac ferro, totoq; artificio separanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à ciuitate seditio, à domo discordia, à cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam amicorum omnia esse communia, & amicum seipsum esse alterum. Duorum temporum maxime habendam curam, & eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus: post Deum ueritatem colendam, quæ sola homines Dijs proximos facit.

Libri de moribus finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI HIERONYMI DE SENECA TESTIMONIVM.

IVcius Anneus Seneca Cordubensis Photini stoici discipulus, patruus Luciani poëtæ, continentissimæ uitæ fuit. Quem non ponerem in catalogo sanctorum nisi me illæ epistolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister & illis temporibus potentissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium quàm Petrus & Paulus martyrio coronarentur, à Nerone interfectus est.

LECTORI ERASMVS ROTER. S.

His epistolis non uideo quid fingi possit frigidius aut ineptius, & tamen quisquis fuit autor, hoc ægit, ut nobis persuaderet Senecam fuisse Christianum. Diuus Hieronymus non ignarus fuci, abusus est simplicium credulitate, ut Senecæ libros, lectu cũ primis dignos cõmendaret Christianis, qui tamen maiore cum fructu legentur, si legantur ut hominis pagani, quemadmodum initio præfati sumus. Cum autem hæc scribantur clanculũ inter ipsos, quam nihil est in Paulinis epistolis illo Pauli spiritu dignum, quam uix usquam audias nomen Christi, quum ille non soleat aliud crepare quàm Iesum Christum. Deinde illum fortissimum Euangelij propugnatorem, quàm facit in his epistolis formidolosum. Obiurgat Senecam quod Neroni indicarit epistolas ipsius, quas in hoc scripserat, ut in omnibus ecclesijs legerentur, atque adeò seipsum redarguit Apostolus, quod epistolis suis nomen suum soleat subscribere, & huc scilicet allegatur illud, omnibus esse placendum, & domino, nempe Cæsari gerendum morem. Paulus cuiquam placeret dissimulato Euangelio, quum multo ante Romanis misisset liberam ac prolixam epistolam? Aut hoc dõcuit Paulus celandum Christianismum, ut placeas impio domino? Deinde Seneca nuntiat Paulo, quod Cæsar immanibus supplicijs sæuiret in Christianos, quasi hoc Romæ cuiquã esset ignotũ. Adhæc si quid metuebãt, tutius poterant ore colloqui quàm epistolis. Nec Paulus amore euangelij grauatus fuisset, uel in Salustianos hortos uenire, si Seneca metuebat uenire Romã. Quanta copia, quãto affectu Paulus scribit uni Philemoni de re uulgari, et Senecæ tam celebri utroscribit, tam ieiune, tã frigide de amplectendo Christiũ, hoc est de re omniũ maxima? Quando uerò sic loqueretur Paulus, & si sors prospere annuerit. Non ausus est nominare Deum, quem Seneca paganus toties nominat in scriptis suis? Illud insignitæ cuiusdam stultitiæ est, quod Seneca mittit Paulo librum de copia uerborum, quo posthac melius scribat Romane. Atqui si Paulus nesciebat latine, poterat græce scribere, quum græce nosset Seneca. Qui cõuenit autem, ut cum Seneca doceat philosophi dictionem sententijs grauem potius, quàm uerbis ornatam esse debere, nunc in Paulo requirat Romani sermonis copiam. Illud omnium impudentissimum, quod cum faciat Senecam in apostolo desiderantẽ copiã et cultũ sermonis, tamen in his epistolis nihilo cultius scribit Seneca quàm Paulus. Sed pars est utriusq; balbuties, & sensum frigus atque ineptia. Saltem aliqua ex parte Senecæ phrasim æmulari debuerat, aliquid ex Paulinis epistolis effingere, uel uehementia & sublimitate dictionis. Scurrilis impudentia est sic facere loquentem Senecam: blesphemia est sic facere loquentem Paulum. Non dubito, quin uel mulio uel agaso Senecæ minus inepte fuerit scripturus. Paulo uerò quid est minus ieiunum aut somniculosum? Et tamen in has epistolas extant uerbosi commentarij. Quid his iudicijs cæcius? Hæc non admonerem nisi talibus impostoris nimium & in alijs triuhuant interdum Christiani. Iam uideamus quæ sit illa mirabilis sententia, quæ commouit Hieronymum, ut Senecam inseret catalogo sanctorum, in quo tamen commemorantur & Iudæi, & hæretici ab ecclesiæ consortio digressi. In epistola quæ præcedit penultimam ita scribit, Nam qui tutus est apud tuos locus, uelim ut sit apud meos meus. Hæc Hieronymus tribuit Senecæ modestiæ. atqui Paulus apud Christianos erat summo in pretio, utpote apostolus, qui plus omnibus laborauit. An Seneca optat talis esse apud suos, hoc est ethnicos? uerum hoc qui finxit, fortassis huc alludit, quod Tacitus refert, illum inuidia multorumq; criminationibus iam grauatum, egisse cum Nerone, ut opes ac dignitatem liceret ipsi resignare qui dederat. Sed quid refert magnus ne sit an humilis, modo sit apud idololatras: optare potius debuit, ut sibi liceret uelinter humiles Pauli discipulos numerari. Talis uox poterat illum commendare Christianis affectibus. Postremo si uerum est quod hæ fingunt epistolæ, quis unquam Christianus sibi fuit supplicij minister? Quis in uxore sua probauit ut citra necessitatem sibi mortem conscisceret. Sed in balneum calidum illatus quum iam deficeret, sparsit aquam sanguine mixtam, & Socraticum quiddam referens dixit: Hoc libo ioui liberatori. per iouem ut aiunt, liberatorem, uerum deum intelligens. Adeò ne moriens quidem ausus est nominare Christũ. Sed ego nimis multa de re nihili.

SENECA PAVLO SALVTEM.

CREDO tibi Paule nuntiatũ esse, quod heri cum Lucilio nostro de apocryphis & alijs rebus sermonẽ habuimus. Erant enim quidã disciplinarũ tuarũ comites nobiscũ. Nam in hortos Salustianos secesseramus, quo in loco occasione nostri aliò tendentes, hi de quibus dixi, uisis nobis adiuncti sunt. Certe tui præsentiã optauimus. Et hoc scias uolo, libello tuo lecto, id est, cum legissemus de plurimis aliquas epistolas, quas ad aliquã ciuitatẽ, seu caput prouinciæ direxisti, mira exhortatione uitã mortalẽ cõtinentes, usq; refecti sumus. Quos sensus nõ puto ex te dictos, sed per te, certe aliquando ex te & per te. Tãta enim maiestas earũ est rerũ, tantaq; generositate clarent, ut uix suffecturas putem ætates hominum, quibus institui perficiq; possint. Bene te ualere frater cupio.

SENECAE PAVLVS SALVTEM.

LIteras tuas hilaris heri accepi, ad quas rescribere statim potui, si præsentiam iuuenis, quem ad te missurus eram, habuissem. Scis enim quando, et per quem, & quo tempore, & cui quid dari committiq; debeat. Rogo ergo ne putes te neglectum, dum personæ qualitatem respicio, sed quod literis meis uos bene acceptos alicubi scribis, se licem me arbitror tanti uiri iudicio. Neq; enim hoc dicere cẽsor, sophista magister tanti principis, etiam omnium, nisi quia uere dicis. Opto te diu bene ualere.

SENECA PAVLO SALVTEM.

QVædam uolumina ordinaui, & diuisionibus suis statum eis dedi, Ea quoq; legere Cæsari sum destinatus, & si modo sors prospere annuerit, ut nouas aures afferat, eris forsitan & tu præsens. Sin aliâs, reddam tibi diem, ut inuicem hoc opus inspiciamus, & possim non ei prius edere hanc scripturam, nisi prius tecum conferam, si modo impune hoc fieri potuisset, ut scires & te non præteriri. Vale Paule charissime.

SENECAE PAVLVS SALVTEM.

QVotiescunque literas tuas audio, præsentiam tuam cogito, nec aliud existimo, quàm omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaq; uenire cœperis, inuicem nos de proximo uidebimus. Bene te ualere opto.

SENECA PAVLO SALVTEM.

NImium tuo angimur secessu, quid est, uel quæ res te remotũ faciunt? Si indignatio domini, quod à ritu & secta ueteri recesseris, & aliorsum cõuersus sis, erit postulandi locus, ut ratione factum, non leuitate hoc existimetur. Vale.

SENECAE ET LVCILIO PAVLVS SALVTEM.

DE his quæ mihi scripsistis, non licet harundine & atramento eloqui, quarum altera res notat & designat aliquid, altera euidenter ostendit, præcipue cum sciam inter uos esse, id est, apud nos, & in uobis qui me intelligant: honor habendus est omnibus, tanto magis quanto indignandi occasionem captant: quibus si patientiam demus, omnimodo eos quaqua parte uincemus, si modo hi sunt, qui pœnitentiam sui gerant. Bene ualete.

ANNEVS SENECA PAVLO & Theophilo salutem.

PRofiteor bene me acceptum in lectione literarum tuarum, quas Galatis, Corinthijs, & Achæis misisti. Et ita inuicem uiuamus, ut etiam cum honore diuino eas exhibeamus. Spiritus enim sanctus in te excelsior, & sublimior, & super te excelsos & sublimiores satis uenerabiles sensus exprimit. Vellem itaq; cum res eximias proferas, ut maiestati earum cultus sermonis non desit. Et ne quid tibi frater surripiam, aut conscientiæ meæ debeam, confiteor Augustum sensibus tuis permotum, cui lecto uirtutis in te exordio ista uox fuit, Mirari eum sic posse loqui, ut qui non legitime imbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, solere deos ore innocentium effari, aut eorum qui præuaricari doctrina quidem sua possunt, & dato ei exemplo Vaticani hominis rusticuli, cui cum duo uiri apparuissent in agro Reatino, qui postea Castor & Pollux sunt nominati, satis instructus uidetur. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

LIcet non ignorem Cæsarem nostrum rerum admirandarum si quando deficiet amatorem esse, permittes tamen te non lædi, sed admoneri. Puto enim te grauiter fecisse quod ei in notitiam perferre uoluisti, quod ritui & disciplinæ eius sit contrariũ. Cum & ille enim gentium deos colat, quid tibi uisum sit, ut hoc eum scire uelles non uideo, nisi nimio amore meo facere te hoc existimo. Rogo te de futuro, ne id agas. Cauendum est enim, ne dum me diligis, offensam domini facias. Cuius quidem offensa, nec oberit, si perseuerauerit, neque si non sit proderit. Si est regina, non indignabitur, si mulier est, offendetur. Bene uale.

SENECA PAVLO SALVTEM.

SCio te non tam tui causa commotum litteris, quas ad te de æditione epistolarũ tua rum Cæsari feci, quàm natura rerum, quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus & moribus rectis reuocat, ut non hodie admirer. Quippe ut is, qui multis documentis hoc iam notissimum habeam. Igitur noue agamus, si quid facile in præteritum iam factum est, ueniam irrogabis. Misi tibi librum de uerborum copia. Vale Paule charissime.

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

QVoties tibi scribo, & nomen meum tibi subscribo, grauẽ & sectæ meæ inconguentem rem facio. Debeo enim, ut sæpe professus sum, cum omnibus omnia esse, & idem obseruare in tuam personam, quod lex Romana honori senatus concessit, perlecta epistola, ultimum locum elígere, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrij fuerit. Vale deuotissime magister Data V. Cal. Iulij Nerone IIII. & Messala Consulibus.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule charissime. Putas me haud cõtristari, & non luctuosum esse, quod de innocentia uestra subinde sumuntur supplicia. Dehinc quod tã duros, tamq; obnoxios uos reatu omnis populus iudicet, putãs à uobis effici, quicquid in urbe contrarium fit. Sed feramus æquo animo, & utamur foro, quod sors cõcessit, donec in uitam felicitas finem malis imponat. Tulit & priscorum ætas Macedonem Philippi filiũ, & post Darium, Dionysium, nostra quoq; Caium Cæsarem. Quibus quicquid libuit, licuit. Incendium urbis Romana manifeste sæpe unde patiatur, constat. Sed si effari humanitas humana potuisset, quid causæ sit, & impune in his tenebris loqui liceret, iam omnes omnia uiderent. Christiani & Iudæi quasi machinatores incendij, supplicio affici solent. Grassator iste quisquis est, cui uoluptas carnificina est, & mendaciũ uelamentum, tempori suo destinatus est, & optimus quisq; unum pro multis donatũ est caput. Ita & hic deuotus pro omnibus igni cremabitur. Centum trigintaduæ domus, Insulæ quatuor, sex diebus arsere, septimus pausam dedit. Bene te ualere frater opto.
Data v. Calend. April. Apronio & Capitone Coss.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule charissime. Nisi mihi nominiq; meo uir tãtus & ad id delectus omnibus modis, non dico fueris iunctus, sed necessario mixtus, actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur uertex, & altissimorum omnium montium cacumen, noli latere, ita sim tibi proximus, ut alter similis tui deputer, haud itaq; te indignum prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tam tentare me, quàm ludere uidearis. Quippe cum scias ciuẽ esse te Romanũ. Nam qui tuus est apud tuos locus, uelim, ut apud meos sit meus. Vale mi Paule charissime. Data x. Cal. April. Apronio & Capitone Coss.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule charissime. Allegorice & ænigmatice multa à te usque quaque opera conduntur, & ideo rerum tanta uis & numeri tibi tributi, non ornamento uerborum, sed cultu quodam decoranda est: nec uereare quod sæpius te dixisse retineo, multos qui talia affectent sensus córrumpere, rerum uirtutes euiscerare. Cæterum mihi concedas uelim, latinitati morem gerere, honestis uocibus speciem adhibere, ut generosi muneris concessio, digne à te posit expediri. Bene uale. Data ij. Nonis Iul. Catone & Sabino Coss.

Paulus

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

PErpendenti tibi ea sunt reuelata, quæ paucis diuinitus concessit. Certis igitur ego in agro iam fertili semen sortissimũ sero, nõ quidem materiam quæ corrumpi uidetur, sed uerbum stabile dei deriuamentum crescentis, & manẽtis in æternum, quod prudentia tua assecuta est, indeficiens fore debebit, Ethnicorum Israhelitarumq; obseruationes censere uitandas. Nouum te autorem feceris, Christi Iesu præconijs ostendendo rhetoricis irreprehensibilem sophiam, quam propemodum adeptus regi temporali, eiusq; domesticis atque fidis amicis insinuabis, quibus aspera & incapabilis erit persuasio, cum plerique eorum minime flectantur insinuationibus tuis, quibus uitale commodum sermo Dei instillatus, nouũ hominẽ sine corruptela, perpetuam animam parit ad Deum isthinc properantem. Vale Seneca charissime nobis. Data Calendas Augusti. Latone & Sabino Coss.

ORATIO ANNAEI SENECAE QVA NERONI STVDVIT persuadere, ut sibi liceret omnem fortunam resignare. Ex Tacito.

QVartusdecimus annus est Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus, ut imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Vtar magnis exemplis, nec meæ fortunæ, sed tuæ. Atauus tuus Augustus, Mar. Agrippæ Mytilenense secretum, C. Mecœnati urbe in ipsa, uelut peregrinum ocium permisit, quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui quàm studia, ut sic dixerim, in umbra educata, è quibus claritudo uenit? quod iuuentæ tuæ rudimentis affuisse uideor, grande huius rei pretium. Attu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti, adeo ut plerunq; intra me ipse uoluam, ego ne equestri & prouincia li loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatijs, tam lato fœnore exuberat? Vna defensio occurrit, quod muneribus tuis obniti non debui. Sed uterq; mensuram impleuimus, & tu quantum princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à principe accipere. Cætera inuidiam augent, quæ quidem ut omnia mortalia, infra tui magnitudinem iacent, sed mihi incumbũt. Mihi subueniendum est, quomodo in militia aut uia, fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere uitæ, senex, & leuissimis quoq; curis impar, cum opes meas ultra sustinere non possim, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi, nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis horum aut illarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigij regimen, possumus seniores amici quiete respondere, hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa uexisse, qui & modica tolerarunt. Adque Nero sic fermè respondit. Et quod orationi tuæ statim occurram, id primũ tui muneris habeo, qui me non tantũ præuisa, sed subita expedire docuisti. Auus meus Augustus Agrippæ & Mecœnati usurpare ocium post labores concessit, sed in ea ipsa ætate, cuius autoritas tueretur, quicquid illud & qualecunq; tribuisset, attamen neutrũ datis à se præmijs exuit. Bellis & periculis meruerant. In his enim iuuentas Augusti uersata est. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, cõsilio, præceptis, pueritiam dein iuuentã meam fouisti. Et tua quidem erga me munera dum uita suppetet, æterna erunt. Quæ à me habes, horti & fœnus, & uillæ, casibus obnoxia sunt. Ac licet multa uideantur, pleriq; haudquaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Vnde etiam rubori mihi est, quod præcipuus charitate, nondũ omnes fortuna antecellis, uerum & tibi ualida ætas, rebusq; & fructui rerũ sufficiens, & nos prima impetrij spacia ingredimur, nisi forte aut te Vitellio ter Consuli, aut me Claudio præponis? Sed quantum Volusio longa parsimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin si qua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas, inorna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inornatumq; robur subsidio impensius regis? Non tua moderatio si reddideris pecuniam, nec quies si reliqueris principem, sed mea auaritia, meæ crudelitatis metus, in ore omnium uersabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur, non tamen sapienti uiro decorum fuerit, unde amico infamiam parit, inde gloriam sibi recipere. His adijcit complexum & oscula, facetus natura, & consuetudine exercitus uelare odium fallacibus blanditijs.

FINIS.

AD LECTOREM.

STudiosus aliquis cœperat, ex Publij Laberijq; Mimis insignes aliquot colligere sententias, nam hi duo mimographi magnam in hoc genere laudem olim tulerant, præcellebat tamen Publius. Sed incertum, an hic collector desliterit in litera N. an aliquis opus contaminarit. Nam ab hac nullum ferè carmen est. Etiam in cæteris admixtæ sunt sententiæ oratione soluta, ex Senecæ libris pleræque decerptæ. Versus aut senarij sunt iambici, aut trochaici tetrametri catalectici, paucissimi iambici tetrametri, quorum aliquot nomine Publij & Laberij referuntur, ab Aulo Gellio & Macrobio, nonnulli reperiuntur & apud Senecam, omnes prodigiose deprauati, quos maxima ex parte restituimus. Opusculum hoc Cantabrigiæ reperimus in membranis accurate descriptum, literis initialibus, colore & auro pictis, sed deprauatissime. Adiecti erant commentarij deum immortalem quàm absurdi. Neq; cœlum quod aiunt, neq; terram attingebant. Singulis commentariolis subiectum erat distichon hexametrum, eandem sententiam alijs scilicet uerbis explicans, ad ostentationem opinor opinor copiæ. Tales neniæ tum uiris etiam prælegebantur, talibus ineptijs discruciabantur ingenia puerorum. Et sunt hodieq; qui indignantur linguarum peritiam & bonas literas reuocatas in ludos literarios.

SENTENTIAE IVXTA literarum ordinem.

ALienum est omne quicquid optando euenit.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Animus uereri qui scit, scit tuto ingredi.
Auxilia humilia, firma consensus facit.
Amor animi arbitrio sumitur, nō ponitur
Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertiū.
Ad tristem partem strenua est suspitio
Ames parentē, si æquus est, si aliter, feras.
Aspicere oportet quod possis deperdere
Amici uitia si feras, facis tua.
Aliena homini ingenuo, acerba ē seruitus
Absentem lædit, cum ebrio qui litigat.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Auarus ipse miseriæ causa est suæ.
Amans quid cupiat scit, qd sapiat nō uidet
Amans quod suspicatur, uigilans somniat
Ad calamitatem quilibet rumor ualet.
Amor extorqueri non potest, elabi potest
Ab amante lachrymis redimas iracundiā.
Aperte cum est mala mulier, tum demum est bona.
Auarum facile capias, ubi non sis idem.
Amare & sapere uix deo conceditur.
Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.
Astute crines dū cælantur, ætas indicatur
Forte sic. Astute dum cælatur, se ætas indicat.

Auarus damno potius quàm sapiēs dolet.
Auaro quid mali optes, ni ut uiuat diu.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Alienum nobis, nostrum plus alijs placet.
Amare iuueni fructus est, crimen seni.
Anus cum ludit, morti delitias facit.
Amoris uulnus idem qui sanat, facit.
Ad pœnitendū properat, cito qui iudicat.
Amicos res opimæ parant, aduersæ probant
Forte sic legendum ut constet senarius
Amicum opimæ res parant, tristes probant. troch. est.
Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.
Amor ociosæ cura est sollicitudinis.
Arcum intēsio frangit, animum remissio
Videtur inuersus senarius. Constabit si legas,
Remissio animum frangit, arcum intensio.
Reliqua non sunt uersus in hac litera.
Aberrare à fortuna tua non potes, obsidette. *A. supereſt.*
A quocunq; descenderis, magno apparatu sequitur.
Acerrima uirtus est, quam ultima necessitas excutit.
Agat princeps curam, non tantum salutis, sed honestæ cicatricis. *A. supereſt.*
A duabus causis præstare princeps solet, si aut se uendicat, aut alium.

BIs est gratum quod opus est, ultro si offeras.
Bonarum rerum consuetudo pessima est.
Beneficia

Beneficia dare qui nescit, iniuste petit.
Bonū est fugienda aspicere in alieno malo
Beneficiū accipere, libertatē uendere est.
Bona nemini hora est, ut nō alicui sit mala
Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit qui scit reddere.
Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.
Bonus animus læsus grauius multo irascit
Bona mors est homini, uitæ quæ extinguit mala.
Beneficiū dando accepit, qui digno dedit
Blanditia, non imperio, sit dulcis Venus
Bonus animus nunquam errāti obsequium accommodat.
Beneficia se dedisse qui dicit, petit.
Beneuolus animus maxima est cognatio.
Beneficia sæpe dare, docere est reddere
Bonitatis uerba imitari maior malitia est.
Bona opinio homini tutior pecunia est
Bonū tametsi supprimitur, non extinguit
Bis uincit qui se uincit in uictoria.
Benignus etiam dandi causam excogitat
Bis interimitur, qui suis armis perit
Bene dormit, qui non sentit quàm male dormiat.
Bonorum crimen officiosus est miser.
Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.
Bene cogitata si excidunt, non occidunt
Bene perdit nūmos, iudici cū dat nocens.
Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.
Bonus iudex est, qui nouit dispēsare quod dandum est, & quatenus. †
Bono iusticiæ proxima est seueritas
Beneficium est eo carere, quod inuitus possideas. (uerba
Beneficium est semper reddere bonitatis
Bonū ē reddere bona uerba, etiā inimicis.
Bona quæ ueniunt, nisi sustineantur, cadunt ut opprimant. *uersus est.*
Bona, imperante animo, fiet pecunia.
Bonū apud uirū, cito moritur iracundia.
Breuis mens ipsa est memoria iracundiæ.
Bona turpitudo est, quæ periclū uindicat.
Bona comparat prælidia misericordia
Beneficia dignis ubi das, omnes obligas.

COnsueta uitia ferimus, nisi reprehendimus.
Crudelis in re aduersa est obiurgatio
Cauendi nulla est dimittenda occasio
Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperas.
Crudelem medicū intemperans æger facit
Cuius mortem expectant ciues, uitam oderant.
Cum inimico nemo in gratiam cito redit
Citius uenit periclum cum contemnitur.
Casta ad uirum matrona parēdo imperat.
Cito ignominia fit superbi gloria
Consilio melius uincas quàm iracundia.
Cuiuis dolori remedium est patientia.
Cottidie damnatur qui semper timet.
Cum uitia prosunt, peccat qui recte facit.
Contumeliam, nec facere fortis potest, nec ingenuus pati. *non est carmen.*
Conscientia amici nullius inuenit linguæ preces.
Cōremni est leuius quàm stultitia percuti
Cottidie est deterior, posterior dies
Comes facundus in uia pro uehiculo est
Cito improborū læta ad perniciem cadūt
Crimen relinquit uitæ, qui mortē appetit.
Non sunt uersus excepto ultimo.
Clementia in quamcūq; domū uenerit, felicem eam tranquillamq; præstabit
Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi.
Clementia est lenitas superioris aduersus inferiorem.
Consuetudo peccandi, multitudinem facit peccantium.
Coniunctio animi maxima est cognatio.

DIscipulus est prioris posterior dies
Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.
Diu apparandum est bellum, ut uincas celerius.
Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. *trochaicus.*
De supereſt.
de Inimico non loquaris malū, si cogites.
Deliberare utilia, mora est tutissima.
Dolor decrescit, ubi quo crescat nō habet.
Dediscere flere fœminam est mendacium
Discordia fit charior concordia
Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.
Difficilē habere oportet aurē ad crimina
Dum est uita grata, mortis conditio optima est.
Dari bonum quod potuit auferri potest
Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.
Ducis in consilio posita est uirtus militum
Dives q̄d donat timeas, cito raptum uenit

Reliqui sex nō sunt uersus excepto proximo.

Dimissum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dimissum quod nescitur, non amittitur
Difficilius est moderari, ubi dolori debeť ultio, quàm ubi exemplo. *non est carm.*
Desunt luxuriæ multa, auariciæ omnia.
hic citatur controuersia 19.

ETiam innocẽtes cogit mentiri dolor
Etiam peccato recte præstatur fides
Etiam celeritas in desiderio mora est
Ex uitio alterius sapiens emendat suum
Et deest & superat miseris cogitatio.
Etiam oblíuiscí quod sis, interdũ expedit.
Ex hominũ quæstu, facta fortuna est dea.
Effugere cupiditatem regnum est uincere
Exuli ubí nusquam domus est, sine sepulchro est tanquam mortuus.
Trochaicus constabit si legas. Exuli cui nusquam domus est sine sepulchro est mortuus. Senarius si sic. Cui nusquam domus est sine sepulchro est mortuus
Etiam qui faciunt odio habent iniuriam
Et spere telum non dare, irato decet.
Exilium patitur qui se patriæ denegat
Versus ita uidetur inuersus.
Se denegare patriæ exilium est pati.
Etiam capillus unus habet umbram suam
Eheu quàm miserũ est fieri metuẽdo senẽ.
Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem
Excelsis multo facilius casus nocet.
Errat si quis existimat tutum diu esse regẽ.
non est uersus.
Ex sæua animaduersione nulla regi gloria est *non sunt uersus.*
Euadere possunt pusilla mala, & uerba dare ingentibus obuiam itur.
Excusationem quærere uitium est, omnia ad deum relinque.
Eleemosyna non tam accipiẽtibus, quàm dantibus prodest.
Ex spe præmij solatium fit laboris.

FIdẽ qui perdit quo se seruat in reliquũ
Fortuna cũ blanditur, captatũ uenit.
Fortunam citius reperies quàm retineas
Formosa facies, muta commendatio est
Frustra rogatur, qui misereri non potest
Fortuna unde aliquid fregit, casus est
Fraus est accipere q̃d non possis reddere.
Fortuna nimiũ quem fouet, stultum facit.
Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.
Felix improbitas, optimorũ est calamitas.
Feras, non culpes, quod mutari nõ potest
Futura pugnant ut se superari sinant.
Furor fit, læsa sæpius patientia.
Ficta cito ad naturam reciderint suam
Ordõ *inuersus est*, Citò *ad naturam ficta reciderint suam.*
Fidẽ qui perdit, perdere ultra nihil potest.
Facilitas animi ad partem stultitiæ rapit
Fides ut anima unde abijt, eò nunq̃ redit
Fidẽ nemo unq̃ perdit, nisi qui nõ habet
Fortuna obesse nulli contenta est semel
Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia. *trochaicus.*
Frustra cum ad senectutem uentum est, repetes adolescentiam. *trochaicus.*
Falsum maledictũ, maleuolũ mendaciũ est
Fœminæ naturam regere, desperare est omnium
Fer difficilia, facilia ut leuius feras.
Fortuna nulli plus, quàm consilium ualet
Fortuna uitrea est, cum splendet frangitur
Feras quod lædit, ut q̃d prodest, perferas
Fortuna quam nemo inuidet gratum facit
Facilius priuatis ignoscitur, pertinaciter se iudicantibus. *non est uersus.*
Frequens uindicta, paucorum odium reprimit, omnium irritat. *non est carmen. nisi uelis esse trochaicum. Vindicta frequens paucorum odium reprimit omnium excitat.*

GRaue præiudicium est, quod iudicium non habet
Grauissima est probi hominis iracundia
Grauis animi pœna est, quem post factum pœnitet.
Grauis animus dubiã non habet sententiã
Graue est malum omne, quod sub aspectu latet
Grauius nocet, quodcunque inexpertum accidit
Grauior inimicus, qui latet sub pectore
Grauissimum est imperium cõsuetudinis.
Graue crimen etiam cum dictum est leuiter nocet. *non est uersus.*
Gradus à magnis ad maiora fit.

HEu quàm difficile est gloriæ custodia
Homo extra corpus est suum, cum irascitur.
Heu q̃ est timendus, qui morí tutũ putat.
Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui. *trochaicus est.*
Honesta turpitudo est, p bona causa mori
Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat. *trochaicus est*
Heu quàm miserum est discere seruire, ubi sis doctus dominari *non est uersus.*
Heu quàm miserũ est lædi ab illo, de quo non possis queri

Hominẽ experiri multa paupertas iubet
Heu dolor quàm miser est, qui in tormento uocem non habet *Trochaicus*
Heu quàm multa pœnitenda incurrunt, uiuendo diu.
Habet suum uenenum, blanda oratio.
Homo toties moritur quoties amittit suos
Homo semper in sese aliud fert, in alterũ aliud cogitat. *iambicus tetrameter*
Honestus rumor alterum patrimoniũ est.
Homo nescit, si dolore fortunam inuenit.
Honeste seruit, qui succumbit tempori.
Homo uitæ cõmodatus, non donatus est.
Hæredis fletus, sub persona risus est.
Hæredem ferre utilius est quàm quærere.
Habent locum maledicti crebræ nuptiæ
Hæc clementia principem decet, ut quocunq̃ uenerit, mãsuetiora omnia faciat.
Haud minus turpia sũt principi multa supplicia, quàm medico multa funera.
Honestius est, cum iudicaueris amare, q̃ cum amaueris iudicare.

INferior horret, quicqd peccat superior.
Inimicũ ulciscí, uitã accipere est alteram.
Id agas, tuo te merito ne quis oderit
Inuitum cum retineas, exire incitas
Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas
In nullum auarus bonus est, in se pessimus
Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
Inopiæ parua desunt, auaritiæ omnia.
Carmen inuersum arbitror ita legendum,
Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia
Instructa inopia est, in diuitijs cupiditas.
Inuitat culpam, qui peccatum præterit
Iucundũ est nihil, nisi quod reficit uarietas
Ingenuitas non recipit contumeliam
Impune in eum pecces, qui peccat rarior
Ingratus unus miseris omnibus nocet
In miseri uitia nulla contumelia est.
Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.
Inuidiam ferre, aut fortis aut felix potest
In amore semper mendax iracundia est
Inuidia tacite, sed minute irascitur.
Iratum breuiter uites, inimicum diu.
Iniuriarum remedium est obliuio
Iracundiam qui uincit, hostem superat maximum. *Trochaicus*
Iocum tacentem crimen faciat acrius.
In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet. *Trochaicus*
In uindicando criminosa est celeritas.
Inhonesta res est suos uincere, satis est potuisse punire.
Imago animi sermo est, qualis est uirtalis oratio.
In felicitate se erigere, est felicitatem submittere.
In felice felicitas est innocentia, nequitia ipsa pœna sui est.
Inimicũ quãuis humilẽ, docti est metuere.
In calamitoso, risus etiam iniuria est.
Iudex damnatur, cum nocens absoluitur.
Ignoscere humanũ, ubi pudet cui ignoscit
In rebus dubijs, plurima est audacia
Illo nocens se damnat, quo peccat die
Ita crede amico, ne sit inimico locus
Iratus etiam facinus consilium putat
Inuidia loquit, nõ quod est, sed q̃d subest.
Iritare est calamitatẽ, cum te felicem uocas
Ius omnem supra iniuriam positum scias. *Trochaici duo sunt*
Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinẽ suffunduntur.

LOco ignominiæ est, apud indignum dignitas.
Laus noua nisi oritur etiã uetus amittitur.
Læso doloris remedium, inimici dolor.
Leuis est fortuna, cito reposcit quod dedit
Lex uniuersi est, quæ iubet nasci & mori.
Lucrũ sine dãno alterius, fieri non potest.
Lasciuia & laus nunquã habẽt concordiã.
Legem nocens ueretur, fortunã innocens
Libido indicium est, quo leuitas sapit
Libido etiam cunctos sub uultu domat.
Lassa crudelitas, non est uocanda clementia *non est uersus*

MAlignũ fieri, maxime ingrati docẽt.
Multis minat, qui uni facit iniuriam
Mora omnis odio est, sed facit sapientiam
Mala causa est, quæ requirit misericordiã.
Mori est felicis, antequã mortem inuocet.
Miserũ est tacere cogi, quod cupias loqui.
Miserima est fortuna, quæ inimico caret.
Malus est uocãdus qui sua est causa bonus
Mõstro similis est auaricia unica. *nõ sunt*
Malis displicere, laudari est. *uersus*
Malus ubi bonũ se simulat, tũc est pessimus
Metus dum uenit, rarũ habet somnus locũ
Mori necesse est, sed non quoties uolueris
Male geritur, quicqd geritur fortunæ fide.
Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, sibi adimit. *non est carmen*
Minus est q̃ seruus dñs, qui seruos timet.
Magis hæres fidus nascitur quã scribitur.
Malo in consilio fœminæ uincunt uiros.

Hi quatuor nõ sunt uersus.

non est uersus, nec quæ sequũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mala est uoluptas alienis assuescere.
Trochaicus — Magno cũ periclo custoditur, quod multis placet. †
Mala est medicina, ubi aliqd naturæ perit
Malæ naturæ, nunquã doctore indigent.
Miseriam nescire propriam, sine periculo
Trochaicus — est uiuere †
Male uiuũt, qui se semper uicturos putãt.
Maledictum interpretando facies acrius.
Male secum agit æger, medicum qui hære dem facit.
Minus decipitur, cui negatur celeriter
Mutat se bonitas, cum irites iniuria
Mulier cum sola cogitat, male cogitat.
Male facere qui uult, nusquã non causam inuenit.
Maleuolus semper sua natura uescitur
Multos timere debet, quem multi timent
Male imperãdo, summũ imperiũ amittitur.
Mulier quæ nubit multis, multis nõ placet

Reliqua non sunt carmina.

Misera est ægritudo animi, ob alienarum speciem miseriarum
uersus est cæteri naquaquã — Misericordia nõ causã sed fortunã spectat
Magnam fortunã, magnus animus decet.
Magni animi est propriũ esse tranquillum
iniurias atq; offensiões semper despicere
Muliebre est, furere in ira
Misericordia est uicina miseriæ, habet em̃ aliquid, trahitq; ex ea.
Malo ueris offendere, cũ placere adulando
Morbum esse scias, non hilaritatẽ, semper arridere ridentibus, & ad omnium æstimationem ipsum quoq; os diducere.

NIhil agere, semper infelici est optimũ
Nil peccent oculi, si oculis animus imperet?
Nihil propriũ ducas, quod mutari possit.
Non cito perit ruina, qui ruinam timet
Nullus est tantus quæstus, quàm eo quod habes carere
Nõ est carmen — Nescias quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies †
Trochaicus. — Nunquam periclum sine periclo uincitur
Non est tuum, fortuna quod fecit tuum
Nihil prodest didicisse, si cesses benefacere
Nulla est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis
Nõ est uersus. — Nusquã melius morimur homines, quàm
Trochaicus. — ubi libenter uiximus
Negandi causa nunquam auaro deficit
Nondum felix es, si nondum te turba deridet

Non est uersus, sicut nec sequentes.

Nam si nullos inimicos tibi parit iniuria, multos tamen inuidia.
Non aspicias quàm plenas quisq; manus deo, sed quàm puras admoueat
Non enim aliter nisi optimus animus, pulcherrimus dei cultus est.
Nõ aliter uiuas in solitudine, aliter in foro
Nihil petas, quod negaturus es.
Nihil negabis, quod petiturus es
Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciẽs.
Nihil interest quo animo facias, quod feci se uitiosum est
Nã facta cernuntur, animus non uidetur.
Non q̃ multis placeas, sed quibus, studе.
Nequitia ipsa pœna sui est.
Nam mala cõscientia sæpe tuta est, secura (nunquã
Neminẽ cito accusaueris.
Neminem cito laudaueris.
Nullum putaueris esse locum sine teste
Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos
Nunquam scelus scelere uindicandum est
Nimium altercando ueritas amittitur †
Non multum supra eum eminet quis, cui se irascendo exæquat
Nobilis professio sapientia est, quæ distributa suscipit incrementum, auarum dignata possessorem, cito nisi publicetur, elabitur.
Non alia facies est quieti moderatiq; imperij, quàm sereni cœli & nitentis
Nullũ ex omnibus clemẽtia magis, quàm regem aut prælatum decet
Nemo potest personã diu ferre fictam, ficta cito in naturam suam recidunt
Nunq̃ liquidũ syncerũq; ex turbido uenit
Nullum morosius est animal, maiorq; arte tractandum quàm homo, & nulli magis parcendum quàm homini.

OMne peccatum est actio
Omnis actio est uoluntaria, tam honesta quàm turpis.
Omne ergo peccatum uoluntarium est
Omitte excusationẽ, nemo peccat inuitus
Omne uitium habet patrocinium suum
Odia multorum sub uultu, multorum sub osculo latent.
Omnia tum panduntur, cũ non dico si ceciderіs, sed si turbaueris
Omnis affectus habet, ut in eo, in quo ipse insanit, in idem putet cæteros furere.

Omnes

Oẽs uitã differẽtes, mors incerta præuenit
Omnis dies uelut ultimus ordinãdus est †
Opinantur de te homines male, sed mali, displicere enim malis laudabile est.
Oratorem te puta, si tibijpsi, quod oportet, persuaseris.
Odium oportet peccandi nõ metũ facias.
Obiurgatiõi semper aliqd blandi admisce
Optimum est semper ignoscere, tanquam si ipse pecces quotidie.
Optimum est maiorum uestigia sequi, si recte præcesserint.
Omnis doctor in uitæ ratione peccãs, turpior est, ob hoc quod in officio, cuius magister esse uult, labitur.
Omni rei moderatio est adhibenda, quæ sanabilia ingenia distinguere à deplorãtis sciat.
O uista misero longa, felici breuis.

Hic Senarius Publij nomine citatur, Controuersia. 19.

PEccandi duo sunt genera, aliud ex proposito, aliud ex negligentia. †
Pleriq; metu cessant peccare, nõ innocentia, profecto tales timidi, non innocentes sunt dicendi.
Prius quàm promittas, delíberes, & cum promiseris, facias.
Prius si negaueris, fecisse postea fallere est
Propter causam multa amico dabis, multa etiam causæ contra amicum.
Pro eo religiosior eris, quo melior.
Præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.
Præstabis amicis fidẽ, omnibus æquitatẽ.
Pacẽ cũhominibus habebis, bellũcũ uitijs
Pecuniæ imperare oportet, non seruire.
Pecunia si uti scias ancilla ẽ, si nescia, dña ẽ
Pecunia non satiat auarum, sed iritat.
Putandus est recte forrior qui cupiditates quàm qui hostes subijcit.
Patria est ubicunq; bene uixeris
Peiora sunt tecta odia quàm aperta
Propterea loquax inimicus minus quàm taciturnus offendit.
Proximum ad innocentiam tenet locum uerecunda peccati confessio.
Pleriq; cum stultis male dicunt, ipsi sibi cõ uitium faciunt.
Perturpe est enim quod obijcitur, in obijciente cognosci.
Pulchertimũ ẽ omnia prestare nihil exigẽti
Principium discordiæ est, aliquid ex communi proprium facere.

Plericq; famã, pauci conscientiã uerentur.
Trochaicus Senarius, reliqui non sunt uersus. — Potest nõ esse honestũ quod nõ est liberũ.
Parcendum est improbandis ciuibus, non aliter quàm membris languentibus.
Principium sæuitia bellum est
Pestifera uis ualere ad nocendum.
Prope est ut libenter damnet qui cito
Prope est ut non æque damnet qui nimis.
Peccandi uerecundiam facit ipsa clementia regentis.

Hic nulli uersus.

QVidam quosdam occidũt inimicos nõ quia habeant, sed quia meruerũt
Quam iuimicum est nocuisse, uel quia oderis lædere.
Quanto iniquius est odisse quia læseris.
Quã magnarũ uiriũ est negligere lædentẽ.
Qui enim uindicat, sentit.
Quis sis interest, non quis habearis
Quamuis agas id, ut ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen semper qui oderint
Hic nulli sunt uersus — Q̃ magnũ est nõ laudari, & esse laudabilẽ
Qui succurrere petituro potest, cum non succurrit, occidit.
Quid est homini inimicissimũ? alter homo
Qui propter pecuniæ uel libidinis amorẽ moritur, ostendit se nunq; sui causa uixisse
Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias.
Quis plurimũ habet? is qui minimũ cupit
Quid est dare beneficium? imitari deum
Quis est pauper? qui sibi uidetur diues
Quidam inimici graues sunt, amici leues.
Quietissime uiuerent homines in terris, si duo uerba tollerentur. s. meum & tuum
Qui paupertatem timet, timendus est.
Quod tacitum esse uis, nemini dixeris
Quia non poteris ab alio silentium exigere si tibijpse non præstas
Qui æquo animo malis miscet, malus est.
Qui seruis crudelis est, ostendit in alios uoluntatem non deesse, sed potestatem.
Qui ob hoc iniuriam facit, quia potest, cito desinet, quia fecit.
Quid dulcius quàm habere amicum, cum quo omnia audeas, cui sic credes ut tibi, cui sic loquaris quasi tecum.
Quãmulti tales amicos habere uoluerũt, & ipsi tales esse non possunt.
Quõ se fortuna & fauor inducit hominem
Quicquid æquo plus futurum est, in partẽ humaniorem inclina uel præpondera
Quid eo infelicius, cui iã malũ esse necesse est?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid poteſt ab eo quiſquam ſperare quẽ malum eſſe docuit.
Quotidie damnatur qui ſemper timet.
Quotidie eſt deterior poſterior dies.
Quàm miſerũ eſt ab illo lædi, de quo non poſsis queri.
Quid refert quantum habeas, multo illud plus eſt, quod non habes.

Hunc trochaicum citat Gelius.

Nec hic uerſus ſunt.

REpelli ſe homines facilius, quàm decipi ferunt.
Reſpue crudelitatem, & matrem crudelitatis iram
Reuera memoria beneficiorum fragilis eſt iniuriarum tenax.
Ridiculum eſt odio nocentis, perdere innocentem † (timet.
Res uera eſt qui à multis timetur, multos
Regibus eſt peius multo q̃ ſeruiẽtibus, reuera quia iſti ſingulos, illi uniuerſos timẽt.
Res ipſa ut ipſa re poſsimus efficiet, ſi polliceri properamus honeſta.
Rem maximam promittit ſapientia, ut te reducat tibi
Recta ingenia debilitat uerecundia, praua confirmat audacia
Res optima eſt non ſceleratos extirpare, ſed ſcelera.
Recte parẽtem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam
Res magnæ clementiæ eſt, indulgẽdo corrigere peccata magis quàm uindicando
Rege incolumi mens omnibus una eſt amiſſo rupere fidem. †
Regibus certior eſt, ex manſuetudine ſecuritas.

Non ſunt uerſus.

SVnt quorum corpus innoxium eſt, & in mille facinorum furias mens ocioſa diſcurrit.
Si in cliontelam felicis hominis potentiſq; peruenerís, aut ueritas, aut amicitia perdenda eſt.
Si uis beatus eſſe, cogita hoc primum contemnere & contemni.
Si multis placuerit uita tua, tibi placere nõ poterit.
Solitudinem quærit, qui uult cum innocẽtibus uiuere.
Stultum eſt timere, quod uitari nõ poteſt.
Semper diſſenſio ab alio incipiat, à te reccõciliatio.

Trochaicus.

Habahe Maronis carmen eſt.

Succurre paupertati amicorum, imò potius occurre.
Secrete amicos admone, lauda palàm
Si bene te inſtitueris, pudeat te fieri deteriorem.
Si quis iraſcitur pœnas ab alio expetit, à ſe exigit.
Seuerißime enim nos aduerſum peccãtes gerimus, & ipſi eadem committimus.
Seuerítas aſsidua, amittit autoritatem.
Sicut formoſa pictura eſt cuius nulla pars errat, ſic formoſus homo in quo nulla peccati macula eſt, proinde hoc domi, hoc foris, hoc oñi genere uitæ teneamus, ut nobis inexorabiles ſimus, exorabiles illis qui non niſi ſibi dare ueniã neſciũt.
Si inuitus pares ſeruus es, ſi uolẽs miniſter
Scias eum multis uirtutibus abundare qui alienas amat.
Si non inuideas maior eris, nam qui inuidet minor eſt.
Scis quid inuidia eſt? dolor animi eſt ex alienis commodis.
Scito etenim illud, quia nulli inuidetur, niſi prædito bonitate.
Sunt multi qui plurimũ uerbis, non re contemnũt, ſed ipſa quæ ſpernũt clã furãtur
Seuerítatem abditam, clementiam in procinctu habet.
Sapiens nihil facit quod non debet, & nihil prætermittit quod debet.
Seruis imperare moderate, laus eſt.
Si uis amari ama.
Sapiens & ſi contentus eſt ſe, tamẽ amicũ uult habere: ſed hoc ob nihil aliud niſi ut exerceat amicitiã, ne tã magna uirtus iace at: non ad hoc ut dicit Epicurus, ut habeat qui ſibi aſsideat, ſuccurrat: ſed ut habeat cui aſsideat quando libet.

Non ſunt uerſus

TImidus cautũ ſe uocat, ſordidus parcũ
tutiſsima res ẽ nihil timere, prẽter deũ
Tene ſemper uocis et filẽtij tẽperamentũ.
Tamen & in hoc incumbe ut libentius audias quàm loquaris.
Tacere qui neſcit, neſcit loqui.
Triſtitiam ſi potes, ne admiſeris.
Turpe præbet ſpectaculum, animus æger
Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per uerba diſcutitur.
Tranſibit ſermo in affectum, ſi honeſta loquamur.
Tolerabilior eſt qui mori iubet, quàm qui male uiuere.

Tole-

Tolerabilior pœna nõ poſſe uiuere quàm neſcire.
Talem diligentiã exhibe in amicitijs comparandis, ne incipias amare quem deinceps poſsis odiſſe.
Tu primum exhibe te bonum, & ſic quæras alterum tui ſimilem.
Turpius nihil eſt quàm cum eo bellum gerere, cum quo familiariter uixeris.
Tam omnibus ignoſcere, quàm nulli crudelitas eſt.
Tam diu à periculo aberit populus quam diu ſciet ferre frenos.
Tyrannus à rege diſtat factis, non nomine
Tam deeſt auaro, quod habet, quàm quod non habet.

Laudatur hic uerſus controuerſia 19.

VIx quiſquam in bonum, niſi ex malo tranſit. *Nullum eſt carmen.*
Vis omnibus eſſe notus, prius effice ut neminem noueris.
Vis habere magnum honorem, dabo tibi magnum imperium, impera tibi.
Vide ſi adhuc malus eſt, ſimilibus parce
Verũ ſi eſſe deſiſti, quare alijs locũ emendationis abcidas.
Vitiũ prius fuit obſeruatio, nunc mos eſt.
Verum non dicimus nec audimus.
Vtilis educatio & diſciplina, mores facit.
Vnde & bona cõſuetudo excutere debet, quæ mala incuſsit.
Viriliter feras quæ neceſſe eſt, dolor enim patientia uincitur.
Verba rebus non perſonis accipiẽda ſunt
Vires tuas amici beneficijs, inimici iniurijs ſentiant.
Vita omnis breuis eſt, ideo immortalitas eſt mors honeſta.
Vir eſt bonus qui intantum perduxit animum ſuum, ut non modo nolit peccare ſed etiam non poſsit
Vt aliquid auri extrahamus, terram peruertimus, ut ſummum bonum occupemus, ſcrutari pectus piget.
Virtutem cuius progreſſum uideris, non exitum eius finemq; deſperes.
Vlcera animi magis quàm corporis ſananda ſunt.
Volunt homines ita præceptum eſſe ut uiuunt, non ita uiuere ut præceptum eſt.
Vtendum eſt diuitijs & non abutendum, ut nec à ſuperioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.
Vbi uſitata remedia non procedunt, tenta contraria.
Vbi diſcrimen inter bonos malosq; ſublatum eſt, confuſio ſequitur & uitiorum eruptio.
Venia eſt pœnæ debitæ remiſsio.
Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu, ſic animaduerſiones magnarum poteſtatum terrẽt latius quàm nocent.
Vtinã ea lex homini eſſet, ut cum telo ſuo frangeretur, nec ſæpius liceret nocere quàm ſemel.
ZElum de deo tantũ habeas, non contra homines.
Zelari autem hominibus uitioſum eſt.

Chriſtianæ ſententiæ nez. non haberet locum.

Prouerbiorum Senecæ finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM ET CLARISSIMVM ANTISTITEM AC DOMINVM, DOMINVM IOANNEM TAVERAM SACRO sanctæ Romanæ ecclesiæ tituli diui Ioannis ante portam latinam presbyterum Cardinalem, Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum primatem, maximum Castellæ Cancellarium, ac Regij senatus Principem, FERNANDI Pinciani utriusq; linguæ in Salmanticensi Gymnasio professoris, in Senecæ philosophi Castigationes, Præfatio.

QVANTVM, quanq; celebre sit illustrißime ac clarißime Præsul inter omnes fermè Latinæ linguæ auortes, qui ad nostra usq; tempora peruenerunt, Annæi Senecæ philosophi nomen, quotq; elogijs, laudibus & titulis honestatum, nemo est (si modo in studijs humanarum disciplinarum aliquid promouit) cui nõ sit compertißimum. Cornelius Tacitus libro historiarum ab Augusti excessu tredecimo, amœnum Senecæ ingenium uocat, orationemq; ad usum Neronis principis ab eo compositam multum cultus prætulisse scribit. Idem autor libro quintodecimo, nouißimo quoq; obitus momento eloquẽtia suppeditante, aduocatis scriptoribus pleraq; tradidisse prodit, quæ post eius mortem in uulgus emanarint. Columella quoq; uir ipse eloquentißimus, & qui nunquã pro dignitate satis extolli possit, libro rerum Rusticarũ tertio Senecam utrum excellentis ingenij & doctrinæ fuisse memorat. Hieronymus demq; inter sacros scriptores omnium confessione primus, nõ dubitauit Senecam ob diuinum prope ingenium, eminentißimamq; eius, ac castißimam eruditionem in numero sanctorum scriptorum reponere. Sed citandis innumeris alijs (quos afferre possem) autoribus supersedeo. Neq; enim cõmittendum est, ut rem apud omnes testatißimam nimia laudandi sollicitudine dubiam faciam. Tanta est enim Senecæ nostri gloria, tanta in omni disciplinarũ genere claritas, ut nullius testimonij summus uir & extra omnem ingeniorũ aleam positus egere uideatur, præcipue quum extent eximia ipsius in utraq; philosophia monimenta, quæ satis magnum ac locuples testimonium perhibent eminentißimi eius ingenij, altißimæq; & incomparabilis sapientiæ. Sed enim quẽadmodum tempus edax rerum atq; inuidiosa uetustas, ut Naso eleganter canit, paulatim lenta consumunt omnia morte, ita ingenijs quoq; quæ ab hac saltem cõmunis calamitatis sorte excipi debuissent non pepercêre, sed in doctißimorũ scriptorum ac de omni posteritate benemeritorum monimenta etiam atq; etiam crassata sunt. Quorum maiorem partem nobis omnino interceperũt, aliam autem quàm ueluti humani generis miserta reliquam nobis fecêre, ambustam, mutilam, laceram, ad nos transmiserũt. Accessit secunda doctrinarũ pestis, crassa, uidelicet ac supina librariorum ignorantia, iam inde à priscis illis temporibus ad nostram usq; ætatem ueluti per manus tradita, ac tantum non hæreditario iure relicta. Hoc igitur biceps malum quum in uniuersum, tam græcis quàm latinis autoribus sine ullo disciplinarum meritorumue discrimine perniciosißimum extiterit, nescio quo aduerso Hispanæ nationis fato in Senecam nostrum supra cæteros omnes atrocißimam exercuit lanienam, uix ut in tanto tanque memorando autore una aut altera lineã (prob dolor) sine offensione & insigni aliqua macula transcurri possèt. Conati sunt tamen professores nonnulli nostrorum temporũ celebres, qui in uarios Latinæ linguæ autores obseruationes composuêre, opem aliquam tantæ iacturæ afferre, pleraq; in eo uitiosa loca restituentes, alia quæ expositionis indigere uidebantur enucleantes, multa in meliorem statum redigentes, homines prorsus quàmoptime de tanto autore meriti, nec debita laude fraudandi. Inter quos præstantißimam in hac prouincia operam nauauit ætatis nostræ scriptor Erasmus Roterodamus. Ante quem summam etiam laudem consecutus est Matthæus Fortunatus æditis in naturales Senecæ quæstiones annotationibus. Sed tot tantaq; erant portenta & monstra quæ Senecæ possessiones & latifundia obsederant, ut mirandum non sit, si homines alioqui doctißimos & lynceis oculis præditos aliqua fefellerint. Nos igitur ueluti spicilegium facientes tantorum messorum uestigia consectati non pauca obseruauimus, laboriosa sane ac exquisita diligentia usi, exemplaribus scriptis & peruetustis. 15. & eo pluribus summa industria & labore hinc inde cõquisitis. Harum igitur nostrarũ castigationũ in omnia Senecæ philosophi opera quæ ad quinq; ferme millium numerũ excreuerunt, triplex est, ut sic dicam status. Quædam enim ueluti maiorum gentium ipsæ sese intrepide constanterq; defendunt, locumq; semel occupatum pertinaciter tuentes depelli ab eo nulla ui patiuntur. Aliæ non perinde ut priores iure suo confisæ, ita animatæ in medium prodierunt, ut si quæ potiores superuenerint in earum locum subrogari deposcentes, omni contentione sepositâ, iure, lite, & causa cedere paratæ sint. Tertiæ & postremi ordinis admonendi magis lectorũ causa adiectæ sunt, quàm quòd fiduciam haberent auxilium aliquod præsentaneum studiosis subministrare posse. Quædam enim eius notæ fuerũt, ut quamuis prima fronte nullius utilitatis adminiculiue speciem præferant, dissimulari tamen non debuerint felicioribus ingenijs ueritatis explorandæ, ac è tenebris in lucem aliquando eruendæ ansam suppeditaturæ. Breuitati in primis studuimus, uel operis conditione id exposcẽte, in quo maiorem partem castigationum nostrarum fulciendam habuimus, non uaria & remota autorum lectione, (ut aliàs fieri assolet) sed sola antiquorum codicum fide, uel quod bonis horis studiosorum lectorum parcendum erat, in tanto præsertim antiquißimorum & eminentißimorum auctorum prouentu, qui felici quadam nostrorum temporum sorte quotidie eruderantur. Quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob rem non est quod quisquam aut in dicendo cultum, aut in prodendo reconditam aliquam doctrinam (quæ duo alioqui in me sunt perquàm exigua) in præsenti opere desideret. De reliquo illud habemus persuasum, si benignus lector ea quæ in Seneca à nobis obseruata sunt curiosè rimari uoluerit, cum autoris uerbis cõtulerit, minutissima quæq; expenderit, & cuncta ad examen censuramq; uocauerit, fore ut laborem à nobis susceptũ neq; superuacaneum, neq; pœnitendum putet. Quum igitur nostra hæc qualis qualis fœtura publicum acceptura esset, reformidaretq; in conspectum hominum progredi, nisi sublimi aliquo & excelso patrocinio cõmunita, te Antistes clarissime ex omni Hispanorum principum albo delegimus, cuius splendidissimum nomen in ea inscriberetur. Idq; fecimus plurimis & iustissimis rationibus compulsi. Tum quòd hominis Hispani compositio, & in autorem Hispanum ac inter Hispanos omnes autores celeberrimum consentaneum fuit, ei potissimum præsuli ac protomystæ nuncupari, qui inter cæteros omnes Hispaniæ principes principem locum obtinet. Deinde quod (ut ait Papinius) qui bona fide deos colit, uenerentur & sacerdotes. Cui igitur qui se literarum cultores profitentur causatius monimenta sua dicare possunt, quàm ei principi qui literarum claritate magis etiam quàm tot honoribus, dignitatibus, titulis cæteris omnibus antecellat. Sed non est huius loci eminentissime Præsul omnes fortunæ, naturæ, & sublimis animi tui dotes consectari. Speciem dignã imperio, ut dixit Euripides, & repetitum est à Platonico Porphyrio. Summam in obeundis rebus prudentiam, Altissimum & præsentaneum consilium, Aequitatem iustitiamq; admirandam, Manus innocentissimas, Propensam beneficentiam, Singularem quandam & incredibilem erga nos etiam infirmæ notæ homines clementiam & humanitatem. Vt quod de Tito Romanorum principe Plinius secundus scribit, id omni ex parte magnitudini tuæ quadret, nihil in te fortunæ amplitudinem mutasse, nisi ut prodesse tantũdem posses ut uelles. Nam si hæc & innumera alia quæ spacijs excluſus iniquis missa feci persequi libuisset, finis huic præfationi nunquam esset inuentus. Illud tantum si dixero uerbum non amplius addam. Inculpatæ uitæ tuæ integritatem ac morum sanctimoniam, ita cunctorum hominũ oculis obuersari, sic omnium mentibus inhærere, ut ad eam perinde, ac exemplar quoddam absolutissimum, & (ut dici solet) Polycleti canonem, qui sanctæ & innocenter uiuere instituerunt, actus suos omnes & opera dirigant. Arduas hæc est (festiuissimus ait poeta) opibus non tradere mores, & quum tot Crœsos uiceris esse Numam. Hinc nimirum illud consecutum est, tantũ ut amplitudo tua ualeat gratia & autoritate apud Cæsaream maiestatem inuictissimi Imperatoris CAROLI, principis nunquam satis laudati, neq; item laudandi, ut quod summus Poeta canit, eius te sine nil altum mens incohet. Accipe igitur splendidissime Princeps munusculum hoc ab homine tenuis quidem fortunæ profectum, sed amplissimo tuo nomini & summarum tuarum uirtutum claritudini addictissimo, tanquã degustationem quandam & argumentũ summæ eius in te obseruantiæ. Quòd si per summas tuas & arduas occupationes aliquãdo euoluere uacauerit, probarique & placere excellentiæ tuæ labores & uigilias nostras intellexero, nõ minoribus posthea, sed fortasse etiam plenioribus donis (quæ nunc sub incude sunt) cum amplitudine tua agam.

FINIS.

IN OMNIA L. ANNAEI SENECAE

SCRIPTA FERNANDI PINCIANI VIri græce latineq; doctissimi, Castigationes utilissimæ fauste occipiunt.

IN LIB. PRIMVM DE BENEFICIIS.

LVCII ANNAEI SENECAE ad Ebutiũ liberalem cætera.] Docuimus in Plinianis annotationibus scribẽdum esse, Annæi, per diphthõgum in penultima ex auctoritate Terẽtiani grãmatici. Annæus Seneca, & Pomponius ante secundus, & infra. ¶ Sibi enim quisq; debet quod a nesciente accepit.] Beneficiũ posse à nesciente dari negat libro. 6. Seneca adtecta ratione. Item libro. 9. controuersiarum. Beneficium inquit est, quod totum eius causa præstatur in quem confertur. Proinde probo lectionem quorũdam codicum qui non legunt hic nesciente, sed negligente. Quam uidentur confirmare uerba statim ante præcedentia, & ideo non est negligenter dandum. Et infra libro. 2. Nam qui negligens est in accipiendo, quum omne beneficium recens placeat, quid faciet quum prima eius uoluptas refrixit. Videtur appellare Seneca negligenter dare aut accipere beneficium, non alacri & læto animo utrũq; facere. & infra. ¶ Vtuntur natura sua & cuncta, interq; illa ipsos munerum suorum malos interpretes iuuant.] Scribendum reor. Vtuntur natura sua. Cunctanturq;. illos ipsos munerum suorum. reliqua, & infra. ¶ Quibus turpe est non reddere. Scilicet quàm multi indigni sunt luce.] Scribe. quibus turpe est nõ reddere, si licet. Quã multi indigni sunt luce. ex uetere lectione. & infra. ¶ Qui beneficium non reddit non magis peccat, quàm qui non dat citius.] Castigo. Qui beneficium non reddit magis peccat. Qui non dat citius. Nam in exemplaribus diui Francisci Salmanticensis & publicæ eius urbis academiæ secunda negatio, non, desideratur omnino. Præterq; putamus nos particulam, quàm, remouendam, ut sensus fiat perspicuus & tanto auctore dignus, & infra. TANTVM erogatur.] Verior quorũdam codicũ lectio. Tantũ eroga. Cap. 2. & infra. SED utrumlibet ex istis iudicauerim.] Corrige, Sed utrũlibet ex istis iudica uerum. ex correctissimo exemplari cœnobij diuorum Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Aegle maximã natu appellauerit.] Castiga. appellauit. ex uetere lectione. & infra. ¶ Prout cuiq; uisum est conuenire deflectit.] Verbum, conuenire, superuacaneum est, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Pasithoam appellauit.] Scribẽdum Pasitheam, non Pasithoam, ex Homero quartodecimo Iliados, & uetere lectione, & infra. ¶ Non quia beneficia ratio commendat uel oratio.] Postrema duo uerba, uel oratio, a duentitia putamus ab aliquo studioso in margine libri sui scripta, adnotante sic in alijs exemplaribus haberi, postea per incuriam librariorũ in contextum relata. Cuiusmodi uitia non pauca tum in alijs, tum in hoc præcipue auctore admissa sunt, negocium nõ mediocre eius studiosis exhibentia, & infra. ¶ Nam præter ista quæ Hecaton scripsit.] Vetus lectio, transcribit, agnoscit, non scribit. Hecatonis autem testimonio sæpe alias Seneca utitur, & plerique alij autores, ut dubitãdum nõ sit de integritate eius dictionis, & infra. DEBERE enim dicit se.] Cap. 5. Est scriptus codex in quo non habetur, dicit, sed putat, & infra. ¶ Amisso eo per quod datum est.] Particula, per, superfluit si ueteri lectioni credimus. quod confirmant uerba sequentia. Manet etiam sine illis quod in illos datum est. Vbi etiã corrigendum arbitramur, quod in illis datum est, & infra. ¶ Quid habet per se corona præciosum.] Exemplar diui Francisci, speciosum legit, non præciosum, & ut sentio rectius. Indicãt id uerba paulo ante præcedentia, ut alicubi sit species recti, alicubi ipsa res, & infra. ITAQVE boni etiã furre ac fictili religiosi sunt.] Nullus ex scriptis codicibus, fictili, agnoscit, sed partim ficiola, partim ficilla. Exemplar Facundi & Primitiui minus deprauate, fitila. Castigo, fritilla, Genus id erat pultis sacrificijs familiare, & infra. ALCIBIADIS parem diuitijs animum.] Cap. 8. Legendum puto. Alcibiadem pari diuitijs animo, uel sic. Alcibiadis compara diuitijs animum, & infra. QVI se pre Cap. 9. cium sui fecit.] Vetus lectio. Precium se sui fecit, & infra. ¶ Difficilem aditum præbent.] Quædam scripta exemplaria addunt negationem, non difficilem aditum præbent, & infra. ¶ Spesq; improbas nihil se adituris uerbis fouet.] Castiga, spesq; improbas nihil re adituturus uerbis fouet, ex eisdem, & infra. ¶ At eius peior est opinio, qui lingua asper.] Sunt codices qui legunt. At peior opinio si lingua asper. Scribendũ existimo. At peior opinor qui lingua asper, & infra. ¶ Nec clam sed aperte quidam ludibrio habitis.] Scribendum per transpositionem uerbi quidem, nec clam quidem, sed aperte ludibrio habitis. ex scripta lectione, & infra. ¶ Inhumanus ac maluolus.] Eadem. inurbanus, mali moris, & infra. ¶ Indecentissimũ sponsaliorum genus est.] Corrigendum reor. Hinc decentissimum sponsaliorum genus est.] Vel sic. Inde decentissimum sponsaliorum genus est, & infra. ¶ Nisi qui abduxit iam raptam. Agros spargere auaritiam recolligere certant.] Vetusta lectio, nisi qui abduxit. Iam rapta spargere. Sparsa erant, agri auaritia recolligere certant. ut posit forte, pari, non agri scribi. Cæterum hunc locum sicuti pleraq; alia huius operis in medium relinquimus, ut ingeniosus lector pro captu ingenij sui aut emendet aut in meliore statu reponat, & infra. PRAESEFERENS animi deformitatẽ.] Scribe. corpore præ se ferens animi deformitatem, ex eadem, & infra. Cap. 10. ¶ Sine ullo meo incommodo.] Veteres codices non agnoscunt uerbum, incommodo, sed partim legunt sine ullo meo, partim sine ullo meo merito, & infra. IAM cætera ex abundanti ueniunt.] Particula, Iam, in nonnullis exẽplaribus Cap. 11. desideratur, & pro uerbo, sequemur, quod mox paulo habetur, uideamus legunt, nõ sequemur, & infra. ¶ Vt toties

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.12. nobiscum sit quoties cum illo sit.] Scribe,ut toties nobiscum quoties cũ illo sit,ex uetere lectione,& infra. EO quidem magis duratura quæramus.] In quibusdam codicibus.Eoq; magis duratura quæramus.In exemplari meo domestico gallicana manu scripto. Et eo quidem magis,& cætera,& infra. ¶ Apud paucos post remanet gratia.] Castigandum putamus cõtra omnia exemplaria. Apud paucos post rem manet gratia, & infra. ¶ Sic in beneficio sensus cõmunis.] Lego,Sit,non Sic,& infra. ¶ Tempus,locũ obseruet,personas.] Præpostere locatæ dictiones.Lege,Tempus,Locũ,Personas obseruet,ex codice cœnobij diui Francisci Salmanticensis antiquissimo & emẽdatissimo ac plane uenerandæ fidei, & infra. VBI ILLA defecerant.] Fideliorem lectionem ducimus, ubi illi defecerãt: hoc est
Cap.13. Hercules & liber,& infra. NVLLI gratum est.] Quædam exemplaria: nulli datum est, & infra. ¶ Morbo suo morẽ gessit.] In quibusdam codicibus, Minime, Morbo suo morẽ gessit,& infra. ¶ Illa enim in quantũlibet exeat.]
Cap.14. Omnis antiqua lectio. Illa uero in quantũ libet exeat,& infra. ¶ Ille accepit quũ rogasset, ego quũ rogarer.] Quædam exemplaria. Ille accepit quum rogasset,ego quum nõ rogarem. Alia, Ille accepit quũ rogasset,ego non rogaui, & infra. Ne perperã monitiones nostras exaudit.] Exemplar Academiæ Salmanticẽsis,Ne perperã monitiones nostras exaudiat,& infra. NON quòd quilibet casus.] Dictio, quòd, expũgenda, ex uetere lectione. Alioqui legendũ
Cap.15. erat inuerso ordine,quod nõ quilibet casus,& infra. ¶ Et quorũdã beneficiũ male quã iudicũ.] Cõiũctio,& delẽda est,ex eadẽ,& infra. ¶ Quid ergo ista inter se mixta dubitamus?] Distinctæ scribẽdũ,Quid ergo? ista inter se cætera,

IN LIB. SECVNDVM DE BENEFICIIS.

Cap.1. SI SIC demus quomodo uellemus accipere.] Antiqua exẽplaria.Sic demus quomodo uellemus accipere,& infra. ¶ Et sic dare tanquã sibi raperet.] In eadem superfluit particula,si,Nam legendũ esse eriperetur,nõ raperet, alij ante me annotarũt. Codices alij,tanquã sibi eriperet, & infra. ¶ Proximus est autẽ neganti qui dubitauit.] In eadem,Proximus est autẽ à negante qui dubitauit,& infra. ¶ Sed aduersus ducentẽ male retinuit.] Tria illa uerba,sed aduersus ducentem,non agnoscũt nõnulla exemplaria,& infra. ¶ Parata facile occurrentia, ubi nulla mora fuit.] Scribe: Parata,facilia,occurrẽtia,ubi nulla interuenit mora,ex uetere lectione, & infra. ¶ Os concurrat & suffundatur rubor.] Eadẽ,Os cõcurrat & suffundatur rubore.Scribendũ existimo cõtra fidem omniũ exemplariũ. Os corruat,nõ os concurrat,ut uerba etiã mox paulo sequẽtia indicant. Molestum uerbũ est, Onerosum & demisso
Cap.2. ultu dicẽdum,rogo,& infra. ¶ Quonĩã quidem ut maioribus nostris grauissimis uiris usum est.] Duo illa uerba, grauissimis uiris,in exemplaribus aliquot nõ leguntur.Et scribo, Quandoquidẽ,non quoniã quidem,frequentissima
Cap.3. in hoc autore menda,& infra. ¶ Tacite malimus & intra nos precari.] Vetus lectio, tacite malumus, & intra nos metipsos precari,& infra. VT illum castiges quòd tardior in rogando fuit.] Eadẽ,ut ille se castiget quòd tardior in
Cap.4. te rogãdo fuit,& infra. ¶ Quàm si multiplicatiũ hoc ad me de quo loquebar alia uia peruenissem.] Verba illa,de quo loquebar,nõ sunt Senecæ si fidem adhibemus scriptis codicibus,& infra. QVAM ubi quòd impetrasti rogandum
Cap.5. est.] Exemplar diui Francisci,quàm ubi quid impetrasti rogandũ esse,& infra. ¶ Vt beneficia tua illibata & integra.] Scribe,ut beneficia tua illibata,ut integra,ex uetere lectione,& infra. POTES ob id ingratus esse.] Castiga, potest ob id gratus esse? ex eadem, & infra. ¶ Est enim bonarũ etiam rerum sollicita expectatio.] Scribo. Est enim bonarũ etiam rerum sollicitis expectatio grauis,ex eadem,& infra. ¶ Aut gaudere beneficio suo tardius manus affert.] Legendũ permutato ordine:aut gaudere tardius beneficio suo manus affert,ex eadem,& infra. ¶ Et propriũ est libenter faciẽtis cito facere.] In exemplaribus diuæ Mariæ & diui Francisci urbis Salmãticensis aliter hæc uerba leguntur,& propriũ est beneficientis libenter & cito facere, & infra. ¶ Qui tarde dedit & diem extrahens prosuit.] Quidã codices, Qui tarde & diem de die extrahẽs profuit. Alij,Qui tarde fecit diu noluit, & qui de die diem
Cap.6. extrahẽs prosuit,& infra. SED IN infinitũ interest.] Præpositio,in,superuacanea est,ex uetere lectiõe,& infra.
Cap.7. ¶ Etiam si quid erit de quo uelis admonere.] Breuior scripta lectio,etiam si quid uelis admonere,& infra. VT ære alieno succurreret.] Variant exemplaria. Quædam legunt,ut ære alieno grauato ei succurreret. Alia,ut ære alieno eius succurreret,& infra. ¶ Sed creditores cõuocare.] In quibusdam codicibus,onerare legitur, non conuocare, ut legendum forte sit,sed credito exonerare. Subijcit enim paulo post,Liberauit illum à creditoribus,sibi nõ obligauit,
Cap.8. & infra. REPREHENDERE est ut in transitu de hac quoq; parte dicam.] Corrigo. Deprehendere est. Et ut
Cap.9. in transitu de hac quoq; parte dicã,ex uetere lectione,& infra. ET NE hoc quidem confitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios usus.] Puto scribendum,& ne sic quidem confitenti deesse sibi in sumptum cætera, ut sit in sumptus quòd analoma Græci uocãt. Posset etiam legi,& ne hic quidem confitenti:hoc est in morbo,& infra. ¶ Pului no eius ignoranti sacculum subiecit.] Scribe: ignorantis,non ignoranti,ex scripta lectione, & infra. ¶ Ego sciam
Cap.11. me dedisse.] Festiuiorem reddes orationẽ si inuersis dictionibus legas, ego sciam de disse me,& infra. NON EST memoriæ reuocandum.] Corrige. non est memoria renouanda, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nisi ut aliud dando prioris admoneas.] Scribendũ: nisi ut aliud dando prioris admoneas, ex eadem,& infra. ¶ Et hoc laudabitur quod ipse non narras.] Sunt codices in quibus,narrabitur,legas,nõ laudabitur,lepidiore sic & efficaciore sensu,& infra. ¶ Quæ ego magis uelle me scio præstare quàm posse.] Variãt exemplaria. Quædam legunt,ego magis uelle me scio præstare quã præstitisse. Alia sic,Sed & ego magis uelle me scio omnia illi præstare quã adhuc præstitisse,& infra. ¶ Multa cura sata producũtur ad segetẽ.] Perducũtur scribendũ,nõ producũtur,ex uetere lectione,& infra.¶ Nec tamẽ tuta sunt.] Emẽda.Hæc tamen irrita sunt,ex eadẽ,& infra. ¶ Sed ut ames.] Delenda particula,ut,ex eadem, & infra. ¶ Detrahenda est inanis iactatio.] Sunt exẽplaria in quibus legitur,Detrahenda est inanis manus iactatio, & infra.

& infra. CAESAR dedit uitam.] Scribe. C.Cæsar dedit uitam,ex scripta lectione, & infra. ¶ Porrexit ad oscu- Cap.13.
landum sinistrum pedem.] Particula,ad, non habetur in eadem, & infra. ¶ Qui excusant eum negant id insolentiæ
causa factum.] Quædam exemplaria. Qui excusant & negant id cætera. Alia breuius. Qui excusant id insolentiæ causa factũ,& infra. ¶ Si senator senex submissis honorib.] Scribẽdũ forte,si senator senex summis usus honoribus, & infra. ¶ Pigros suos.] Quid si legas pictos soccos. Nam soccos muliebres picturis uariari nemo nescit. Et usum C.
Cæsarem muliebribus soccis Tranquillus in eius uita prodit,& infra. ET omne beneficium in iniuriam conuertis.] Cap.13.
Lege,ut omne beneficium reliqua.ex uetere lectione, & infra. ¶ Vno modo persuadebimus ne beneficia insolentia perdant.] Scribendũ. Vno modo istis persuadebimus ne beneficia sua insolentia perdant,ex eadem,& infra. ¶ Quæ tumultuosius data sunt.] Quo,non quæ,eadẽ,& infra. VT frigida ægris negamus.] Frigidam legendũ,nõ frigida. Cap.14.
ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Et merito quum ad mẽtem bonam redierit.] Deest dictio,quidẽ,& merito quidem quum ad mentẽ bonam redierit.ex uetere lectione, & infra. ¶ Quod nũquam in malum uertatur.]
Eadem,uertat agnoscit,non uertatur,ut illud.hos illi quod nec bene uertat cætera,& mox paulo adiuuabo,nõ iuuabo legitur,& infra. ¶ Siue ambitionis calor abducit à tutis nõ committam.] Exemplar diui Francisci fidelius hunc
locum legit quàm reliqua quæ hactenus ad manus meas uenerint.siue ambitionis calor abducit à tutis,nõ à semetipso uim sibi inferri patiar,nec committam reliqua,& infra. ITA qui quantum det ostendit munus suum non cõmendat Cap.15.
sed exprobrat.] Scribe per minorem, ita qui quantum det ostendit munus suum commẽdat,non exprobrat,ex uetere lectione,& infra. ¶ Tecum inter illa quæ donabis examina.] Sic prior æditio. Corrige,& ipsum inter illas quod
donabis examina.ex eadem,& infra. ET CVM regia sit est stultissima.] Antiquus codex,& tamen regia quum Cap.16.
sit stultissima,& infra. ¶ Personarum ac dignitatum proportio.] Ratio legitur in exemplari diuorum Facundi & Primitiui,non proportio,& infra. NIHIL tam exiguum est quod nõ honeste regis humanitas tribuat.] Quædam Cap.17.
exemplaria. Nam nihil tam exiguũ est quod non honestet regia humanitas,& infra. ¶ Aut mittentis studio.] Duo
scripta exemplaria,dubio agnoscunt,non studio. Quid si legas,deuio.& ultra. ¶ Vt malignis cursoribus proposi- Cap.18.
tum est.] Lusoribus,non cursoribus antiqua lectio,& infra. PER totam uiam eundum est.] Vitam lege,non uiam,
ex eadem,& infra. ¶ Subsequuntur autem plurima.] Sequuntur eadem,non subsequũtur, & infra. ¶ Etiam post
iniuriam posis.] In scriptis quibusdam codicibus post hæc uerba sequitur,ubi amicitia iucundam alicui eam fecit & iustam.In alijs.ubi amicitiam alicui iucundam causa fecit & iustam,& infra. ¶ Honestam uitam sequi uolentibus,]
Scribe.Honesta sequi uolentibus,ex ueter lectione,& infra. TYRANNVM pone.] Si sic legas sensus nõ proce- Cap.19.
dit. Vide itaq; an tyrannicidam placeat legi pro tyrannum, & infra. VENIRE in disputationem potest aliquan- Cap.21.
do.] Scribe aliquam, nõ aliquando,ex uetustis exemplaribus, & infra. ¶ Et infamis repromittit.] Castiga. & infamis ore promittit,ex exemplari Facundi & Primitiui. Loquitur enim ut paulo post apparet de illis quorum teterrima libido,ut Lactantius inquit,nec capiti quidem parcit,& infra. ¶ Viuam cum obscœno? Non uiuam cum redemptore.] Scribendum reor. Viuam cum obscœno? Non, Viuam cum redemptore? Non,partim ex uetere lectione,partim ex coniectura,& infra. ¶ Quæm Cæsar occidit.] Corrige.quem C. Cæsar occidit, ex uetere lectione, & infra.
VTRVM hæc munera accipere est an senatum legere.] Hæc uerba inuectitia sunt ut arbitror,& aliunde in Sene- Cap.22.
cæ contextum irrepserunt. Certe in exemplari bibliothecæ diuæ Mariæ non habẽtur omnino,& infra. ITA acci- Cap.23.
pienti adhibenda concio est.] Exemplar Gymnasij Salmaticensis conscio egit,non concio. Vt putem legendum in totum sic,ita accipienti adhibendus conscius est.dixerat enim paulo ante.testem beneficij & conscium uitant,& infra.
¶ Quidam nolunt nomina secum fieri.] Scribendũ reor,uolunt,potius quã nolunt, & infra. ¶ Quibus iam ante dignitatem debent.] Quibus uitam aut dignitatem debent.Codex diui Francisci,& infra. QVIA nec referre potest Cap.24.
gratiam nisi qui meminit.] Adde ex eodem, & qui meminit eam refert, & infra. ¶ Non mihi opus est.] Lege, non
quidem mihi opus est,ex uetustis exemplaribus.Nec adduci possum ut credam Senecæ esse uerba illa,quæ statim ante habentur tanquam qui dicat,sed glossema,& infra. NEC ad spem quidem exequendi unquam beneficij accedere.] Cap.25.
Lege,quàm nec ad spem quidem exæquandi unquã beneficij accedere,ex eisdem,& infra. ¶ His atq; eiusmodi uocibus agamus.] Scribendũ ex eisdem.His atq; eiusmodi uocibus id agamus, & infra. NEC satis pro suo precio æsti- Cap.26.
matum putet.] Castiga,nec satis suo precio se æstimatũ putet,ex eisdem,& infra. INGENII fuit sterilis tam pu- Cap.27.
silli quàm animi.] Sic prior æditio,quam lectionem agnoscunt antiquæ omnia exemplaria. Cuius loco substituendam puto inuerso uerborum ordine,ingenij fuit tam sterilis quàm pusilli animi,& infra. ¶ Derisum à labore irrito liberauerat.] Vetus lectio.derisu ac labore irrito liberauerat,& infra. ¶ Nec hoc quidem faciet si unus est ultra se.Cupiditas se porrigit.] Scribendum. Nec hic quidem faciat si unus est. Vltra se cupiditas porrigit, ex eadem, & infra.
QVANTO est simplicius quanto purius.] Eadem prudentius agnoscit, non purius, ut forte commodior lectio sit Cap.28.
prudentius, & infra. ET QVIDEM professi sapientiam quæruntur quod non magnitudine corporis æquemus Cap.29.
elephantes.] Lego per minorem:etiam quidam professi sapientiam. Deinde scribe per maiorem. Quæruntur quod non magnitudine corporũ æquemus elephantos,partim ex uetere lectione,partim ex coniectura,& infra. ¶ Multa animalia nandi felicitate.] Expende an sit commodior lectio,facilitate,quàm felicitate,& infra. ¶ Pares animalibus habeamus.] Hæc uerba in nullo antiquorũ exemplarium habentur,& infra. ¶ Et in negligentes nostri deos quærimoniam iaciunt.] Scribe,& negligentes nostri deos.reliqua desiderantur in uetere lectione,& infra. ¶ Quod non bona ualetudo & uirtus inexpugnabilis.] Vitijs eadem, non uirtus agnoscit, & infra. ¶ Voluerunt secula fortiri.]
Eadem secunda agnoscit, non secula. Legendum puto secundas: ut paulo post, ab ipsis proximos nos collocauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et libro tertio de Ira. Optimum iudicauit quicquid dixisset sequi, & secundas agere, & infra. ¶ Quanto uelocio-
ra assequamur.] Consequamur uetus lectio, nõ assequamur, & infra. ¶ Magna accepimus, maiora non debuimus.]
Scribendum. Magna accepimus, maiora non cepimus, ex eadem, ut sit exornatio Paranomasia, siue Annominatio li
Cap.30 terarum detractione, & infra. HAEC mihi liberalis.] Lege. Hæc mi liberalis, ex eadem, & infra. ¶ Etiam inter
cætera.] Etiam in cætera. exemplar scholarum Salmanticensium, & infra. ¶ Ab infirmitate atque inopia erat.]
Petat, non eruat. uetus lectio, & infra. ¶ Referre gratiam facile est.] Superuacaneum est uerbum, gratiam. ex ea-
Cap.31 dem, & infra. PRODESSE et cui dat ex uoluntate supra est.] castiga. prodesse ei cui dat & uoluptati sibi esse.
ex eadem, & ultra. ¶ Peruenitq; ad me animus eius.] Scribendum arbitror munus, non animus, & infra. ¶ Nihil
de reditu cogitare.] Scribe per duplex d redditu, uel contra omnia exemplaria, & infra. ¶ Non quicquid potero
Cap.32 & faciam & reddam.] Corrigendum arbitror. Non quicquid potero faciam ut reddam, & infra. LICET ani-
mo benignissimo acciperet.] Scribe acceperit, non acciperet. ex uetere lectione, & infra. ¶ Et expedite remisit
quam acceperat.] Legendum puto exceperat, non acceperat. Nam præcesserat paulo ante pilam iacere & diligen
ter excipere. & sequitur qui pilam ut oportebat excepit, & infra. ¶ Ludus per se imperfectus est.] Corrige. tamen
Cap.33 lusus ipse imperfectus est. ex uetusta lectione, & infra. ERGO gratus sum.] Emendatiores codices. ego gratus
sum, & infra. ¶ Perfecit opus suum etiam si non uendidit.] Deest dictio, Phidias, Perfecit opus suum Phidias cætera.
ex eisdem, & infra. ¶ Fructus primus illæ conscientiæ.] Deest uerbum substantiuum, est, fructus primus illæ est con
scientiæ. ex eisiem, & infra. ¶ Secundus est & famæ & eorum quæ præstari inuicem possunt.] Legendum reor.
Secũdus est famæ. Tertius eorum quæ præstari inuicem possunt, ut paria sint imaginis membra. Erroris causam fu-
isse opinor similitudinem ternarij numeri per compendium scripti in exemplaribus antiquis cum figura qua in eis-
dem effigiatur coniunctio, &, & infra. ¶ Itaq; quum benigne acceptum est, beneficium est. Qui dedit gratiam quã-
dem iam recepit.] Castigandum puto. Itaq; quum benigne acceptum est beneficium, is qui dedit cæteri, & infra.
Cap.34 PRIMVM fecit. Bono animo bonum obtulit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Plurimum legit, non primum. &
rettulit mallem legeres, quàm obtulit, & infra. ¶ Post deinde.] Legendum existimo. Post dtude, & infra. ¶ Res
esse magis quàm uerba.] Castiga plures res esse, quàm uerba. ex exemplari scholarum Salmanticensium, & infra.
¶ Sed aliunde commodatis, quia pedem & nostrum dicimus.] Corrigendum. sed alienis commodatisq; pedem &
nostrum dicimus. ex uetere lectione, & ultra. ¶ Fortitudo est pericula iusta contemnens.] Scribe. Fortitudo est utr
tus pericula iusta contemnens. ex eadem, & infra. ¶ Vt & ille fortis dicatur.] Sunt codices in quibus particula, ut,
non habetur, & infra. ¶ Sic beneficium est & actio dicitur beneficij.] Sic prior æditio. Quidam codices. Sic bene-
Cap.35 ficium est & actio ut diximus bona. Alij & actio ut diximus benefica, & infra. INSANIRE omnes scilicet stul
tos dicimus.] uerbũ, scilicet, desideratur in scriptis codicibus & infra. ¶ Gratiã relaturũ etiam quum reddiderit.]
Etiã quum rettulit ijdẽ præferunt. Scribendũ puto. etiã quum rettulerit, & infra. ¶ Ne intolerabili sarcina depressi
deficiamus. Animo bono mihi donata sunt.] Scribendũ reor. ne intolerabili sarcina depressi deficiamus animo. Bo-
na mihi donata sunt, & infra. ¶ Spiritus & libertas potior spiritu.] Restituẽdus forte hic deprauatissimus locus sic.
Spiritu & libertate potior. ut superuacaneæ sit dictio ultimæ, spiritu, adiecta fortasse ab aliquo qui putauit. potior,
comparandi esse nomẽ, non uerbum, & infra. ¶ Non ut soluisse te putes.] Non ut solutũ te putes. exemplaria diuæ
Mariæ & diui Francisci.

IN LIB. TERTIVM DE BENEFICIIS.

HAEC prauitate naturæ accidere.] Hoc, non Hæc præfert uetus lectio, & infra. ¶ An quia hoc accidat ali-
Cap.1 cui.] Aut, non An, eadem legit, & infra. NISI ad quod sæpe non respexit.] Scribe nisi ad quod nõ sæpe re-
Cap.2 spexit. ex eadem, & infra. MERITA nonnunquam maxime uelant.] Maxima, non maxime. eadem, & infra.
Cap.3 ¶ Prima ac omnium potissima.] Eadem. Prima omnium ac potentissima, & infra. ¶ Sed quod appetitur intenti.
Scribe, sed in id quod appetimus intenti. ex exemplari diui Frãciscí, & infra. ¶ Inuidere & gratias agere.] Scribe.
& inuidere & gratias agere. ex eadẽ, & infra. QVOMODO gratus quisquã esse aduersus beneficia potest, qui
Cap.4 omnẽ uitam suã transtulit? Præsentiũ intuitus ac præteritorũ memoria gratũ facit. Memoriæ minimũ tribuit quis-
quis spei plurimũ.] uetus lectio particulã, ergo, addit. Quomodo ergo gratus quisquã cætera. Item correctiora &
antiquiora exemplaria futurorũ legunt, nõ præteritorũ. Quapropter adducor ut locũ hunc ambustũ & mutilatum
sic resarciam, nõ ausim dicere restituã. Quomodo ergo gratus quisquã esse aduersus beneficia potest qui omnẽ uitã
suam transtulit præsentiũ intuitu, spe futurorũ. Memoria gratũ facit. Memoriæ minimũ tribuit quisquis spei pluri-
Cap.5 mum, & infra. NISI cõtineatur.] Aliquot scripti codices nisi cõtinuetur, & infra. ¶ Quid cuiq; debeamus co-
gnoscimus.] Recognoscimus legendũ, nõ cognoscimus. ex uetere lectione, & infra. ¶ Adeo tamẽ ingratus est.] Cor-
Cap.6 rige. Adeo enim ingratus est. ex eadẽ, et infra. ET à maioribus collata à posteris exigant.] Eadẽ, maiores legit, nõ
à maioribus. Puto scribendũ. Et maioribus collata à posteris exigant, & infra. ¶ Ab hostibus tantum expetierunt
beneficia. magno animo dabant magno perdebant.] Corrige ab hostibus tantum æs petterunt. Beneficia magno ani
mo dabant, magno perdebant ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. AVT EX conducto aut ex locato.]
Cap.7 uetus lectio. aut ex conducto & locato, cui lectioni fauent Iurisconsulti, apud quos habetur titulus de locatione &
conductione, & infra. Non magis laudabit quisquam.] Deest coniunctio, enim, non enim magis laudabit quisquam.
ex eadẽ, & infra. ¶ Gratũ hominem et beneficiũ.] Corrigo. gratũ hominem et beneficũ. cõtra omnia exemplaria.
& infra. ¶ Si ad iudicem quàm ad arbitrum mittitur.] Legendum ex codice Facundi & Primitini, si ad iudicem
quàm

quàm si ad arbitrum mittitur, & infra. ¶ Et equestris hæreditas misit.] Quid si legis. & equester ordo trãsmisit.
Aut sic, quẽ census in album equestris ordinis misit. Nam teste præter alios Asconio Pediano in oratione pro M. Scau-
ro, iudicia aliquando penes equestrem ordinem fuerunt, & infra. ET cum ualetudo eius ac salus momentis consta-
Cap.9. ret excepisse idonea cibi tempora.] Duo uerba, ac salus, non habentur in plerisque exemplaribus. & cibo legitur,
non cibi. in omni scripta lectione, & infra. AN hoc indicimus ut nunc demus beneficia sine teste.] Corrige. An hoc
Cap.10. inducimus ut non demus beneficia sine teste? ex eadem, & infra. ¶ Inæquales & pro cuiusq; beneficio.] Scribendum
ex eadem. An inæqualem & pro cuiusq; beneficio, & infra. SOLLICITANDI ad hunc laborẽ erunt.] Emenda
Cap.11. erant. ex eadẽ, & infra. ¶ Si deceptus es quære dignũ adiuua.] Quædam exemplaria. Si deceptus es quærere, dignũ
adiuua. Legẽdum reor. Si deceptus es quære te dignũ. Adiuua, & infra. ¶ Quibus dederũt nihilominus daturi sunt.]
Lege, quibus dederũt dant nihilominus daturiq; sunt, ex codice scholarũ Salmanticensium, & infra. QVAEDAM
Cap.12. excipientibus magna sunt.] Idem codex accipientibus habet, non excipientibus, & infra. ¶ Quem nosse à beneficio
incipis.] Scribe, quẽ nosse à beneficio tuo incipis. ex antiqua lectione, & infra. ¶ Qui dignitati suæ quã securitati suæ
cõsuli malit.] Legendũ. qui dignitati suæ quàm securitati cõsuli malit. ex eadẽ, & infra. ¶ Beneficiũ sæpe ab ipso ac-
cipio à quo nolo.] Corrige, ab eo accipio à quo nolo. ex eadẽ, & infra. AN in quo læsus est.] Castigãdum puto. an id
Cap.13. quo læsus est, & infra. ¶ Erimus per hæc ipsi quoq;.] Legendũ hoc, nõ hæc. & paulo post inuitis pro inuitus, ex scri-
pta lectione, & infra. ¶ Nisi quod uolunt.] Scribo. nisi quod uolent. ex eadẽ, & infra. IN quos merita conferũtur.]
Cap.14. Legendum puto, conferrẽtur, nõ conferuntur, & infra. ¶ Et quærenti occasiones amputemus.] Mallem legeres. &
quærendi occasiones amputemus, & infra. ITAQVE nõ honestius erat.] Vetus lectio. Ita nõ honestius erat, & in-
Cap.15. fra. ¶ Nisi apud alium gestata est apud aliũ mansit.] Dispice an legendũ sit, pransit, potius quã mãsit. Nam sæpe nu-
mero duas has res gestari & prandere cõiungit Seneca, & infra. MATRIMONIVM uocari unũ adulterum.]
Cap.16. Scribe adulterium, non adulterum, ex uetere lectione. & mallem legeres unius quàm unum, & infra. NON educa-
Cap.17. toris.] Emendatius ut sentio quædam exemplaria, non educatorum. Nam præcesit parentum & sequitur præcepto
rum, & infra. DARE aliquando beneficium.] Deest dictio, domino. dare aliquando domino beneficium, ex exem-
Cap.18. plaribus scriptis, & infra. ¶ Quid enim animus magnus promitteret sibi si certam uirtutem fortuna mutaret.] Ma
gnum non magnus quidam codices. Alij magni. Et considera an sit probatior lectio, censu, quàm certam. Dixit enim
Paulo ante non eligit domum nec censum, & infra. ET LABORE summo colit.] Exemplar Facundi & Primi-
Cap. 9. tiui, eius laborem summo colit. Puto castigandum. Eius laborem suo tollit, & infra. ¶ Sine respectu dimicantem.]
Idem sine respectu sui dimicantem. Lego suæ, non sui, & infra. QVAM quod seruo necesse est beneficium.] Lege
Cap.21. quàm quod seruo necesse est beneficium est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Est aliquid quod dominus præstare seruo
debeat, ut cibariũ, uestiarium.] Eadem. Est aliquid quod dominus præstare seruo suo debeat, ut cibaria, uestiarium,
& infra. QVAM quod operis locauit.] Omnis antiqua lectio operas agnoscit, non operis, & infra. CLAVDI-
Cap.22. VS quadrigarius in secundo & uicesimo annalium tradit quod quum obsideretur Drumentum.] Corrige. Claudius
Cap.23. quadrigarius in duodeuicesimo annalium tradit. Cum obsideretur Grumẽtum. ex eadem. Grumentinos autem po-
pulos esse in Italia Lucaniæ regionis notum est ex Plinio & reliquis, & infra. ¶ Et exemplum duarũ urbium fuit.]
Castigo, & exemplum Gramẽtinæ urbis fuit, ex eadem, in qua quum esset uitiose scriptiũ, Drumen, per compẽdium
ut solet fieri non percipiens imperitus librarius quid esset, Drumen, substituit duarum. Vera enim lectio erat, Grumẽ
urbis, hoc est Grumẽtinæ urbis. Meminit historiæ Macrobius etiam primo Saturnaliorum, & infra. ¶ Non est mihi
crede non est.] Eadem. Non est mihi crede non dico, & infra. ¶ Atenus prætor Marsorum.] Codices nonnulli. Ve-
lenus non Atenus præferũt. Sed utroq; modo uitiose legitur. Macrobius enim primo Saturnaliorum docet scriben-
dum esse, Cluentius non Veclenus siue Atenus. Cluentium inquit Pelignum Italicensem comprehensum à cohortibus
suis ne Pompeio traderetur seruus eius occidit, ac se ne domino superstes fieret, interemit, & infra. CVM tergi-
Cap.24. uersantem eum uideret.] Dele pronomen, eum, ex uetere lectione, & infra. PETITQVE non fastidiendam &
Cap.27. propitio summam.] Quidam codices emendatius. Petitq; ne fastidiendam à propitio summam, & infra. ¶ Honeste
Cæsar quod ignouit.] Vetus lectio. Honeste Cæsar fecit quod ignouit, & infra. ¶ In parte prima ædium collocant.]
Summa non prima eadem agnoscit, & infra. VBICVNQVE fecit nomen illustre illo domini fugiunt.] Sic prior
Cap.28. æditio. Locus est corruptissimus. Correxerunt alij fulsit pro fecit recte: nos putamus legendum loco illorum uerbo-
rum, illo domini fugiunt, illud domi pingunt. Nam & in antiquo quodam exemplari fingunt legitur, non fugiunt,
& infra. ¶ Siue libertini ante nos habentur.] Legendum forte. Siue libertini autem nobis aui, & infra. ¶ Et tam
contemptus quàm contemnis.] Sunt exemplaria in quibus coniunctio, &, desideratur, & non contemnis legatur sed
contemnens, & infra. ILLVD conceditur.] Scribe. Istud conceditur: ex uetere lectione, & infra, ¶ Cuius bene-
Cap.29. ficium est ipsum quod uincit.] Legendum uincitur, non uincit, ex eadem, & infra. ¶ Maius eo quod cœpit.] Codex
Facundi & Primitiui, matus eo quo cœpit. Scribendum puto: maius eo à quo cœpit, & infra. ¶ Tantum quæ in fir-
mamẽtum totius operis.] Scribendum, tamen, non tantum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Cum æque sine patris be-
neficio quam sine nutricis fomento non potuerim cætera.] Verbum fomento non habetur in ullo antiquo exemplari.
Existimo q; scribendum inuerso dictionum ordine sic: cum æque sine nutricis beneficio quam sine patris non potue-
rim reliqua, & infra. ATQVI nemo dicitur plus debere ignotis.] Ex uetere lectione scribo. Atqui nemo dicet me
Cap.30. plus debere ignotis, & infra. ¶ Maioribus suis debet.] Verbum, suis, in codice Facundi & Primitiui non habetur:
& puto scribendum debeo, non debet, & infra. ¶ Non enim genuisset me pater ni sanatus esset.] Duo exemplaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Francisci alterum. Alterum diuæ Mariæ aliter. Non enim genuisset me pater meus nisi beneficio eius sanatus esset,& infra. ¶ An id quod potuit & id quod fecit meum sit.] Legendum uidetur contra omnia exemplaria. An id quod potui,& id quod feci meum sit,& infra. ¶ Per se intuere quale sit.] Legendum reor prorsus intuere quale sit,& infra. ¶ Sed non ideo maiorem omnibus quia primum est.] Veteres codices. sed non ideo maius est omnibus quia primum est,& infra. ¶ Quicquid humanus ad se animus rapit.] Castiga.quicquid humanos ad se animos rapit.ex eisdem,& infra. ¶ Respondebo tibi & prorsus.] Scribe. Respondebo tibi. Est prorsus.ex eisdem,& infra. ¶ Sed si ad bene uiuendum minima portio est.] Quidam codices beneficiendum habent, non bene uiuendum,& infra. ¶ Quod non ex tuis beneficijs, sed etiam sine tuis oritur.] Corrige. quod non ex tuis beneficijs etiam si non sine tuis oritur.ex scripta lectione, & infra. ¶ Aut per uoluptatem dederim.] Eadem aut certe per uoluptatem
Cap.31 dederim,& infra. SI EXPOSVISSES nempe iniuria erat genuisse.] Eadem exposuisse est nempe cætera. emendo.Exposuisses. Nempe iniuria erat genuisse,& infra. ¶ Ita tamen hoc est tuum quod uiuo.] Corrigendum. Ita hoc tantum est tuum quod uiuo.ex eadem,& infra. ¶ Ipso beneficio maius quàm quod dederas recepisti.] Scri
Cap.32 be.In ipso beneficio tuo maius quàm quod dederas recepisti.ex eadem. In quibusdam codicibus non habetur uer bum,quod.In alijs sic legas.si bene uiuo in ipso beneficio reliqua,& infra. QVANTAM accepisset uoluptatem.] Cepisset eadem habet non accepisset,& infra. CVM MAXIME prementia.] Eadem.tot eum cum ma
Cap.33 xime prementia,& infra. ¶ Haud dubium est.] Aduerbium,haud,non habetur in uetere lectione,& infra. NEC DANTI uoluntarium.] In eadem. sed danti uoluntarium. Legendum forte. sed & danti uoluptarium,& infra.
¶ Quid necesse est multis? dedit etiam quibus dedisse se nescit.] Scribe.quod necesse est ille multis dederit etiam
Cap.34 quibus dedisse se nescit.ex eadem,& infra. IAM TEMPVS est quædam ex nostra ut ita dicam moneta primo ferri.] Eadem.Iam tempus est ut ex nostra ut ita dicam moneta aliquid proferamus,& infra. ¶ Potest autem si se pius periculo mortis liberatus.] Eadem.Potest ergo si sæpius à periculo mortis liberatus,& infra. ¶ Eo quod natus est.] In exemplari Facundi & Primitiui desideratur uerbum, eo,& infra. ¶ Patris beneficia uinci.] In quibusdam codicibus. Quid inquit? Patris beneficia uinci cætera,& infra. ¶ Quam illi dederat.] Scribe. quam ipse
Cap.35 illi dedit.ex uetere lectione,& infra. NATVRA enim gloriosa uirtus.] Deest in fine uerbum,est. Natura enim gloriosa uirtus est.ex eadem,& infra. ¶ Nisi hic ita iudicamus.] Scribe, hoc,non hic.ex eadem,& infra. ¶ Posita
Cap.36 est inter parentes ac liberos.] Legendum,Proposita est.cætera ex eadem,& infra. IPSE CVIVS infantia leue tutumq; gestamen.] In eadem non,cuius, habetur: sed, eius, ut putem legendum: ipse eius in infantia leue tutumq; gestamen,& infra. ¶ Qui cum ante ad tempus relegatus esset.] Verbum, ante, superuacaneum est. ex eadem,& infra. ¶ Proditorem parentis inuiti.] Quid si legas inuisi non inuiti: aut certe proditorem parentis in lite,& in
Cap.37 fra. PARENTIBVS malis parui.] Parentibus meis parui.uetus lectio,& infra. ¶ Siue iniquum fuit.] Scribe. siue iniquum fuit ac durum,ex eadem.

IN LIB. QVARTVM DE BENEFICIIS.

Cap.1 CVM VIRTVTEM nec lucrum inuitet nec absterreat damnum.] Vetus lectio. Cum uirtus nec lucro inuitet, nec absterreat damno. Posset legi. Cum uirtus nec lucro inuitetur, nec absterreatur damno,& infra. ¶ Vt cuncta in se impendere iubeat.] Scribendum. Vt contra in se impendere iubeat. ex eadem,& infra. ¶ In
Cap.2 ultro tributis sit.] Exemplar diui Francisci.multis tributis sit,& infra. DISPVTATIONEM ESSE oportet de re tota.] Quidam codices.Disputatio est de re tota. Et perpende an pro uerbo quod sequitur, potestate,
Cap.3 substituendum sit,parte. Sequitur enim mox paulo. Primæ partes eius sunt. SI VNA BENEFICII dandi causa sit utilitas.] Antiqua lectio. Nam si una beneficij dandi causa sit dandi utilitas. Alij codices,dati utilitas. Lego dan
Cap.4 tis utilitas,& infra. ITAQVE NON dat Deus beneficia.] Considera an legendum sit. Vtique non dat Deus beneficia,& infra. ¶ Vota facientibus priuata geri ac publica.] Verbum, geri, expungendum ex uetusta lectione, & infra. ¶ Nisi noscerent illorum beneficia nunc oblata.] Scribe. nisi noscerent illorum uera beneficia nunc ultro oblata.ex eadem,& infra. ¶ Quis est itaque tam miser.] Legendum. Quis est autem tam miser.ex eadem,& in
fra. ¶ Parum autem id quod nascentibus.] Desideratur ex eadem uerbum, est. Parum autem est id quod nascenti
Cap.5 bus,& infra. VSQVE IN delitias armamur.] Corrige. Vsque in delitias amamur. ex eadem,& infra. ¶ Illa præbitura commertia uia uasta & nauigabili cursu uadentia.] Castiga. Illa præbitura commertia mari, uasto & nauigabili cursu uadentia,ex eadem,& infra. ¶ Statis diebus.] Quædam exemplaria,æstatis diebus,& infra.
Cap.6 ¶ Vt anhela & feruenti subiecta cœlo loca.] Arida habet eadem,non anhela, & infra. IN AERA SVPER quæ decurrunt sola auri uehentia.] Præpositio,in, non habetur in exemplari Facundi & Primitiui. ut putem reliqua sic fere restitui posse.arenas super quas decurrunt solidi auri uehentia. Tanto magis quod eandem sententiam repetitam inuenies in libro de Consolatione ad Martiam,& infra. ¶ Ille Deus non est qui paucas boues.]
Cap.7 Præpostero ordine scripta uerba.Lege. Ille Deus est, non qui paucas boues. ex uetere lectione,& infra. EFFE
Cap.8 CTVMQVE cœlestium.] Eadem effectumq; cœlestium rerum,& infra. NEC DISTAT officium.] Lege.nec distant officio.ex eadem,& infra. ¶ Fortunamq;.] Particula, que, superuacanea est. ex eadem. Alioqui
Cap.9 scribendum erat.fortunam ue,& infra. SED NE aliam disputationem ex obliquo habeam.] Emendo contra omnia exemplaria. Sed ne in aliam disputationem ex obliquo habeam,& infra. ¶ Quocunque modo & quocunque
Cap.10 loco daretur.] Scribe.Quæ quocunque loco & quocunq; modo daretur. ex uetere lectione,& infra. VTRVM

inficier,an palam reddam.] Eadem. Vtrum inficier, an parum reddam,& infra. ¶ Quàm hoc quod existimas.] Codices nonnulli.quàm hoc quod tu æstimas,& infra. ¶ Ingratus qui reddidit.] Vetus lectio.Et ingratus qui reddi
dit,& infra. SVINON auarum,non tenacem.] Eadem.sui non auare tenacem,& infra. ¶ Hunc uero cum ele- Cap.11
gero.] Hunc ego cum elegero.eadem,& infra. SI LATRONIBVS circumuentum defendo.] Scribe. Sic la- Cap.12
tronibus.cætera ex eadem,& infra. ¶ Nemo thusculanum atque tyburtinum.] Emendatiores codices.Nemo thusculanum aut tyburtinum,& infra. INERTIS ocij facere crepusculum.] Legendum forte. inerti ocio assue
cere corpusculum,& infra. ¶ Nobis uoluptas est.] Antiquum exemplar.uirilis nobis uoluptas est, & infra. Alio Cap.13
quin nobis illud damus.] Codices aliquot. Alioquin nobis non illi damus,& infra. TAM NATVRALE quàm
liberis prauis.] Vetus lectio.tam naturale est quàm liberis paruis,& infra. IISDEM etiam hoc collegimus.] Cap.15
Scribe.iisdem etiam hoc colligemus.ex eadem,& infra. ¶ Quomodo id fecerit.] Expende an legendum sit. Quo Cap.16
modo id feres? & infra. ¶ Et profuturam commiserit.] In eadem omiserit habetur,nõ commiserit,& infra. SV
PERVACVVM est inquit,in naturæ ius impelli.] Quædam exemplaria. Superuacuum est enim in quod natu
ra ius impelli. Alia breuius.Superuacuum est in quod ius impelli,& infra. ¶ Placet suapte natura, adeoq; gra Cap.17
tiosa uirtus est.] Placent suapte natura,Adeoq; gratiosa uirtus est.ex uetere lectione,& infra. ¶ Speciem aliam in
duat recti. Velit quoque his uideri beneficium dedisse.] Sunt codices qui inducat præferant, non induat. Postrema autem uerba omnes sic legunt. Velit quoque etiam his uideri,cætera & infra. ¶ Vt animi causa malus sit.] Exem
plaria quædam enim legunt nõ animi,ut forte scribendũ sit inani,& infra. ¶ Dic ergo cuilibet ex istis.] Scribo.Dic
enim cuilibet ex istis,ex uetere lectione,& infra. QVAE illũ obnoxio quolibet ualidissimũ faceret.) Sic prior æ- Cap.18
ditio.Expende an legendũ sit, quæ illũ à noxio quamlibet ualido securũ faceret,& infra. ¶ Societas terras gentiũ in alienæ cætera.] Castiga.Societas terris genitũ in alienæ cætera,ex exemplari scholarũ Salmanticensiũ,& infra.
¶ Sed quia aliud illi timendum est.] Lege,sed quia aliquid illi timendũ est,ex uetere lectione,& infra. ¶ Proiecisti ipsum metũ.] Eadẽ,proiecisti illũ extra metũ,& infra. ¶ Est aliquid per se expetendũ.] Eadem. Est ergo aliquid per se expetendũ,& infra. ¶ Ex apposito acquisitoq;.] Reposito,nõ apposito.eadẽ,& infra. ¶ Lapsa morbo pecora.] Quidam codices laxa. Alij melius lassa. Nullus lapsa,& infra. BONO dedit.] Vetus lectio bono debet,& Cap.21
infra. ¶ Hic intra conscientiam occlusus est.] Clusus, non occlusus. eadem,& infra. ¶ Atque hic etiam si cætera.]
Atqui legendum uidetur,non Atque,& infra. ¶ Quicquid defuit,fortuna peccat.] Deficit,non defuit,codices nõ
nulli,& infra. ¶ In contrarium tradidit.] In contrarium uertit, alia exemplaria, & infra. LICET ipsum cor
pus plenum bona conscientia stillet.] Exemplaria nonnulla.Bene conscio homini si cor bonũ plenũ bona conscientia Cap.22
stillet,& infra. ¶ Per quem bona fides collucebit.] Vetus lectio.Per quẽ bona conscientia lucebit,& infra. ¶ Nunc quoq; illud argumentũ quamuis dictũ iam reducatur.] Eadem. Nunc illud quoq; argumentũ supra dictũ reducatur.
Alij codices. Nunc illud quoq; argumentũ quamuis ductum reducatur, & infra. ¶ Quæ sæpe tuto ac facili datur.]
Corrigendũ reor,quæ sæpe tuta ac facili aditur, ut subintelligatur uia græco more. Nam & in exemplari Facundi & Primitiui, tuta, scriptum est, non tuto, & infra. NVM dubium est.] Vetus lectio. Non dubium est,& infra. Cap.23
¶ Minoribus sphæræ spacijs flectens.] Eadem,minoribus se spacijs flectens,& infra. ¶ Aspice ista tanto superne cœ
tu labentia.] Scribendũ fortasse. Aspice ista tacito superne cœlo labentia,ut quod libenter facit Seneca oblata occa
sione, ac nonnunquam captata alludat ad Virgilianũ uersum. Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo. Præsertim quod mox paulo subijcit. Quanta rerũ turba sub hoc silentio euoluitur? & infra. In numerum ac discrimen demum obseruas.] Dierum,non demum præferunt antiquissima exemplaria diui Francisci & scholarum Salmanticensium.
Nec mutandam eam dictionem censeo. Nam rudibus & imperitis non præstat alium nox usum, quàm quietis, discri
minis,ac numeri & spacio temporis & dierum cõnumeratione,& infra. ¶ Certus limes adducit.] Educet, nõ ad
ducit.uetus lectio,& infra. ET NECESSARIA uitaliaq; sint.] Vtilia quidam præferunt codices nõ uitalia, Cap.24
& infra. ¶ Ita omnis illa uirtus & in primis grati animi.] Exemplar Facũdi & Primitiui. Ita omnis uirtus illa & in primis grati animi. Scribendum puto. Ita omnis uirtus & in primis illa grati animi, & infra. NIHIL præter Cap.25
ipsam faciendi rationem,Eadẽ. Quid præter ipsam faciendi rationẽ,& infra. ALTER ingratus,quia stultus est. Cap.26
Qui stultus etiã malus est.] Corrige. Alter est ingratus,quia stultus est. Stultus etiã malus est, ex uetere lectione, & infra. ¶ In hoc uitiũ natura pronus & propensus.) Scribe.in hoc uitiũ natura propensus,reliqua superfluunt ex eadem,& ultra. ¶ Qui hac culpa nõ caret.) Legendũ,qui sic ac culpa non caret, ex eadem,& infra. ¶ Qui bene
ficiorũ defraudator est.) Particula,de,superuacanea est,ex eadem. Notandũq; mox infra in dictione, coctori, desi
derari eandẽ pariculam quæ hic redundat, ut euidens sit hic scribendũ fuisse fraudator,illic uero decoctori. Cuius
modi portenta numerosissima admittere solet librariorũ imperitia, transpositis tum syllabis,tum dictionibus, non
nunquam etiam integris uersibus,& infra. ¶ Et ob hoc quidẽ malos sequitur.) Exemplar Facundi & Primitiui. Et hoc malus sequitur. Exemplar Diui Francisci. Et ob hoc quia malos sequitur,& infra. TAM ACRIA ET Cap.27
concitata habet omnia.) Deesse existimo negationem contra omnium codicum fidem, ut scribendum uideat,ur
non tam acria & concitata habet omnia,& infra. SANCTIVS EST AVTEM.) Satius legito, non Cap.28
Sanctius, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et media ueris autumniq; tempora.) Temperamenta eadem agnoscit, non tempora, & infra. ¶ Quisquis ciuis est cum aliquid est quod tanquam ciui reliqua.) Castiga, quisquis ciuis est. Quicquid aliud est quod tanquam ciui. Cæterum pro uerbo illo, ciuis, in omnibus scriptis codicibus habetur, incisus, ut putem legendum altero ex duobus modis, aut in censu, aut census, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Deus quoq; quædam in uniuersum humano generi dedit.] Lege ex uetere lectione. Deus quoq; quædam munera uniuerso humano generi dedit, & infra. ¶ Medicina & sceleratis opem ministrat.] Monstrat, eadem habet, non ministrat, & infra. ¶ Non his quæ promiscue turbam admittunt.] Deest præpositio, in, non in his quæ promiscue reliqua ex eadem, & infra. ¶ Ius fori omnibus dicitur.] Eadem. ius & fori dicitur, & infra. ¶ Quædam non poterant cæteris contingere.] Mallem legeres certis, quàm cæteris, & infra. INTERDVM ista plus prosunt.] Deest coniunctio, &, quæ non parum leporis addit orationi. Et interdum ista plus prosunt. ex eadem, & infra.

Cap.29

Cap.30 QVOSDAM turpißimos utilitas, alios nobilitas industrijs prætulit.] Scribendum. quoſdam turpißimos nobilitas industrijs prætulit. reliqua superfluunt. ex eadem, & infra. ¶ Non sine ratione sacra est magnarum uirtutum memoria.] Ea distinctione scribendum puto, ut tria illa uerba, non sine ratione, ad præcedentia pertineant. Adsipulante etiam exemplari scholarum Salmanticensium, & infra. ¶ Et etiam plures bonos iuuat.] Et esse plures bonos iuuat, uetus lectio, & infra. ¶ Ciceronem filium, quæ res consulem fecit. Ciceronis non Ciceronem. eadem, & infra. ¶ Tanta quidem.] Tanta quondam. eadem, & ultra. ¶ Cuius osculum etiam impediret uiri uota boni.] Varie in uariis legitur exemplaribus, in nullo recte. Posset non obscure sic forte legi: cuius osculum etiam impuri uiri uitabant. De hoc Fabio persico homine obscœnioris habita superius mentio, & infra. ¶ Quomodo illæ id egerunt.] Lege. Quomodo illi ijdem egerunt. ex uetere lectione & infra. ipsos, non ipsas. & ultra. REFERAM

Cap.31

hoc dictum eius in se.] Pronomen, hoc, non habetur in eadem, & infra. ¶ Pollioni Annio iacenti.] Corrigendum arbitror. Pollioni Asinio iacenti, & infra. ¶ Cogitasset indigne fert sobolem eius iacere.] Vetus lectio cogitas indigne fers sobolem eius iacere, & infra. ANIMVM supra fortunam gesit.] Eadem, qui animum supra fortunam gesit, & infra. ¶ Referre illis gratiam.] Scribe. Referri illis gratia, ex eadem. & infra. ¶ Alio me istud dare. Alio olim debitum soluere.] Legendum utrobiq; alij, non alio. ex eadem, & infra. INGRATO ego aliquando quædam.] Ergo eadem. non ego, & infra. CONSCIENTIA nostra hoc loco titubat.] uestra legendum, non nostra. ex eadem, & infra. PATRIA sibi me dare iusserit.] Codices quidam. patria sibi non dare iusserit, & infra. ¶ Non est mihi cum extraneo connubium.] Externo uetus lectio, non extraneo, & infra. IGNARIVM dabo.] Linguariũ omnis antiqua lectio. quo nomine appellatur fortasse à Seneca tenue illud lignum, quo blasphemorum linguæ coherceri solent, & infra. A QVO receptus à quo sanatus.] Scribe. à quo receptus erat à quo sanatus. ex eadem, & infra. ¶ Non sufficit homo iustus.] Quidam codices. Non sufficit homo iustus unus, & infra. ¶ Vt bona priori domino restitueret.] uerbum, ut, desideratur in exemplari Facundi & Primitiui, & infra. EFFICE ut idem sit cum exigitur qui fuit cum promitterẽ. Destituere leuitas non erit.] Scribo. Effice ut idem status sit quum exigis, qui fuit cum promitterem destituere leuitas erit. ex uetere lectione, & infra. QVID enim regi, quid principi, quid diuiti reddam! ex consuetudine loquendi Senecæ, qui duas dictiones reges & principes frequenter copulat, ut in quinto. A principibus dico à regibus, & mox paulo. Reges & principes dixi quibus tamen potest opera nauari, & infra. ¶ Quando plus mihi detracturus ero. Scribe: Quando? si plus mihi detracturus ero. ex uetere lectione, & infra. ¶ Qui festinat utique reddere.] Corrige. Qui festinat itaque reddere, ex eadem. & si sint codices qui legant. Qui festinat reddere non habet animum utique grati hominis.

Cap.32

Cap.33

Cap.34

Cap.35

Cap.26

Cap.27

Cap.39

Cap.40

IN V. LIBRVM DE BENEFICIIS.

Cap.1 MAGIS non superuacuum quàm necessarium.] Ita præfert maior pars exemplarium. Sed sunt etiam quæ in uerso ordine legant. magis non necessarium, quàm superuacuum. quæ lectio uidetur mihi probatior, quia sequitur eodem ordine, nec facit operæprecium, nec perdit operam, & infra. ¶ Propositum optimi uiri & ingentis animi est.] uerbũ, est, in emendatioribus exemplaribus desideratur, Adijciendaq; altera coniunctio, &, ut sit. Propositum & optimi uiri & ingentis animi, & infra. EX TOTO in hoc intentus animo.] Scribe. & toto in hoc

Cap.2

Cap.3 intentus animo. ex uetere lectione, & infra. VELOCITATE illum non animo anteceßit.] Alium puto, non illum, legendum, & infra. ¶ Quoniam quidem inter superantia animus inuictus est.] Corrigendum reor. Quandoquidem inter superatis animus inuictus est. Adducunt me ut sic emendem uerba non multo ante præcedentia. Luctator ter abiectus perdidit palmam non tradidit. & ueteres codices non Quoniam quidem habent, sed Quandoquidẽ.

Cap.4 & infra. QVIBVS nihil potest præstare fortuna.] Vetus lectio. quibus nihil potest præstare ipsa fortuna, &

Cap.5 infra. RAPIVNTVR à nobis.] Præpositio, à, superuacanea est. ex eadem, & infra. ¶ Nos tamen nec uincemur animo, nec turpiter his rebus superabimur.] Quædam exemplaria. Nos tamen non uincemur (animo enim res geritur) nec turpiter. cætera, & infra. VTFACETVS.] Vir facetus, uetus lectio, & infra. QVARE Socrates non agat quod ipse se docuit.] Antiquum exemplar. quare Socrates non agat sibi quod Platonem docuit. &

Cap.6

Cap.7 infra. ¶ M. Cato ait.] Vide an legendum sit. Hecaton ait. cuius testimonio subinde uti Senecam iam à principio testati sumus. & infra. ¶ Natura sibi dedit.] Hæc uerba in correctioribus codicibus desiderãtur, & infra. ¶ Etiam cũ aliquis probe fecerit.] Tolerabilior lectio exemplaris scholarum Salmaticensium. etiam cum aliquid prodesse sibi fecerit. & infra. QVOD quo excedat non habet.] Exemplar uetustum. quo excidat. In altero. ex quo excidat. &

Cap.8 infra. ¶ Quid simile inquit habet hoc exemplũ huic propositæ quæstioni.] Verbum, huic, desideratur in uetere lectione, & aliquanto ante. NEMO sibi beneficium dat non magis quàm hospitium. Nemo sibi donat non magis

Cap.9 quàm credit.] Scripti codices. Nemo sibi beneficium dat, non magis quàm credit. reliqua superfluunt. & infra.

¶ Quando

¶ Quando ergo gratiam referet.] lege. Quomodo ergo gratiã referet. ex eisdem, & infra. IVRISQVE sui in alium translatio.] Scribe. iurisq; in ea sui in alium translatio. ex eisdẽ, & infra. ¶ Sed etiam nũc multũ interest inter dare & accipere.] Sunt exemplaria in quibus hæc omnino uerba desiderantur. Sunt alia in quibus deest primũ tantũ uerbũ, sed, & infra. ¶ Frater sum alterius.] uetus lectio. Frater sum, sed alterius. Cõfirmant hanc lectionẽ uerba sequentia. Par sum sed alicui, & infra. ¶ Quid? cũ inter ea sit habendũ beneficiũ.] codices nõnulli. Quid ni? cum inter ea, reliqua & infra. ¶ Nisi cũ altero nõ habent locũ.] nisi in altero nõ habet locũ. uetus lectio, et infra. ILLI beneficium dedi.] Scribe. dedit, nõ dedi. ex eadẽ, & infra. DICIS me abesse ab eo qui operæprecium facit.] Puto corrigendũ. Quod dicis? Me abijsse ab eo qui operæpreciũ facit, & infra. ¶ Expecta etiã hoc.] Cõsidera an sit probatior lectio. Expecta etiã nunc, & infra. ¶ Crebri aliquid & confragosi.] Scribendum fortasse scabri, non crebri. & infra. ¶ Hic beneficiendi untuntate caret.] Scribendum puto. Hinc beneficiendi, cætera & infra. QVAE accipere potest.] Lege, quæ & accipere potest. ex uetere lectione, & infra. ¶ Non hoc ex nostra constitutione.] Nec hoc ex nostra constitutione. eadẽ & infra. ¶ Ita qui uiri boni spem fefellit.] Exemplaria diui Francisci & scolastici. Ita & qui ueri beneficij speciem fefellit, & infra. CLEANTHES uehementius ait.] Vetus lectio. Cleanthes uehementius agit, & infra. ¶ Qui ad occidendum.] Scribe ex eadem, quia ad occidendum, & infra. ¶ Quamuis nemo usq; ad eos manus porrigat.] Videtur legendum. usq; ad deos, & infra. ¶ Ea scilicet ratione, quia accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos sunt, cui tamen & si malus est.] Vetusta exemplaria. ea scilicet ratione qua accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos sunt, quorum & si malis copia est. Legendum arbitror accepit, non accipiet. Et putamus deesse uerbum, bona, ut scribatur, ex his quæ apud imperitos bona sunt. Quæ lectio uidetur probari uerbis sequentibus, & illa qualiacunq; sunt cum pro bonis acceperit, pro bonis reddere, & infra. SED AD alios spectat.] Eadem. In alios quæritur, & infra. ¶ Ecce nescio quænam.] Particula, nam, delenda ex eisdem, & infra. TRANSALPES accitus hostis.] Lege, & trans alpes accitus hostis, ex eisdem, & infra. ¶ Parum mutatam.] Scribendum, parum mulctatam. ex eisdem, & infra. ¶ Et pecuniã tantũ non ciuicam.] Legendum puto ordine præpostero. pecuniam & tantum non ciuicam, ut subintelligas coronam, & infra. ¶ Eo redegit. R. P. ut saluus esse non posset.] Pro duobus elementis. R. P non accipiam remp. sed Romanum, quia subdit saluus esse non posses. Aut si rem pub. intelligas, salua, non saluus necesse est legas, ut alij ante me adnotarunt, & infra. ¶ ingratus ipse Pompei hostis ac uictor à Gallia Germaniáq.] Ingratus ipse Pompeij hostis ac uictor. C. Iulius Cæsar, qui à Gallia Germaniáq. uetus lectio, & infra. ¶ Neminẽ occidit nisi armatũ.] Legendum reor, odit, non occidit, quandoquidem uerbum eius fuit. Armatus sit oportet quem oderim, & infra. ¶ Proscriptionibus, incursionibus, bellis, lacerata.] uerbum, incursionibus, nõ habetur in uetere lectione, & infra. NISI quærendũ est de omnibus.] Legendũ arbitror, nisi quærendũ esset de omnibus, & infra. ¶ Vt dicã quã ingrata sit uide iuuẽtus.] Castigandũ putamus. utiq; quã ingrata sit iuuẽtus uide, & infra. ¶ Vt nõ cõputet.] Multũ uemustatis energiæq; cõciliat orationi cõiunctio, &, quã agnoscũt antiqua exemplaria. ut nõ cõputes, & infra. ¶ Vt prolongetur tibi dies mortis.] Vt prorogetur tibi dies mortis. eadem, & infra. ¶ De quo uado ad quẽ currit.] Sic prior æditio. Legendũ puto. de quo usq; ad quẽ currit, quod ex uerbis, quæ infra sequũtur apparet. In nõnullis tamẽ exemplaribus uerbũ, nõ habetur, sed tantũ legitur, de quo ad quẽ currit, & infra. SIC pater beneficio in filiũ collato.] Scribendũ opinor, sed, nõ sic, & infra. BENEFICIVM odit & accepit.] Lege, beneficiũ & odit & accepit. ex uetere lectione, & infra. ¶ Hunc occidi.] Lege. Hunc ego occidi, ex eadem & infra. ¶ Nullum in hoc habeo huius beneficij debitorẽ in publicũ. Humanus dicit aliquis.] Corrigendum reor. nullũ in hoc habeo huius officij debitorẽ nisi publicũ humanũ. Dicet aliquis, & infra. ¶ Indignus etiã repenti nõ reddet. Dignus etiã per se refert.] Vetus lectio. indignus etiã repetenti non reddet. Dignus ipse per se referet, & infra. ¶ Petam potius beneficiũ quàm repetã.] Scribe. præterea, nõ petam. ex eadem, ut post paulo. Sic ego quosdã ingratos palam ac pertinaces præteribo, & infra. CVM quo diu mihi luctandum sit. Quis tam ingratus est, ut illi reliqua.] Scribe per maiorẽ ut sit initiũ sensus sequentis. Cum quo diu mihi luctandum sit, qui tam ingratus est, ut illi non sit satis admoneri eum transibo. ex eadem, & infra. SI QVID illos remorderet.] Scribendũ momorderit, nõ remorderet, ex eadem, & infra. AD ferendam gratiã.] referendam eadem, nõ ferendam, & infra. EX ueteranis quidam paulo uiolentior.] Scribendũ puto, ex ueteranis quidã Publius militio. sic enim uocabatur hic miles, ut constabit paulo post, & infra. ¶ Quendam ex cõmilitonibus penulam cætera.] Legendũ & hic reor, quendam P. Militionẽ. & reliqua, & infra. ¶ Et quidẽ siti cõfectus qui impeditus.] Equidẽ, nõ & quidẽ uetus agnoscit lectio. Eadẽ. quia, legit: nõ, qui, & infra. ¶ Nisi cõmilito homo fortis.] Exemplar scholarũ. S. nisi pro militio homo fortis. Corrigendũ ut ante testatus sum. nisi P. Militio homo fortis, & infra. ¶ Nã galeã illam si uideres, agnosceres.] Vetus lectio. Nec galeã illam si uideris, agnosces, & infra. ¶ Machæra enim Ysponia diuisa est.] Exẽplar diui Frãcisci Hispania legit, nõ Ysponia: ut uideatur scribendũ Hispanica, & infra. ¶ Et agellos in quibus uicinalis uia causa rixæ ac litiũ fuerat.] Legẽdũ forte uicina sylua, nõ uicinalis uia, & infra. ¶ Militi suo donauit.] Exẽplar scholasticũ. militio suo donauit. scribendũ ut dixi militioni suo donauit, & infra. OPTANDA erat obliuio.] Legẽdũ reor. obtẽdebat obliuionẽ, & infra. ¶ Melius fuisset quid rerũ nostrarũ status poscret.] Quidã codices. bonũ est quid rerũ nostrarũ status poscat, & infra. ¶ Paucis animus sui rector optimus.] Deest uerbũ, mouetur, siue, monetur, ex nõnullis exẽplaribus. Paucis animus sui rector optimus mouetur, & infra. ¶ Opertis oculis inest acies sed siue usu.] Vetus lectio Opertis oculis eadẽ est acies sed sine usu, & infra. ¶ Quod lumẽ à diis immissũ ad ministeria sua uocat.] Eadẽ quã agnoscit, nõ quod: & euocat, siue aduocat, nõ uocat, ut putẽ scribẽdũ, quẽ lumẽ ab his emissũ ad ministeria sua euocat

Cap.10

Cap.11

Cap.12

Cap.13

Cap.14

Cap.15

Cap.16

Cap.17

Cap.19

Cap.20

Cap.21

Cap.22

Cap.23

Cap.24

Cap.25

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN VI. LIBRVM DE BENEFICIIS.

Cap.1 HIS quo q; si abire protinus iusseris.) uetus lectio. In his quoq; si abire protinus iusseris. Fideliorē lectionē arbitror. QVin his quoq; si abire protinus iusseris, & infra. ¶ Prodest cognoscere.) Agnoscere eadē, nō cognoscere, & infra. ¶ Et ea perire agā.) Eadē, ea perite agā. Corrigendū reor. Alia peragā. Præcesit enim paulo ante, aut peragi iubeto. Vt sint tria mēbra. Alia detinebo. Alia expellā. Alia peragā, & infra. MATERIA illius huc
Cap.2 & illac iactatur.) Eadē. Materia uero eius huc & illuc iactatur, & infra. APVD Rapiriū pœtam.) Scribendū.
Cap.3 Rabiriū, non Rapiriū. Fuit enim C. Rabirius pœta Epicus, de quo Quintil. 10. meminit, & Ouid. 4. de pōto. Cū foret & Marsus magnūq; Rabirius oris, & infra. ¶ Quæ ex alieno sanguine rapta.] Puto præpositionem, ex, aduētiam esse, & infra. ¶ Quomodo illa tua facias? dono dando.] Sic quidam præferūt codices. sed magis arridet aliorū lectio, in quibus donando scriptiū est, nō dono dando. Confirmant eam uerba sequentia, cum donasti beneficiū est, in quibus tamē uerbis superfluit dictio, cum, ex codice nuper mihi allato Pincia patria mea ex cœnobio diui Pauli, &
Cap.4 infra. BENEFICIVM dare definimus.] Beneficiū debere definimus, uetus lectio, & infra. ¶ Quid nō tam duri quidam etiam scelerati patres sunt, ut illos auersari & euitare ius fasq; sit.] Lego Quid? non tam duri quidam & tam scelerati patres sunt, ut illos auerri & eiurare ius fasq; sit. ex eadem, & infra. ¶ Tanquam pecuniam aliquis mihi credidit.] Verbum, Tanquam, non habetur in quibusdam codicibus, & infra. ¶ Quam quod est creditī.] Lege, quam quod ex crediti causam petit. ex eadem, & infra. ¶ Inter beneficia quoq; & iniurias ratio confert.] Legendum puto cōfertur, non confert. Cæterum uerba hæc alieno loco posita opinamur, & locanda ante ea quæ aliquanto post sequuntur. Dedisti beneficium, iniuriam postea fecisti. Illud autem quod mox ante legitur. Argentum
Cap.5 quod non emeras, mihi non probatur. & si ita omnia præferant exemplaria. Pro meliore lectione duxerim. Agellum quem non emeras, & infra. ¶ Sæpe etiam beneficium manet.] Sæpe inquam beneficium manet. duo fidelissima exemplaria. In alijs non habetur dictio etiam, & infra. ACVTAE ineptiæ sunt.] Quid si legas argutæ non acutæ.
Cap.6 Vel sic, argutiæ ineptæ sunt, & infra. VTRAQVE sua uia habet actionē propriam, tam me hercule quàm depositum quàm furtum.] Corrige. Vtraq; sua uia it. Depositum habet suam actionē propriam tam me hercule quàm
Cap.7 furtum. ex uetere lectione, & infra. ANETIAM ultro debeatur.] Sunt codices in quibus legitur, an mihi ultra debeatur, & infra. ¶ Sic beneficium superueniens iniuriam apparere non patitur.] Exemplar diui Pauli iniuria legit non iniuriam recte, & infra. ¶ Quo tandem mihi dexter abis.] Scribe. Quo tantum mihi dexter abis. ex 5. Aeneidos & uetustis codicibus, & infra. ETIN flumen alicui cecidisse frigore magno.] Lego contra omnia exem-
Cap.8 plaria. fragore, non frigore, & infra. ¶ Et unum testem temere dimittit.] Scribe. & in unum testem temere dimittit, ex uetere lectione. cæterum erratum esse in ordine uerborum existimamus, legendumq; ad hunc modum. Aduersarius meus dum contraria dicit & in unum testem temere dimittit, iudicem superbia offendit, & causam meam exCap.9 rexit, & infra. AT QVID est aliud quod illum querelæ eximat.] Vetus lectio. At quicquid est aliud cætera. Cor-
Cap10. rigendum puto. Atqui quid est aliud cætera, & infra. AD PRIMVM illud reuertamur.] Scribe. Ad primum illum reuertamur, ex exemplari scholastico. Repetuntur enim tria genera hominum quibus nihil debetur, etsi beCap.12 neficium conferant, & infra. ¶ Vt debeam non satis est uoluisse.] Emendo. ut non debeam satis est noluisse. ex uetere lectione, & infra. NONOPVS te dicere.] Non opus est te dicere, eadem, & infra. QVARE potius te
Cap.13 mihi profuisse dices.] Eadem. Vsus me quare potius te mihi cætera, & infra. ¶ Aduersus hoc respondebo. Aliquid istius tua causa facis, aliquid mea. Tua quod redimis me tibi enim ad utilitatem tuam satis est.] Castigo. Aduersus hoc respondeo. Aliquid istic tua causa facis, aliquid mea. Tua quod redimis. Mea quod eligis. Tibi enim ad utilitatē
tuam, reliqua ex exemplari diui Francisci, & infra. ¶ Idem consequi quid utilitatem rei partiris mecum.] Corri-
Cap.14 ge, idem consequi quod mea. Vtilitatem rei partiris mecum, ex omni uetere lectione, & infra. SED quàm ingratum quod non habuissem nisi emissem.] Scribendum forte, sed quàm gratuitum quod non habuissem, nisi emissem,
Cap.15 & infra. CVM è terræ conspectu recesit. Certam secanti uiam.] Corrige, cum æther è conspectu recessit certam
Cap.16 secanti uiam, ex uetere lectione, & infra. QVIA ME non tanquam amicum uidit, sed tanquam imperatorem.] Sic quidem omnia quæ hactenus legerim habent exemplaria. Opinor autem corrigendum alterutro ex duobus modis. Aut sic, quia me non tanquam amicum uidit, sed tanquam inuocatorem. Accersere enim medicum inuocare appellat Seneca paulo post his uerbis, in turba multorum inuocantium ego illi potissima curatio fui. Aut certe emptorem legas pro imperatorē, ex ipsius etiam Ciceronis uerbis quæ mox paulo sequuntur, non quia pluris est quod uenCap.18 diderunt, quàm eminus, & infra. ¶ Ille plus impendit.] Quidam codices. Ille magis perpendit. Alij. Ille magis pependit, & infra. In docendo & laborem & tædium tulit.] Exemplaria aliquot, in docendo me & laborem & tædium tulit, & infra. ¶ Iniecta ut ita dicam manu.] Breuius quidam codices, iniecta dicam manu, & infra. ¶ Sed cupit si posset.] Scribe, sed cuperet si posset, ex uetere lectione, & infra. QVID ERGO nihil tibi debetur pro
Cap.19 hoc tanquam ab uno, nisi cum omnibus soluam quod tibi cum omnibus debet.] Scribo. Quid ergo? nihil debetur pro hoc? Tanquam ab uno nihil. Cum omnibus soluam, cætera ex eadem, & infra. NIHIL hoc nomine debebunt.] Lege, nihil hoc nomine singuli debebunt, ex eadem, & infra. ¶ Deinde ego quoq; illi non tanquam proprium debebo, sed commune munus ex populo, nō tanquam pro me soluam.] Exemplar diui Pauli breuius. Deinde ego quoque illi non tanquam pro me soluam, sed tanquam pro patria conferam, cætera superfluunt. Alioqui legendum erat. Deinde ego quoq; illi nō tanquam proprium debebo, sed quomodo unus è populo. Non tanquam pro me soluam, sed reliqua,

reliqua, & infra. NEC EX hoc æs alienum profitebor.] Præpositio, ex, delenda est, ex uetere lectione, et infra. Cap. 20
Quia dedit quidē.] Lege, quia mihi dedit quidem, ex eadē, & infra. ERGO MAGNVM magnū argumentū Cap. 21.
est firmæ uoluntatis ne mutare quidem posse.] Eadem ergo maximum argumentum est firmæ uoluntatis ne mutari quidem posse, & infra. ¶ Itaque quod tanquam coacto non deberem.] Scribe. Ita, non itaque, ex eadem & infra. INTER tot secula promissas uices.] Scribe, in tot secula promissas uices, ex eadem & infra. ¶ Sit Cap. 22.
tanti ut tu coarguaris.] Lege, est tanti ut tu coarguaris, ex eadem, sequitur confestim. ¶ Possunt tibi etiam iuuito.] Scribendum reor, primo sunt tibi etiam inuito, & infra. IN IMBECILLITATE permanent. [Ex Cap. 23.
imbecillitate permanent, legendum ex uetere lectione, & infra. ¶ Nos tamen in maiora ituri iuuant.] Itura, non ituri, eadem, & infra. ¶ Quam non intra homines tantum.] Verbum tantum, expungendum ex exemplaribus diui Francisci & scolarum Salmanticensium, & infra. ¶ Quæ cohercuit fine terrarum.] Scribe, quæ non coercuit fine terrarum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quis negat ab his accepisse se à quibus cum maximè accepit.] Scribe per minorem, ut ad superiora refras, qui negat accepisse se à quibus cum maxime accipit, ex eadem & infra. ¶ Et oēs alias impudētis animi uoces astruat] Eadē astrue legit, nō astruat, & infra. ¶ Vel hoc maximū quod etiā quærenti daturus est.] Corrige, uel hoc maximū est quod etiā nūc quærenti daturus, ex eadē. Quidā tamen codices legunt quod etiam quærenti daturus est, et infra. COAPTANT & applicant.] Castigo, coactā applicant, Cap. 24.
ex eadē et infra. Ius adhibetur ac seruitus.] Vis adhibetur aut seruitus, quidā codices, & infra. ¶ FERE idē itaq; Cap. 25.
exitus est.] Inuertēdus uerborū ordo, legēdumq;, ferè itaq; idē exitus est, ex uetere lectione, et infra. NON nocet, Cap. 26.
illi uotū meū inquit.] Eadem, Non nocet inquit illi uotum meū, et infra. ¶ Vt possem ferre illi opem.] Posim uidetur legendū, non possem, et infra. VT OPE indigeat.] Scribe, optas ut ope indigeat, ex uetere lectione, & infra. Cap. 27.
Sed ut ille necessitatem implorandæ. Superiorem te facis.] Deest ex omnibus scriptis exemplaribus dictio, rei, ut sit implorandæ rei. Quædam etiam exemplaria legunt. Eo uoto superiorem te facis, & infra. ¶ Si inficiareris quod acceperis.] Legendum, quod acceperas, ex eisdem, & infra. [SED quos illi & habere contingat.] Verbū, Sed, non habetur in eisdem, & infra. ¶ Tutæ secretæ.] Prior æditio & omnes scripti codices, tutæ sic credere Cap. 29.
agnoscunt. Quam lectionem ueram genuinamq; ducimus si pro illa particula, sic, remota litera, c, legatur, si, ut accipiatur credere pro committere, & infra. . ISTA tam tristis est.] Ita, non Ista, uetus lectio. Vt forte legendum sit. Ita tua tristis est, & infra. ¶ Et omni uoto submouenda occasio.] Exemplar diui Francisci, otio, præ- Cap. 30.
fert non occasio, ut sit fortè scribendum optio, & infra. ¶ Vindicet à consensu contemptuq; falsorum.] Exemplar, diui Francisci. Vindicet cum consensu contemptuq; falsorum. Scribendum fortè, cum sensu contemptuq; falsorum, & infra. ¶ Attraxere superuacua.] Quidam codices, attraxere uires suas ad superuacua, & infra. ¶ Super se ac sua regna fregerunt.] Super se ac suos regna fregerunt, uetus lectio, & infra. NON laturos nun- Cap. 31.
cios belli.] Nuncium non nuncios, eadem. ¶ Vix patere cœlum sagittis ad emittenda omnia manu tela.] Satis, non sagittis in eadem habetur, & infra. ¶ Et emissas sibi angustias.] Commissas pro emissas recte emendatum ex omnibus scriptis exemplaribus. Illud tamen sciendum commissas hoc loco non significare adeo angustas, ut sese contingant, sed Lacedæmonum fidei fortitudiniq; ad tuendum concreditas. Aemilius Probus in uita Themistoclis. Huius consilium plerisq; ciuitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusq; barbaros progredi non paterentur. Idem significare uidetur Herodotus septimo historiarum scribens, cum multi essent alij suæ quisque ciuitatis duces imperij tamen summam penes Leonidam fuisse. Sed apertissime omnium Valerius Maximus libro tertio capite de fortitudine. de Leonida loquens. Cæterum perfidia inquit & scelere incolarum eius regionis & loci opportunitate, qua plurimum adiuuabatur, spoliatus occidere dimicans, quam assignatam sibi à patria stationem deserere maluit, & infra. ¶ Velut torrentis modo ablati.] Quidam codices mole non modo, & infra. ¶ Deinde hinc atque illinc coorientur.] Commodior lectio est, adorientur, quàm coorientur, & infra. ¶ Stratusq; per totam Græciam passim Xerxes.] Quidam codices ordine inuerso. Stratusq; per totam passim Græciam Xerxes, & infra. HAEC TAM uindicanda principi quàm tacenda.] In nonnullis exemplaribus. Hæc non Cap. 32.
tam uindicanda principi quàm tacenda, & infra. ¶ Solitos illi uera dicere.] Mallem legeres, solos illi uera di- Cap. 34.
cere, & infra. ¶ ALIOS uniuersos habuerunt.] Scribe ex uetere lectione, alios cum uniuersis. Habuerunt cætera, ut uerbum, Habuerunt, ad sequentia pertineat. Proinde uerba quæ sequuntur. ¶ Itaque isti amicos primos habuerunt & secundos.] Sic legenda erunt. Habuerunt itaque isti amicos primos. Habuerunt & secundos, & infra. ¶ Nunquam ueros.] Expende an commodior sit lectio neutros ueros, etsi duriuscula sit correctio, et infra. ¶ Aduersa eius si nec deserueris.] Scribe, si aduersa eius non deserueris: ex uetere lectione, & si sint codices in quibus habeatur, Aduersa eius nec deserueris, & infra. ¶ Et tanti existimat illū miserum esse.] Aestimat, non existimat maior exemplarium pars, & infra. ¶ An ut ne debeas] particula, ut, superuacanea est ex quibusdam exemplaribus, quæ paulo post aptabit legunt non aptauit, & infra. ¶ SI FAMEM ac meum imprecareris.] Scriben- Cap. 35.
dum reor contra omnia exemplaria, mortem, non metum, & infra. Vtrum uox ista tua an sit uoti tui Sanius aliquid horum opta.] Vetus lectio. Vtrum uox ista sit uoti tui. Sanius enim aliquid horum opta. Castigandum puto, utrum uox ista sit uoti tui si, animus ei aliquid horum optat, & infra. VT BONA liberis exempla monstrarent si optauerunt.] Errorē esse existimo in ordine uerborū, legendumq;, si ut bona liberis exempla mon- Cap. 36.
strarent, optauerunt cætera, & infra. ¶ Vt Aetna immensa ignium supra solitum ardens daretur ipsis occasio.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corrige, ut Aetna immensa ignium ui supra solitum ardẽs daret ipsis occasionem, ex uetere lectione, et infra. ¶ *Gra-*
uissima infamia est medici opus quærere. Multi quos auxerant morbos & reuocauerant.] *Eadem sic habet. Gra-*
uissima infamia est medici, opus quærere medici. Multi quos auxerant morbos & irritauerant, & infra.
Cap. 37. QVIA SATIVS erat duos iniquo malo affici.] *Perpende an legendum sit, unico, non iniquo. Quædam*
tamen exemplaria, uno, præferunt & aliquanto post, uotum, legendum, non notum: ex omni antiqua lectione, &
infra. DEMADES *Athenis certè.*] *Ita prior æditio. Legendum permutato uerborum ordine. Demades*
Cap. 38 *certe Athenis, ex eadem, & infra.* ¶ *Ex alieno commodum lucrum.*] *Scribe, ex alieno incommodo lucrum,*
ex eadem, & infra. ¶ *Miles bellum optat in gloriam. Agricolam annonæ caritas erigit.*] *Emendandum reor,*
Miles bellum optat. In gloriam agricolam annonæ caritas erigit, & infra. ¶ *Eloquentiæ præcium exoptat li-*
tium numerus.] *Quid si legas. Eloquentiæ principes exoptant litiũ numerum, & infra.* ¶ *Illi quorum mortes ob-*
tent nesciunt.] *Scribe. Illi tamen quorum mortes optent nesciunt, ex uetere lectione, & infra.* ¶ *Ex quo pro-*
pter amicitiam rei plurimum est.] *Locum deprauatissimum sic restituendum reor, cum quo propter rem ami-*
citiæ plurimum est, & infra. ¶ *Omnium tamen istorum uota sunt impunita.*] *Vetus omnis lectio. Omnium*
Cap. 39 *tamen istorum tam nota sunt uota, quàm impunita, et infra.* QVOD IN *manibus est.*] *Legendum fortè quod*
immane est, quia aliquanto ante. Nemo inquit, ut existimo de immanitate animi tui dubitaret, si aperte illi pau-
pertatem, cætera, & infra. ¶ *Et in id incidentis quod euitant.*] *Deest uerbum, uitium, ex quibusdam exempla-*
Cap. 40 *ribus, & in id incidentis uitium quod euitant, & infra.* RESIGNARE *rationem partem properas.*] *Signa-*
Cap. 41 *re, nõ resignare uetus lectio, et infra.* QVO *minus tuũ reuertur.*] *Exẽplar diui Pauli, quo minus tuũ reuertatur ad*
te & infra. ¶ *Nulla mora inter nos est.*] *Corrige. Nulla mora in Turno est. Nam initium est Virgiliani uersus ex*
xij. Aeneidos circa initia. Nulla mora in Turno. Nil est quod dicta retractent Ignaui Aeneadæ. Adstipulante etiam
Cap. 42 *uetere lectione, & infra.* NEC *decet gratum animum.*] *Non decet gratum animum, eadem, & infra.* ¶ *Di-*
missa est omnis anxietas.] *Verbum est, non habetur in ullo uetusto codice, & infra. Duo istius rei iudices habes.*
illum quem potes.] *Vetus lectio. Duos istius rei iudices habes, illum quem non potes, & quem potes, & infra.*
Cap. 43 PROFERRE *dona.*] *Eadem, proferre, donare, & infra.* ¶ *Nec procurandum intempestiue*] *Corrigen-*
dum puto, nec properandum intempestiue: quia sequitur statim. ¶ *Qui ad referendam gratiam suo tempore ces-*
sat quàm qui alieno properat] *Quem locum crediderim, legendum esse mutato uerborum ordine nec pacto, qui*
ad referendam gratiam properat tempore alieno quàm qui suo cessat, & infra. ¶ *Præstat esse in utrunque faci-*
lem] *Præstet se in utrunq; facilem, uetus lectio, & infra.* ¶ *Quid thesaurum eius eripimus.*] *Eadem. Quid the-*
saurum eius eruimus? Et si sunt exemplaria ubi legatur, qui custodiam recusamus, & infra. ¶ *Tanquam non du-*
cere, sed sequi debeat] *Codices quidam, tanquam quæ non ducere, sed sequi debeat.*

IN SEPTIMVM LIB. DE BENEFICIIS.

Cap. 1 RELIQVIAS *hic liber cogit. Exhausta materia circumspicio*] *Vetus lectio. Reliquæ hic liber cogit & exsta materia circunspicio, & infra.* ¶ *In primum statum congesti*] *Legendum statim, non statum, ex*
eadem, & infra. ¶ *Pauca manent*] *In quibusdam codicibus pauca uincunt. In alijs pauca iuuant, & infra.*
¶ *Et columnarum nouissime interualla iungantur*] *Legendum reor nouissima, non nouissime: & mox ante.*
¶ *Aetati signum imprimat*] *Exemplar diui Francisci ætatis præfert, non ætati, & infra.* ¶ *Si se supra metum*
Cap. 2 *sustulit & posuit*] *Postrema duo uerba, & posuit, non habentur in uetere lectione, & infra.* VOLVPTAS
fragilis & breuis fastidit obiecta] *Eadem. Voluptas fragilis est, Breuis, Fastidit obiecta. Quidam codices. Fa-*
stidio obiecta, & infra. ¶ *Cuius subinde necesse est pœniteat*] *Legendum ex eadem, cuius subinde necesse est*
aut pœniteat, aut pudeat, & infra. ¶ *Qui maxime ut ita dicam diuini iuris atq; humani peritus*] *Exemplaria,*
Cap. 3 *quædam quàm maxime legunt: non qui maxime, ut putem legendum esse cum maxime, & infra.* QVANTVM
Cap. 4 *in id quod inexplebile est congeras*] *Vetus lectio, quantum eo quod inexplebile est congeras, & infra.* NIHIL
prohibet aliquid esse & eius qui possidet, & eius cui datum & assignatum est] *Corrigendum. Nihil prohibet*
aliquid & sapientis esse & eius qui possidet cui datum & assignatum est, ex eadem, & infra. ¶ *Et totus ager aut*
ullius R. P. est] *Exemplar diui Pauli Pinciani, & totus ager illius R. P. est, & infra.* ¶ *Cuius uniuersa esse con-*
tendimus] *Veteres codices concessimus, non contendimus, habent, & infra.* TVA *in possessione nascantur*] *Hoc*
Cap. 5 *exornationis genus aliorum est auctorum non Senecæ, proinde legendum, ut in eisdem habetur, in tua possessione e*
Cap. 6 *nascantur, & infra.* AT *recte utriusq; dicuntur esse*] *Per minorem idem, ac recte utriusq; dicuntur esse, & in-*
Cap. 7 *fra.* QVAE *uiritim ei seruiunt*] *Vicissim non uiritim sunt exemplaria quæ legant, & infra.* PER *ordinem*
Cap. 9 *pandere*] *Per ordinem expandere, uetus lectio, & infra.* ¶ *Ipsa illa quæ placet uarietas*] *Quædam exem-*
plaria, ueritas, non uarietas, & infra. ¶ *Iam enim exercitatæ aures oneri ferendo sunt*] *Nonnulli codices uera-*
Cap. 10 *bum, aures, non agnoscunt. Nam pauloante præcessit auribus, & infra.* VIDEO *istic diplomata*] *Ista, non is-*
Cap. 11 *tic, quædam exemplaria, & infra.* ITAQVE *cum Cæsar illi ducenta talenta donaret*] *Scribendum reor. Ita-*
que cum C. Cæsar, cætera ut mox paulo liquebit, & infra. ¶ *Pauxillo illum animum*] *Pusillo non pauxillo, uet*
tus lectio, & infra. ¶ *Cum miraretur dementiam eius*] *Exemplar Scolarum. Cum miraretur Caij dementia, &*
Cap. 12 *infra.* QVIBVS *cum duo sunt*] *Quidam codices, quibuscunque duo sunt, & infra.* ¶ *In illis tantum locus me*
Cap. 13 *us sit proprius quem occupaui*] *Tamen legendum, non tantum, ex uetere lectione, & infra.* VTI *hoc nolente*
non possim. Eadem, Vti his illo nolente non possim, & infra. ¶ *Quo ueram amicitiam experiretur*] *Aut scri-*
bendum

bendum erit, quo ueram amicitiam experireris, aut certe, quod ueram amicitiam experiretur, ut præfert exem-
plar Pinciamum, & infra. HIC *benignissimus qui te cum cursantem & solicitum atque anxium uiderit*] *Scri-* Cap. 14
be. Hic benignissimus qui cum uiderit te concursantem & solicitum, ex uetere lectione, & infra. ¶ *Si gratiam*
retulisset] *Exemplar Scolarum, sic gratiam retulisse. Legendum puto. si sic gratiam retulisset, & infra.*
¶ *Contra illud pone*] *Scribe. Contra nunc illud pone, ex uetere lectione, & infra.* ¶ *Rebus meis in securi-*
tatem creditoris oppositis] *In quibusdam codicibus appositis non oppositis scriptum est. Mallem legeres depo-*
sitis, & infra. ¶ *Etiam si in illa nauigatione & mox statim, etiam ubi in uincula*] *Exemplum Scolarum, etiam*
nisi in illa nauigatione. etiam nisi in uincula, & infra. HVIC *uere debes & qui uult, & qui conatur, & nihil in-* Cap. 15
tentatum relinquit, sed non potes dicere] *Verba aliquot superuacanea faciunt ut sensus uix cohæreat. Legen-*
dum existimo sic. Huic uero qui uult, & qui conatur, & nihil intentatum relinquit non potes dicere, & infra.
HIC dicat habeo. Ille respondeat non habeo] *Vetusta exemplaria. Hic dicat habeo. Ille respondeat debeo.* Cap. 16
Quam lectionem approbant uerba sequentia, ita tu ingratus es, nisi ei qui uoluntatem bonam in solutum accepit,
eo libentius debes, quia dimitteris, & infra. ¶ *Hoc illi satis tibi parum*] *Scribe. Hoc illi satis sit. Tibi parum*
ex eisdem, & infra. INTER *nos & imperitos*] *Delenda coniunctio, &, ex eisdem, & infra* ¶ *Malo bene-* Cap. 17
ficium proijciam, bono reddam. Huic quia debeo. Illi ne debeam] *Longe aliter in exemplari Pinciano. Malo* Cap. 18
beneficium proijci à bono, quàm non reddi etiam malo. Reddam huic quia debeo. Illine debeam, & infra. VT
quidam debeat quod à me accepit. Iam ulterioris est curæ] *Ita prior editio. Corrigendum arbitror, ut custo-*
diam debeam eius quod à me accepit iam ulterioris est curæ. Nam sequitur mox paulo. Beneficij accepti non red
diti custodiam debeo, & infra. ¶ *Non. Reddo illi quale nunc potest accipere*] *Sic habent omnia exemplaria, sed*
corrupte. Legendum arbitror. Nunc reddo illi, reliqua, & infra. ¶ *Intra se malus*] *Verbum, se, superuaca-* Cap. 20
neum est, ex uetere lectione, & infra. OMNIA *mihi in illum bona sint libera*] *Etiam hoc loco uerbum, bona,*
redundat, ex eadem, & infra. ¶ *Cui triremes & ceratas non mitterem*] *In exemplari diui Francisci non tri-*
remes habetur, sed tyrrhenicas. Item puto cercyras reponendum siue cercuros pro ceratas ex Plinij 7. historiæ
naturalis capite. 57. & infra. ¶ *Quanquam ingenijs talibus*] *Ita præfrunt uetusta omnia exemplaria, sed pu*
to castigandum. Namq; ingenijs talibus, & confestim. ¶ *Optimum est obire ei*] *Lege ex uetere lectione. Opti*
mumq; est obire ei, & ultra. ¶ *Quod in me non est redeat domum bonus malus*] *Vetusta exemplaria. Quod*
meum non est redeat ad dominum bonus sit, an malus, & statim, ¶ *Quàm diligenter istud excuterem*] *Verbum,*
Quàm, superuacaneum uidetur. Aut certe legendum est. Quid ni? Diligenter istud excuterem, & infra. ¶ *At*
philosophus noster] *Exemplar scolarum Salmanticensium. At pythagoricus noster, & in fra.* ADte non per- Cap. 21
tinet.] *In quibusdam exemplaribus post hæc uerba sequitur protinus. Non enim tibi debet eius prodesse mali-*
gnitas, & infra. ¶ *Quemadmodum inter nos officia diuisa sunt*] *Scribendum puto inter uos, non inter nos, &*
infra. ¶ *Quæ ideo præcipimus ultra modum, ut aduersum suum redeant*] *Vetus lectio. Quæ ideo petimus*
ultra modum, ut ad uerum & suum redeant. Quæ lectio uidetur confirmari uerbis, quæ paulopost sequuntur. In
hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad uerum mendacio ueniat. Cæterum libentius legerem. Quædam petimus,
siue quædã præcipimus (Sunt enim exẽplaria, quæ præcipimus agnoscant) quàm. Quæ ideo petimus, & infra. IN
hoc omnis hyperbole excedit] *Vetus omnis lectio extenditur agnoscit, non excedit, & infra.* ¶ *Itaq; ille cũ dixit*] Cap. 23
Badẽ. Itaq; ille qui dixit. Quidam tamen codices. Itaq; isle qui dixit, & infra. ¶ *Occasionem ignoranti non osten-*
dam] *Exemplar diui Francisci, occasionem ignoranti illi non ostendam, & infra.* TAM *firmæ uoluntatis*] Cap. 26
Tam firmæ mentis, uetus lectio, & infra. ¶ *Semper aliquo transilientem*] *Alio, non aliquo, legendum putaue-*
rim, & infra. Quibus uoluimur] *Quidam codices, in quibus uoluimur, & infra.* ¶ *Quæ consequi posse spes non*
fiat] *In nonnullis exemplaribus. Optare quæ consequi posse spes non fiat, & infra.* CAPTAE *quàm maximè* Cap. 27
ciuitatis faciem] *Ita prior æditio. Scribendum, cum maxime, ex uetere lectione & Senecæ consuetudine, & in-*
fra. ¶ *Ipsa quibus arcetur*] *Exemplar Franciscanum arctatur, non arcetur, & forte rectius quia præcessit angu-*
sto itinere, & infra. ANTE *beneficiorum memoria comitetur*] *Corrige, an omnium te beneficiorum memoria* Cap. 28
comitetur ex uetere lectione, & infra. SIMVS *quales fuimus nos*] *Scribendum inuerso ordine. Simus nos qua-* Cap. 29
les fuimus, ex eadem, & infra. ¶ *Damnum non tunc factum apparuit*] *Exemplar diui Pauli minus corrupte. Dam-*
num nunc tunc factum apparuit. Legendum puto mutato dictionum ordine. Damnum tunc factum nunc apparuit.
Quam sententiam repetit alijs uerbis paulopost. Stulte non nosti detrimenti tui tempora. Perdidisti sed cum dares,
& infra. QVI *beneficia ignoranti dare incipiunt*] *Sunt exemplaria in quibus ignorati habetur, non ignoranti,* Cap. 31
& infra. ¶ *Saxum aliquod*] *Exemplar Franciscanum, saxum aliquod ignitum, & infra.* NON *est magni animi* Cap. 32
beneficium dare & perdere] *Verbum, beneficium, non agnoscunt plerique codices.*

IN PRIMVM DE IRA AD NOVATVM.

D CONSPECTVM *æqui ueriq; inhabilis*] *Dispectum scribendum, non conspectum, ex uete* Cap. 1
re lectione, & infra, ¶ *Flagrant & micant oculi*] *Eadem flagrant emicant oculi, & infra.* A- Cap. 2
LIVM *inter sacra mense ira percussit*] *Exemplar Facundi & Primitiui & plerique alij codices*
iura legunt, non iram, & infra. ¶ *Celebrisq; spectaculum fori*] *Mallem legeretur celebrisue spe-*
ctaculum fori, & infra. ¶ *Tanquam aut curam nostram deserentibus aut auctoritatem contem-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nentibus] Desideratur uerbum, dijs, ex antiquis exemplaribus ut sit, tanquam dijs aut curam cætera. Ego uero ea
tiam deesse opinor dictionem, suam, ad complementū sententiæ, ut in totum legendum sit, tanquam dijs, aut curam
nostri deferentibus, aut auctoritatem suam contemnentibus, & infra. ¶ Quid de gladiatoribus quare populus ira
scitur. Particula, de, non habetur in exemplari Pinciano, & infra. ¶ Et sæpe nesciunt quid est cui irascantur]
Cap. 3 Corrige, & sæpe nec sciunt quidem cui irascantur, ex eodem exemplari, & infra. VER V M etiam irasci nos
lesuris] Scribe per maiorem. Verū est irasci nos lesuris, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non magis quàm luxuria
uel iniuriam] Duo postrema uerba, uel iniuriam, non habentur in eadem, & infra. ¶ Et in quasdam uoluptates in
temperatiores homines sunt] Homine non homines eadem præfert, & infra. ¶ Prudentia est prouidentia, diligen
tia, cognitio] Omnia exemplaria cogitatio habent, non cognitio, & in plerisq; illorum uerbum prouidentia, desi
derator, & infra. ¶ Regium enim illud & principale aliter dicunt] Quidā codices. Regū aūt illud & principale
Cap. 4 aliter dicunt. Codex Pincianus. Regiū est illud & principale alte ductū, et infra. CAPVT ergo uisus speciesq;
rerum] Scribendum reor. Capit eorum uisus species rerum, & infra. ¶ De cursuq; uesano] Discursuq; uesano o
mnis fere uetus lectio, & infra. ¶ Quædam sede manent] Eadem. Quædā sine motu, & infra. ¶ Quædam in uer
Cap. 5 borū dictorumq; amaritudine effusæ] Maledictorū legendum non dictorū, ex eadem, & infra. HOMINE quid
amantius] Eadē. Quid homine aliorum amantius, & infra. ¶ Ille congregari uult, illa discedere] Scribendū. Hic
congregari uult, illa dispergi, ex eadē & infra. ¶ Commendatissimo eius operi] Emendatissimo quidā codices, nō
cōmendatissimo, et infra. ¶ Beneficijs aūt humana uita cōstat] Vetus lectio. Beneficijs enim humana uita cōsistit, et
Cap. 6 infra. ¶ Transeat. deinde ad tristiorē orationē] Codex Erāciscanus castigatius. Transeat deinde ad stricliorē orati
onē, frequens hoc & fere familiare mendū in hoc auctore, & infra. NON quia delectetur illius pœna] Vllius nō
illius, uetus lectio, et infra. ¶ Non gaudebit ne in eo quidē affectu] Particula, in, nō habetur in ulla scripta lectione
Cap. 7 & ultra. ¶ Nunquid quānis nō sit naturalis ira] Exēplaria quædā. Quid? quamuis cætera, & infra. ET excussa
Cap. 8 mens] Concussa nō excussa omnis antiqua lectio, & infra. PRIMV M irritamentū iræ protinus spernere] Mal
lē legeres aspernari quàm spernere, ut in 2. lib. ad quosdam tactus aspernatio, & infra. ¶ Sed etiam affectū ipse imi
Cap. 9 tatur] Exēplar Facūdi & Primitiui sed in affectū ipse mutatur, & infra. ¶ Petiusq; in melius mutatio animi est]
Corrige, in melius petiusq; mutatio animi est, ex omni scripta lectione, & infra. NON rationis beneficio quieuit]
Exemplar Pincianum. Non rationis tunc beneficio quieuit, & infra. ¶ Quottens impetui est locus] Scribe. Quo
Cap. 10 tiens impetu opus est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Cui proprium est contumacia] Cuius, non cui, eadem, & in
fra. ITA INQVIT utilis affectus est] Scribe. Ira inquit utilis affectus est, ex eadem, & infra. QVID Cim
Cap. 11 brorum Theutonicorumq; tot milia] Teutonorum exemplar Facundi et Primitiui, non Theutonicorum, et infra.
¶ Quæ ut aliquando perculit strauitq; omnia] Castiga. Quæ ut aliquando propulit strauitque obuia, ex uete
re lectione, & infra. ¶ Non suffragia aduersus perpetem cœ[illegible] rigorem] Legendum reor suffugia, non suffra
gia, & infra. ¶ Affectu imperij uires] Cōrige, affectas imperij uires, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quàm
Cap. 12 dum circumuallat & includit hostem] Verbum, quàm, non habetur in eadem, & infra. NON CAVET]
Non præcauet, quædam exemplaria, & infra. ¶ Quid ergo uir bonus non irascitur inquit] Scribe ex
scripta lectione. Quid ergo inquit? Vir bonus non irascitur? & infra. ¶ Nec liquetur animo] Corrige.
nec liquetur animo, ex eadem, & infra. ¶ Si calceus luto sparsus est] Eadem aspersus, non sparsus, & in
fra. ¶ Prærabidus & amens & omnis ferè cupiditas] Eadem prærabida & amens ut omnis fere cupiditas, &
Cap. 14 infra. ¶ Obliuiscitur mortem esse communem] Martem non mortem, eadem, & infra. ERRANTES
Cap. 15 PER AGROS ignorantes uiæ] Ignorantia non ignorantes, scribendum ex eadem, & infra. IMMAN
SVETVM BOVEM cædimus] Occidimus non cædimus, eadem, & infra. ¶ Ferrum demittimus] Fer
rum apponimus exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Portentuosos fœtus extrahimus] Exemplar Fran
cisanum aliter & pluribus uerbis. Portentosos fœtus extinguimus, liberos quoque si debiles monstrosq; editi
sunt, abigimus, & infra. ¶ In illo tempore se admonuit] Vetus lectio illo tempore se admouit, & ultra
¶ Ad cœrtionem errantiū sceleratorum] Correctionem quædam exemplaria non coertionē, & infra. QVID
Cap. 16 ergo non irascar latroni?] Codex Franciscanus. Quid ergo non irascar latroni? Non, & infra. ¶ Primum secre
ta deinde publicata] Exemplar Facundi & Primitiui, publica, non publicata, et infra. ¶ Ignominia contineberis]
Deesse negationem existimo, ut sit. Ignominia non contineberis, et infra. ¶ Iam solida nequitia] Quidā codices, iā
solita nequitia. Quid si legas insolita nequitia, et infr. ¶ Tibi insanabilis animus] Scribe. Tibi insanabilis animus
est, ex uetere lectione, et infra ¶ Et perpetua alienaq; uoluptate supplicia id quod unū bonum tibi superest] Corri
ge, et per tuā alienamq; uoluptatem supplicium id quod unum bonū tibi superest, ex eadē et infra. ¶ Sed uultu legis
et illa solennia uerba leni magis grauiq; quàm rabida uoce concipiā et agi iubebo] Præponere scripta uerba totū
sensum obnubilant. Corrigendum arbitror, sed uultu leni et magis graui quàm rabida uoce illa solēnia uerba legis
concipiam et agi iubebo. Posset etiam legi et forte aptius. Illa solennia uerba concipiam et lege agi iubebo, et infra.
¶ Et cum Tarpeiæ proditorem] Tarpeio non Tarpeiæ omnis uetus lectio, et infra. ¶ Quid enim uester lex
irascibis quos nō nouit] Eadem. Quid? tibi lex uidetur cætera ex eadem, et infra. ¶ Sentiet itaq; suspirationes quas
dam] Suspitione s exēplar Facundi et Primitiui, non suspirationes, et infra. ¶ Quàm hoc ab iracundia petere præ
sidium] Hanc legēdum nō hoc, ex eodē exemplari, et infra. ¶ Non solū insolidum robur] Verbū solū non habetur
in eadē, et solidū legitur nō insolidum, et infra. ¶ Et fluminib. paludibusq; excepti] Eadē conceptī legit non excē
pti, et infra. ¶ Modo citius debito resistit] Exemplar Facundi et Primitiui, modo citerius debito resistit, et infra.
¶ Et

¶ Et ea tenet quæ inuasit.] Duo exemplaria Franciscanū & Pincianum mutato uerborum ordine legunt, & ea quæ
inuasit tenet, & infra, ¶ Nam militem fortuna reddiderat.] Militi uetus lectio non militem, & infra. ¶ Quid ergo
indignius?] Scribe. Quid hoc indignius? eadem. & infra. ¶ Non eodē malo afficiet.] Eadem non eodem modo affi
ciet, & infra. ¶ Hæc cuiq; expendenda æstimādaq; sunt. Vides quantū debeat.] Corrige. Hæc cui expendenda æsti
mandaq; sunt uides quàm debeat, ex eadem, & infra. ¶ Altum quidem & sublime spirare se credunt.] Lege. altum
quiddam & sublime cætera, ex eadem, & infra. ¶ Ventosi & infelicis animi imbecillitas sibi conscij indolescere.]
Eadē. ueternosi & infelicis animi imbecillitatis sibi conscij sæpe indolescere, & infra. ¶ Quæ ad tactus leuissimos.]
Ictus non tactus exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quæ magno uideantur animo.] Vetus lectio, quæ ma
gno emisse uideantur animo, & infra. ¶ Etiam bonum erit aut nec magnum.] Eadem. aut & bonum erit, aut nec
magnum, & infra. ¶ Qualis inesse malis ingenijs non potest.] Codex Facundi & Primitiui, qualis esse in malis in
genijs non solet, & infra. ¶ Et quidem sine intermissione.] Omnis scripta lectio & quidem sine missione. sed in co
dice Facundi & Primitiui non habentur omnino hæc uerba.

IN SECVNDVM LIB. DE IRA.

ET VT ALIA minime speciosa uisu.] Sic prior æditio. Corrigendum puto. & uitalia minime speciosa uisu, Cap. 1.
& infra. ¶ Perfecto iam corpore effunditur,] Affunditur, non effunditur, legunt pleraq; exemplaria, & in
fra. ¶ Nisi animus qui tāgebatur assensus est.] Quidā codices. nisi animus eis, qui tangebatur accensus est. Alij, nisi
animus eius quibus tangebatur cætera, & infra. QVORSVS inquit hoc non pertinet?] Corrige. Quorsus, inquis, Cap. 2.
hæc quæstio pertinet ex uetere lectione, & infra. ¶ Ad quosdā ictus aspernatio.] Tactus non ictus eadē habet, & in
fra. ¶ Cantus nos nōnunquā & cōcitata modulatio instigat.] Quidā codices. Cantus nos nōnunquanq; citata modu
latio instigat, & infra. ¶ Animorū moueri uolentiū.] Scribendum reor nolentiū, & infra. ¶ Alexandrū aiunt Ze
nophanto canente.] Xenophanto lege siue Xenophante, ex uetere lectione, nō Zenophanto, & infra. VOLVN Cap. 3.
TATIS iudicio pergentis. Scribe, uoluntate & iudicio pergentis. ex eadem, & infra. INCEDENS intra cada Cap. 5.
uera.] Exemplar diuorum Facundi & Primitiui. incedens supra cadauera. Alij codices, incedens inter cadauera, &
infra. ¶ Quis hæc rex fecisset.] Corrige. Quid hic rex fecisset. ex duobus codicibus Pinciano & Facundi ac Primi
tiui, & infra. IRASCI non ex dignitate eius.] Scribendū. Irasci nō est ex dignitate eius. ex uetere lectione, & in Cap. 6.
fra. ¶ Et in homine omnis ira.] Corrige. & in hanc omnis ira. ex eadē, & infra. ¶ Si profecto cuiq; irascendū est.]
Castiga. Si pro facto cuiusq; irascendū est, ex eadem, & infra. ¶ Desinet Socrates.] Eadem. Desinet ille Socrates, &
infra. QVANTO turpiores aduocatos habent.] Quidā codices. quanto turpiores aduocatos conficiunt, & in Cap. 7.
fra. ¶ Alius iudicia patris accusat quē mereri satis fuit. Alius cum matre consistit.] Hæc uerba in nōnullis exempla
ribus desiderantur. Alioqui sic ni fallor lagenda fuere. Alius iudicio patrem accusat quem demereri satius fuit cætera
Nam & exemplar Facundi & Primitiui. satius non satis legit, & infra. NVNQVAM irasci desinet semel si sa Cap. 8.
piens cœperit.] Scribe inuerso uerborum ordine. Nunquā irasci desinet sapiens si semel cœperit. ex uetere lectione,
& infra. ¶ Plus cōmittitur quā quod possit coertione sanari.] Verbum, quod, superfluit. ex eadem, & infra. ¶ Cer
tatur ingenti quidem nequitiæ certamine.] Scribendum reor, quodā, non quidem, & infra. ¶ Ad fas nefasq; misce
dum coorti sunt.] Exemplar Facundi & Primitiui ad fas nefasq; miscendum coire, & infra. ¶ Et parentum libero
rumq; sacramēta diuersa.] Idem exemplar singularitatis numero sacramentū diuersum, & infra. ¶ Et ne hoc qui
dem libidini exceptum.] Exemplar idem minus corrupte. & ne eos quidem libidini exceptū. Exemplaria duo Pin
cianum & diuæ Mariæ. & ne os quidem libidini exceptum rectissime, & infra. QVICQVID non resistebat ad Cap. 9.
ductum.] Legendum puto abductum nō adductum, & infra. ¶ Quid si illis irasci uelis uel qui ægrotant.] Particula
uel, nō habetur in uetere lectione, & infra. ¶ Inter cætera mortalitatis incōmoda, & hæc est.] Scribe. & hoc est, ex
eadem, & infra. ¶ Vniuersis ignoscendum & indulgendū est.] Duo illa uerba, & indulgēdum, superuacanea sunt,
ex eadem, & infra. INTELLIGIT quàm est iniquū & periculosum.] Eadem. Intelligit quàm & iniquū sit & Cap. 10.
periculosum, & infra. ¶ Vbi isti biccine locus est.] Castigandū reor. Vbi isthic iræ locus est? & infra. ¶ Lento adiu
torio opus est.] Exemplar Facūdi & Primitiui. Non lento adiutorio opus est, & infra. NEC hoc sapēiti dici uelim Cap. 11.
quod fere quoq; telum timeri.] Vetus omnis lectio. Nec hoc sapientiā dici uelim quod fere sapiētis quoq; telum est ti
meri. Sed in hac parte magis ab impressa lectione isto modo emaculetur. Existimo enim legēdum, Nec hoc sapientis
dici uelim quod fere quoq; telum est timeri. Nam uerbum, est, omnis antiqua lectio agnouit, & infra. ¶ Aut cōtra
omnia despecta & fœda & turpia ipso quo timētur sunt.] Exemplar Pinelianum. At contra omnia despecta fœdaq;
turpia cætera. Exemplar Facundi & Primitiui. At contra omnia despecta fœdaq; & turpia timentur, reliqua desi
derantur, & infra. ¶ Ira per se deformis est.] Idem exemplar. Sic ira per se deformis est. & paulo post dictus le
gendum non dictus, & infra. ¶ Pauida sunt ad leuissimos strepitus pectora.] Exemplar diui Francisci. pauida sunt
ad leuissimos pectora sonos. Exemplar Facundi & Primitiui. pauida sunt ad leuissimos tactus pectora. Quid si legas
ictus potius quàm tactus, & infra. QVIA formidandum est. Quoniam quidem etiam contemptissima timentur.] Cap. 12.
Corrige. quia formidini est. Quando quidem cætera. ex uetere lectione, & infra. ¶ Et ossa mortifera & morsus.]
Castigandum puto, & ossa mortifera morsu, & infra. Linea pennis distincta contineat.] Exemplar Facundi & Pri
mitiui conterreat, non contineat, & infra. ¶ Curriculi motusq; rotarum uersata facies leonem redegit in caueam.]
Castiga. Curriculi motus, rotarumq; uersata facies Leonem redigit in caueam. ex uetere lectione, & infra. ¶ Vigi

Universidad de Deusto
Biblioteca

liam indefatigabilem extẽdit.] Exemplar Facundi & Primitiui, uigilia se indefatigabilem ostendit, & infra. ¶ Dicerunt tenuissimis & aduersis sumbus currere.] Exemplar Pinctanum. didicerunt alij tenuissimis, & reliqua, &
Cap.13. infra. AVT NVLLA causa pertinacis studij, aut indigna merces fuit.] Vetus lectio, aut nulla tam pertinacis studij, aut non digna merces fuit, & infra. ¶ Non est quod in patrocinium nobis quæramus etiam excusatam licentiam.] In codice Pinctano desideratur uerbum, etiam. Exemplar Facundi & Primitiui. Non est quod patrocinio nobis quæramus & excusatam licentiam, & infra. ¶ Non uanæ nobis autor rei uenit.] Vetus lectio. Non uanæ nobis autor rei uenio, & infra. ¶ Rectiusq; scelera tollentur.] Potiusq; scelera tollentur codex Facundi & Primitiui.
Cap.14. Quid si legas ocyus nõ potius, & infra. CVIVS CAVSA domum sollicitus obseruet.] Verbum, causa, in nullo scripto exemplari inuenies. & puto legendum modum non domum, & infra. ¶ Et qua noceat tantum aspicit.] Exemplar diui Francisci. & qua noceat tantum non qua caueat aspicit, & infra. IN EXEMPLVM hominis adCap.16. duxit.] Adducit uetus lectio non adduxit, & infra. ¶ Quid autem cur hominem cætera.] Eadem. Quid autem est cur hominem cætera, & infra. ¶ Cum habeas mundum deniq; deũmq;.] Verbum, deniq;, non habetur in eadem, & infra. ¶ Simplicissimi inquit omnium habentur.] Eadem. Simplicissimi inquit hominũ habentur. etsi exemplar Facundi & Primitiui aliter legat. Simplicissimi inquit omnium sunt, & infra. ¶ Stultis, luxuriosis, nepotibusq;.] Duo
Cap.17. postrema uerba, nepotibusq;, desiderantur. in eadem, & infra. IMO imitatus iratum.] Omnes fere scripti codices habent, imo irritatus, & infra. ¶ Nec latronem oportet esse nec prædonem.] Legendum forte prædem non prædonem. ut sicuti in uerbis sequentibus nec misericordem nec crudelem, ita & in his duo opponantur cõtraria, & infra.
Cap.18. SCILICET ne incidamus in iram.] Verbũ, scilicet, nulla uetus lectio agnoscit, & infra. IRACVNDOS fre-
Cap.19. uida animi natura facit.] Exemplar Pinctanum fruidi præfert non feruida. Vt putem scribendum cõtra omnia exemplaria. Iracundos feruidi mixtura facit. Quam lectionem approbant hæc quæ subijcio uerba. ¶ Frigida mixtura frigidos facit.] Corrige. Frigidi mixtura timidos facit: ex correctioribus exemplaribus Pinctano, Facundi & Primitiui. meo domestico Gallicana littera scripto, & infra. ¶ Frigus insequetur.] Frigus insequitur. scribe ex eisdem
Cap.20. & infra. QVIDAM saucij.] Exemplaria Pinctanum & Franciscanũ, quidam saucij sunt. Exemplar Facundi & Primitiui. quidam saturt, & infra. ¶ Plurimumq; potest consuetudo, quæ si grauis est aliud uitium alit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Plurimum potest consuetudo, quæ si grauis est aliud initium est, & infra. ¶ Vt minuatur & non ut consumatur calor.] Coniunctio, & non habetur in ulla uetere lectione, & infra. ¶ Lusus quoq; proderunt.]
Cap.21. Ludi non Lusus, eadem agnoscit, & infra. FACILE autem etiam attendentem similia decipiunt.] Verbũ, etiam, superfluum est ex exemplari Facundi & Primitini, & infra. ¶ Vt modo frenis utatur.] Scribe. ut modo frenis utatur. ex uetere lectione, & infra. ¶ Nunquã illi necesse sit rogare simpliciter, nec profit rogasse.] Eadem. Nunquã illi necesse sit rogare suppliciter, nec profit rogare, & infra. ¶ In nobis quidem sors nascendi.] In eadem. In nobis
Cap.22. siquidem sors nascendi, & paulo ante. QVIN citius patrẽ quã Platonem imitatus sit.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quin citius Platonẽ quã patrem imitatus sit. Alij codices. quin citius patrẽ quã Platonẽ comitatus sit, & infra.
Cap.23. ET AB ipso tortus.] Vetus lectio & ab hippia tortus. Nota est historia, & infra. ¶ Qui cũ legisset epistolã matris.] Dissentiũt à Seneca quinq; præstãtissimi scriptores. Curtius lib. 4. Valerius Max. tertio. Trogus. 11. Arrianus. 2. Plutarchus in Alexandro. Omnes produnt hãc epistolã à Parmenione missam, non ab Alexandri matre, & infra. ¶ Non ueritus bibit.] Scribe, nõ deterritus bibit, ex uetere lectione, siue ut quidam præferunt codices, nõ territus bibit, & infra. ¶ Hoc ergo magis in Alexandro laudo.] Exemplar Facundi & Primitiui. Hoc ego magis in Alexandro laudo. Exẽplar Pinctanũ. & itẽ meũ castigatius. Hoc eo magis cætera, & infra. ¶ Quo maior autẽ moderatio in regibus.] Scribendũ puto rarior non maior. Nam si maior legas, inepta erit sententia, non enim in regibus tantũ, sed in plebeijs hominibus maior moderatio magis laudanda est, & infra. ¶ Aut in diuersis aut in neutris fuisse partibus.] Aduersis legendũ puto contra omnia exemplaria. nõ diuersis, & infra. ¶ Gratissimũ putant genus ueniæ.] Lege putauit, nõ
Cap.25. putant, ex uetere lectione, & infra. AVT tepidior aqua potui erogata.] Quædam exemplaria. aut tepidior aqua potuero. Alia, aut tepidiore aqua potus ero. Alia, aut tepidior aqua potaturo, & infra. ¶ Vt ægræ & infelicis ualitudinis est.] Scribe, ægræ & infelicis ualitudinis est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Miridem aiunt fuisse.] Mindyridẽ non miridem, eadem, & infra. ¶ Vetuit illud opus in conspectu suo facere.] Exemplar Pinctanum illum legit, non
Cap.26. illud, & infra. ¶ Aut obuersatus canis.] Exemplar Facundi & Primitiui, aut obuersatus calix, & infra. SINE consensu sunt.] Sine sensu sunt. Vetus lectio, & infra. ¶ Sic & mutis animalibus, quia nulla iniuria nisi à consilio profecta faciunt.] Exemplaria duo Franciscanum & Facundi & Primitiui hunc locum sic legunt, sic & multis animalibus, quæ nullam iniuriam nobis faciunt, quia uelle non possunt. Non est enim iniuria nisi à consilio profecta, &
Cap.28. infra. ALIOS PER nos facere.] Vetus lectio. Alios pronos facere, & infra. ¶ Et eos qui uolentes scientesq; faciunt.] Scribe, Etiam eos qui uolentes cætera, ex eadem, & infra. ¶ Ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui nullius non uxorem.] Castiga, Ad singula quibus offenditur dixerit, Hæc & ipse commisi. Sed ubi tam æquum iudicem inuenies? Is qui nullius non uxorem, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Pudicitiam seruorum suorum attentari non uult.] Seruulorum, non seruorum, uetus lectio, & infra. ¶ Tempestiua filij conuiuia.] Vitia non
Cap.29. conuiuia, eadem, & infra. ¶ Hæc ab illo pœnæ initio non ut ignoscat.] Corrige, Hoc ab illa pete initio. Non ut ignoscat, ex eadem, & infra. HIS QVAE, narrata sunt.] Omnis scripta lectio. De his quæ narrata sunt, & infra. ¶ Vt uideatur dilatisse fidem.] Doluisse, non dilatisse, eadem, & infra. ¶ Quo sæpius ad manum uenerit.] Quo sæpius ad manum uenit, eadem, & infra. ¶ Iam uerum iamque.] Eadem, Iam enim iam, & infra. ¶ Alioquin nunquam

nunquam tibi dicam.] Scribe ex eadem. Alioqui nihil unquam tibi dicam, & infra. VT ILLI donanda iniuria Cap.30.
eius sit.] Omnis antiqua lectio, ut illi etiam iniuria eius sit. Corrigendum reor, ut illius iam iniuria ius sit, & infra. ¶ Mulier est errat.] Emendandum arbitror. Mulier est, Erat, ut sit sensus. Muliebrem errorem ignoscendum esse. Erat enim mulier. hoc est sexus in errores pronj, & infra. ¶ Quædam quæ non superauerint.] Scribe quædam quia
Cap.31. non sperauerint, & mox statim putamus, non putauimus, ex uetere lectione, & infra. IN SE NOLIT alteri.] Verbum, alteri, superuacaneũ est. ex eadem, & infra. ¶ Aut ignorantia nos itaq;.] Scribe. Aut ignorantia nos itaq; rerum. ex eadem, & infra. ¶ Insidiosos animos. exemplar Facundi & Primitiui. Insidiosa nicos codex diuæ Mariæ, & infra. ¶ Adulantibusq;. Non ergo feras pudebit cum animalibus permutasse mẽtes.] Magna pars codicum aliter hunc locum legit, adulantesq; domino feras. Pudebit cum animalibus permutasse mores? & infra. ¶ Ergo & homines.] Scribendum reor, ergo & homo unus, & infra. ¶ Et si qua morsu aut ictu nocent effugerimus.] Castiga. & si qua morsu, aut ictu nocent affligeremus. ex codice Facundi & Primitiui, & infra. INHVCap.32.
MANVM uerbum est, & quidem pro iusto receptum ultio, & talio non multum differt nisi ordine.] Idem exemplar duorum tantum uerborum locum commutat, hoc pacto. Inhumanũ uerbum est. & quidem pro iusto receptum ultio, & talio multũ non differt nisi ordine. Corrigendum reor, Inhumanũ uerbum est. & quidem pro iusto receptũ ultio, & à contumelia non differt nisi ordine, & infra. ¶ Si tanquam ad remedium sine ira ueniamus.] Scribe. si tanquam ad remedium uenimus sine ira ueniamus. ex uetere lectione, & infra. QVOS LAESERVNT &Cap.33.
oderunt.] Exemplar Facundi & Primitiui addit particulam, quod, ut sit. quod quos læserunt & oderunt, & infra. ¶ Et gratias agendo de ipsis.] Postrema duo uerba, de ipsis, non habentur in ullo scripto exemplari, & infra. ¶ Immunditijs eius & incultioribus capillis offensus.] Vetus lectio econtrario. munditijs eius & cultioribus capillis offensus, & infra. ¶ Contempsisset Romanum patrem.] Legendum puto, contempsissem Romanum patrem, & infra,
AD QVAS si manum admoueris ora conuertunt.] Exemplar Facundi & Primitiui. quas si manu amoueris ora Cap.34.
conuertunt, & paulo ante dictio, ut, superfluat. ex exemplari Franciscano in quo legitur. Mures & formicæ reliqua. Sed cõsiderandum an ordine uerborũ erratum sit. Forte enim Seneca sic scriptũ reliquit. Imbecilla se lædi putant si tangãtur ut mures & formicæ, quas si manu amoueris ora cõuertunt, aut sic, ad quas si manũ admoueris ora cõuertunt. Posset etiã aliter legi. Mures formicæq; si manu amoueris ora cõuertunt. Imbecilla se lædi putant si tangãtur. Nam & in exemplari Facundi & Primitiui præpositio, ad, non habetur. Sic enim præfert, Mures formicæ quas si manu amoueris ora conuertunt, & infra. ¶ An expediat omnes nobis inexorabiles esse.] Idem exemplar. an expediat nobis omnes inexorabiles esse. Scribendum forte homines, non omnes. In exemplari tamen Pinctano non habetur omnino ea dictio, & infra. ¶ Quã sæpe hic pedibus eius aduolutus est, quem à suis reppulit.] Vetus lectio. Quam sæpe eius pedibus aduolutus est, quem à suis reppulit, & infra. ¶ Quos Populus Romanus feliciores habet socios fideliores q;.] Lege quos Populus Romanus fideliores habet socios. reliqua superfluunt, ex eadem, & infra. ¶ Nisi pariter non pugnat, sed si utrinque certabit ira concurritur.] Eadem. Nisi pariter non pugnant Si utrinque certabitur ira concurritur. Vide an hæc lectio magis arrideat. Nisi par non pugnat. reliqua, & infra. ¶ Nunquam uelit quisquam.] Corrige. Nunquid uelit quisquam, ex eadem, & infra. ¶ Vix retrahatur.] Eadem. Vix retrahitur, & infra. NIHIL TAM æque profuit.] Scribe. Nihil tamen æque profuit, ex eadem, & infra. ¶ Etiam Cap.35.
si amictus illius compositus sit ad legem retrabet uestem.] Exemplar Facundi & Primitiui. & siue amictus illius compositus sit ad legem trabet uestem, & infra, ¶ Et tumescunt uenæ.] Vetus lectio. Tumescunt uenæ, & infra. ¶ Deterrimæ inferum exeunt furiæ.] Scribe deterrimæ non deterrimæ. ex eadem, & infra. ¶ Vel si uidetur qualis sit apud uates nostros est.] Sic prior æditio. Scribendum. Vel si uidetur sit qualis apud uates nostros est. ex Cap.36.
eadem & paulo ante. INCESSV VESANO effusam.] Exemplar Facundi & Primitiui sua sanie offusam, & infra ¶ Sanguineum quatiens dextra leuaq; flagellum.] Omnis scripta lectio. sanguineum quatiens dextra bellona flagellum, & infra. SPECVLO qui neminem deterritum ab ira credit.] Duo exemplaria Franciscanum & Pinctanum. Speculo quidem neminem deterritum ab ira credis? sed considerandum an legendum sit potius credo quã credis, & infra. ¶ Repentina & uniuersa uis eius est.] Huius non eius, uetus lectio, & infra. MAGNO Cap.37.
æstimata ira proiecit insignia.] Verbum, ira, superuacaneum est, ex eadem.

IN. TERTIVM ET VLTIMVM LIB. DE IRA.

HAEC INCITATA & seipsam rapiens uiolentia.] Corrige. Huius incitata. reliqua ex uetere lectione, Cap.1.
& infra. ¶ Quia non eunt sed cadunt.] Exemplar Facundi & Primitiui. quia non eunt, sed casu ruunt, & infra. ¶ In ira deiectus animorum est.] Exemplar Facundi & Primitiui in ira deiectus etiam animorum est. & Cap.2.
mox paulo. Nec refert quantum sit, & infra. TAM INTER Græcos quàm Barbaros. Sunt exemplaria in quibus Græcos non Graios scriptum est, & infra. ¶ Nunquam uniuersus populus fœminæ amore flagrauit.] Duo exemplaria, proprium & diuæ Mariæ. Nunquam uniuersus populus unius fœminæ amore flagrauit, & infra. ¶ Et modo eloquio fauorabilis habitus in multo honore cætera.] Fauorabilior non fauorabilis codex Pinctanus. Item perpende an malis legere in medio honore quàm in multo honore, & infra. PIGRVM INERMEMCap.3.
que fieri.] Superuacanea sunt duo uerba illa, inermemque, ex uetere lectione & recte. nam mox ante præcesserant, & infra. ¶ Quasi dubiæ apud homines opinionis sic infamem.] Scribe, sit, non sic. ex eadem, & infra. ¶ Eculeus & fidiculæ, & ergastula, & cruces, & circundati, &c.] Eadem. Eculei, non Eculeus, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Defoßis corporibus ignes.] Corrigendum arbitror cõtra omnia exemplaria. defixis corporibus ignes. ut illud Iuuenalis. Qua ſtantes ardent qui fixo guttere fumant, & infra. ¶ Et beſtiarum immanium cauernæ.] Scribe caueæ, non cauernæ, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Omnibus per quæ furit deterior.] Lege tetrior, non
Cap.4. deterior, ex uetere lectione ut non multo poſt. ferarum me hercule minus tetra facies eſt, & infra. ADIICE nunc dentium inter ſe arietatorũ.] Nullus ſcriptus codex agnoſcit particulam, nunc, & infra. ¶ Vel infixũ uiſceribus ferCap.5. rum.] Legẽdum ex ſcripta lectione. ſiue infixum uiſceribus ferrũ. & infra. NIHIL poteſt firmitas corporis.] Lege. nihil prodeſt firmitas corporis, ex eadem, & infra. ¶ Quemadmodum ab illa liberemur.] Rectius eadem, quem admodum nos ab illa liberemus, & infra. ¶ Potior eſt inquam luxuria.] Corrige. Petor eſt etiam quàm luxuria, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Hæc alieno dolore uincit malignitatem & inuidiam.] Scribendum ea diſtinctione, ut uerba illa, hæc alieno dolore, ad ſuperiora pertineant, & ultra. ¶ Ad ſenſum ſui adducit.] Lege abCap.6. ducit, non adducit. ex uetere lectione, & infra. ¶ Quem incurrit iniuria.] Eadem. quem incuruat iniuria, & infra. INFERIORA fulminantur.] Omnis ſcripta lectio inferiora fulminant, & infra. ¶ Et uenerabilis eſt & diſpoſitus.] Eadem depoſitus agnoſcit, nõ diſpoſitus, & infra. ¶ Ex leuiſſimis cauſis iraſcitur.] Corrige. & leuiſſimus cauCap.7. ſis traſcatur. ex eadem, & infra. ¶ Atqui alienis in nos manibus impoſita.] Legendum reor contra omnia exemplaria. At quæ alienis in nos cætera, & infra. PREMVNT atq; adducunt adminiſtrantẽ qui non quæ facilia ſunt aggreditur.] Reſtituenda huic loco ſunt compluſcula uerba ex fide exemplaris Facundi & Primitiui. Legẽdum igitur ſic. Premunt atq; abducunt adminiſtrantem tenerig; iam uiſa cum ipſo cadunt. Itaq; fit ut frequenter irrita ſit eius uoluntas qui non quæ facilia ſunt aggreditur, & infra. ¶ Hoc intereſt utrum quis cætera.] Hic, non Hoc idem exemplar, & infra. ¶ Nec paruæ ſint nec audaces.] Prauæ legendũ reor, non paruæ, & infra. ¶ Quàm ferre neſcimus.] Cap.8. Quia ferre neſcimus. uetus lectio, & infra. ¶ Et minime obnoxio moroſoq; uiuendum eſt.] Eadem anxio agnoſcit, non obnoxio, & infra. ¶ In contactos corpore ultia tranſiliunt.] Exemplar Franciſcanũ. & item exemplar Facundi ac Primitiui ad contactus corporis legunt, non in contactos corpore. & infra. ¶ Fortemq; & ſi liceat uirũ emolCap.9. lit.] Legendum reor. fortem quoq; & ſiliceum uirum emollit. Vetus etiam lectio nonnihil adiuuat, & infra. NEC euocent & ſerant.] Exemplar Facundi & Primitiui. non euocent, ſed ſerant. Codex Franciſcanus. nec euocent neq; ferant, & infra. ¶ Vitio ſuo interuallum cætera.] Verbum, ſuo, non habetur in nonnullis codicibus, & infra. ¶ Et dimiſſos altius tenet.] Particula, &, ſuperuacanea eſt ex codice Facundi & Primitiui. Fideliorem quoq; lectionem Cap.10. arbitramur demiſſos quàm dimiſſos, & infra. ET ACRIA concitantur.] Scribe. & acria concitat. ex omni ſcripta lectione, & infra. ¶ Siue quia calorem inedia compellit, & nocet ſanguini.] Non caret hic locus uitio ni fallor. Proinde perpende an ſit legendum. ſiue quia calor in inediã compellit, ea nocet ſanguini, & infra. SVNT quædam Cap.11. prænuncia.] Prognoſtica in exemplari Facundi & Primitiui non prænuncia habetur, & infra. ¶ Incipientem caſum occupant.] Vetus lectio cauſam non caſum. Sunt tamen exemplaria, quæ curam habeant, non caſum aut cauſam, & infra. ETIAM ſi ſecreto habiti ſunt euerrit.] Eadẽ partim eruerit, partim eruit, partim quærit nõ euerrit, & infra. ¶ Quædam interpretatio eo producit.] Scribe perducit, non producit, ex eadem, & infra. ¶ Tumida fortuCap.12. nata & licentia ingenia.] Legendum puto. fortuna, non fortunata, & infra. ¶ Non magis illi ſe ſuccenſere.] Exemplar Facundi & Primitiui. nõ magis illis ſe ſuccẽdi. rectius quia præceßit, faces ſubderẽt, & infra. AVT ferre aut pati.] Clarius nihil quàm duo illa poſteriora uerba, aut pati, gloſſema eſſe ſiue annotationem diuerſæ lectionis eſſe. Idem enim eſt ferre quod pati, & infra. ¶ Aut humanũ aut humile ſit.] Exemplar Facundi & Primitiui mutato uerCap.13. borum ordine. aut humanum ſit, aut humile commodius, & infra. ¶ Apparebit iudicium non eſſe iram.] Quidam codices. apparebit iudicium non iram eſſe. Alij. apparebit iudicium eſſe non iram, & infra. ¶ Et ſtabit percuſſori ſimilis.] Percuſſuro, ſcribe, non percuſſori. ex uetere lectione, & quod mox ante præceßit, ſua manu ipſe percuſſurus & infra. ¶ Ob hoc nõ cecidi propter quod cætera.] Legendum per maiorem. Ob hoc nõ cecidit propter quod cæCap.14. tera ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ET mutare faciẽ.] Aptius idem exmeplar, & immutare faciem infra. ¶ Cum exterioribus interiora formantur.] Vetus lectio formentur, non formantur, & infra. ¶ Nec illi exprobratio cætera.] Exemplaria Franciſcanũ & Pincianum. Nec erat illi exprobratio cætera, & infra. TRAXHEXAVSPES unus è chariſſimis.] Scribe. Præxaſpes, nõ Traxbexauſpes ex Herodoto tertio, & infra. ¶ Et tã grauis & uinolentus ac uiolentus.] Duæ poſtremæ dictiones, ac uiolentus, deſiderantur in uetere lectione, & infra. ¶ Hærens in ipſo ſpiculum oſtendit.] Deeſt uerbum, corde, hærens in ipſo corde ſpiculum oſtendit. ex eodem, & infra. ¶ Omnium ſuorum arcus uertantur.] Verterentur eadem agnoſcit, non uertantur, & infra. ¶ Videmus quomodo ſe pater gerere debuerit.] Caſliga. Videbimus quomodo pater ſe gerere debuit. ex eadem, & infra. ¶ Quem ſatius erat.] Omnis ſcripta lectio. Quam ſatius erat, & infra. ¶ Non dubito quin Harpalus quoq;.] Legẽdum harCap.15. pagus, nõ Harpalus ex Herodoto, Trogo & cæteris, & infra. REGI SVO Perſarum ſuaſerit.] Vetus lectio. regi ſuo Perſarumq; ſuaſerit, & infra. ¶ Etiam exigentibus malis naſcentum iam abſcondi.] Scribe, etiam ex ingentibus malis. cætera ex eadem, & infra. ¶ Vides illam arborem breuem, borridam, infelicem.] Corrigẽdum reor. Vides illam arborem retorridam, infelicẽ. Nam ſi breuis erat quomodo poterat libertas ab illa ſuſpendio peti, & infra.
Cap.16. VNVM eſt leuamentum malorum ingentium pati.] Verbum, ingentium, non habetur in exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Poſt ablatam magorum imperium.] Vetus lectio, mago, non magorum, & infra. ¶ Rogatus ab Oraborto nobili ſene.] Quidam codices Orobaſio legunt, non Oraborto. Alij minus uitioſe. Orobazo. Lege OroCap.17. bazo ex Herodoto quarto, & infra. QVI PITHIO quinq; filiorum patri.] Scribe per, y, pythio. ex eodem

ſeptimo, & infra. NEC in Romanos mores cum alijs aduentitijs uitijs ſuppliciorum irarumq; barbarie tranſiſCap.18 ſent.] Exemplar Pincianum, nec inter Romanos mores cum alijs aduentitijs uitijs, etiam ſuppliciorum irarumq; in barbariem tranſiſſent, & infra. ¶ Iam omne ſacinus in mario exercens.] Exemplar Facundi & Primitiui, in omne ſacinus manus exercens. Codex Franciſcanus. Iam omne ſacinus Manu exercens, & infra. ¶ Et non tam immerito quàm nimis amatus.] Exemplar Franciſcanum, merito legit, non immerito. Pincianũ meritus, & infra. ¶ Hoſtium & iudicum gladios reciperet.] Scribendum uindicum, non iudicum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Bethenum Baſſum.] Exemplar Facundi & Primitiui. Bedienum Baſſum minus ut puto corrupte, & infra. ¶ Quam ingentem crudelitas ſine dilatione poſcebat.] Scribe, quam ingens crudelitas eius ſine dilatione poſcebat, ex eodem exemplari, & infra. ¶ Vt in cyrrha maternorum hortorũ.] Corrige, ut in xyſto maternorum hortorum, ex omni uetere
Cap.19 lectione, & continuo qui porticum, non quæ porticum, & infra. QVANQVAM aberrare aliquando poßimus uideri, & in deuiũ exire.] Exemplar Facundi & Primitiui breuius. Altoqui poſſemus uideri in deuiũ exire. Exemplar Pincianum, quanq; aberrare alio poßimus uideri, & in deuium exire, & infra. ¶ Fidiculis tabularibus] Exemplar Gallicanæ literæ quo utor familiariter, tribularibus legit, non tabularibus, & infra. ¶ Inter ueſperã & flammas.] Verbera, non ueſperam, uetus lectio, & infra. ¶ Qui imperauerit ſilentium his in quos animaduerti uolebat iubebat os inſerta ſpõgia includi.] Duo uerba expungenda, ſilentium, & uolebat, ex eadem, & infra. ¶ Quo gemeret.] Qua gemeret eadem, & paulo poſt farciri, non farcire, & infra. ¶ Liceat ultimum ſpiritum trahere.] Exemplar Facundi & Primitiui, obice ultimũ ſpiritũ trahere, & infra. ¶ Liceat animũ non per uulnus emittere.] Liceat illã non per uulnus emittere. Vetus lectio, & infra. QVOS patres occiſorũ.] Corrige, quot patres quoq;
Cap.20 occiſorũ, ex eadem, & infra. ¶ Quæ non tantũ in unũ furit.] Exemplar Facundi & Primitiui, quæ non tantũ uirũ ſudit. Legendũ puto, quæ non tantũ uiritim furit, & infra. ¶ Inter primum iter deerant neceſſaria.] Intra legendum, non inter, ex uetere lectione, & infra. NAM cũ Babyloniã oppugnaturus feſtinaret.] Scribe Babylonẽ, non
Cap.21 Babyloniã, ex eadẽ, & infra. ¶ Nando tranſire tentauit.] Eadẽ uado agnoſcit, non nando, & infra. ¶ Qui trahere regiũ currũ alibi ſolebant.] Lego albi nõ alibi, ex Herodoto primo, & infra. ¶ Regis cõmeatus auferentẽ.] Quid ſi legas regijs equis meatũ auferentẽ, & infra. ¶ Perijt itaq; tempus & magna in magnis rebus iactura & militum ardor.] Scribendũ puto mutato coniunctionis loco. Perijt itaq; et tempus magna in magnis rebus cætera, & infra. DE REGE ſuo male exiſtimant.] Lege qui de rege ſuo male exiſtimant, ex uetere lectione, & expende, an pro uerbo quod paulo ante habetur incumbentes, reponendũ ſit excubantes, & infra. ¶ Cum inter dicentem & audienCap.22 tem.] Legendũ puto dicentes, non dicentem, duo enim erant manipulares milites, & infra. ¶ Paulũ intereſſet quẽ ille leuiter cõmouit & longius inquit diſcedite ne uos rex exaudiat.] Exemplar Facundi & Primitiui. Palla interaeſſet, quã ille leuiter cõmouit, & longius inquit, diſcedite ne uos rex audiat, & infra. ¶ Et aliquid boni ſpero in caſtris meis filenũ habeo.] Vetus lectio, & boni ſpero ſi in caſtris meis filenũ habeo. Scribendũ reor, & bene ſpero ſi in caſtris meis cætera, & infra. ¶ Captis ſicut mos eſt.] Eadem captis ſic uſus eſt, & infra. ¶ Præconio ſubijceret.] Præcont ſubijceret, eadem, & infra. PARRHESIASTES.] Exemplar Franciſcanũ & Pincianũ. Parrhe-
Cap.23 ſiades præferunt non parrheſiaſtes, & infra. ¶ Te inquit ſuſpendere.] Deeſt coniunctio, & ex exemplari Facundi & Primitiui. Legendumq; & te inquit ſuſpendere, & infra. ¶ Hiſtorias quas poſtea ſcripſerat recitauit. Vetus lectio hiſtoriæ poſtea quas ſcripſerat recitauit, & infra. ¶ Quaſi fulguris ictũ.] Malim legere quaſi fulgure ictum, & infra. ¶ Paranti demũ excuſationẽ obſtitit. fruere inquit mi Pollio fruere.] Exemplar Facundi & Primitiui, et
Cap.24. Pincianũ. Paranti deinde excuſationẽ obſtitit & fruere inquit cætera, & infra. ¶ Si iubes Cæſar ſtatim illi domum meã interdicã.] Eadẽ exemplaria. Si iubes Cæſar domo mea interdicã, & infra. HILARIVS reſponſum. Qui
Cap.25 dã codices elarius, nõ hilarius. Alij elatius, & infra. ¶ Prudẽtiori credamus.] Cedamus, nõ credamus legendũ, ex uetere lectione, & infra. ETIAM ex regia duci.] Exemplar Facundi & Primitiui, etiam ex regia domo duci, & infra. ¶ Ad latratũ canũ.] Scribendũ alterutro modo, aut ad latratus canũ, aut ad latratum canis, ut præfert exemplar Pincianum, & infra. ¶ Incõcuſſuu in iniuria perſtitit.] Superfluit particula, in, ex uetere lectione, & infra.
Cap.26 IMPRVDENTIA par in omnibus patrocinium eſt.] Aut legendum imprudentiæ, non imprudentia, aut ſuperuacaneæ ſunt duæ illæ dictiones, patrocinium eſt, ut quidã oſtentant codices, & infra. ¶ Nec ruffius crinis & coactus in nodũ apud Germanos utrunq; decet.] Quædã exemplaria. Virũ dum decet, ut ſorte legendũ ſit, uiritim dedecet. In codice diui Franciſci. Nec ruſſus crinis & in nodũ coactus apud Germanos dum decet, pro quo exiſtimo ut dixi legendum, apud Germanos dedecet, & infra. ¶ Nihil in uno iudicabis cætera.] Exemplar Facundi & Primitiui. Nec in uno iudicabis, & infra. ¶ Quod genti ſuæ publicũ eſt.] Gentis nõ genti uetus lectio, & infra. ¶ Sed iam
Cap.27 aliqua fortaſſe læſiſti.] Aliquem, nõ aliqua, eadem, & infra. QVANTO melius eſt abire in uniuerſum, nec uitia uitijs cõponere.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quanto melius eſt ire indulſum nec uitia uitijs opponere, & præterea eſt uũ exemplar alia quoq; exemplaria opponere habent nõ cõponere. Sunt etiã codices qui legãt. Quanto melius eſt abire in diuerſum cætera, & infra. ¶ Quàm iniquus eſt.] Scribe, quàm iniquus es, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hac peccauit. Hoc enim primũ, hoc extremũ.] Eadẽ. Peccauit, hoc eſt primũ, hoc eſt extremum, et infra.
¶ Inter errores ſuos uolutabitur.] Expungenda dictio, ſuos, ex eadẽ, et infra. ¶ An ſemper hæc cogitatio durabit.] Exẽplar Facũdi et Primitiui. Si ſemper hæc cogitatio permanebit, et infra. NISI bene te ipſe ſuccẽderis et ſubinde
Cap.28 cauſas quibus ſtimuleris renouaueris.] Idẽ exẽplar. cãbene te ipſe ſuccẽderis, et ſubinde cauſas quibus ſtimuleris renouaueris, et infra. ¶ Vicũ liceat accipias.] Corrige, uinctũ licet accipias, ex eodẽ exẽplari, et infra. CONSTER
Cap.30 nãtur ad ima.] Sic in omnib. exẽplaribus legitur. Cõſidera an inania, nõ ima, aut ut alij uolũt minima ſcribẽdũ ſit:

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.31 nam paulo ante dixerat. friuolis turbamur & inanibus, & infra. OBLITI quantum sequatur à tergo ingẽtis inuidiæ] Exemplar Franciscanũ & Pincianum, obliti quantum sequatur à tergo spiculis ingentis inuidiæ fauciati. Exemplar Facundi & Primitiui multo aliter, obliti quantum hominum retro sit, et paucis indigentes quantum se-
quatur à tergo ingentis inuidentiæ, et infra. ¶ Sed deest mihi ad sacerdotium] Vetus lectio, sed deesse mihi ad sacer-
Cap.32 dotium, et infra. ¶ Et dedit mihi] Exemplar Facundi et Primitiui. Ea dedit mihi, et infra. QVOD properamus uerberare statim.] Legendũ existimo. Quid properamus uerberare statim, & infra. ¶ Castigandam flagris leuio-
Cap.33 ribus.] Flagellis, non flagris, uetus lectio, & infra. HI sunt propter quos oculi clamore exprimãtur.] Exemplar Facundi & Primitiui. Hi sunt propter quos uenæ clamore tumescunt, & infra. ¶ Euocati qui longinquis regioni-
bus iudices sedeant.] Idem exemplar euocati ex longinquis regionibus aduolant, & infra. ¶ Aut imputatum à ser-
uo denarium.] Amputatum fortasse, non imputatũ scribendũ, & infra. ¶ Ad comparendum non relictis.] Quid si
Cap.34 legas, ad cõputandum modo relictis, & infra. HORVMQVE causa paratam ambitionẽ.] Superfluunt uerba hæc ex codice Facundi & Primitiui, quorũ loco habetur unica tantũ dictio, ambitiones, et infra. ¶ Qualia quæ pue-
ros.] Qualia quoq; pueros, exemplar Facundi & Primitiui, qualiaq; pueros, exemplar Franciscanũ, qualia pue-
ros, exemplar meum, & infra. ¶ Nihil ex his quæ tam tristes agimus sæuũ est.] Scribe seriũ est, nõ sæuũ est, ex exem-
plari Facundi & Primitiui. Sunt etiã codices in quibus habetur, tanti gerimus, nõ tam tristem agimus. Quid si le-
gas. Nihil ex his quæ tanq; seria agimus serium est, ut quod statim subijcit. Inde inquam uobis ira & insania est, quod
exigua magna existimatis, et infra. ¶ Dum spe suprema captus est criminatur.] Exemplaria quædã minus ni fallor
Cap.35 corrupte, diu spe suprema captatus criminatus est, & infra. ET AD clamorẽ serui & ad tinnitũ æris aut tamæ impulsum.] Exemplar Facundi & Primitiui, sine ulla coniunctione, ad clamorẽ serui, ad tinnitũ æris, ad lamine im-
pulsum, & infra. ¶ Quod de auribus dictũ est transferunt ad oculos.] Vetus lectio. Hoc quod de auribus dictum est
Cap.37 transfer ad oculos, & infra. QVIA nunc ne sobrijs quidẽ pudor est.] Particula, nunc, non habetur in uetere le-
ctione, & infra. ¶ Honestiorẽ te aut turpiorẽ potest facere puluinũ.] Eadẽ. Puluinar agnoscit, nõ puluinũ, et infra.
Cap.38 CATO uidetur melius.] Scribe. Cato noster melius, ex exemplari Franciscano, & infra. DIVVS Augustus
Cap.40 cum cœnaret apud Atediũ Pollionẽ.] Prior æditio minus corrupte, apud Nedium Pollionẽ. Lego Vediũ Pollionẽ.
Plin. lib. ix. histor. natur. cap. xxiij. Inuenit inquit in hoc animali documenta sæuitiæ Vedius Pollio eques Romanus
ex amicis diui Augusti uiuarijs earum immergens damnata mancipia, & cap. liij. In Cæsaris piscinis à Pollione Ve-
dio cõiectum piscem sexagesimũ post annũ spirasse scribit Annæus Seneca. Meminit & alio loco Seneca. Corrigen
dus paulo post idem error, & infra. ¶ Fregerat unus crystallinũ ex seruis.] Vetus lectio. Fregerat unus ex seruis ex-
ius crystallinũ, & infra. ¶ Quas ingens piscina cõtinebat.] Eadem. partim, quas ingentes in piscina cõtinebat, par-
tim quas ingenti in piscina cõtinebat, & infra. ¶ Et crystallina ante omnia corã se frangi iussit.] Castigo ex eadem,
crystallina aũt omnia corã se frangi iussit, & infra. ¶ Et noui generis pœnis lacerari.] Lancinari eadẽ nõ lacerari,
Cap.41 & infra. VBI ira ex superiori loco aggredi posit male tractabilem ac talem duntaxat cætera.] Exemplar Fa-
cundi et Primitiui, ut ira ex superiori loco aggredi nõ posit male tractet. At talem duntaxat, & infra. ¶ Sequatur
Cap.42 uel mala de bene meritis.] Omnis uetus lectio, sequatur uel mala dũ bene merearis, et infra. VNDECVNQVE
Cap.43 hæserint renascentur.] Exierint eadem, nõ hæserint, & infra. ¶ Nõ capiunt res istæ iacturã.] Sunt exemplaria quæ
habeant gestæ non istæ, & infra. ¶ Fortasse citra tuã est.] Circa nõ citra, uetus lectio, & infra. SVVS confector
spectat.] Exemplar Facundi & Primitiui, finis confector expectat. Cui lectioni suffragantur uerba hæc quæ mox
paulo sequuntur. ¶ Cum uicto uictori finis æque maturus.] Magna pars scriptorũ codicũ legit, & quidem matutinus non æque maturus, & infra. ¶ Conclamatũ in uicino incendium.] Fidelior mihi uidetur lectio uicinia quàm ui-
cino, & infra. ¶ Vbi metus maior apparuit.] Maiorũ nõ maior, uetus lectio, & infra. ¶ Nolo inquis utiq; occide-
re.] Verbũ, utiq; non habetur in exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Velicationes contemnamus.] Quidã
codices, uellications, contemptus, & infra. ¶ Immortalitas aderit.] Corrigendũ reor, iam mortalitas aderit, ut su-
pra. Nec ulla res magis proderit quàm cogitatio mortalitatis.

IN PRIMVM LIB. DE CLEMENTIA AD NERONEM.

Cap.1 ISTA LOQVI secum.] Exemplar Pincianum, & ita loqui secum, & infra. ¶ Apud me gratio-
sus.] Adde uerbum, est, apud me gratiosus est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Omnia in fida tutela
haberi. Nihil per te, neq; ui, neq; clàm à te R. P. ereptum.] Exemplaria Franciscanum & Pincia-
num. Omnia quæ in fidem tutelamq; tuam uenerunt nihil per te neq; ui neq; clam rei publicæ ere-
ptum. Scribendum reor, omnium, non omnia, & infra. ¶ Nemo unus homo.] Quidã codices, Nec
unus homo. Alij, Non unus homo, & infra. ¶ Nec quod te imitari uelit.] Corrige, Nemo qui te imitari uelit, ex uc-
tere lectione, & infra. ¶ Lætissima forma reipu.] Lectissima, non lætissima exemplar Franciscanũ, & infra. ¶ Pro-
pereundi licentia.] Prior æditio, nisi pereat licentia. Codex modo citatus, nisi perennis diligentia, & infra. ¶ Pro-
Cap.3 portione fortunæ suæ.] Portione fortunæ suæ emendatoria exemplaria, & infra. QVI hominem uoluptati do-
Cap.4 nant.] Quidam codices, dant, legunt, non donant, & infra. VT deduci alterum non posset.] Vetus lectio, ut se-
Cap.5 duci alterum non posset. Legendum uidetur diduci potius, quàm seduci aut deduci, & infra. NAM si quid ad-
huc colligtur.] Nam si quid adhuc colligis, eadem, & infra. ¶ Ne ultrà quàm necesse sit incidat. Quædã exempla
ria, insidas, legũt, nõ incidat. Legendũ reor incidas, & post crudelitas scribe, nõ crudelitate, & infra. ¶ Quid enim
maius aut fortius.] Quidam codices. Quid enim maius infortunijs, & infra. ¶ In bona fortuna latiorem locum ha-
bet.

bet.] Laxiorem, non latiorem, uetus lectio. Item dictionẽ, magnanimitas, adiectitiam esse opinor, & infra. ¶ Quid
enim est memorabilius] Vetus lectio. Quid enim est mirabilius, & infra. ¶ Nec deprecaturus est quidem] Ver-
bum, est, superfluit, ex eadem, & infra. ¶ Transeunt quem impulerunt.] Transeunt quæ impulerunt. eadem, & in-
fra. QVI non ex ipsa lege teneatur quæ quæritur.] Eadem, quærit, non quæritur, & infra. ET quis regum erit Cap.6
tutus] Puto legendum. Ecquis regum erit tutus, & infra. ¶ Quod si dij placabiles sunt & æque delicta cætera.] Cap.7
Corrige. Quod si dij placabiles et æqui delicta cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Facilius priuatis ignoscitur.]
Legendum puto. Difficilius priuatis ignoscitur. Alias non uideo quis sensus elici possit, & infra. ISTA quidem Cap.8
seruitus est.] Corrige. Ista inquis seruitus est, ex exemplari Pinciano, & infra. ¶ Non tibi seruitutẽ.] Negatio, non,
superuacanea est, ex uetere lectione, & infra. IAM fuerat collega proscriptoris] Eadẽ proscriptionis agnoscit, Cap.9
non proscriptoris, & infra. ¶ Cum M. Antonius proscriptionis edictũ inter cœnam dictaret.] Legendũ arbitror,
cũ M. Antonio proscriptionis edictũ inter cœnam dictãrat, & infra. ¶ Saluidienũ Lepidus secutus est.] Sic quidem
præfert uetus lectio, sed legendũ Saluidienũ, non Saluidenẽ, ex Velleio Paterculo secundo, & infra. ¶ Gauisus sibi
quod aduocatũ inuenerat.] Verbum, sibi, non habetur in uetere lectione, & infra. ¶ Dimissisq; omnibus egressus
est è cubiculo.] Eadem, dimissisq; omnibus è cubiculo, reliqua redundant, & infra. ¶ Ne meo sermone medio pro-
clames.] Exemplar diui Pauli ordine uerso ne medio sermone meo proclames, in alijs non habetur uerbũ meo, &
infra. ET DVELLIOS.] Legendũ duillios, non duellios, tũ ex uetere lectione, tum ex uulgata apud historicos Cap.10
nomenclatura, & infra. ¶ Eius pontificatum maximũ] Vetus lectio, & pontificatum maximum, & infra. ¶ Adeò
non odit.] Sunt codices qui habeant adeò non occidit, & infra. SENECTVTEM plusquam maturam.] Exem Cap.11
plar Franciscanũ. senectutem potius quàm naturam, & infra. ¶ In uoluptate sæuiunt.] Quidam codices, in uolup-
tatem sæuiunt, & infra. HIC non est mentitus.] Scribe. Hoc nõ est mentitus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nam Cap.12
ut inuisus sit quia timetur.] Corrigendum reor. Nam ut inuisum se fecit, quia timetur. Posset etiam scribi inuisus fit,
non inuisus sit, & infra. ¶ Sic feras lineis & pinna conclusas contine.] Castiga. Sic feras lineæ & pinnæ clausas con-
tinent, ex uetere lectione, & infra. FIDAE ac bonæ uoluntatis ministros.] Scribe permutato uerborũ ordine. Cap.13
Bonæ ac fidæ uoluntatis ministros, ex eadem, & infra. ¶ Hoc enim inter cætera pessimum habet crudelitas. Perse-
uerandum est.] Eadem. Hoc enim uel pessimum habet crudelitas quod perseuerandum est, & infra. ¶ Qui à tota
ciuitate amatur.] Verbum, Qui, superfluit, ex eadem, & infra. PRO prima offensa exhæredat.] Eadem, ad pri Cap.14
ma offensam exhæredat, & infra. ¶ Vt scivet datam sibi potestatem patriæ.] Scribendum puto contra omnia ex-
emplaria potestatem patris, non potestatem patriæ, & infra. EXILIO damnauit.] Consilio, non exilio uete- Cap.15
res codices. Cui lectioni suffragantur uerba quæ mox paulo sequuntur: aduocauit in cõsilium Cæsarẽ Augustũ, &
legendum infra, effecit, non efficit, & infra. ¶ Gratuitam esse seueritatem suam.] Sententiam non seueritatem, ue
tus lectio, & infra. ¶ Contundet enim amicos & quicquid est in dolis cõminuetur.] Emenda, contunditur enim a-
nimus, & quicquid est in dolis cõminuitur, ex eadem, & infra. CVI tradita salus omnium est.] Quidam codi- Cap.17
ces credita legunt, non tradita, & infra. ¶ Quosdam morbi curatio decipiat.] Corrige. Quosdam molli curatione
decipiat, ex uetere lectione, & infra. QVID aliud quàm serpentibus obijci iubebat.] Scribe, quid aliud quàm Cap.18
serpentium abijci iubebat, & mox paulo abijciebat, non obijciebat, ex eadem, & infra. ¶ Si ad naturæ legem com-
ponitur.] Quædam exemplaria, sed ad naturæ legem cõpositam, & infra. HOC tamen maxime distinguitur.] Cap.19
Variant hic exemplaria. Sunt enim quæ habeant. Hoc cũ maxime distinguitur, & infra. ¶ Nullumq; momentum
immune amet. Habeat hanc aliquis ægrã uitam sustinet cũ liceat innoxium. Alijs ob hoc securũ salutarẽ potentiam
eius.] Sic prior æditio. Corrigendũ. Nullumq; momentũ immune à metu habeat. Sed quis hanc uitam ægram susti-
net cũ liceat innoxium alijs, & ob hoc securũ salutarẽ potentiam eius, ex uetere lectione, & infra. ¶ Intueamur ue
nerantes colentesq;] Legendũ reor per minorẽ cũ superioribus, intueremur uenerantes colentesq; & paulo ante,
intuetur lege, non intuentur, & infra. QVAS scit aliquando sibi fastidio obtinuisse. Locus uitiatissimus. Veteres Cap.21
codices fastigium legunt, non fastidio, ut putem hunc locũ restituendũ sic, quos scit aliquando par sibi fastigium ob-
tinuisse, aut sic, quos scit aliquando simile fastigium obtinuisse, & infra. ¶ Alienam de capite suo regiamq; senten-
tiam expectauit.] Castiga ex exemplari scholarũ Salmanticensium, alienã de capite regio sententiã expectauit, &
infra. ¶ Quod dignũ esset uictoria apud uictos inuenisse.] Scribe victore non victoria, ex uetere lectione, & infra.
AVT sublatis malis] Lege, aut ut sublatis malis, ex eadem, & infra. ¶ Et uitia eius cõpescit.] Maior pars exem Cap.22
plariũ, & uitia eius facilius reprimit, & infra. ¶ Cum magno tormento.] Scribe, & cũ magno tormento, ex utc-
re lectione, & infra. CLEMENTIA inuocatus ad occidendũ amicũ] Sic prior æditio. Scribendũ puto. Leo Cap.25
etiã inuocatur ad occidendũ amicũ. Veteres enim omnes codices inuocatur præferunt, & infra. ¶ Tunc ille diri-a-
nim. norbus] Dirus non diri ijdem, & infra. ¶ Odio uenena gladijs] Odia uenena, gladij, exemplar Pincianum,
& infra. ¶ Tam multis periculis petitur] Patitur non petitur plerique omnes codices. Quid si legat patet, & in-
fra. QVOQVE seruiles manus] Inuerte dictiones, & scribe, seruiles quoq; manus, & infra. ¶ Et impietatem Cap.26
& feritatem] Quædam exemplaria impunitatem, non impietatem, & infra. ¶ Nec quantum uidetur pec-
cat] Exemplar Pincianum, nec quantum uidetur tantum peccat, exemplar Pincianum, & infra. ¶ Noxiosissimo
cuiq; animali] Noxiissimo uetus lectio, non noxiosissimo, ut à pius pissimus, quod in antiquis legitur monu-
mentis: & si in Philippicis Cicero reclamet, & infra. ¶ Et tuta est inter feras] Et tuta est etiam inter feras,
eadem, & infra. ¶ Apud homines tamen] Eadem. Apud homines autem, & infra. À singulorum deinde
cædibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cædibus in exitia gentium serpere.] Scribendum inuerso ordine. à singulorũ cædibus deinde in exitia gentium serpere, ex eadem, & infra. ¶ Barbarorum sanguine cruenti.] Cruentati eadem non cruenti.

IN SECVNDVM LIB. DE CLEMENTIA AD NERONEM.

Cap.1 ET CVM diceretur audisse memini. Exemplar Scholasticum, & cum diceretur audisse me memini, & infra. ¶ Et bonitatem tuam cum fortuna tua litigantem.] Legendum arbitror, sed bonitatem cætera, & infra. ¶ Vellem nescirem literas.] Vetus lectio. Vellem nescire literas. & infra. ¶ Quæ Romanum imperium colunt.] Eadẽ incolunt, non colunt. & infra. ¶ Ô uocẽ publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquũ illud seculum.] Scribendum dispungendumq; ad hunc modum arbitror. Ô uocem priscæ generis humani innocentiæ. Dignam cui redderetur cætera, & infra. ¶ Pietatem integritatem.] Vetus lectio. pietatem integritatemq;, &

Cap.2 infra. ET CVNCTA in similitudinem sui formabuntur.] Quædam exemplaria tui non sui. Alia tuam agnoscunt, & infra. ¶ À capite bona ualitudo ea transibit in omnes. Vegetata sunt cætera.] Prima duo uerba, à capite, & infra. ¶ À capite bona ualitudo in omnes. Vegetata est, reliqua superfluunt ex omni scripta lectione, & mox paulo. uiuit substitue pro iuuit, & infra. ¶ Quid ergo est propter quod bene actis dicisq; tuis.] Legendum. Quid ergo est præter id quod cætera ut prior æditio habebat, & infra. ¶ Materia secundiore expresserunt sensus uehementes.] Lego fœcundiore non secundiore ex exemplari Pinciano. & infra. ¶ Quid ergo est ut raro inuitus, & cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Et ne forte decipiat nos speciosum clementiæ nomen.] Scribe ex omni antiqua lectione. Quid ergo est t Vt raro, inuitus, & cum magna cunctatione, ita aliquando scribas necesse est istud quod tibi in odium literas adduxit, sed sicut

Cap.3 facis cum magna cunctatione cum multis dilationibus. Ne forte decipiat reliqua. & infra. SPECIOSVM clementiæ nomen aliquando.] Verbum, aliquando. redundat ex eadem, & infra. ¶ Plura proponere est tuttur.] Malem legeretur Plures quàm Plura. & infra. ¶ Nullam uirtutem cuiquam minus debito facere.] Legendum puto

Cap.4 quicquam non cuiquam, & infra. VT Busiris ille & Procrustes.] Exemplar academiæ. Osiris ille & Procluſtes. Exemplar Franciscanum. Siris ille & Procustes. Lego Scinis ille & Procrustes ex Plutarcho, Ouidio, & plerisq; aliis, & ultra. ¶ Hanc clementia repellit longius stare à se.] Sic prior æditio. Exemplar Pincianum. Hanc clementia repellit longius quæ stare à se facit, & infra. ¶ Ne per speciem clementiæ in misericordiam incidamus.] Pleraque uerba quæ hic desiderantur restitue ex exemplari Pinciano hoc pacto. ne per speciem seueritatis in crudelitatem, ne per speciem clementiæ in misericordiam incidamus. & infra. QVOD si est quid in hac scientia.] Vetus lec-

Cap.5 tio. Quod si est quidni hæc scientia. & infra. ¶ Aeque æstimanda.] Scribendum æqua, non æque. ex eadem, & infra. ¶ Cætera omnia quæq; miserentur. uolo facere libens, & alius animo faciet.] Ita prior æditio. quæ uerba ultiosissime scripta ad hunc modum castiganda existimo. Cæterum omnia quæ si misereretur nolens faceret, libens &

Cap.6 lacri animo faciet, & infra. ET fortius laborantibus.] Fortuitis non fortius legendum puto, ut sequentia indicant. & infra. ¶ Vultum quidem non deijciet nec animum.] Sciendum multa hic uerba deesse. sed quæ in scriptis exemplaribus uarie legantur. Modo sic. Vultum quidem non deijciet, nec animum ad corruscantis ciuis aut pannosi aridam faciem, & obnoxiam baculo senectutem. Modo sic. Vultum quidem non deijciet, nec animum obstrusit causa rerum in pannosam faciem, & in obnoxiam baculo senectutem. ut forte corrigendum sit. Vultum quidem non deijciet nec animum ad æruscantis ciuis, aut pannosi aridam faciem & obnoxiam baculo senectutem, & infra. ¶ At

Cap.7 quare non ignoscet uacuam.] Sic prior æditio. Scribendum puto. Dicam non uacuam, & paulo post debitæ nõ meritæ. ex uetere lectione: sicuti etiam patet circa finem libri repetitis eisdem uerbis. & infra. INVIDIA criminis manifeste laborantem.] Exemplar Pincianum. inuidiæ crimine manifeste laborantem. & infra. ¶ Sed & quanti uult æstimare litem.] Taxare non æstimare: uetus lectio, & infra. ¶ Secundum hæc uidebit perfectus sapiens quod ingenium qua ratione tractandum sit donec in rectum praua flectantur.] Eadem. Videbit quod ingenium qua ratione tractandum sit. Quo modo in rectum praua flectantur. reliqua superfluunt.

IN LIB. DE VITA BEATA, AD GALLIONEM FRATREM.

Cap.1 QVAE IN contrarium ducit.] Vetus lectio. quæ ubi in contrarium ducit. & infra. ¶ Quantum cotidie proficiamus.] Eadem. Quantum cotidie profligetur. & infra. ¶ Quodq; exempla pro bonis multa sunt.] Exemplar Pincianum & Facundi ac Primitiui. quodq; exempla boni multa sunt. Reliqua quæ legerim omnia per defectum illorum duorum uerborum, pro bonis, sic habẽt, quodq;

Cap.2 exempla multa sunt, ut corrigendum arbitrer quorumq; exempla multa sunt. & infra. QVID optime factum sit.] Exemplar Facundi ac Primitiui. quid optimum factum sit: ut scribi posit. quid optimum factu sit & infra. ¶ Quanto leuius fuit quàm quod concupiui.] Idem exemplar melius præfert non leuius. & infra. ¶ Et aliquam dotem notabilem facerem.] Corrige. aliqua dote notabilem facerem. ex eadem. & infra. NON in specie bonum sed soli-

Cap.3 dum & æquale.] Eadem. non in speciem bonum, sed in solidum & æquale. & infra. ¶ Deinde sit fortis ac uehemens.] Verbum, sit. superuacaneum est. ex eadem. Alioqui, si, legendum erat, non sit. & infra. ¶ Sine admiratione

Cap.4 cuiusquã.] Eadem. sine admiratione cuiusq;, melius cuiusquam, & infra. EO quod sibi ipsi dare potest.] Ipse scribendum, non ipsi. ex eadem. & infra. ¶ Quid enim prohibet nos beatum dicere.] Eadem. Quid enim prohibet nos beatum uitam dicere. & infra. ¶ Nec detrahens quicquam beatæ uitæ.] Detrahet, nõ detrahens. exemplar Facundi

Cap. 5 & Primitiui, & infra. EXPVLSIS terroribus] Quidam codices doloribus, non terroribus. Legendũ forte erroribus, & infra. ¶ Aliaq; ex alijs admoueat quibus totas quoq; partes nostri sollicitet] Vetus lectio, aliaq; ex alijs admoueat, quibus totos partesq; nostri sollicitet, & infra. VIDE autem & in illis qui summum bonum

Cap. 6 uoluptatem dixerint] Exemplar Facundi & Primitiui. Videant quin in his summum bonum dixerunt, & infra. ¶ Et à uirtute deduci] Coniunctio, &, superuacanea est, ex uetere lectione, & diduci reor scribendum, non deduci, & infra. ¶ Vt non iucundæ] Lege, ut non iucundæ uiuat, ex eadem & infra. ¶ Videlicet quod omne bonis ex uirtute principium est] Legendum, uidelicet quia omne boni ex uirtute principium est, ex codice Facundi &

Cap. 7 Primitiui, & infra. IMMO ab ipsa uoluptate] Idem codex, immo ob ipsam uoluptatem, & infra. ¶ Fallidam ac fucatam] Exemplar Facundi & Primitiui. fallidam aut fucatam, & infra. ¶ Quod uenit transitu celerrime]

Cap. 8 Vetus lectio, quod uenit transitue celerrime, & infra. NEC minus turpes dedecus] Addenda est dictio suum. Nec minus turpes dedecus suum, ex eadem, & infra. ¶ Quo sunt in castris auxilia & armatura leuis] Pluralitatis numero, armaturæ leues, eadem, & infra. ¶ In exteriora quidem tendit & redit] Eadem. In exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undique in se redit, & infra. ¶ Ad externa porrexit & illorum & sui potens sit] Exemplar Franciscanum post hæc uerba adijcit, & ut ita dicam deuinctat summum bonum. Item porrexerit agnoscit, nõ porrexit, & infra. ¶ Non diffidens nec hæsitans] Diffidens legendum, non diffidens, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nihil enim praui, nihil subiti supereſt] Lubrici legendum non subiti, ex eadem. quam lectionem arguunt ueram uerba statim sequentia, nihil in quo arietet aut labet, arietet refertur ad praua, labet ad lubrici. Solet enim Seneca libenter eandem sententiam alijs uerbis repetere, & infra. NON enim hanc præstat, sed nec huic laborat. Sed

Cap. 9 labor eius cætera] Correctiora exemplaria. Non enim hanc præstat, sed & hanc. Nec huic laborat, sed labor eius cætera, & infra. ¶ Quæ cum sinum impleuit] Exemplar domesticum, quæ cum suum impleuit. Exemplar Facundi & Primitiui. quem cum impleuit, & infra ¶ Quæris enim aliquid supra summum. Interrogas quid petam cætera] Vetus lectio. Quæris enim aliquid supra summũ bonum interrogans quid petam, & infra. CLARE inquã

Cap. 10 ac palam testor] Inquit legunt, non inquam exemplar Franciscanum et Facundi ac Primitiui, & infra. ¶ Nec quas probauit magni pendit. Vtiq; enim admittit] Hæc uerba in codice Franciscano non habentur omnino, & infra.

Cap. 11 EGREGIVM autem uirtutis apud uos officium uoluptates præstare] Exemplar idem, & item Facundi ac Primitiui. Egregium autem habet uirtus apud uos officium uoluptates prægustare, & infra. ¶ Iam dicacitatem & loquacitatem] Duo postrema uerba, & loquacitatem, in uetere lectione desiderantur. & infra. ¶ Omnium generum animalia] Gentium non generum eadem præfert, & infra. TAM longinquum illos ab omni molestia ab-

Cap. 12 esse] Corrigendum tam longe tum illos cætera. ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Ac uagabundus semper atque ebrius] Antiqua omnia exemplaria non uagabundus habent, sed raptabundus. Scribendum puto reptabundus, ut infra, quo minus uirtutem adorem, & ex interuallo ingenti reptabundus sequar, et infra. ¶ Ita nõ ab Epicuro repulsi luxuriantur] Impulsi legendum non repulsi, ex eisdem, & infra. ¶ Nec æstimabitur uoluptas illa Epicuri. Ita mehercules enim sentio] Aestimatur non æstimabitur, eadem præferunt, & coniunctio, enim, in

Cap. 13 castigationibus codicibus non habetur, & infra. AD pronum & exile] Vetus omnis lectio paruum non pronum, & infra. ¶ Et dum ille uenit blando nomine inductus] Illo legendum. non ille, ex eadem, & infra. ¶ Quæ statim uenerunt uitia] Sic prior æditio. Exemplar Pincianum, quæ statura uenerunt uitia. Exemplar Facundi ac Primitui, quæ statim eneruant cum uenerunt uitia, quæ lectio confirmatur uerbis statim sequentibus. Qui uoluptatem sequitur uidetur eneruis, fractus, reliqua. ¶ Vir peruenturus in turpia] Prior æditio uix non uir. Quid si legas. mox, non uix. Exemplar Facundi & Primitiui, ut peruenturus in turpia, ut forte scribi posit, & peruenturus in turpia, et infra ¶ Quæ in præceps ferãt ex uetere lectione, & infra. ¶ Et uoluptas nocet nimia] Scribe sine coniunctione, &, per matorem. Voluptas nocet nimia, ex eadem & infra. Si hoc placet scilicet ad beatã uitã ire comitatũ] Puto uerba hæc Senecæ nõ esse, sed studiosi alicuius Senecæ sensum exponentis, & infra. ¶ Virtutẽ quidã excellentissimã omniũ uoluptati tradidere ancillã. Nihil magnũ animo capientis est] Exẽplar Franciscanũ & domesticum. Virtutẽ quidem excellentissimã omnium uoluptati tradere ancillã nihil magnum animo capientis est, & infra. ¶ Ita habentis magnæ uoluptates] Corrige, ita habentes magnas uoluptates, ex uetere lectione, & infra. ¶ Permanere licet in hac cætera] Libet, non licet, ex eadem scribendum, & infra.

Cap. 14

Cap. 15 QVIA pars honesti non possunt esse nisi honestum & iucundum sit] Postrema tria uerba, & iucundum sit, non habentur in eadem, & infra. ¶ Et ne ex æquo quidem fragilitate alterius boni quicquid in altero uigoris est uetat] Emendo ex eadem, & ne exæquat quidem, fragilitate alterius boni quicquid uigoris in altero est bebetat, et infra. ¶ Libertatemq; illam uoluptas ista demum si nihil se præciosius nouit inuitam sub iugum mittit] Scribe, libertatemq; illam ita demum si nihil se præciosius nouit inuitam sub iugum mittit, ex eadem, & infra. ¶ Namque quod maxima seruitus est] Lege. Nam quæ maxima seruitus est, ex eadem, & infra. ¶ Trepida casum pariens] Casliga, trepida casum pauens, ex eadem. Exemplar tamen Facundi & Primitiui, trepida casum timens legit, & infra. ¶ Temporum suspensa momenta] Verbum, momenta, non habetur in codice domestico, & infra. ¶ Illo ergo summum bonum ascendat] Codex Pincianus, ascendit, non ascendat, recte quia sequitur statim compar uerbum detrahitur, non detrahatur, & infra. ¶ Illa uirtus fortiter stabit] Verbum, uirtus, aduentitium est ex omni scripta lectione, & infra. ¶ Quisquis autem cogitur quæritur et plorat] Expungendum uerbum, cogitur, ex eadem, et infra. ¶ Aut æque mirari uel indigne ferre] Scribendum, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirari, aut indigne ferre, ex eadem & infra. ¶ Ex uniuersa constitutione] Exemplar Facundi & Primitiui, uniuersi legit, non uniuersa, & infra QVID hactibi uirtus suadebit] Dictionem, uirtus, cum pauloante præcesserit putamus a dicktiam esse, & infra. ¶ Quod nec uirtute nec malitia contingeret] Scribendum continget, non contingeret, ex uetere lectione & infra. CVR autem domus dispontur] In maiore ueterum exemplarium parte uerba hæc desiderantur. In nonnullis uerbum, domus, tantum. & expende an laute legendum sit: ubi autem legitur, & infra. ¶ Et aliquis est scindēdi obsonij magister] Vetus lectio ordine mutato, & est aliquis scindēdi obsonij magister, & infra. ¶ Cur plura quàm nosti possides? Turpiter] Exemplar Facundi & Primitiui. Cur plura quàm nosti? reliqua superfluunt, & infra. ¶ Non tanquam sapiens, sed solum ut maluolentiam tuam pascam. Nec erro] Idem exemplar. Non sum sapiens, & ut maliuolentiam tuam pascam nec ero, & infra ¶ Vt non optimis par sim] Corrige ex exemplari domestico, non ut optimis par sim, & infra. ¶ Et si minus fera minatur] Irata non fera bona pars exemplarium, & infra. CVI aliquid apti est] Acti non apti plerique codices. Exemplar Facundi ac Primitiui, actum, castigatius, & infra. ¶ Hoc per malignissima capita] Particula, per, superuacanea est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quorum acerrimum] Aduerbium, o, expungēdum, ex eadem, & infra. ¶ Hoc pauperiorem quàm cæteros Cynicos] Scribe, hoc pauperiorem quàm cæteri Cynici, ex eadem, & infra. ¶ Vides enim non uirtutis scientiam cætera] Expende an legendum sit. Vix non. Vides, & infra. REDIDIT SIBI testimonium præcedentis uitæ laudabilisq, eius ætatis in portu & ad anchoram uitæ actæ quies] Exemplar Facundi & Primitiui, reddidit sibi testimonium uitaexcedens, laudauitq; ætatis in portu ad anchoram uitæ actæ quietē, & infra. ¶ Dicit quoduos inuiti audistis?] Vetus lectio, & dixit quod uos inuidi audistis, & infra. ¶ Quibus ipsum nomen uirtutis odio est] Adde ex omnibus antiquis exēplaribus uerba hæc. Negatis quenquam præstare quæ loquitur nec ad exemplar orationis suæ uiuere, & infra ¶ Nisi quidāex patibulo suos spectatores conspuerent] Eadē. Nisi quod quidā ex patibulo suos spectatores conspuerunt, & infra. LAVDANDA tractatio est] Laudanda oratio est, uetus lectio, & infra ¶ Quis sibi proposuit hæc] Eadem, qui sibi hæc proposuit, ut ordo sit, ingenti animo qui sibi hæc proposuit, & infra. ¶ Ego mortem eodē ultu audiā quo iubebo & uidebo] Exēplar Facundi et Primitiui. Ego mortem eodē ultu uidebo quo audiā, reliqua superuacanea sunt, & infra. ¶ Et præsentes & absentes æque contemnā] Posteras legit exēplar domesticū, non absentes, & infra. ¶ Nec si aliubi iacebunt tristior] Tristor legendū, non tristior, ex uetere lectione & infra. ¶ A nemine meam] Eadē mi nime meam, et infra. HOC ille etiā si non tenuerit magnis tamen excidit causis] Prior æditio. Nec ille etiā si non tenuerit reliqua. Castigo. Næ ille etiam si non tenuerit magnis tamen excidet ausis ex Phaëtontis epitaphio apud Ouidium, & infra. ¶ Paucæ argenti armillæ] Codex Franciscanus, & nonnulli alij laminæ præferunt non armillæ. Codex Facundi & Primitiui lamellæ rectius ut sentio, & infra. ¶ Non in animum illam gazam, sed in domum recipit] Omnis scripta lectio. Non in animum illa, sed in domum recipit, & infra. ¶ Nec respuit possessas diuitias sed contemnit] Eadem. Nec respuit possessas sed continet, & infra. ¶ Et maiorem uirtutis suæ materiam subministrari uult] Scribe uirtuti non uirtutis, ex eadem & infra. VT DIES BONVS & in pruina ac frigore apricus locus] Exēplar Facundi et Primtiui, ut dies bonus in pruina, & frigore apricus locus. Exemplar Pincianum castigatius ut reor, ut dies bonus in bruma & frigore apricus locus, & infra. NEMOSAPIENTEM paupertate damnauit] Sapientiam non sapientem, uetus lectio, & infra. ¶ O Magnum uirum optime diuitem] Adde post hæc uerba ex exemplari Facundi & Primitiui. Si opus ad hanc uocem consonet, & infra ¶ Quid donabit? erexistis aures. Quid expeditis sinum] Legendum puto ordine præpostero. Donabit. Quid? Erexistis aures? Quid? Expeditis sinum? & infra. ILLI CREDO. Huic succurro. Huic misereor] Corrige. Illi reddo. Huic succurro. Huius misereor, ex uetere lectione. Potest tamen legi credo, & infra. ¶ Erit defecturum] Erit defuturum, eadem, & infra. ¶ Si processero quantum proposui] Eadem. Quantumcunque non quantum agnoscit, & infra. Et quanti quenquam æstimem] Exemplar Facundi & Primitiui, & quanti quæq; æstimem, & infra. DOMVM illam splendidam malo quàm putentem] Codices quidam petentē habent non putentē. Alij potentē. Lege pontē. Nam duæ res comparantur. Domus splendida et pons sublitius, et infra. ¶ Pone in instrumentis splendentibus] Corrige. Pone in stramentis splendentibus, ex exēplari Facundi et Primitiui, et infra. ¶ Si lapsa ceruix mea cætera] Vetus lectio lassa non lapsa, et infra. ¶ Prætextatus et candidatus] Variant hoc loco exemplaria. Alia legunt prætextatus et chlamydatus. Alia prætextatus et causatus, et infra. ¶ Vt omnes mihi ex uoto cedant] Veteres quidam codices, aut fetentibus. Omnes mihi ex uoto decidant. Alij, aut assentientes mihi omnes ex uoto discedant. Corrigendum arbitror. Fac sententiæ omnium mihi ex uoto cedant, et infra. ¶ Nulla homo hora sine querela sit] Exemplar Facundi et Primitiui. Nullus homo sine querela aliqua sit, et infra. ¶ Iura reges Persarum petant] Prior æditio. Iura reges penatum petant. Exemplar modo citatum. Iura regnis imponam, et infra. ¶ Cum dijs undique consultabo] In uarijs exemplaribus uaria lectio, in nullo syncera. Quædam legunt, cum deo utiq; conscientia luctabor. Alia cum deus undiq; quæ sunt requirat, et infra. QVAE exercendæ tranquillius sint] Codex Facundi et Primitiui, quæ exercendo tranquillæ sunt, et infra. ¶ Diuitiæ apud sapientem uirum in seruitute sunt] Exemplar Franciscanum. Diuitiæ cum apud sapientem uirum sunt, in seruitute sunt et mox ante. ¶ Quid inter me stultum et te sapientem interest, si uterque habere uolumus plurimū? Exemplar Pincianū et diuorū Facundi ac Primitiui. Quid ergo inter me stultū et te sapientem uirū interest, si uterq; habere uoluimus? Plurimū. Diuitiæ enim reliqua, et infra. ¶ Nec quo illa

Cap. 16
Cap. 17
Cap. 18
Cap. 19
Cap. 20
Cap. 21
Cap. 22
Cap. 23
Cap. 24
Cap. 25
Cap. 26

illa pertingant quæ ex longinquo instruuntur intelligunt] Scribendum nec quo illa pertineant quæ ex longinquo struuntur intelligunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Iam tamque preciosa spolia laturi] Pro commodiore lectione duxerim daturi quàm laturi, & infra. ¶ Quia calamitas est odisse & lacessere uirtutem bonæ spei cuitatio est] Vetus lectio, quia calamitates odisse & lacessere uirtutem bonæ spei eiuratio est, & infra ¶ Sed ne dijs quidem] Vide an sit fidelior lectio, sicut ne dijs quidem, & infra. ¶ Adulterum illum induxit & abnoctantem.] Obnoctantem non abnoctantem scripta lectio, & infra. ¶ Alius raptorum ingenuorum corruptorum & cognatorum quidem] Verbum, raptorem, desideratur in exemplari Facundi ac Primitiui, & infra. ¶ Vestra tamen uos moneo causa] in eodem. Vestra tamen nos mouet causa, & infra. ¶ Mentio sacrarum literarū interuenerit] Sacra non sacrarum legendum ex uetere lectione, & infra. ET medio lucernam die proferens] Præferens eadem non proferens, & infra ¶ Illustrata est manus mea per ea ipsa cætera] Codex Facundi ac Primitiui uirtus mea legit non manus mea, & infra. ¶ Quare hic philosophus latius habitat] Laxius non latius omnis scripta lectio, & infra. ¶ Quem uera scabies depascitur] Exemplar Facundi ac Primitiui fera legit non uera. Exemplar Pincianum fœda rectius, ut in libro de Tranquillitate animi Vt ulcera quædam nocturas manus appetunt & tactu gaudent, et fœdam corporum scabiem delectat quicquid exasperat, & infra ¶ Vt uobis tantum ocij superfit] Scribendum & uobis, non ut uobis, ex uetere lectione, & infra. AVT tam uicinæ ut uos ac uestra rapturæ propius accesserint] Corrige, aut tā uicinæ uos ac uestra tracturæ propius accesserint, ex eadē, & infra. ¶ Nunc in infima allisos rapit. Cur nobis magno consensu uitia cōmendant] Exēplar Facūdi ac Primitiui, nūc in infima alisos magno uos cōsensu in uitia rapit. Quid si legas nō consensu sed concussu, & infra. ¶ Proderit tamen primo in seipsum secedere] Exē plar Pincianum & Gallicanum domesticum, proderit tamen posse ipsum secedere, & infra. ¶ Ad quod uitam dirigamus licet admonitio nota sit] Sic prior æditio. Castiga, ad quod uitam dirigamus, licet quod in ocio non sit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Certe Stoici nostri dicunt] Certe Stoici uestri dicunt codex Facundi & Primitiui, & paulopost uacationem, non uacationes, & infra. NVNC probo tibi non desciscere me] Scribendum probabo, non probo, ex eodem, & infra. VTINAM quidam iam tententur omnia] Corrige, ex eodem. Vtinam quidem iam tenerentur omnia, & infra. ¶ Causa autem late illa patet] Scribendum mutato dictionum ordine. Causa autem illa late patet, ex omni scripta lectione, & infra. ¶ Quoniam qui se deteriorem facit] Codex Facundi ac Primitiui. Quomodo qui se deteriorem facit, & paulopost. Sic si quis bene de se meretur, legendum nō Sed si quis cætera, & infra. NON ad hunc angulum respicimus aut illum] Corrigendum, non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, ex omni scripta lectione, & infra ¶ Aut Carthaginensium erit] Verbum, erit, eradendum, ex eadem, & infra. ¶ Huic maiori. R. P.] Minori non maiori. Exemplar Franciscanum & Pincianum, & infra. ¶ Quod maria terras q̄, & mari ac terris inserta complectitur] Corrigendum reor contra omnia exemplaria. Quod mari terras, & maria terris inserta complectitur, & infra. ¶ Immobilis sit mundus] Castiga, immortalis sit mundus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Natura ad utrumque genuit & contemplationi rerum & actioni] Exemplar Franciscanum. Natura ad utrumque genuit & contemplationem rerum et actionem, & infra. ¶ Sed etiam ad contemplationem factum] Factura, non factum maior pars scriptorum codicum et, infra. ET VVLTVM suum circumferre cum toto corpore] Verbum, corpore, non habetur in eodem exemplari, nec item in Gallicano meo, ut per dictionem, toto, accipiamus, mundo ipso, & infra. ¶ Sublime fecit illi caput] Exemplar Facundi ac Primitiui, sublimius præfert, non sublime, & infra ¶ Sena per noctem signa perlucent, nullam non partem sui explicuit] Vetus lectio produceret agnoscit, non perlucent, ut forte legendum sit, sena per noctem signa produxit, & nullam non partem sua explicuit, & infra. ¶ An propter ipsum pondus corporum] Præter, non propter, eadem, & infra. ¶ Quod à me probatur homines diuini spiritus esse partem] Legendum, quo maxime probatur, non quod à me probatur, ex eadem, & uerbum illud, partem, sequentibus adiungendum est non præcedentibus, & infra. ¶ In terras desiluisse atque ex alieno loco exisse] Scribe in terram resiluisse atque extraneo loco hæsisse, ex eadem, & infra. ¶ Ad hæc quærenda natus æstima] Legendum ex eadem. Ad hæc quærenda natus existimat, & infra. ¶ Ego secundum naturam uiuo] Scribendum. Ergo, non Ego, ex eadem, & infra. ¶ Quoniam ne contemplatio quidem sine actione est] Exemplar Facundi ac Primitiui, quoniam ne contemplationi quidem intendere possum sine actione, & infra. ¶ Nec unquam sumas illud tempus] Vllum, non illud, uetus lectio, & infra. ¶ Nec ille qui se contēplationi inseruit] Codex Facundi ac Primitiui, nec ille qui contemplationem elegit, & infra. ¶ Sed eam qua ratione efficit firmam sibi] Sic prior æditio. Idem codex quam agnoscit, non qua, & infra. ¶ Nobis statio est non portus hæc] Lege inuersis dictionibus. Nobis statio hæc non portus est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Adisce nunc huc] Adisce nunc hoc, exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quod è lege Chrysippi] Vetus lectio, quod de lege Chrysippi, & infra. ¶ Negabis mihi accessurum in hanc R. P.] Ad hanc rempublicam. Exemplar Facundi & Primitiui, non in hanc R. P. & infra. ¶ Et hanc fugiet] Scribe, & hanc fugiet sapiens, ex eodem exemplari, & infra. ¶ Quum laudet nauigationem] Exemplar idem & Pincianum, antequam laudet nauigationem. Scribendum puto per transpositionem dictionum, quum ante laudaret nauigationem.

Cap. 27
Cap. 28
Cap. 29
Cap. 30
Cap. 31
Cap. 32

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIB. PRIMVM DE TRANQVILLITATE VITAE AD SERENVM.

QVAE manu præciderem] Quidam codices, quæ manu penderem. Exemplar Facundi et Primitiui, quæ manu prenderem recte, & infra ¶ Quem nec parent familiæ nec spectent] Pro meliore lectione duxerim exspectent, quàm spectent: quam approbant uerba hæc statim succedentia. ¶ Nõ ante multos paratus dies] Quædam exemplaria, nec in multos paratus dies. Alia nec ante multos imperatus dies. Quid si legas, nec multos ante paratus dies, & infra. ¶ Nihil habeat accersiti precio, sed naoilibus non defuturus] Vetus lectio, nihil habens accersiti precio, siue ubi licet non defuturus. Scribo, nihil habens accersiti precio siue. Vbi libet non defuturus, & infra. ¶ Sine ullo opere & nomine artificis] Eadem, sine ullo nomine artificis. Reliqua non agnoscit, & infra. ¶ Diligentius quàm iam intra latus uestita & duro culta mancipia] Eadem, diligentius quàm intra larem uestita cætera, ut forte legi possit, diligentius quàm in priuato lare uestita cætera. ut hoc ipso libro infra. Sed habet ubi se etiam in priuato lare explicet magnus animus. Verba autem statim ante præcedentia, de luxuria prædictorum non habentur in ullo uetere exemplari, & infra. Iam domus etiã quæ calcatur preciosa] Scribe, qua calcatur, nõ quæ calcatur, ex eadẽ, & infra. ¶ Et assentator comesq; patrimoniorum] Assectator lege, nõ assentator, ex eadẽ & infra. ¶ Tantusq; morsus subit] Tacitus lege, non tantus, ex eadem, & infra. ¶ Aut aureis uirgis adductum capessere] In quibusdam codicibus uerbum, aureis, non habetur. In alijs abductũ, nõ adductũ, et cõpescere nõ capessere, & infra. ¶ Promptus cõpositus] Scribe, propius positus, & adiunge superioribus ex antiqua lectione, & infra. ¶ Et nemo non omisit. Ad quam cum animum insolitam arietari permisi] Corrige, & nemo non misit. Vbi aliquid animam insolitam arietari percussit, ex eadem, & infra ¶ Alterius coërcere in foro superbiam] Alicuius non alterius omnes scripti codices præferunt, & infra. ¶ Cogitationis magnitudine leuauit] Idem cogitationum, non cogitationis rectius, & infra. ¶ Altiusq; ut spirare ita eloqui gestit] Sperare in eisdem habetur, non spirare, & infra. ¶ Et ad dignitatem rerũ exit oratio] Exemplar Facundi & Primitiui, & ad dignitatem rerum exigitur oratio, & infra. ¶ Oblitus tum lenis, pressioris q; iudicij sublimis feror] Legis, non lenis, & sublimius, non sublimis, scripta lectio, & infra. NEC
Cap. 2 ullius propius admoneri exemplo] Eadem. Nec ulli propius admouerim exemplo, & infra. ¶ NON parum est corpus sanum] Scribe, inuerso ordine, non parum sanum est corpus, ex eadem & infra. ¶ Alicubi insles grauis] Grauius legendum, non grauis, ex eadem, & infra. ¶ Ego eam tranquillitatem uoco] Verbum, eam, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Et illi qui marcent & oscitant] Prior æditio oscitantur, non oscitant, pro quo ociantur legit exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quàm quibus difficilis somnus] Quàm quibus difficilis somnus est, ex uetere lectione scribendum, & infra ¶ Qui non inconstantiæ uitio] Quædam exemplaria, qui non constantiæ uitio. Quid si legas, qui non constantia in uitio, & infra. ¶ Hoc oritur ab intemperantia animi] Intemperie, exemplar diuæ Mariæ, non intemperantia, & infra. ¶ Nec dolent se prauæ frustra uoluisse] Sic prior æditio. Exemplar Facundi & Primitiui. Nec dolent praua se frustra uoluisse minus corrupte. Codex Franciscanus. Nec dolent praua sed frustra uoluisse rectissime, & infra. ¶ Ad secreta studia] Scribe, & ad secreta studia. ex uetere lectione, & infra ¶ Seipsas strangulant] Se ipsæ strangulant, eadem, & infra. Et ille fluctus mentis incertæ] Mille non ille, eadem, & infra. ¶ Et ex hac deinde uersatione alienorum processuum] Sic prior æditio. Legendum per minorem cum superioribus, & ex hac deinde auersatione alienorũ processuum, ex eadem, & infra. ¶ Gratior quibusdam pessimis ingenijs] lege gratior pessimis quibusque ingenijs, ex eadem. Quædam exemplaria, gratior q; pessimis quibusque ingenijs, & infra. ¶ Et mutare nondum fissum latus] Quid si legas motare, non mutare, ut alludat ad Virgilianum illud, & fissum quoties motat latus, & infra. ¶ Et tecta uel antiquæ satis opulenta turbæ ¶ Verba hæc in exemplaribus Pinciano & Franciscano desiderantur, & infra. ¶ Aliud ex alio suscipitur] Lege. Aliud ex alio iter suscipitur, ex uetere lectione, & infra. ¶ Omnes itaque scire debemus] Expungendũ uerbũ, omnes, ex eadẽ, & infra. CVRAM corporis educunt] Scribe, & curam
Cap. 3 corporis diem educunt, ex eadem, & infra. ¶ Ad rerum ciuilium tutamen] Certamen in eadem, non tutamen habetur, & infra. ¶ Ita tamen delituerit, ut ubicunque ocium suum absconderit, prodesse uelit cætera] Corrige, ita tamen delituerint, ut ubicunque ocium suum absconderint prodesse uelint, ex eadem, & infra. ¶ Virtute instruit animos qui ad pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat ac retrahit] Eadem, uirtute instituit qui animos ad pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat ac retrahit, & infra. ¶ Qui inter peregrinos & ciues aut urbanus prætor adeuntibus assessoribus uerba pronunciat] Emendandum puto, qui inter peregrinos & ciues, aut urbanus prætor adeuntibus, aut assessor æris uerba pronunciat, ut pro æris accipias legis in ære incisæ, ut illud, nec uerba minantia fixo ære ligabantur, & infra. ¶ Quàm qui docet quid sit iusticia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, quid mortis contẽptus, quid deorũ intellectus, quantũ bonũ sit bona cõscientia] Vetus lectio, quàm qui quid sit iusticia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quàm gratuitum bonum sit bona conscientia declarat, & infra ¶ Quod subduxeris officijs non disseueris, nec munus detrectaueris] In exemplari Pinciano ultima uerba, nec munus detrectaueris, non habentur. Legendum q; ex eadem non te deseueris. In codice Facundi ac Primitiui, quod de officijs subduxeris cætera. & infra. ¶ Contra difficultates locorum educere] Vetus lectio ducere præfert non educere, & infra. ¶ Quod nobis

nobis natura consumendum dedit] Consumandum, non consumendum, exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quare nihil turpius est] Deest uerbum, sæpe, ex omni antiqua lectione. Quare nihil turpius est sæpe, & infra. ¶ Sed parcius se inserat officijs] Inserat, non inserat quidam codices, posset legi ingerat, & infra. ¶ Officia si ciuis amiserit] Officia ciuis amisit, uetus lectio, & infra. ¶ Et sors inter gregarios posuit] Triarios, non gregarios, in eadem habetur, & infra ¶ Stes tamen, clamore iuues, si quis fauces oppressisset] Corrige. Stes tamen. Clames. Si quis fauces oppresserit, ex eadem, & infra. ¶ Siue patiatur & sentitur iure suo] Sic prior æditio. Legendum siue exspatiatur, & utitur suo iure, ex exemplari Facundi ac Primitiui, & infra. ¶ In quocunque habitu est prosit] Scribe in quocunque habitu est prodest, ex eodem, & infra. ¶ Longe itaque optimam miscere octum rebus] Lege ex eodem. Longe inquam optimum est miscere ocium rebus, & infra. ¶ Vt nulli actioni locus honestæ sit] Scribendum ordine inuerso, ut nulli actioni honestæ locus sit, ex eodem, & infra. ¶ In Qua tot tyranni quod satellites erant] Expende an è contrario legendum sit, in qua quot tyranni tot satellites erant, & infra. ¶ Et diuitibus opes suas mœrentibus] Omnis scripta lectio metuentibus agnoscit, non mœrentibus. & infra. ¶ Et in florenti ac beata, pecuniam, inuidiam, cætera.] Exemplar Franciscanum, & in florenti ac beatam peciam, inuidiam. Vt legendum putem, & in florenti ac beata, impotentiam, inuidiam, & infra. ¶ Malle esse se mortuum quàm uiuere] Sic prior æditio. Legendum reor mutato uerborum ordine, malle esse se quàm uiuere mortuum. Sequitur confestim ¶ Ex uirorum numero exire] Viuorum scribendum puto, non uirorum, & ultra ¶ Nec aliter quàm periculosa nauigatione submersus portũ petas] Scribe, nec aliter quàm in
periculosa nauigatione subinde portũ petas, ex uetere lectione, & infra. DEINDE eos quorum causa, aut cum Cap. 4
quibus] Eadem, deinde eos quorum causa, aut cum quibus agendum est, & infra. ¶ Laborioso oppressit officio] Pressit, non oppressit, eadem, & infra. ¶ Irritamenta nocitura libertati euitet] Eadem, irritamenta nocituræ libertatis euitet, & infra. IN ACTORE quàm in pondere] Quid si legas, in latore quàm in pon- Cap. 5
dere, quia sequitur mox paulo, quæ ferente maiora sunt, & infra. ¶ Nec esse est ut opprimant onera] Particula, ut, superuacanea est, ex uetere lectione, & infra. HOMINVM namque delectus habendus est] Ita prior æditio. Cap. 6
Lege. Hominum utique delectus habendus est, ex eadem, & infra. ¶ Qui cum amicorum officijs paria in mensa faciunt] Exemplar Facundi & Primitiui, qui cum amicorum officijs pares mensas faciunt, & infra. ¶ Deinde illi sint testes] Corrige. Deme illis testes, ex uetere lectione, & infra. ¶ An ocio, studio, contemplationiq; aptior sit] Lege, an ocioso, studio, contemplationiq; aptior sit, ex eadem, & infra. AFFLATVQVE ipso in Cap. 7
proximo laborabimus] Duo uerba, in proximo, non habentur in eadem, & infra. ¶ Vbi enim istud inuenies quod tot seculis quærimus] Scribendum. Vbi istum inuenies quem tot seculis quærimus ? ex eadem, & infra.
VTRIQVE ENIM pecunia sua adhæsit] Vtrisque enim pecunia sua obhæsit, eadem, & infra. ¶ Fo- Cap. 8
test ipse dubitare] Idem legendum, non ipse, ex eadem, & infra. ¶ Non pudet] Eadem. Non te pudet, & infra. ¶ Nihil apud Diogenem tam tui est] Eadem tutum agnoscit, non tui. Lego tuum, & infra. ¶ Habiliora sunt corpora pusilla] Prior æditio. Habiliora sunt corpora imbecilla. Exemplar Facundi & Primitiui. Imbecillo legit, non imbecilla. Corrigendum puto in bello siue in bella, & infra. PLACEBIT AVTEM no- Cap. 9
bis mensura] Scribe, Placebit autem hæc nobis mensura, ex uetere lectione, & infra ¶ Et usu rerum ornamenta metiri] Eadem. Et usus rerum, non ornamenta metiri, & infra ¶ Libidoq; qua necesse est effluat] Diluiuncula, quæ, superfluit, ex eadem, & infra. ¶ Discamus membris nostris inutis cultum uictumq; non ad noua exempla componere] Eadem. Discamus membris nostris inniti. Cultum victumq; cætera, & infra ¶ Etiam si hos pudebit] Variant hoc loco insigniter exemplaria. Quædam sic habent. Etiam simul hos pudebit. Alia sic. Etiam simules nos pudebit ei plus. Ali a. Etiam simules nos pudebit esse populo. Legendum reor. Etiam si milies nos pudebit. Aut sic. Etiam si similes nos pudebit esse populo, & infra. ¶ Nec curari mollius potest] Melius, in uetere habetur lectione non mollius, & si exemplaria quædam mollibus præferant, & infra. ¶ Quid ni durius enim consulitur, & si paupertas & ignominiosa rerum euersio, adhibetur, malo malum opponitur] Corrige. Quid ni consulitur ? si & paupertas, & ignominia, & rerum euersio adhibetur. Malo malum opprimitur, ex eadem, & infra. ¶ Sed in spacijs uitæ] Sed in his spacijs uitæ, eadem, & infra. ¶ Studiorum quoque quæ liberalissima impensa est tandiu rationem habet] Exemplar Facundi & Primitiui. Studiorum quoque liberalissima impensa est : tamen tandiu rationem habent. Legendum puto habebo, non habent, quia sequitur. Quo mihi innumerabiles libros, & infra. ¶ Quadraginta milia librorum Alexandriæ arserunt] Legendum uidetur. Quadringenta potius quàm quadraginta. Cæterum Gellius libro sexto capite ultimo septingenta prodidit fuisse librorum milia, & infra. ¶ Honestius inquis in hos impensas quàm in Corinthia pictaq; tabulas effuderim] Exemplar Facundi & Primitiui. Honestius inquis in hos impensum esse quod in Corinthia pictaq; tabulas effuderint, & infra ¶ Et inter tot milia librorum oscitanti] In quibusdam codicibus non habetur coniunctio, &, In alijs habetur, &, desideratur tot, & infra. ET VOLVPTATEM SI uolueris malam Cap. 10
putare uitam potius quam inuidiosam facere] Vetus lectio, & uoluptates, si uolueris malam putare potius uitam quàm inuidiosam facere, & infra. ¶ Deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt] Exemplar Pincianum, deinde ubi non dedignari illa cætera, & infra. ¶ Quam cum sciret quibus erumnis nascerentur calamitatum mollimentum consuetudine inuenit] Corrigendum arbitror, quam quod sciens quibus erumnis nasce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nascerentur calamitatũ mollimentum consuetudinem inuenerit. Nam & in codice Pinciano consuetudinem habetur, non consuetudine, & infra ¶ Aliorum aurea cathena est, aliorum laxa] Exemplar Facundi ac Primitiui. Aliorum aurea cathena est, & laxa rectissime, & infra. ¶ Et quamuis augustum pedem] Legendum reor, quemuis augustum pedem, & infra. ¶ Et fortunam suam quàm maxime potuerunt in planum deferendo] Poterunt non potuerunt, scribendum ex uetere lectione, & infra. ¶ Sed hoc ipsum testentur] Lege. Sed hoc ipso testantur, ex eadẽ, & infra ¶ Large & benigna manu] Sic prior æditio. Legendũ larga nõ large, ex eadem, & infra] Ad secundos casus præsidia] Forte sequentes, non secundos commmodius legeretur, & infra. ¶ Et
Cap. 11 finitæ non in immensum cætera] Exemplar Facundi & Primitiui, sed finitæ non in immensum, & infra. ¶ Re-
LET intueri fidei commissa] Tueri lege, non intueri, ex exemplari Facundi & Primitiui. ¶ Re-
cipe animo meliore quàm dedisti] Omnis scripta lectio. Recipe animum meliorem quàm dedisti, & infra. Vives diutius & morieris expeditius] Scribe. At tu etiam uiues diutius cætera, ex eadem, & infra. ¶ Mor-
bus, & captiuitas, ruina, ignis] Lege. Morbus enim, captiuitas, ruina, ignis, ex eadem, & infra. ¶ Sciebam in-
quàm tumultuosum me contubernium natura duxisset] Clusisset, non duxisset, eadem, & infra ¶ Totiens pro-
pe limen immaturas exequias fax cereusq; pressit] Corrigendum. Totiens præter limen immaturas exequias fax cereusq; præcessit, ex eadẽ, & infra. ¶ Multos ex his quorũ fori, curia, sermo, mecũ contraxerat] In eadẽ. Multos ex his quos fori, curia, sermo, mecũ contraxerat, & infra. ¶ Miror aliquãdo ad me pericula accessisse] Mirer eadẽ præfert, nõ miror, & paulo post, si pario, non si parij, & infra. ¶ Inter solũ & aulam ingenuã] Scribe inter
soliũ & aliena genua, ex eadem, & infra. Cui cũ Granius uetus cognatus] Caius, non Granius, ex eadem, & infra.
¶ Perijt in palatio cognata] Cognati lege, non cognata, ex eadẽ, & infra. ¶ Qui in rogũ suum descendit iussus &
extingui uidit] Eadẽ. Qui rogũ suum, & descendit iussus & extingui uidit. Corrigendũ reor, qui rogũ suũ et in-
cendi uiuus & extingui uidit, ex Herodoto primo, & infra. ¶ Id est ne aut labor irritus] Verbũ. Id est, eraden-
Cap. 12 dum, ex eadem, & infra. HORVM & si aliquem cætera] Dele coniunctionem, &, ex eadem, & infra. ¶ Quid
cogitas ? Respondebit tibi] Legendum sine interpolatione cum nota interrogationis in fine. Quid cogitas re-
spondebit tibi ? ex eadem, & infra ¶ Cum interim concurrerunt] Legendum per minorem, cum interim cu-
currerunt, ex exemplari Franciscano, & infra. ¶ Ad iudicium sæpe litigantis, ad sponsalia sæpe nubentis] Cor-
rige. Sæpe aut iudicium litigantis, aut sponsalia nubentis, ex codice Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Non in-
dustria inquietos, sed insanos falsæ rerum imagines agitant] Scribe per maiorem. Non industria inquietos &
insanos, sed falsæ rerum imagines agitant, ex exemplari Franciscano. Exẽplar tamen Facundi et Primitiui, inquie-
tes præfert nõ inquietos. Sed puto ueriorẽ esse lectionẽ, et si nullo suffragante exẽplari ad hũc modũ. Inanis indu-
stria inquietes ut insanos falsæ rerum imagines agitant, & infra. ¶ Inanes & leues etiam causæ] Verbum, etiam, de-
lendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nomenclator persalutauit] Eadem, nomenculatores persalutauit, &
infra. ¶ Nec publice ad superuacua se ferat] Castiga, ad superuacua scilicet referens, ex eadem, & infra.
Cap. 13 SEMPER DE ILL A cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere] Exemplar Pincianum & Francisca-
Cap. 14 num, semper de illa cogitare debemus, & nihil sibi de fide eius promittere, & infra. NE NIMIS destinatis
rebus indulgeamus, transeamus in ea quæ nos casus deduxerit] Vetus omnis lectio, ne nimis destinatis rebus in-
dulgeamus, transeamusq; in ea cætera, sed placet prior lectio, & infra. ¶ Hemina sanguinis in tua potestate est]
Corrige ex eadem. En uena sanguinis. In tua potestate est, & infra ¶ Falleris ille dixit] Exemplar Facundi
& Primitiui. Phalaris habet, non falleris, & infra. ¶ Cum centurio agmen periturum trahens & illum quo-
que citari iuberet] In uetere lectione, cum centurio agmen periturorum trahens illum quoque excitari iuberet,
& infra. ¶ Quid mœsti inquit estis uos ? Queritis an immortales animæ sint] Castigandum puto sic. Quid
mœsti inquit estis ? Vos quæritis cætera, & infra. ¶ Iam non procul erat tumulus] Scribe. Nec iam procul
erat tumulus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Inquit. Quid cani nunc cogitas?] Inuerso ordine legendum. Quid
inquit cani nunc cogitas ? ex eadem, ut mox ante. Quid mœsti inquit estis uos, & infra. ¶ Nemo diutius philo-
Cap. 15 sophatus] Eadem. Nemo diutius philosophatur, & infra. PRIVATAE TRISTITIAE CAVSAS
abiecisse] Quædam exemplaria adiecisse legunt, non abiecisse, et infra ¶ Et circuncurrit tot scelerum felici-
um turba] Scripta lectio, occurrit non circuncurrit, et infra. ¶ Vt uix unquam est nisi cum expedit fides, sed
libidinis lucra damnaque pariter inuisa] Eadem. Et uix unquam nisi cum expedit fides, et libidinis, reliqua
et infra. ¶ Quas non sperare licet non habere prodest] Scribe, quas nec sperare licet nec habere prodest, era-
dem, et infra. ¶ Ille et spei bonæ aliquid relinquit] Coniunctio, et, expungenda ex exemplari Pinciano,
et infra. ¶ Omnia hominum negocia similia nuptijs esse] Exemplaria nonnulla initijs præferunt non nu-
ptijs. Alia amicijs. Corrigendum reor, mimis, siue mimicis. Nam et uetus est adagium, mimum esse uitam
et Augustus auctore Tranquillo paulo ante obitum amicos percunctatus est. Ecquid his uideretur mimum uitæ
commode transegisse, et infra, ¶ Quam conceptus inchoatos] Quid si scribas, quàm concubitus in his actos,
et infra. ¶ Nec in risum nec in lachrymas excidere] Exemplar Facundi, et Primitiui excitari habet, non excide-
re, sed non displicet impressa lectio, et infra. ¶ Quia aliquis filium suũ efferat] Exemplar Facundi ac Primitiui, si
quis filium efferat, et infra. ¶ Vt in simulatione etiam simplicissima dolor eueniat.] Scribe, ut in simulatione etiam
simplicissima res dolor ueniat, ex uetere lectione, & infra. ¶ Sequitur pars quæ solet non immerito contristari, &
in

in sollicitudinem deduci, ubi dolorum exitus mali sunt. Vbi Socrates cogitur in carcere mori.] Exemplar Facundi & Primitiui. Sequitur pars quæ solet non immerito contristare & in sollicitudinem adducere. Vt bonorum exitus mali sunt. Vt Socrates cætera, et infra. ¶ Ipsorum animos desidera.] Idem exemplar, tu talis fieri desidera, & infra. ¶ Quorum desiderio uirtus tibi placeat.] Verbum, desiderio, delendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non tu dignus mala fortuna. Dijs uisus es. Indignus in quem iam aliquid fortuna posset.] Eadem. Non tu dignus mala fortuna dijs uisus es, sed indignus, reliqua & infra. ¶ Aut regulum quòd tot clauis configitur, aut Catonem, quòd uulnera sua fortiter tulerit.] Exemplar Facundi & Primitiui, aut Regulum quod tot clauis transfigitur, aut Catonis uulnus iteratum, rectissimè & infra. ¶ Attilla quantum haberet uoluptatis.] Habet legendum est non haberet, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nec perduratum est.] Quidam codices percuratum. Alij procuratum, & infra. ¶ Inter lusum ac festa ipsa tempora.] Exemplaria aliquot intra ludos legunt, non inter lusum, & in omni antiqua lectione desideratur uerbum tempora, & infra. ¶ Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio.] Exemplar Facundi ac Primitiui, animo præfert, non animorum, & infra. ¶ Nec ad tanta hominum cupiditas tenderet.] Scribe. Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, ex uetere lectione, & ultra. ¶ Oratorem magnum meminimus quem nulla hora ultra decimam retinuit.] Exemplar Facundi & Primitiui, oratorem magnum meminit nostra ætas, quem nulla res ultra decimam retinuit, & infra. ¶ Vt cœlo libero & multo spiritu.] Festiuior lectio exemplaris Facundi & Primitiui, ut, cœlo libero, ut multo spiritu, & infra. ¶ Sed ut deprimat curas.] Verbum, curas, expungendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Trudit enim curas.] Eluit enim curas, eadem, & infra. ¶ Et asserit uegetioremq; & audaciorem in omnes conatus facit.] Scribe. Et asserit uegetatiq; & audaciorem, reliqua ex eadem, & infra. ¶ At facilius efficiet quisquis obiecerit crimen honestum quàm turpem Catonem.] Eadem. Facilius efficiet quisquis obijciet hoc crimen honestum quàm turpem Catonem, & paulo post perpulit, aut compulit non pepulit, & infra. ¶ Decidat oportet à solito & efferatur.] Descisçat, non decidat, exemplaria diu Francisci & Facundi ac Primitiui, & perpende an sit correctior lectio eferetur quàm eferatur, et infra. ¶ Et rectorem capiat suũ, eoq; feratur quo per se timuisset ascendere.] Corrige, & rectorem rapiat suum, eoq; ferat quo per se timuisset accedere, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Surrepentibus uitijs.] Quidam codices repentibus uitijs. Alij semper repentibus uitijs.

IN LIB. AD SERENVM QVOMODO IN Sapientem non cadit iniuria.

TVCII Annæi Senecæ ad Serenum liber Secundus.] Verbum, secundus, in correctioribus exemplaribus non habetur, & infra. QVAM primum nos eripiant, & in illum æditum uerticem educant.] Legendum singularitatis numero, eripiat & educat, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et ardua ad quæ uocamur.] Exemplar Facundi ac Primitiui. At ardua per quæ uocamur, & infra. ¶ Supra Pompeios & Cæsares surgentem.] Lege, quod supra cætera, & paulo ante pro Catonis substitue. M. Catonis, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et tacita cupiditate corrupti non intelligebant se dum uendunt & uenire.] Scribendum, & cæca cupiditate correpti non intelligebant se dum uendunt etiam uenire, ex eadem, & infra. IN tres diuisus partes.] Verbũ, partes, redundat, ex eadem. Significat autem Cæsarem, Pompeium, Crassum, euidens est, & infra. IN eadem quæ cæteri descendistis.] Lege incidistis, non descendistis, ex eadem, & infra. ¶ Quo nulla permittatur iniuria.] Peruenietur crediderim scribendũ non permittatur, & infra. ¶ Quod sacrilegium nõ inueniat.] Castigatior puto lectio erit sacrilegum quàm sacrilegium, quam confirmant uerba statim sequentia, si existunt qui magnitudinẽ reliqua, & ultra. ¶ Non icturi petant.] Omnis scripta lectio appetat, non petat agnoscit, & mox paulo habeatur, non habebatur, & infra. ¶ Quam si nulla sit.] Quã si nulla sit, eadẽ, & infra. ¶ Vel teri potest.] Vel deteri potest, eadẽ, & infra. ¶ Tot uerberati procellis.] Eadem. Tot uerberati seculis, & infra. CVM potentes imperio æditi.] Eadem. Etiam cum potentes et imperio æditi, & infra. ¶ Aut dimissis in profundũ cathenis Neptunũ potuisse contingi.] Demissis, non dimissis, eadẽ habet; et uidetur cõstringi legendũ esse potius quàm contingi, & infra. ¶ Vnũ malũ enim illi est turpitudo.] Permuta uerborum ordinẽ. Vnũ enim illi malũ est turpitudo, ex eadẽ, et infra. BONA sua solidum habet.] Scribendũ, bona sua in solido habet, ex eadem, et paulo post perducta, nõ producta in eadem habetur, et infra. ¶ Libera est inuiolabilis immota.] Scribe. Libera est, inuiolabilis, immota, inconcussa, ex eadem, et infra. ¶ Sic contra casus indurat.] Scribendum reor. Sic contra casus indurata: aut, Sic contra casus induruit, et infra. ¶ Quia uirtute sui salua sunt.] Sua ut legatur, non sui, et Grammaticæ ratio poscit, et exemplaria scripta confirmant, et infra. ¶ Megaram Demetrius ceperat.] Corrige. Megara neutro genere, tam nota re, ut prodi non debeat, et infra. ¶ Et patriam uiolauerat. Ille illi uictoriam excussit.] Vetus lectio, et patriam. At ille uictoriam illi excussit, et infra. ¶ Non uictum tantum] Scribe non inuictum tantum, ex eadem, et infra. ¶ Aut uicimus potens.] Corrige, aut uicimus impotens, ex eadem, et infra. ¶ Inter nutantes ubiq; gladios.] Micantes, non nutantes, exemplar Facundi et Primitiui, et infra. ¶ Si parum fidei habeo.] Habes legendum, non habeo, ex uetere lectione, et infra. AN tollere se homo natus supra humana possit.] In eadem attollere habetur, non tollere, et infra. ¶ Tandem assum hoc uobis probaturus.] Scribendum. En adsum hoc uobis probaturus, ex eadem, et infra. ¶ Eripimus erumnis domos.] Castiga. Erepsi modò è

Cap. 1 Cap. 2 Cap. 3 Cap. 4 Cap. 5 Cap. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruinis domus ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶Habent ista hostile uestigium.] Quid si legas. Patent ista hostili uestigio, & infra. ¶Nullum introitum habent nec probent.] Lege nullum introitum præbent, reliqua
Cap.7 superuacanea sunt, ex uetere lectione, & infra. QVAM mali inter se.] Dictio, mali, tollenda è medio, ex eadem, & infra. ¶Quod si lædi nisi infirmior nō potest, nec iniuria bonis, nisi à dispari uerenda est.] Scribe, Quod si lædi nisi infirmior nō potest. Malus autem infirmior bono, nec iniuria bonis, nisi à dispari inferenda est, ex eadem, & infra. ¶Sed iniuste inquis Socrates damnatus est. Iniuriam accepit.] Legendum absq; illa distinctione expunctio uerbo, est. Sed iniuste inquis Socrates damnatus iniuriam accepit, ex eadem, & infra. ¶Cū in uilla mea furripuit] Scribe, cum è uilla mea furripuit, ex eadem, & infra. ¶Opposita ueste elusum est.] Exemplar Facundi & Primitiui, apposita ueste clusum est, sed magis placet prior lectio, & infra. ¶ Vt alterum sine altero esse non possit.] Scribe, ut alterum sine altero esse possit, alterum sine altero non possit, ex eodem exemplari, & infra. ¶Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Non est quod mireris.] Corrige. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec est quod mireris, ex uetere lectione, & infra. NEC prodesse quidem quisquam potest.]
Cap.8 Eadem. Nec prodesse uerò quisquam potest, & infra. ¶Et maius nihil potest tribuere sapienti.] Exemplar Pincianum, & inanis nihil potest tribuere sapiens. Astipulatur & codex Franciscanus, et infra. ¶ Quod ad se transferri sapiens gauisurus sit.] Duo paulo ante citata exemplaria, quod à se transferri legunt, non quod ad se transferri, & infra. ¶ Ad illa nitens petensq; excelsa.] Pergens, non petens, uetus lectio, & infra. ¶ Non habet ubi accipiat iniuriam.] Mallem legeres unde acciperet, quàm ubi acciperet, et infra. ¶ Vltra quod nihil habent tratæ leges ac seuissimi domini minantur.] Scribendum reor, ultra quod nihil habent iratæ leges ac seuissimi domini quod minentur, & infra. ¶ Multo facilius alia tolerabimus. Damnum & dolores & ignominias.] Vetus lectio, multo fortius alia to
Cap.9 lerabimus damna, dolores, ignominias, & infra. CAETERA forte accidentia.] Forte, non forte legendum, ex eadem, & infra. ¶Circa nos sæuit.] Expende an citra nos scribi debeat, non circa nos, & infra. ¶Quæq; alia intra togatos latrocinia sunt.] Inter, non intra legendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Est & alia iniuria frequens.] Illa non alia eadem præfert, & infra. ¶ Hæc effugiet sapiens.] Effugit, non effugiet, in eadem habetur, & infra. ¶Nam si illum tangit iniuria & mouet & impedit. Caret autem ira sapiens.] Eadem. Etiam si illum tangit iniuria & mouet & impedit habet iram. Caret autem ira sapiens, & infra. ¶ Inde continuo gaudio elatus. Adeò autem ad offensiones rerū hominumq; non contrahitur, ut illa ipsi iniuria usui sit.] Corrige. Inde continuo gaudio elatus adeo ad offensiones rerum hominumq; non contrahitur, ut ipsa illi iniuria usui sit, ex eadem, et infra. ¶ Ex hoc puta ge-
Cap.10 nere patientiam & sapientiam.] Eadem. Ex hoc puta genere sapientem, et infra. ¶Plerisq; non cōmunibus.] Corrige. Plerisq; uerò communibus, ex eadem. Totus autem hic locus sic forte aptius legetur. Quū iam quibusdam prius, plerisq; uerò cōmunibus cōtumeliam resutauerimus, est minor iniuria cætera, et infra. ¶Et non in medio me loco.] Maior pars exemplarium lectio agnoscit nō loco, & infra. ¶Nulliq; tantum de se licere nunciat quàm sibi]
Quædam exemplaria, quantum legunt, non quàm. Alia non agnoscunt omnino eam particulam, et infra. QVAN-
Cap.11 TVM illis audaciæ sit tanto audaciora despicere.] Corrige, quàm ut illis audacia sit tanto celsiora despicere, ex uetere lectione, et infra. ¶Mancipiorum nostrorum urbanitas.] Verbum nostrorum superfluit, ex eadem, & infra. ¶In conuiuijs ius facit.] In conuiuas ius facit, eadem, & infra. ¶Qui probra meditate effundant.] Eadem. Qui probra immeditata effundunt, & infra. ¶Hi autem in campo foroq; serio ludunt.] Eadem. Hi eodem in campo cætera. Legendū puto eadē, nō eodē, & infra. ERGO par pueris, sed longius progressus.] Corrige. Ergo par pue-
Cap.12 ris longiusq; progressis, ex eadē, & mox paulo malo, non mala scribendū, & infra. ¶Sed quia fecerunt ut desinant
Cap.13 facere.] Scribe, sed quia fecerunt, & ut desinant facere, ex eadē, & infra. QVEMADMODVM aduersus ægros suos medicus] Scribendū, quē aduersus ægros suos medicus, ex eadem, & infra. ¶Quam ægros intemperatos] Quā ægros intemperantes, eadē, & infra. ¶Quo animo honores eorū] Lege, et quo animo honores eorū, ex eadē, & infra. ¶Ex his qui ad castra negociantur.] Emenda, ex his qui ad Castoris negociantur, ut subaudias templū ac tice. Fuisse aūt Castoris templū in foro Papinius in Syluis, Catullus, & multi alij ex poētis historicisq; passim testātur, astipulante etiam omni scripta lectione, & infra. ¶Ergo ut huiusmodi humanitatem inhumanitatemq;-] Huius eadem agnoscit, non huiusmodi, et infra. ¶Habentis sub se Parthos, Medos, & Bactrianos.] Corrige. Habes sub te Parthos, Medos, & Bactrianos, ex eadem, & infra. ¶ Sed propter quos remittere arcum non tibi contingit.]
Exemplar Facundi & Primitiui, sed per quos remittere arcum tibi non contingit. Posset etiam legi & fortasse syncerius remittere animum, non remittere arcum, & infra. ¶ Nouum aucupantes dominum.] Omnis scripta lectio dominium agnoscit, non dominum, & infra. ¶Nam si semel se demiserit eo.] Corrigendum puto demiserit pro demiserit, & infra. ¶ Vt in iudicando sibi contumeliam fiebam.] Particula, in, non habetur in uetere lectione, & infra. ET ILLVM quem quærit tanquam canem ærem obiecto cibo leniet] Castiga, & illum quisquis erit
Cap.14 tanquam canem ærem cætera, ex eadem, et infra. ¶ Et petit tornum.] Exemplar domesticum, petens tornium. Exemplar Facundi & Primitiui, petens thronum rectius, & infra. SI QVIS oculos illi eruet.] Cor-
Cap.15 rige, si oculus illi eruetur, ex eadem, & infra. ¶ Coniecturam non capitis ingentis animi.] Negatio, non, delenda, ex eadem, & infra. ¶ Quare & aspera & quæcunque toleratu grauia sunt.] Exemplar Facundi & Primitiui. Quare et si aspera et cætera. Corrigendum reor. Quare, et si aspera & quantumcunque toleratu grauia sint, et infra. ¶ Eum non obruent cum eorum cœtu.] Vetus lectio, non obruetur eorum cœtu, et infra. ¶ Et animi magnitudinem intra certos fines tenet.] Scribe teneri, non tenet, ex eadem, et infra.
¶Nisi

¶Nisi tota uincatur. Nec putes istam stoicam esse duriciam.] In eadem nisi tota uincitur. Ne putes istam cætera. ¶Et illum ex toto summouere.] illam non illum exemplar Pincianū, & infra. ¶Venali fastidio.] Quædam exemplaria, studio, non fastidio, & infra. EQVIDEM illud contumelia dicitur.] Exemplar Facundi & Primitiui, et Cap.16
quibus illud quod cōtumelia dicitur. Corrigendū puto, è quibus illud est quod cotumelia dicitur, & infra. ¶ Quæ ipsi dicere assuescimus.] Scribe, quæ ipsi in nos dicere assuescimus, ex uetere lectione, & infra. QVOD illū uer- Cap.17
necem aliquis maximū dixerat.] Eadem, quod illum aliquis ueruecem marinū dixerat, & infra. ¶ Cum illū Corbulo struthocamelum depilatū dixisset.] Castiga. Cū illum Corbulo struthocamelum depilatū dixisset, ex eadem, & infra. ¶ Tanta animorū imbecillitas est ubi ratio discessit offendimur. Si quis sermonem nostrū imitatur] Corrige. Tanta animorū imbecillitas est, ubi ratio discessit. Quid è quod offendimur si quis sermonē nostrū imitatur, ex eadem, & infra. ¶Et propter contumeliam urbanis.] Emendandū & per contumeliam urbanis, ex eadem, & mox paulo quædam exemplaria illa legunt, nō illā, & infra. ¶ Qui ex se cœperit.] Qui ex se cœpit in eadem habetur, & infra. ¶Depudere didicerat.] Omnia scripta exemplaria pudere agnoscunt, nō depudere. Expēde itaq; an per transpositionem syllabarū placeat legi, pudere dedidicerat, & infra. ¶ Non debet quidem homo esse cōtumelios.]
Non habentur hæc uerba in ulla scripta lectione, & infra. SVB fronte simul latentiū.] Eadem, sub fronte anili la- Cap.18
temium, & infra. ¶Et enudatis capillis asperst.] Exemplar Facundi & Primitiui, & emenditatis capillis asperst. Quid si legas medicatis, nō emendicatis, et infra. ¶Asiaticū Valeriū in primis ferocē habebat uirū.] Corrige. Asiaticū Valerium in primis amicis habebat ferocem uirū, ex uetere lectione, & infra. ¶ Huic in cōuiuio, in cōcione.]
Scribe per maiorem. Huic in cōuiuio. Item in concione. Ex eadem, & infra. ¶De Chærea tribuno militum sermo promanauerat languidus somno & infracta uoce suspectior. Corrige. Chæreæ tribuno militum sermo non pro manu erat: quod languidus sono & infracta uoce suspectior, ex eadem, & infra. ¶Crepidatus, auratus.] Eadem, crepidatus, ac iratus. Castigandum reor, crepidatus, armillatus, ex Suetonio in eius uita, & infra. ¶Ceruicem mediam uno ictu decidit.] Scribendum arbitror discidit, nō decidit, ex eodem Suetonio, & infra. ¶ Hæc idem Caius omnia cōtumelias putat.] Legendum forte. Hic idem Caius omnis contumeliæ puteus, & statim. ¶Et fuit ferendarum impatiens faciendarumq; cupidissimus.] Corrige, ex uetere lectione, & sicut ferendarum impatiens faciendarum cupidissimus, & infra. ¶Qui illum Caium salutauerat.] Lege, quod illum, cætera ex eadem, & infra. ¶ Hic enim in castris natus & alumnus legionum uocari solebat.] Scripta omnis lectio. Hoc præfert, non Hic, ut sit græcanicus dicendi modus. Hoc ille uocabatur, pro hoc nomine ille uocabatur, & infra. ¶Sed iam Caligulam conuitium & probrū putabat. Conturbatus ergo.] Verbum, Conturbatus, ad superiora pertinebat in priore æditione. Quapropter corrigendum reor, sed iam caligam conuitium & probrū putabat cothurnatus ex Suetonio. Sæpe inquit depictas gemmatasq; indutus penulas manuleatus & armillatus in publicum processit. Aliquando sericatus & cycladatus, ac modo in crepidis uel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri, & infra. ¶ Et in una contumelia consumuntur.] Confirmantur sunt nonnulla exemplaria quæ habeant non consumuntur, & infra. ¶ At Iphicrates cui mater barbara & thraessa obijciebatur.] Prior æditio. Anthiopæq; mater barbara & thraessa obijciebatur. Nonnulla exemplaria scripta. Antiphoni mater barbara cætera. Exemplar Facundi & Primitiui. Anti-
sthenī mater barbara & thraessa obijciebatur rectissime, ex Diogene Laërtio in uita Antisthenis, & infra. EX Cap.19
publicis & priuatis officijs. Aliquando etiam salutantibus nō occurremus.] Vetus lectio, publicisq; & priuatis officijs, aliquando etiam salutaribus non occurremus, & infra. ¶ Aliquando etiā oberati potentibus detegemus hunc affectum.] Exemplar Facundi & Primitiui oberatis legit, nō oberati, & infra. ¶Ne inquieta agenda sit uita] Verbum, agenda, non habetur in exemplaribus Pinciano & Franciscano, & infra. ¶ Quis omnium est.] Scribe. Qui enim est, ex uetere lectione, & infra. ¶Quoq; honestior est, genere, fama, patrimonioq; hoc se fortius gerat.] Eadem. Quo quisq; honestior, genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius stare faciat, & infra. ¶Quæris quis sit locus uiri sapientis? Aliud auxiliū est.] Exemplar Pincianum & Facundi ac Primitiui. Quæris quis hic sit locus? uiri. Sapienti aliud auxilium est, & infra. ¶Esse aliquem in quem fortuna non possit ex republica est, humani generis est]
Scribe, esse aliquid inuictum, esse aliquem in quē nihil fortuna possit é republica est, generis humani est, ex eadem, & si existimo redundare alterutrum è duobus uerbis illis substantiuis, est, aut prius, aut posterius.

IN LIB. DE BREVITATE VITAE AD PAVLINVM.

AIVNT animalibus tantum indulsisse.] Exemplar Facundi & Primitiui. illam scilicet iam animalibus tantum indulsisse, & infra. QVIBVSDAM nihil in quo cursum dirigant placet.] Præ Cap.1
positio, in, delenda, ex uetere lectione, & infra. ¶ Exigua pars est uita qua nos uiuimus.] Verbū, nos, non habetur in eadē. Legendū reor. Exigua pars est uitæ quā uiuimus, et infra. ¶ Vrgen- Cap.2
tes circunstant uitia.] Surgentes, nō Vrgentes, exemplar Facundi & Primitiui. Vrgentia ex exemplar Franciscanum, & infra. ¶Et emersos & in cupiditate infixos premunt.] Cupiditatibus, non cupiditate, uetus lectio. Legendum autem reor, sed mersos & in cupiditatibus infixos premunt, & infra. ¶ Ille iudicat.] Exemplar Franciscanum. Ille iudicat, nec se sibi uendicat, & infra. ¶ Hic illius cultor est. Ille illius, suus nemo est.]
Codex Facundi & Primitiui. Ille istius cultor est. Iste illius. Suus nemo, & infra. ¶ Quod ipsis adire uolentibus non uacauerint.] Vetus lectio, quod ipsos adire uolentibus non uacauerint, & infra. QVONIAM Cap.3
quidem cum illa faceres.] Exemplar Facundi & Primitiui, quæ quidem cum ipse faceres, & infra. ¶ In uitam
suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam incedere alios sinunt. Imò uerò ipsi etiam possessores eius futuros inducunt.] Exemplar idem longe aliter, & *in aliorum ce dem suæq; uitæ dispendium properant. Vt uehementer mirandum sit, unde tanta in exemplaribus di-*
uersitas oriatur, et infra. ¶ *Quantum respu.*] *Quidam codices, non respu. legunt, sed rex. Alij reus, et infra.* ¶ *Qui*
tibi usus tui fuerit.] Exemplar Scholarum Sal. *Quando tibi usus tui fuerit, adstipulante etiam codice Facundi &*
Cap.4 *Primitiui, & infra.* AD *reliquias uitæ reseruare.*] *Lege, reliquias uitæ tibi reseruare, ex uetere lectione, & in-*
fra. ¶ *Ad quinquagesimum annum differre sana consilia, & inde uelle uitam inchoare in quod pauci perduxerũt*]
Corrige ex eadem, in quinquagesimũ & sexagesimum annum differre sana consilia, & inde uelle uitam inchoare
quo pauci perduxerunt, & infra. ¶ *In te ipsa fortuna ruit.*] *Scribendum puto in se ipsam fortuna ruit, ut illud in se*
Cap.5 *magna ruunt, & infra.* HIC *labores suos etiam si falso dulci tamen oblectabat solatio.*] *Scribe* Hoc, *non* Hic, *ex*
uetere lectione, & infra. ¶ *Vt quanq; rerũ lætitia moratur adhuc.*] *Emendandum reor, ut quum rerum lætitia mo-*
retur adhuc, et statim ante perduxit nõ prouexit, habet exẽplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ *Iam infractã ætatem territabant.*] *Aliter idem exemplar, iam fractam ætatem irritabant, & infra.* ¶ *Partes semper aliquæ rumpe-*
bantur.] *Quidam codices corrumpebantur agnoscunt, non rumpebantur, & infra.* ¶ *Qui uoti cõpotes facere fa-*
cere poterat.] *Verbũ, facere, superuacaneum est, ex uetere lectione, et infra.* ¶ *Et illam pereuntem tenet.*] *Eadem,*
Cap.6 *& illam pessum euntem tenet, & infra.* NEC *iam liberum erat inchoatas relinquere.*] *Deest uerbum, semel: ut*
sit, nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere, ex eadem, & infra. ¶ *Et gratiam suam interponere.*] *Lege &*
gratiam suam foro interponere, ex eadem, & infra. ¶ *Tam efficaciter.*] *Deest hic quoq; uerbũ, quidem, ex eadem:*
tam efficaciter quidem, & infra. ¶ *Tam fistinatã audaciam.*] *Maior scriptorũ codicum pars, tam preco quem au-*
daciam. Exemplar Facundi & Primitiui, tam festinam audaciam, & infra. ¶ *An mors uoluntaria esset in illo an*
tempestiua.] *Emenda, an mors uoluntaria esset nullo, an tempestiua, ex exemplari Facundi ac Primitiui, & infra.*
¶ *Verũ testimonũ dixerunt.*] *Adijce his uerbis ex omni uetere lectione peroti omnẽ actũ annorũ suorũ, & infra.*
¶ *Nostra mehercule uita.*] *Vestra legendũ esse, non Nostra, uerba quæ infra mox sequuntur ostendunt adstipulan-*
te etiam uetere lectione, & infra. ¶ *Ista omnia nullam non seculum deuorabunt.*] *Corrige. Ista uitia nullum non cæ-*
tera, ex eadem, & infra. ¶ *Quamuis natura currit ratio dilatat cito nos effugiat necesse est.*] *Eadem, quod quam-*
uis natura currit natio dilatat cito nos effugiat necesse est, & infra. ¶ *Vel bellatores.*] *Exemplaria Franciscanum*
& Facundi ac Primitiui, uel odia exercentes iniusta uel bella, & infra. ¶ *Inhonesta labes est.*] *Tabes, non labes cor-*
rectiores codices, & infra. ¶ *Quamdiu colant.*] *Exemplar Pincianũ & Facũdi ac Primitiui, quandiu colant, quan*
diu colantur, & infra. ¶ *Quæ iam ipsa officia sunt.*] *Officiosa, non officia codices Pinciæ Facundiq; & Primitiui,*
Cap.7 *& infra.* VIVERE *in tota uita discendum est. Quod magis mirandum est in tota uita discendũ est mori.*] *Scri-*
pta lectio, uiuere tota uita discendum est, & quod magis fortasse miraberis tota uita discendum est mori, & infra.
¶ Nihil inde inculũ ociosumq; uacauit] *Exẽplar Facũdi ac Primitiui, nihil inde in cultũ ocium q; uocauit. In exem-*
plari Pinciano non habentur omnino hæc uerba & infra. ¶ *Interdum mihi uiuere nõ licet.*] *Inter hæc mihi uiuere*
nõ licet. Exẽplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ *Omnia uota ad satietatẽ percepta sunt.*] *Idẽ exemplar. Omnia*
nota. Omnia ad satietatem percepta sunt, & infra. ¶ *Huic potest detrahi nihil, adijci sic, sicut aliquis uentre quoq;*
admodũ saturo iam nõ pleno aliquid cibi quod nec desiderat capit] *Exẽplar idẽ breuius & castigatius. Huic adijci*
Cap.8 *potest, detrahi nihil, & adijci sic quemadmodum saturo iam & pleno aliquid cibi adijcitur, et infra.* AC *utribus*
uentorũ è diuerso furentiũ] *Vicibus, nõ uiribus, exẽplar Facũdi & Primitiui, & infra.* ¶ *Per eadẽ uestigia in orbẽ*
egit] *Per eadẽ spacia in orbẽ egit, idem exemplar & pleraq; alia, et infra.* ¶ *Ipsum tempus quidẽ neutri quasi nihil*
petitur.] *Vetus lectio, ipsum quidẽ neuter. Quasi nihil petitur, & infra.* ¶ *Si mortis periculũ admotũ est propius.*]
Lege præpostero ordine, si mortis periculũ propius admotũ est, ex eadẽ, & infra. ¶ *Nihil aũt tumultuabitur*] *Ver-*
bũ, aũt, superuacaneũ est, ex eadẽ, & infra. ¶ *Nõ illa se regis imperio nõ fauore populi longius proferet*] *Exẽplar*
Facundi & Primitiui. Non illa regitur imperio, nõ fauore populi longius procedet, & mox paulo diuertet scribe,
non deuertet, & infra. ¶ *Cui uelis nolis uacandũ est.*] *Exemplar statim ante citatũ. Ibi uelis nolis uacandum est, &*
Cap.9 *infra.* OPEROSIVS *occupari sibi*] *Operosius occupati sunt, uetus lectio, & infra.* ¶ *Velut diuino ore inflin-*
ctus.] *Et uelut diuino ore inflinctus, eadem, & infra.* ¶ *Nec semper casuro.*] *Hæc uerba in exemplari Facundi &*
Primitiui non habentur, in Franciscano & Scholarum Sal. habentur, sed laturo in eis non casuro legitur, & infra.
¶ In tanta temporum fuga lentus.] *Deest coniunctio, & ut sit, & in tanta temporum fuga lentus, ex uetere lectio-*
ne, & infra. ¶ *Miseris & occupatis.*] *Eadem miseris, id est occupatis, & infra.* ¶ *Peruenisse ante sciunt.*] *Et peru-*
Cap.10 *enisse ante sciunt, eadem, & infra.* CONTRA *affectus impetum non subtilitate pugnandum.*] *Impetu legen-*
dum, non impetum, ex eadem, et infra. ¶ *Hoc est enim in quo tuis fortuna perdidit.*] *Verbum, enim, in plerisq; co-*
dicibus non habetur, in quibus etiam quod legitur, non quo, et infra. ¶ *Iniucunda est præteritæ rei recordatio.*]
Codex Franciscanus et Academiæ Salmanticensis et nonnulli alij, certe iniucunda est pœnitendæ rei recorda-
tio. et infra. ¶ *Nec audent ea retractare.*] *Retentare quidam correcti codices, non retractare et infra.* ¶ *Etiam*
quæ aliquo præsentis uoluptatis lenocinio surrepebant.] *Vetus lectio, etiam si aliquo præsentis uoluptatis leno-*
cinio surripiebantur, et infra. ¶ *Libenter se in præteritum torquet.*] *Eadem, retorquet, non torquet, et infra.* ¶ *Et*
impotenter uincit.] *Coniunctio, et, tollenda ex eadem, et infra.* ¶ *Occupatorum animi cum uelut sub iugo*
sunt.] *Particula, cum, desideratur, in eadem, et infra.* ¶ *Abijt igitur uita eorum in profundum.*] *Eadem. Abit*
ergo uita eorum in profundum, et infra. ¶ *Quod excipiat ac ferat.*] *Prior æditio ferueat, non ferat agnoscit.*
Scribendum,

Scribendum, seruet, ex eadem, & infra. IAM *ergo cum aliqua imbecillitas.*] *In eadem. Iam uerò cum illos ali-* Cap.11
qua imbecillitas, et infra. ¶ *Tota ut ita dicam in reditu est.*] *Eadem, in reditum habet, non in reditu, & infra.* ¶ *Et*
inde quandocunq; ultimus dies.] *Ideò non inde legendũ, ex eadem, & infra.* ¶ *Immissi deinde canes eijciunt.*] *Cor-*
rige immissi demum caues eijciunt, hoc est cancelli, unde cauea dicta, aut è contrario, ex eadem, & infra. ¶ *Specio-*
sius elidi aut in aliena contemptius.] *Expende an arrideat magis hæc lectio, spaciosius elidi an in aliena cõtractius,*
& infra. ¶ *Quos hasta prætoris infami lucro labor ant lucus, & quæ neq; superatior exercet.*] *Sic prior æditio.*
Corrigendum, quos hasta prætoris infami lucro, & quandoq; suppuraturo exercet, reliqua superuacanea sunt, ex
uetere lectione, & infra. ¶ *Quorum non ociosa uita est.*] *Legendum arbitror.* Quorundam, *non* Quorum, *& in-*
fra. VICORVM *suorum gregis metatur. Quidam codices uinctorum, non uicorum. Alij uictorum, & infra.* Cap.12
¶ *Et colorum paria deducit.*] *Scribendum uidetur, & in colorum paria diducit. Suffragantibus etiam exempla-*
ribus, Pinciano, Franciscano, & Scholarum Sal. & infra. ¶ *Inflexu modulationis ineptissimæ.*] *Inertissimæ, non in-*
eptissimæ, uetus lectio, & infra. ¶ *Quando pernoctare.*] *Maior codicum pars noctare agnoscit, non pernoctare.*
Legendum puto, uectari, nam post balneum gestari consueuerunt, ut ex multis locis obseruare poteris, & infra.
¶ *Sed imitantur.*] *Prior æditio, sed multarum imitantur. Scribe, sed multarum mentiuntur: ex codice Facundi &*
Primitiui, quam lectionem confirmant uerba sequentia. Non facile dixerim utrum magis miserear si hoc ignorauit,
an si se ignorare finxit, & infra. QVOD *primus nauali prælio Duillius uicit.*] *Lege, quæ primus quisq; ex Ro-* Cap.13
manis ducibus fecisset. Primus nauali prælio Duillius uecit, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ *Etiam*
si nunc ista ad ueram gloriam non tendunt.] *Scribendum. Etiamnum ista etsi ad ueram gloriam non tendunt, ex ue-*
tere lectione, & infra. ¶ *Vnde tabulæ codices dicuntur.*] *Lege, unde publicæ tabulæ codices dicuntur, ex eadem,*
& infra. ¶ *Quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt caudicatæ uocantur.*] *Legendum, quæ ex antiqua*
cõsuetudine per Tiberim commeatus subuehunt caudicariæ uocantur, ex eadem, & M. Varrone & alijs, & infra.
¶ *Cum alioqui alligati tunc darentur.*] *Particula, tunc, expungenda, ex eadem, & infra.* ¶ *Ingenti mole anima-*
lium obterantur.] *Prior æditio exterrantur præfert, non obterantur. Legendum arbitror contra omnia exem-*
plaria exenterantur. In codice Facundi & Primitiui conteruntur, & infra. VNDE *deceßi & in alia materia* Cap.14
ostendam.] *Corrigendum, unde receßi, & in eadem materia ostendam, ex uetere lectione, & infra.* ¶ *Idem enar-*
rabat.] *Scribe, narrabat, non enarrabat, ex eadem, & infra.* ¶ *Centum & uiginti captiuos elephantes duxisse.*]
Et hoc loco, & supra ubi dixit. Curius dentatus in triumpho duxit elephantes in exemplari Facundi & Primitiui,
elephantos legitur secunda inflexione, non elephantes tertia, & sic ferè accuratiores prosterunt. De numero au-
tem horum elephantorum magna inter auctores dissensio, ut diximus in Pliñanis obseruationibus, & infra. ¶ *Ex*
hesterna crapula semisomnes.] *Particula, ex, tollenda, ex uetere lectione, & infra.* ¶ *Excitatione superbissima*
reddent.] *Oscitatione legendum, non excitatione, ex eadem, & infra.* ¶ *Nullius amici capitalis sumptuosa obser-*
uatio.] *In exemplari Facundi & Primitiui, inimici legitur, non amici, & infra.* QVAE *non sunt sordide nec* Cap.15
maligne custodienda maiora quo illa à pluribus diuiseris.] *Vetus lectio, quæ non erunt sordide, nec maligne custo-*
dienda maiora fient quo illa pluribus diuiseris, & infra. ¶ *Honores & monumenta.*] *Eadem. Honorum monumen-*
ta, & infra. ¶ *Quod consecrauit. Sapientiæ noceri non potest. Nulla delebit ætas præsens, & nulla diminuet se-*
quens.] *Exemplar Facundi & Primitiui. Quæ consecrauit sapientia perire non possunt. Nulla abolebit ætas.*
Nulla diminuet. Sequens cætera, & mox paulo conferet scribendum, non confert, ex eodem, & infra. ¶ *Quod pu-*
tes diu uicturos.] *Vetus lectio, quod putes diu uiuentium, & infra.* NEC *quomodo disponant.*] *Nec quomodo* Cap.16
id disponant, eadem, & infra. ¶ *Quam quando dies muneris gladiatorij eductus est. Aut cum alicuius alterius uel*
spectaculi uel uoluptatis expectatur constitutum.] *Exemplar Facundi & Primitiui, quam cum dies muneris gladia-*
torij edictus est. Aut alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectato cõstituto, & infra. ¶ *Voluptate cõcu-*
bitus clementer duplicasse noctem.] *Sic legit prior æditio. Scribendum reor, uoluptate concubitus Alcmenæ tripli*
casse noctem. Nota est fabula. Illud sciendum in omnibus scriptis exemplaribus delinitus duplicasse legi, non clemen-
ter duplicasse, sed perperam, & infra. ¶ *Quid aliud est uitia incendere quàm auctores illis inscribere deos.*] *Ho-*
nestior redderur sensus si permutato loco illius particulæ, quam, legatur ad hunc modum. Quid aliud est quàm ui-
tia nostra incendere auctores illis inscribere deos. Nam in omni antiqua lectione habetur uerbum, nostra, & infra.
¶ Subitoq; cũ maxima exultatione sollicita cogitatio.] *Corrige, subitoq; cũ maxime exultantes sollicita cogitatio: ex*
exemplaribus Franciscano & Scholarũ. Sal. & infra. ¶ *Nec numerũ eius nec mensurã cõprehenderet.*] *Exemplar*
Pinciani, nec numerũ eius, sed nec mensurã cõprehenderet. Exemplar Facundi et Primitiui, nec numerum eius, sed
mensuram cõprehẽderet, recte ut arbitror ex historia lustrati exercitus apud Herodotũ. & infra. ¶ *Ille qui flebat*
Vetus lectio ipse qui flebat, & paulo ante prosudit, nõ fudit, & infra. ¶ *Illos centesimũ annũ timebat.*] *Scribe illos*
quibus centesimum annũ timebat, ex eadem, & infra. QVOD *fortuito euenit instabile est, quid altius surrexit* Cap.17
opportunum est in occasum] *Legendum, quod fortuito obuenit instabile est, quo altius surrexerit uergit pronius in*
occasum, ex exemplari Facundi & Primitiui, etsi scripti alij codices cum impressa lectione consentiant, & infra.
¶ Candidati laborẽ destituimus, suffragationes incipimus] *Vetus lectio definimus agnoscit. nõ destituimus, & legen-*
dũ reor, suffragatoris, non suffragationes, & infra. ¶ *Suis opibus detinetur.*] *Exemplaria Frãciscanũ & Scholasti*
cũ, suis operibus distinetur. Exẽplar Facũdi & Primitiui, suis operibus destituetur, & infra. ¶ *Non tantè maturus*
rei Scipio] *Scribe, nondũ tantæ maturus rei Scipio, ex uetere lectione, & infra.* ¶ *Et posti sastiditos à iuuene æquos*
honores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

honores.] Scribendum,& post fastiditos à iuuene diis æquos honores,ex uetere lectione,& infra.¶Per occupatio-
nes inter cludetur ocium, nunquàm agetur semper optabitur.] Eadem. Per occupationes uitæ reddetur ocium.
Nunquam agetur semper optabitur.Quid si legas.Per occupationes uita eluditur.Ocium nunquam agetur semper
Cap.18 optabitur. Aut sic.Per occupationes uitæ eludetur ocium. Nunquam reliqua, et infra. PAVLINE clarissime.]
Eadem.Pauline carissime,& infra.¶Et charis turbæ uoluptatibus.] Carnis,non charis,exemplar Facundi & Pri-
mitiui,ut forte pro illa dictione,turbæ, reponendum sit turpibus,& infra. ¶ Omnibus adhuc tractatis operibus.]
Lege omnibus adhuc strenue tractatis operibus,ex uetere lectione,et infra. ¶ Istum autem animi uigorem.] Ver-
bum autem,tollendum,ex eadem,& paulo ante administras legendum,nõ administrans,et infra. ¶ Quod dicebat
populo Romano superstiti.] Corrigendum puto,quod decedebat populo Romano superstite. Nam omnis scripta
lectio,superstite legit,non superstiti,& infra.¶Ferrum,saxa,ignes,gladium,excepturi.] Cum ferrũ dixisset,quid
attinebat gladium adiungere. Quapropter fidelissimam duco lectionem exemplaris Facundi & Primitiui: in quo
non gladium habetur, sed Caium,quasi uelit dicere. Caium ipsum imperatorem excepturi omni ferro, saxis, igni-
bus,terribiliorem,& infra.¶Summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali tegebant cũratione] Cor-
Cap.19 rigendum reor,summa dissimulatione tamen intra uiscera latentis mali tegebant curationem, & infra. QVAE
uoluptas,quæ conditio,quæ fortuna.] Vetus lectio,quæ uoluntas,quæ conditio,quæ forma,& infra.¶Sydera cursi-
bus suis excitet.] Exemplar Scholarum, orbibus legit, non cursibus. Exemplar Facundi & Primitiui motibus,&
infra.¶Multarum bonarum artium amor uirtutum atq; usus.]Corrige,multus bonarum artium amor uirtutum q;
usus,ex uetere lectione,& infra.¶Cum uideris itaq; prætextam. Arti sæpe sumptam.] Eadem. Cum uideris itaq;
prætextam sæpe iam sumptam,& infra. ¶Per mille indignationes erupissent.] Eadem,per mille indignitates eru-
Cap.20 pissent. Cæterum perpende an sit uerior lectio erepsissent,quàm erupissent,& infra. ET imperitæ coronæ assen-
siones captantem] Assentationes,non assensiones,exemplar Facundi & Primitiui,& infra.¶In accipiendis immo-
rientem rationibus.] Particula,in,redundat ex eodem exemplari,& infra.¶Tyrannus fuit exactæ diligentiæ.] Vi-
delior lectio. Titianus aut alia huiusmodi quàm Tyrannus. Posset non absurde legi. Turranius. Præfectus is fuit an-
nonæ Tyberio principe,peruentiq; usq; ad tempora Claudij,potissimus inter eius amicos auctore Cornelio Tacito
libro primo & undecimo,& infra. ¶Et ad rogum munera.] Et ad rogum munia,exemplar Facundi & Primiti-
ui,& infra.¶Tanquam nimium uixerint ad faces & cereos ducenda sunt] Scribendum puto, tanquam minimum
uixerint,non ad faces,sed ad cereos deducenda sunt. Pueros enim non ad faces efferri solere,sed ad cereos sine can-
delas auctor est poëta Persius. Hinc tuba candelæ,reliqua, & ueteres codices deducenda legunt, non ducenda.

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD POLYBIVM.

NOSTRA corpora.] Initium est diuersi operis,cui in uetustis codicibus præfixus est talis ti-
tulus. Incipit liber L. Annæi Senecæ ad Polybium de consolatione fratris sui mortui. Cæterum
quædam exemplaria,si naturæ compares habent,non Nostra compares. Alia Nostras compa
res,ut forte scribendum sit. Nostra si compares,& infra.¶Ad conditionem naturæ.] Ad con
dictum naturæ exemplar Facundi & Primitiui,& infra.¶Et si qua his multo mirabiliora.]
Verbũ,multo,non habetur in exemplari Scholastico,& infra.¶Eat modo aliquis.]Eat nunc
Cap.21 aliquis,exemplar Facundi & Primitiui, & infra. RVINAEQVE ipsi mundo imminen
ti.] Scribe,ruinæq; etiam ipso mundo imminenti,ex uetere lectione,& infra. ¶Fortunæ meæ superfluat.] Eadem
superfuit,agnoscit,non superfluit,& infra.¶Adhuc uidebaris.] Legendũ reor,ad hoc hidebaris,& infra. ¶ Ecce
eum dolorem.] Scribe.Ecce eum dolorem illi,ex uetere lectione,& infra.¶Hanc partem tantummodo patere icti
bus suis.] Hac parte,non hanc partem codices Franciscanus & Scholasticus,& infra.¶Illam à se obiecit.] Exem-
plar Facundi & Primitiui,illam à se abijcit,& infra.¶Vnum enim ex his hunc quos in principali domo, cætera.]
Scribe conuerso ordine. Vnum enim hunc ex his quos in principali domo cætera,ex uetere lectione,& infra.¶Ma
Cap.22 gis tamen etiam libeat.] Videtur mihi superfluere hæc particula, etiam,& infra. ANTEQVAM felicitatem
tuam nosceret.] Vetus lectio,antequam felicitatem suam nosset,et infra.¶Fateamur & conqueramur.] In eadem
conqueramur tantum legitur,reliqua desiderantur,& infra. ¶ Tam cito indulgentiæ tuæ pœnituit.] Scribe, tam
cito indulgentiæ tuæ te pœnituit,ex eadem,& infra.¶Nihil syncerus & tutus literarum amor.] Corrigendũ reor,
nihil syncerus ex toto literarum amor,ut non ita post,proijce omnem ex toto dolorem,& infra.¶Quicquid de re-
liquis posit admonitus.] Sic omnia præferunt exemplaria mendose ut arbitror. Ego legerim quid de reliquis posa
sis admonitus,cum fortuna enim illi sermo est. Verbum autem,metuere,non habetur usquam,& infra. ¶Nec à Cæ
sare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus.] Verbum,diutius,ad superiora pertinet,et infra. NI-
Cap.23 HIL unquam parcunt ulli nec remittunt.] Scribe, Nihil unquam ulli remittunt,ex exemplari Facundi & Primi-
tiui,reliqua superfluunt,& infra.¶Facilius enim nos illis dolori adijciet quàm illos nobis reducet.] Corrige.Facili
us enim nos illis dolor iste adijciet quàm illas à nobis reducet,ex quibusdam codicibus,et infra. ¶Et assidua mate
ria.] Lege & assidua materia est,ex uetere lectione,& infra.¶Alium super uestibulum obsidens turba.] Scribe-
dum semper non super,ex eadem,et infra.¶Si sentit ingratum est.] Verbum,est,delendum,ex exemplari Facundi
Cap.24 et Primitiui, et infra. ¶ VT cruciatu tuo noceat tibi, Vetus lectio, ut cruciatu tui noceat tibi, malim legeres sui
quàm tui,et infra.¶Ostendit et præstitit.] Duo priora,uerba, ostendit et, superuacanea sunt, ex eadem, et infra.
¶Quid

Sic prior æditio,corrigendum ex eadem. Quid itaque iuuat doloris ui tabescere,& infra. ¶ Vterque uestrum
inertem dolorem dimittite] Correctiora exemplaria, utrique uestrum inhærentem dolorem dimitte,& infra.
¶ A lachrymis iam inutilibus] Scribendum puto, à lachrymis tam inutilibus, & infra ¶ Quod duces magnifa-
ciunt rebus afflictis] Fideliores codices,affectis legunt,non afflictis, & infra. ¶ Qui honestum putabunt] Ver
bum,qui,non habetur in scripta lectione,& infra. ¶ Et solatium debes esse & consolator illorum] Eadem præ
postero ordine. Et solatium debes esse illorum & consolator, & infra. ET VTRVM ne tu tantum in rebus Cap.25
secundis indulgere scias] Corrige,& utrum ne tu tantum rebus secundis dextere uti scias,ex exemplaribus Fran-
ciscano,Scholastico,& Facundi ac Primitiui, & infra. ¶ Obseruabuntur oculi tui] Scripta lectio. Obseruan-
tur oculi tui,& infra. ¶ An in statu & in gradu steteris] Scribe,an in gradu steteris, reliqua ociosa sunt,ex ea-
dem,& infra. ¶ De studijs ac moribus recepta] Adijce dictionem,tuis, ex eadem, de studijs ac moribus tuis re-
cepta,& infra. ¶ Prouecti & eruditi uiri professione] Perfecti eadem,non profecti,& infra. QVAE humi- Cap. 26
limis in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est ex magna fortuna] Scribe, quæ in humillimis & in angu-
lo iacentibus licent. Magna seruitus est magna fortuna, ex eadem,& infra ¶ Vt posit per ordinem suum prin-
cipis maximi officium geri quieti animi est] In eadem, ut posit per ordinem suum principis maximi animo sub-
ijci exigendus is est,ut referas ad congestus,hoc est accurate disponendus quod ab eo qui aliquo affectu sollicitatur
præstari nequit. In quibusdam exemplaribus erigendus legitur,non exigendus. Vt forte scribendum sit. Vt pos-
sit per ordinem suum principis maximi animo subijci erigendus tuus est,& infra. ¶ Non licet tibi unquam flere]
Legendum inquam,non unquam,ex eadem,& infra. ¶ Si quis modo est fabulis traditus] Quædam exemplaria,
siquis modo est fabulis traditus fauor,& infra. ¶ Cartorem tibi spiritu tuo Cæsarem fore] Esse uetus lectio non
fore,& infra. ¶ Tutum hic erit omne tempus] Scribe, tutum id erit omne tempus, ex eadem, & infra. AESO- Cap.27
SOPEOS logos] Legendum forte. Aesopi apologos,hoc est fabellas dictione iam latij iure donata, & infra.
Solita uenustate connectas] Vetus lectio.solita sibi uenustate connectas. Legendum uidetur tibi non sibi. Et sub
dubito an scribendum sit conuertas,non connectas, ut hortetur Polybium ad transferendos in latinum carmen Ae-
sopi apologus,quod præstitisse apud Græcos Socrates perhibetur,& infra. ¶ Si sæpe te interrogaueris] Lege.si
sæpe te sic interrogaueris,ex eadem,& infra. ¶ Petit me indulgentem iactatio] Castiga,petit meæ indulgen-
tiæ iactatio,ex eadem,& infra ¶ Nam si nullus defunctis sensus est] Eadem. Nam si nullus defunctis sensus su-
peresset,& infra. ¶ Nihil cupit,nihil patitur] Scribe, nihil timet,nihil cupit,nihil patitur,ex eadem, & infra.
ING ENTIBVS & gratis & maxime circumfusis bonis caruisse] Lege ex eadem,ingentibus,& cum ma- Cap. 28
xime circumfusis bonis caruisse, & infra. ¶ Quam is cui parata est] Quid si legas, quam is cui parta est,
& infra. ¶ Et modo alleuans nos subiectis incrementis] Subitis, non subiectis, uetus omnis lectio, & infra.
¶ Et nunc libere uagatur] Exemplaria Fanciscanum & Scholasticum, & nunc illis libere uagatur, & infra.
¶ Omnibus illud nobis commune est iter] Scribe. Omnibus illo nobis commune est iter, ex codice Francisca-
no. Exemplar Pincianum & Facundi ac Primitiui. Omnibus cum illo nobis commune est iter,& infra. ¶ Ma-
gna felicitas est in felicitate mori] Superuacanea sunt hæc uerba ex omni scripta lectione,& infra. ET inuolu- Cap. 29
ta ueritate] Varietate legendum arbitror,non ueritate,& infra. ¶ Illud quoque iustitia omnibus rebus] Ve-
tus lectio. Illud quoque qua iustitia in omnibus rebus est. Lego es,non est, & infra ¶ Habuisse & tam bonum
fratrem] Scribe, habuisse te tam bonum fratrem,ex eadem,& infra. ¶ Cogita iucundissimum quod habuisti]
Desideratur uerbum esse ex eadem. Cogita iucundissimum esse quod habuisti, & infra. ¶ Non gaudere quod
tamen contigerit] Legendum puto ordine inuerso, quod tamen contigerit, non gaudere, & infra. QVIS- Cap. 30
QVIS ad uitam æditur] Vetus lectio. Quisquis à uita æditur,& infra. ¶ Alium alio tempore fata compre-
hendent] Aptior lectio deprehendent, & infra. ¶ Alium in extrema seruitute fatigatum.] Seneclute legen-
dum,non seruitute,ex uetere lectione,& infra. ¶ Mortalitatem ignorare] Scribe mortalitatis legem ignorare,
ex eadem,& infra. ¶ Multo ingenij labore tui] Lego multo ingenij tui labore,eadem, & infra. ¶ Sic enim
illa ex alia lingua in aliam transfulisti] Scribendum arbitror. Sic etiam illa cætera,ut duplex fuerit Polybij la-
bor,tum Paraphrasi liberius sensa Homerica,& Virgiliana exprimendi: tum utrunque auctorem in alteram lin-
guam uertendi,& Homerum latinitate Vergilium græcitate donandi. Sic nisi legatur aut fallor ego aut ineptis-
simus sensus erit,& infra. ASSISTERE tenecesse est communi malo] Resistere quædam exemplaria non Cap.31
assistere. Alia obsistere, & infra ¶ Quam successorem accipiat] Exemplar Scholasticum, aspiciat legit, non
accipiat,& infra ¶ Sera & nepotibus demum nostris] Deinde non demum,maior exemplarium pars, & in-
fra. ¶ Ex uirtutibus eius promittit clementia] Scripta omnis lectio,quæ ex uirtutibus eius primum obtinet lo-
cum promittit clementia,& infra. ¶ Non tantum dedit sed petijt] Lege ex eadem, sed etiam petijt,& infra.
Vel clementia eius faciat bonam] Verbum,eius,redundat ex eadem. Ego uero etiam dictionem bonam,redun-
dare existimo,& infra. ¶ Quæ ex ipso angulo in quo ego defixus sum] Eadem, quæ cum ex ipso angulo in quo
ego defisus sum. Lego defossos sum, non defixus sum, quia sequitur statim effoderit, & infra. ¶ Ad omnium na-
utum conspectum] Exemplar Scholasticum, ad omnem uanum conspectum, & infra. AVT MEOMNIA Cap. 32
fallunt] Legendum puto,omnia, ut sit dicendi modus uulgatus, et fere prouerbij uice, et infra. ¶ Oribus ad
animi æquitatem compelleris] Corrige,quibus ad animi æquitatem compellereris,ex exemplari Pinciano,et in-
fra. ¶ Tibi Facundia explicuit] Scribo, assueta sibi facundia explicuit, ex uetere lectione, et infra. ¶ Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quam patiens iuris & æqui pietas Africani fuerit] Legendum impatiens, non patiens, ex codice Pinciano. Cæ-
lectioni uerba sequentia fauent, etiam si per ironiam possit prior lectio tolerari, & infra. VLLIS QVAERA
Cap. 34 TVR luctum intulisse] Vlli, non ullis legendum, ex uetere lectione, & infra.] At nemo magis ex omnibus
mortalibus] Scribe, ac nemo magis cætera, ex eadem, & infra. ¶ Nunc tot tantosque luctus] Eadem, tamen
tot tantosq; luctus, & infra ¶ C. Cæsar diui Augusti auunculi mei nepos circa primos iuuentutis suæ annos Lu-
cium fratrum charissimum sibi] Scribendum iuuentæ, non iuuentutis, & fratrem, non fratrum, ex uetere lectio-
ne. Item noscendum Augustum non fuisse Claudij auunculum, sed magnum auunculum hoc est Octauiæ fratrem
quæ fuit auia Claudij. Nam Octauia ex Marco Antonio Antoniam minorem sustulit, ex qua & Druso natus est
Claudius. Quapropter uide sit ne uerior lectio quorundam scriptorum codicum, in quibus auunculi tui filius ac
nepos habetur, non auunculi mei nepos adoptione, uidelicet filius natura nepos, & infra. ¶ Et grauiore multo
animi uulnere quàm postea corporis ictus est, quod utrunque & pissime, idem & fortissime tulit] Quædam ex-
emplaria, & grauiora animi uulnera quàm corporis sunt. Vtraque tamen pissime idem & fortissime tulit, &
infra. ¶ Drusum Germanici patrem] Castigo. Drusum Germanicum patrem meum. Nam Drusus Claudij
pater à deuictis Germanis Germanici cognomine donatus est à Tranquillo auctore, in Claudio. Adstipulatur item
uetus lectio, & infra. ¶ Intima Germaniæ recludentem] Sunt codices in quibus recipientẽ legatur, nõ recluden-
Cap. 35 tem, & infra. ET TRIVMPHALI potestate præditus] Triumuirali scribendum, non triumphali, ex uete-
re lectione, & infra. ¶ Ex quibus erat deos paritura] Eadẽ petitura agnoscit, non paritura, & infra. ¶ Faciamus
licet illi conuitia] Eadem conuitium agnoscit, non conuitia, & infra. ¶ Omnesque cerimonias] Legendum reor
quærimonias, non cerimonias, & infra. ¶ Nihil inausum sibi reliquit, nihil intactum] Scribe. Nihil inausum
sibi reliquit. Nihil intactum relinquet, ex uetere lectione, & infra ¶ Eas quoque domos ausa est iniuriæ causæ
intrare] Verbum, est, expungendum ex eadem, legendaq; sunt hæc uerba per consequentiam cum superioribus,
& infra paulo inducet non induet, agnoscit exemplar Facundi & Primitiui, & ultra. ¶ LAPSIS hominum
Cap. 36 rebus datum] Laßis, non lapsis, habetur in eodem exemplari, & infra. ¶ Sibi esse sacratum uelit] Sacro-
sanctum uetus lectio, non sacratum, & infra. ¶ Quas ne ab eis quidem per quos uiuimus abstinet] Iuramus,
non uiuimus eadem. Notum autem iurari per genium principis, & infra. ¶ Dignitatum magna discrimina]
Eadem dignitatum ac nobilitatum magna discrimina adeant. Alij codices magna discrimina sint, & infra. ¶ Sed
in Albano suo secessit ac foro & aduocatis & huiusmodi alijs occupationibus] Locus conclamatus. Veteres non-
nulli codices pro aduocatis legunt pernotatis, & pro secessit cesserit, ut ferè adducar ita legi posse. Sed in Alba-
no suo tesseris ac fere etiam pernoctatis & huiusmodi aleis occupatus cætera. Nam & Iuuenalis in dignitatibus
Romanis pernoctem aleam taxat, si luditur inquit alea pernox ante Numantinos si dormire incipis ortu luciferi,
reliqua præsertim cum statim mox sequatur. Principis Romani lugentis sororem alea solatium fuit. Item leua-
bat, non eleuabat, in nonnullis leges exemplaribus, & infra. ¶ Luctum suum aut intempestiuis uacare lusibus]
Vocare uetus lectio non uacare. Scribendum reor auocare, & infra. ¶ Quoniam quidem ea instituisti ama-
re studia] Familiare in Seneca uitium, quoniam quidem pro quandoquidem, cuius semel admonuisse satis erit,
& infra. NVNC itaque studijs tuis immergere acrius] Vetus lectio, nunc itaque te studijs tuis immerge a-
Cap. 37 crius. Scribendum puto altius, non acrius, propter significantiam uerbi immergo, & infra. ¶ Nec ex ulla tibi
uelut tui parte inueniat introitum dolor] Duæ ille dictiones, tibi uelut, superuacaneæ sunt, ex uetere lectione,
& infra. ¶ Aliquo scriptorum monumento tuorum] Quidam codices, aliquo scriptorum monumentorum,
& infra. ¶ Nulla consumat ætas] Lege quod nulla consumat ætas, ex uetere lectione, & paulo post tumulos
lege, non cumulos, & infra. ¶ Immortalis est ingenijs memoria] Ingenij, non ingenijs, eadem, & infra. ¶ O-
mnia illa quæ nobis dedit] Scribo, omnia enim illa cætera, ex eadem, & infra. ¶ Et ad minima ducere] De-
ducere, eadem non ducere, & infra. ¶ Hi uerò uidentur nunquam in huiusmodi casum incidisse] Scribo. Hi
non uidentur mihi unquam in huiusmodi casum incidisse, ex eadem, & infra. ¶ Alioquin extudisset illis fortuna
superbam sapientiam] Excusisset, non extudisset, eadem, & infra. ¶ Satis præstiterit oratio] Scribendum,
ratio, non oratio, ex eadem, & infra. ¶ Nam ut quidem nullum omnino secum patiatur] Eadem, ut quidem nul
lum omnino esse eum patiatur, & infra. ¶ Nec motæ] Malim legere, emotæ, & infra. ¶ Sed ibidem finian-
tur] Eadem ijdem non ibidem, recte quia præcessit statim ante, sed eædem desinant, & infra. ¶ Quid enim
de illo non tuto sponderi fratre posit] Scribe posset, non posit, ex eadem, & infra ¶ Quem Barbarorum in-
conditus grauisq; fremitus circunsonat ¶ Quædam exemplaria, quem Barbarorum inconditus & Barbaris quo-
que humanioribus grauis fremitus circunsonat.

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD MARTIAM.

Cap. 1 VI uiri quoque libenter hærent & incumbunt] Vetus lectio, incumbant, non incum-
bunt, & infra. ¶ Nec spem accepissem] Eadem, nec spem concepissem, & in-
fra. ¶ In persona patris tui gesseris] Scribo personam, non personæ, ut in quarto de
beneficijs, quid amplius in horum personam possum quàm uelle, & infra. ¶ Permittit si-
bi quædam contra bonum morem magna pietas] Deest particula, ne, ut sit, & contra
bonum morem magna pietas, ex uetere lectione, & infra. ¶ Illam unam patriæ seruitu-
tis

tis fugam] Eadem, illam unam patere seruituti fugam, alioqui paternæ scribendum erat, non patriæ, & infra.
¶ Fudisti; lachrymas palàm & gemitus deuorasti] Videntur aduersa esse inter se fundere lachrymas palàm
& gemitus deuorare. Quare malim clam legeres quàm palam, & infra. ¶ Non tamen hilari fronte texisti]
Vetus lectio. Quidem tamen non hilari fronte texisti. Scribendum puto. Quin & tantum non hilari fronte te-
xisti, & infra ¶ Vt uerò aliquem spiritum mutatio temporum dedit] Legendum, ut uero aliquam occasionem
mutatio temporis dedit, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quandiu quisquam erit qui uelit sci-
re] Vetus lectio, quàmdiu quisquam uelit scire, & infra. ¶ Quid sit utr Romanus qui subactis iam ceruici-
bus omnium & ad syllanum iugum adactus indomitus sit] Scribe partim ex uetere lectione, partim ex coniectu-
ra, quid sit uiri Romanus. Quid subactis iam ceruicibus omnium & ad seianianum iugum adactis indomitus.
Nam quo iure supra ex salamanos emendatum est seianianos eodem, hic ex syllanum fieri debuit seianianum, & in
fra. ¶ Si illum ob dictas partes pulcherrimas in obliuionem correptum in eloquentiam & libertatem non eruis-
ses] Vetus lectio. Si illum ob duas res pulcherrimas in obliuionem coniectum eloquentiam, & libertatem non eru
isses, & infra. ¶ Scelera quoque quibus solis memoriam meruerunt tacebunt] Lege tacebuntur, non tacebunt
ex antiquis codicibus. In quorum nonnullis uerbum, quoque desideratur, & infra. ¶ Nec furtum facere affe-
ctibus cogitem] Quid si legas, nec fucum facere affectibus cogitem, hoc est fraudem facere, ut illud fucum fictum
mulieri apud Comicum, & infra. ¶ Alij itaque molliter agunt & blandiuntur] Lege, alij itaque molliter a-
gant & blandiantur, ex uetere lectione, & infra. ¶ Si uerum audire uis] Si uerum fateri uis, eadem agnoscit,
& infra. ¶ Istud idem remedium naturale temporis quod maximas erumnas componit] Eadem. Illud ipsum
naturale remedium temporis quod maximas quoque erumnas componit, & infra. ¶ Quum interim nihil ex illo
impetu cecidit] Lege ex eadem, quum interim nihil ex primo illo impetu cecidit, & infra. ¶ Ita quoque tristi-
tia & miseria, & in se sæuientia] Eadem. Itaque quoque hæc tristia & misera, & in se sæuientia, & infra.
¶ In malum ulcus se uerterunt] Exemplar Facundi & Primitiui, in malum ulcus ueterauerunt, & infra. Et in Cap. 2
exemplum desinere] Et in exemplis desinere, uetus lectio, & infra. ¶ Mutari hunc interim ordinem] morem
non ordinem eadem habet, & infra. ¶ Et sexus & seculi nostri exempla] Lego tui, non nostri, ex eadem, &
infra. ¶ In quem onus imperij reclinaret] Quædam exemplaria reclinare legunt, non reclinaret, ut repetatur
uerbum cœperat, & infra. ¶ Ingenio impotentem] Exemplar Facundi & Primitiui potentem legit, non im-
potentem, & statim. ¶ Sed frugalitatis continentiæq;] Scribendum reor. Sed & frugalitatis continentiæq;,
& infra. ¶ Non dico enim non est ausa consurgere, sed alleuari recusans] Exemplar Facundi & Primitiui. Non
dico tantum consurgere, sed alleuari recusans, cætera desiderantur, & infra. ¶ Nullam sibi fieri mentionem]
Vetus lectio, nullam sibi fieri de illo mentionem, & infra. DIVA Liuia amiserat filium Drusum magnum futu- Cap. 3
rum principem, iam magnum ducem. Intrauerat ipse penitus Germaniam, & ibi signum Romani fixerunt, ubi
uix ullos Romanos esse notum erat: in expeditione ter decesserat] Sic prior æditio. Tres uersus, tres superua-
caneæ dictiones. In primo, Diua. In secundo, ipse. In tertio, ter, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Et totius
Italiæ multitudo. Eside] Ita prior æditio legebat, elegans sanè & ad exemplum mirus deprauationis modus, mul
titudo, Eside, pro desiderium. Nam omnis antiqua lectio habet, & totius Italiæ desiderium, & infra. ¶ Non li-
cuerat matri ut filij oscula gratumque extremi sermonem oris haurirent, longo itinere reliquias prosecuta] Scri-
be ex eadem, non licuerat matri ultima filij oscula gratumque extremi sermonem oris haurire longo itinere reli-
quias Drusi sui prosecutæ. Item paulo post irritatæ legendum puto, non irritata, & si omnes scripti codices prose
cuta & irritata habeant non prosecutæ & irritatæ. In quorum nonnullis habetur uti filij osculo, non ultima filij
oscula, & infra ¶ Simul & dolorem suum posuit] Vetus lectio, simul & illum & dolorem suum posuit, & infra.
Vtique illum sibi priuatim publicèque] Scribe. Vbique non utique, ex eadem, & infra. ¶ Ipsumque desidera
bis triste matribus agmen occurrere] Quædam exemplaria, ipsumq; desiderans tristem matribus omnem occur-
rere. Alia sic, ipsumque desiderans omnem occurrere. Legendum reor. Ipsa te desiderabis. Triste matribus o-
men occurres. Cui correctioni uidentur suffragari uerba Senecæ libro quarto declamationum. Hic mihi uiuen-
dum ne cui de nuptijs, ne cui de liberis cogitanti dirum omen occurram. Posset etiam non absurde ita legi. Ipsèq;
quem desideras tristis matri & ominosus occurret, & infra. ¶ Quod turpissimum effrenissimumq; est animo
tuo] Vetus lectio alienissimum agnoscit, non effrenissimum, & infra. ¶ In meliore noto partes] Lego contra
omnia exemplaria patre, non parte, ut circa initia, non est ignotum qualem te in personam patris tui gesseris, &
infra. ¶ Si ad hoc maximum fœminæ exemplum applicueris moderatius ac mitius eris in erumnis] Vetus lectio.
Si ad hoc maximæ fœminæ te exemplum applicueris moderatius ac mitius, non eris in erumnis, & infra. ¶ Quæ
enim maior est amentia pœnas à se illicitas exigere] Corrigo. Quæ enim malum amentia est pœnas à se infelici-
tatis exigere, ex eadem, & infra. ¶ Illum ipsum iuuenem dignissime quietum nominatum cogitatumq; faciet] Ve
teres omnes codices. Illum ipsum iuuenem dignissime quietum semper nominatus cogitatusq; faciet. Scriben-
dum fortè. Illum ipsum iuuenem dignissimum quiete semper nominans cogitansq; facies, quam correctionem pra-
bare uidentur uerba statim sequentia, & infra. VT humano ferre humana iubeam modo] Vetus lectio, ut hu
manæ ferre inhumano iubeam modo. Scribe, ut humana ferre inhumano iubeam modo, & infra. ¶ Vtrum ma- Cap. 4
gnus esse debeat an perpetuus] Deest uerbum, dolor, utrum magnus dolor esse debeat an perpetuus, ex eadem, &
infra ¶ Magnum tibi placeat exemplum.] Magis lege, non magnum, ex eadem, & infra. ¶ Illa te ad suum con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cilium uocat] Eadem, consilium agnoscit, non concilium, & infra. ¶ Se consolandam philosopho uiri sui præbuit] Prior æditio, se consulero philosopho uiri sui præbuit. Vetus lectio, non consulero, habet, sed consulareo. Emendandum puto se consilio Arei philosophi uiri sui præbuit. Fuit hic Areus siue Arius philosophus Alexandrinus Augusto acceptissimus. Cum quo instituto sermone & dextra ei data, ut inter ciues suos spectabilis foret, admirarenturq; eum omnes, ingressus est Alexandriam post debellatos Antonium & Cleopatram. Deinde quũ in suggestum theatri ascendisset: Alexandrinis omnibus præmetu exanimatis, & in terram procidentibus quum eos stare iussisset omnis inquit populum crimine absoluere, idque se facere primo propter conditorem Alexandrum: secundo propter miram pulchritudinem, magnitudinemq, eius urbis: tertio propter Arium amicum suũ, auctor Plutarchus in Antonio, Suetonius quoque in Augusto. Deinde etiam inquit eruditione uaria repletus super Arei philosophi situmq; eius Dionysij & Nicanoris contubernium iniit, etiam si in Suetonio exemplaribus atrocimenda, sperarei, legatur pro super Arei. Huic Areo credunt nonnulli Dioscoridem inscripsisse libros suos de medicinali materia. Cæterum in exemplari Facundi & Primitiui sic habetur, se Areo philosopho uiri sui præbuit, & infra. ¶ Et multum eam rem profuisse sibi confessa plus quàm Romanum] Scribe, ex uetere lectione, & multum eam rem profuisse sibi confessa est plusquam Romanum populum, & infra ¶ Diligentissimum. Vsq; in hunc diem Liuia] Scribendum reor per maiorem. Diligentissime ut sit exordium orationis quàm Areus habuit ad Liuiam, & infra. ¶ Cui non tantum quæ in publicum emittunt uota, sed omnes qui sunt secretiores animorum nostrorum motus] Legendum ex uetustis exemplaribus, cui non tantum quæ in publicum emittuntur nota sed omnes sunt secretiores animorum uestrorum motus, & infra ¶ Multarum rerum uenian dare & nullius pectere] Tolle coniunctionem, &, ex eisdem, & infra. Cap. 5 QVEMADMODVM aliquid loquantur coram te de Druso] Sic prior æditio. Scribendum, quem admodum se gerant. Loquantur aliquid coram te de Druso an nihil ex eisdem, & infra. ¶ Qui huiusmodi casibus] Lego, qui in huiusmodi casibus, ex eisdem, & infra. ¶ Et oblita meliorem fortunam tuam quæ deterior est aspicis] Aliter uetus lectio, nec fortasse pelus, & oblita meliorum fortunam tuam qua deterior est aspicis, & infra. ¶ Non conuertisti te ad conuictus filij tui, occursus iucundos] Cap. 6 Lege occursusq; iucundos, ex eadem, & mallem legeres conuertis quàm conuertisti, & infra. PRIMO duntaxat strepitu contenta] Scribe conterrita, non contenta, ex eadem, & infra. ¶ Et mutata persona consolatus est] Corrige. Muto personam te consolatus est, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Si fletibus fata uincuntur conferamus] Sic in omnibus legitur codicibus. Quid si legas, consligamus, non conferamus, & infra. ¶ Et mors tenuit quicquid abstulit] Tenet legendum, non tenuit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quare regamur nec nos ista uis transuersos auferat] Eadem, ne, legit, non nec, & considera an commutato dictionum ordine scribendum sit. Quare regamus nos ne ista cætera. Nam regamus in eadem habetur non regamur, & ultra. Cap. 7 ¶ Fluctuantia uela] Fluitantia, eadem, non fluctuantia, assueta etiam in Plinio menda, & infra. CVM sæpe ad cubilia expilatæ redierint] Expilata, non expilatæ, eadem, & infra. ¶ Eadem in omnibus seruant] Eandem, non eadem legitur, in eadem, & infra. ¶ Quia naturaliter] Desiderantur in eadem hæc duo uerba, & recte, nam consestim sequitur eadem sententia. Quare? quia uires illi à natura datæ sunt, & infra. ¶ Quæ nihil impium constituit] Scribe, quæ nihil in personam constituunt, ex eadem, & infra ¶ Paupertatem lucrum, ambitionem alius aliter sentit] Scribendum reor, paupertatem, luctum, orbationem, alius aliter sentit. Nam & uetus lectio, luctum præfert, non lucrum, & infra. ¶ De non timendis terribilis] Legendum reor, terribilibus, non terCap. 8 ribilis, & infra. DOLOREM dies consumit] Scribo dolorem dies longa consumit, ex uetere lectione, et infra. ¶ Qualis in illo fuit] Vitiatissima uerba, & quæ pro tempore donec meliora occurrant sic restituenda puto, Cap. 9 qualis in Liuia fuit, & infra. ET ALIVD & pacatius ingressi iter] Exemplar Facundi & Primitiui, & alijs pacatius ingressi iter, & infra. ¶ Multo ante prouisa] Legendum præuisa, non prouisa, ex uetere lectione, & infra. ¶ In tuum librata corpus quoties aut ad latus, aut penes tergum ceciderunt] Scribo in tuum uibrata caput. Quoties ad latus aut post tergum ceciderint. Nam & Paulo ante præcessit, circa te uibrasse, & adstipulatur uetus lectio, & infra. ¶ Alium percussisti me petisti] Eadem, alium quidem percussisti, sed me petisti, & infra. ¶ Quis non si admoneatur, ut de suis cogitet] Duo illa uerba, de suis, superflua sunt, ex eadem, & infra. ¶ Egregium uersum & dignum audiui est enim è populo. Cuiuis potest accidere quod cuique potest] Deprauatissimus locus si quis in toto opere, non tantum uerbis uitiatis, sed inuerso etiam ut conjicio ordine. Sunt codices qui sic habeant, egregium uersum & dignum audiui qui non è populo heri & cuiuis potest accidere quod cuiquam potest. Legendum opinor. Egregium uersum audi & dignum qui non esset Publij Syri. Et cuiuis potest accidere quod cuiquam potest. Comprobat hanc castigationem Seneca ipse in libro de Tranquillitate uitæ, his uerbis. Nunquam me in bona re mali pudebit auctoris. Publius tragicis comicisq; uehementior ingenijs, quoties mimicas ineptias & uerba ad summam caueam spectantia, reliquit inter multa alia cothurno non tantum sua pario fortiora & hoc ait, cuiuis potest accidere quod cuiquam potest. Fuit hic Publius natione Syrus mimographus pœta temporibus Cæsaris dictatoris, multis & pulcherrimis sententijs clarus in primis. Quas leges apud Gellium libro 17. capite 14. & apud Macrobium secundo Saturnalium non procul à calce, & infra. ¶ Terror decipit] Legendum putarim error, non terror, & infra. Cap. 10 AMPLA ARVA] Legendum atria, non arua, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nihil dono datur: collatitijs & ad dominum redituris instrumentis scena adornatur] Scribe ex eadem, nihil horum dono datur, collatitijs, & ad dominos redituris cætera, & infra.

¶ Metuere

¶ **Metuere ut recessura**] Eadem, à metu ire cessura. Corrigo amet ut recessura, & infra. ¶ Et sine delatione omne gaudium aduertite] Haurite scribi debet non aduertite, ex eadem, & infra. ¶ Deficiet iste comitatus] Quidam codices. Deficietur habent, puto legendum deficiet te, & infra. ¶ In fugam uiuere] Vetus lectio, & fuga uiuere. Vt uerba illa miseri nescitis parenthesi claudantur, & infra. ¶ Et in hanc legem datus hoc fatum ab utero statim prosequebatur] Eadem. In hanc legem datus est. Hoc illum fatum ab utero statim prosecutum est, & infra. ¶ Vel in pœnam admotis uel in certa nudos maria iactabat] Variam & parum sibi constantem ueterem lectionem hoc loco reperio. Sed quæ commodior ex emendationibus codicibus elici potuit sic habet, uel in pœnam admotis uel in remedium, alios uinciet. Id nunc isti licebit nunc tibi. Alios per incerta, nudos maria iactabit, & infra. ¶ In alicuius uentrẽ immensæ beluæ detrudet] Vetus lectio, sed in alicuius uentrẽ immẽsæ beluæ recondet, & infra. ¶ Moderandus est itaque nobis animus ad hæc maxime quæ immoderate fertis, & in metus, & in dolores humanum pectus dispensandum] Breuius eadem, moderandum est itaque uobis maxime qui immoderate fertis, & in multos dolores humanum pectus dispensandum, & infra. HAEC OMNIS ISTA Cap. 11 quæ in foro litigat, & mox paulo, non dispari gradu uadit] Lege huc, non hæc, & foris, non foro, & negatio, non, tollenda, ex eadem, & infra. ¶ Et quæ diligis uenearis, & quæ despicis unus exæquabit cinis hic uidelicet illa phyticis oraculis ascripta noscit] Sic prior æditio. Deploratissimus est locus. In quibusdam codicibus sic habetur. Et quæ diligis uenearis, & quæ despicis unus exæquat cinis hoc uidelicet illa phyticis oraculis ascripta noscite, quæ uerba minus forte uitiosa erunt si sic legantur. Et quem diligis uenearis, & quem despicis unius exæquat uox Chilonis, hæc uidelicet illa pythicis oraculis ascripta, Nosce te, uel sic. Et quem diligis uenearis, & quem despicis unius exæquat Chilonis uox licet illa pythicis oraculis ascripta. Nosce te. Notum sententiam illam, nosce te. Chilonis esse Lacedæmonij, ex Plinio, Plutarcho, Ausonio & alijs, & si Iuuenalis Apollini ascribat. E cœlo descendit gnothi seauton. Cicero item prima Tusculana. Nimirum inquit hanc habet uim præceptum Apollinis quo monet ut se quisque noscat. Diogenes quoque Laërtius in uita Chilonis cum sententiam illam sponsioni non deesse iacturam. Chiloni tribuat hanc de se noscendo non tribuit, & infra. ¶ Non tempestate ut dissideris est opus] Lege ex uetere lectione, non tempestate magna ut dissideris est opus, & infra. ¶ Alimenta metuens quorum modum inopia rumpit] Veteres quidam codices duo uerba addunt, & semper, sed & sic locus est ambustus & uerbis quibusdam cassus quæ omnino addere ad complementum sensus necessarium habui. Scribendum igitur censeo sic, & semper alimenta metuens suæ quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur, & infra. ¶ Morbitum, putre, causamq; fletus uita auspicatum] Legendum puto morbidum putre, cassum, à fletu uitam auspicatum. Plinius libro 7. Nullumq; tot animalium ad lachrymas, & has protinus uitæ principio, & paulo post, & à supplicijs uitam auspicatum, & statim. ¶ Cæterum quantos tumultus] Scribe. Cum interim quantos tumultus, ex uetere lectione, & infra. SI MODO tibi ulla ratio est] Corrigo. Si modo ulla illi ra- Cap. 12 tio est, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Sed de eo gratias agere quod collegisti] Cœpisti uetus lectio, non collegisti, & statim. ¶ Peruenerunt enim satis magni fructus laborum tuorum] Scribe prouenerunt, non peruenerunt, unde prouentus dicti. Adstipulante etiam uetere lectione, & infra. ¶ Liberos nutrientibus non ipsa fructus educatione acquiritur] Exemplaria quædam liberos nutrientibus non fructus educat ipsa educatio, & infra. ¶ Licet itaque tibi nihil industria eius contulerit, licet nihil diligentia sua custodierit] Vetus lectio. Licet itaque nihil tibi industria eius contulerit, nihil diligentia custodierit, & infra. ¶ At potuit longior esse non maior.] Exemplar Facundi & Primitiui. At potuit longior esse maiorq;, & infra. ¶ Iuuenis cito prudens cito maritus] Lege iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, ex uetere lectione, & statim ¶ Omnia tanquam prospera] Corrigendum puto. Omnia tam præpropera. Cui emendationi suffragantur uerba hæc non longe à fine. Hæ sanctitate morum effecit ut puer admodum dignus sacerdotio uideretur, & infra. ¶ Filium tibi dij immortales non diu dant. Statim tibi talem dederunt] Vetus lectio, filium tibi dij immortales non diu daturi, statim tibi talem dederunt, & infra. ¶ Eiectam te à dijs cui frui non liceret filio] Legendum, abiectam te à dijs cum frui non licuerit filio, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra ¶ Occurrent passim ubique qui maiora senserunt, ista magni iudices senserunt principis] Vetus lectio, occurrent tibi passim ubique maiora. Senserunt ista magni duces. Senserunt principes, & infra. ¶ Quibus male nimis secundæ res constant.] Eadem, quorum male illo nimis secundæ res constant. Conijcio legendum, quorum malis illius nimis secundæ res constabant, & infra. ET SOLENNIA pontificalis carminis uerba concepit] Sic agnoscunt Cap. 13 complura exemplaria, sed in exemplari antiquissimo & correctissimo Facundi & Primitiui tantum habetur, solennia pontifica perfecit, cætera uacant, & infra. ¶ Quo uictum ante currum egit Persæ inclyti regis nomen.] Lego quo uinctum ante currum egit Persem inclyti regis nomen, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et qui magis poterat mouere tanta mutatio] Scribendum uidetur. Ecquem magis poterat cætera, & sic ferè habetur in exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Non contigit tamen tristem Paulum Persæ uidere.] Idem exemplar, non tamen conti git Persæ tristem Paulum inuenire, & infra ¶ Vnumquemque animo occupa] Vnumquemlibet animo occupa, uetus lectio, & infra. ¶ Quoniam grauia illi uidebantur & cum in commune crescerent] Lege, quæ grauia illi uidebantur etiam cum in conciuem crescerent. Exemplar enim Facundi & Primitiui, conciuem, agnoscit, non commune, & infra. SED uide ut in orbem ista tempestas] Scribe, sed uidelicet Cap. 15 it in orbem ista tempestas, ex omni uetere lectione, & infra. QVIS enim dixerit naturam maligne cum mulieribus Cap. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingenuis egisse, & uirtutem illarum in arctum retraxisse] Corrige, quis enim dixerit naturam maligne cum ma liebribus ingenijs egisse & uirtutes illarum cætera, ex eadem, & infra. ¶ Par ad honesta libera facultas] Scriben dum. Par ad honesta (libeat) facultas, ex eadem, & statim ¶ Laborem, dolorem ex æquo] Lege laborem dolo remq; ex æquo, ex eadem, & infra. ¶ Quod tibi si uis exempla referri] Præposlero ordine scribendum. Quod si tibi uis exempla referri, ex eadem, & infra. ¶ Nec amissos ciuitas sensit] Eadem sensit legit, non sentit, & in fra. ¶ Scipionumq; matres ac filios egit] Scribe exegit, non egit, ex eadem, & infra. ¶ Nullum aũt frustra ca det telum] Quidam codices, nullum amat frustra cadere telum, & infra. ¶ Mirum est tantum turbam tam pon tuisse sine iniuria damnoue præterueht] Quædam exemplaria, mirum est tantam turbam non potuisse sine inui dia damnoue præterueht. Alia. Mirum est tantam turbam sine inuidia sine damno præterueht. Legendum puto esset potius quàm est, & infra. ¶ Ad hoc iniquior fortuna fuit] Scribe. At hoc iniquior fortuna fuit, ex uetere, lectione, & infra. ¶ Similes patri] Hæc uerba desiderantur in eadem, & infra. ¶ Mecillij] Eadem Metilijs & infra. ¶ Hæc quidem natura mortalium est] Scribe commutatio dictionum ordine. Est quidem hæc natura

Cap. 17 mortalium ut nihil magis cætera, ex eadem, & infra. ILLVD quoque martia mouet me] Scribe moueret, ex eadem non mouet, & infra. ¶ Iam patri, iam matri præsidium ac decus amittere] Scribe, iam patriam matri residuum amittere, cætera ociosa sunt, ex codice Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Quam continenti quondam ceßisse constat subito illud mare irrupit] Lego ex uetere lectione, quàm continenti quondam cohæsisse constat. Subitum illo mare irrupit, & infra. ¶ Auidißimum maris uerticem restringere] Legendum reor, perstringere, non restringere, & infra. ¶ Siue illas primum nascentes inuenit siue transflumen integrum subter tot maria] Sic prior æditio. Vetus lectio, siue illas ibi primum nascens inuenit, siue in ipsum trans flumen. Sunt codices, qui legant siue in ipsum trisflumen. Scribe. Siue illas ibi primum nascens inuenit siue immersum terris flumen inte grum subter tot maria, & infra. ¶ Vt ne maximarum quidem tempestatum locus furori sit] Inuertendæ dictio ones, furori locus sit, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Ille excisus in infinitam altitudinem saxis

Cap. 19 naulius carcer] Legendum reor, lautumius carcer, de quo multa in obseruationibus Plinianis, & infra. ¶ Et latius territorium] Exemplar Facundi & Primitiui & laxius turritam, & infra. ¶ Lympidißima hyberna.] Vetus lectio, lepidißima. Lego tepidißima, ut patet ex uerbis sequentibus, cuius rei Plinius quoque meminit secun dæ historiæ naturalis capite 64. & infra. ¶ Dicet omnibus nobis natura] Scribe dicit, non dicet, ex eadem, & infra. ¶ Potes habere formosos & deformes. Sed si fortasse tibi multi nascentur esse ex illis aliquis] Ca

Cap. 18 tior eadem, poteris habere formosos, poteris & deformes. Multi nascentur esse aliquis ex illis, reliqua superflu unt ¶ Non est quod speres] Exemplaria quædam desperes habent non speres, & infra. ¶ Vt ipsis maledictum sit] Legendum ex antiqua lectione, ut ipsi maledicta sint, & infra. ANNVM, ætatem, hyemesq; æqualiter diuidentem] Eadem. Annos, ætates, hyemesq; æqualiter diuidentem, & infra. ¶ A fraternis occursionibus.] Lege à fraternis occursibus, ex eadem, & infra. ¶ Et modo toto ore terris imminentem accessionibus damnisq; mirabilem] Scribe, & modo occultam modo toto ore terris imminentem, accessionibus damnisq, mutabilem, ex eadem, & infra. ¶ Sacratos spectaculo superiorum.] Scribendum supernorum, non superiorum, ex eadem, & infra. ¶ Quæ interuentu suo maria circundant & distinguunt] Duo illa uerba, circumdant & tollenda ex eã dem, & infra. ¶ Et inter rapidorum torrentium cursum aurum arenis interfluens] Corrige, & inter rapido rum torrentium arenas aurum interfluens, cætera superfluunt, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ In mari & fidem excedenti magnitudine] Scribe, immani, non in mari, ex uetere lectione, & infra. ¶ Concitatis perniciora nauigijs & remigijs] Scribe concitatis perniciora remigijs, reliqua redundant, ex eadem, & infra. ¶ Erisq; ei spectatrix] Exemplaria quædam, erisq; eius expertrix, & infra. ¶ Discs. Docebisq; artes illas quæ uitam instruant, alias qui ornent] Legendum. Discs docebisq; artes. Aliás quæ uitam, reliqua ex uetere lec tione, & infra. ¶ Et latrocinia & naufragia] Scribo & latrocinia & uenena & naufragia, ex eadem, & infra. ¶ Et mors incerta facilis per pœnam cructatumq;] Sic prior æditio. Exemplaria quædam, & mors incertusq; fa nis per pœnam cruciatumq;. Exemplar domesticum non respuendæ fidei, et mors incertum facilis an per pœnam cruciatumq;, et infra. ¶ Respondebis nolle te uiuere] Omnia scripta exemplaria uelle, agnoscunt, non nolle recte. Sequitur enim. Viue ergo, ut conuenit, & ultra. ¶ Videbis primum quid curandum sit] Exemplar Facundi & Primitiui, uideatis primum reliqua. Scribendum puto. Videamus primum cætera, & infra. ¶ Id per se desidera bile apparet] Tolerabile, non desiderabile, idé agnoscit exemplar rectißime, et infra. ¶ Absentes enim futuros illi

Cap. 20 uiuerent, nõ flemus] Scribo, absentes enim absfuturosq; dũ uiuerent nõ flemus, ex uetere lectione, et infra. ¶ Et nos metipsi non fallamus] Quidã codices sine negatione, et nosmetipsi fallamus. In alijs non habẽtur omnino hæc uerba et infra. ¶ Et qui contemptũ uindicet] Vetus lectio, et quia contẽptu uindicet, et infra. ¶ Plus orbitas confert quã eripit] Scribe plus gratiæ orbitas cõfert quàm eripit, ex eadẽ, et infra. ¶ Illa quæ nobis inferos faciũt terribiles fa bula est. Nullas imminere mortuis tenebras] Scribe. Illa quæ nobis inferos faciũt terribiles fabula. Nullas scimus im minere mortuis tenebras, ex eadẽ, et infra. ¶ Nec tribunalia, nullos in illa reos libertate tã laxa, nullos iterũ tyran nos] Eadẽ, nec tribunalia et reos, et in illa reorũ libertate tã laxa ullos iterũ tyrãnos, et infra. ¶ Et omnia ad nihil redigit] Casligatius eadẽ, et omnia in nihilũ redigit, et infra. ¶ Vnde nihil eũ pellat, unde nihil terreat] Scribe. Vn de nihil eũ depellat. Vbi nihil terreat, ex eadẽ, et infra. SIVE calamitatẽ repellit] Eadẽ expellit agõscit, nõ repellit, et infra. ¶ Nõ potest fortuna tenere quod natura dimisit] Lege, nõ potest id fortuna tenere cætera, ex eadẽ, et infra. ¶ Et

¶ Et nulla publica clades cõspicitur] Coniunctio, et, eradenda, et exemplar Facũdi et Primitiui pestis agnoscit, non clades, & infra. ¶ Carcere educit.] Lege. Hæc è carcere educit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hæc exulibus in pa triam semper animo oculisq; tendentibus ostendit nihil interesse infra quot quisq; iaceat.] Castigandum puto, hæc exulibus in patriam semper animum, oculos, tendentibus ostendit nihil interesse in terra qua quis iaceat. Nam & uetus lectio quis, præfert, non quisq;, & infra. ¶ Hic ubi res fortuna male diuisit & æquo iure genitos alium alij do nauit.] Hæc ubi res communes fortuna male diuisit & æquo iure genitos aliud alij donauit, uetus lectio. Puto legen dum alium alijs donauit, & infra. ¶ In qua nemo humilitatem sensit.] Scribe ex eadem. In qua nemo humilitatem suam sensit, & infra. ¶ Vt non concidam aduersus minas casuum.] Legendum forte cæsarum potius quàm casuum. Exemplar Facundi & Primitiui, aduersus ruinas casuum, et infra. ¶ Coram te iura beneficio mortis habeo.] Sic prior æditio. Vetus lectio uita habet, non tura. Proinde scribendum sic reor. Coram te uita beneficio mortis ha beo. Nam & inter alios Plinius quoq; maximum uitæ bonum appellat mortem, et infra. ¶ Neapolis fortuna abstu lisset.] Exemplar Facundi & Primitiui, Neapolis ualetudo abstulisset, & infra. ¶ Quam infelices reliquiæ sunt imperatorem ipsum superfuisse.] Scribendum, quæ infelices reliquiæ sunt imperatorem superfuisse, ex eodem ex emplari, & infra. ¶ Et sacrosanctum uictoribus corpus facietati præstitit.] Considera an sit commodior lectio, & sacrosanctum uictoribus caput satelliti præstitit, & infra. ¶ Liberata republica conseruator eius.] Postrema duo uerba, conseruator eius, in exemplari Facundi & Primitiui non habentur, & infra. ¶ Tunc felix mori potuit.] Lege etiam tunc felix mori potuit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Latrocinia, bella, rapinas, tantum Catilinarum. Legendum puto trium Catilinarum, non tantum Catilinarum. Nam Augustum, Antonium, Lepidum, tres Catilinas uocat, ut Iuuenalis tres Syllas. In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres, & infra. ¶ Nihil ergo malè illi immatura mors attulit.] Sic exemplar Pincianum. Legendum arbitror. Nihil ergo mali Metilio immatura mors attulit, & infra. ¶ Nimis cito perijt & immaturus primum puta illi superfuisse.] Vetus lectio, nimis tamen cito perijt & im maturus. Quæ sequuntur sic puto legenda. Primum puta illum superesse, & infra. ¶ Quantum est ad breuißi mum tempus æditi, cito cessuri loco. Venienti.] Exemplar Pincianum, quantulum est ad breuißimum tempus æditis, cito cessuris loco, uenientibus, & infra. ¶ Venienti in pactum hoc prospicimus hospitium.] Castigandus forte uitiosißimus locus sic. Venientibus in punctum hoc proximum hospitium. Posses etiam legere spatium, non hospitium, & infra. ¶ Minorem portionem. Aetas nostra quàm partem puncti habet si tempori comparetur omni. Huius est enim maior mensura,] Exemplar Facundi & Primitiui. Minorem portionem habet ætas nostra quàm punctum si omni tempori comparetur, cuius maior est mensura, & infra. ¶ Cum ille se intra huius spatiũ remetiatur.] Scri bo, cum ille se intra huius spatium toties remetiatur, ex exemplari Facundi & Primitiui. Domesticus meus codex, utpote cum ille se præ huius spacium metiatur. Legendum arbitror, utpote cum ille se per huius spacium toties re metiatur, & infra. ¶ Imò multum est quod uiuimus si satis est.] Exemplar Facundi & Primitiui. Imò modo mul tum est cætera. Scribendũ uidetur. Vno modo multum est reliqua, & infra. ¶ Nihil enim tam supererat.] Vetus lectio, nihil illi tam ultra supererat, & infra. ¶ Intra 14. annos quædam desatigauit.] Scribe desatigantur, non desa tigauit, ex eadem, & infra. ¶ Qui uicturus.] Quia uicturus, eadem, & infra. ¶ Manebit ubi positus est.] Eadem, manebit semper ubi positus est, & infra. ¶ Nec ullum ulterius diligentia aut gratia promouebit.] Hæc uerba in co dice Pinciano non leguntur. Quæ uerò statim sequuntur. ¶ Scit libenter illum ex consilio perdidisse.] Ita leguntur in eodem codice, ut recitaui, sed mendose. Puto sic corrigenda, nec illum diligentia uel consilio protulisset, & in fra. ¶ Eunt ut sua fata.] Expende an legendum sit, eunt ui sua fata, & infra. ¶ Et frustra uota ac studia sunt.] Ex pungenda coniunctio, & ex uetere lectione, & infra. ¶ Auguria opus suum fata.] Quid si legas, urgent opus suum fata, & infra. IN summa pudoris custodia. Inter luxuriosæ urbis oculos conseruaturum, si potuisset ita morbos Cap. 21
euadere cætera.] Exemplar Facundi ac Primitiui, & summa pudoris custodia inter luxuriosæ urbis oculos conser uatum potuisset, ita reliqua, & infra. AVT fœda proloqui ex quo luxuria fœdior inuasit.] Scribe, & sera eoq; Cap. 22
fœdior luxuria inuasit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aut in popinam uentremq; proiecti summa illis curarũ fuit, & esset quod biberent.] Eadem. Aut in popinam uentremq; percoqui. Summaq; illis curarũ fuit quid essent, quid biberent, & infra. ¶ Non simplici dolore pudenda curantium.] Quædam exemplaria, non per simplicem dolorem cætera. Alia, non simplicem dolorem cætera, & infra. ¶ Post hæc exilium, non fuit innocentior filius tuus quàm Ru tilius quàm Corruncanus, non fuit sapientior quàm Socrates, non fuit sanctior quàm Cato, qui uoluntario uulnere transfixit pectus. Cum ista perspexeris.] Falso scripta. Peius disiuncta. Præposlere locata uerba. Lego ex uetere lectione. Post hæc Exilium, non fuit innocentior filius tuus. Carcerem, non fuit sapientior quàm Socrates. Voluntario uulnere transfixum pectus, non fuit sanctior quàm Cato. Quũ ista perspexeris, & infra. ¶ Clienti suo atrio secun do.] Lego Satrio, non Atrio, ex Cornelio Tacito, & infra. ¶ Nec imponi quidem sed descendere] Sunt exemplaria quæ habeant. Nec imponi quidem sed ascendere, & infra. ¶ Decernebantur illi statuæ in Pompeij theatro ponen dæ.] Corrige. Decernebatur illi statua in Pompeij theatro ponenda, ex uetere lectione, & infra. ¶ Exclamauit tunc Cordus uerè theatrum perire.] Scribo inuersis dictionibus. Exclamauit Cordus. Tunc uerè theatrum perire, ex eadẽ, & infra. ¶ Consecrari pestimũ militẽ] Non pessimũ, sed perfidũ habet eadem, ut puto recte, alludere enim uidebatur ad militem illũ qui Pompeium obtruncauit, & infra. ¶ Vt sibi mansuetos omnibus feros habere.] Vetus lectio, ut sibi uni mãsuetos omnibus feros habere posset, & infra. ¶ An mortis rei perderẽtur] Locus est corruptissi mus, ex eorũ numero qui emendatore indigent Oedipo. Fortasse sic minus corrupte legetur, an maiestatis reo pe

Universidad de Deusto
Biblioteca

rire daretur. Quam lectionem astruere uidentur uerba sequentia pene non licuit, & infra. ¶ Fles quod quenquam
Cap.23 tuorum mori necesse fuit.] Vetus lectio. Fles quod cuiquam tuorum cætera, & infra. PRAETER hoc etiam
quod omne futurum incertum est, & infra. ¶ Quæ illustriora breuiora sunt.] Lege quo, non quæ, ex uetustis exem
plaribus, & infra. ¶ Ita est iudicium imminentis exitij maturitas.] Scribendum ex eisdem. Ita est. Indicium est im-
Cap.24 minentis, reliqua, & infra. SVB matris custodia.] Sub matris tutela, eadem, & infra. ¶ Cogita tot illos perire
annos matribus & per solicitudinem exigi.] Eadem, totos, non tot, & solitudinem, non solicitudinem agnoscunt.
Quæ certe lectio præsenti magis conuenit instituto, & infra. ¶ Excellentis ingenij & æquaturi animum.] Lege a-
uum, non animum, ex eisdem, & infra. ¶ Nullius fœminæ spei se præbuit.] Dictio, fœminæ, necessaria non erat præ
cedente paulo ante uerbo mulierum, proinde eradenda est, suffragante etiam uetere lectione, & infra. ¶ Nisi pro
bono candidato ualuisset.] Quædam exemplaria, noluisset habent, non ualuisset, & infra. ¶ Harũ contemplatione
uirtutum filium geri tanquã si nec ille tibi magis uacet.] Sic prior æditio. Scribendum puto. Harũ contemplatione
uirtutum sic tegere tanũ si nunc ille cætera, ut infra. Sic itaq; martia tegere tanquam sub oculis patris filiũq; posita.
Sequitur statim. ¶ Nunc nihil habet quo uocetur. Scribendum arbitror anocetur, non uocetur, ut infra paulo depso
liatus oneribus altenis, & sibi relictus, & infra. ¶ Et effigies non simillima.] Castigandum existimo & effigies non
simul ipse, & confestim non est legendũ quidẽ sed, qui, ex exemplari Facundi & Primitiui. Quid si lega, & effigies
non simul animus ipse qui cætera, & infra. ¶ Circum nobis neruos & obductam cutẽ.] Corrige, circa nos, ossa, ner
uos, & obductã cutem, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Arcetur à diuersis è suis in falsa coniectus.]
In quibusdam exemplaribus aduersis habetur, non à diuersis. In alijs auersis. Scribo alterutro modo, aut sic, à ueris
& suis in falsa coniectus, aut sic, auersus à suis in falsa coniectus, & infra. ¶ Et confusis crassiq; pura & liquida infe
rentem] Sic prior æditio. Lego è confusis crassiq; pura & liquida uisentẽ, ex uetere lectione, & infra. NIHIL-
Cap.25 QVE terris relinquens.] Scribo, nihilq; in terris reliquens animus, ex eadem, & infra. ¶ Vtiq; contemptores uitæ
& mortis beneficio liberi.] Eadem interq; cõtemptores uitæ & mortis beneficio liberos, & infra. ¶ Liber ducit.]
In eadem libens ducitur, ut ad adolescentem referatur nõ ad auum, et infra. ¶ Vtq; ignotarũ urbium monstratus ho
spiti gratus est.] Moustrator, non monstratus exemplar Franciscanum, & infra. ¶ Et in profunda terrarũ promit-
tere aciem iuuat. Delectat enim ex alto relicta respicere.] Vetus lectio breuior, & in profunda terrarũ permittit
aciem. Iuuat enim ex alto cætera, quam lectionem agnoscit quoq; exemplar emendatissimũ Facundi & Primitiui,
& infra. ¶ Sic itaq; martia tegere.] Scribe distincte, te gere, ex eadem, et infra. ¶ Aut inuiæ ualles aut incerta uada
syrtium, tramites plani, & ex facili mobiles & expediti & inuicem peruij sunt intermixtiq; syderibus.] Codices
nõnulli. Aut imæ ualles, aut incertarũ uada syrtium. Omnia plana, & ex facili mobilia et expedita et inuicem per-
Cap.26 uia sunt intermixtaq; syderibus, & infra. QVID in te domus statu uitæ ipsa ad maiores recepit suos.] Sic prior
æditio. Sunt exẽplaria in quibus legatur, quod se ipse ad maiores recepit suos, reliqua nõ habeantur. Alias sic fuisset
ut opinor scribendum, quod uiua te, domo stante se ipse ad maiores recepit suos, & infra. ¶ Quam nullis benignam
facile se præstitit, nisi qui in unum cum illa contraxerat.] Vetus lectio, quam nullis benignam, facilem, se præstite-
rit nisi qui minimum cum illa contraxerint, & infra. ¶ Reges ne diceres felicissimos futuros si maturius illos mors
stantibus subtraxisset malis.] Eadem. Reges ne tibi nominem felicissimos futuros reliqua, sed legendũ reor, instan-
tibus, non stantibus, & infra. ¶ Ostendi quàm magno me iuuat animo scripsisse.] Corrigendum puto, quàm magno
quæ iuuabat animo scripsissem. Nam omnis uetus lectio scripsissem agnoscit, non scripsisset, & infra. ¶ Videmurq;
non alta nocte circundati. Nil apud uos cætera.] Sic prior æditio. Scribe, uidemusq; non alta nocte circun-
dati, nil apud uos, reliqua ex eadem, & infra. ¶ Venientiumq; iuuabit unius seculi me facta componere.] Lege ex
eadem, euentumq; iuuabat unius seculi fata componere, & infra. ¶ Nihil constabat loco stabili.] Hæc uerba non ha
bentur in eadem et recte, nam sequitur confestim eadem sententia, & infra. ¶ Adducetq; secum uetustas.] Lege ab
ducet, non adducet, ex eadem, & infra. ¶ Quota enim ista fortuitæ potentiæ portio est.] Fortunæ, nõ fortuitæ, exa
emplar Facundi et Primitiui, & infra. ¶ Et æterna sorte.] Scribe et æterna sortitæ, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et
ipsius parua ruina ingentis accessio.] Lego, & ipsæ parua ruinæ ingentis accessio, ex eadem.

IN LIB. DE CONSOLATIONE AD HELBIAM MATREM.

Cap.1 ANNEI Senecæ ad Albinam matrem.] Omnis scripta lectio, Helbiam agnoscit, non Albi-
nam, et infra. Vt auderem multa me interpellabant.] Lege impellebant, non interpellabant, ex
eadem, & infra. ¶ Etiam si supprimere non potuissem absterssissem.] Scribendum, etiam si supa
primere non potuissem interim certe absterssissem, ex eadem, et infra. ¶ Rursusq; retardare.]
Eadem, rursusq; retardabar, & infra. ¶ Ne ipsum solatia irritarent.] Scribe, ne ipsum ipsa so-
latia irritarent, ex eadem, & infra. ¶ Nã in morbis quoq; nihil esto magis periculosum, nec per-
niciosum, quàm immatura medicina. Expectabam dum ipse uires suas frangeret.] Breuius eadem, nam in morbis
quoq; nihil est pernitiosius quàm immatura medicina. Expectabam itaq; dum uires suas frangeret, et infra. ¶ Præ
terea quum clarissimorum omnia ingeniorum monumenta.] Commuta dictionum ordinem. Præterea quum omnia clarissimorum ingeniorum monumenta, ex eadem, & infra. ¶ Verebarq; ne hoc non consolato sed exulcera-
tio.] Deest uerbum, esset, uerebarq; ne hæc non consolatio esset, sed exulceratio, ex eadem, et si in plerisq; codicibus negatio, non, desideratur, et infra. ¶ Necesse est ut delectum uerborum eripiat.] Superfluit uerbum, ut, ex

ex eadem, et infra. SED cogitet.] Eadem. Sed is cogitet, & infra. ¶ Omnes itaq; luctus suos.] Lege, Omnes itaq; Cap.2
luctus illi suos, ex eadem, & infra. ¶ Quos sæpe uexat.] Semper non sæpe, eadem, & infra. ¶ Nullam tibi uacatio-
nem dedit.] Scribo, nullam tibi fortuna uacationem dedit, ex eadem, & infra. ¶ Et ad uitam quodammodo expo-
sita creuisti sub nouerca.] Legendum, & ad uitam quodam modo exposita es. Creuisti sub nouerca, ex eadem, &
infra. ¶ Quanta uel in filia conspici potest.] Scribendum arbitror contra omnia exemplaria, quanta uix in filia cõ
spici potest, & infra. ¶ Et ne sæuitiam suam fortuna leuiorem deducendo faceret.] Ducendo non deducendo, exem
plar Facundi & Primitiui, recte, hoc est procrastinando, protrahẽdo, ut illud tardando nostros in longum ducis a-
mores, & infra. ¶ Vbi se dolor tuus inclinaret.] Vetus lectio reclinaret, nõ inclinaret, & infra. ¶ Quos sine inter-
uallo uitæ incursantes pertulisti.] Eadem, quos sine interuallo in te incursitantis pertulisti, & infra. ¶ Intra uigesi-
mum diem tu quæ filium meum cætera.] Scribẽdum, intra uigesimum diem quam filium meum cætera, ex eadem,
& infra. NON summam cutem tenet, rupit.] Verbum, tenet, non habeatur in eadem, & infra. ¶ Tyrones leui-
ter saucij non uociferantur.] Scribe. Tyrones leuiter saucij, tamen uociferantur, ex eadem, & infra. ¶ Excoriari Cap.3
patiuntur.] Exsecari patiuntur eadem agnoscit, & infra. ¶ Lamentationes & ululatus, & alia per quæ insciæ mu
lieres tumultuantur amoue.] Eadem. Lamentationes & eiulatus, & alia per quæ ferè multebris dolor tumultuatur
amoue, & infra. ¶ Et quid? Videor ne tecum timide egisse cum nihil tibi subduxi ex malis tuis.] Eadem. Et quid ui
deor ne tecum timide egisse? Nil tibi subduxi ex malis tuis, & infra. ¶ Constitui uincere dolore dolorem tuum.]
Verbum, dolore, desideratur in eadem, & infra. AT ego mihi ipse satis placebo.] Magis, non satis, eadem præ-
fert, & infra. NON deseruimus.] Scribe, non deseruerimus, ex eadem, & infra. ¶ Intra se omne gaudium pete- Cap.4
retur.] Lege, peteret, non peteretur, ex eadem, & infra. ¶ Facile se ac suos tuentur.] Facile se ac suos tuentur, ea- Cap.5
dem, & infra. ¶ Illis grauis ipsa fortuna est quibus est repentina.] Duo illa uerba, ipsa fortuna, non habentur in
eadem, & infra. ¶ Omnia illa quæ in me diligentissimè conferebat.] Indulgentissimè legendum, non diligentissime,
ex eadem, & infra. ¶ Nam in ipsa felicitate.] Exemplar Facundi & Primitiui, infirmitate legit, non felicitate, &
infra. ¶ Cum inania & speciosa ac decepturo fuco circumlita inueniantur nihil habentia fronti suæ simile.] Scri-
be ex uetere lectione. Quin inania & speciosa ac decepturo fuco circunlita inueni, intra nihil habentia fronti si-
mile. Legendum puto speciosa potius quàm speciosa, & infra. QVOSDAM industria latam ostendendæ uir-
tuti nacta materiam.] Eadem, laxam agnoscit, non latam, & ostentandæ mallem legeres quàm ostendendæ, & in- Cap.6
fra. ¶ Quidam uenalem formam suam attulere.] Dictio, suam, non habetur in eadem, & infra. ¶ Nulla est ubi ma-
gnam partem peregrinæ multitudinis non inueniat.] Aliter eadem, nulla non magnam partem peregrinæ multi-
tudinis habet, & infra. ¶ Nunc transiliens ab ipsis quarum amœna positio.] Lege. Transi ab his quarum amœna
positio, ex eadem, & infra. ¶ Giarum & Corsicam pete.] Eadem. Giaram & Corsicam percense, & infra. ¶ Quid
ad copias respicienti iciunius.] Eadem, quid ad coptosa respicienti tenuius, & infra. ¶ Plures tamen hic peregrini
quàm ciues sunt & consistunt.] Duo illa uerba, sunt &, tollenda, ex eadem, & infra. ¶ Si propriam eius originem
aspexeris.] Primam legito, non propriam, ex eadem, & infra. ¶ Aspice sydera mundi illustria.] Aspice sydera mun
dum illustrantia, eadem, & infra. ¶ Quamuis cum uniuerso uersatur in contrarium nihilominus ipsi mundo defer-
tur.] Quædam exemplaria, & quamuis cum ipso uertatur in contrarium nihilominus ipsi mundo defertur, & in-
fra. ¶ Perpetua eius cogitatio.] Legendum agitatio, non cogitatio, ex uetere lectione, & infra. ¶ Semper in tumul
tu sunt.] Scribe, semper in transitu sunt, ex eadem, & infra. ¶ Orbes suos explicuerunt.] Lege explicuerint, non
explicuerunt, & paulo post uenerant, non uenerunt, ex eadem, & infra. ¶ Vel delectet se uel conferuet.] Exem-
plar Facundi & Primitiui, nos delectet se uerò conferuet, et infra. ¶ In medijs Barbarorũ nationibus græcæ urbes.]
Scribendũ regionibus, nõ nationibus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Atheniẽsis in Asia turba est. Miletus. ccccclxx.
urbium populum in diuersa effudit.] Deprauatissima uerba. Scribendum reor. Athienensium in Asia urbs est mile
tus. Ea. lxxv. urbium populum reliqua. Ionas quorum caput in ora minoris Asiæ Miletus est Athemenses fuisse no-
tius est quàm ut sit prodendum. Vetus item lectio eum quem signaui urbium numerum præfert, adstipulante etiam
ferè Plinio libro historiæ naturalis quinto capite 29. Miletus inquit Ioniæ caput super 80. urbium per cuncta ma-
ria genitrix. Strabo quarto decimo maximam esse multitudinem scribit coloniarũ à Mileto profectarum suppresso
earum numero, & infra. ¶ Totum Italiæ latus quod inferiori mari alluitur. Scribo, infero, nõ inferiori, ex omnibus
ferè auctoribus & scripta lectione, et infra. ¶ Alios superfluentis populi frequentia ad exonerandas uires emisit.]
Lege alios nimia superfluentis populi frequentia cætera, ex eadem. Scribendum tamen puto, urbes, non uires, &
infra. ¶ Aut frequens terrarum hiatus.] Frequentes, non frequens, eadem, & infra. ¶ Felicis soli uitia.] Infelicis ea
dem, non felicis, & infra. ¶ Omnes aũt istæ populorum transformationes.] Eadem, transportationes agnoscit, non
transformationes, & infra. ET Euandrum in ripa Tyberis.] Coniunctio &, tollenda, ex eadem, & infra. ¶ In Ita Cap.7
liam deduxit.] Eadem, partim deduxit habent, partim detulit, & infra. ¶ Vbicunq; uicit Romanus habitabat.]
Scribe. Vbicunq; uicit Romanus habitat, ex eadem, & infra. ¶ Colonos mutauit.] Cultores mutauit, eadem, &
infra. CONVERSATIONE Græcorum Ligurumq; primo desciuit.] Scribe, conuersatione Græcorũ Ligu- Cap.8
rumq; à patrio desciuit, ex eadem, & infra. ¶ Permixta omnia et instituta sunt.] Scribendum existimo, permixta
omnia et insititia sunt, & infra. ¶ Quod licet in exilium euntibus uirtutes suas ad locum ferre secum ad quem mi-
graturi sunt.] Lego, quod licet in exiliũ euntibus uirtutes suas ferre secũ. reliqua redundant ex uetere lectione, et
infra. AB illo spectaculo eius insatiabiles sunt nõ obducãtur.] Scribendũ ex eadẽ, cuius, nõ eius, et legendũ potius Cap.9
abducantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

abducantur quàm obducantur, & infra. ¶Sed intra se circumagentes suum uestigium.] Quidam codices, sed intra suum se certũ agentes uestigium. Alij, sed intra suũ se circumagentes uestigium, & infra. ¶Non auri argentiq; uenæ eximuntur.] Vetus lectio eruuntur, agnoscit, non eximuntur, et infra. ¶Ad illa adducendus est.] Abducendus lego, non adducendus, ex eadem, et infra. ¶Quo latius uicos correxerint.] Legendum reor, quo laxius uicos porrexerint, & paulo post laxißimum, non latißimum, & infra. ¶Si non id fortiter pateris quæ Romuli casam nosti.] Scribe, si ideò id fortiter pateris, quia Romuli casam nosti, ex uetere lectione, & infra. ¶Cum prudentia pietas.] Eadem, quum continentia, quum prudentia, pietas, & infra. ¶Quam quo R. Po. cõsulatum rexit.] Scribe, quam quo Reip. consulatum, ut superfluat uerbum, rexit, ex eadem, & infra. ¶Quo die illum exulem Brutus relinquere non potuit, nec Cæsar uidere.] Particulam, nec, eadem non agnoscit, & infra. ¶Non dubitas quin semper ille Marcellus tantus uir.] Scribendum. Num dubitas quin se ille Marcellus, cætera ex eadem, & infra. ¶Ita te disciplinis imbuisti.] In priore æditione, quod patria carere non est miserum. Ita te disciplinis imbuisti. Vetus lectio. Quod patria cares non, est miserũ. Ita te disciplinis imbuisti. Correctior forte lectio. Quod patria cares non es miser, etenim ita te disciplinis imbuisti, & infra. ¶Porrò hic qui te expulit.] Scribe. Quid porro? hic qui te expulit, ex eadem, & infra. ¶Ecce trahit illum Africa.] Legendum. Ecce trahit illum ad se Africa, & mox paulo resouet scribendũ, non resouit, ex eadem, & infra. ¶Vllo modo uirtutem habenti.] Corrige. Vllam modo uirtutem habenti, ex eadẽ, & infra. ¶Vltra phasin capere uolunt.] Capi non capere scribe, ex eadem, & infra. ¶Omnia uota fastidienti gulæ.] Nota eadem præfert, non uota, & infra. ¶Illi paupertas etiam aliquid prodest.] Scribe quid, non aliquid, ex eadem, & infra. ¶Dum non possit illa nolenti similis est.] Legendum, dum non prosunt illa nolenti similis est, ex eadem, et infra. ¶Sed hic uelut cæci transeunt.] Scribe, hæc, non hic, ex eadem, & infra. QVID manus & aduersus feras & homines armatis.] Eadem sic præfert. Quid manus aduersus feras & aduersus homines armatis, & infra. ¶Maiores nostri.] Eadem, scilicet maiores nostri, et infra. ¶Nondum gemmis renitebant.] In eadem, nitebant habebatur, non renitebant, et infra. ¶Si sestertio centies si uixisset.] Eadem, si in sestertium centies uixisset, & infra. ¶Imò puta pecuniæ modum ad rem pertinere.] Sic prior æditio. Eadem, In uno puta pecuniæ modum ad rem pertinere non animi. Corrigo. I nunc & puta pecuniæ modum ad rem pertinere non animi, et infra. ETIAM in malis exemplis per se docilem.] Lego, etiã sine malis exẽplis per se docilem, ex eadem, & infra. ¶Sed si hoc quoq; ad usum.] Verbũ, sed, redundat ex eadem, et infra. paulo uelamentũ, non uelamen agnoscit, eadẽ, & ultra. ¶Quod necessariũ faciebat.] Legendum puto sciebat, nõ faciebat, & infra. ¶Sed desiderat saturatam.] Scribendũ reor. Si desiderat saturatam, & infra. ¶Nõ fortunæ uitio.] Scribe, non fortunæ uitio iste uitio, ex uetere lectione, & infra. ¶Quam ullus sufficiet humor ad sanandũ eum.] Sanandũ, nõ sanandũ eadem habet, & infra. ¶Qui continebitur itaq;.] Scribendum. Qui continebit itaq; se, ex eadem, & infra. ¶Necessarijs rebus exilia sufficiunt.] Lege. Necessarijs rebus & exilia sufficiunt, ex eadem, & infra. ¶Quũ quod tantũ satis est.] Scribendum, quũ quantũ satis est, ex eadem, et infra. ¶Et nimis corporibus suis abdita.] Lege addicta, nõ abdita, ex eadem, & infra. AD leuanda incõmoda paupertatis.] Eleuanda eadem, nõ leuanda, & infra. ¶Quo animus eorũ in pauciora distrahitur.] Eadem, quod animus eorũ in pauciora distringitur, & infra. ¶Et quotiens festinantẽ necessitas itineris exigit.] Scribe ex eadem, & quotiens festinationem necessitas itineris exigit. In exemplari tamen Facundi & Primitiui dictio, itineris, non habetur, & infra. ¶Paupertatis uti remedijs potest.] Scribe solatijs, non remedijs, ex eadem, & infra. ¶Miseros uixisse dicet.] Misere, non miseros, eadem, & infra. ¶Mercenarium suum decessisse ab eo deserentem esse rus.] Eadem, mercenarium suum discessisse, & ab eo desertũ esse rus, & infra. ¶Dotem receperunt.] Dotem acceperunt, eadem, & infra. QVID artificiose ista diducis quæ singula sustineri possunt. Cõmutatio cætera.] Verba hoc loco tria deerant, quorũ defectus sensum reddebat obscuriorem. Legendum igitur sic. Quid artificiose ista diducis, quæ singula sustineri possunt, collata non possunt, ex exemplaribus Facundi & Primitiui, ac meo domestico, & infra. ¶Si ignominia ei absit quæ sola opprimere animos solet.] Corrige, si ignominia absit quæ uel sola opprimere cætera, ex uetere lectione & infra. ¶Neq; enim poterant carceres uideri in quibus Socrates erat] Legendũ, neq; enim poterat carcer uideri in quo Socrates erat, ex eadem, & infra. ¶Nemo ab alio cõtemnitur nisi à se contemptus est.] Deest dictio, ante, nisi à se ante contemptus est, ex eadem, & infra. ¶Non tanq; in hominem iustum.] Inuertendæ dictiones, tanquam non in hominem iustum, ex eadem, et infra. ¶Qui faciem eius spueret.] Scribe qui in faciem eius inspueret, ex eadem, & infra. ¶Poterat ob hoc non moleste ferre quod sciebat neminem id auersurum animi purioris.] Verbũ, animi, tollendũ ex eadẽ, & legendũ distincte purioris, & infra. ¶Non magis putes illũ contemni quàm quũ ædiũ sacrarũ] Scribe, non magis illũ cõtemni quàm ædium sacrarum, ex eadem, & infra. NAM aut istud te monet] Lego illud, non istud, ex eadem, & infra. ¶Aut illud quod desideriũ ipsum per te pati non potes] Ocioſum est uerbũ, illud, ex nõnullis codicibus, in quibus etiã per se habetur, nõ per te, & infra. ¶Quæ potentiã liberorũ muliebri impotentia exercent] Mallem legeres, quæ potentia liberorũ muliebrẽ impotentiam exercent, & infra. ¶Tanquam alijs rebus utereris] Scribe alienis, non alijs, ex uetere lectione, & infra. ¶Non potes itaq; in erepto filio desiderare] Deest dictio, ea, ut sit, ea desiderare, ex eadem, & infra. TRISTEM uultum relaxassem] Tristem uultum relaxaui, eadem, & infra. ¶Adijciam istis loca ipsa] Adijcis eadem non Adijciam, & infra. ¶Bene nos fortuna diuiserat] Exemplar Facundi & Primitiui disiunxerat agnoscit, non diuiserat, & infra. ¶Ante xiij. diem.] Vetus lectio, ante tredecimum diem. Correctiora tamen exemplaria uerorem habent lectionem, ante tertium demũ diem. Sic enim esse scribendum patet ex uerbis sequentibus, ultimũ certe fructum

Cap. 10
Cap. 11
Cap. 12
Cap. 13
Cap. 14
Cap. 15

fructum biduo diutius uidendi filium tulisses, & infra. ¶Si multo antea fugisses.] Scribe. Si multo ante abfuisses, ex eadem, & infra. ¶Nec absenti assueſceres.] Lege absentiæ, non absenti, ex eadem, et infra. ¶Ni pene cõcessum est imò datum in lachrymas ius.] immoderatum eadem, non imò datum, & infra. ¶Et nullo nimis inhumana duritia.] Eradendum uerbum nimis ex eadem, & infra. ¶Optimum inter pietatem & luctum temperamentum est.] Lege ex eadem. Optimũ inter pietatem & rationem temperamentum est, & infra. MORS finit.] Eadem mors finiuit, & infra. ¶Non faciem lenocinijs aut coloribus polluisti.] Eadem, non faciem coloribus ac lenocinijs polluisti, & infra. ¶Quæ ad nihil aliud est exigenda quàm ut nuda cõponeret.] Eadem & breuius, & longe aliter, quæ amplius nadaret quàm componeret, & infra. ¶Rutilia Cottam filium secuta est.] Verbum, Cottam, non habetur in eadem, & infra. ¶Eundem iam reductum & in republica florentem.] Eadem, reducem, non reductum agnoscit, & infra. ¶Volumus eum interim obruere.] Eadem, uolumus interim illum obruere.] et infra. ¶Nam qui de lusu uoluptatibus & occupationibus abductus est refugit.] Scribe. Nam qui aut delusus uoluptatibus aut occupationibus abductus est resurgit, ex eadem, et infra. ¶Si quantum tibi.] Eadem sed quantum tibi, et infra. ¶Nimis maiorum consuetudini deditus.] Quædam exemplaria minus legunt, non nimis, & infra. ¶Sed ad luxuriam construunt.] Vetus lectio, aliàs obstruuntur habet, aliàs construuntur. Forte instruuntur aut instituuntur, & infra. ¶Iacta disciplinarum.] Eadem. Iacta sunt disciplinarum, & infra. ¶Nunc ad illas reuertamur.] Nunc ad illas reuertere, eadem, & infra. ¶Et nulli horũ patebit pectus tuum.] Coniunctio, & superuacanea est, ex eadem, & infra. ¶Sed quia nondum in illum portum quem studia promittunt peruenerit.] Lege, Sed quia dum in illum portum quem tibi studia promittunt peruenerit, ex eadem, & infra. ¶Certabunt uitæ officijs.] Scribo, certabunt in te officijs, ex eadem, & infra. ¶Quicquid matri dolendũ fuerit in me transierit. Floreat reliqua in suo statu turba.] Eadem. Quicquid matri dolẽdum fuit in me transierit, quicquid à me in me. Floreat cætera. Legendum reor non, quicquid à me in me, sed quicquid auiæ in me, & infra. ¶Ad tuum formetur arbitrium. multum sibi dabis.] Lege ex eadem. Ad tuum fingatur arbitrium. Multum illi dabis, & infra. Non potest animum pie dolentem à sollicitudine auertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio, numerares inter magna solatia cætera] Eadem. Non enim animum pie dolentem à sollicitudine auertit, nisi aut oratio, aut honesta occupatio. Numerarẽ inter magna solatia, & infra. ¶Tu tot quidem nepotes pronepotesq; dando.] Scribe, Cui tu quidẽ tot nepotes pronepotesq; dando, ex eadem, & infra. ILLA quidem affectus tuos sequitur. In mea tamen persona, non tantũ pro te dolet. Illius manibus in urbẽ prolatus sum.] Eadem. Illa quidem affectus tuos semper sequitur. In mea tamen persona non pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatus sum, et infra. ¶Aut datæ salutationis sustinuit audaciam.] Scribe claræ, non datæ, ex eadem, & infra. ¶Siue seruare habitum illum uoles.] Legendum istum, non illum, ex eadem, & infra. ¶Primum utrum amiserat auunculum nostrũ, cui uirgo nupserat in ipsa quidem nauigatione.] Scribe ex eadem. Charissimum uirũ amiserat auunculum nostrũ cui uirgo nupserat in ipsa nauigatione, & infra. ¶Sed si huic illi simplex annumerandis uirtutibus.] Verbum, Sed, ocioſum est, ex eadem, in qua etiam admirandis habetur, non annumerandis, ut forte legendum sit, ad memorandas uirtutes, & infra. ¶Quæ oblita etiam imbecillitatis.] Ocioſa quoq; & hic est coniunctio, etiam, ex eadem, & infra. ¶Oblita etiam firmißimis metuendi maris.] Scribe inuersis dictionibus. Oblita metuendi etiam firmißimis maris, ex eadem, & infra. ¶Nobilitatur carminibus hominum.] In eadem, omnium, habetur, non hominum, & infra. ¶Qui pari periculo minus redemit.] Legendum, redimit, non redemit, ex eadem, & infra. ¶Nihil à uiro petijt.] Auro, non à uiro legit exemplar Scholarum Salmanticensium. Forte scribendum est ab ullo, & infra. ¶Et hodie similem sibi quiuis nunquam sperabit.] Corrige, & hodie similem illi quamuis nunquam sperabit, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶Quas circumscribere potius est quàm partem transcurrere.] Castiga, ex exemplari Facundi & Primitiui, quæ circumscribere est tam parce transcurrere, & infra. ¶Pestes uicerunt.] Lege, & pestes uicerunt, ex uetere lectione, & infra. ¶Non quæreret quemadmodum inde exiret.] Puto scribendum mutato uerborum ordine, quæreret, non quemadmodum inde exiret, & infra. ¶Sui uniuersi quæ naturam.] Scribe, suam uniuersiq; naturam, ex uetere lectione & paulo ante. ¶Manus sæpius ad id decurrere.] Quædam exemplaria recurrere legunt, non decurrere. Exemplar Facundi & Primitiui castigatius ut arbitror, manum sæpius ad id referre, & infra. ¶Aeternitatis suæ memor.] Scribo, æternitatisq; suæ memor, ex uetere lectione, & infra. ¶Futurumq; est uadit omnibus seculis.] Scribendum puto mutato dictionum ordine, futurumq; est omnibus seculis uadit.

Cap. 16
Cap. 17

IN LIB. PRIMVM EPISTOLARVM.

VOD mortem prospicimus.] Codices nonnulli. Quod mortem procul esse conijcimus, & infra. ¶In huius rei nimis fugacis ac lubricæ possessionẽ.] Vetus omnis lectio non habet, nimis, sed unius, quod & rectius quia sequitur. Cũ interim hoc unum est cætera, & infra. ¶Et tanta stultitia mortalium est.] Scribe, Sed tanta stultitia mortalium est, ex eadem, & infra. ¶Imputari sibi cum periere patiantur.] Castigatissima quædam exemplaria, impetrauere, agnoscunt, non periere, & paulo ante. ¶Ex qua expellit quemcunq; uult.] Prior æditio, ex qua expellitur quicunq; uult. Exemplar Scholasticum, ex qua nemo expellitur nisi quicunq; uult, & infra. ¶Quid ergo est? ex uetere lectione, & infra. BENE compositæ mentis.] Verbum, bene, non habetur in eadem, & infra. ¶Quæ ubi uaria sunt & diuersa coinquinant.] Eadem, inquinant, agnoscit, non coinquinant, & infra. ¶Et si quando ad alios diuerti libuerit.] Diuertere, non diuerti, exemplar Scholasticum. Exemplar Pincianum, & pleraq; alia transire, & infra.

Epist. 1
Epist. 2

ILLA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epist.3 ILLA dicet tibi se & diem feciſſe & noctem.] In quibuſdam codicibus. illa dicet tibi, & diem feciſſe ſe & noctẽ.
Epist.5 In alijs. illa dicet tibi ſe & diem feciſſe ſe & noctem, & infra. FVGAMVS & à nobis auertimus.] Scribe in-
Epist.6 uerſo ordine. Fugamus à nobis & auertimus, ex uetere lectione, & infra. OBSERVAVIT illum an ex for-
mula ſua uiueret.] Quidam codices, obſeruauit ut ex formula ſua uiueret, & infra. ¶ Quid me apud hecatonem
Epist.7 delectauerit.] Deſideratur dictio, hodie, ex omni uetere lectione, quid me hodie apud cætera, & infra. QVO-
RVM animi ex longo morbo inficiuntur.] Eadem reficiuntur præfert non inficiuntur, & infra. ¶ Omnia iſta mor-
tes meræ ſunt.] Lego ex eadem. Omnia iſta mortis moræ ſunt, & infra. ¶ Interfectores interfectis iubentur obijci.]
Exemplar Scholaſticum interfecturis habet, non interfectis, & infra. ¶ Vnum exemplum aut luxuriæ aut auaritiæ]
Prior cõiunctio, aut, ſuperfluit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non eſt quod te gloria publicandi ingenij.] Adde uer-
bum, ergo. Non eſt ergo, reliqua ex eadem, et infra. ¶ Si tibi didiciſti.] Scribe. Tibi didiciſti, ut ſuperfluat particu-
la, ſi, ex eadem, & infra.
Epist.8 QVIS QVIS noſtrum tutam agere uitam uolet.] Legendum, neſtrum, non noſtrum,
ex eadem, & infra. ¶ Quod habere nos putamus hæremus.] Corrige, quod habere nos putamus. Habemur, ex ea-
dem, & infra. ¶ Hanc utrum ceſſpes erexerit.] Quidam codices extruxerit legunt, non erexerit, & infra. ¶ Mihi
crede qui nihil agere uidentur maiora agunt, humana diuinaq; tractant.] Scribe, Mihi crede qui nihil uel minora
agere uidentur maiora agunt, quia humana diuinaq; ſimul tractant, ex uetere lectione, et infra. ¶ Adhuc Epicurũ
Epist.9 complicamus.] Bona pars ſcriptorum codicum replicamus præfert, non complicamus, & infra. VNO uerbo cito
noluerimus.] Verbum, cito, aduentitium exiſtimo & uel expungendum ex contextu, uel in locum eius ſubſtituen-
dum, ſcito, aut ſcite, & infra. ¶ Si quis oculum caſu excuſſerit.] Scribe caſu, non caſu, uetus lectio, & infra. ¶ Et e-
rit in minuto corpore & amputato tam lætus quàm in integro fuit.] Quædam exemplaria, & erit imminuto cor-
pore & amputato tam lætus animus quàm integro fuit. Alia ſic, & erit imminuto corpore & amputato tam
lætus quàm quum integer fuit, & infra. ¶ Sed quæ ſibi deſunt num deſiderat? Non deeſſe mauult.] Omnia ſcripta
exemplaria pro particula illa, num, legunt, non, ut putem per tranſpoſitionem uerborum ſcribendum ſic. Quæ ſibi
deſunt non deſiderat, ſed non deeſſe mauult, et infra. ¶ Habes autem nõ tantum amicitiæ uſum ueteris & certe ma-
gnam uoluptatem, ſed etiam initium & comparationem nouæ.] Caſtigo partim ex uetere lectione, partim ex con
iectura. Habes autem non tantum uſu amicitiæ ueteris & certæ magnam uoluptatem, ſed etiam initio & compara
tione nouæ, & infra. ¶ Sed habeat aliquem.] Scribe per minorem ex eadem, ſed ut habeat aliquem, et infra. ¶ Qui
ſe ſpectat & propter hoc ad amicitiam uenit.] Quædam exemplaria, & propter hoc amicitiam init. Illud noſcen-
dum in nonnullis exemplaribus hæc uerba initium præbere epiſtolæ à ſuperiore diſtinctæ, cuius lemma eſt. Quo-
modo aliquis ſibi amicum faciat, & quod niſi ſapientia ſua non ſufficiunt ſiue placent, et infra. ¶ Qui cauſa utilita-
tis aſſumptus eſt] Scribe. Quæ cauſa utilitatis aſſumpta eſt, ex uetere lectione, ut referatur ad amicitiam, et infra.
¶ Et dicet quod Stilbon ille dixit.] Lege, Stilpon, per, p, nõ per, b, ex Suida, Diogene, & reliquis, & infra. ¶ Etiam
ſi hunc diem expunxi] Particula, ſi, ſuperuacanea eſt, & item paulo poſt dictio bona, ex uetere lectione, et infra.
Epist.10 DE ſolitudine uitanda prudentibus.] Scribe imprudentibus, non prudentibus, ex uetere lectione, quam ſcripturam
Epist.12 confirmant uerba ſequentis epiſtolæ. Nemo eſt ex imprudentibus qui relinqui ſibi debeat, & infra. QVOD in-
ter nos ſit.] Scribendum puto. Quid interim nobis ſit? ut mox ante. Quid mihi futurum eſt. Nam uetus omnis lectio
habet. Quid inter nos ſit? & paulo poſt primus legendum, non primum, & infra. ¶ Ego ſum Philoſti utilici filius.]
Exemplaria quædam Philoſiti legunt. Alia Philoſoti. Mallem legeres Philiſti quod græcam magis refert indolem,
& infra. ¶ Cupiditates fatigaſſe ac reliquiſſe.] Fugaſſe quidam codices, non fatigaſſe, & infra. ¶ Vt non improbe
unum diem ſperet.] Negatio, non, ſuperuacanea eſt, ex nonnullis exemplaribus, & infra. ¶ Hic pertinet à natali ad
diem extremum.] Codicum pars pertingit agnoſcit, non pertinet, et infra. ¶ Eſt deinde per ſe annus.] Vetus lectio.
Eſt deinde ipſe annus, & infra. ¶ Cui cognomen Scotino non ſcit orationis obſcuritas.] Legendum reor, Scotinu, ut ſit
genitiuus græcus non ſcotinon, & infra. ¶ Planeta facit iſta non alias contractior, alias productior dies.] Exempla-
ria quædam. Plura habent non Planeta. Alia Pluralitas. Verbum autem, dies, in cunctis deſideratur, & infra. ¶ Et
illis funereis epulis ſe ſepeliſſet, & quaſi ſibi parentauerit.] Vetus lectio breuior, & illis funebribus epulis ſibi pa-
rentauerit, reliqua ſuperuacanea ſunt, & infra. ¶ Quid ni nulla ſi patent undiq; ad libertatem uiæ. Scribe. Quid
ni nulla ſit? Patent undiq; ad libertatem uiæ, ex eadem.

IN LIB. SECVNDVM EPISTOLARVM.

Epist.13 CERTE nunquam uenerint.] Caſtigatiõr uetus lectio. Certe nondum uenerunt, & infra. ¶ Quædam ergo
nos magis torquent. Eadem. Quædam enim nos magis torquent, et infra. ¶ Primum id quia res in contro-
uerſia eſt. Illud legendum, nõ id, ex eadem, & infra. ¶ Satis cito dolebit cum uenerit.] Dolebis legendum ex eadem,
non dolebit, & infra. ¶ Quid facies lucri? Tempus.] Scribe. Quid facies lucri? Tempus. ex eadem, et infra. ¶ Interim
non eſt, meliora propone.] Legendum. Interim dum non eſt meliora propone, ex eadem, & infra. ¶ Si plures habe
bit ſententias metus.] Habebis antiqua lectio præfert, non habebit. Quædam etiam exemplaria habes legunt, non ha
bebit, aut habebis, & infra. ¶ Cum illic nec ſit quicquam mali.] Illi legendum, non illic, ex eadem, et infra. ¶ Et tam
leuibus te remedijs reſocillare] Eadem, ſocillare agnoſcit, non reſocillare, et infra. ¶ Videbimus utrum uenter.] Vi-
debimus utrum uiuat, eadem, & infra. ¶ Et mors iſtam uitam honeſtabit.] Eadem partim iſta legit, non iſtam,
partim non habet omnino hoc uerbum, & infra. ¶ Cicuta magnum Socratem confecit.] Scribendum reor. Cicuta
magnum

magnũ Socratem fecit, & infra. ¶ Qui ſe quàm maxime ad ambitionẽ parent.] Vetus lectio, cũ maxime, non quàm
maxime. Lego tunc maxime, & infra. ET turbã ferarũ quàm in uiſcera cõdat humana] Sunt codices qui ſiccarũ
legant, non ferarũ, & infra. ¶ Et cruces & eculeos] Vetus lectio, culeus, nõ eculeos, & infra. ¶ Gratioſi timeantur
in eo uiri] Verbũ. timeantur, nõ habetur in eadẽ, & infra. ¶ Qui ſiculũ pelagus interdũ etiã plus quàm timere de-
beamus exaſperet] Verba illa, interdũ etiã plus quàm timere debeamus, deſiderantur in eadẽ, & infra. ¶ Rixa eſt
inter cõpetitores] Lege, unde rixa eſt inter cõpetitores, ex eadem, & infra. ¶ Plures competant quàm oderint.]
Sunt codices in quibus occiderint legatur, non oderint. Quid ſi legas. Plures compilant quàm occiderint, & infra.
¶ Quid tum? alter uincere poteſt, melior uincere non poteſt, non poteſt eſſe peior qui uictus fuerit melior qui
uicerit] Sunt exemplaria in quibus ſic legitur ut recitaui. In alijs diuerſo modo. Quid tu alter uincat. Poteſt
melior uincere, non poteſt non peior eſſe qui uicerit. In quibuſdam ita. Quid tibi an alter uincat. Poteſt me-
lior uincere, non poteſt non eſſe peior qui uincit, quæ lectio uidetur rectior modo legatur, non uincit, ſed uincitur,
& ſunt quædam exemplaria ubi ſic habeatur. Quid tu alter uincat. Poteſt melior uincere, non poteſt peior eſſe
qui uicerit, & infra. ¶ Et miſit iratas uoces] Irritas, non iratas omnis priſca lectio, & infra. ¶ Et portan-
dus extra forum traheretur] Scribendum reor deportandus, ſiue exportandus, non & portandus, & infra.
¶ An ſapienti opera perdenda ſit] Quidam codices, an ſapientiora opera perdenda ſit, ut fortè ita reſtitui
poſſit, an ſapienti opera. P. R. impendenda ſit, & infra. ¶ Sed tu quid accidere in medio mari credis] Scri-
bendum ordine uerborum permutato, ſed quid tu accidere, reliqua ex uetere lectione, & infra. ¶ Propoſitum
eſt aliena laudare] In quibuſdã codicibus, dare legitur, non laudare, & infra. QVODLIBET ex his elige uſu
ſit facile] Vetus lectio quẽlibet ex his elige uſu rudem facilem, & infra. ¶ Imminere libro aut tabulis aut pugilla-
tibus] Verba illa, aut tabulis, non habentur in eadẽ, & infra. ¶ Vt non reſoluatur, ſed ut remittatur] Scribe, ut
nõ reſoluatur, ſed remittatur, ex eadẽ, et infra. ¶ Quod ſi uelis deinde quemadmodũ ambules diſcere] Scribendũ
cum diſtinctione. Quod ſi uelis. Deinde quemadmodũ ambules diſcere. Ita erit ſenſus apertior, & ſauet etiã uetus
lectio, & infra. ¶ Fac in ciues conuitiũ] Plerique codices non legunt in ciues, ſed uicinis. Codices emendatiores,
utijs, & infra. IN ID ualebit] In id latus modeſta, agnoſcit omnis uetus lectio, non in id ualebit, & infra. ¶ De-
traxit tibi non puſillum negocium mercedula & munus gratum ad hæc beneficia accedet] uitiatiſſimus eſt locus.
Scripta exemplaria modo, unum græcum legunt ubi ſcriptum eſt, munus gratum, modo unus Græcus, ut fortè ita
legi poſſit. Detraxit mihi non puſillum negotium mercedulæ unus Græcus ad hæc beneficia accedens, ut pro uno
Græco Epicurum accipias, à quo has ſententias Lucillio debitas mutuabatur Seneca, & infra. ¶ Te ipſum ipſe
anteceſiſti] Verbum, ipſum, ſuperfluit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ecce hic ultimus dies] Scribe. Ecce
hic ultimus dies eſt ex eadẽ, & infra. COTIDIANA meditatione] Sunt codices qui legant non meditatione,
ſed lectione, & infra. ¶ Nec tamen longis] Nec tã longis uetus lectio, & infra. ¶ Quod iã de te ſtem habeã non-
Epist.14 dum fiduciam] Particula illa tam, non habetur in quibuſdam codicibus. In alijs habetur, ſed deſideratur, quod,
& infra. ¶ Vt aliqua oblectatione conſumatur dies] Nonnulla exemplaria, ut cum aliqua oblectatione conſu-
matur dies, & infra. ¶ Si aut conſilium meum deus occupauit] Sed aut conſilium cætera quidam codices, &
ſi tolerabilis etiam eſt prior lectio, & infra. ¶ Aut ſi repentina aut ſubita dominantur] Vetus lectio, aut ſi
repentina uis & ſubita dominatur, & infra. ¶ Si bene te noui circumſpicies] Circumſpexiſti eadem, non cir-
Epist.15 cumſpicies, & infra. ¶ Retrahe te à uanis] Scribe. Retrahe ergo te à uanis, & infra. VT ſufficere nihil
agenti poſſit] Quædam exemplaria, officere, pro ſufficere legunt. Alia ut ſufficere in hoc agenti poſſit. Alia ut
ſufficere hoc agenti poſſit, & infra ¶ Cum aliqua conclamatum eſt] Vetus lectio, cum aliqua ui conclamatum
Epist.17 eſt. Scribendum reor, cum alicubi conclamatum eſt, & infra. ¶ Bene mori non uetat] Legendum uetet, non
uetat, aliàs claudicabit ſenſus, & ſic præfert uetus lectio, & infra. ¶ Aut ex mercede compendium] Quidam
codices, aut ex merce compendium, & infra. ¶ Illud quoque paupertatem nobis grauem fecerat] Verbum,
quoque tollendum, ex uetere lectione, & infra. QVO maxime ciuitas deſudat] Eadem, quum maxime ciui-
tas deſudat, & infra. ¶ Grabbatus ille ferus ſit. Scribe] Grabatus ille uerus ſit, ex eadem, & infra. ¶ Inci-
pe cum paupere habere commercium] Scribe paupertate, non paupere, ex eadem, & infra. VTINAM ti-
Epist.18 bi quidem ſeneſcere contigiſſet] Verbum, quidem, non habetur, in quibuſdam codicibus, nec male, & infra.
¶ Nunquam erit tempus] Scribe, nunquam erit tempus deſinendi, ex uetere lectione, & infra. ¶ Minora erunt
Epist.19 omnia & affatim implebunt] Scribe, ſed affatim implebunt, non et affatim implebunt, ex eadem, & infra. ¶ Et
auida felicitas eſt alienæ auiditati expoſita] Iteranda coniunctio, & : Legendumq;. Et auida felicitas eſt & alie-
næ auiditati expoſita, ex eadem, & infra ¶ Quantum ad ſucceſſum acceſſerit accedat & metus] Scribe ac
cedet ad metus, non accedet & metus, ex eadem.

IN LIB. TERTIVM EPISTOLARVM.

CVM illum inquit uidi nudum] Verbum, inquit, deſideratur in uetere lectione, & infra. ¶ Nec ſcio ego
Epicuri angelus ſi pauper cætera] Emenda, nec ſcio inquit Epicurus ſi iſte pauper cætera, ex eadem, &
infra. ¶ Ineſt illis ſine qua nihil eſt cætera] Deeſt coniunctio, enim, ut ſit. Ineſt enim illis cætera, ex eadem, & in-
Epist.20 fra. SVIS literis incidiſſe] Eadem partim legit indidiſſet, partim indicaſſet non incidiſſet, & infra. ¶ Non ir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epist.22 ritant inquit hi hortuli fumem] Verbum, inquit, desideratur in quibusdam exemplaribus, & infra. ET quidem prudentiores quàm ipse sum ad quos soleo deferre si quid delibero] Quidam codices, sunt, legunt: non sum. Alij diuerso in totum modo hoc pacto. Equidem ad prudentiores quàm ipse sum soleo deferre si quid delibero, & infra. ¶ Ideſt si uerum affectum eorum inſpicias] Exemplaria nonnulla, & si uerum affectum cætera, & infra.

¶ Vitæ deſiderio laboramus] Cum in fine uitæ deſiderio laboramus, antiqua lectio. Corrigendum existimo,

Epist.23 quorum in fine uitæ deſiderio laboramus, & infra. EORVM mote qui fluminibus innatant] Quidam codices, eorum more quæ fluminibus innatant, & infra. ¶ Ex quibus alios leuior unda detimuit] Alia, non alios ijdē, & mox infra ubique ita eſt corrigendum, & infra. ¶ Torrens impetus deiecit in mare] Proiecit in aliquibus legitur codicibus, non deiecit. Fidelior mihi uidetur lectio deuexit, & infra. NVNQVID ultra quicquam cor-

Epist.24 pori timendum eſt] Non corpori, ſed illi, quidam præferunt codices. Alij fidelius illi, & infra. ¶ Vt beneficio eius nihil anteferendum] Deſunt tres dictiones ex omni uetere lectione. Legendumq; ita, ut beneficio eius nihil ante ferendum timendumue ſit, & infra ¶ Quod facere te moneo ſed ſcio certe feciſſe] Particula, ſed, eradenda, ex eadem, & infra. ¶ Mors nos aut conſumit aut exuit] Exemplaria quædam non exuit habent, ſed emittit: cui

Epist.25 lectioni fauet uerbum ſtatim ſequens, emiſſis, & infra. ¶ Vel ad mortis uel ad uitæ patientiam. At in utrumque emonendi ac firmandi ſumus] Vetus lectio, uel ad mortem uel ad uitæ patientiam, aut in utrunq; emonendi enim ac firmandi ſumus, & infra. ¶ Sed non temere, nec cum procurſu capiendus eſt impetus] Particula, nec, deſide-

Epist.26 ratur in quibuſdam codicibus, & quidem ut ſentio recte, & infra. OMNIA nobis mala ſolitudo perſuadet.] Vitia legunt nonnulla exemplaria, non mala, & infra. PROSIT ne habituro aliquid ſi quicquid nolim, quicquid non poſſim non poſſe me gaudeo] Locus uitiatiſſimus, uerbis partim redundantibus, partim deficientibus, nec in ullo alio maior exemplarium diſſonantia, diſcuſſis igitur & diligenti cenſura perpenſis ſcriptorum codicum uerbis hanc lectionem elicio. Proſint ne habituro quæ uelim. Atqui ſi nolim quicquid non poſſe me ſcio gaudio, &

Epist.27 infra. ¶ Quā in finē ſuū natura ſoluente dilabi] Vetus lectio delabi, nō dilabi, & infra. ¶ Totā uitam tracta] Legendum cenſeo, tota uita tractata. Nam & exemplar Facundi & Primitiui tractata præfert, non tracta, & infra. Finire iam uolebam] Fidelior uetus lectio. Deſinere iam uolebam, & infra. ¶ Exſpecta me puſillum] Dictio, me, deſideratur in nonnullis exemplaribus, & infra. ¶ Putas me non dicere unde ſumpturus ſum mutuum] Puta ſcribendum, non putas ex uetere lectione, & infra. HOC denique tibi circa diem mortis præſta] Aliquot codices. Hoc denique tu tibi ante diem mortis præſta, & infra. ¶ Dimitte iſtas uoluptates turbidas magno leuandas] Scribendum puto luendas, non leuandas, & infra. ¶ Tam properanter quàm ille Troianos & Achiuos perſalutabat.] Sic prior æditio. Corrigo ex exemplari Facundi & Primitiui, tam perperā tribus quàm ille Troianos, reliqua, & infra. ¶ In quod ipſe neceſſe eſt uigiles ipſe laborem tuum impendas] Caſtigatius uetuſta lectio, uigiliam habet, nō uigiles, & infra. ¶ In medio uerſu excidebat] Verbo, nō uerſu, eadem agnoſcit, & infra. ¶ Vt grāmaticos haberet

Epist.28 analectos] Eadem analectas habet, nō analectos, quam lectionē etiam Rhodiginus agnoſcit, & infra. MAGIS quis uenerit quàm quo intereſt] Veneris eadem non uenerit, & infra. ¶ Inquire in te] Eadem. Inquire te in te.

IN LIB. QVARTVM EPISTOLARVM.

Epist.29 ET in ipſa deſperatione extrema remedia tentet] Malim legere, ſed in ipſa deſperatione, cætera, & infra.

Epist.30 NEQVE cum audirem bis dicentibus] Vetus lectio, neque cum audirem ab bis dicentibus, & infra.

Epist.31 MINVSQVE ſibi uinci ac ſtringere permiſerint] Sic prior æditio. Quædam exemplaria, minusq; ſibi uitia conſurgere permiſerint, & infra. ILLE prudens atq; artifex] Nonnulli codices. Prudens artifex tantum legunt, & infra. ¶ Laborem ſi non recuſes parum eſt poſſe] Corrige. Laborem ſi non recuſes parum eſt. Poſce, ex uetere lectione, & infra. ¶ Deum in humano corpore hoſpitem] Scribe Deum in humano corpore hoſpitantē, ex eadem, & infra. NON conuerſari cum diſſimilibus] Præpoſitio, cum, in omni antiqua lectione deſideratur, & infra. ¶ Diducimus illam in particulas ac lancinamus] Eadem laniamus agnoſcit, non lacinamus, &

Epist.32 infra. ¶ Nemo ſibi contigit] Contingit, eadem: non contigit, & infra. ITAQVE pars magna bonitatis eſt uelle fieri bonum] Verbum, Itaq;, redundat ex eadem, & infra. ¶ Cuius acta diſcordant] Aliquot codices, cuius diæ-

Epist.35 ctis acta diſcordant, & infra. SI tamen re quoq; ipſa lætus eſſe uolo] Vetus lectio. Sed tamen re quoq; cætera.

IN LIB. QVINTVM EPISTOLARVM.

Epist.36 DENIQVE nihil illi iam liberum eſt ſpopondit] Vetus lectio, deniq; nihil illi iam liberum eſſe ſpopondit, & infra. ¶ Nec neceſſe eſſet in id comparari] Scribe. Nec enim opus eſſet cætera, ex eadem, & infra.

Epist.37 SACRAMENTO ligatus es. Deridebit ſi quis tibi dixerit] Eadem non ligatus agnoſcit, ſed rogatus, ut ſit rogatus pro interrogatus. Codex tamen Franciſcanus decipit legit, non deridebit, quod non diſplicet quia paulo poſt ſequitur, nolo te decipi, & infra. ET effuſæ audiente populo] Vellem legeres audienti, non audiente, & infra. ¶ Idem facit ratio] Oratio ſcribe, non ratio, ex uetere lectione, & infra. QVAE non effudit una, ſed

Epist.33 præmit & urget] Eadem, quæ non effundit imò præmit & urget. Exemplar Pincianum notatum habet in margine legendum eſſe, quæ non effundit una uox ſed præmit & urget, quàm lectionem probo, quia ſubijcit ſtatim. Plura enim ueniunt quàm quibus uox una ſufficiat, & infra. ¶ A quo Romana eloquentia exiluit] Quidam

Epist.40 codices exuit, non exiluit, & infra. SED etiam de iactura] Vetuſta lectio, ſed etiam ubi de iacturâ, & infra.

Epist.42 ¶ Perdidiſti poſtquam ſaciatus es] Perdis, non perdidiſti eadem habet recte, nam iteratur confeſtim idem uerbū

Epist.43 perdis, & infra. GVBERNACVLVM quod naui alteri magnum alteri exiguum eſt] Scribendum ex eadem.

dem. Gubernaculum quod alteri naui magnum eſt, alteri exiguum eſt, & infra. Eo tibi die diligentius uiuendum eſt] Codex Franciſcanus addit compluſcula uerba, hoc pacto. Quanto diligentius uita tua, pro honoris faſtigio quæritur, tanto tibi diligentius uiuendum eſt, & infra. SI ad uetera te reuocas] Verbum, te, ſuperuacaneum eſt, ex uetere lectione. Epist.44

IN LIB. SEXTVM EPISTOLARVM.

Epist.45 VELLEM inquis magis conſilium mihi quàm liberos dares] Locus manifeſte præpoſtere ſcriptus. Lego.

Epist.47 Vellem inquis magis liberos mihi quàm conſilium dares, & infra. EX his qui ad te ueniunt] Scribendum à te, non ad te, ex uetere lectione, & infra. ¶ Eruditam manum fruſtra excutit] Quidam codices, eruditam manum in fruſta excitat, & infra. ¶ Tu tam illum ingenuum uidere potes quàm ille te ſeruum] Lege commutatis dictionibus. Tam tu illum uidere ingenuum potes, quàm ille te ſeruum ex uetuſtis exemplaribus, & infra. ¶ Itaq; inquit prorſus colant] Scribe. Ita inquam prorſus colant ex eiſdem, & infra. ¶ Verberibus multa admonentur] Vetus lectio, uerberibus multa amouentur. Puto corrigendum, uerberum mulcta amouetur. Quid ſi legas. Verberibus muta admonentur ſeu amouentur, & infra. ¶ Sic exardeſcunt, ſic ſæuiunt] Sic excandeſcunt ſic ſæuiunt, eadem, & infra. ¶ Diutius te me morari nolo] Verbum, me, redundat ex eadem, & infra. ¶ Et permanent] Con

Epist.48 iunctio, &, non habetur in eadem, & infra. IN diuerſum. Ecce ſapientia & ſtultitia diſcedunt] Error in ordine. Lege per maiorem. In diuerſum ecce ſapientia & ſtultitia diſcedunt, ex eadem, & infra. ¶ Quod in re tam ſeria ſenes ludimus] Superfluit uerbum, quod, ex eadem. Illud notandum in pleriſq; antiquorum exemplarium

Epist.49 connecti hanc epiſtolam cum ſequente, & unam eſſe, non duas, & infra. FIDEM præſta quantum potes. Ergà mi Lucili reducte ab iſtis exceptionibus] Erratum eſt in ordine & diſpunctione uerborum. Corrige, fidem præſta. Quantum potes ergo mi Lucili cætera, & infra. AVT ſeruuli familiaris amiſſio] Admiſio credi-

Epist.50 derim legendum potius quàm amiſſio, & infra. ¶ Nobis ſatis reſiſtentem] Quædam exemplaria, non ſatis reſiſtentem, & infra. ¶ Aetatis noſtræ portio eſt] Scribe. Aetatis noſtræ bona portio eſt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aduerſus hæc me doce, aliquid afferne mortem fugiam.] Corrigo, aduerſus hæc me doce aliquid. Effice ne mortem fugiam, ex eadem.

IN LIB SEPTIMVM EPISTOLARVM.

Epist.52 AETNAM & illum nobiliſſimū Siciliæ montem] Coniunctio, &, ſuperuacanea eſt in pleriſque exēplaribus, et infra. ¶ Et aſpicere tot genera cymbarū] Verbū aſpicere, deſideratur in uetere lectione, altioquin aſpiceret legendū erat, & infra. ¶ Quam tibi unam noctem anxius ipſe duxiſſet] Scribendum, quod in una nocte manu ſua ipſe duxiſſet, ex eadē, & paulo poſt extirpa, nō exturpa legendū, & infra. SED quomodo aut quando

Epist.53 nos ab illa reuellemus] Poſterius pronomē, nos, redundat ex eadē, & bona pars exēplarium reuellemur legit, non reuellemus, & infra. ¶ Quoſdam ait Epicurus ad ueritatē ſine ullius adiutorio exiſſe, feciſſe ſibi ipſos uiam] Exemplar Facundi & Primitiui. Quoſdam Epicurus ait ad ueritatem contendere ſine ullius adiutorio. Ex ſe feciſſe ſibijpſis uiam. Quid ſi legas, ex his ſe feciſſe ſibi ipſi uiam. Nam Epicurus gloriabatur authore etiam Cicerone nullo uſu fuiſſe præceptore. Tanto magis quod ſecundæ notæ exemplum attulit Metrodorum tertiæ Hermachū, ut ueriſimile ſit primæ notæ exemplum non fuiſſe prætermiſſurum, & infra. Alterum puram aream accepit] Scribendum arbitror. Alterum dura area accepit, & infra. ET homini exhortationibus tacitis] Deeſt uerbum, ſcilicet, ut fit, & homini exhortationibus tacitis, ſcilicet, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nihil cogito de die tuto] Epist.55

Epist.56 Scribendum toto, non tuto, ex eadem, & infra. ET de ignauiæ uitio uitando] Lege, & de ignauo ocio uitando, ex eadem, & infra. ¶ Debilitatem nobis induxere delitiæ] Indixere non induxere, eadem, & infra. ¶ Amicitiæ Aſinij Galli] Scribe, amicitia, non amicitiæ, ex eadem, & infra. ¶ Et altera uſq; in occidentē tenet] Coniunctio, &, ſuperuacanea eſt, ex eadem, & tenetur, non tenet legunt pleraq; exemplaria. Quid ſi legas torretur, non tenetur, & infra. ¶ Prata bona medius riuus diuidit] Prior æditio. Prata noua medius riuus diuidit. Exemplar Facundi & Primitiui. Platanos medius riuus diuidit. Exemplar Franciſcanum. Plata noua medius riuus diuidit. Lego. Platan ona medius riuus diuidit, & infra. ¶ Manus ad parata porrigitur] Quidam codices priuata, non parata, & infra. ¶ Vt Baias neget] Baiis, non Baias ſcribendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Animus eſt qui ſibi commen-

Epist.57 dat omnia] Verbum, ſibi, deſideratur in emendationibus exemplaribus, & infra. CVM in aliquem inertē & hac plebeia functione contentū incidi] Scribendum exiſtimo alipten, non aliquem, & unctione codex meus familiaris habet, non functione. De alipte Iuuenalis, cuius uerba mire cum uerbis Senecæ congruunt, & infra. ¶ Si uero Pellicrepus ſuperuenerit] Pelicerpus, non pellicrepus legunt duo antiqua, & correctiſſima exemplaria, ut ſit qui pilos euellit, & infra. ¶ Tabulas experitur & tibias] Legendū forte non tabulas, ſed tubas, & infra. ¶ Animum non cogo ſibi intentum eſſe] Scribe. Animum enim cogo ſibi intentū eſſe, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et ſerrarium uicinū] Ferrarium, eadem, non ſerrarium, & infra. ¶ Et ideo ad rerum actus exercitandi] Legendū ex eadem, excitandi, non exercitandi, & infra. ¶ Ad uocē ex accidenti erigitur] Eadem ad uocē & accidentia erigitur, & infra. ¶ Arietata in arma agminis denſi] Inter, nō in, eadem, & infra. ¶ Et carere conuitio] Quidā codices conuictu, non conuitio, & infra. ¶ Et experiri & exercere me uolens] Prior cōiunctio, &, redundat, & uolui le-

Epist.58 go non uolens, utrumq; ex uetere lectione, et infra. ET tantum luti tota uia fuit] Eadem, ſed tantum luti tota uia fuit, et infra. ¶ Non ut nos per tenebras uideamus] Pronomē nos non habetur in eadem, et infra. ¶ Itaque et uultū adducet ad triſtitiā] Caſtiorē lectionē putamus abducet quā adducet, & infra. ¶ Vigiliariū ruat an mons] Vetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectio uigilarium, non uigiliarũ, & infra. ¶ A deo non effectus sed efficientiã timor spectat] Sunt exemplaria quæ non efficientiã, sed efficatiã præferunt. Opinor scriptũ fuisse, adeo non effectum, sed effectus causam timor spectat. Deinde librariorũ inscitia duas dictiones in unã coaluisse, scilicet effectus causam in efficatiã siue efficientiã, et infra. ¶ Permanere non posse] Corrigendũ reor permeare non posse. Sequitur enim quia nõ fuerit illi exitus liber.

IN LIB. OCTAVVM EPISTOLARVM.

Epist. 59 CICERONEM auctorem huius uerbi habeo] Castigandum existimo. Ciceronem auctorem usta uerbiha beo, quod sequentia monstrant, & infra. ¶ Natura continens fundamentum omnium] Naturã, non natura pleraq; legunt exẽplaria, et infra. ¶ Sed id si necesse est ponã quod esset] Ex uetere lectione lege, sed ita necesse est ponã quod est, et infra. ¶ Esse aliquid genus et speciem] Sic prior æditio. Eadẽ. Esse aliud genus esse et speciem, & infra. ¶ Canis est species] Verbũ, est, nõ habetur in eadẽ, & infra. ¶ Quædã anima carent] Eadem. Sed sunt quædã quæ anima carẽt, et infra. ¶ Primũ genus Stoicis quibusdã uidetur. Sed quare uideatur subijciã] Exemplar corre ctissimũ Facũdi et Primitiui loco illius particulæ, sed, habet, quod, ut sit legendũ. Primũ genus Stoicis quibusdã uide tur, quod. Quare uideatur subijciã, hoc sensu. Visum esse Stoicis primũ genus non esse, quod est, quia natura cõpie ctatur, ettiã quæ non sunt, sed tantũ, quod, et infra. ¶ Quæ sunt interrogas. Proprie Plato ideas uocat] Vetus lectio. Quæ sunt interrogas? Propria Platonis supellex est. Plato ideas uocat, & infra. ¶ Ex quibus omnia quæ sunt fiunt.] Secus eadem, ex quibus omnia quæcunq; uidemus fiũt, et infra. ¶ Eorũ quæ naturaliter fiunt] Eadẽ, eorũ quæ natu ra sunt, et infra. ¶ Exẽplar picturæ tuæ habeo] Scribe, te, non tuæ, ex eadẽ, et infra. ¶ In idem flumen bis descendã mus, & nõ descendimus] Bona pars exemplariũ breuius. In idẽ flumen bis descendimus, ut putẽ legendũ addita ne gatione. In idẽ flumen bis nõ descendimus. Sententia Aristoteli et alijs memorata, et infra. ¶ Tanq semper futura ac semper habituri] Vetus lectio, tanq aut semper futura, aut semper habituri, & infra. ¶ Hac ratione uitiũ corporis uincat] Scribe, ac, nõ hac, ex eadẽ, et infra. ¶ Potest tamẽ aliquatenus nostra quoq; prouidẽtia prorogare huic cor pusculo morã] Scribendũ reor, posse tandẽ aliquatenus nostra quoq; prouidẽtia longiorẽ prorogari huic corpuscu

Epist. 60 lo morã. et infra. ¶ Vtrũ fex uitæ hæc sit] Scribe, utrũ ea fex sit, reliqua tollẽda ex uetere lectione, et infra. OPI nione fälsi boni immoderatã et immodicã] Legendũ, opinione fälsi boni motã immoderatã et immodicã, ex eadem, et infra. ¶ Inuenio tamen tralationes uerborũ, ut nõ temerarias, ita nõ indecoras. Ita quæ periculũ sui fecerint] Bre uius pleriq; codices. Inuenio tamen tralationes uerborũ, ut non temerarias ita quæ nõ periculũ sui fecerint. Alij sic. Inuenio tralationes uerborum, ut nõ temerarias, ita quæ periculũ sui fecerint, et paulo post mouet, scribe, nõ mouet, et infra. ¶ Namq; ut suprema fälsa inter gaudia noctẽ egerimus. Nosti eos totã luxuriari noctẽ inter fälsa gaudia. Et quidẽ tanquã suprema agunt] Lego. Namq; ut suprema fälsa inter gaudia noctẽ egerimus nosti. Omnẽ luxurioſi no

Epist. 62 ctem inter fälsa gaudia, et quidem tanquã suprema agunt, ex uetere lectione, et infra. QVIA quãdiu futurum hoc sit nõ minus pendo] Quidã pro uerbis illis, nõ minus pendo, nemini pando legunt. Quid si scribas nõ animi pendeo,

Epist. 64 uel certe minimi pendo, et infra. DESINE beneficiũ naturæ male interpretari] Omnis antiqua lectio, fortunæ ag nosceit, nõ naturæ, quæ scriptura uidetur cõfirmari uerbis sequentibus, maiorem ipsi nobis iniuriã fecimus, quim à fortuna accepimus, et infra. ¶ Quia ab hominibus dictũ est] Omnibus lege, nõ hominibus, ex eadem, et infra. SED

Epist. 65 hæc tamen morbis et temporibus aptãda sunt] Modis legendũ, nõ morbis ex eadem. Indicant id etiã uerba aucto

Epist. 66 ris paulo post. Teras ista oportet et eligas tempus, adhibeas singulis modũ, et infra. ESSE debet ergo unde aliquid fiat. Deniq; à quo fiat.] Scribe. Esse ergo debet unde aliquid fiat. Deinde à quo fiat, ex eadem, et infra. ¶ Nulla sine motu ars, nulla mutatio est] In quibusdã codicibus imitatio habetur, non mutatio, et infra. ¶ Ne hoc quidẽ tempus ut existimas perdo] Lege. Nec ego hoc quidem tempus cætera, ex uetere lectione, et infra. ¶ Quemadmodũ artifi ces ex alicuius rei subtilioris intentione quæ oculos defatigat] Scribendum, quemadmodũ artifices cum alicuius rei subtilioris intentione oculos defatigant, ex eadem. Quidam tamen codices nõ intentione, sed inspectione præferunt. Cui lectioni suffragantur uerba, quæ nõ multo post habentur. Interdices mihi inspectionem rerum naturæ, et paulo ante calcem, et illa de qua modo loquebamur inspectio, et infra. ¶ Et uelut sacramento ligatus] Rogatus, non liga tus, eadem, & infra. ¶ An sæpe nascendum, quo hinc iturus sim] Legendum reor, an sæpe. Nesciam quo hinc iturus sim, & infra. ¶ Et nunc cum hæremus] Vetus lectio, & nunc tamen dum hæremus.

IN LIB. NONVM EPISTOLARVM.

Epist. 67 SCILICET uirtutem incapacẽ augmenti uel decrementi] Vetus lectio, detrimenti, nõ decrementi, cui fauere uidentur uerba quæ sequuntur infra. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implen tur, et infra. ¶ Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus] Eadem, gratior et pulchro ueniens in corpore uirtus. Bona tamen exemplarium pars ita habet ut impressa lectio, et infra. ¶ In similitudinem sui adducit & cingit] Re ctior lectio, in similitudinem sui abducit & fingit, et infra. ¶ Minuuntur cadunt] Mallem legeres eminent cadunt. Nam et quæ sequuntur continuo per oppositum dicta sunt, deteruntur crescunt, exhauriuntur implentur, et infra. ¶ In exitium ipsas sui uerti] Suum, nõ sui, omnis antiqua lectio, et infra. ¶ Libertas, cõstantia, æquanimitas] Libe ralitas, nõ libertas, eadem, et infra. ¶ inter gaudium et dolorẽ inflexibilemq; patientiam] Exemplar Frãciscanum, inter gaudium et dolorũ inflexibilem patientiã, et infra. ¶ Plurimum quãtum ad illa] Vetus omnis lectio, plurimũ inter illa, & infra. ¶ Naturalis animi remissio] Scribe, naturalis est animi remissio, ex eadem, et infra. ¶ Alterius in gaudio positi, alterius inter tormenta fortissime stãtis] Exemplar peruetus et correctum, unius in cõuiuio iacen tis, alterius inter tormenta fortissime stãtis, et infra. ¶ Ergo tuã quoq; uirtutem nõ magis laudabis] Scribe. Ergo tuã quoq;

quoq; uirtus nõ magis laudabilis, ex uetere lectione, et infra. ¶ Quàm breuem aut modicum] Lege quàm breuem et modicum, ex eadem, & infra. ¶ Falsa multum habent uani] Scribendum. Illa fälsa multum habent uani, ex eadem, & infra. ¶ Quã multo reparata sanguine.] Castigãdum censeo, quã multorum parta sanguine, et infra. ¶ Vi quadã & patientia educta] Exemplar Franciscanũ, ui quadã patientiæ inducta, & infra. ¶ Maiora esse alijs possunt] Idẽ exempla possent agnoscit, non possunt, & infra. ¶ Et ut calamitatẽ fortiter ferat] Particula, ut, redundat ex uetere lectione, & ultra. ¶ Vt male laxandos articulos exoletis meis porrigam] Nonnulla exemplaria, laxandos tantũ ha bent: nõ, male laxandos. Alia rectius malaxandos, hoc est molliendos à uerbo græco tractũ. Hoc melius quàm malaci zandos, & infra. NONDVM me cõmitto frigido ueri] Exemplar Franciscanum, ãcri legit, non ueri, & infra. Epist. 68

¶ Adhuc uigor est eius in frigore] Corrigendum puto, adhuc rigore eius infringor, & infra. ¶ Itaq; maior pars in uestimentis degitur] Scribendũ reor, nõ uestimentis, sed stramentis: hoc est in cubili. Sequitur enim quod me lectulo affixit, & infra. ¶ Quasi colloquor tecũ] Colloquar, nõ colloquor uetus lectio, & infra. ¶ Omniũ nostrorũ fortem tolerantiam] Scribe tormentorũ, non nostrorũ. Tum ex uetere lectione, tum quod subijcit tormentorum fortis pa tientia, & infra. An feliciter, quod agis?] Quidem, nõ quod, eadem, et infra. ¶ Si non præcepto ad exemplũ] Exem Epist. 69

plar meum, si non præcepto at exemplo, & infra. ¶ Depono hoc apud te] Depone quidem codices, non depono, & infra. ¶ Atq; etiam aliud proposito tuo nomen impone, ualitudinem & imbecillitatem uocato desidiam] Vetus lectio. Atqui aliud proposito tuo nomen impone. Valitudinem & imbecillitatẽ uocato & desidiam, & infra. ¶ Tanti est ab hominibus uinci] Inuerte dictiones. Est tanti ab hominibus uinci, ex uetere lectione, etsi nonnulli codices præ ferant omnibus non hominibus. ¶ Plus habeo gratiæ] Habet, non habeo in eadem inuenies. Illud notandũ putare me ordinem uerborũ hoc loco perturbatũ haberi, legendaq; esse omnia ad hunc modum. Ille clientũ turba. Cuius turbæ par esse non possum plus habet gratiæ. Est tanti ab hominibus uinci dum à me fortuna uincatur, & infra. Iam dispu tauit] Quid si legas. Iam dispumauit, quia subdit primo feruore adolescentiæ, est enim metaphora sumpta à musto, & infra. ¶ Hoc est breuis huius boni tempus] Verbũ, breuis, nõ habetur in uetustis codicibus, et infra. NEDVM Epist. 70

si tã breue tẽpus per interualla discindimus.] Exẽplar antiquũ, nedum si tam breue tẽporis interuallũ discindimus.

IN LIB. DECIMVM EPISTOLARVM.

ET quemadmodũ Vergilius noster ait in mari terræq; urbesq; recedunt] Erratum in ordine uerborum. Lege. Et quemadmodum in mari ut ait Vergilius noster terræq; urbesq; recedunt, ex uetere lectione, et infra. ¶ Stul Epist. 71

titia est timore mortis mori] Eadem addit compluscula uerba hoc pacto. Stibi commodaret stultitia esset. Stultitia est timore mortis mori, & infra. ¶ Quam illo seculo quisquam sperare poterat, at ipse quum æger à senatu cætera] Lego ex eadem, quam illo seculo quisquã sperare poterat, aut ipse ullo. Quum æger à senatu cætera, & infra. ¶ Non sane frequentibus obsequijs] Exemplar Facundi & Primitiui, exequijs legit, non obsequijs, & infra. ¶ Vtrum con sciscaret mortem] Vetus lectio, utrum consciscaret sibi mortem, & infra. ¶ Alia enim exercent fortasse in superua cuum] Exercentur legendum non exercent, ex eadem, & infra. ¶ Nunquam à nobis exiget huius uirtutis experi mentum] Scribo contra omnia exemplaria exegit, non exiget, quia præcedit permansere diuitiæ et sequitur super stites fortuna seruauit, & infra. Huius unius rei usum qui excitet dies ueniet] Exemplar Franciscanũ exigat habet, nõ excitet rectissime, dixerat enim paulo ante, nunquã à nobis exegit huius uirtutis experimentũ, et infra. ¶ Cumq; cõmodo mori non licuisset] Non cõmodo, sed quo modo omnia scripta exemplaria præferunt, ut putem omissum fuisse librariorum incuria uerbum aliquod necessarium ad cõplementum sententiæ, & infra. ¶ Et in præclusis fau Epist. 72

cibus spiritum elisit] Præpositio, in, superuacanea est, ex eisdem, & infra. ERGO consilium sub die nasci debet.] Venustior lectio antiqui exemplaris sub diem, quàm sub die, et infra. ¶ Summũ est quod honestum est] Scribe. Sum mum bonum est quod honestum est, ex omni antiqua lectione, & infra. ¶ Qui animum minuta docendo dimittunt] Legendum demittunt, non dimittunt, ex eadem, & infra. ¶ Et hanc summam dixit esse sapientiam] Coniunctio, et, superuacanea est ut reor, & uerbum sequens, inquit, mutandũ in, inquã. Bisq; idem admissus est error, msi nos potius erramus, & infra. ¶ Eodem natura demittit] Omnis uetus lectio dimittit, & infra. ¶ Rigidari quidẽ amplius inten di non potest] Exemplaria pleraq; cũ impressa lectione rigidari præferunt. Alia rigida est, ut considerandũ lectores habeant, an ita legi cõmode possit. Rigida esse amplius non intendi potest, et infra. ¶ Nec quæ illa quidem fiunt] Ve tus lectio, nec quæ ab illa quidẽ fiunt, & infra. ¶ Qui supra fortunã extat] Scribe, quàm qui supra fortunã extat, ex eadẽ, & infra. ¶ Vbi ergo est origo calamitatis. Vbi illud malũ uerũ est] Scribendũ. Vbi ergo est calamitas? Vbi il lud uestrũ malũ est? ex codice antiquo, & infra. ¶ Si ista animũ detrahunt] Distrahunt, non detrahunt, in eodem ha betur codice, & infra. ¶ Omnia quæ uirtute contracta sunt] Quædã exemplaria cõtenta sunt, præferunt: non con tracta sunt, & infra. LIQVEBAT mihi si rem edicerem per se, sed diu non retentauit memoriam meam] Exem plar Franciscanũ, liquebat mihi sic rem edidiscerã, sed diu non retentaui memoriam meam, & infra. ¶ Quædam Epist. 73

enim sunt quæ posses & incise scribere] Codex Facundi & Primitiui non incise legit, sed in circo. Alij in cisio, quam lectionẽ probo, est enim cisiũ genus uehiculi gestatorij auctore Nonio Marcello, nec posses, legendũ, sed posis, et in fra. ¶ Sapientis uerò cõtexitur gaudiũ, nulla rumpitur fortuna] Vetus lectio. Sapientibus uerò cõtexitur gaudium. Nulla rumpitur causa. Nulla fortuna, & ultra. ¶ Aliquo incõmodo afflatur] Melior lectio aliquando, quàm aliquo, & infra. ¶ Hæc est etiam quæ æterna cõmendet] Veteres codices. Hæc etiã est quæ externa cõmendet, et infra. ¶ Ad rapinam alterius erecti & attoniti] In quibusdam exemplaribus, attenti habetur, non attoniti, et infra. ¶ Quam nõ quidem attigerunt] Contigerunt uetus omnis lectio, non attigerunt, & infra. ¶ Cũ medios quoq; sequatur fructus suus] Prior æditio fluctus, non fructus, quod non displicet: quia præcessit, iã in portu sunt. Scripti quoq; codices eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epist. 74 lectionē agnoscūt, et infra. ANIMOSIVS à mercatore quā à uectore.] Adde cōiunctionē, ⁊, ut sit ⁊ animosius
Epist. 75 reliqua ex eisdē, et infra. ILLA uerò maxima est ex omni mortaliū populorū turba miserorū.] Emenda. Illa uerò
maxima ex omni mortaliū populo turba miserorū, ex eisdē et infra. ¶ Circa premiū rixa est.] Primū, nō premiū, eā-
dem, et infra. ¶ Aliquos spes uana delusit] Lege inuadendiq; aliquos spes uana delusit, ex eisdē, et infra. ¶ Aut inde
fallimur] Omnia quæ legerim exēplaria ita habēt præter unū Frācisceanū in quo legitur, aut decipimur aut fallimur,
et infra. ¶ Quicūq; beatū esse se cōstituet] Vetus lectio. Quicūq; beatus esse cōstituet, et infra. ¶ Et ut lingua nostra
loquar producta.] Coniunctio ⁊, nō habetur in eadē, et infra. ¶ Nisi tēperatur præmit] Corrige, nisi tēperat premit
ex eadē ⁊ infra. ¶ Ad cōuersationē uniuersi pertinere] Scribe conseruationē, nō conuersationē, ex eadem et infra.
¶ Quod negatis ullū esse aliud honesto bonū] Legendū, quod negatis ullū esse aliud ab honesto bonū. Alia exempla-
ria, quod negatis ullū esse aliud bonū quā honestū et infra. ¶ Quare si amicū bonū amisi] Si sustinetur particula, qua
re, per interrogationē legatur sententia necessū erit ut sit responsio. Si amicū bonū amisi, sed in antiquissimo ⁊ cor-
rectissimo exemplari diui Franc. quod subinde aduoco nō habetur, quare, et infra. ¶ Quod si quæris] Scribendū per
interrogationē. Quid sit quæris? ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Quid illos quoq; bonos fecerat uirtus] Lego, quod il-
los bonos fecerat uirtus, ex eadē, et infra. ¶ Non facit collectio amici sapientiorē] Amicorū lege, nō amici, ex eadē, et
infra. ¶ Siue circa senectutē finitus est] Citra legendū, nō circa, ex codicibus Pinc. ⁊ Facun. ac Primit. et infra. ¶ Et
Epist. 76 nullo actu pigritia.] Corrige, ⁊ in ullo actu pigritia, ex uetere lectione, et infra. MVLTVM tamē operis impen-
di uerbis nō oportet.] Legendū operæ, non operis, ex eadē, et infra. ¶ Quid aures meas scalpis, quid obiectas. Aliud
agitur. Vrendus, secādus, abstinēdus sum] Scabis, nō scalpis: ⁊ abscindendus, nō abstinendus in quibusdā habetur ex-
emplaribus, et infra. ¶ Postq̄ hæc animū implicuerūt ⁊ perpetua eius mala esse cœperunt] Nōnulli codices. Hæc cū
semel ceperunt animū implicuerūt, ⁊ perpetua eius mala esse cœperunt, ⁊ infra. ¶ Assidua ⁊ uetus ptysim] Legen-
dum reor phthisim, nō ptysim, ⁊ mox paulo proficere, nō præfecere, et infra. ¶ Iam nō sollicitatur libidine, sed tole
rat etiā nūc ambitionē] Sic prior æditio, Corrigendū. Iam nō sollicitatur libidine etiā nūc ambitionē senit, ex uetere
lectione, etsi quidā codices legāt. Iā nō sollicitatur libidine, at etiā nunc ambitione, et infra. ¶ Optima ⁊ noxa carētia
expectant nos, si ex hac aliquādo fece in illud euadimus sublime ⁊ excelsum. Tranquillitas animi est expulsis errori
bus absoluta libertas.] Scribe. Optima noxa carēt. Expectat nos si ex hac fece in illud euadimus sublime ⁊ excelsum
tranquillitas animi ⁊ expulsis erroribus absoluta libertas, ex collatione ⁊ diligenti excussione ueterū codicū, et in-
fra. ET quidē quintū iā diē habeo ex quo in scholā eo] In nōnullis exēplarib. equidē habetur, nō et quidē, sed omnino
Epist. 77 suspecta mihi tota hæc lectio, mallēq; legeres sic, ⁊ quidē quintus iā dies abijt ex quo in scholā eo: etsi nullus antiquus
codex faueat, et infra. ¶ Si hoc unū senectutē meā decet] Scribendū reor dedecet nō decet, ⁊ infra. ¶ Metrona cliēs pe
tenti domū] Petentib. nō petēti uetus lectio, ⁊ infra. ¶ Illud qui dē factū est et hoc ingēti studio quis sit pitaules bonus
iudicatur] Casliga. Illud quidē ingenti studio quis sit pitaules bonus iudicatur, reliqua superuacanea sunt, ex eadē. ⁊
iudicatur] Casliga. Illud quidē ingenti studio quis sit pitaules bonus iudicatur, reliqua superuacanea sunt, ex eadē. ⁊
infra. ¶ Honor afferetur] Casligatū exemplar offeretur habet, nō afferetur, ⁊ infra. ¶ Vnū est bonū quod honestū]
Lege, unū enim est bonū quod honestū, ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Et ut in artū quæ dicta sunt cōtrahā] Particula,
ut, redundat, ex eadē, ⁊ infra. ¶ Et sapor uinū] Cōiunctio, ⁊, delenda ex eadē, et infra. ¶ Quare sortia dorso iumē
ta sint quæris] Quā legendū, non quare, ex eadem, ⁊ infra. ¶ Nec cui argenteū rostrū est] Scribe, nec cui argenteū,
aut aureū rostrū est, ex eadē, ⁊ infra. ¶ Velox ⁊ nō sentiens uentū] Expende an sit aptior lectio uelox et cōsentiens
uento, ⁊ infra. ¶ Etiā si statim facturus hoc eris] Lege, etiā si nō statim facturus hoc eris, ex uetere lectione, ⁊ infra.
¶ Interdū ex re pulcherrima] Scribendū puto per maiorē. Interim ex re pulcherrima, ⁊ infra. ¶ Sed ille quoq;] Le
ge per maiorē. Sed ⁊ ille quoq;, ex uetere lectione, et infra. ¶ Et parū grate existimatio ciuiū respondebit tibi.] Ista
omnia extra opus meū sunt] Corrige, ⁊ parū grata existimatio. Respondebit tibi, Ista omnia extra opus meū sunt,
ex eadem, ⁊ infra ¶ Cum basi illum sua metire, paruus pumilio licet in monte constiterit] Corrigendum ex eadem,
cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit, ⁊ infra. ¶ Sciebam hæc mihi resta-
re] In quibusdam codicibus notatum inueni in margine legendum esse, Nesciebam, nō sciebam. Sed potest tolerari sci-
ebam, si legatur per interrogationem ducentem ad negationem.

IN LIB. VNDECIMVM EPISTOLARVM.

Epist. 78 NONENIM certus numerus quē debeas explere finitur] Emendandū reor. Nō enim certus numerus cete-
Epist. 79 ra! ut sit interrogatio, ⁊ infra. NON minus me hercule quā capitis ipsius, sed quo incitatior est] Vetus lec-
tio. Nō minus me hercule quā capitis ipsius si incitatior est, et infra. ¶ Animū deducit à corpore] Diducit uerior lec-
tio, quàm deducit, ⁊ infra. ¶ Corpus tuū ualetudo tenet] Dictio, tuū, superuacanea est, ex uetere lectione: genera-
lis est enim sententia. Exemplar Facundi ⁊ Primit. Corpus cū ualide tenet, ⁊ mox paulo moratur scribe, nō moran
tur, ⁊ infra. ¶ Quantūlibet sit illud] Nōnulli codices, quantulū licet sit illud, ⁊ infra. ¶ AN omnis tempestas atq;
Epist. 80 mare illud cōtorqueat] Aeque nō atq; uetus lectio: etsi quædā exemplaria legāt: an omnis tēpestas atq; flatus mare ū
lud cōtorqueat, et infra. ¶ Quicqd illo freti turbine] Sunt codices in quibus nō habeatur uerbū freti, et infra. ¶ Quod
aliquādo longius nauigantibus soleat ostendi] Scribe solebat, nō soleat, ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Fumo quoq; per
diem segnior] Legendum puto, segniore, non segnior, ⁊ infra. ¶ Foratum pluribus locis solū] Quædam exempla-
ria perforatū legunt, non foratū. ⁊ infra. ¶ Retractaturus ingenij tui uires] Retracturus omnis prisca lectio, non
retractaturus, ⁊ infra. ¶ Detrahat assidua uis ignium] Expende an legendum sit deterat potius quàm detrahat.
⁊ infra. ¶ Nō ruina inferius adducet] Vetus lectio abducet agnoscit, nō adducet, et infra. ¶ Circa quas detiluerat]
Apud

Apud quas delituerat, emendatiores habent codices, et infra. ¶ Nunquid non opinio eius emicuit] Vetus lectio eni-
tuit habet, non emicuit, ⁊ post paulo enituisse, nō emicuisse, ⁊ infra. ¶ Qui uoluissent per eadem ire uestigia] Ad-
denda cōiunctio, ⁊, ut sit, ⁊ qui uoluissent cætera, ex eadem, et infra. AD sphæromachiā auocauit] Scribendum Epist. 81
arbitror, sphyromachiā, non sphæromachiā, hoc est calciū siue talorū pugnā, ut sequentia uidentur probare. si cor-
pus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua ⁊ pugnos pariter ⁊ calces non unius hominis ferat, ⁊
infra. ¶ Non alleuabatur uelū] Alleuabitur uetus lectio, nō alleuabatur, et infra. ¶ Qui nobis partes quas male aga
mus assignat] Scribe, qui nobis partes has quas cætera, ex eadē, et infra. ¶ Latius incedit] Scribendū reor, laxius,
nō latius, ⁊ infra. ¶ Quod de aliis loquor] Emendatiora exemplaria. Quid de aliis loquor? ut sit interrogatio, ⁊ Epist. 82
infra. FOEneratorē nō fugat à foro coactor] Quædā exemplaria nō coactor habent, sed tortor ut legendū putē, co
ctor, qui aliàs dicitur decoctor, ⁊ infra. ¶ Quamuis iniuriæ præponderent: tamē beneficijs donetur cū quod ex in-
iuria supereſt plus nocuit, sed prius profuit] Scribendū per maiorē. Quamuis iniuria præponderet: tamē beneficijs
donetur quod ex iniuria supereſt. Plus nocuit, sed prius profuit, ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Vtiq; dum prope sibi
est reddere beneficiū ⁊ pensare ab accepto] Exemplar Facundi ⁊ Prim. utiq; dum propè est ab accepto, reliqua
superfluūt, ⁊ infra. ¶ Quantū aūt existimas interesse, utrū aliquis quod dederat receperit, uel quod præstauit sum
pserit] Vetus lectio, ⁊ breuior, ⁊ correctior. Quantū aūt putas interesse, utrū aliquis quod deerat, sed quod præ-
stabat sumpserit, reliqua non habentur, et infra. ¶ Etiam si multum erit, sed si id donari salua pietate ac fide poterit,
remittet] Scribe per maiorē. Etiā si multū erit, etsi id donari, cætera ex castigatissimo codice, et infra. ¶ Quàm qui
cū maxime obligatur] Lege ex exemplari diui Pauli Pinciani, quàm qui accipiens cū maxime obligatur, ⁊ infra.
¶ Et illa crescunt mora] Videtur scribendū. At illa crescunt mora, ⁊ infra. ¶ Nostrū enim hoc bonū quemadmodū
iustitia nō est, ut uulgo creditur ad alios pertinens] Corrigendū reor mutato uerborū ordine. Nostrū enim hoc bo
nū est, non quemadmodū iustitia ut uulgo creditur ad alios pertinens, ⁊ infra. ¶ Nec ulla miseratio contingit his
qui patiuntur iniurias] Legendū existimo, cū patiuntur, non qui patiuntur: aliàs nullū elicies sensum, ⁊ infra. ¶ Ne
mo si ingratus est nō miser erit, non differo illū, statim miser est] Corrigendū ex codice Franciscano, reliquos enim
deprauatos inuenio. Nemo si ingratus est miser erit. Non differo illum. Statim miser est, ⁊ infra. ¶ Quod peßimum
ex illa est, ⁊ ut ita dicam spißißimū] Legendū reor, peßißimū, non spißißimū, formauit enim superlatiuū à super-
latiuo, ut apud Græcos primißimus, optißimus, cætera, ⁊ infra. ¶ Illud aūt uenenū] Verbū, aūt, tollendū, ex uetere
lectione, ⁊ infra. ¶ Sed nec quærit cui imputet casum] Dele uerbū, sed, ex eadem, ⁊ infra. ¶ Et hoc facit quod qui
post tabulas accepto quidem præstauerant usurā. Vel hi remittunt uel tabulas nouas soluunt] In duobus fidelißimis
exemplaribus Franciscano et Facundi ac Primitiui multa ex his uerbis non habentur ni fallor rectißime. Legitur in
his ad hunc modū. Et hoc facit quod qui post tabulas nouas soluunt, reliqua desiderantur, ⁊ infra. ¶ Cogitamus non
quid impetratum, sed quid petendum sit] Scribe impetrandū, non petendū, ex exemplari diuæ Mariæ Salmanticen
sis, ⁊ infra. ¶ Sic ⁊ in hoc fidem populo demus] Vetustum exemplar, sic ⁊ hoc fidei populi credamus, ⁊ infra.
¶ Quam me beneficij uiolati pudere] Sic plerique habent codices castigatiores, quàm beneficij oblati pudere, ⁊ in-
fra. NVNC sic excipe] Fidelius in quodam antiquo exemplari. Nunc sic accipe, ⁊ infra. ¶ In superabili loco stat Epist. 83
animus] Scribe. In insuperabili loco stat animus, ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Laudatur non exilium, sed qui hoc
non doluit] Scribendum. Laudatur non exilium, sed is qui patienter tulit, ex eadem. Sunt tamen exemplaria in qui-
bus legitur. Laudatur non exilium, sed qui non doluit quamuis isset, pro quo fortasse reportendum, sed qui nō doluit
cum exulasset, ⁊ infra. ¶ Sed etiam cum persuaseris istas fabulas esse] Scribe ista, non istas, ex exemplari correcto
⁊ prisco, ⁊ paulo ante territat, non terreat habet uetus lectio, ⁊ infra. ¶ Et ab re suspecta ac periculosa fugiat.]
Malim legeres fuget quàm fugiat, ⁊ infra. ¶ Non ibis audacior si mala illa esse credideris] Scribe audentior, non
audacior, repetit enim Vergilianum uerbū, sic etiam agnoscente uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Nec uictoriam sperant
nec reditum] Scribe, sperantes, non sperant ex castigatissimo codice. In quo etiam sunditus legitur paulo post, non
futurus, et infra. ¶ Ne Python quidem uulnerabilis erat] Scribendum censeo ne Python quidem inuulnerabilis erat,
etsi arbitror hæc uerba Senecæ nō esse, sed studiosi Senecæ uerba reflentis, exēplo Pythonis qui fuerat ab Apolline
sagittis confectus, quæ uerba postea per errorem à librarijs in ordinem contextus tracta fuerunt.

IN LIB. DVODECIMVM EPISTOLARVM.

SIC interuenit dico non tanquā aliquando discedat] Tolle negationem, non, ex uetere lectione, ⁊ infra. ¶ Bre Epist. 84
uissimo somno utor, ⁊ quasi interuigilo] Eadem interiungo habet rectissime, non interuigilo, ⁊ infra. ¶ Sed
sanè si hoc senserit] Verbum, si, delendum, ex eadem, ⁊ infra. ¶ Tam creditum est illi Cimbro] Corrige, tam cre-
ditum est Tullio Cimbro, ex exemplari Franciscano, ⁊ ex ipso Seneca paulo post, præterq; Suetonio, Appiano, Plu
tarcho, ⁊ aliis, ⁊ infra. ¶ Ebrius ex quo semel factus fuit] Codices correcti, ebrius ex quo semel factus est fuit, ⁊
⁊ infra. ¶ Extendi in plures dies illum ebrij habitū] In quibusdam exemplaribus uerbum, dies, desideratur, in qui-
busdā pro eo, uires, substitutum leges, et infra. ¶ Et intellecto facinore mori uoluit. Certe eruit omne uitiū ebrietas
⁊ incēdit ⁊ detegit] Verba illa, Certe eruit, aliter habētur in uetere lectione. Quædā exēplaria. Certe diruit. Exē
plar diuæ Mariæ. Certe deliuit. Quæ lectio propius ad ueritatē accedit. Scribēdū enim puto per minorē, ut legatur
cōiunctim ad superiora certe delituit, ⁊ referatur ad Alexandrū, qui occiso Clito cōspectū hominū ueritus domi se
multos dies cōtinuit ad cōfirmandū pudorē auctore Curtio, et infra. ¶ Vallatur enim exasperaturq; sanitas mentis]
Exēplaria quædā uallatur agnoscūt, ut habēt impressi codices. Alia uiolatur. Codex diuæ Mariæ Sal-
mātic. bellatur, ut ferè adducar legi posse belluatur, hoc est in belluæ naturā trāsit, et infra. ¶ Nā cū sæpe apud se nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt consuetudine insaniæ durata] Corrige. Nam cũ sepe apud se non sint ubi consuetudo insaniæ durata est, ex exemplari Facundi et Primitiui, & infra. ¶ A LEctionibus receßit] Scribe, à lectione nõ receßi, ex codice Fráciscano. Epist. 85
Cæteris cum impreßis conuenit, & infra. ¶ Inuicem hoc illo cõmutandum est] Cõeandum, non cõmutandũ omnis habet antiqua lectio, & infra. ¶ Et alterũ altero temperandum] Maior codicum pars reprarandum legit, non temperandum, & infra. ¶ Etiam si alicuius in te cõparebit similitudo] In correcto exemplari Quod si alicuius cætera retius, & infra. ¶ Ne intelligi quidẽ posse si magni uiri] In nonnullis codicibus, ne intelligi quidem posse si magni uiri ingenium est, & infra. ¶ Nec enim omnibus quæ ex quoq; uelut exemplaria traxit] Variant hic codices. Quidam legunt ex æquo, non ex quo. Alij exemplari, non exemplaria. Alij struxit agnoscunt, nõ traxit. Ex hac dissonantia lectionũ cõmodam aliquã excogitato ingeniosus lector, et infra. ¶ Vt unitatem cũ illa petant] Quædam exemplaria, & in unitatem illa cõputat, & infra. ¶ Et cauea uenatoribus cincta] Exemplar Facundi & Primitiui, non uenatoribus legit, sed æneatoribus pulcherrimè, & infra. ¶ Quam ne se post alium] Vetus lectio, quã ne alium post se. Sunt tamen codices in quibus uerbũ, alium, redundat, & infra. ¶ Si is cui inuidetur & inuidet] Coniunctio si, superuacanea est, ex antiquo codice, et infra. ¶ Tranquillißimasq; res & simul amplißimas pete] Deest uerbũ, eius, tranquil-
Epist. 86 lißimasq; res eius & simul amplißimas pete, ex uetere lectione, & infra. QVOD si sanũ uoces leuiter febricitantem] Scribe. Quid, non Quod, ex eadem, & infra. ¶ Idem enim negat nunquã utrtutẽ esse sine uoluptate] Scribe, unquam, non nunquam, ex eadem, & infra. ¶ Aut si stulti & amentis est mala non timere] Scribendum per maiorẽ. At si stulti & amentis est cætera, ex eadem, & infra. ¶ Inter lymphaticos metus numera] Eadem numerat habet, nõ numera, & infra. ¶ Si ex interuallo quo magis tormenta sentiat repetitur] Quid si legas, referitur, non repetitur, & statim. ¶ Et persiccata uiscera recens dimittitur sanguis] Vetus lectio, exsiccata, siue aßicata. Itẽ existimo legendum, demittitur, non dimittitur, & infra. ¶ Non in effectu tunc maximus] Legendum per maiorem & abstq; negatione. In effectũ tunc maximus, ex eadem, & infra. ¶ Osculatur tigrim suus custos] In quibusdam codicibus legitur. Osculantur tigres suos custodes, & infra. ¶ Elephantem minimus & æthiops iubet subsidere in genua] Dele coniunctionem, & paulo post adde illam, ut scribatur & ambulare per funem, ex uetere lectione, et infra. Vbiq; horrenda cum ad hunc peruenere mansueta sunt] Eadem. Quæcunq; horrenda ad hunc peruenere mansueta sunt.

IN LIB. TERTIVMDECIMVM EPISTOLARVM.

Epist. 87 QVAEDAM oblectabilia senescenti] Vetus lectio. Quædã oblectamenta senectutũ, & statim ante insitionibus legendũ puto, non insationibus, & infra. ¶ Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma in libertate] Antiquus codex. Aut Scipio Romæ esse non debebat, aut Roma in libertate. In aliis. Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma sine libertate, sed prior lectio magis probatur, & infra. ¶ Quid putas illo soluisse malitiam labore uirum] Sic prior æditio. Legendũ reor. Quid putas illos oluisse, militiam, laborẽ, uirũ, ut paulo post Pastillos Rucillus olet. Vt uerba illa. Quid putas illos oluisse? interrogatio sit eius qui antiquorũ sordes improbabat. Senecæ autẽ respõsio sit. Militiã, laborẽ, uirũ. Posset etiã legi uires, nõ uirũ, et infra. ¶ Annuo tẽpore ista ponenda sunt] Corrige, an uno tempore ista ponenda sint, ex exemplari Franciscano, & infra. ¶ Relicto tantũ capite ipso ex quo illæ pependerant] Castigatior lectio cuiusdam antiqui codicis, relicto tantũ capite uno ex quo cætera, et infra. ¶ Quas necesse est teneras adhuc & precario hærentes] Prior æditio & omnes quos legerim scripti codices, cæteras habẽt, nõ teneras: uno excepto in quo, cereas legitur, nõ cæteras rectißimè, & infra. ¶ Parũ aũt arboris antequã obruat radix] Sic in omnibus inueni exemplaribus, sed radit, scribendũ, nõ radix, ex his quæ sequuntur datur intelligi, et infra. ¶ Grandis copiæ sunt] Forte, grandiscapiæ sunt, ut sit grandiscapiæ dictio cõposita, hoc est grandis capitis: nam si separatim
Epist. 88 copiæ legas quare adderet, ut ita dicã, & infra. NONDVM audeo frugalitatẽ palã ferre] Quædam exemplaria proferre legũt, nõ ferre, & infra. ¶ Quia magnus Calẽdarij liber uoluitur] Rectior uetus lectio, euoluitur, et infra. ¶ Et cũ omnia dixeris pauper est] Scribe per maiorẽ & absq; cõiunctione. Cũ omnia dixeris pauper est, eadem, & infra. ¶ Quẽ tã necessariũ Ro.po. hercule profuit nasci quàm Scipionẽ] Eadẽ, quẽ tã R.P. fuit nasci quàm Scipionẽ, reliqua desiderantur. Exẽplar tamẽ quoddã profuit habet, nõ fuit, & infra. ¶ Et hippoperis quidẽ impositis, ut fecit utilia portaret] Puto legendũ non utilia, sed utensilia. Nã non ita post subijcit: partim enim sarcinæ ab utroq; latere dependentes occupabant, & infra. ¶ Cursores & Numidas & multũ ante se pulueris agentẽ] Emendatißimũ exemplar, agentibus legit, nõ agentẽ, recte ut referatur ad trossulis, nõ ad Catonẽ, et infra. ¶ Cultior imitatiorq; quàm M. Cato uideretur] Comitatior, nõ imitatior legendũ, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ab ipso Catone defrictũ Stare potest uerbũ defrictũ, ut illud, nã multos qui fricabat consul factus est, sed ueteres codices legunt destrictũ, unde strigiles dictæ, & infra. ¶ Quod bonũ est facit musicũ] Aliqua exemplaria, quod bonũ est bonos facit musicos, & infra. ¶ Ab eo inquit quod est bonũ] Maior codicũ pars, inquiunt, agnoscit, non inquit, & infra. ¶ Quomodo posuerimus quod bonũ est musico] Corrige, quomodo posuerimus quod bonũ est in musica, ex uetere lectione, & infra. ¶ Etiã nunc facere his me planius uolo] Castigandũ ex eadẽ. Etiamnum facere id planius uolo, & infra. ¶ Nec cupit nimis nec expauescit] Lege, aut cupit nimis aut expauescit, ex eadẽ, et infra. ¶ Chelidonius ex Clepatræ mollibus] Aliqui codices, Cheledon unus ex Cleopatræ mollibus, & infra. ¶ Cui cõtingit habere rem nõ quamlibet hunc non quemlibet dixeris] Breuior uetus lectio. Cui cõtingit habere nõ quælibet, hunc nõ quemlibet dixeris, & paulo post, accessionẽ legi pro accessione, ex eadem, & infra. ¶ Verũ est quod cõtemptißimo] Scribe. Verum est ergo quod cõtemptissimo cætera, ex eadem, et infra. ¶ Necesse est ut recipiat sacrilegium reliqua] Verbum, ut desideratur in antiquo codice, et infra. ¶ Quo quid fieri portentuosius potest] Legendum portentosius, ex uetustis codicibus, et infra. ¶ Prorsus persuasimus] Forte legendum, prorsus persuasi sumus, et infra. ¶ Dißimillima enim utriusq; rei cõditio est] Cõiunctio, enim,

enim, eradenda, ex uetere lectione, & infra. ¶ Illic lucrũ sine sacrilegio facere non possum.] Corrige. Hic lucrũ cætera. Præceßit enim alterũ illic, ex eadẽ, & infra. ¶ Duas inquit significationes habet propositio nostra.] Vestra legendũ, nõ nostra, ex eadem, & si in aliquibus exemplaribus nõ habeatur omnino ea dictio, & infra. ¶ Et sua cuiq; nocet stultitia.] Scribe, aut sua cuiq; nocet stultitia, ex eadem, & infra. ¶ Essent malũ si per se nocerent.] Eadem. Essent malũ si ipsæ nocerent, & infra. ¶ Bonũ animũ habere.] Scribe, Bonũ animũ habe, ex eadem, et infra. ¶ Græci dicunt sterresin, cum dicunt nõ quod habeat dicitur, sed quod nõ habeat.] Lego. Græci dicunt cata stereſin. Non στέρησιν
quod habeat dicit sed quod nõ habeat, ut uerbũ habeat ad paupertatẽ referatur. Reliqua superuacanea sunt ex eadem, & infra. ¶ Aliter inquit quam debes paupertatẽ intelligis.] Deest cõiunctio, enim. Aliter enim inquit quàm debes cætera, ex eadem, & infra. SYLLABARVM enarratio.] Sic scripta omnia præferunt exemplaria. Epist. 89
Sed cõsiderandũ an enumeratio sit scribendũ, nõ enarratio, & infra. ¶ Si tristem me facit uicinus potens.] Vetus lectio impotens habet non potest rectius. Sunt tamẽ exemplaria quæ præpotens legant, & infra. ¶ Quid immutabilis rei notitia proficiet] Mallẽ legeres proficiã quàm proficies, ut notitia sit casus auferendi, & infra. ¶ Vt ab insidijs tutus essem. Nunquid me crastina nõ fallit hora, fallit enim quod nescienti euenit.] Scribe, ut ab insidijs tutus esses. Nunquid te crastina non fallit hora nec insidijs noctis capieris opacæ, fallit enim cætera, ex uetere lectione, et infra. ¶ His imperitorũ feriuntur oculi.] Feruntur eadẽ agnoscit, nõ feriuntur, hoc est ducuntur, trahuntur, ut illud summi Poetæ, trahit sua quenq; uoluptas, & infra. ¶ Pueriles sunt & aliquid habentes liberalibus simile hæ artes quas eleutheras Græci.] Legendũ puto, sed aliquid, non & aliquid. Itẽ antiqui & emaculati codices, & item impreßi ante germanicã impreßionem nõ eleutheras habent, sed encyclius, hoc est circulares. Ita certe appellat illas apud Græcos ut alios omittam Atheneus, apud nostros Capella Martianus, & cõmuni uulgataq; nomenclatura Græci encyclopædiã uocant, hoc est circularẽ disciplinã. De cuius nominis ratione alia alij, plura Philoponus in posteriora, & infra. ¶ Est aliqua moralis, est aliqua rationalis. Sic & hic quoq; cætera. Tria illa prima uerba, est aliqua moralis, superflua sunt ex nonnullis exemplaribus, & legendum hæc, nõ hic, ex uetere lectione, et infra. ¶ Aliquid nobis præstat geometriæ ministeriũ] Aliquod, nõ Aliquid, exemplar Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Hoc illa altius condent.] Scribe condã, non condent, ex uetere lectione, & infra. ¶ De diuinis humanisq; dicendũ est.] Discendũ, nõ dicendum, eadem, & infra. ¶ Primũ an per se sit aliquid.] Eadem. Primũ an ipsum sit aliquid. Quibusdã tamen exemplaribus conuenit cũ impreßis, & infra. ¶ Deinde an aliquid ante tempus sit, si tempus cum mundo cœperit? an & ante mundũ qua cætera.] Duo emendati codices. Deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore. Cũ mundo cœperit an & cætera, & infra. ¶ Miser erat si tam multa superuacua legisset.] Verbũ, erat, in aliquibus scriptis codicibus non habetur, & infra. ¶ Noli cogitare quantũ temporis tibi auferat mala ualitudo.] Scribe per minorem & lege cũ superioribus, non cogitare quantũ temporis auferat mala ualitudo, ut pronomen tibi superfluũ sit. Alioqui sibi scribendum erat non tibi, ex uetere lectione, & infra. ¶ Parmenides ait ex his quæ uidentur nihil esse nisi unum, & infra. ¶ Omnia negocia de negocio deiecit.] Verba illa, de negocio, in plerisq; exemplaribus non habentur, & infra. ¶ Et megarici & cretici.] Legẽdũ critici, nõ cretici, hoc est siliceret dici iudiciales. Sed id uerbũ receptũ iã à Latinis & latij iure donatũ est.

IN LIB. QVARTVMDECIMVM EPISTOLARVM.

SIMILLIMVM mundo spectaculum.] Lege. Simillimum uel mundo spectaculum, ex codice antiquißimo, Epist. 90
& infra. ¶ Et sic à nobis aspicienda.] Scribe, erit à nobis aspicienda, ex antiquo exemplari, & infra. ¶ Quia causæ diuinorũ humanorumq; partes sunt.] Exemplar Franciscanũ, quia causæ diuinorũ humanorũ pars diuinorũ sunt, & infra. ¶ Illud quasi constet.] Omnis emendatior lectio, constitit, non cõstet, & infra. ¶ Nec iustus homo esse sine studio sui potest.] Corrige. Nec uirtus aũt esse sine studio sui potest, ex uetere lectione, & infra. ¶ Sed ad uirtutẽ uenitur per ipsam] In eadem uerbũ, sed, non habetur, recte, & infra. ¶ Sed eam accessionem esse] Eũ legendũ, non eã, ut referas ad locũ, ex eadem, & infra. ¶ Ipse elementis locus] Elementi eadem, nõ elementis, & infra. ¶ Hãc analyticã, illã topicã placuit appellari.] Eadem aliter præter Græcis literis. Hanc dialecticen. Illã Rhetoricen placuit appellari, & infra. ¶ Analytica in duas partes diuiditur] Dialectice in eadẽ scriptũ est Græcis characteribus, non Analytica, et infra. ¶ Itaq; in eo loco finẽ faciã.] Eadem. Itaq; hoc loco finem faciã, & infra. ¶ Quousq; arationes uestras porrigetis ne prouinciarum quidem statione contenti.] Scribendum. Quousq; orationibus uestris fines uestros porrigetis, cætera ex eadem. Sed legendũ puto satione, non statione, & infra. ¶ Per priuatũ decursus] Deest uerbũ, est, per priuatum decursus est, ex eadem, & infra. ¶ Nisi trans Adrianum & Ionium.] Adriam, nõ Adrianũ, eadem recte. Res est nota. Ideò confirmationibus supersedi, & infra. ¶ Quam uultis late possidere?] Scribe, possidete, non possidere, nec est ulla in uerbis interrogatio, ex eadem, & infra. ¶ Non contenti solo nisi quod manu feceritis.] Scribendum, nec contenti solo cætera, ex eadem, & infra. ¶ Quantulum enim ex istis epulis quæ per tot cõparatis manus.] Lege, ex eadem. Quantulum enim est quod ex istis epulis quas per tot cõparatis manus, & infra.
PHILOSOPHIAE aũt quod bene uiuimus.] Remoue uerbũ, aũt, ex eadem, & infra. ¶ Pro certo deberetur.] Epist. 91
Lege per minorẽ cũ præcedentibus, pro certo haberetur, ex eadẽ, & infra. ¶ Cuius scientia nulli dederunt.] Vlli habent, nonnulli antiquiora duo exemplaria, & infra. Et sapientia quod in se optimũ habet.] Superuacanea est, cõiunctio, et, ex eisdẽ, et infra. ¶ Inter septẽ æui sapiẽtia notus] Scribe notos, nõ notus, ex castigatis exẽplaribus. Posset etiã legi, inter septẽ æui illius sapientes natus, et infra. ¶ Nec illi fabricæ asserã gloriã] Illã lego, nõ illi, ex uetere lectiõe, et infra. ¶ Ante architectores fuisse] Nõ architectores, sed architectonas, præfert eadẽ literis græcis quanq̃
male

Universidad de Deusto
Biblioteca

male deliniatis & uacillantibus, & infra. ¶Et ferro per designata currente.] Scribe, serra, non ferro, ex eadē, & infra. ¶Nō enim tecta cœnationū epulas receptura parabātur.] Scribe. Nō enim tecta cœnationi epulū receptura parabantur, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶Et in procliue dispositā] Idē exemplar deposita legit, nō dispositā, & infra. ¶In summo uenas iacentes liquefactas fudisset.] Liquefacta, nō liquefactas, ex eodē scribendū, & infra. ¶Ipsa tales inueniunt.] Ista mallem legeres, quàm ipsa, & infra. ¶Et animo humū expectante.] Sunt codices in quibus uerbū, animo, nō habetur, et infra. ¶Quæ si audire humanū genus uoluerit] Scribe Quā, nō Quæ, ut referas ad naturā, ex uetere lectione, & infra. ¶In delitijs laboratur etiā] In delitias laboratur, eadē. In qua uerbū, etiā, nō habetur, & infra. ¶Facilē actū uitæ daret] Legendū fortasse. Facilē ac tutā uitā daret, & infra. ¶Nos ista pernitiosa, nos misera.] Corrige. Nos ista preciosa. Nos mira, ex uetere lectione, & infra. ¶Itaq; hinc textorū, hinc fabrorū officinæ sunt.] In quibusdam codicibus, nō hinc habetur, sed huic, nō minus cōmoda lectione, et infra. ¶Separata coire cogantur] Castiga, sspata coire cogantur, ex omni antiqua lectione, et infra. ¶Textricū quoq; artem à sapientibus dixit inuentā.] Textrini lege per minorē, nō Textricū recte, ut non multo post, sutrinū, & infra. ¶Quod lato pariunt insecti pectine dentes] Sic legitur in omnibus scriptis exemplaribus, sed feriunt, esse legendū, nō pariunt docet Ouid. in 6. Metamor. unde hi uersus desumpti. Quos notandū in eodē Ouidij 6. aliter haberi. Inseritur mediū radijs subtegmen acutis, Quod digiti expediunt atq; inter stamina ductū Percusso feriunt insecti pectine dentes, nisi forte Seneca ex cōmodo suo illos concidit, & infra. ¶Proscissum aratro solū & inter aratrū.] Legendū reor, nō inter aratrū, sed iteratū, & infra. ¶Et sæpius regeruntur.] Legendū credo reteruntur nō regeruntur, præcesit enim attritū, & infra. ¶Omnia hæc quidē inquit sapiens inuenit.] Error in ordine uerborū. Corrige, ex codice Facundi & Primitiui. Omnia hæc inquit sapiens quidē inuenit, & infra. ¶Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit.] Corrige. Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit, ex uetere lectione, & infra. ¶Quia homines sunt non quia sapientes.] Lege qua, non quia utrobiq;. Nam & statim subijcitur, qua uelox est, nō qua sapiens, & infra. ¶Qui cursu omnes anteibit.] Dictio, qui, tollenda, ex uetere lectione, & infra. ¶Aliquē uitriariū ostendere.] Vitrariū, nō utriariū, legi in antiquo exemplari, quod & uidetur exposcere analogiæ ratio. Præterq; grammaticos quosdā id magis approbare uideo, & infra. ¶Qui uix diligenti manu effingerentur] Vetus lectio, qui uix diligentia manuū effingerentur, & infra. ¶Quemadmodū ebur molliretur.] Sic quidem legunt omnes scripti codices. Sed poliretur existimo legendū, nō molliretur, & infra. ¶Non quia sapiens erat.] Corrigendū ut ante admonui, non qua sapiens erat, adstipulante etiam uetere lectione, & infra. ¶Sed illa quæ nullum bonum putat.] Scribe, sed de illa quæ nullum bonum putat, ex eadem, & infra. ¶Tam inter diem illis quàm noctem patebant prospectus huius pulcherrimæ domus.] Castigo. Tam interdiu illis quàm noctu patebat prospectus huius pulcherrimæ domus, ex eadem. ¶Et ut ita dicam à dijs recentes.] Sunt exemplaria quæ recedentes habeant, non recentes, & infra.

Epist. 92

LVGDVNVM quod ostendebatur in Gallia quæritur.] Codex antiquus non quæritur habet, sed quæri, & infra. ¶Validissimos ptysis] Phthisis legendū, nō ptysis, ex uetere lectione, cuius uitij & antea admonui, & infra. ¶Qui diem dixit horam momentumq; temporis euertendis imperijs sufficere.] Puto reclament li. et omnia exemplaria desiderari in his uerbis negationem, non, legendūq; qui diem dixit, non horā momentumq; temporis cætera. Quā sententiam mutuatus uidetur Seneca à Phalereo Demetrio, qui cū legisset apud Euripidem diuitias rem esse diuriam, sufficereq; uel unicam diem ad alleuanda quæ depressa sunt, uel è cōtrario reliqua pronunciauit ab Euripide recte dicta, nisi quod non diem fuit dicturus, sed momentum. Auctor est Plutarchus in consolatione ad Appollonium, et infra. ¶Si tanto tēpore reparārentur cuncta quanto finiuntur.] Emendatiora exemplaria. Si tanto tempore perirent cuncta quanto fiunt. Alia, si tam tarde perirent cuncta quàm fiunt, & infra. ¶Ornamentumq; prouinciarū quibus & inserta erat & excepta.] Considerandum an sit cōmodior lectio prouincialium quàm prouinciarū, & infra. ¶Ac speculas ad humilem arenam deduxit. Vetus lectio, ac speculas ad humile deduxit, et infra. ¶Omnibus exitus manet] Eadem, omnes exitus manent, & infra. ¶Siue interna ui flatuq; præclusa uiolenti.] Eadem, siue interna uis flatuq; præclusa utolenti. Sed expendendum an sit aptior lectio præclusi, quàm præclusa, & infra. ¶Siue torrentium in abdito uastior obstantia effregerit.] Vastorum lege, non uastior, ex eadem, & infra. ¶Felicitatis urbis inimicus.] Puto desiderari hoc loco principis. C. Caligulæ nomen, quem infensissimum extitisse urbis successibus auctor est Tranquillus, & infra. ¶Ætas ne homini quidem extrema deducta.] Vetus lectio. Aetas ne homini quidem extrema. À Plauto deducta. Alij codices non à Plauto habent, sed à Plano. Alij. À Planco recte Eusebius in Chronicis. Munacius inquit Plancus Ciceronis discipulus orator habetur insignis, qui cum Galliam comatam regeret Lugdunum condidit, & infra. ¶Nihil horum dedignandum est.] Legendum indignandum, non dedignandum, ex eadem, & infra. ¶Tam Ardea capta quàm Roma capta est.] Eadem. Tam Ardea capta quàm Roma est, & infra. ¶Discede inquit ambitio. Omnium quæ terram premunt seruus miles esto.] Corruptissima uerba, nec in ullo scripto codice castigatiora. Minus uitiosa ni fallor futura si sic legantur. Discede inquit ambitio. Omnium quæ terram premunt seriem unam esse. Quandoquidem in uetere lectione fere miles habetur, non seruus miles, & infra. ¶Ista de quibus quæris omnibus eadem sunt.] Quæreris, non quæris, uetus lectio, & infra. ¶Nisi fama uicisset.] Eadem tussisset agnoscit, non uicisset, & infra. ¶Cum ne morti quidem hæc apud nos noceat.] Scribendum puto, ne morti quidem hi apud uos noceant, ut pronomen hi, referat rumores. Nam dictio, cum, in omnibus antiquis codicibus propalam desideratur, & infra. ¶Et hoc malam molitionem habet.] In eisdem sic ut recitaui habetur, sed legendum puto, & hæc malam amolitionem habet, hoc sensu, mortem quoq;

quoq; sicuti insaniam, & alia huiusmodi amolitionem habere sed malam, hoc est amoliri homines illam, sed decipi. Non enim ut creatur malum est nemine id experto. Ab amoliendo amuleta dicta quæ circa collum aut in brachijs gestari solent gratia amoliendi fascinationes morbosue. Græci phylacteria uocant, hoc est ut sic dicam seruatoria. Dioscorides & alij, & infra. ¶Is inquam beatus quē nulla res.] Deest uerbum, est, Is inquam beatus est quem nulla res, ex uetere lectione, & infra. ¶Si ueritas tota perfecta est.] Scribe, Si ueritas tota perspecta est, ex eadem, & infra. ¶Vides autem quale sit, & te non esse contentū cætera.] Sic prior æditio. Corrige. Vides autem quale sit sole te non esse contentū, ex exemplari domestico reliquis hoc loco deprauatis. Corroborant hanc emendationem uerba sequentia. Quod potest in hac claritate solis cætera, & aliquanto post. Paulo ante dicebam igniculum nihil conferre lumini solis, & infra. ¶Liber ad conspectum uniuersi.] Inspectum, non conspectum, uetus lectio, et infra. ¶Tam discors inter se iunctura corporum.] Corporis, non corporū legendū, ex eadem, & infra. ¶Sanctissimæ intemperans usq; ad indigesta.] Eadem ingesta agnoscit, non indigesta. Quid si legas intemperans æque ac iniusta, et infra. ¶Nónne petas illas.] Elegantior antiqua lectio, non petes illa? & infra. ¶Hoc unū bene elegi.] Scribēdum elegi, non elegi, & mox paulo cœna, non cœno, ex eadem, & infra. ¶Ego de corpore quoq;] Lege Ergo, nō Ego, ex eadem, & infra. ¶Summū enim bonū non sequitur] Emenda, summū tamen illud bonū non sequitur, ex eadem, & infra. ¶Non esse miserū etiam beatū.] Scribe, non esse miserū, esse etiam beatū, ex eadem, & infra. ¶In quanto libet tempore bona æterna consumat.] Quantulo, non quanto, eadem, & infra. ¶Et habitu manente suo.] Manentem legit eadem, non manente, ut referatur ad aspectū. Legendum item, sed, ut puto, non, &, & ultra. ¶Vt in perfecto Huic malitiæ uis quædam inest.] Scribendum reor mutata literarū quantitate. Vt imperfecto uiro huic malitiæ uis quædam inest, ut sit malatiæ pro mollitudinis, ut supra, & infra. ¶Ad praua ille agit carens malitia, & ea agitatio abest à bono.] Locus in omnibus exemplaribus corruptus. Corrigendus forte sic. Ad praua illum agit hærens malatia, & ea agitatus abest à bono, & infra. ¶Vt suarum possessionum orientis occidentisq; terminus fiat.] Vetus lectio cōpendiosior & elegantior, ut sua orientis occidentisq; terminus fiat, & infra. ¶Vtrū proiectum aues differant an consumatur canibus data præda marinis.] Exemplar diuæ Mariæ proiectam agnoscit, non proiectū, ut scribendum sit proiectus. Item consumantur libentius legerim quàm consumatur, & Latinis legendū, non marinis. Est enim Virgilianus uersus ex nono. Heu terra ignota canibus data præda Latinis Alitibusq; iacet, & infra. ¶Quid ad illum qui tunc quoq; cum inter homines est nullas minas timet, ullas ne timebit post mortem minas eorū quibus usq; ad mortem timeri parum est. Non conteret inquit me nec uncus.] Breuior fideliorq; uetus lectio. Quid ad illum qui nullas sed tunc quoq; cum inter homines est minas timet ullas post mortem timebit? Parum est, non conteret cætera, & infra. ¶Nisi illud secū dis cinxisset.] Ita omnis scripta & hactenus impressa lectio habet. Correctio erat in promptu, nisi illud secum discinxisset. Discinctum fuisse Mœcenatem & Virgilius in elegia in eius obitum, & alij testantur. Seneca item statim ante. Alte cinctum putes dixisse. De soluto autem & discincto Mœcenatis ingenio legito multa libro xx. epistolarum, in epistola cuius initium est. Quare quibusdam temporibus prouenerit corrupti generis oratio, & infra. DVM utiq; exeundum est.] Castiga, unde utiq; exeundum est, & paulo ante, parere, non parare, ex uetere lectione, & infra. ¶Nec sero mortuus sed diu.] Deest uerbum, est, nec sero mortuus est, sed diu, ex eadem, & infra. ¶Et uixit & uiguit.] Nonnulla exemplaria, & uiuit, & uixit, & uiguit, & infra. ¶Vt agam uitam ut non præteruehar.] Vetus lectio ordine præpostero, ut agam uitam non ut præteruehar, et infra. ¶Scimus ad quid principalis natura se attollat.] Scribe. Scimus à quibus principalis natura se attollat, ex eadē, & infra. ¶Etiam inter illos fui.] Lego per diuisionem, & iam inter illos fui, ex eadem, & infra. ¶Etiam si nusquā transituris accedo.] Eadem, excedo agnoscit, nō accedo, et infra. ¶Annales Tamusij.] Lego. Annales Tanusij, tum ex uetere lectione, tum ex Suetonio Tranquillo in Cæsare dictatore. Meminerunt inquit huius coniurationis Tanusius geminus in historia. Et mox paulo. Tanusius adijcit Crassium pœnitentia uel metu cætera, & infra. ¶Quā non decori sint] Exemplaria quædam, quam non dedecorosi sint. Alia pro decori, derosi, habēt. Sunt etiam quæ legant, quam non dederosi sint, ut forte scribendum sit quanto opere derisi sint, aut sic, quanto derisui sint, & confestim. ¶Et qui uocentur.] Legitur etiam in nonnullis codicibus, & quid uocentur, & infra. ¶Hæc est uita quorundam longa & quod Tamusij sequitur annales.] Corrigendum arbitror. Aeque est uita quorundam longa, & quod Tanusij sequitur annales. Sed considera an magis placet legi per transpositionē dictionū, & quod sequitur Tanusij annales, & infra. ¶Nunquid aliquem esse tam cupidū uitæ putas.] Vetus lectio. Nunquid aliquem tam stulte cupidū esse uitæ putas, & infra. ¶Quid aūt ad rem pertinet quandiu uites.] Scribe, Quid enim ad rē pertinet cætera, ex quibusdā scriptis codicibus, & infra. VTRVM pars philosophiæ superfluat.] Desideratur uerbū, præceptiua. Vtrū pars philosophiæ præceptiua superfluat, ex uetere lectione, & infra. ¶Et de annotatione contra malū popularis opinionis.] Aduocatione, non annotatione eadem habet, & infra. ¶At illā habentē præcepta.] Legendū puto decreta, non præcepta, ut ex sequentibus constat, & infra. ¶Quocunq; illa uult utitur.] Inuertendæ sunt dictiones, quocunq; uult illa utitur, ex uetere lectione, & infra. ¶Alioquin doces illud quod sano faciendū sit.] Castigo. Alioquin doces illum quid sano faciendum sit, ex eadem, & infra. ¶Sic incede, sic cœna.] Nonnulla exemplaria, sic incede, sic mane, & infra. ¶Vtrum manifesta demum an dubia percipies.] Corrige. Vtrum deinde manifesta an dubia præcipies, & mox paulo monitore legito, ex uetere lectione, & infra. ¶Si iam mones quod obscurum est, ex eadem, & infra. ¶Scit sibi faciendum scit etiam te tacente.] Castigo. Scit quid sibi faciendum sit: quid non, etiam te tacente, ex exemplari domestico, & infra.

Epist. 94

Epist. 95

¶AVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Aut uagantem.] Agnoſcunt quædam uetuſta exemplaria aut uacantem, & ſi ſunt quæ impreſſæ lectioni conſentiant, & infra. ¶ Aut procurare mentem ægram.] Codices nonnulli percurare legunt, non procurare, & infra. ¶ Malitia liberatur, & liberatis non eſt opus exhortatione.] Vetus lectio, Malitia liberatus & liberat. Non eſt opus exhortatione, & infra. ¶ Non ut tantum nota ſint nobis, ſed etiam parata.] Permuta dictionũ ordinem, ut non tantum nota ſint nobis, reliqua ex eadem, & infra. ¶ Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt.] Scribendum reor contra omnia exemplaria. Non emas quod opus non eſt, ſed quod neceſſe eſt. Confirmat hanc emendationem Seneca ipſe ſubdens. Quod non opus eſt aſſe carum eſt. Alioqui quod opus eſt neceſſe eſt, & infra. ¶ Animum quoq; magis alleuent.] Lege, animumq; magis alleuent, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non uident aliud ingenium eſſe hominis mobilis & erecti aliud tardi & hebetis.] Corrige, non uident alium eſſe ingenij mobilis & erecti, alium tardi & hebetis, ex eadem, & infra. ¶ Vtiq; alius alio ingentioſior eſt.] Eadem. Vtiq; alium alio ingenioſiorem, & infra. ¶ Hoc ſcilicet ut liberetur.] Scribe. Hoc ſcilicet ut illis liberetur, ex eadem, & infra. ¶ Si tamen illam diutina peſtis non infecit nec enecuit.] Corrige, ſi tamen illam diutina peſtis infecit nec enecuit, ex exemplari Scholarum Salmanticenſium. Dixerat enim paulo ante obſcuratam eſſe, & oppreſſam indolem non extinctam. Cõſiderandũq; an ſit magis commoda lectio, tantum, quàm tamen, & infra. ¶ Sed ad hæc non ſatis proſpicit.] Præpoſitio, ad, ſuperuacanea eſt, & perſpicit legendum, non proſpicit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Dubioſq; & in prauum inclinabiles.] Sic quidem omnia quæ legerim exemplaria præter Franciſcanum, in quo inclinantes legitur, non inclinabiles, & infra. ¶ Si ſæpe tecum ſint profuturæ quàm bona exempla.] Deſunt duo uerba in fine addenda. Plus putes ex uetere lectione, & infra. ¶ Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum deorumq; ſimulachra ex uicino cernentibus, & alicuius oraculi uocem operientibus.] Locus mutilatus & uerbis nonnullis caſſus in exemplaribus omnibus præterquàm in meo familiari in quo ſic habetur. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum deorumq; ſimulacra ex uicino cernentibus, & alium ante fores alicuius oraculi uocem operientibus, & infra. ¶ Etiam ſi nudis præceptis utimur.] Scribendum utitur, non utimur, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quæ adiuuat ratione, quæ præcipit.] Caſtius eadem, quæ adiuuat ratione quod præcipit, et infra. ¶ Si imperio & admonitione proficitur.] Lege ex eadem. Si imperio proficitur, & admonitione, & infra. ¶ Vtraq; admonitio facit.] Scribendũ. Vtranq; admonitio facit, ex eadem, et infra. ¶ Quæ affectus noſtros uelut edicto coërcent & obligant.] Scribe ablegant, non obligant, ex eadem, & infra. ¶ Nam qui didicit & facienda ac uitanda percipit.] Scribe, illa qui didicit, & facienda ac uitanda percepit, ex eadem, & infra. ¶ Cui duo iſta ſufficiant.] Legendum, cui duo illa ſufficiant, ex eadem, & infra. ¶ Nulla ad aures noſtras uox impune profertur.] Lege perfertur, non profertur, ex eadem, & infra. ¶ Nemo errat uni.] Eadem. Nemo errat uni ſibi, & infra. ¶ Opiniones quæ nos circumſonant eõpeſcamus.] Eadem, opiniones quæ nos circumſonant repellantur, & infra. ¶ Calcandumq; ac premendum dedit, et quicquid eſt propter quod calcamur ac premimur.] Scribe per maiorem. Calcandumq; ac premendum dedit quicquid eſt propter quod cætera, ex eadem, & infra. ¶ Et ſine ullo ictu ſonituq; fulgores cœli fatiſcentes.] Legendum uidetur per maiorem & diſtincte. Cœli fatiſcentes. Vt per fulgores accipias quod Græci ſelas appellant, per cœles fatiſcentes chaſmata, & ſi uetus omnis lectio non fatiſcentes præferat, ſed pateſcentes, & infra. ¶ Hæc ſupra nos natura diſponit.] Vetus lectio. Hæc ſupra nos itura diſpoſuit, & infra. ¶ Sterile terræ genus & informe perpurgatur.] Maior codicum pars infernum legit, non informe, & infra. ¶ Vnam deniq; uocem audire.] Quid ſi legas uerum, non unam, lubrico lapſu inter utrunq; uerbum cum, uerum, per compendium ſcribitur, et infra. ¶ Quã quem lictor ſemita deiecit.] Antiqua lectio, quam te quem lictor ſemita deiecit, & infra. ¶ Nemo illis uenientibus reſiſtit.] Scribo reſtitit, non reſiſtit, ex eadem, et infra. ¶ In qua eruditus eſt incœpit, qui quod cuiq; optimum eſt eripuit.] Scribe incipit & eripit præſenti tempore, non incepit & eripuit. Nam præterquam quod uetus lectio ita habet ſequitur eodem tempore iubet cum dicit ſtatim. ¶ Lacedæmoniam ſeruire iubet.] Lege. Lacedæmona, non Lacedæmoniam ex correctioribus codicibus, et infra. ¶ Et alias alio loco proiecit.] Coniunctio, et ſuperuacanea eſt, ex eiſdem, & infra. ¶ Nec ſubſiſtit unquam laſſata crudelitas.] Corrige, nec ſubſiſtit uſquam laſſa crudelitas, ex eiſdem, & infra. ¶ Cũ Teutonicos Cimbroſq; concideret] Teutonos lege non Teutonicos ex geographis omnibus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Qui rapta conuoluunt, & ob hæc maiore impetu incurrunt.] Scribendum, qui rapta conuoluunt, ſed ipſi ante uoluuntur, & ob hoc maiore impetu incurrunt, ex eadem, & infra. ¶ Ideoq; cum multis fuerunt mali.] Corrige. Ideoq; cum multis fuerint malo, ex eadem, et infra. ¶ Et ex iſto cœtu inuicem noxia procul abegiſſe.] Caſtiga, & ex iſto cœtu inuicem noxio procul abiiſſe, ex eadem, & infra. ¶ Quis ſub alicuius umbra ruſticæ arboris poſitus.] Lego, Quis ſub alicuius ruſticæ arboris proiectus umbra, ex eadem, & infra. ¶ Si ut non offendamus effeceris.] Caſtigatior uetus lectio, ſi ne offendamus efficeris.

IN LIB. QVINTVMDECIMVM EPISTOLARVM.

Epiſt. 96 NON tamen ſemper ad actiones rectas præcepta perducunt.] Verbum, tamen, deſideratur in uetere lectione, & infra. ¶ Atq; illud ergo hic his reſpondemus.] Lego. Atqui eſt illud ergo & hoc. His reſpondemus, ex eadem, & infra. ¶ Vnde omnis natura creat res haurit aliq;. Quæq; eadem rurſus.] Vetus lectio. Vnde omnis natura creat res auget aliq;. Quoq; eadem rurſus, minus uitioſe. Scribendum. Vnde omnis natura creet res auctet aliq;. Quoue eadem rurſus ex Lucretio primo, & infra. ¶ Qui in re præcepta acceperit non in omne.] Exemplar Franciſcanũ, qui in rem præcepta acceperit non in omne. Confirmatur hæc lectio uerbis cõtinuo ſequentibus.

Imbecilla

Imbecilla ſunt per ſe ut ita dicam ſine radice quæ partibus dantur. In quibus uerbis deeſt coniunctio et, ex uetere lectione, ut ſit, & ut ita dicam ſine radice, et infra. ¶ Aliarum impetu ſubeuntium] Corrige, Aliarum impetu ſæuientium, ex eadem, & infra. ¶ Aut curſu defatigati, aut uenatu, aut tellure uerſata] Exemplar Franciſcanum & meum familiare aliter habent, et quidem ut ſentio rectius, aut curſu defatigata, aut uenatu, aut tellurem uerſantia, et infra. ¶ Et huiuſmodi ſcientiæ conditor] Huius, non huiuſmodi, uetus lectio, et infra. ¶ Atqui etiam capillis deſtituuntur, & pedibus ægræ ſunt] Sic prior æditio, Corrigendum puto. Atqui hæ tam capillis deſtituuntur cætera, & infra. ¶ Non minus peruigilant, non minus potant] In codice antiquo non habetur peruigilant, ſed peruigilantur, ut fere perſuadear ſcribendum eſſe pugillantur, etſi uerbum ſit non frequentatum: tamen quia Seneca ſolet hui uſmodi uti uerbis nõ debet uideri nimis abſurdũ ſi ſic legatur. Pugiles autem fuiſſe mulieres Iuuenalis proclamat, et Terentius id quoq; innuere uidetur, dicens, ſi qua eſt paulo habitior pugilem eſſe aiunt, & infra. ¶ Et uinum omne uomitu remittunt] Remetiuntur, non remittunt, uetus omnis lectio, et infra. ¶ Et antiqui medici neſciebant dare cibum ſæpius] Comunctio, & ſuperuacanea eſt, nec cibum legitur, ſed ſcyphum in correctiſſimo exemplari, et infra. ¶ Neſciebant crurum uncula, brachiorumq; latentem uim cætera] Scribe uinculo, non uincula, ex eodem, & infra. ¶ Quanta circa nepotum fõcos iuuentus premit] Scribendum reor premitur, non premit, et infra. ¶ Aliæ cubiculi contumeliæ expectant] Cubili non cubiculi exemplar caſtigatum, & infra. ¶ Eadem prima menſura laninis] Scribe primæ, non prima, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ne quis cui erectior eſt coma criſpulis miſceatur] Eadem, rectior legit, non erectior, & infra. ¶ Quid illud ſoſiorum garum pretioſam malorum piſcium ſaniem] Lego ſociorum, non ſoſiorum, ex eadem & Plinio lib. 31. capite 7. & Auſonio poëta & omnibus fere ſcriptoribus. Præterea dictio, malorum, in uetuſtiſſimo codice Facundi & Primitiui non habetur, quod nõ admodum probo. Videtur enim ſignificare ſcombros piſces ad nihil aliud utiles: teſte eodem Plinio, eodem loco, & infra. ¶ Exhalantibus crapula uentrem] Corrige exhalantibus crapulam uterum, & mox ſtatim concoqui pro coqui, ex eadem, & infra. ¶ Memini fuiſſe quondam in fermone nobilem patinam] Sic quidem omnia præferunt exemplaria. Sed ni ſi coniectura fallor legi debet. Memini fuiſſe quondam Aeſopi nobilem patinam. De hac Aeſopi patina Plinius mul ta libro 10. capite 51. Meminit & Aeſopi huius ut ditiſſimi Macrobius tertio Saturnaliorum, & infra. ¶ Apud lautos ſolet diem ducere] Sic omnes codices, ſed frigida opinor ſententia. Animaduertendumq; an ſit fidelior ſcriptura diduci in diuerſas patinas, quàm diem ducere hoc ſenſu, quæ ſeparata & diducta magnificas & ſumptuoſas apud lautos ſiruunt menſas ea omnia in unam Aeſopi patinam accumulata fuiſſe, & infra. ¶ Et oſtrea eatenus circumciſa quæ eduntur interuenientibus diſtinguebantur] Puto corrigendum, & oſtrea è teſtis circumciſa, quæ dentibus interuenientibus diſtinguebantur: aut ſic, quæ dentium interuentu diſtinguebantur. Nam dictio, echinis, ad ſequentia pertinet. Legendumque echini, non echinis. Obuallant hanc correctionem uerba quæ ſequuntur. Quantulo autem minus eſt hoc teſtas excerpere, atque oſſa. Dentium opera coquum fungi, & infra. Diſtracteque ſine ullis oſſibus muli] Exemplaria quædam diſtricti habent, non diſtracti. Alia diſtincti. Alia diſtricti, & infra. ¶ Conſtrauerunt. Piget eſſe iam ſingula coquuntur in unum ſapores. In cœna fit quod fieri debet ſaturo in uentre] Viciatiſſima uerba, reſtituendáque ad hunc modum ex exemplaribus Pinciano & Facundi, ac Primitiui: contraxerint pituitam ſingula. Coquuntur in unum. Saporis in cœnam fit, qui fieri debet ſaturo in uentre. Sunt tamen exemplaria quædam, quæ congeruntur præferant, non coquuntur, & infra. ¶ Priuatim quæ commiſſa capite luerent, tamen quia paludati fecere laudamus] Verbum, priuatim, ſuperioribus adiungendum. In reliquis uariant exemplaria. Quædam legunt: Quæ clam commiſſa capite luerent, tamen cætera, & infra. ¶ Non pudet hominis mitiſſimum genus] Homínum codices nonnulli, non hominis. Alij, quod magis placet, homines, & infra. ¶ Voluptas ex omni quæritur] Verior lectio ex uarijs exemplaribus colligitur. Voluptas ab omni parte quæritur, & infra. ¶ Honeſtatis obliuio inuaſit] Elegantior uetus lectio. Honeſti obliuio inuaſit, & infra. ¶ Homo ſacra res, homo iam per luſum & iocum occiditur] Eadem: Homo ſacra res homini iam per luſum cætera: rectius ut alludat ad ueterem paræmiam. Homo homini Deus, & infra. Satisq; ſpectaculi in homine mors eſt] Scribe: Satisque ſpectaculi, & ex homine mors eſt, ex eadem, & infra. ¶ Sine inſtructione ſubtili euaſerunt probi] Eadem, inſtitutione agnoſcit, non inſtructione, & infra. ¶ Quæ quàm ſint neceſſaria, ſcilicet uideas] Exemplar antiquiſſimum, non ſcilicet legit, ſed ſeculo, & infra. ¶ Sciet in uxorem grauiſſimum eſſe genus iniuriæ habere pellicem] Verbum, habere, delendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Vt ad præcepta quæ damus poſit animus ſoluendus ire] Caſtiga. Vt ad præcepta quæ damus poſit animus ire ſoluendus eſt, ex eadem, & infra. ¶ Exhibebit recta] Eadem. Exhibuit recta. Legendum ſortè exibunt recta, & infra. ¶ Non præſtabunt quemadmodum oportet] Emendo, non præſtabunt, ut quemadmodum oportet, ex eadem, et infra. ¶ Faciet ergo quod oportet monitus] Dictio, ergo, ſuperfluit, ex eadem, et infra. ¶ Amici, inquit, omnia me fallunt] Legendum puto omina, non omnia, et pronomen me, deſideratur in omnibus antiquis codicibus, et infra. ¶ Nã ille qui emerat] Omnis uetus lectio, nõ illi qui emerat, ut dictio ſequens admiratus per maiorẽ literã ſcribenda ſit, et infra. ¶ Quæq; ex eo ſunt ſemper bona ſunt] Poſtremæ tres dictiones, ſemper bona ſunt, deſiderantur in eadem, et infra. ¶ Niſi æſtimantur quæ rependunt animos] Repelluntur, non rependunt, eadẽ, et infra. ¶ Niunquã ſatis perfectum erit] Scribe profectum, non perfectum, ex eadem. Conſiderandum tamen an perfectum emendatior ſit lectio quã perfectũ, et infra. ¶ Errat ſi quis putat illos nocere uelle uel poſſe, nec accipere iniuriã cætera] Legendũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errat si quis putat illos nocere uelle. Non possunt. Nec accipere iniuriam cætera, ex eadem, & infra. ¶ Et aliquando spe boni puniunt] Scribe specie, non spe, ex eadem, et infra. ¶ Erranti ut uiam monstret] Particula, ut, delenda est, ex eadem, & infra. ¶ Paratæ sunt iuuantis manus] Exemplar familiare paratæ sunt ad iuuandum manus. In reliquis paratæ sunt tuuandis manus, et infra. ¶ Isti uersus & in pectore & ore sint] Vetus lectio. Iste uersus & in pectore & in ore sit, et infra. ¶ Habeamus in commune quod nati sumus] Exemplar Franciscanum Habeamus, In commune nati sumus, ut forte non Habeamus legendum sit, sed Coëamus, et infra. ¶ Causa iusq; iactationis] Scribe, Causa uisq; iactationis, ex uetere lectione, et infra. ¶ Continent uitam & bonam & malam] Correctum & antiquum exemplar: Continent uitam. Bona & mala, et infra. ¶ Rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas] Quidam codices commodatio, non commodarum. Alij moderatio, & mox paulo æstimationem substitue, pro æstimatorem. & scilicet, pro scire licet, et infra. ¶ Hoc nescis nisi constitutionem ipsam] Nescies uetus lectio, non nescis, et infra. ¶ Recedendum esse à præceptis superuacuis & decretis] Corrigendum reor: recedendum esse à præceptis superuacuis sine decretis, hoc est quæ præcepta superuacua sunt sine decretis, et infra. ¶ Et quidem multa, quia inuoluta sunt uix summa diligentia cætera] Scribe per minorem ut adiungas superioribus, & quidem multa, quia inuoluta sunt, uixq; summa diligentia cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aperta quæ sensu cõprehenduntur, quæ memoria. Obscura quæ extra hæc sunt] Nullo pacto adduci possum ut credam fidelia esse duo illa uerba, quæ memoria, nec intelligo sensum ullũ commodũ posse ex his erui. Cum itaq; paulo post sensus communis fiat mentio subdubito an scribendũ sit, & si duriore castigatione hoc pacto. Aperta quæ sensu cõprehenduntur cõmuni. Obscura quæ extra hunc sunt, et infra. ¶ Sine qua omnia in animo natãt necessaria ergo sunt decreta] Scribo, Sine qua si omnia in animo natãt necessaria sunt decreta, ex exemplari Facundi & Primitiui, et infra ¶ Adiscimus iustum et honestum] Lege: adiscimus iustũ & honestum, ex eodẽ, & infra. ¶ Aperte iuuat cor, illud quo manus iuuant ex quo impetum sumunt] Corrige: Aperte iuuãt. Pertinẽtq; duo hæc uerba ad præcedentia. Tum sequitur per maiorẽ. Cor illud quo manus utuunt, ex quo impetũ sumũt, ex uetere lectione, et infra. ¶ Admissis receptisq; ostenduntur in sacro] Corrupta et præpostero ordine scripta uerba. Emẽda: admissis receptisq; in sacra ostenduntur, ex eadem, et infra. ¶ His adijcit causarũ inquisitionem & etymologiã, quam curitare dicere non audeamus] Breuior uetus lectio & correctior. His adijcit ætologiã, quam quare dicere nõ audeamus. Nimirũ uerba illa causarum inquisitionẽ glossema fuerũt, quo dictio græca ætologiã exponebatur, et infra. ¶ Ait utilem futuram esse descriptionem cuiusq; uirtutis] Eadem: Ait utilem futuram & descriptioni cuiusq; uirtutis ac uttij, et si quidam codices discretioni legant, non descriptioni, et infra. ¶ Hanc Posidonius etymologiam uocat quidam characterismon] Legendum, ut dixi ætologiam, non etymologiam. Sed illud sciendũ desiderari hæc uerba in nonnullis antiquorum exemplarium, et infra. ¶ Luxuriatq; toris animosum pectus anhelitum si qua sonitum procul arma dedere] Verbum, anheli, non habetur in uetere lectione, nec item in tertio Georgicorum, unde mutati sunt ht uersus. Item scito deesse ex serie Vergiliani carminis uerba compluscula quæ in codice antiquo gymnasij Salmanticensis plenè leguntur hoc pacto: Luxuriatq; toris animosum pectus. Honesti spadices glauciq; color deterrimus albis & giluo. Tum si qua sonitum procul arma dedere, et infra. ¶ Et primus incedens admotus iam exercitus alpibus.] Corrige, et primus incessens admotos iam exercitus alpibus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non enim quæri debet an liber Cato] Verbum, debet, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Inter publicas ruinas nõ labentis] Eadem labantis, non labentis, & infra. ¶ Tuberonis ligneos lectos] Eadem lectulos, non lectos, & infra. ¶ Fractũ est & in milites constatũ] Exemplar Franciscanũ, fractũ est & milies constatũ. Exẽplar Scholasticum fractum est conflatum, reliqua non agnoscit. Legendum fortè, fractum est & in ule æs coflatum.

IN LIB. DECIMVM SEXTVM EPISTOLARVM.

Epist. 97 QVO modo in longa uia sunt & puluis et lutũ et pluuia] Verbũ, sunt, desideratur in uetere lectione, et infra. ¶ Turturillæ sunt tuti cõtumeliæ causa] Sic legunt exemplaria omnia, fortasse aũt nõ turturillæ scribi debuit, sed Tutilinæ, quæ dea fuit apud antiquos, à tutãdo dicta, sicuti & Tutanus deus, autore Nonio. Meminit et Aug. in ciuit. dei, & infra. Epist. 98 QVOD cũ Cæsaris uxore in aperto cõmiserat] Operto mallẽ legeres, quàm aperto, nota est historia, & infra. ¶ Violatis religionibus eius sacrificij] Quidã codices religionis habent, nõ religionibus. Proinde legendum puto in totum sic, uiolata religione eius sacri, & infra. ¶ Sic submotis extra conspectum omnibus uiris] Vetus omnis lectio, conseptum habet, non conspectum, et infra. ¶ Hoc uerò matribus familiæ denunciare est] Locus mutilatus in reliquis exemplaribus, præter quàm in meo, ubi integer habetur. Legendũ igitur hoc pacto. Illud est matribus familiæ denunciare, hoc illudere: & paulo ante. ¶ Etiam noctes scortorum mulierum] Vetus quoddam exemplar certarum habet, non scortorum, et infra. ¶ Quicquid fuisse corruptius illis moribus credis] Quicquam legito, non quicquid, ex uetere lectione, & infra. ¶ Florales iocos nudandarum mulierum] Exemplar Franciscanum nudarum correctius, quàm nudandarum, & infra. ¶ Et fieri facta ista ex licentia urbium cætera] Scribe: Et fient & facta ista sunt. Et licentia urbium, reliqua ex uetere lectione, & infra. ¶ Iudices apud eum confiterentur] Reum, fidelior et syncerior lectio, quàm eum, ut eadem dictio uenustè iteretur, et ex autoris consuetudine, et infra. ¶ Rei iudicandæ causa] Iudicandi libentius legerim, quàm iudicandæ, et paulo post: uno adulterio legito, non uni, & infra. ¶ Non omne Catones fert] Scribe feret, non fert, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non prænuncius tantum ad uitia, sed præceps] Sic omnis antiqua et recentior lectio. Sed scribendum existimo altero ex duobus modis: aut sic: Non in pronum imus tantum ad uitia, sed in præceps. Aut certè sic: Nõ pronimus

imus tantum ad uitia, sed præcipites, & infra. ¶ Offenduntq; dum errantem uitæ peccata delectant] Legendum offenduntq; deerrantem. Vitæ peccata delectant, ex uetere lectione, & infra. ¶ Lætatur ille circumscriptione furti, quod non tam illi culpa, quàm culpæ fortuna displicuit] Corrige: Lætatur ille circumscriptione, furtoq; nec ante illi culpa, quàm culpæ fortuna displicuit, ex eadem, & infra. ¶ Subesse animis etiam in pessima adductis] Scribendum abductis, non adductis, ex eadem, & paulo post dicto, omnes, per minorem scribenda, legendaq; cum superioribus, & infra. ¶ Latendi fides non potest] Legendum puto fiducia, non fides, ut ex sequentibus liquet, & infra. ¶ Quia latenti etiam si facultatem habeant, fiduciam non habent] ¶ Scribe, quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hoc ergo repugnare sectæ nostræ] Ego, non ergo legendum, ex eadem, & infra. ¶ Legem & iudicem effugiunt] Vindicem, non iudicem, quædam exemplaria, & infra. Epist. 99 NVNQVAM crediderís felicem quenquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui aduentitio lætus est, exibit cætera] Sunt codices qui legant, & fortè rectius: Nunquam crediderís felicem quenquam esse ea felicitate suspensum quæ fragilibus innititur, qui aduentitio lætus est. Exibit reliqua, & infra. ¶ Fidele firmumq;] Scribe fidele firmumq; est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Omnia quæ fortuna intuetur] Eadem intuentur, non intuetur, & infra. ¶ Si quis habens ista se quoq; habet] Scribe, Si quis habens illa se quoq; habet, ex eadem, et infra. ¶ Vt carmen fortius ac iustius repetam] Exemplaria quædam petam legunt, nõ repetam. Alia an petam, pro quo non absurde fortasse substitueris, amputem, hoc est breuius faciam, et infra. ¶ Quin uerò metuenda declina] Scribe: Tu uerò metuenda declina, ex omni uetere lectione, et infra. ¶ Et ad tolerandum omne obfirmata mens] Omnino non omne, eadem, et infra. ¶ Tam intemperantes in ipsis miserijs, quàm sunt ante illas] Puto inuertendas esse dictiones, legendumq;, tam intemperantes in ipsis miserijs sunt, quàm ante illas, et infra. ¶ Plus dolet, quàm necesse est. Eadem enim infirmitate] Resarci locũ mutilatum sic. Plus dolet quàm necesse est, qui ante dolet quàm necesse sit. Eadem enim infirmitate, ex uetere lectione, et infra. ¶ Intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem] Lege, eadem intemperantia fingit cætera, ex eadem, & infra. ¶ Et oblitus fati quo humana iactantur] Prior æditio, & oblitus huius peccati quo humana iactantur, minus uitiose, legendum enim petauri, non peccati, ex omnibus scriptis exemplaribus. De cuius dictionis significatione legendi glossematum scriptores, & infra. ¶ Mortale est omnium mortalium bonum] Omne legendum, non omnium, ex eisdem, et infra. ¶ Quo illos singuli dies turbent] Vetus lectio turbant, forte trudant Gallicanum meum exemplar contra reliqua omnia trahant, non turbant, legit siue turbent, & infra. ¶ Æquo animo perdere quod periturum est] Exemplar Facundi ac Primitiui, æquo animo perdere quod perdendũ est, rectius, & infra. ¶ Intelligebat enim quod dari posset & eripi] Vetus lectio: Intelligebat enim quod dari potest & eripi posse. Alij codices: Intelligebat enim quod dari posset & eripi posse, & infra. ¶ Animosi sumus inter exempla quare deficimus] Lege: Sumus inter exempla quare deficimus, ex eadem, & infra. ¶ Ista uis ulceris quam opto me hercules mitigari] Scribe illa uis ulceris quam opto me hercule mitigari, ex eadem, & infra. ¶ Sed securus de isto sum] Ipso, non isto, eadem, & infra. Quid ergo, nònne suadebit & exibit] Corrigendum: Quid ergo? non si suadebit exibit, ex eadem, & infra. ¶ Philosophiam in opere discere] Sic legunt pleraque omnia exemplaria. Vnum tantum Scholasticum habet, philosophiam in opus ducere, & infra.

QVIBVS ingemiscunt homines amoris causa] Exemplar Franciscanum non habet amoris, sed moris, & infra. ¶ Quantum ue gauisi sint] Particula, ue, redundat, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hoc habent inter reliqua mala dolor, quod non superuacuus tantum, sed ingratus est] Legendum, hoc habet inter reliqua mali dolor. Non superuacuus tantum, sed ingratus est, ex eadem, et infra. ¶ Aut si mortem in homine non cogitant] Scribendũ puto. At, non Aut, & infra. ¶ Flet aliquis factum quod aiebat non posse fieri] Exemplar Facundi, & Primitiui. Flet aliquis factum quod aiebat non posse non fieri, et infra. ¶ Sed quis tibi concedit] Vetus lectio concedat, non concedit, et infra. ¶ Ita nihil perdit ille nisi aleam in damnum certius] Casliga, Ita nihil perdidit ille nisi aleam in damnum certiorem, ex eadem, et infra. ¶ Puta autem me uetare quædam quæ non sunt sui iuris] Lege, puta autem me uetare. Quædam sunt sui iuris, ex eadem, & infra. ¶ Quibus adiacentem humorem perpremit] ego premit, non perpremit, ex eadem, & infra. ¶ Nec fluunt unquam tam turpiter quàm finguntur] Scribendum opinor, nec fluunt unquam tam turpiter, quàm cum finguntur, et infra. ¶ Quàm multis uitalia eruuntur] Vetus lectio, quàm multi uitalia emittunt, & infra. ¶ Sic aues sic feræ suos diligunt] Scribe: Sic aues, sic feræ suos diligunt fœtus, ex eadem, & infra. ¶ Hanc ipse captandam in eiusmodi tempore] Sic prior æditio. Sed legendum arbitror, esse, non ipse. Alioqui in meo peruetere exemplari redundat hæc dictio, & infra. ¶ Dolorem aut admittendum non esse] Scribito dolorem aut admittendum in animum non esse, ex uetere lectione, & infra. ¶ Dico admittitur, captatur] Inuerte dictiones: Admittitur dico captatur, ex eadem, & si in meo uetusto codice, imo legitur ubi scriptum est, dico, & paulo post curanda, non sananda aliquot præferunt exemplaria, & infra. Epist. 101 QVI inscribuntur ciuilium] Quidam codices agnoscunt hanc lectionem. Alij habent, qui inscribuntur artium ciuilium. Alij qui inscribuntur artium & Iulium, Alij sine coniunctione, Artium Iulium. Alij Archinilium, & infra. ¶ Et non respondisse expectationi tuæ] Legendum reor, sed non respondisse expectationi tuæ, & infra. ¶ Puto esse quod dicis & effundi uerba, non fingi] Lege: Puta esse quod dicis & effundi uerba non figi, ex uetere lectione, et infra. ¶ Non effundere uidetur orationem, sed fundere] In exemplari Facundi et Primitiui utrobique legitur effundere. Puto in priore loco scribendum esse fundere, in posteriore effundere, sequitur enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur enim adeò larga est. Item non longe à fine epistolæ de oratione eius loquens, non est inquit uiolenta nec torrens, quamuis effusa sit, & infra. ¶ Primo aspectum oculorum occupasse] Scribe, primo aspectu oculos occupasse, ex uetere lectione, et infra. ¶ Quod parum recisum sit, quod parum structum] Eadem, quid non quod utrobiq. Item strictũ puto scribendũ, non structũ, quia sequitur non multo post exceptis paucissimis quæ ad certũ modũ, et ad unũ exemplar astricta sunt, quamuis de Pollione id nõ de Fabiano, et infra. ¶ Non sunt enim tenore quieto compositoq; formata] Castiga ex eadem, & ad animi tenorem quietum compositumq; formata, et infra. ¶ Sed totum corpus uideri quàm sit comptum honestum est] Sic prior æditio. Aliter tamẽ eadem. Sed totũ corpus uideris quàm sit comptum. Honestum est, et infra. ¶ Quos non magis philosophiæ annumerare possis quàm historiæ] Aut inuersas esse dictiones opinor, & legendum, quos non magis, historiæ annumerare possis, quàm philosophiæ. aut certè eradendam esse negationem, non, & scribendum, quos magis philosophiæ cætera, & infra. ¶ Non est fortis oratio eius quàmuis elata sit] Exemplar domesticum, electa habet, non elata, et infra. ¶ Desideras, inquis, contra uitia aliquid aspere dici] Lege, Desideres inquit contra uitia cætera, ex uetere lectione, et infra. ¶ Non erunt sine dubio singula circumspecta] Exemplar Franciscanum circumsecta legit, non circumspecta, ut puto rectè. Præcessit namq;, Videbimus quid parum recisum sit, & sequitur è uestigio, nec in se collecta, et infra. ¶ Sed multum erit in omnibus locis & ingens sine tedio spacium] Corrige: Sed multum erit in omnibus lucis. Sed ingens sine tedio spacium, ex uetere lectione, et infra. ¶ Deterret enim qui imitandi cupiditatem non fecit, spem abstulit] Exemplar Franciscanum sine negatione pulcherrimè. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit: spem abstulit.

IN LIB. DECIMVMSEPTIMVM EPISTOLARVM.

Epist.102 CVM æterna meditantes respicere cogit ad mortem] Scribe: Tum æterna meditatos cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Pecunia quoque circa paupertatem plurimum amorem habet dum ex illa ereptat.] Sic omnia legunt exemplari, sed qui sit sensus non percipio, fortè scribendum non amorem, sed moræ: aut si hoc arridet magis, molem, et infra. ¶ Illi qui & mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque] Lego: Ille quem & mari et terra pecunia agitabat, ex uetere lectione, & in uno tantum meo codice scriptum annotaui publicanos, non publica, et infra. In ipso actu bene cedentium rerum] Fortasse uerior est lectio, ictu, hoc est, momento, quàm actu, et infra. ¶ Et castrensium laborum tarda manu precia] Scribe coniunctim, manuprecia, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quæ quoniam nunquam cogitatur, nisi aliena nobis subinde ingeruntur mortalitatis exempla.] Lege: Quæ quoniam nunquam cogitatur nisi aliena, subinde nobis ingerantur mortalitatis exempla, ex uetere lectione, & præcipue ex exemplari Franciscano, et infra. ¶ Tanquam ad extremum uentum sit] Extrema, non extremum, eadem agnoscit, et infra. ¶ Nihil est miserius dubitatione uehementer irruentium quorsum euadant] Venientium, non uehementer irruentium omnia ferme exemplaria scripta, ut fortè legendum sit uoluentium, siue uolutantium: Cui lectioni suffragari uidetur quod sequitur. Quomodo effugiemus hanc uolutationem, & paulo ante. ¶ Quod etiam aliquid ex illa differtur] Mendosa uerba & difficilis ad corrigendũ cõiecturæ. Sed ni fallor uerior erit scriptura. quod in aliud ex alio differtur. Nam & uetus omnis lectio pro etiã aliquid habet in aliquid, & hoc uerbũ, aliquid, cũ per compendiũ scribitur dubitationem affert sit nè legendum aliquid an aliud: sicut etiam hoc ipso loco scriptum erat in exemplari Facundi & Primitiui, et infra. ¶ Collecta mens inexplicabili formidine agitatur] Explicabili omnia exemplaria non inexplicabili, quibus fauet quod sequitur statim. Vno si uita nostra non prominebit si in se colligitur. Considerandum tamen an desit negatio sicuti multis locis superfluit & legendum sit: Non collecta mens, siue incollecta mens, ut sint honesto dicendi modo inculcata duo nomina, incollecta & inexplicabili, idem habentia imitatum, et infra. ¶ Si certus sis aduersus incerta] Legendum sit, non sis, præcesit enim uerbum tertiæ personæ, cogitat: ex uetere lectione, et infra. ¶ Subitque auiditas & miserrimum, atque miserrima omnia efficiet metus mortis.] Castiga, subitque auiditas temporis & miserrimus atque miserrima omnia efficiens metus mortis, ex eadem, & infra. ¶ Debilem facito manu, debilem pede. Coxa tuber. astrue gibbetum] Scribe debilem facito manu. Debilem pede. Debilem coxa. Tuber astrue gibberum, ex eadem, & infra. ¶ Hanc mihi uel acutam si subdas crucem sustineo quod miserrimum erat] Scribe: Hanc mihi uel acuta si sedeam cruce sustine. Quod miserrimum erat, ex eadem, & si impressæ lectioni facere uideantur uerba mox paulo sequentia, suffigas licet & acutam sensuro crucem subdas, sed sessuro ibi non sensuro scribi debet, ut notabo. Ita uerba illa magis ab antiqua lectione stant, quàm ab impressa, & infra. ¶ Quid tam fœda uitæ mendicatio] Sunt codices qui legant, non mendicatio, sed commendatio, nescio quàm rectà, quia supra uelut commendauit uitam suam, cum dixit. Hanc mihi uel acuta si sedeam cruce sustine, & infra. ¶ Effectum tamen uerè habentem] Scribe, affectum tamen uerè habentem, ex uetere lectione, & infra. ¶ Cogitationi aptæ traditum & iterum si licuisset ulterius] Iturum legendum reor, non iterum, & si posset etiam legi ituræ, ut referatur ad nomen cogitationi, & infra. ¶ Credebam enim me facilem opinionibus] Exemplar Pincianum: Credebam enim facile opinionibus, & infra. ¶ Neget me epistola prima] Negat legendum, non neget, ex uetere lectione, & infra. ¶ An ex eo quodcunq; erit sensuri sumus, antequam aliquis fructus percipi aut peti possit] Eadem, An ex eo quod cum erit sensuri non sumus antequã aliquis fructus reliqua. Ego dictiones illas, antequam redundare existimo', & mox paulo posita legitur in eadem non sita, et infra. ¶ Nisi aliud præcidero intelligi non poterunt quæ refellentur] Maior codicum pars, nisi aliquid prædixero intelligi cætera. Exemplar Facundi & Primitiui, & nisi aliquid prædixero. Corrigendum puto:

Sed nisi

Sed nisi aliquid cætera, & infra. ¶ Quid est quod etiã nunc præcidere uelim] Inuerte dictiones, quid est etiã nunc quod prædicere uelim. Ita mea sententia melius legetur adstipulante etiã exemplari Franciscano, & infra. ¶ Vno enim spiritu unũ bonũ contineri ac regi debet] Expende an sit rectior lectio continuari, quàm contineri, et infra. ¶ Quia in nostra tela mittuntur] Legendũ fortè, quia in nos tela mittuntur, & infra. ¶ Dicis, inquit nullũ bonũ ex distantibus esse] Dicitis non dicis uetus lectio, & infra. ¶ Claritas autem ista bonorum utrorũ secũda opinio est] Verbum, secunda, expungendum ex quodam scripto codice allato nobis ab urbe Valeria ad usus harum castigationum, & infra. ¶ Vox est autem licet uirorum sit bonum. Nam & plaudit & sibilat] Exemplar Scholarũ Salmanticense: Vox est aũt licet bonorũ uirorũ sit, bonũ non est. Nam qui plaudit & sibilat, in quibus uerbis ex duobus substantiuis uerbis, est. prius remoueri debet, et infra. ¶ Diuersa horum conditio est & illius] Scribe: Diuersa horũ conditio, & illius est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aequè uerò insistitur ab his qui dissidere non possunt] Exemplar familiare prospicitur habet non insistitur, ut sit sensus. Aeque consuli ueritati à bonis qui discordare non possunt. Exemplar Franciscanum æquè uero inficitur. Dissidere non possunt, reliqua non habentur. Eodem modo legitur in codice Facundi, & Primitiui, nisi quod pro inficitur habet inficiatur, quod & alia exemplaria agnoscunt, & infra. ¶ Illic enim potest unius sententia quod omnium] Scribe, illic idem potest unius sententia, cætera ex uetere lectione, & infra. ¶ Quia omnium si prorogetur una erit] Exemplar familiare non prorogetur habet, sed interrogentur, & infra. ¶ Non est unius una sententia] Scribe altero ex duobus modis, aut sic. Non est omnium una sententia, aut certè quod magis probo sic: Non est. Vnius una sententia est, & infra. ¶ Cum dicant claritatem laudẽ esse bonorum à bonis reddi iam non ad uocem referunt] Corrige ex meo exemplari domestico, reliqua enim depravata erant. Cum dicant claritatem laudem esse bonorum à bonis redditam non ad uocem referunt, & infra. ¶ Et omne aliud studium auribus deditum] Scribe debitum, non deditum, ex eodem exemplari, & infra. ¶ Vtique eorum quibus ipse sum boni causa] Legendum, utiq; eorum quibus istius sum boni causa ex uetere lectione, & infra. ¶ Est istud laudantium bonum] Eadem illud, non istud præfert. Item exemplar Franciscanum laudationum fermè habet, non laudantium, et infra. ¶ Quin iustitia & habentis bonum sit] Codex Facundi & Primitiui, an iustitia & habentis bonum sit, et infra. ¶ Et an bonum sit eius cui debitum soluit] Exemplar Franciscanum, & sit autem eius cui debitum soluit. Lego, & sit item eius cætera, & infra. ¶ Abunde respondebimus] Considera an uerior sit lectio responderimus, quàm respondebimus, & infra. ¶ Arguta disserere] Mallem legeres, argutias serere, & infra. ¶ Quam inter se perite captantium lusus] Nihil me hoc loco adiuuerunt scripta exemplaria. Sed coniectura ductus opinor restituenda esse hæc uerba sic, quam inuicem se puerorum captantium lusus, & infra. ¶ Aut si quod est etiam nunc frequentius oculis lætius uectis solum, illi patria est quodcunque suprema & uniuersa circuitu sua cingit] Puto corrigendum, aut si quod est etiam nunc frequentius accolis: lætius nautis solum. Patria illi est quodcunque suprema & uniuersa circuitu suo cingit. Nam in antiquis exemplaribus uerba illa, Patria illi est, hoc ipso ordine habentur, & in quibusdam oculis per duplex cc. legitur. Item in exemplari Franciscano pro suprema, solennia legitur. Vt posit fortasse sic in totũ legi: Patria illi est quacunq; sol meat, & uniuersa circuitu suo cingit. Posset etiã tolerari uectis, posset legi aduenis, posset uectoribus, & infra. ¶ Iam coniungit] Puto scribendum, etiam coniungit, et infra. ¶ Deinde aclam ætatem sibi dari non finit] Existimo scribendum certam, aut arctam, non aclam, & infra. ¶ Omnes inquit ante me sunt] Scribe, omnes inquit anni mei sunt, ex correctioribus codicibus, et infra. ¶ Nullũ non cogitationi paruũ tempus] Legendũ peruium, non paruũ, ex eisdem, & infra. ¶ Qui mixtum hoc diuini humaniq; secernat tempus. Hic ubi inueni relinquã] Corrigendũ reor, qui mixtũ hoc diuini humaniq; secernat. Corpus hoc ubi inueni relinquã, & confestim. ¶ Ipse me diei reddam] Dijs, non diei uera lectio est, quia sequitur, nec nunc sine illis sum, adstipulanti etiã exemplari Scholastico, et infra. ¶ In quem uidemur emitti. Iam idonei spiritũ trahere & in aperto durare] Scribe, in quẽ uidemur emitti tã idonei. Spiritũ trahere cætera, et infra. ¶ In aliũ naturæ sumimur partũ. Alia origo nos spectat.] Posset legi pro illis uerbis, in aliũ naturæ sumimur partum, in aliũ maturescimus partũ, sed rectissime ut puto legit hunc locũ exemplar Scholarũ, in aluũ naturæ sumimur, & tanquã partũ alia nos ab origo expectat, & infra. ¶ Relicto in quo latebas corpore extiteris] Vetus lectio exieris habet, nõ extiteris, & infra. ¶ Demũ offendit duræ manus tactus] Deinde eadem, non demum, et infra. ¶ Pereunt sæpe uelamenta nascentium] Mallem legeres semper, quàm sæpe, & infra. ¶ Huic nunc quoq; tu quantum potes subuolutaris, quæ nisi etiam necessarijs cohærebunt. Alienus iam hinc altius aliquid sublimiusq; meditare] Sic prior æditio, Scribendum reor: Hinc nunc quoq; tu quantum potes subuola ab alijs nisi quæ necessario cohærebunt alienus. Iam hinc altius sublimiusq; cogita, & infra. ¶ Aliquando naturæ tibi arcana retegentur] In exemplari Scholastico non, Aliquando habetur, sed antequam, ut fortè legendum sit per minorem cum præcedentibus, intra te quando naturæ tibi cætera. Forte sic, meditare illa. Quando naturæ tibi reliqua, & infra. ¶ Cum totam lucem & totus aspexeris] Delenda coniunctio, &, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et tamen admiraris illam procul] Scribe, Et tamen admiraris iam procul, ex eadem, & infra. ¶ Quid tibi uidebitur diuina lux] Videtur eadem, non uidebitur, & infra. ¶ Quid ni non timeat qui mori sperat] Codex Franciscanus: Quam qui ni timeat qui mori sperat. Puto legendum, quam qui meminit quid mori expauet. uel sic: Quam qui mente teneat quid mori expauet. Dixerat enim: Quam qui mente concipit, et infra. ¶ Si is quoq; qui tandiu animum] Exemplar Scholasticum: Sed ille quoque, ut fortè desit coniunctio, legendumq; sit: Sed & illa quoq; cætera, & infra. ¶ Non minus præsentiam esse utilem quàm memoriam] Sic prior æditio. Præposterus est ordo uerborum, legendumq; non minus memoriam quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epist.104 præsentiã esse utilẽ,ex meo familiari codice,& infra. INCIDENTIVM dico ruinã,aliqua nobis inciãt nõ insidiãtur]Scribendũ puto:Incendiũ dico,ruinã.Alia quæ nobis incidunt nõ insidiantur,& infra.¶Pares sunt casus et si graues]Opinor legendũ.Rari sunt casus et si graues,quia sequitur. Ab homine homini cotidianũ periculũ. Rarũ aũt cotidiano opponitur,& infra.¶Quos transire nõ quærũt]Scribe:quos trãsire nõ quærũt,ex exẽplari Francisc. & infra.¶Ad nocẽdũ nisi necessitas misit]Omnis uetus lectio,inijcit agnoscit,nõ misit,& infra.¶Nõ arietãt inter se senes,ut eodem ambulantes] Corrige: Non arietant inter se nisi in eodem ambulantes,ex emendatiore lectione scripta,& infra.¶Insolenter tractata] Lego iactata potius quàm tractata, & si omnia exemplaria reclament: quia præcessit. Quid philosophiam non debebis iactare,& infra.¶Nec ita agat ut quicquid non facit] Scribe,nec hoc agat,ut quicquid non facit,ex uetere lectione.

IN LIB. DECIMVMOCTAVVM EPISTOLARVM.

Epist.105. NAM cum scias spiritum illius in meo uerti] Vetus lectio. Nam quũ sciam spiritum cætera. Sed cũ non omnes codices hanc lectionẽ agnoscant,bona enim eorũ pars habet: Nã cũ scias spiritũ illius cætera,sit ut putẽ legendum esse:Nam cõscius spiritum illius,reliqua,et infra.¶Etiam cum me sortiorẽ senectus ad multa reddiderit] Scribe per maiorem.Et cum me sortiorem senectus,cætera ex eadem,et infra.¶Vt me sortius amet] Castigandum arbitror,ut se sortius amet,alias sensus non procederet, et infra.¶Sed si cœperit intermittat: & suis se commodet] Exemplar familiare rectius, & suis se concedat, et infra.¶Et illum odorem culinarum fumantium quæ in ora quicquid pestiferi uaporis obruerit cum puluere effundunt] Scribendum,& illũ nidorem culinarũ fumigãtium quæ motæ quicquid pestiferi uaporis obtinent cũ puluere effundunt,ex uetere lectione. Sunt tamẽ exemplaria,in quibus obruerant,habeatur,non obtinent,et infra.¶Vbiq; quod stringatur inueniet] Ita prior ẽditio. Emendo,ubiq; quo distringatur inueniet.Exemplar Franciscanum,quo distrahatur. Meum quomodo distrangatur, et infra.¶Putes uenisse te Athenas] Puta,non putes,uetus lectio,et infra.¶Tanto tibi uideris defici quanto uincaris] Lege: tanto tibi uideris deficere, quanto aliquis plus habet ex emaculatoribus codicibus. Non tamen desunt codices qui defici,non deficere habeant. Item puto scribendum:uideberis, non uideris,et infra.¶Ringeris quotiens aliquem in fastis cætera] In meo familiari codice non ringeris habetur, sed inuidebis, & infra. ¶Exterrebunt te non tantum pericula,sed suspiciones. Vanis semper agitaberis] Codex Franciscanus non, uanis habet, sed uanæ, ut prioribus adiungatur. Posset etiam legi non absurde, sed suspicionibus uanis semper agitaberis, & infra.¶Quicquid te delectat æque uidet ut uideras dum uireret. Vtinam. Alium alio die casus excutiet] Vitiosissimus locus & nodus deo dignus uindice. In codicibus ferè omnibus,uide,nõ uidet,& uiret,non uireret,& pro utinam,uter aut utrum. Itaque coniectura ductus suspicor Senecã ita scriptũ reliquisse. Quicquid te delectat æquè uiret. Vtuũt dum uirent. Vtiq; aliũ alio die casus excutiet,et infra.¶Horũ nihil cogitabis ab his,nec remedia uulneribus opponesJ Duo illa uerba,ab his,in nullo scriptorũ exemplariũ habẽtur,et appones probarẽ magis,quàm oppones,et infra.¶Si satis alterũ alteri misceas]Legendũ puto:Si sapis alterũ alteri misceas,et infra.¶Quæ maxime ægra est lacesit mobiliorẽ,leuioremq; reddit ipsa tractatio]Legendũ opinor lacesitã,nõ lacesit,et infra. ¶Citiusq; quã uenerant abeũt]Codex Franciscanus ocyus legit,non citius,& infra.¶In libertatem asseritur] In libertatem erigitur codex idẽ,et infra.¶Medicina ergo non regio quærẽda est]Scribe:Medicina ægro non regio quærẽda est, ex uetere lectione,& infra.¶In itinere colligitur] Exemplar Facundi & Primitiui,non itinere colligitur,ut puto rectè, ne est hic ulla interrogatio,et infra.¶Et emenda desideria.Intra saltem modũ contine]Codex Scholarũ, & emenda desideria tua. Intra salutẽ modũ cõtine. Exemplar meũ rectius, & emenda desideria intra modũ saltẽ cõtine. Scribendũ arbitror: aut amãda desideria,aut intra modũ saltẽ cõtine,ut sit amãda pro abige,expelle. Nam uerbo illo,emẽda,mox ante usus fuerat,et infra.¶Multũ nocituri si propè à te fuissemJScribendũ,si prope te fuissent,ex exemplari Franc.& infra.¶Videbuntur in opere esse] Vetus lectio parum si uidebunt in opere esse,parum. Hi uidebunt in opere esse,partim:Hi iubebunt in opere esse rectè,& ultrà.¶Nec tantum scire loqui] Eadem, eloqui,non loqui,& fortè scite quàm scire rectius legeres,quando quidẽ exemplaria quædã sic te præferãt nõ scire et infra.¶Stare fidenter ad portũ]Corrige:stare fidenter aperte,ex codice Francis.in quo uno tantũ sic emendate legebatur,reliquis uitiatis.Nã sequens uerbũ latitantẽ planissimũ sicit scribendũ esse aperte,nõ ad portũ,et infra. ¶Profert se laudari & aspici credit] Legendum puto:Profert se, laudari & aspici gestit, & confestim. ¶Omnium est supra omnia est] Scribe:dominus omniũ est.Supra omnia est, ex meo familiari codice, & infra. ¶Nihil quod uirũ incuruet]Dictio,uirum,in quibusdam codicibus non habetur.In meo illo uetusto exemplari sic lega:Nihil asperum quod uirum incuruet,& infra. ¶Minime quidem si rectis oculis intueri illa possis] Legendum ,minime quidem si quis rectis oculis intueri illa possit,ex uetere lectione,& infra. ¶Egregiè Vergilius noster iure dixit terribiles sed uisu] Egregie Vergilius noster non re dixit terribiles esse,sed uisu,ex uetere lectione.Codex meus:Egregie Vergilius noster in re dixit terribiles non esse, sed uisu, & infra.¶Inuictum tamen & paupertatem] Exemplar Franciscanum castigatius,inuictum fame & paupertate,& infra.¶Et labores quos militares quoque pertulit]Laboribus,nõ labores,idẽ codex,& infra.¶Quibus ille domuit exercitus]Domi scribe,non domuit, ex eodem,& infra.¶Vsq; eo animum Socratis non mouerant] Lege:Hæc usque eo animum Socratis non mouerunt, ex uetere lectione, & infra. ¶Illam mirabilem laudem et singularem usque ad extremum, non hilariorem quisquam non tristiorem Socratem uidit] Eadem. Illam mirabilem laudem & singularem usque ad extremũ seruauit.Nec hilariorem quisquã,nec tristiorẽ Socratem uidit,et infra.¶Totis externarum gentium præsidijs

dijs,hinc Cn.Pompeium] Opinor inuerso dictionũ ordine scribendum. Hinc Cn.Pom. totis externarũ gentiũ præsidijs,& infra.¶Satis unus aduersus omnia] Sunt codices in quibus omnes,non omnia habeatur.In meo exemplari, satis aduersus omnia tutus,& infra.¶Solus Cato fecit aliquas & Reipublicæ partes] Sic omnia exemplaria præter domesticum in quo legitur. Solus Cato fecit aliquas sui, & reipublicæ partes. Cui lectioni uidetur suffragari quod subijcit,duos in medio relictos,Rempub.& Catonẽ,& infra.¶Quæ cõstituta esse ab hostibus iratissimis poterãt] Agnoscitur hæc lectio ab omnibus codicibus præter Scholarũ codicẽ in quo ita leges,quæ constituta esse ab hostibus iratissimis uix filijs Atrei poterant,& ante paulo,qui ea sibi:scribe,nõ quid sibi,ex domestico codice, & infra. SI nihil humeris quod cupiditatẽ alienã & improbã irritet] Castiga, si nihil habueris quod cupiditatẽ alienã & intemperiem irritet,ex exemplari Franciscano,& infra.¶Neminẽ lacessendo aut gratificando] Corrige,neminem lacessendo gratuito,ex uetere lectione,& infra.¶Qui apud aliquẽ potentẽ potentes sunt]Exemplar diuæ Mariæ, qui apud aliquem impotentem potentes sunt,& infra.¶Dulcedo sermonis qui irrepit & blanditur] Vetus lectio, dulcedo sermonis quæ irrepit & eblanditur,& infra.¶Secreta producit] Verã & genuinã lectionẽ arbitramur secreta prodit,& infra.¶Vt garrulitatẽ suã custodiat & cõtentus sit unius auribus populũ faciet] Sic quæcũq; legi exemplaria agnoscunt,unius literæ deprauatione adumbrato perspicuo sensu. Puto enim scribendũ poculũ, non populum.Nam meminisse oportet uerborũ,quæ non ante multo præcesserunt, & non aliter quàm ebrietas aut amor secreta prodit.Erit ergo sensus pro modo & capacitate poculi custodire aliquem garrulitatem suam, aut non custodire,et esse contentũ unius auribus aut plurium,& infra.¶Trepidant enim cũ fecerunt. Hæret cõscientia, aliud agere non patitur] Corrige.Trepidant enim cũ fecerunt. Hærent.Conscientia aliud agere non patitur, ex uetere lectione,& infra. QVARE nõ protinus rescriberem ei de quo quæreba]Ita agnoscit maior codicũ pars,sed in Scholastico codice,tibi legas,nõ ei,et infra.¶Ergo & corpus est bonũ eius] Præpostere scripta uerba.Lege.Ergo & bonũ eius corpus est,ex uetere lectione,& infra.¶An ruborem euocent an fugientem sanguinem.] Scribe. An ruborem euocent an fugent sanguinem,ex exemplari Franciscano,& infra.¶Ergo & malitia & species omnis malignitatis,inuidia,superbia] Corrige.Ergo & malitia & species eius omnes. Malignitas,Inuidia,Superbia,ex uetere lectione,& infra.¶Omnes aũt utrtutes quas retuli bonæ sunt] Bona potius quàm bonæ legendũ arbitror,et infra. ¶Non tristitia adducit] Abducit,non adducit exemplar Pincianũ. Castigandum puto obducit unde frons obducta apud Iuuenalem,& infra.¶Lateruncules ludimus] Latrunculis ludimus in emendatioribus codicibus,et infra.¶Apertior res est sapere imò simplicior] Scribe,imò simplicior est,multũ enim addit neruorũ orationi uerbũ substantiuum in fine locatum iteratumq;,& sic legitur in exemplari Frãciscano,& infra. TAM pusilla tangunt] Exemplar diuæ Mariæ.Tam pusilla te res angit,& infra.¶Si amici deciperent] Veriorem lectionẽ duco,si amici deceperunt,& infra.¶Habeant sane nomen quod illis Epicurus noster imposuit,& uocentur quo turpius nõ omnibus sit rebus tuis. ¶Desunt illi cætera] Vetus lectio quo turpius nõ sit omnibus rebus tuis cætera. Minus uitiose leget totus hic locus ut ego credo si sic legatur. Habeant enim sanè nomen quod illis Epicurus noster imposuit.Ita uocentur.Quota pars nõ est si ex omnibus rebus tuis desunt illi qui & operã tuã cõterebant cætera, & infra.¶Et te omnibus molestũ esse credebant] Fideliorem lectionẽ existimo,& te omnibus molestũ reddebant,& infra.¶Et labaris oportet & arietes et cadas] Nõ arietes exemplar antiquũ,sed erigaris legit,& infra.¶Aut inquineris luto] Lege. Aut inquineris in luto,ex uetere lectione,& infra.¶Badẽ uitæ cõditio est quæ balnei. Turbæ itineris quædã intermittentur quædam incident] Error est in disjunctione uerborum. Legendum. Eadem uitæ conditio est,quæ balnei,turbæ,itineris. Quædam intermittentur,quædam incident,& incident,& infra.¶Idem mentiaris] Corrupta in omnibus exemplaribus uerba.Forte legendum iter emetiris, quia subijcit paulo post, per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter,& infra.¶Sciat se uenisse tonat ubi fulmen] Hæc uerba in quibusdam exemplaribus non habentur.In alijs sic leguntur,Sciat se uenisse ubi patiatur fulmen,& infra.¶Deinceps quæ multa & uaria sunt in nos diriguntur] Correctiorem existimamus lectionem. Deinde quum multa & uaria sint quæ in nos diriguntur,& infra.¶Alium aqua alium ignis eripiet] Aliud,non alium utrobiq; uetus lectio, & infra. ¶Quem Cleanthes noster] Familiare exemplar, quomodo Cleanthes noster.

IN LIB. VNDEVICESIMVM EPISTOLARVM.

QVIA pertinet properæ]Sũt codices qui legũt,quia pertinaciter properat,et infra.¶Ne ipsa impediat] Lege ne ipsa se impediat, ex uetere lect. Legitur & in alijs codicibus,ne te ipsa impediat,& infra.¶Qui multis apud philosophiã annis perfederint.Corrige,qui multis apud philosophiã annis perfederunt,ex eadẽ,& infra.Vt aliqua illi uitia deponant] Ita prior ẽditio. Puto scribendũ illic,nõ illi,& infra.¶Quã Phrygij solent tibinis sono semiuiri] Emenda,quã solent Phrygij tibicinis sono semiuiri, ex uetere lectione, & infra. ¶Afficiuntur illi & sunt quales iubentur.Si illi animo forma permanserit] Eadem. Afficiuntur illis et sunt quales iubentur,si illa animo forma permaneat.Puto synceriorẽ lectionem esse. Afficiuntur illis. Essent quales iubentur cætera,& infra. ¶Tunc illa animi bona uelut soluta excitantur] Quædam exemplaria,uelut ad solita excitantur. Codex diui Francisci,tunc illa animæ bona uelut sollicitatur,Scribendũ reor,tunc ad illa animi bona uelut solicitantur, uel sic, tunc ad illa animi bona uelut solita excitantur, & infra. ¶Cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patenti ore nouissime exitu effudit] In quibusdam exemplaribus, dictio illa,tractum, non habetur, & coniunctim patentiore legendum,non patenti ore ex omnibus antiquis codicibus. In quorum nonnullis effundit legitur, non effudit. & infra.¶Qui paupertati suæ aptus est] Scribe qui paupertati suæ aptatus est,ex uetere lectione, & infra. ¶Facillimè

Epist.106

Epist.107

Epist.108

Epist.109

Universidad de Deusto
Biblioteca

cillimè enim tenera conciliantur ingenia] Reconciliantur aliqua exemplaria agnoscunt, non conciliantur, & infra. ¶ Et adhuc docibilibus leuiterq; corruptis] Docilibus præferunt duo antiqua exemplaria, non docibilibus correctius, & infra. ¶ Cui liceret censuram agere regnantium] Exempar familiare gentium habet, non regnantium, & infra. ¶ Hæc enim nõ cibi sed oblectamenta sunt] Castiga. Nec enim cibi sed oblectamenta sunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quem obtinemus odor in corpore est. Nullo inde uino caret stomachus] Exemplar Franciscanum, quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde uino carens stomachus. Adstipulatur & alter eiusdẽ bibliothecæ codex, & infra. ¶ Quẽ mihi amorẽ Pythagoras iniecerit. At Socion dicebat quare ille animalibus abstinuisset] Puto corrigendũ, quem mihi amorem Pythagoræ iniecerit Socion. Dicebat quare ille animalibus abstinuisset. Sed expende an legendũ sit pro dicebat, docebat, siue disserebat. Nã sequitur infra. Hæc cũ exposuisset Socion, et infra. ¶ Omnia tibi in integro serua] Exemplar familiare. Omnia tibi integra seruas, & infra. ¶ Quod istic crudelitatibus tuis damnũ est] Sic in omnibus ferè habetur exemplaribus, sed in promptu erat correctio. Quod istius crudelitatis tuæ damnũ est. Nec desunt codices qui hanc etiã lectionẽ agnoscant, & infra. ¶ Altenigenarũ gentiũ sacra mouebantur] Nullus scriptus codex habet uerbũ, gentium, & infra. ¶ Sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animaliũ abstinentia] Puto inuertendas esse dictiones, & legendũ. Sed inter argumenta superstitionis quorundã ponebatur animaliũ abstinẽtia, & infra. ¶ Si quis exhortaretur illos, si quis impenderet] Scribendũ forte impelleret, nõ impenderet, & infra. ¶ Et omissis ad quæ diuertimur] Vetus lectio diuertimus, & infra. ¶ Qui grãmatici oculis carmen istud legit] Exemplar Franciscanũ grammaticis legit, nõ grammatici, quod nõ minus placet, & infra. ¶ Anci pater Martius Numæ nepos dicitur] Idem exemplar. Anci pater nullus Numæ nepos dicitur. Alius codex. Numæ nepos fuit, & paulo post. ¶ Id ita in pontificalibus libris aliqui putant. Et Feneſtella eosdem libros cum grãmaticis explicuit] Legendũ reor. Id esse in pontificalibus libris, & alij putant, & Feneſtella. Eosdem libros cũ grammaticis explicuit, cætera, & infra. ¶ Primũ uerba expressa ab se dicit à Cicerone. Idem re ipsa in cõmentarium refert] Verba hæc uitiatissima, & cimmerijs quod aiunt inuoluta tenebris, sic restituenda coniecto. Primum uerbũ priscũ, reabse, dicit à Cicerone, id est re ipsa in cõmentariũ refert. Vt dictionẽ, priscũ, reponã admonẽt me ea quæ infra sequuntur: non ut uerba prisca aut ficta captemus. Exemplar Facundi & Primitiui sic legit. Primũ enim uerba expressa ab se cætera. Vt forte scribendũ sit. Primũ Ennij uerbũ priscũ reabse cætera, & infra. ¶ Nec minus sese idem seipse] Castiga. Nec minus sese, id est seipse, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hanc quã nunc in circo creatã uocamus caleem antiqui dicebant] Corrigendũ puto. Hanc quam nunc in circo metam uocamus cætera. De metis in circo Suetonius et cõplures alij, & infra. ¶ Deinde inanes colligit uersus] Lego. Deinde Ennianos colligit uersus, ut liquet ex sequentibus, & infra. ¶ Cui nemo ciuis atq; hostis qui uult pro sactis reddere operæprecium] Vetus lectio, cui nemo ciuis neq; hostis cætera. Sed ego opinor, non qui uult legendũ, sed quibit, hoc est poterit. Nam sequitur neminem potuisse Scipioni, neq; ciuem, neq; hostem reddere operæprecium. Iam uerbũ, est, quod in fine clausulæ adiectũ est à nullo, neq; antiquo neq; recentiore codice agnoscitur, & infra. ¶ Non tantũ auxiliũ significasse operam, ait opera eius neminem potuisse Scipionem neq; ciuem cætera] Vetus lectio deprauata etiam, sed manũ nonnihil emendaturo porrigit: quæ sic habet, non tantũ auxtliũ significasse, sed operã, ait opera enim eius neminem potuisse Scipioni. Considera igitur an in integrũ restitui possit locus hic permutato dictionum ordine hoc pacto, non tantũ auxilium significasse operã, sed alicuius opera, ait enim neminem potuisse Scipioni cætera, et infra. ¶ Ennius hoc ait Homero surripuisse. Ennio Virgilius] Scribo. Ennium hoc ait Homero se surripuisse. Ennio Virgilium, & infra. ¶ Esse enim apud Ciceronem in his ipsis de R.P. hoc epigramma] Puto contra omnia exemplaria scribendũ hoc pacto. Est Ennij apud Ciceronem in his ipsis de R.P. hoc epigramma. Alioquin si enim legas, nõ Ennij, uitiosa esset confirmatio asserre epigramma librorũ Ciceronis ad confirmandũ Ennium imitatione Homeri portas cœli appellasse. Quòd aũt Ennij poëtæ sit hoc epigramma, docet Lactantius Firmianus lib. 1 cap. 18. his uerbis. Ille autẽ qui infinita hominũ milia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modo in templũ, sed etiã in cœlum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus. Si fas cædendo cœlestia scandere cuiquã est, mi soli cœli maxima porta patet, et infra. ¶ Si fas est plagas cœlestium ascendere cuiquã] Prior æditio minus corrupte, ni ficta endo plagas cœlestum ascendere cuiquã. Lege. Si fas cædendo cœlestia scandere cuiquã est, ut mox ante ex Lactantio apparuit, & infra. ¶ In Philologũ aut grammaticũ delabar] Correcte magis exemplar meũ dilabar, & infra. ¶ Velut aliquod artificiũ uenale didicerunt] Reclament licet exẽplaria omnia, cõtenderim legendũ esse duocuerunt, nõ didicerũt. Sequitur enim, quàm uiuendũ esse præcipiunt, et rursus, Nõ magis mihi potest quisquã talis prodesse præceptor, & infra. ¶ Et ingens agmẽ. Nõ tamẽ taliũ] Sic prior æditio. Exẽplar Frãciscanũ, & ingens agmẽ tot ac taliũ. Quid si hæc uerba. Nõ tamẽ taliũ, adiectitia sunt glossema, uidelicet studiosi cuiuspiã, qui ingens agmẽ interpretabatur esse nõ taliũ quales fuerant Zeno, Chrysippus, Posidonius, & infra. PRAETER hæc aliquis cogitationes suas exprimet] Aliquas, non aliquis omnis habet uetus lectio, et infra. ¶ Vno modo dicas licet non esse in melle dulcedinẽ] Legendũ reor, isto modo dicas licet cætera, & infra. ¶ Quibus morbi uitio uel amarũ esse uideatur] Scribe, quibus morbi uitio mel amarum esse uideatur, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Et huic profuturo idonea materia sit] Profecturo, nõ profuturo eadẽ, et infra. ¶ In summũ inquit producto calorẽ] Perducto, nõ producto eadem, emenda paulo post, et infra. ¶ Vti amplius arma desiderat] Armis lege, non arma, ex eadem, et infra. ¶ Itaq; prodest qui uirtutes alicuius partes sui amat] Scribendũ puto cõtra omnia exẽplaria, pares, suis, nõ partes sui, & infra. ¶ Etiã nunc sapientis animũ perite mouere nemo alius potest nisi sapiens] Scribe. Etiã nunc sapientis animum

Epist. 110

animum perite mouere nemo alius potest, quàm sapiens: sicut hominem mouere rationaliter non potest, nisi homo, ex omnibus scriptis codicibus. et infra. ¶ *An deliberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem aduocaturus*] Castigatiorem existimamus lectionem. *An deliberaturus sapiens sit, aliquem in consilium aduocaturus, & infra.* ¶ Et animo cogitationes miscendo] Scribe, & animos cogitationesq; miscendo, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quæ in exercendo sensu ualet] Exemplar Scholasticum, quæ in exercendo se usu ualet, & infra. ¶ Aiunt homines plus in alieno negocio uidere. Vitio hoc illis euenit.] Lege. Aiunt homines plus in alieno negocio uidere quàm in suo. Hoc illis euenit, ex emaculatioribus codicibus, & infra. ¶ Etiam si contra me gladij micarent] Circa legendum, non contra, ex omni scripta lectione, ut mox statim. Etiam si circa me flagrarent incendia, & infra. ¶ Etiam si subitus turbo totam nauem meam mari raperet] Exemplar Franciscanum, toto legit, non totam, ex exemplari Facundi ac Primitiui, & infra. ¶ Hanc mihi præstaturum uoluptatem ut gloriam contemnam] Sic prior æditio. Puto legendum. Hanc mihi præsta tu, ut uoluptatem, ut gloriam contemnam, & infra. VT memineris maiores nostros qui crediderunt hos Stoicos fuisse] Legendum puto, non hos, sed hoc, & infra. ¶ Quotiens enim calamitas felicitatis est causa & uitium fuit, quod calamitas uocabatur] Castigatius & breuius uetus lectio. Quotiens enim felicitatis causa & uitium fuit quod calamitas uocabatur, & infra. ¶ Est autem tanti diu nihil gaudere] Scribe inuersis dictionibus. Est autem tanti nihil diu gaudere, ex eadem, & infra. ¶ Nec inter hæc humani ingenij sagacitas fisti tur] Corrige. Nec intra hæc humani cætera, ex eadem. ¶ Quo feratur unde surrexerit] Eadem. Quomodo feratur. Vnde surrexerit, & infra. ¶ Si contempseris etiam sordidum panem] Corrige. Si non contempseris etiam sordidum panem, ex exemplari Pinciano, & infra. ¶ In quem si preciosa congerimus] Scribe, in quẽ sic preciosa congerimus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Alia ergo gratiora si recentiora perfruntur ad mensam] Eo legendum, nõ ergo, ex eadem, & infra. ¶ Alia si diu pasta & coacta pinguescere] Verbum, si, eradendum ex omnibus scriptis codicibus. In quorum uno, dure pasta habetur, pro diu pasta: ut forte legendum sit, diu repasta, & infra. ¶ Hinc puerorum prospicuos cultu atq; forma greges] Perspicuos lege, non prospicuos, ex eisdem, & infra. ¶ Delectat te nitor horum] Nidor lege, non nitor, ex eisdem, et infra. ¶ Hæc nobis Attalus dixit natura dixit omnibus] Scribo. Hæc nobis Attalus dixit. Natura omnibus dixit, ex exemplari Facundi et Primitiui. Ex cuius fide lege paulo ante per cõmutationem uerborum, in alienum cadit arbitrium, et infra. QVIBVS quisq; se tradidit quæstiunculas quidem uastras] Vetus lectio, quibus quisquis se tradidit quæstiunculas quidem uarias nectit. Placet tamen magis ut uastras legatur quàm uarias, & infra. ¶ Nec in summis ambulat digitis] Præpositio, in, superuacanea est, ex eadem, et infra. ¶ Siue fluctuatur & per aduersa & difficilia] Superfluat coniunctio, &, ex eadem, & infra. ¶ Et animum specie subtilitatis inductũ tentant morantur] Corrige, & animũ specie subtilitatis inductũ tenent ac remorantur, ex eadẽ, & infra. CITO tamẽ redibit in gratiã] Scribe, cito tamẽ cũ illa redibit in gratiã, ex codicibus syncerioribus.

Epist. 111

Epist. 112

Epist. 112

DE MORALI *fortitudine, iustitia, doctrinam inferens*] Corrige. Moralem de fortitudine, & iustitia doctrinam subinferens, ex uetere lectione, & infra. ¶ Vt exercere ingenium inter irrita uideremur] Legendum esse uideamur, non uideremur, & sensus monstrat & exemplar Scholasticũ. Item correctiorẽ ducerẽ lectionẽ, intra, quàm, inter, & infra. ¶ Sed me in alia sententia profiteor] Deest uerbũ, esse, ut sit profiteor esse, ex uetere lectione, et infra. ¶ Non tamen duos esse dices nos] Pronomen nos, expungendum, ex exemplari Franciscano, et statim. ¶ Quare quia separatim esse debent] In eodẽ dictio, Quare, non habetur. Et separati, nõ separatim omnis agnoscit antiqua lectio, et infra. ¶ Iustitia animal est, fortitudo. Sic cæteræ uirtutes] Scribe. Si iustitia animal est, fortitudo, cætera ex eadem, & statim. ¶ Ac rursus incipiunt] Corrige, ut rursus incipiant, ex eadẽ, et infra. ¶ Agit inquit aliquid & prodest. Impetum habet] Exemplar diuæ Mariæ, & item familiare. Agit inquit aliquid et prodest. Quod aũt agit aliquid & prodest impetũ habet, & infra. ¶ Omne animal donec moriatur hoc est idẽ quod cœpit.] Corrige. Omne animal donec moriatur id est quod cœpit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Equus, canis transire in aliud non potest] Lege. Equus equus, Canis canis. Transire in aliud non possunt, ex eadem, & infra. ¶ Ista quomodo erunt singula animalia cum unus animus sit] Scribe. Itaq;, non ista, ex uetere lectione. Exemplar diui Francisci. Ita quomodo singulæ animalia erunt reliqua, & infra. ¶ Hoc quoq; existimo & quod in tanta copia rerum] Legendum reor. Hoc quoq; existimo esse quod in tanta copia rerum, & infra. ¶ Nulli similitudo cum altero conuenit.] Corrige. Nullius magnitudo cum altero conuenit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aut irrationalia aut pecora. Virtutes quoq; rationales sunt] Legendũ, aut irrationalia, ut feræ, ut pecora. Virtutes utiq; rationales sunt, atqui nec homines sunt, reliqua ex correctioribus codicibus. Sed quia non multo post negat uirtutes rationales esse, credederim legendũ hic potius sint quàm sunt, ut cõcedat aduersarijs quod ipse non sentit, & infra. ¶ Specie alicuius rei irritatiũ est] Exemplar Franciscanũ magis præferre uidetur incitatiũ quàm irritatiũ, & infra. ¶ Puta enim prudentiam esse] Scribendũ arbitror. Puta animal prudentiã esse, & infra. ¶ Hoc natura nõ præcipit] Scribe recipit, nõ præcipit ex melioribus codicibus, & infra. ¶ Prudenter tacere & cœnare bonũ est. Ita & tacere & cœnare animal est] Castiga. Prudenter tacere bonum est. Cœnare bene bonũ est. Ita & tacere & cœnare animal est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quæram an & auaritia & luxuria & clementia reliqua] Scribe dementia, non clementia, ex eadẽ, et infra. ¶ Sunt enim & ipsa animalia] Ipsæ, nõ ipsa legito, ex eadẽ, & infra. ¶ Si has quoq; retundauerint.] Eadẽ si has quoq; corrotũ dauerint, & infra. ¶ Ne putes aũt primũ ex nostris] Lege. Ne putes aũt me primũ ex nostris, ex eadẽ, & infra. ¶ Ergo cur nõ ipsius Chrysippi exẽplo] Muta uerborũ ordinẽ. Cur ergo non ipsius cætera,

Epist. 114

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eadem, & infra. ¶ Idem est animus & iustus & prudens & fortis. At singulæ uirtutes quodammodo se habent.] Corrige. Idē est animus: & animus iustus & prudens & fortis ad singulas uirtutes quodam modo se habens, ex meo familiari codice, et infra. ¶ Et aptans illis facies tanquā pictor asigno] Aptas, non aptans, omnis uetus lectio, & infra. ¶ Non possunt hoc loco dicere] Possum lege, non possunt, ex eadem, & infra. ¶ Tuis pugna contra ipsam fortunam, non armat itaq; contra hostes, instructi contra illam inermes sunt] Hunc locum in omnibus exemplaribus corruptum deprehendi. Corrigendū hoc pacto censeo. Tuis pugna. Contra ipsam fortunā non armant illa quæ contra hostes. Instructi contra illam inermes sunt, & infra. ¶ Priuatis cōmodis quàm longissime auersa sit] Deest præpositio, à, ut sit, à priuatis commodis quàm longissime auersa sit ex domestico exemplari, & infra. ¶ Non est quod spectes quod sit iustæ rei præmium maius iniusto est] Castiga. Non est quod expectes quod sit iustæ rei præmium maius quàm iustum esse ex eodem. Exemplar tamē Scholasticū quàm iustam esse legit, non quàm iustum esse, & infra.

Epist.115 VBI contra luxuriam succincte declinat] Scribendum forte, declamat, non declinat, & infra. ¶ Si approbata est et recepta] Scribe, sed approbata est et recepta, ex uetere lectione, & infra. ¶ Mecœnas in cultu suo] De cultu suo, eadem, non in cultu suo, & paulo ante tre, non iri, & nunc, non tunc, & infra. ¶ Vide ut alueum lyntribus aret uersoq; uado remittat hortos] Exemplar familiare. Vide ut alueum lintribus arent, uersosq; uado remittant hortos, et infra. ¶ Vt ceruice lassa fanantur] Idem exemplar, ut ceruice laxa feratur, & infra. ¶ Ne mori tyranni irremediabilis factio] Nemo tyranni cætera idem exemplar, & infra. ¶ Quid si quis fœminæ cirro crispat & labris columbatur] Vetus lectio. Quid si quis fœminæ cirro crispatæ labris columbatur, et infra. ¶ Tum tam negligenter abiecta] Particula, tum, tollenda, ex eadem, & infra. ¶ Quod uitium hominis esse interdum corporis solet] Corrige, quod uitium hominis esse interdum, interdum temporis solet, ex exemplari Facundi ac Primitiui, et infra. ¶ Vt ea quæ cludere solent cœna prima ponantur] Emendo, ut ea quæ includere cœnam solent prima ponantur, ex uetere lectione, et infra. ¶ Et illi & pro sordidis olita sunt] Ex duabus coniunctionibus posterior expungenda, ex eadem, et infra. ¶ Modo fingit & ignota deflexit] Eadem, modo fingit ignota ac deflexit, & infra. ¶ Et hoc gratiam spe rent si sententia pependerit] Hinc, non hoc, eadem & paulo post ament, non amet, & infra. ¶ Ad Appium & usq; ad Coruncanū redeunt] Corrigendum. Ad Appium usq; & Coruncanum redeunt, ex eadem, & infra. ¶ Quam si nollent splendidis uti] In quibusdam codicibus excerptū in margine lego scribendum uellent, non nollent, et infra. ¶ Deo blanditur & molliter labitur] Scribe, adeò blanditur cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Vix ad clausulas redduntur] Redeunt, non redduntur, eadem, & infra. ¶ Quid illa in exitu lenta] Castiga. quidam reor. Quid de illa in exitu lenta, & infra. ¶ Quæ audita Panormitanos debere Romanis fecere] Dedere, non debere lege, ex uetere lectione, & paulo ante fugam fecere, non facere, & infra. ¶ Irritant illos & in se aduertunt] Scribo, auertūt, non aduertunt, ex eadem, & infra. ¶ Nulli molesta est nisi animus labatur] Eadem, labat, non labatur, & infra. ¶ Simul dubitant] Legendum puto, simul nutant, & infra. ¶ Non cū omni exoletorū cætera] Scribe, quod nō cū omni exoletorū cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nunquid enim mi Lucili hic furor est] Ex scriptis exemplaribus quædā sic legunt. Nunquid enim mi Lucili in hoc furor est. Alia negationem addunt. Nunquid enim mi Lucili in hoc furor non est, & infra. ¶ In illo quod nemo nostrum] Exemplar Scholasticū, in illo etiam quod nemo cætera. Exēplar Franciscanū. Imò in illo quod nemo nostrū cætera quā lectionē magis probo, & infra. ¶ Cui tanto tumultu cōparatur cibus] Vetus lectio. Cui tantorū cultu cōparatur cibus, & infra. ¶ Aspice ueteraria nostra] Veterana, non ueteraria, exemplar Franciscanū, & infra. ¶ Tot consulum regionumq; uina cluduntur] Exemplar Scholasticū, tot climatū regionūq; uina cōduntur, & infra. ¶ Nihil tam æque tibi profuerit] Tamē, nō tam, uetus lectio,

Epist.116 ET QVOD omnium hic non solida sed bracteata, & ficta felicitas est] Vetus lectio. Quod omnium hic eminentium non solida sed bracteata felicitas est, & infra. ¶ Habeo maiora quæ cures quàm quæ scribas] Postremæ tres dictiones, quàm quæ scribas, in omnibus uetustis exemplaribus desiderantur, & infra. ¶ Barba & coma nitidos de capsula tortos] Discapsulatos pleraq; exemplaria non de capsula tortos. Codex Franciscanus, de capsula totos, & infra. ¶ Si circumtunsa est] Vetus lectio, si circumtonsa est, & infra. ¶ Et quod credas in homine rarum humanitatis bonum] Scribe, & (quis credat) in homine rarum humanitatis bonum, ex eadem, & infra. ¶ Splendo remq; illi suum affunderent] Dictiuncula, q, superuacanea est, ex eadem, & statim. ¶ Tunc prouidentia cum elegantia] Tum legendum, non Tunc, ex eadem, & infra. ¶ Nemo illum amabilem] Lege illam, non illum, de facie enim loquitur, ex eadem, & infra. ¶ Nemo non inquam amore eius arderet] Corrige. Nemo inquam non amore eius arderet, ex eadē, & infra. ¶ Nunc enim multa obsigillant] Codices quidam obsugillant. Alij minus deprauate obsligillant. Lego Obstrigillant. Cuius uerbi significationē legito apud Marcellum, & infra. ¶ Et aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscure retinent] Scribendum reor obscuritate, non obscurè: ut splendori opponatur obscuritas, & infra. ¶ Quamuis multus circa diuitiarum radiantium splendor impediat] Exemplar familiare, impendeat, non impediat, & infra. ¶ Nos ingentium maculæ columnarum siue ex Aegyptijs arenis] Quid si legas eremis, non arenis. Nam solitudinum Aegypti & Hieronymus & alij meminerunt, & sequitur statim, me ex Africæ solitudinibus cætera, & infra. ¶ Miramur parietes tenui marmore inductos] Codices quidam indutos, non inductos, & infra. ¶ Quantum mali iaceat] Emendatius quædam exemplaria, lateat, non iaceat, quam lectionē cōfirmant quæ paulo ante præcesserunt sub illo auro fœda ligna latitare, & infra. Hæc ipsa res tot magistratus] Scribe. Hæc ipsa res quæ tot magistratus, & dictio sequēs, Pecunia, per minorē scribi debet et præcedētibus annecti, ex

ex uetere lectione, et infra. ¶ Quærimus non quale sit quid sed quanti.] Scribe, quærimus non quale sit quidq; sed quanti, ex eadem, & infra. ¶ Et honesta quandiu spes inest sequimur in cōtrarium transituri si plus scelerata promutarent] Eadem. Honesta quandiu aliqua illis spes inest sequimur in contrarium trāsituri si plus scelera promittant, & infra. ¶ Qui lucro innocentiam, salute opinionem bonam mutant] Lege. Qui lucro, innocentiā, Salutem, Opinionem bonam mutent, ex eadem, & infra. ¶ Sine me uocari pessimum ut diues uocer] Adijcit eadem uerbū, simul. Sine me uocari pessimum simul ut diues uocer, et infra. ¶ An diues an bonus nemo. Omnes quærunt] Castiga. An diues sit omnes quærimus nemo an bonus, ex eadem, & infra. ¶ Vtinā honores petituri cū ambitiosis. Vtinā qui diuitias optaturi essent cum diuitibus deliberarent & summū cætera] Mutandus ordo uerborū & scribendum ex eadem sic. Vtinam qui diuitias appetituri essent cū diuitibus deliberarent. Vtinam honores petituri cū ambitiosis summū cætera, & infra. ¶ Cū priora damnauerint] Exēplar familiare qui priora damnauerant, et infra. ¶ Et opinionū suarū securus] Verbū, suarū, expungendū, ex uetere lectione, & infra. NVLLVM enim uitium sine pa- Epist.117
trocinio. Nulli nō uitium est uerecundū] Castiga. Nullū est uitiū sine patrocinio. Nulli non initium est uerecundū, ex eadem, & infra. ¶ Imbecillisq; primo omnis affectus] Eadē imbecillus est primo omnis affectus, et infra. ¶ Nec uino infirmū animū cōmittamus] In quibusdam exemplaribus uitio habetur non uino, & infra. ARGVMEN Epist.118
tatur cōtra professores suos] Vetus lectio. Argumentatur contra quosdam cōprofessores suos, & infra. ¶ Multum mihi tibiq; negotiū cōcinnabis] Eadē. Multū mihi negocij cōcinnabis, eisi in pleriscq; codicibus cōtinuabis legatur nō cōcinnabis, & infra. ¶ Deinde tūc dicere sententiā audebo] In exēplari Scholastico uerbū. Deinde, nō habetur, & infra. ¶ Quid ergo inquiunt cū dicimus bonū sapere dicimus referētes ad id de quo pendet] Vetusta lectio. Quid ergo inquit? Nū dicimus bonū est sapere. Sapere dicimus referētes ad id de quo pēdet. Aliqui codices sic. Quid ergo inquit: Nō dicimus bonū esse sapere. Sapere dicimus referentes cætera, & infra. ¶ Et in aliā partē cōsidere] Lege, & in alia parte considere, ex eadē, & infra. ¶ Si expetenda res est bona est] Eadem, si expetenda res est bonū est, et infra. ¶ Sed petito bono accedit] Exemplar Franciscanū, sed petito bonum accedit, & infra. ¶ Inter alia hinc colligimus] Vetus lectio. Inter alia hoc colligimus, & infra. ¶ Aut timentium infros aut colentium] Eadem, aut timentium inferos, aut colentium æthera, & infra. ¶ Tam corpus est quàm ille cui accidit] Scribe, illud, non ille, ex eadem, & infra. ¶ Si extra est postquàm accesserat recessit] Lege, accederat, non accesserat, ex eadem, et infra. ¶ An quale istud sit tale hoc sit] Scribendum, illud, non istud, ex eadem, et infra. ¶ Vnum enim deerat illi quo minus bonum esset] Particula, enim, in quibusdam exemplaribus non habetur. In alijs ergo habetur pro, enim, & infra. ¶ Nisi quia sapientiam habet. Lege, nisi qui sapientiā habet, ex uetere lectione. Adstipulantur & uerba sequentia. Nunquid quenquā qui sapiat non putas habere sapientiam, & infra. ¶ Puto concedas duo esse hæc] Puto concedes duo esse hæc, ex eadem scribendū, & infra. ¶ Habitu sapiētiam habet qui sapit] Castiga ex eadem. Habetur sapientia. Habet qui sapit, & infra. ¶ Non corpus inquit est quod nunc loquor] Quidā codices, non corpus est quidē quod nunc loquor, & infra. ¶ Non enim quid mihi uideatur pronuncio] Scribe, nondum enim quid mihi cætera, ex uetere lectione, et infra. ¶ Quid prohibet quominus aliud quidem sed nihilominus bonū] Puto legendū. Quid prohibet quominus alia quidem sint nihilominus bona. Nam paulo post subijcit. Cœperā dicere posse ista duo esse, & tamen utraq; bona, & infra. ¶ Et sapientiā & sapientiā habere duo esse] Vetusta lectio. Et tanq; sapientia & sapiens duo sint, & infra. ¶ Nihil obstat ergo quominus & sapientia bobū sit] Castiga, sic nihil obstat quominus & sapientia bonū sit, ex eadē, & infra. ¶ Olim me ipsum damno] Eadem. Olim ipse me damno, et infra. ¶ Omnia ista circa sapientiā sunt nō in ipsa sapientia sunt] Corrigo. Omnia ista circa sapientiā nō in ipsa sunt, ex eadē, et infra. ¶ De syderū elementis] Exemplaribus reliquis hoc loco, deprauatis Franciscanū exemplar opem nobis tulit. In quo non de syderū elementis legitur, sed de syderū alimento rectissime, et infra. Quid mihi profuturū est scire aliud bonum esse] Exemplar familiare, & paucioribus uerbis et longe alijs. Et ex his quid bonū sit. Sciendū tamē notatū hoc haberi partim in margine partim in cōtextu, quē ut apparet deleuit ille qui ante me codicē possederat quam recte nō ausim affirmare. ¶ Quibus animū labentē studijs firmē] Labantem, non labentē scribendū, et paulo post firmant, nō firmant, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quæ ad me irrūpunt quomodo illas ad quas irrupi] Eruperunt & erupi sunt codices qui habeant, non irruperunt & irrupi, & infra. ¶ Sed ipse mecū quo usum erit profugiā] Castigo, sed ipse me cū usum erit profugiā, ex uetere lectione, & infra. ¶ Siue nō uis quid deos rogas] Corrigendū arbitror, si uis uere nō uis quid deos rogas, & ita notatū præfert domesticū exēplar, & infra. ¶ Itaq; inquit quàm primū moriar] Legendū puto, nō Itaq;, sed Ita. Nam uidetur principiū esse à uoto sumptū hominis qui ægritudine manus dederat. Nemo aūt incipit à uerbo Itaq;. Idem uitium mox paulo bis castigandum, et infra. ¶ Tot quæstiones tibi fortuna imposuit] Lege, posuit, non imposuit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Remoue ista luxuriæ arma] Lusoria exemplar Franciscanum, non luxuriæ, & infra. ¶ Hoc secretarū cupiditatum pondus effundam] Lege. Qua ratione hoc secretarum cætera, & ex eadē, & infra. ¶ Qua ratione agatur aliquid] Prima duo uerba, qua ratione, desiderantur in eadē, & infra. ¶ Sic sit. Negemus sapere bonū esse] Fit, non sit, eadē, & infra. ¶ An bonū sit sapientia] Scribe, an bonū sit futura sapientia: ex Franciscano exemplari, & infra. ¶ Quid enim dubiū est oro te] Dubij, nō dubium legendū, ex eodem, & infra. Deinde quale esse] Vetus lectio, deinde quale est, & infra. ¶ Sapiam spero, sed interim non sapio] Castigo. Vt sapiam spero, sed interim non sapio, ex correctioribus exemplaribus, & infra. ¶ Tabulam lateruncularem] Tabulam latruncularem, eadem, & infra. ¶ Et unde quàm multa] Mallem legeres, & uides quàm multa. Quædam exemplaria & uide quàm multa, & infra. ¶ Et hoc tempore tam angusto & rapido.]

Legendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legendum reor. Ex hoc tempore tam angusto & rapido, & infra. ¶ Delectare potius quàm sanare] Scribe, delectare se potius quàm sanare, ex uetere lectione, & infra. ¶ Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero cur potius inter uocabula cætera] Desiderantur hic duo uerba. Verbum, sapiam, & coniunctio ergo, ex codice Facundi ac Primitiui. Vt legendum sit per interrogationem ducentem ad negationem hoc pacto. Dic mihi cum quid inter sapientiam & sapere intersit didicero sapiam? Cur ergo potius inter uocabula cætera, et infra. ¶ Si dixero omne quod disco] Direxero, non dixero plerique codices, & infra. ET quid sit bonum. Et quæ honesti & Epist. 119 boni differentia] Castiga. Quid sit bonum, & quæ honesti ac boni sit differentia demonstrat ex eodem, & infra. ¶ Vt scriberes ego rescriberem.] Vetus lectio. Tu scriberes Ego rescriberem, & infra. ¶ Quis aperte petat.] In quibusdam codicibus arte legitur, non aperte, & infra. ¶ Propinquis nummus mouere non possit] Corrige, propinqui nummum mouere non possunt, ex uetere lectione, et infra. ¶ In templis suis pendant] Scribe pendeant, nõ pendant, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Qui ut aliquid pestiferi cõsequantur per mala nituntur in malum] Diuersus est uerborum ordo in uetere lectione. Qui ut aliquid pestiferi per mala cõsequantur nituntur in malunt, & paulo post optanti, non optandi scribendum, et infra. ¶ Verum & uerisimile inter se differunt. Itaq; quod bonum est uero iungitur. Non est enim bonum nisi uerum est. Ad quod inuitat ad se & allicere facit uerisimile est] Legendum puto hoc pacto. Verum & uerisimile inter se differunt ita. Quod bonum est uero iungitur. Non est bonum nisi uerum est. At quod inuitat ad se & allicit facie uerisimile est. Nam & Scholasticum exemplar, ita, nõ itaq; habet, & in Franciscano codice coniunctio, enim, non habetur, & statim. ¶ Surripit, sollicitat, attrahit] Exemplar Franciscanum minus deprauate, Subripit, non Surripit. Lego Subrepit, & infra. ¶ Iam & honestum est] Superfluit, uerbum, est, ex uetere lectione. Legendaq; hæc uerba ut puto per consequentiam cum præcedentibus nulla distinctione, & infra. ¶ Hæc cum honeste ministrata sunt] Eadem administrata agnoscit, non ministrata, & infra. ¶ Leuia enim sunt contemnenda] Superuacaneum est uerbum, sunt, ex eadem. In familiari codice. Leuia enim sunt & contemnenda, et infra. ¶ Nullum enim minimum contemnendum bonum] Eadem non habet coniunctionem, enim. In meo domestico exemplari aliter. Nullum etiam minimum contemnendum bonum, & infra. ¶ Vnde aliquid cognoscitur bonum] Codices quidam. Vnde agnoscitur bonum? et infra. ¶ Hæc eius proprietas] Deest in fine uerbum, est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quomodo ad illam proprietatem peruenit] Aliam, non illam, eadem, et infra. ¶ Ille irrationabilis est hic rationabilis] Castiga, ille enim irrationalis est hic rationalis, ex eadem, et infra. ¶ Et exiguum mellis pondus] Legendum sine coniunctione. Exiguum mellis pondus, ex eadem, & infra. ¶ Vbi animus aliquid diu protulit, & in magnitudinem eius sequendo lassatus est infinitum cœpit uocari quod longe aliud factum est quàm fuit cum magnum uideretur. Sed finitum eodem modo cætera] Verba hæc uitiosissime habentur in omnibus & priscis & neotericis codicibus nullo uel minimo apparente uestigio antiquæ synceræq; lectionis. Promam nihilo secius sententiam meam Cui quantum tribui debeat aliorum esto iudicium. Certe facilius ea lectione quam coniecto Senecæ mens percipietur. Ad hunc ergo modum scribendum existimo. Vbi humus aliquid diu protulit qui in magnitudine eius secanda lassatus est infinitum cœpit uocare quod longe aliud factum est quàm fuit cum magnum uideretur, sed finitum. Eodem modo cætera. Quidam codices adijciunt coniunctionem, &, sed et finitum. & infra. ¶ Nouissimè crescente ad difficultatem] Castiga, nouissimè crescente hac difficultate, ex omni uetere lectione, & Epist. 120 infra. AD maximas te diuitias compendiario ducam] Quidam codices compendiarie legunt, non compendiario. Sed rectius exemplar diui Francisci compendiaria, ut subintelligatur uia, et infra. ¶ Catonianũ illud à te mutuum sumes] Corrigendum credo Hecatonianum illud à te mutuum sumes, nam Hecatonis testimonium frequens est in Seneca, & infra. ¶ Summa res in utroq; est eadem] Corrige. Summa rei in utroq; eadem est, ex eadem, & infra. ¶ Vtrum hæc aqua sit ex lacu proximo excepta, an ea quam multa niue clusero] In eadem aliter. Vtrum hæc aqua sit quam ex lacu proximo excepero, an ea quam multa niue elisero, & infra. ¶ Et superuacanea deuites] Dimittes, non deuites, eadem, & infra. ¶ Ad proxima quæq; tendatur manus. Ipsa mihi commendabit quodcũq; comprehendero] Scribe. Ad proxima quæq; porrigatur manus. Ea ipsa mihi commendauit cætera, ex eadem, & infra. ¶ In anima inquis lance numeras] Corrige ex meo familiari exemplari. Inani me inquis lance muneras, & paulo ante quæsitor, non quæstor habent nonnulla exemplaria, & infra. ¶ Nam ego paraueram fiscos] Vetus lectio. Ego iam paraueram fiscos, & infra. ¶ Consecuturus est quod nunquam diuitijs contingit finem] Scribe, consecutus est quod nunquam diuiti contingit finem, ex eadem, & infra. ¶ Qui tantum non alget, non esurit, non sitit] Puto legendum, qui tantum non alget reliqua, hoc est qui ferè non alget, et infra. ¶ Nunquam satis est quod multum] Vetus omnis lectio. Nunquam multum est quod satis non est, & infra. ¶ Post Darium & Indos pauper est Alexander Macedo quærit quod suum faciat] Exemplar Franciscanum non Macedo agnoscit, sed Mentior ut sit obiectio, & infra. ¶ Tanto fine terrarum per suum rediturus orbem tristis] Scribe, de tanto fine terrarum per suum rediturus orbẽ tristis est, ex exemplari Facundi & Primitiui, & si codex Franciscanus non tanto habeat, sed toto, ut forte legendũ sit, tot, non toto, & infra. ¶ Quorũ nomina cum Cræso Licinioq; numerantur] Quædam exẽplaria Crasso agnoscunt, nõ Cræso rectius. Nam Cræsus cũ Licinio male committitur, cum Crasso bene, ut illud Persij. Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes, & infra. ¶ Iste si mihi credis pauper est si tibi potest esse] Corrige. Iste mihi credè pauper est si potest esse, ex omni scripta lectione, & infra. ¶ Hic ipse quem circa naturam diximus] Exemplar Scholasticum, hic ipse quem citra naturam dicimus. Exemplar familiare, hic ipse de quo circa naturam dicimus. & infra. ¶ È contrario dicere solemus] Castigandum reor, è contrario dicere debemus, & infra. ¶ Quam paribus ministerijs

ministerijs & leuibus afferatur cibus] Lege, quam paribus ministris & lœuibus affertur cibus, ex uetere lectione, & infra. ¶ In prima potione sedatam] Superfluit præpositio, in, ex eadem, & infra. ¶ Oculos meos lædit. Id actum est cætera] Eadem: Oculos hoc meos lædit. Id pactum est cætera, & infra. ¶ Vtamur ergo in hoc naturæ beneficio] Præpositio, in, superuacanea est, ex eadem.

IN LIB. VICESIMVM SECVNDVM EPISTOLARVM.

QVOMODO ad nos boni honestiq; notitia peruenerit] Vetus lectio: Quomodo ad nos boni honestique prima notitia peruenerit, & infra. ¶ Per analogiam nostri intellectum, & honestum & bonum iudicant] Corrigendum reor per analogiam nostro intellectu & honestum & bonum iudicante. Patet sic esse legendum ex sequentibus, & infra. ¶ Nemo non gloriam ultra rectum tulit] Scribendum: Nemo non gloriam ultra uerum tulit, ex uetere lectione, et infra. ¶ Quam si sponte uenisset] Exemplar Facundi & Primitiui: quam si ponte uenisset. Castigo, quam si è ponte uenisset, & infra. ¶ Sed semel hunc uidimus in bello fortem] Prima duo uerba. Sed semel ad præcedentia pertinent. Tum sequitur per maiorem literam. Hunc uidimus in bello fortem, ex uetere lectione, & infra. ¶ Sed hospitium & breue hospitium] Scribe, sed hospitium & quidem breue hospitium, ex eadem, & infra. ¶ Vbi te grauem esse hospitem uideas] Hospiti, non hospitem, eadem, & infra. ¶ At nos corpus tam turpe sortiti nihilominus æterna proponimus] Scribe, At nos corpus tam putre sortiti nihilominus æterna proponimus. Nam uerus lectio putre, non turpe habet, & exemplar Franciscanum aterna præfert corrupte pro æterna, et infra. ¶ Hoc quod futurum dico nunc maxime fit] Lego, Hoc quod futurum dico eum maxime fit, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Modo Lucium Crassum diuitijs] Corrige: Modo Licinium diuitijs, tum ex præcedentibus, tum ex uetere omni lectione, in qua dictio, Crassum non habetur, & infra. ¶ Et inter simulationem uirtutis amoremq; utilium assidua iactatio] Corrige, & intra simulationem uirtutum amoremq; utiorum assidua iactatio, ex eadem, & infra. ¶ Modo pecuniam spargit nunc rapit] Scribe, nunc pecuniam spargit. Nunc rapit, ex eadem, & infra. ¶ Sic maxime coarguitur animus imprudens, alius prodit atque alius] Quædam exemplaria. Sic maxime coarguitur animus impudens. Prodit alius produq; alius, et infra. ¶ Et ex omnibus constitutionibus suis sensus est. Puto corrigendum, & quod omnibus constitutionis suæ sensus est, & infra. INTERIM enim clamabis hoc, quod clamare soles.] Exemplar Franciscanum. Iterum enim exclamabis, cætera superfluunt, ex eodem, & infra. ¶ Sed ad exclamandum tibi. Primum alios opponam] Præpositio, ad, eradenda, ex uetere lectione, scribendumq; per maiorem. Primum alios opponam. In exemplari Facundi & Primitiui. Sed exclamanti tibi reliqua, et infra. ¶ Et uirtutes exhortabor.] Melius: Ad uirtutes exhortabor, et infra. ¶ Et affectus efferatissimos] Lege, & affectus effrenatissimos, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nemo ægre mollitur actus suos] Artus lege, non actus, ex eadem, & infra. ¶ Nullum tormentum sentit supina testudo] Supinata, non supina, correctiora exemplaria, & infra. ¶ Ergo omnibus constitutionibus suus sensus est] Legendum: Ergo omnibus constitutionis suæ sensus est, ex uetere lectione, et infra. ¶ Necesse est enim id sentiant per quod animalia quoque sentiunt] Exemplar Franciscanum: Necesse est enim adsentiant per quod animalia quoque sentiunt. Vt forte legendum sit, Necesse est ei adsentiant per quod animalia quoque sentiuntur. Sic enim pleraque exemplaria habent non sentiunt. Addit codex Scolarum Salmanticensium uerbum ferri. Necesse est enim id ferri sentiant per quod cætera, ut rursus legi posit, Necesse est enim id fieri sentiant, per quod alialia quoque sunt, uel sic, per quod animalia quoque sentiuntur, & infra. ¶ Et quod sibi esse scit] Corrige, Et conatum sibi esse scit, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Enati sunt dentes] Exemplar Franciscanum, Ei nati sunt dentes, & infra. ¶ In quam constitutionem cum uenit eam tuetur] Corrige: in quãcunque constitutionem uenit eam tuetur, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quod nihil amplius si intellexerint faciant] Lego facient, non faciant, ex eadem, & si sint codices in quibus habeatur, quod nihil amplius quàm intellexerint faciant, ut existimem legendum, non quàm, sed quum, & infra. ¶ Simul enim conciliatur saluti suæ quicque, & quæ iuuant illa petit] Corrige, simul enim conciliatur saluti suæ quæcunque iuuant illa petit, ex exemplari Franciscano, et infra. ¶ Quanta diurni laboris] Omnis scripta lectio quanta diuidui labori, et infra. ¶ In quorum precium illa tenduntur] Legendum reor contra omnia exemplaria perniciem, non precium, & infra. ¶ Aequo uenit, quod natura distribuit] Ex æquo lege, non æquo, ex uetere lectione, & infra. ¶ Tacitis quoque et brutis, quamuis in cætera torpeant] Scribendum puto, Tacitis namque & brutis cætera, & infra. ITA tamen ut liberale adhuc spacium sit] In codice meo non sit habetur, sed supersit, & infra. ¶ Et lucem primam exuit] Legendum arbitror: luce prima exiuit. Epist. 123 Nam Franciscanus codex exuit præfert, non exuit, aut lege sic, ut luce prima exeat, & infra. ¶ Cuius uigilia in medio die incipit] Redundat præpositio, in, ex uetere lectione, & infra. ¶ Sunt quidem eadem urbe Antipodes] Quidam, non quidem legendum, ex eadem, & infra. ¶ Tam insiusti homines, quàm nocturnæ aues sunt] Exemplar Franciscanum noctuæ agnoscit, pro nocturnæ, & crediderim legendum esse ominis, non, homines, & infra. ¶ Totum peruersum uigiliæ tempus deducant] Peruerse palàm est scribendum esse, non peruersum, agnoscente etiam id uetere lectione, & mox ante districtis, non discoctis, eadem præfert. Et diducant scribo, non deducant. Et subrexit fortè, non succrescit, & infra. ¶ Non conuiuantur, sed iusta sibi faciunt] Busta, non iusta, uetus lectio, & infra. Et superbam umbram iners sagina succrescit.] Maior pars exemplarium, superba membra, non superbam umbram, & infra. ¶ At istorum cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora qui se tenebris dicauerunt] Corrigendum puto: ita istorum corpora qui se tenebris dicauerunt, & infra. ¶ Quippe non speciosior illis quàm morbo pallentibus color est] Exemplar Franciscanum: Quippe suspectior illis quasi morbo pallentibus color est, & infra. ¶ Deinde etiam isti è contrario non uidentur sibi contra naturam uiuere. Ieiuni bibunt] Scribe, Deinde etiam è contrario isti non uidentur tibi contra naturam uiuere qui ieiuni bibunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Atque frequens hoc adulescentum uitium est] Atqui, non atque, legendum est, ex eadem, & infra. ¶ Merum illud delectat non quod innatat cibo quod libere penetrat ad neruos] Castiga. Merum illud delectat quod non innatat cibo quod libere penetrat ad neruos, ex eadem, & infra. ¶ Qui spectant ut puerilia splendeat] Scribendum, expectant, non spectant, ex eadem, & infra. ¶ Et eiorum apta intemutatione brumalium florem uernum exprimunt] Mutatione, non imitatione, eadem agnoscit, & forte commodior esset lectio brumalitium, quàm brumalium, et infra. ¶ Quorum syluæ in tectis domuum] Scribe, domorum non domuum, ex eadem, & infra. ¶ Et delicate natare ipsi uidentur, ubi calentia stagna cætera] In eadem sic habetur, & delicate natare sibi ipsi uidentur nisi calentia stagna, ut forte legendum sit, nec delicate natare ipsi sibi uidentur nisi calentia stagna, et infra. ¶ Lucet somni tempus quies est] Correctiores codices: Focus lucet somni tempus est, quies est, & statim. ¶ Nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus] Exemplar diuæ Mariæ non prandeamus legit, sed pendeamus, quod non ita displicet. Nam Cornelius Celsus libro secundo, inter gestationum genera ponit lecti suspensionem, & infra. ¶ Et frigore ortus & occasus libentissime inserebat] Exemplar familiare, non frigore agnoscit, sed frequenter. Est & in quibusdam exemplaribus licentissime, non libentissime, et infra. ¶ Nunquam liberalius possum agere] Scribe per interrogationem: Nunquid liberalius possum agere? ex uetere lectione, et infra. ¶ Argutis redit usa cibos immittere nidis] Lege: Argutis reditura cibos immittere nidis, ex eadem, et infra. ¶ Varus eques Romanus uicini comes] Scribendum: Varus eques Romanus, L. Vinitij comes, ex exemplari Franciscano. Fuit hic L. Vinitius præstans orator, Augusti temporibus tam præsentaneo in agendis causis ingenio, ut quicquid longa cogitatio alijs præstatura erat, præsto illi adesset prima animi dūtaxat intentione. Itaq; eleganter de illo Augustus ingeniū in numerato habere dixit: Autor Seneca libro declamationum secundo, et infra. ¶ Itaque aliquotiens faciunt quod excitet famam] Itaque male habent, quotiens faciunt quod excedat famam, exemplar familiare. Puto deesse negationem, legendumque hoc pacto: Itaque male habent, quotiens non faciunt quod excitet famam, et infra. ¶ Habitasse se supra domum Spanij.] Quædam exemplaria, Spapinij habent, non Spanij. Alia Spu. Panij. Forte legendum, Spu. Papinij, & infra. ¶ Clamorem concitatum] Legendum reor, Clamorem concinnentium, siue clamorem cantuum, & infra. ¶ Quid sit ille sonus rotarum uelle gestari dicitur] Vetus lectio, quid sibi ille sonus rotarum uellet gestari dicitur et infra. ¶ A balneo exisse] Exemplar Franciscanum: ab alueo exisse, quod non displicet. Nam solium in balneo etiam alueus dicebatur. Qua in significatione utitur præter alios Cicero 4. Rhetoricorum ad Herennium, siue quis alius fuerit pro Ciceronе eius compositionis scriptor. Deinde, inquit, ubi uisum est, ut in alueum descenderet. Ecce ibi iste de transuerso cætera, et infra. ¶ Excedebat, inquit, cœna cuius diem minime] Vetus lectio inuersis dictionibus: Excedebat, inquit, cuius diem cœna minime. Scribendum fortasse: Excedebat, inquit, eius in diem cœna? Minime, & infra. ¶ Itaque credo dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum. Vos, inquit, & lychnobium dicetis] Sic prior æditio. Scribendum reor, Pedo non credo, ut referatur dictorium sequens ad Pedonem Albinouanum, cuius erant priora uerba. Item lichnobium per i, non per y legendum, ut ludat in ambigua uerbi significatione. Designat enim & hominem ad lucernam uiuentem & helluonem, ac uoracem, prout hoc uel illo modo scribitur, et infra. ¶ His distorti] Exemplar diuæ Mariæ. Ab his distorti, et infra. ¶ Quibus peccandi præmium infamia est] Commodior erit mea sententia lectio: Quibus peccandi præmium in fama est, siue sine præpositione, quibus peccandi præmium fama est, ut liquet ex superioribus, & infra. ¶ Qui ut ita dicam, recto uiuunt] Corrigendum arbitror, qui, ut ita dicam retro uiuunt, & infra. ITAQVE in lecto lassitudinem pono hanc coci ac pistoris moram boni consulo] Scribe: Ita in lectulo lassitudinem pono. Hanc coci. Hanc pistoris moram boni consulo, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quod indignandum nihil] Puto legendum: Quàm indignandum nihil, & infra. ¶ Etiam locupletibus & instructis à nobis optantem prohibent, & occurrent] Ita prior æditio: Qua in lectione exemplaria omnia deprauata comperi, præter unum illud meum familiare, in quo synceram scripturam deprehendi ad hunc modum, Etiam locupletibus, & instructis aciebus optabam prohibentes occurrent. Suffragatur nonnihil exemplar Scholarum legens à diebus, non à nobis, & infra. ¶ Hæc qualiscunque cœna Diali iucundior erit] Exemplar Facundi & Primitiui: Hæc qualiscunque cœna Attali iucundior erit. De Attalo philosopho supra, et infra. ¶ Si non tantum æquus molestiam, sed placidus aspexit] Nonnulli codices molestia: Lego molesta, & infra. ¶ Sed quod dari deberet] Vetus lectio: si quod dari deberet, & infra. ¶ Vtebamur illis non quia debebamus] Adde coniunctionem enim, Vtebamur enim illis cætera, ex eadem, & infra. ¶ Quam multa ante parabamus, quia alij parauerunt] Autem eadem agnoscit non ante, & puto castigatiorem esse lectionem paramus quàm parabamus, & infra. ¶ Vt qui honestum hominem uenire] Verbum, ut, superuacaneum existimo, & infra. ¶ Omnes iam multos habent, qui crystallina cætera] Bona exemplarium pars mulos legit, non multos. Quid si legas famulos, non multos siue mulos, quod magis uidetur sensus exposcere, & infra. ¶ Horum omnium sermo uitandus est] Scribe hominum, non omnium, ex exemplari domestico, ut paulo post. Pessimum genus horum

Epist. 124

rum hominum uidebatur, & infra. ¶ Hi sunt, qui uitia tradent, & alio aliunde transferent] Scribe: Hi sunt qui uitia tradunt, & alio aliunde transferunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nam etiamsi non statim proficit] Officit lege, non proficit, ex exemplari diuæ Mariæ, & infra. Ferunt secum in auribus modulationem illam ad dulcedinem, cantumque cogitationes] Castiga, Ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus quæ cogitationes impedit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Facere omnia libere] Eadem: facere, esse, bibere. Vt forte accipiat facere pro uenereis uti. in qua significatione, & apud Plautum inuenitur, & uulgo usurpatur, & infra. ¶ Dubitamus quod iuuat sapere] Dubitamus quod iuuat facere, quædam agnoscunt exemplaria, et infra. ¶ Et ætati uoluptates non semper decepturæ. Interim dum potest, dum possit ingerere] Castigo: & ætati non semper uoluptates recepturæ, interim dum potest, dum possit ingerere, ex codice Franciscano, & infra. ¶ Quanta dementia est hæredi suo procurare] Scribo: Quanta dementia est hæredis sui res procurare, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Alienæ uitæ censores, siue hostes] Scribe: Alienæ uitæ censores suæ hostes, ex eadem, & infra. ¶ Et in turpem uitam ac miseram ubi turpius illidunt] Breuius & synacerius exemplar familiare: & in turpem uitam miseros illidunt, & infra. ¶ Aduersus petentia concitemur] Potentia, non petentia omnis scripta lectio. Quid si legas, prementia. Nam supra duo dixit esse genera rerum, quæ nos inuitent aut fugent, ut dicat hic prementia, quæ nos fugant, & infra. ¶ In res asperas & duras subeundum est] Eadem: In asperа & dura subeundum est, et infra. ¶ Qui dolores metus per se formidabiles res incutiunt] Scribendum puto: Qui doloris metus per se formidabilis rei incutiunt. Videntur fauere huic lectioni uerba epistolæ sequentis, quibus nimium uoluptas placet quibusque summus est doloris timor, & paulo post, & improbamus illos qui nihil uiriliter ausuri sunt doloris metu, & infra. ¶ Combibendi & conuiuendi] Vetus lectio: Combibendi & conuiuandi, & infra. ¶ Gloria uanum & uolatile quiddam est] Eadem: Gloria uanum & uolubile quiddam est, et infra. ¶ Quid quæris. Sola ius æquo est generis humani] Eadem, Quid sit quæris? Sola uis æquum est generis humani. Exemplar familiare: Sola ius generis humani æquat, & infra. ¶ Superstitio error insanus est. Exemplar Franciscanum: Superstitio error insantis est, & infra.

NON est elegantiæ tuæ tam magna sectari] Legendum puto, tantum, non tam, & infra. ¶ Daretur bonum malumque dignoscere] Vetus lectio, partim daret, partim deberet, non daretur, et infra. ¶ Sicut quid sit integrum quod contingit protinus nato] Scribe: sicut quid sit integrum. Quid est secundum naturam? quod contingit protinus nato, & infra. ¶ Et illum qui maternorum uiscerum latens onus est] Exemplar familiare. & illum qui maternorum uiscerum latens uermis est, & infra. ¶ Et non magis infans ad hoc boni capax est] Exemplar Facundi & Primitiui. Quia non magis infans ad hoc boni capax est. Videtur mihi legendum adhuc, non adhoc, et infra. ¶ Ob hoc infantiæ quoque non est] Scribendum per maiorem, legendumq; : Ob hoc in infante quoque non est, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Ratio illud secum affert] Scribe rursus per maiorem. Ratio illud secum affert, ex eadem, hoc est bonum sine ratione esse nequit, & bonum comitatur, & infra. ¶ Non quod erit bonum in eo quod irrationabile est. In eo quod nondum rationale est tunc esse bonum non potest, sed imperfectum iam potest bonum, sed non est] Castigo ex lectione diuersorum exemplarium, nam in uno ueram scripturam inuenire non potui, in eo quod irrationale est nunquam erit bonum. In eo quod nondum rationale est, tunc esse bonum non potest. In imperfecto iam potest bonum esse, sed non est, & infra. ¶ Ergo nec in tenero modo calescente corpusculo est] Scribe: ergo nec in utero modo coalescente corpusculo, ex codice meo familiari, & infra. ¶ Non magis quàm in semine hoc. Si dicas aliquod arboris aut fati bonum nouimus] Castiga, Non magis quàm in semine. Hæc si dicas, aliquod arboris ac fati bonum nouimus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Hoc nondum est in herba latente.] Puto mendum esse in uerbo latente, legendumq; lactente, ut Vergilius lactentia frumenta in Georgicis appellauit, & infra. ¶ Quod autem hoc bonum dicam] Legendum, Quod autem hoc sit bonum dicam, ex uetere lectione, et infra. ¶ Si hoc & bonum & intelligibile est] In eadem habetur, ubi hoc & bonum & intelligibile est, et infra. ¶ Hoc quod in illis bonum est prædicatione bonum dicitur] Lege præcario, non prædicatione, ex correctioribus codicibus, & infra. ¶ Bonum autem cadere in mutum animal] Vetus lectio, Bonum quidem cadere in mutum animal, & infra. ¶ Alterius cura hominis] Deest dictio, scilicet, ut sit alterius cura hominis scilicet, ex eadem, & infra. ¶ Cætera tamen in sua natura perfecta sunt] Verbum tamen, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ In muto animali beata uita non efficitur] Castiga, in muto animali non est quo beata uita efficitur, ex codice Scholastico, et statim. ¶ In muto animali bonum non est] Deest uerbum, ergo. In muto ergo animali bonum non est, ex eodem, & infra. ¶ Mutum animal sensu comprehendit præsentia. Præteritorum reminiscitur cum id incidit quo sensus admonetur, tanquam equus reminiscitur uiæ cum ad initium eius admotus est] Multa ex his uerbis in exemplari Franciscano non habentur. Sic enim in eo legitur, Mutum animal sensu comprehendit præsentia. Præteritorum reminiscitur. Reminiscitur uiæ cum ad initium eius admotum est, reliqua desiderantur, & infra. ¶ In stabulo quidem nullius uiæ, quamuis sæpe calcatæ memoria est] Corrigo, In stabulo quidem nulla illi uiæ quamuis sæpe calcatæ memoria est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Aut si natura habet, hoc habet quod habent et fata] Codices Franciscanus et diuæ Mariæ breuius. Aut si natura habet hoc habent et fata, & infra. ¶ Sed quale nec bonum absolute nec uirtus cætera] Verbum, quale, nou agnoscitur à uetere lectione, & infra. ¶ Nullo modo prodesse magis possum] Scribe, Nullo modo prodesse tibi magis possum, et ex eadem, & infra. ¶ Vel Germanorum modo

Epist. 125

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinxeris] Verbum, modo, expungendum ex eadem, & si non absurde pro eo substitui posset nodo, ut illud: Crinibus in nodum tortis Venere Sicambri, et infra. ¶ Cum tibi gaudium omne nascetur] Scribe, cum tibi ex te gaudium omne nascetur, ex eadem, & infra. ¶ Tunc habebis bonum tuum] Aptior lectio domestici exemplaris. Bonum tunc habebis tuum. In exemplari tamen Franciscano desideratur dictio, bonum.

IN LIBRVM DE DIVINA PROVIDENTIA

QVID ita si diuina prouidentia mundus ageretur] Verbum, diuina, uetus lectio non agnoscit, et infra. ¶ Cum præesse uniuersis prouidentiam probaremus] Castigandum censeo, quo præesse uniuersis prouidentiam probamus. Existimamus enim fieri hoc loco à Seneca mentionem operis alterius de prouidentia quod citatur à Lactantio Firmiano & aliis, & infra. ¶ Sæpe turbari & cito arietare] Duo illa uerba, & cito, desiderantur in exemplari domestico, et infra. ¶ Vt infusa uallibus molliant terras] Quid si non legas molliant, sed moueant, siue commoueant, nam in quibusdam codicibus commolliant habetur, unde & à poëtis Enosigæus appellatur Neptunus, hoc est terram quatient, & infra. ¶ Sed & illa causas habent] Scribe: Sed suas & illa causas habent, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quam quæ alienis locis conspecta miracula sunt] Lege miraculo, non miracula, ex eadem, & infra. ¶ Aduersus optimos optimus sis] Scribendum aduersus optimos optimis, legendaque ea uerba per consequentiam cum præcedentibus, ex eadem, & infra. ¶ Neque enim natura patitur, ut unquam bona bonis noceant] Scribe: Neque enim rerum natura patitur, ut bona bonis noceant, ex eadem, & infra. ¶ Quoniam quidem bonus tempore cætera] Lege ex eadem quandoquidem, non quoniam quidem, & infra. ¶ Cogita filiorum nos modestia delectari.] Scribe: Cogita filiorum hos modestia delectari, ex eadem, et infra. TANTVM supernè deiectorum imbrium] Sunt codices in quibus legitur tot supernæ deiectiones imbrium, et infra. ¶ Est enim omnibus externis potentior] Exemplaria aliqua: Est enim omnibus casibus potentior, et infra. ¶ Per quos certamini præparantur] Alij codices, per quos certamen præparatur: ut significet illos, quos Græci uocant agonothetas, & infra. ¶ Cædi, uexariq; patiuntur. Et si non inueniunt singulos pares pluribus simul obiciuntur] Scribendum reor, cædiue xariq; patiantur. Et si non inueniant singulos pares pluribus simul obiciant, ut referatur ad agonothetas, & infra. ¶ Quantumque ualeat polleatq;] Vetus lectio, quantumq; polleat, reliqua desiderantur, & infra. ¶ Si aliquando impetum capiunt, spectant dij magnos uiros] Castigandum arbitror, si quando impetunt capiunt spectandi magnos uiros, & infra. ¶ Sed Puerilia & oblectamenta humanæ leuitatis] Vetus lectio, puerilia & humanæ oblectamenta leuitatis, & paulo post rectum, non erectum, et infra. ¶ Ferrum istud in ciuili bello purum] Scribe: Ferrum istud etiam ciuili bello purum, ex eadem, & infra. ¶ Retenta ac reuocata utrtus est] Renouata quidam codices, non reuocata, & infra. EOS dignos malo esse si nolint] Lege, ac dignos malo, reliqua desiderantur, ex uetere lectione, et infra. ¶ Et radi ossa & lædi] Scribendum, & radi ossa et legi, ex eadem, & infra. ¶ Vbi ex uoto illi fluxerunt omnia, ut ante uotum] Eadem, ut ex uoto illi fluxerunt omnia, imò et ut ante uotum, & infra. ¶ Ignemque experitur in mutio] Particula, que, delenda, ex eadem, et infra. ¶ Magnum exemplum nisi mala fortuna non inuenit] In quibusdam exemplaribus magnâ legitur, non mala, & infra. ¶ Quas in agro triumphalis senex euulsit] Scribe: Quas in repurgando agro triumphalis senex euulsit, ex uetere lectione, & infra. ¶ Si ingenti pomorum strue augeret] Lege augeretur, non augeret, ex eadem, & infra. ¶ Primæ formæ feras captas multa cæde uenantium] Deest uerbum, deglutire, reponendum in fine horum uerborum, ex exemplari Franciscano, & infra. ¶ Viderint inquit, hoc isti quos Romæ deprehendit felicitas tua] Vetus lectio non agnoscit uerbum hoc. Item ista lego, non isti, ut paulo post. Videant ista qui exulare non possunt, & infra. ¶ Id enim proscriptionis spoliarium est] Scribe: Id enim proscriptionis syllanæ spoliarium est, ex eadem, et infra. ¶ Male tu natum Socratem iudicas] Prior æditio, Male tu natum Socratem iudicas. Scribo: Male tractatum Socratem iudicas, ex eadem, & infra. ¶ Male cum ille actum est. Congelatus est sanguis] Lego: Male cum illo actum est, quod gelatus est sanguis, ex eadem, et infra. ¶ Suamq; illi felicitatem contigisse] Summam, non suam, eadem habet, et infra. ¶ Opponatur simul Pompeio Cæsari, et Crasso] Remoue coniunctionem, et, ex eadem, et infra. DESCENDISTI ad Olympia, sed nemo præter te, uictoriam non habes. Olympiam coronam habes] Corrige, Descendisti ad olympias. Si nemo præter te. Coronam habes, uictoriam non habes, ex eadem, et infra. ¶ Quid quidem quisque posset, nisi tentando non didicit] Eadem non agnoscit uerbum, quidem, et infra. ¶ Et uirtuti iter in occasionem per quam enitescerent quæsierunt] Castigandum, & uirtuti ituræ in obscurum occasionem per quam enitescerent, quæsierunt, ex eadem, et infra. ¶ Quoniam et quod passura est gloriæ pars est] Quanquam, non quoniam, eadem agnoscit, et infra. ¶ Quam æquo animo passurus si orbitatem filiorum] Verbum, filiorum non habetur in eadem, et infra. ¶ Tranquillitas itineris detinet] Castiga: Tranquillitas iners detinet, ex eadem, et infra. Graue est ferre ceruicibus iugum] Sic prior æditio, In qua desiderabatur uerbum, teneris. Legendum ita que: Graue est ferre teneris ceruicibus iugum, ex eadem, et infra. ¶ Sed ueniet ad illum diu felicem sua portio] Coniunctio, Sed, redundat, ex eadem, et infra. ¶ Quare in castris quoque periculosa fortissimis imperantur, dux lectissimos cætera] Castiga, Quia in castris quoque periculosa fortissimis imperat dux. Lectissimos cætera, ex eadem,

De sustinendo impetu aduersitatis.

Sedi am proc.

De prosperitate.

ex eadem, & infra. ¶ In uarias mentem imagines euocat] Vanas, non uarias, eadem, & infra. ¶ Publice uerberibus admotis] Eadem admotos agnoscit, non admotis, & infra. ¶ Quam frequens usus agitauit] Exagitauit, non agitauit, præfert, eadem, & infra. ¶ Vt contra illam ab ipsa duremur] Corrige, ut contra ipsam ab ipsa duremur, ex domestico exemplari, & infra. ¶ Sic sunt nautica corpora ferendo mari dura] Nautis præfert omnis antiqua lectio, non nautica, & extritæ paulo post, non tritæ, et infra. ¶ Ad contemnendam malorum potentiam] Patientiam, non potentiam, eadem, & infra. ¶ Super durata glacie stagna persultant] In quibusdam exemplaribus uerbum, stagna, non habetur, & infra. Hoc est † propositum deo, sapienti uiro ostendere] Scribe, Hoc est propositum deo, quod sapienti uiro ostendere cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Debilitari aut confringi] Eadem configi habet, non confringi, & infra. ¶ Idem in hac re magna publica fit] Lege inuersis dictionibus. Idem in hac magna republica fit, ex eadem, et infra. ¶ Sed sequuntur illam, & æquo gradu si scissent antecessissent] Scribo: Sequuntur illam & æquant gradus. Si scissent antecessissent, ex eadem, & infra. ¶ Quid est quod nos sic uiuere, sic mori iussit] Scribendum: Quicquid est quod nos sic uiuere iussit, sic mori iussit, ex eadem, nec est hic ulla interrogatio, et infra. ¶ Vt efficiatur uir cum cura dicendus] Quid si legas ducendus, non dicendus, & infra. ¶ Sciens illi non per secura uadendum esse] Scribendum reor per maiorem. Scies illi cætera, & infra. ¶ Post hæc ait: Finge datos currus] Iunge, non finge, habetur in omni uetere lectione. Videntur enim uerba esse adulescentis. Alioqui si, Finge, legas uerba erunt solis. Finge datos currus. Quid ages? Poteris ne rotatis obuius ire polis cætera, sed ratio non procedit, et infra. ¶ Quid ni cum aliquando & occidant] Exemplar Franciscanum. Quid ni cum aliquando ipsi occidant, & infra. ¶ Qui etiam quædam dura patiuntur] Scribe per interrogationem. Quare quædam dura patiuntur? ex uetere lectione, & infra. ¶ Quanto magis uersaueritis & undique inspexeritis meliora, matoraque permisi uobis] Castiga ex exemplari Franciscano. Quanto magis uersauerit aliquis, & undique inspexerit tanto utdebit meliora, maiora, quæ permisi uobis, et infra. ¶ Contemnite dolorem quia aut soluetur, aut soluet. Contemnite fortunam cætera] Scribo ex uetere lectione. Contemnite dolorem. Aut soluetur, aut soluet. Contemnite mortem. Aut finit aut transfert uos. Contemnite fortunam cætera, & infra. ¶ Quacunque ut perutum est. Ipsum illud quod uocatur mori] Corrige ex eadem: Quacunque perutum est ipsum illud, quod uocatur mori, et infra. ¶ Siue corpus lapsum subiacentis soli duritia comminuit] Emenda, Siue in caput lapsos subiacentis cætera, ex exemplari Facundi & Primitiui. Nec est ullum scriptum exemplar in quo corpus legatur. Omnia caput habent non corpus. Sciendum autem in omni uetere lectione post hunc priorem de prouidentia librum sequi & alterum eiusdem materiæ cuius initium est. Tantum inter Stoicos Serene, & cæteros sapientiam professos reliqua, qui liber in impressis codicibus secundus de tranquillitate animæ inscriptus est.

Adijce num.

IN LIB. DE PAVPERTATE.

NO Nest necesse maria tempestate] Corrige: Non est necesse maria tentare, ex uetere lectione. Hoc loco admonendus est lector si uelit multa in hoc opusculo in pristinam ueramque lectionem restituere, conferendum esse cum epistola libri secundi quæ incipit: Proijce omnia ista si sapis, & infra. ¶ Nihil humanius quàm quod cum magno emolumento insidiantis eripi nihil potest] Castigo. Nihil habeamus, quod cum magno emolumento eripi possit, reliqua superfluunt ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Etiam in obsessa pauperi uia pax est] Legendum præpostero ordine. Etiam in obsessa uia pauperi pax est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Vbi desinant non erit] Legendum: ubi desinant, non habent, ex eadem, & infra. ¶ Veritati aliquid extremum est. Error immensus est] Castigo, Via eunti aliquid extremum est, error immensus est, ex eadem, & infra. ¶ Paupertas expedita est cum secura est] Particula, cum, superfluit, ex eadem & paulo ante progressæ legit, non progresso, & infra. ¶ Eas tamen ut tangentes habet] Egens siue egentes legendum crediderim, non tangentes, & infra. ¶ Vt pauper sis optes, aut pauperi similis] Scribe, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis, ex uetere lectione, & infra. ¶ Perpessi sunt multi inopiam hominum reges uixerunt Barbari radicibus] Scribe: Perpessi sunt multotiens exercitus inopiam omnium rerum. Vixerunt herba, radicibus, ex eadem, & infra. ¶ Rebus in aduersis facile est contemnere uitam. Fortius ille facit, qui miser esse potest.] Martialis poëtæ uersus ad Chæremonem, ab aliquo studioso in margine libri sui scripti, postea ab inscijs librarijs in contextum adiecti. Neque habentur in correctissimo exemplari Facundi, & Primitiui, & infra. ¶ Morbum suum secum affert] Scribe, morbum suum secum transfert, ex uetere lectione, et infra. ¶ Ad securitatem non est opus fortuna licet irata. Quiuis enim necessitati satis est] Præpostero ordine locata uerba & deprauatissime scripta. Scribendum per maiorem. Ad securitatem non est opus fortuna. Quod enim necessitati sat est dabit licet irata, ex exemplari Facundi & Primitiui, & infra. ¶ Serius diuites erimus si sciemus cætera] Lege: Securius, non serius, ex eodem exemplari, & infra. ¶ Aude opes contemnere & te quoque dignum finge deo] Legendum: Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum finge deo, tum ex ipso Seneca alibi, tum ex ipso quod dudum citaui exemplari, & infra. ¶ Illas tanquam exituras amplecti semper] Scribe: Si illas tanquam exituras aspexeris, ex uetere lectione, & infra. ¶ Dijs cedat quisquis non te, sed alium diuitem sequebatur] Eadem: Discedit quisquis non te, sed alium sequebatur. Legendum reor, aliud, non alium, & infra. ¶ Quod à quibus ameris ostendat] Longe aliter eadem, quod animum si intendit liberum

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddit,et infra. ¶ Visus est pane & lacte esse contentus] Iussus est,non uisus est,eadem,et infra. ¶ Item si quis desiderium suum clausit] Eadem, Inter quæ si quis desiderium suum clausit. Lego: intra quæ si quis desiderium suum clausit,et infra. ¶ Non in uno graue] Non uno modo graue,eadem. Scribendum uidetur grauis,non graue, et infra. ¶ Alios in alium irritat,alios in potentiam] Eadem. Alios aliud irritat. Alios impotentia. Corrigendum puto. Alios alio irritat. Alios impotentia, et infra. ¶ Si uis scire quàm nihil mali sit in paupertate, compara multum pauperes & diuites] Casligo. Si uis scire quàm nihil mali sit in paupertate, compara ultimum pauperis & diuitis, ex eadem, et infra. ¶ Hic enim grauis & sub purpura lucet non palam tristitia est.] In uetere lectione hæc tantum uerba habentur. His enim sub purpura tristitia est, cætera superuacanea sunt, infra. ¶ Quod interdum non licet palam esse miseros] Verbum, interdum, non habetur in eadem, et infra. ¶ Necesse est latere felicem] Puto scribendum, agere, non latere, ut ex alio Senecæ loco datur intelligi, et infra. ¶ Non enim quia concupiscenda illa laudantur, sed quia laudanda sunt concupiscuntur] Corrige: Non enim quia concupiscenda sunt laudantur, sed quia concupiscuntur laudata sunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Superbiam & arrogantiam pariunt] Eadem: Superbiam pariunt, cætera non agnoscit, & infra. ¶ Inuidiam trahunt] Scribe: Inuidiam contrahunt ex eadem, et infra. ¶ Bona omnia culpa carere decet] Mallem legeres, omni, quàm omnia, & infra, ¶ Pura sunt hæc non corrumpunt animos] Scribo: Pura sunt. Non corrumpunt animos,ex uetere lectione, & infra. ¶ Sed sine timore] Legendum tumore,non timore,ex eadem.

IN LIB. DE REMEDIIS FORTVITORVM.

QVOD non præcedentes sed posteri narrabunt] Sunt exemplaria in quibus curabunt habeatur,non narrabunt, & infra. ¶ Vnde ergo primum incipimus si tibi uidetur à morte.] Quidam codices incipiemus non incipimus. Domesticum exemplar. Vnde ergo incipiendũ tibi uidetur. À morte, et infra. ¶ Si ergo fortuna aut aliquis tibi palam mortem minetur] Vetus lectio: Sic ergo te forma, ut si quis tibi palàm mortem minetur, & infra. ¶ Multa cũ deambulaueris] Scribendum: Cum multum deambulaueris, ex eadem, & infra. ¶ Quis senex exactorem molestè tulit] Sanus, non senex, eadem præfert, & infra. ¶ Quid ergo. Nescio me esse animal rationale & mortale] Eadem: Quid? Ego nescio me esse animal rationale mortale, & infra. ¶ Nihil graue est quod semel est. Alienum nihil noui. Hoc quidem cum eo creditore contraxi de quo queri non possum] In eadem sic habetur: Quid graue est quod semel, æs alienum meum noui. Hoc quidem cum eo creditore contraxi cui detorquere non possum. Scribendum puto: Quid graue est quod semel? Aes alienum non meum noui. Hoc equidem cum eo creditore contraxi cui decoquere non possum, & infra. ¶ Dij melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest] Eadem: Dij melius, quod nemo mihi istud minari immortalis potest. Alij codices mortales præferunt non immortalis. Quid si legas, nisi mortalis, et infra. ¶ Paulo conuenient non concurrent, & infra. ¶ Nulla terra est aliena mortuo] Quædam exemplaria. Nulla est aliena patria mortuo, & infra. ¶ Peregre morieris, Hoc est in patriam sine uiatico peruenire] Hæc uerba in quibusdam codicibus nõ habentur, & infra. ¶ Quod æque tam ad iuuenem quàm ad senem pertinet] Particula, tam, redundat, ex uetere lectione. ¶ Ignis me an fera comedat] Consumat lege, non comedat, ex eadem, & infra. ¶ An tempus omnium sepultura] Deest uerbum, ultima, ut sit an tempus ultima omnium sepultura, ex eadem. Neq; tempus agnoscit exemplar Facundi & Primitiui, sed tellus, et infra. ¶ At traditus lapidi] Scribe, aut traditus lapidi, ex eadem & infra. ¶ Vitæ multa debemus morti nihil] Eadem: Vt uitæ debeamus multa morti nihil, & infra. Alios lapis ossa redditurus inclusit] Castiga. Alios lapis ad ossa redacturus inclusit, ex eadem, & infra. ¶ Male de te opinantur homines sed mali] Loquuntur, non opinantur domesticum habet exemplar, & infra. ¶ Vbi qui damnandus est male de te loquitur. Male de te loquuntur] Emenda: Vbi qui damnandus est damnat. Male de te loquuntur, ex exemplari Facundi & Primitiui, et infra. ¶ Qui faciunt non quod mereor, sed quod solent] Verbum, qui, non habetur in uetere lectione, et infra. ¶ In illius potestate est quid sit illa fortuna] In domestico exemplari & item in Pinciano. In ipsius inquam potestate est quid sit illud fortunij, & infra. ¶ Leuis enim est patientia] Expungenda coniunctio, enim, ex uetere lectione, & infra. ¶ Imò tu grauior paupertati] Scribendum per maiorem. Imò tu paupertati, ex eadem, & infra. ¶ Absque dubio superbiam accepit] Breuius eadem, Ergo & superbiam, et infra. ¶ Gaude quia impotens non eris.] Eadem: Gaude impotens non eris. Idem uitium paulo post, & infra. ¶ Vtrum auarus aut prodigus est] Exemplar Facundi & Primitiui: Vtrum auarus an prodigus sit. Codex domesticus: Aut auarus aut prodigus, et infra. ¶ Iste quem beatum credis] Scribe: Iste quem tu felicem admirantibus credis, ex omni uetere lectione, & infra. ¶ Damnum putas & remedium est] Redundat coniunctio, & , ex eadem, & infra. ¶ Perdidisti pecuniam] Eadem: Perdidi pecuniam, & infra. ¶ Oculos perdidisti] Scribe: Oculos perdidi, ex eadem. Idem ultium mox paulo, & infra. ¶ Amisisti liberos: Stultus es qui deflleas mortem mortalium] Castigo, Amisi liberos. Stultus es qui fles casus mortalium, ex eadem, & infra. ¶ A qua stante ipsa cadunt poma] Domesticus codex, quod stante illa cadunt sua poma. Exemplar Facundi & Primitiui rectius, quod stante ipsa cadunt poma, & infra. ¶ Quid inde est quod indigneris] Scribe. Quid tamen est quo indigneris, ex uetere lectione, & infra. ¶ Verum hoc nemo tibi promiserat] Eadem. Sed nemo tibi promiserat & infra. ¶ Verum gaude quod euaseris] Superuacanea est dictio, uerum, ex eadem, et infra. ¶ Inimicos graues habeo] Verbum, graues, in quibusdam exemplaribus non habetur, et infra. ¶ Quod amicos non habeas.

habeas] Scribe, habes, non habeas, ex uetere lectione, & infra. ¶ Iam eum te habuisse certum est] Scribe cum interrogatione. Iam enim te habuisse certum est? ex eadem, & infra. ¶ Quàm multæ inter probatas matronalis ordinis esse cœperunt, postea inter exempla naturarum] Eadem. Quàm multæ inter probra matronalis ordinis esse cœperunt inter exempla nominatarum. Vide an magis arrideat hæc lectio. Quàm multæ antea probra matronalis ordinis cætera. Exemplar Facundi & Primitiui numeratarum legit, non nominatarum, & infra. ¶ Ex diligentissimis solutissimas] Adjice ad hæc uerba, ex liberalissimis rapacissimas, ex eadem, & infra. Si bonam uxorem amisisti] Scribe, Etiam si bonam uxorem amisisti, ex eadem: etsi sunt exemplaria in quibus habuisti legatur, non amisisti, & infra. ¶ Dummodo ne imagines proauosq; respexeris] Lege. Tu modo ne imagines proauosq; respexeris, ex eadem, & infra. ¶ Cui iam ipsa nobilitas cessit] Scribendum, cui iam ipsa nobilitas primo loco cessit, ex eadem, & infra. ¶ Quam nondum corruperunt publici corruptores] Verbum, corruptores, putamus redundare, & infra. ¶ Amisi uxorem bonam. Multos tibi numerare possum] Priora illa uerba. Amisi uxorem bonam non habentur in quibusdam exemplaribus, & infra. ¶ Non qui alijs uidetur sed qui sibi] Deest uerbum, esse, ut sit, non qui alijs uidetur esse sed qui sibi, ex uetere lectione, & infra. ¶ Videas autem quàm domi sit cætera.] Eadem. Vide non Videas præfert, & confestim. ¶ Vicina est miseriæ, habet enim aliquid trahitq; ex ea.] Hæc uerba in omnibus quæ uiderim scriptis exemplaribus desunt.

IN LIB. PRIMVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

Præfatio.

ALTERA multo supra hanc caliginem in qua uolutamur excedit.] Vetus lectio fidelior & breuior. Altera caliginem in qua uolutamur excedit, & infra. ¶ Non fuerat operæpretium nasci.] Eadẽ. Non fuerat nasci, qua loquendi consuetudine & ipse alibi Seneca utitur, & alij subinde auctores, & infra. ¶ Cui uni omnes nascimur] Verbum, uni, in eadem non habetur, & mox paulo pro se erexerit, surrexerit agnoscit, quod non minus placet, & infra. ¶ Qui robustior est ualitudinario] Video sensum posse constare etiam si sic legatur. Sed omnis scripta lectio habet. Qui robustior est in ualitudinario. Appellatur ualitudinarium Senecæ locus ubi ægroti curantur, ut lib. epistolarum 5. Non sum tam improbus ut curationes æger obeam, sed tanquã in eodem ualtudinario taceam, de communi malo tecum loquor, & infra. ¶ Virtus enim ista quam asseclamus magnifica est] Verbũ, ista, superfluit, ex eadem, & infra. ¶ Isthmum Samothraces includat] Scribendum fòrte. Isthmus suus Thraces includat, ut intelligat de Isthmo Thracicæ Chersonesi. Aut certe. Strymo suus Thraces includat. Terminus enim Strymo fluuius inter Macedoniam & Thraciam Ptolemæo & reliquis, & infra. ¶ Vtrinq; Oceanus occurrit] Legendũ puto. Vndecunq; Oceanus incurrit. Nam omnis scripta lectio incurrit præfert, non occurrit, & infra. ¶ Nec ut alienis, sed interest ut suis.] Inuertendus dictionum ordo, nec ut alienis interest, sed ut suis, ex eadem, & infra.

Cap. 1

SED inter se pugnauit] Lege, sed intra se pugnauit, ex uetere lectione, & mox paulo speculis, non spectaculis, eadem habet. ¶ Sic quanto illas minus presseris, tanto leuiora fulmina emittunt] Redundant hæc uerba ex eadem, & infra. ¶ Varia & multa terrarum orbis expirat] Corrigendum arbitror. Varia et multa terræ corpuscula exspirant, quoniam subijcit. Necesse est ergo in magna copia corpusculorũ quæ terræ eiectant, & infra. ¶ Nec mirũ si terris omnis generis & uaria euaporatio est] Scribendum terræ, non terris, ex uetere lectione, & melius fòrte legeretur omnigena quàm omnis generis, & infra. ¶ Talem materiam inter nubes congregatam] Intra legendum non inter, ex eadem, & infra.

Cap. 2

IN multos orbes aquam descendere.] Correctius ut opinor legeretur, recedere, quàm descendere, ut paulo post recedere illum in circulos cogit, & infra. ¶ Et fieri primum angustissimum orbẽ.] Verbum, fieri, in uetere lectione non habetur, & infra. ¶ Quamuis cingere ea & coronare uideatur] Cingere et coronare idem esse uidetur, proinde ueriorem lectionem duco tangere quàm cingere. Quam comprobat tum ueterum exemplarium fides, tum ipse auctor subdens paulo post, quam uisus noster solita imbecillitate deceptus circa ipsum sydus putat positam, & infra. ¶ Ob aëris densi obscuritatem] Sunt exemplaria in quibus legitur, ob aëris densitatem, & infra. ¶ Si autem à septentrione discesserit] Corrigendum reor. Si enim à septentrione discesserit, & infra. ¶ Inter eam partem cœli has fieri coronas inter quam uenti fieri solent] Scribendum puto utrobiq; intra, non inter, consueta apud Senecam menda, & infra. ¶ Nisi cum aër erit densus] Vetus lectio, nisi cum parebit densus pro apparebit. Qua dictione & interpres Euangeliorum in euangelio Marci usus est, & Martialis poëta, & in orationibus Cicero, si modo fidelia sunt Romanæ impressionis exemplaria, & infra. ¶ Et hoc in aëre euenit] Eadem. Illud ergo in aëre euenit, & infra. ¶ Cum ad unam partem cesserint] Scribendum puto, cum ab una parte cesserint, & infra. ¶ Et interdiu raro] Superuacanea est coniunctio, &, ex uetere lectione, & infra.

Cap. 3

AT cõtra arcus in nocte nõ fit] Ecõtra in eadem habetur non. At contra, & infra. ¶ Illam mirabilem arcus uarietatem] Eadem, illam mirabilem arcus representationem. Quam lectionem asserunt ueram uerba quæ sequuntur, quæ sparsa contra solem oblique positum faciem arcus representat, & infra. ¶ Vestimenta tendiculis diducta.] In eadem, non tendiculis habetur sed credideris. Legendum arbitror craticulis siue clatriculis, & infra. ¶ In humore esse non dubitaueris.] Arcu omnis uetus lectio, non humore, sed non placet, & infra. ¶ Quam exiguus sit humor aut lacus] Inuerte uerba, quam exiguus sit lacus aut humor, ex uetere lectione, & infra. ¶ In alijs rebus uaga inquisitio est] Vana, non uaga, eadem, & infra. REPETEMVS alias probationes quæ de Platone legi possunt.] Eadem non Platone agnoscit sed paulo, lego speculo, ut ex his quæ è uestigio sequuntur apparet, & legi capitur hic pro colligi, & infra. ¶ Nihil autem tam cito redditur à speculo quàm imago.]

Cap. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legendum puto permutato ordine dictionũ, nihil autem tam cito redditur quàm à speculo imago, & infra. SED
Cap.5 quomodo imago similis debet è speculo reddi] Scribendũ opinor, sed quomodo imago solis de nube ut speculo red-
ditur, & infra. ¶ Arcus longior ampliorq; est] Lege. Arcus enim longior cætera, ex uetere lectione, & paulo post
diuersis agnoscit, non diuersus, & infra. ¶ Ergo arcus uno circumscriptus ductu.] Verbum, Ergo, superfluit, ex
eadem, & infra. ¶ Cutem suam uariant humore diffuso] Corrige, cutem suã uariant humore suffusam, ex eadem,
& infra. ¶ Modo inquis inter argumenta ponebas] inquit, non inquis, eadem, et infra. ¶ Talem effici iudicant ui-
sum hic respondent] Verbum, talem, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Neq; enim omnia aduersus specula
respondent] Castigandum reor. Neq; enim omnia ad uerum specula respondent, ut infra, hoc ipso libro. Si liceret
Cap.6 mihi ad uerum ista perducere, & infra. RORABIT & leniter impluet] Vetus lectio, tonabit & leuiter im-
Cap.7 pluet, & infra. ¶ Esi iam apparet eius natura.] Verbum, est, desideratur in eadem, & infra. VNVM tamen
Cap.8 hoc soluendum est] Vide an legendum sit. Vnum tantum hoc soluendum est, & infra. NEC aliquando plane tu-
Cap.11 mentes] Vetus lectio. Nec aliquando planè extumentes, & infra. SED imaginem eius figuramq.] Eadem, sed
Cap.12 magnitudinẽ eius figuramq;, & infra. AVT illum tanto maiorem] Scribe, ut illum tanto maiorem, ex eadem,
Cap.13 & infra. OB hoc omnia quæ huius sunt simulacra] Eadem. Ob hoc omnia quæ huiusmodi sunt simulacra, & in-
Cap.15 fra. VT aër uim igneam in æthera elidat.] Scribendum, ut aër uim igneam usq; in æthera elidat, ex eadem, &
infra. ¶ Ab his tecta uidemus icta sine fulmine] Postrema duo uerba, sine fulmine, desiderantur in eadem, & infra.
Cap.16 BRACHII mensuram & longitudinem & crassitudinem excederet.] Mallem scriberes, brachij mensuram &
longitudine & crassitudine excederet. Quanquam uerba illa, & crassitudinem, non habentur in uetere lectione,
& infra. ¶ Aduersus omnes admissarij sui motus] Scribendum reor, auersus, non aduersus, & infra. ¶ Insatiabile
malum] Vetus lectio, insanabile malum, & infra. ¶ Fœda dictu sunt quæ portentum illud ore suo lacerandum dixe-
rit fecerit q;] Posset quidem defendi hæc lectio. Nihilominus existimo inuersa esse uerba legendumq; quæ porten-
tum illud lacerandum ore suo dixerit fecerit q;: quia uidelicet sequitur, non in os tantum, sed in oculos suos ingere-
ret, & infra. ¶ Ab omni parte opponerentur] Castiga ab omni parte apponerentur, ex eadem, & paulo post, me-
hercules, non hercules, & infra. ¶ Nec quantum peccabat uidere contentus] Argutior lectio, & magis acumen
Senecæ referens est lectio codicis diuæ Mariæ, nec quantum uidebat peccare contentus. Cui suffragantur uerba
non multo post sequentia. Obscenitatis meæ plusquam capit uideat, & infra. ¶ Cum complexus erat & caput merse-
rat genibus q; alienis obhæserat] Vetus lectio, cum cõplexus erat clunibus q; alienis obhæserat, cætera ociosa sunt.
Exemplar Pinctanum, non clunibus habet, sed diuinibus. Vt forte legendum sit inguinibus, nam de obscœnitate
oris sermo est, & infra. ¶ Obscœnitatem suum spectaculum fecerat] Scribe suam, non suum, ex eadem, & infra.
Facinus indignum hic fortasse cito, & antequam hæc uideret occisus est. Ad speculum suum immolandus fuit] Ca-
stigandum reor. Facinus indignum hic foret cito & antequam hæc uideret occisus. Post ad speculum suum immo-
landus fuit, & infra. ¶ Nisi in aliquo nobis humore leuior & aspici facilior occurreret] Legendum puto, nisi in a-
liquo nobis humore leuioreue aspici facilior occurreret, & infra. ¶ Nisi liberius humi solis lunæq; imagines uide-
remus] Emendandum arbitror, nisi leuore huiusmodi solis lunæq; imagines uideremus. Nam & uetusta quæpiam
exemplaria, huiusmodi præferunt, non humi, & infra. ¶ Multi ex hoc consecuti primo sui notitiam] Scribe. Mul-
ta ex hoc consecuta. Primo sui notitia, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nondum in uitium beneficium detorquebat.]
Nondum in uitia blanditias detorquebat, eadem, & infra. ¶ Sepius ea despexere in quibus prius effigies suas uide-
rant.] Scribendum putamus mutato uerborum ordine, ea despexere in quibus prius effigies suas sæpe uiderant,
& infra. ¶ Et mox proprio huic ministerio præparatus est orbis.] Et mos fuit proprio præparatus est orbis, ea-
dem. Legendum forte, & mox usui proprio præparatus est orbis, et infra. ¶ Patientiæ luxuria] Scribe, potiente lu-
xuria, ex eadem, & infra. ¶ Non illa quæ publice dabatur sed imperatorum pauperum liberis] Verbum, sed, non
habetur in antiquis codicibus, in quibus filiabus legitur, non liberis. Ego uerò etiam negationem, non, redundare
existimo, & infra. ¶ Quam dedit pro se Scipio] Emendandum forte, quam dedit Po. Ro. filiæ Scipionis. Cuius hi-
storiæ meminit Valerius maximus lib. 4. capite de paupertate.

IN LIB. SECVNDVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

Cap.1 NON ibi spectandus est. Cogitetur in ea sede in qua illum natura disposuit] Nulla scripta lectio habet cogite-
tur, sed cogitur. Itaq; legendum puto, non ibi spectandus est quo agitur ab ea sede in qua illum natura dispo-
Cap.2 suit, & infra. CONTINVATIO est partium inter se non intermissa coniunctio. Vnitas est sine commissura
continuatio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus] Si hanc lectionem admittimus necesse est, ut con-
tinuatio & unitas sint idem inter quas Seneca discrimen assignat. Ego puto ordinem uerborum inuersum esse, &
restituendum ad hunc modum. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio, & duorum inter se
coniunctorum corporum tactus. Videntur confirmare hanc lectionem uerba quæ aliquanto post sequuntur.
Aër continuus terræ est, & infra. ¶ Vnita corpora. Vetus lectio, unica corpora, non unita corpora, & infra.
Cap.3 OMNIA quæ in notitiam nostram cadunt uel cadere possunt.] Vltimæ tres dictiones, uel cadere possunt, o-
ciosæ sunt, ex eadem, & infra. ¶ Ex his quædam eius sunt partes.] Dictio, eius, non habetur, in eadem,
& infra. ¶ Nerui & oculus.] Nerui & oculi, eadem, & infra. ¶ Succus recentis cibi.] Castiga, succus retenti
Cap.4 cibi, ex eadem, & infra. QVICQVID alicuius naturæ pars est.] Codices quidam, quicquid alterius
naturæ

naturæ est. Alij, quicquid alterius naturæ est pars, & infra. VT æque interroges] Scribendũ reor, aut æque inter-
roges, & aliquanto post natura, non naturam scribendũ, ex eadem, & infra. HIC facit uim & uelocitatem ner- Cap.8
uis currentibus] Emendandum puto per transpositionem dictionũ. Hic facit uim neruis & uelocitatẽ currentibus,
& infra. ¶ In momenta dissoluant] Legendũ reor, monimenta dissoluant, ut illud Iuuenalis, ad quæ discutienda ua-
lent ictertius mala robora fici, & infra. ¶ Et contra quam nil ualidius est] Scribe, & contra quam nil ualidũ est, ex
ex uetere lectione, et infra. PER omnia ista prohibetur nobis esse peruius] Castigandũ reor, permeat ista. Pro-
hibetur nobis esse peruius, & infra. ¶ Et media non circũscindit tamen & utrinq; cingit.] Emendatior lectio, & Cap.9
media non circũscindit tantũ sed utrinq; cingit, & infra. CAVSAS aũt illius mutationis & inconstantiæ.] Duo
postrema uerba, & inconstantiæ desiderantur in uetere lectione, & infra. ¶ Lunæ proximũ ius est] Scribendũ for- Cap.11
te, lunæ proxima uis est. Nam in eadem uis legitur, non ius, & infra. ET tonatio sine ictu] Cõmotio, non tonatio,
eadem, & infra. ¶ Conuenit illis omnia ista in nubibus & è nubibus, etiam nunc conuenit & fulgurationes & ful- Cap.12
minationes, aut igneas esse, aut ignei spiritus. Ad illa transeamus in quibus lis est, quidam putant ignem esse in nubi-
bus, quidam ad tempus fieri nec prius esse quàm mitti] Eadem, Cõuenit illis omnia ista in nubibus quidem fieri nec
prius esse quàm mitti. Reliqua superuacanea sunt, & infra. ¶ Quidam aũt radios solis intercurrentis recurrentisq;
sæpius in se relatos] Eadem. Quidam aũt radios solis, intercurrentesq; sæpius in se relatos, & infra. ¶ Deinde ubi
latius ferit nubes proximas] Castigandum puto. Deinde ut latus ferit nubis proximæ, & infra. ¶ Et ille spiritus ha-
bens aliquid humidi secũ] Vetus lectio. Et illic spiritus habens aliquid humidi secũ. Corrige. Vt illic spiritus cæte-
ra, & infra. ANAximandrus ait] Eadem. Anaxandrus ait, & infra. QVAE ipse antecedit & nunciat] Vltima Cap.19
duo uerba, & nunciat, desiderantur in codicibus antiquis, & infra. HORVM transitu trita uita exanimata.] Cap.20
Verbũ, trita, superfluit, ex eisdem, & infra. AVT falsum est quod deinde dixistis] Scribendũ puto, aut falsum est Cap.22
quod de igne dixistis, & infra. ¶ Sicut aquæ natura defertur] Aqua, non aquæ, uetus lectio, & infra. ¶ In his igni- Cap.24
bus accidit] Lege ex eadem. Id his ignibus accidit, et infra. ¶ Vbi est aliquid quod eũ ferat] Eadem, ubi est aliquid
quod eum feriat, & infra. NAM demũ prodebat ignem] Legendum forte. Interdum prodebat ignem, & infra. Cap.26
¶ Quotiens ardor inferius iacentis.] Et sensus poscit, & uetus lectio confirmat, ut iacens legatur, non iacentis, &
infra. ¶ Quas spiritus anteẽ uerteretur] Scribendum, puto uerterentur, scilicet in pumicem: quia sequitur & in le
uitatem pumicis uersæ. Posset legi, ureretur, nam subdit etiam partim exesæ. & infra. ¶ Per quam diruptis aquis ig
nis emersit] Vetus lectio, direptis præfert, non diruptis. Existimo emendandũ diremptis, & infra. ¶ Num aliquan
do etiam apparentibus stellis] Lege. Non aliquando etiam cætera, ex eadem, & infra. ¶ Vt nubes summæ & humi
les] Considera an placeat legi sudæ, non summæ, & infra. ¶ Parte syncera puraq; cœli uisatur] Deest præpositio,
in, ut sit in parte syncera cætera ex uetere lectione CVM spiritum inter se clausere nubes] Scribe, cum spiritum Cap.27
intra se clausere nubes, ex eadem, & infra. ¶ Quidã uiui stupent] Eadẽ, humi agnoscit, non uiui, & infra. ITEM Cap.29
tympana & cymbala sonant] Legendum reor. Ita, non Item, & infra. ¶ Repugnantem ex ulteriore parte aërem]
Scribendum puto, interiore, non ulteriore, & infra. ¶ Hæc ad ipsum aërem acta.] Vetus lectio. Hæc ad ipsum æra
acta. Legendũ forte. Hæc & si ærea icta, & infra. LICET quod & hominũ] Verbũ, Licet, per minorẽ scriben- Cap.31
dum literam, & cum superioribus legendum, & infra. ¶ Contra fulmina hastulæ surgunt] Legendum assulæ, non
hastulæ, & infra. QVOD non motu & occursu suo prædicet aliquid] Aliter eadem, quod non motum & occur Cap.32
sum prædicat aliquid, & infra. ¶ Tot milia syderum] Lege, tot milia illa syderum, ex eadem, & infra. SED utra Cap.34
uim attulit] Prior æditio, sed utra res uisa est tulit. Corrigendum puto, sed utra res fidem tulit, ut mox paulo, ful-
minis ictus priora deleuit, & ad se fidem traxit, & infra. ¶ Sed indicandum an in igne idem ualet flamma quod fu-
mus] Verba nisi fallor & uitiata & transposita. Scribendum arbitror. Sed ad indicandum ignem idem ualet flam-
ma quod fumus, & infra. ¶ Sed hoc dicunt] Legendum ut puto. Si hoc dicunt, uel Sed si hoc dicunt, & infra. AVT
certe minus paratum esse] Forte pacatum, non paratum scribendum est, & infra. ¶ Vt supra nos aliquid timere- Cap.42
mus] Legendum timerent, non timeremus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Posuere super caput iudicem.] Legen-
dum uindicem, non iudicem, ex eadem, & infra. QVIBVS aduersus peccata hominũ fulminandum est] Emen- Cap.44
da, quibus aduersus peccata comminandum, ex eadem, & infra. NE hoc quidem crediderunt Iouem esse qualem Cap.45
in Capitolio & in cæteris ædibus uidemus mittere manu fulmina] Scribe ex eadem. Nec hoc quidem crediderunt Io
uem quidem qualem in Capitolio cætera, & infra. APERTE stringam] Expende an sit commodior lectio per- Cap.49
stringam, quam aperte stringam, & infra. ¶ Hunc uenire cum magno inuitantium periculo affirmat.] Vetus le-
ctio. Sed si irascente domino inuitant tunc uenire cum magno inuitantium periculo affirmant, & infra. EX Cap.52
ipso genere iniuriæ intelligis] Scribe ex ipso intelligis, reliqua superfluunt, ex eadem, & infra. ¶ Interiores libros Cap.53
interioris arboris] Scribendum ex eadem, interiores libros in parte interioris arboris, ex eadem, & infra. QVA
RE illud accidit quærenti mihi] Id legendum, non illud, ex eadem, & infra. ¶ A philosophia artium parente flu-
xerunt] Verbum, parente, non habetur in eadem, & infra. ¶ Et quod in fulminis inspectione longe melius est] Su-
spicor præpositionem, in, redundare, & mox ante flexere, hoc est desciuere legendum esse non fluxere, & infra.
E TERRA terrenisq; omnibus pars humida efflatur pars sicca & fumida remanet.] Verbũ, remanet, delendũ Cap.54
esse existimo. Aliàs quo pacto tolerari posset quod statim subtexitur. Quicquid in aëra sicci fumosiq; peruenit, &
aliquanto post. Ergo ubi calidi fumidiq; natura emissa terris in nubes incidit, & infra. FIT is quẽ desiderat ictus] Cap.55
Desideras, in uetere habetur lectione, non desiderat, & infra. ¶ Sic enim per noctẽ splendorẽ motu remotũ uideri]

Verbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verbum,motu,superfluit,ex eadem,& infra. ¶Hic quod fit in aëre erumpit] Scribe. Hic qui fit in aëre erumpit, ex eadem,& infra. ¶ Etiam num illo uerbo utebantur antiqui correpto, quo nos producta una syllaba utimur.] Corrigendum existimo. Etiamnum illo uerbo utebantur antiqui correpta qua nos producta media syllaba utimur.

Cap.56 Liquet ratio huius castigationis ex sequentibus,& infra. HOC antiqui fulgetra dicebant] Lege Hæc,non Hoc,
Cap.57 & paulo ante resurgentem,nõ insurgentem,ex uetere lectione,& infra. VBI in ignem extenuatis nubibus] Re
ctiorem existimo lectionem extenuatus quàm extenuatis,ut referatur ad aërem qui motu & collisione nubium ex-
tenuatus uertatur in ignem. Videntur hoc probare ea quæ sequuntur, et infra. ¶ At ubi fulgura illa plus habuere
Cap.58 materiæ] Dictio,illa,superfluit,in uetere lectione,& infra. QVIDAM utiq; existimant fulmen reuerti,qui-
dam subsidere] Eadem habet non quidam subsidere,sed à quodam subsidere, ut forte legi possit, ac quodam modo
Cap.59 subsidere,& infra. TALIA uera fortitudine disponuntur.] Vetus lectio, talia uaria fortitudine disponuntur.
Corrigendum puto. Alia uariè à fortuna disponuntur,& infra. ¶ Quam ex uirtute corrigimur] Corrigitur non
corrigimur,eadem,& infra. ¶ Si tu tunc quidem qui spiras.] Emendandum existimo, si ne tunc cum expiras,&
infra. ¶Si paueſcis ad cœli fragorem nubiumue trepidas] Quædam exemplaria. Sed paueſcis ad cœli fragorem &
ad inane trepidas. Alia. Sed paueſcis ad cœli fragorem,& ad inane nubium trepidas. Legendum fortasse,ignem nu-
bium,nõ inane nubium. Quid si coniunctio,ue,quæ ibi superfluit paulo post necessaria est,legendumq;, Quotiesue
aliquid effulsit,& infra. ¶ De tanta morte perdendum] Codices ueteres ,perditum legunt,non perdendum. Com-
modior forte lectio erit pœnitendum,& infra. ¶Casus iste demet metum] Corrigendum reor. Casu istum demet
metum,& continuo. ¶Et inter cætera quoq;] Melius. Est inter cætera quoq;.

IN LIB. TERTIVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

Præfatio. ET damna ætatis malæ exemptæ] Scribendum puto,exactæ,non exemptæ,& infra. ¶Occupationes patrimo-
nij recidantur] Elegantius in antiquis exemplaribus,præcidantur,quàm recidantur,& infra. ¶ Longe à do
mino iacentis causa soluatur sibi totus animus uacet] Locus corruptißimus & Oedipo interprete indigens. Vetus
lectio. Longe à dominio,longe iacentis causa soluat sibi totus cætera. Scribetur forte minus corrupte hoc pacto.
Longe ambitio. Longe iactantia. Curis soluatur. Sibi totus cætera,& infra. ¶Infractis rebus etiam post Carinagi-
Cap.1 nem] Scribe,fractisq; rebus etiam post Carthaginem,ex uetere lectione,& infra. ¶Si scisses omnia ex decreto dei
fieri] Verbum,omnia,eradendum,ex eadem,& infra. ELISIVS Siculis de fontibus exilit amnis] Sic omnia
Cap.2 præferunt exemplaria. Sed legendum arbitror Eleus non Elisius, ut de Alpheo Elidis fluuio accipias emergente in
Arethusa fonte Siciliæ,& infra. QVAEDAM hauſtæ fœcunditatem afferunt] Auferunt lege, non afferunt,ex
eadem,& infra. ¶In quem montis circumuecti fluuij deriuantur] Legendum circumiecti,non circumuecti,ex ea-
Cap.4 dem,& infra. AC subinde sic suppleat] Dictio, sic, expungenda, ex eadem, & infra. COLATVRQVE
Cap.5 transitu mare] Scribe, colaturq; in transitu mare,ex eadem,& infra. QVOD pauciſſima flumina sunt] Ver-
Cap.6 bum,flumina,superuacaneum est, ex eadem, præcesit enim paulo ante ut minime necessaria fuerit repetitio,&
Cap.7 infra. AVT ibi concipi] Commodior forsitan lectio,haud ibi concipi,& infra. CVM uideris quanta sunt,&
Cap.10 rursus ex quanto prodeant aspice. Rursus miraris cum labantur assidue] Vetus lectio. Cum uideris ex quanto pro-
deant aspice rursus quanta sint. Miraris cætera,& infra. ¶Sed per dies noctesq; æqualiter fiat] Sic prior æditio.
Cap.11 Scribe fiat,non fiat,ex eadem,& infra. DIRVTA urbe] Sic antiqua exemplaria,sed mallem direpta legeres,
quàm diruta. Plinius lib.31.ca.4. Proditur certe in Creta expugnato oppido quod uocabatur Arcadia cessasse fon-
Cap.12 tes amnesq;,& infra. ¶ Magnis acta nauigijs] Legendum arbitror,apta,non acta,& infra. CVM ad ueram om
nium originem accesseris] Amnium legendũ, non omnium, & infra. ¶ Et ipsa quarta pars mundi] Ipse legendũ,
Cap.15 non ipsa,ex uetere lectione,& infra. MODO per se utribus recollectis] In eadem collectis habetur, non recol-
lectis,& infra. ¶Si spissetur] Eadem,ut spissetur,& statim. ¶ Grauioremq; quàm ut manere in natura possit gig-
nat humorem] Verba corruptißima,& sic,aut restituenda,aut in meliorem statum forte redigenda, crassioremq;
quàm ut manare in maria possit gignat humorem,& infra. ¶Et ex magnis causis] Legendum reor. At ex magnis
Cap.16 causis,& mox statim excidunt potius quàm excedunt ex exemplari Pinciano,& infra. VT talpæ & subterra-
nei uermes] Vetus lectio, ut talpæ & subterranei mures, & quidem ut sentio rectius, sunt enim & aquatiles mu-
Cap.17 res. Plinius lib.2.cap.106. In eo ut in Arcadiæ stymphali enascuntur aquatiles musculi,& infra. EXPECTA ut
aliquis in mari uersetur] Expecto eadem,nõ Expecta,& uenetur ut sentio potius quàm uersetur legendũ,et infra.
¶Hi sunt qui fabulas putant] Aptiorẽ lectionẽ duco. Et sunt qui fabulas putant. & infra. ¶Nec cœnæ causa occisum
esse super cœnam cũ multum in delitijs fuit] Legendũ arbitror per transpositionẽ uerborũ sic,nec cœnæ causa oc-
cisum esse,sed post cœnã multũ cũ in delitijs fuit,& infra. ET in cæteras facies inter uitam & mortẽ coloris est.]
Cap.18 Scribendũ reor,& incerta facies inter uitam & mortem coloris est,& infra. ¶ Vagatio longa somniculosæ iner-
tisq; luxuriæ] Scribe. Vacatio ,non uagatio , ex uetere lectione , quam corroborant , quæ deinceps sequuntur,
& infra. ¶ Qui coctum piscem,qui exanimem in ipso ferculo etiam experirentur, mirabamur tantum in illis esse
fastidium] Scribe per maiorem & cum nota interrogationis ut sint uerba diuitis luxurioſi. Quo coctum piscem?
Quo exanimem? In ipso ferculo expiret, Mirabamur tantum in illis esse fastidium, ex uetere lectione, in qua uer-
bum,etiam, non habetur, & infra. ¶ Qui non hodie eductus hodie occisus est] Putamus negationem aduentitiam
esse adiectam ab aliquo qui sensum non percipiebat, & infra. ¶ Vbi multum diuq; laudatus.] Scribe per ma-
Cap.19 iorem. Vbi multum diuq; laudatus est, ex uetere lectione, & infra. FERTILEM fœdo situ piscium.]

Eadem

Eadem fœdorũ, non fœdo agnoscit,& infra. ¶ In Caria circa Idimum urbem] In eadem non Idimum habetur, sed
Hydiuium,ut forte corrigendum sit Hydissum, ex Stephano cui ita uocatur Cariæ urbs sic appellata ab Hydisso fi-
lio Bellerephontis. Adstipulante etiam Plinio lib. 5.cap. 29. & infra. ¶ Magis amnibus æternam esse materiam.]
Lego magnis,non magis,ex eadem,& infra. QVEM non falli credebant. In quibus balnearia sine igne calefiunt]
Sic prior æditio. Vetus lectio,quẽ nõ falli credebant ij quibus balnearia cætera,& credent aptior forte lectio,quàm Cap.24
credebant,& infra. ET ad Penenton eundem gregem appellant] Coniunctio,& ,superuacanea est. Legendumq;
Peneum,non Penenion. Plinius lib. 2. cap. 6. In Boetia amnis Melas oues nigras. Cephisus eodem lacu profluens al- Cap.25
bas. Rursus nigras Peneus, & si in Plinio corrupte penitus habeatur pro Peneus,et infra. ¶Et ipsius insulæ materia
Cap.26 uectibilis] Eadem uectabilis præfert,non uectibilis,& mox paulo,lacu,non lacus legendum, & infra. ET reuer-
beratur fluctu amnis restitit] Scribendum duco,& reuerberato fluctu amnis restitit,& infra. ¶Itaq; quod impen
dere solebant id incremento accidit] Fidelior uetus lectio. Itaq; quod impendio solebat id incremento accedit,&
infra. ¶Fimo quiddam simile turbulentũ mare profert] Legendum puto. Fimum quendam similem purgamentis
mare profert,aut sic,fimo quædam similia purgamenta mare profert. Plinius libro 2.cap. 98. ex emendata impres-
sione. Omnia plenilunio maria purgantur,quædam & stato tempore. Circa Messanam & Milas fimo similia ex-
puuntur in littus purgamenta,& infra. ET quæcunq; in his arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. La- Cap.27
bant ac madent tecta] Castigatius legetur quantum coniectura assequi possum sic,& quæcunq; in arduis arbor cõ
missura astricta lapidum stetit labascit. Madent tecta,& infra. ¶Frustra titubantium fultura tentatur.] Vetus le-
ctio,frustra titubantium fulcra tentantur,& infra. ¶ Ferens secum madefacta montium latera.] Labefacta magis
arridet quàm madefacta,& infra. ¶Quæ fundamentis laborantibus adesse recesserunt] Sic prior æditio. Vetus le-
ctio,quæ fundamentis laborantibus adeonrecesserunt. Putamus per transpositionem syllabarum locũ deprauatum
fuisse,restituendumq; sic,quæ fundamentis laborantibus adesa corruerunt. Posset etiam legi ambesa, non adesa,ut
infra notabimus,& in sequentibus exemplaria quædam laci,non lacus legunt,& infra. INGENS æquor inuol- Cap.28
uunt] Eadem uoluunt agnoscit,non inuoluunt,& infra. ¶Nec à littore ubi inferius est,sed à medio ubi ille cumulus
est. Desiit ergo ubi sol & æstus æquinoctii illis sub ipsum lunæ solisq; coitum omnibus alijs maior undauere. Sed hic
qui ad occupandas terras emittitur] Magis in dispunctionem huius periodi peccatum est, quàm in uerborum de-
prauationem. Vtriq; errori sic medendum esse arbitramur. Nec à littore ubi inferius est,sed à medio ubi ille cumu-
lus est desiit. Ergo uti solet æstus æquinoctialis sub ipsum solis lunæq; coitum omnibus alijs maior undare, sic hic
qui ad occupandas terras emittitur. Nam & uetus lectio,solis lunæq; coitũ agnoscit, non contrario ordine lunæ so-
lisq; coitum,& infra. ¶ At ipso tempore solutus legibus] Scribendum ex eadem illo,non ipso,& infra. ¶Sic in nos
semper mare emittitur desuper ut feruor ignisq; cum aliud genus exitij placuit.] Dictio, semper, & particula in-
clinatiua,q;,non leguntur in antiquis exemplaribus,in quibus,sicut, habetur, non sic. Vt putem in totum scriben-
dum hoc pacto,sic aut in nos mare emittitur desuper aut feruor ignis cum illud genus exitij placuit. Quid si præpo-
stere locatis dictionibus legãs, aut desuper feruor ignis, & infra. ET adeo quidem affirmat] Coniunctio, & ,su- Cap.29
peruacanea est,ex uetere lectione. Quapropter legendum puto. Adeoq; id affirmat. Nam & in eadem per maiorẽ
literam scriptum est uerbum. Adeo, & infra. ¶Inde aura tacita manabunt.] Tacta, non tacita, eadem præfert,&
infra. ¶ Ambracij & Cretici sinus] Scribendum reor, Ambracij & Corinthiaci sinus, & infra. STATIM un- Cap.30
diq; ex aperto & abdito superne & infimo aquarum fiet irruptio] Tenebrosus locus inuersione iuxta ac corrup-
tione uerborum. Vetus lectio eruptio habet,non irruptio. Ergo legendum in uniuersum sic censeo,statim undiq; ex
aperto superne,ex abdito ab imo,aquarum fiet eruptio,& aliquanto superius exhaurit eadem habet, non exol-
uit,& infra. ¶Iterum aquas terra sorbebit,terram pelagus stare aut intra terminos suos furere coget] Corrigen-
dum censeo. Iterum aquas terra sorbebit. Iterum pelagus stare cætera.

IN LIB. QVARTVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

TVrbam rerum hominumq; desiderant] Scribe, desiderent,non desiderant,ex uetere lectione, & infra. ¶Si
modo amore nostri modo tædio laboramus] Puto expungendam esse coniunctionem,Si. etsi à uetustis exem- Præfatio.
plaribus agnoscatur,& infra. ¶Cum ômnia caueris per ornamenta fiet] Vetus lectio. Cum omnia caueris per mu
nimenta feriet. Quid silegas æramenta,non munimenta,& infra. ¶Futuros multos in persona tua Plancos cogita]
Scribe. Futuros multos in personam tuam Plancos cogita,ex eadem,et infra. ¶Adulationi opus non claudere ostiũ]
Ea lem,adulationibus,non claudere ostium,& infra. ¶ Hominem quidem non esse illum liberaliorẽ non mentiar]
Legendum reor. Hominem quidem non esse illum liberaliorem mentiar,& infra. ¶Solebam tibi dicere] Scriben
dum puto. Solebas mihi dicere,nam sequitur aliquanto post. Nolo tamen tibi displiceas quasi male egeris,& infra.
¶Talia uitia non nosse,hoc eũ odisse] Puto corrigendũ,alia uitia nõ nosse cætera,& infra. ¶Ingenium suspicere
cœpisti] Scribendũ per maiorẽ. Ingentũ, ut sit initiũ narrationis qua mõstrat quomodo se erga adulatores Gallio
gesserit,& paulo post. ¶ Quod cõsecrari mallet quàm cõteri] Malles libentius legerim quàm mallet: et cõseruari,
quàm cõsecrari,& infra. ¶Prima statim uerba præsedit. Cœpisti mirari comitatẽ et incõpositã suauitatẽ,recte nã sequitur. Cũ interim tanta
naturalis bonitas est uti artẽ simulationẽq; nõ redoleat,& infra. ¶Gratuitũ etiã in obuios meritũ] Probarẽ magis
ut scriberetur omnes quàm obuios,quia subdit statim quàm hic omnibus,& item bonitatẽ publicã,& infra. ¶ Vis
tu ista uerba quæ iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeant ferre ad aliquem qui paria facturus ult

quicquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicquid dixeris audire] Scribo. I tu, non Vis tu, & ferto, non ferre, ex uetere lectione: nam & nonnulla ex exemplaribus ferte habent, non ferre, & infra. ¶ Ostendi in omne pectus eandem cadere uirtutem] Verbum, eandem, superfluum est, ex uetere lectione, et infra. ¶ Salua bona conscientia] Et hic quoq; dictio, bona, redundat, ex eadem, & infra. ¶ Et ex uultu audientis pendentia. Longe te ab ista prouincia abducam] Existimo corrigendũ, et ex uultu audientis pendentem longe te ab ista prouincia abducam, & infra. ¶ Altamq; Pompeij fortunam erexit. Cæsaris fatigauit, Lepidi transtulit, omniumq; cepit quæ illi ingenti spectaculo interfuit, ex quo liquere mortalibus posset.] Locus creber mendis. Vetus lectio, altumq; Pompeij fortuna erexit, ut pro altum commodior forte scriptura sit animum. Quod autem sequitur, omniumq; cœpit cætera libentius sic scriberem. Omnium concussit qui illi ingenti
Cap.1 spectaculo interfuere, quo liquere mortalibus posset, et infra. ITAQVE ut totum mente abducam.] Legendum reor. Itaq; ut totum mihi te abducam, & infra. ¶ Atq; ex ea dimittitur.] Vetus lectio demittitur, & infra.
Cap.2 VRBEM totam complectitur.] Recte qui legunt. Vrbs eam totam complectitur. Cuius rei auctor est Aristides in oratione quæ uocatur Aegyptia his uerbis. Est autem Phile insula in confinibus Aegypti & Aethiopiæ. Cuius par est magnitudo cum magnitudine urbis in ea sitæ. Idem de Arado Phœniciæ insula memoriæ proditũ est. Nam si accipiamus Nilum fluuium urbem totam complecti inutilis est repetitio, quia statim ante dixerat, duobus in unum coituris amnibus cingitur, & infra. ¶ At ubi in scopulos cautium intrauit spumat] Scribetur nisi fallor syncerius. At ubi in scopulos arctius intrauit spumat, præcesit enim & per angustias eluctatur, & mox paulo, tandem temissimos canales tenet per quos angusta rupium effugit, & infra. ¶ Primum incrementum Nili circa insulam quam modo retuli Philas nascitur. Exiguo ab hoc spatio petra diuiditur] Scribo nascitur, non nascitur, quia sequitur paulo post, auctũ fluminis sentiunt. Item legendum ab hac, non ab hoc, uidelicet insula, & infra. ¶ Illa primo saxa auctum fluminis sentiunt] Vetus lectio. Illa primum saxum auctu fluminis sentiunt. Scribo. Illud primo saxum auctum fluminis sentit, & infra. ¶ Quicquid pingue secum tulit arentibus locis illinit] Fidelior antiqua lectio allinit, non illinit, & infra. ¶ Quod cum cæteri amnes abluant terras] Eadem, non abluant agnoscit, sed ambulant. Scribo, ambedant, ut Virgilianum illud, ambesas subigat malis absumere mensas. Tum sequitur illico adeò nihil edit nec abradit, & infra. ¶ Heraclitio hostio Nili quod est maximum] Eadem Heraclutio. Scribo Heracleotico ex Plinio, Strabone, Ptolemæo, Diodoro reliquis, quod idem est cum Canopico, & infra. ¶ Tunc enim maximæ & integræ adhuc niues ex mollissimoq; tabes est] Castigatius leges niuis, quàm niues, & infra. ¶ Eudimenes Massiliensis] Corrige. Euthymenes Massiliensis, tum ex scriptis exemplaribus, tũ ex Græcis uulgata uoce. Nam Aristophani in comœdia, Acarnanes, Euthymenes magistratus est Athenienſium, et apud Suidam mentio quoq; Euthymenis, & infra. ¶ Cum resederint in pelagus conquieſcit] Emenda ex etiſlem. Cũ resederit pelagus conquieſcit, & infra. ¶ Ex eadem causa æstate frigidant] Sic prior æditio. Scribendum frigeſcunt, non frigidant, ex eiſdem, & infra. ¶ Vt una ſicca ſit tellus alia abundet] Scribendum arbitror, ut una ſicca ſit tellus alia humeat, & infra. ¶ Vnde ergo trahit.] Lege. Vnde ergo trahitur? ex uetere lectione, & infra. ¶ Quid niſi faceret] Rectior lectio. Quid niſi fieret, & infra.
Cap.3 ILLVD huic quoq; ſimile eſſe quod cauat] Permuta dictionum ordinem. Illud quoq; huic ſimile quod cauat, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nix in pruina pendens congelatio] Mallem ſcriberes. Nix & pruina pendens congelatio: quia ſequitur hoc inter pruinam & glaciem, necnon inter niuem & glaciem intereſſe. Ergo iungit niuem &
Cap.4 pruinam, & infra. AQVILONE flante & ſuum cœlum habente] Vetus lectio. Aquilone flante aut ſuum cœ-
Cap.8 lum habente, & infra. VNAM rem ad hoc adijciam] Adhuc, non ad hoc, eadem, & infra. QVONIAM
Cap.13 non contenti uina diffundere ueterana per ſapores ætatesq; diſponere] Eadem, quoniam non contenti uina diffundere per ueterana per ſapores ætatesq; diſponere, & infra. ¶ Niſi frigore illa uehementiore peruſſeris.] Eadem percuſſeris præfert, non peruſſeris, & infra. ¶ Et propere cedere finibus ſuis iuſſerunt] Scribendum puto, & propere recedere è finibus ſuis iuſſerunt, & infra. ¶ Quemadmodum nihil illis ſatis frigidum, ſic nihil calidum illis ſatis eſt] Breuior ſyncerior q; uetus lectio. Quemadmodum nihil illis ſatis frigidum, ſic nihil ſatis calidum eſt.

IN LIB. QVINTVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

Cap.4 ET continua ex imo euaporatio in altum agit quæ merſerat] Scribendum arbitror, & continua ex imo euaCap.10 poratio in altum agit quæ merſa erant, & infra. ITAQVE niues & ponuntur & durantur.] Conſiderandum an reponuntur legi debeat, hoc eſt coaceruantur, accumulantur, non & ponuntur, & infra. ¶ Et in hæc loca quæ remiſſiora ac tepidiora ſunt] Vetus lectio, ſubmiſſiora habet, non remiſſiora, & infra. ¶ Ac ſol mutato curſu in noſtram rectior tendit] Vitiatiſſimus locus. Caſtigandum puto ſic, ac ſol mutato curſu noſtra regione cedit, & infra. QVI ſuperne demittitur] Vetus lectio, quia ſuperne demittitur, & infra. ¶ Et pluribus cœli partibus
Cap.12 eliſus ſpiritus] Lege, & ex pluribus cætera, ex eadem, & infra. HOC loco ſi tibi uidetur quæri poteſt cur turbo
Cap.13 fiat qui euenire in fluminibus ſolet] eadem. Hoc loco ſi tibi uidetur quæri poteſt cur turbo fiat. Euenire in fluminibus ſolet, & infra. ¶ in cannalem conuexam tenuemq; collectus] Deuexum lege, non conuexam, ex eadem, & infra. ¶ Quem præſtera Græci uocant. Hic eſt igneus turbo] Mallem legeres, quem præſter Græci uocant, hoc eſt igneus turbo. Sequitur ſtatim, ¶ Quibus armenta rapiantur] Scribe, armamenta non armenta, ex uetere lectione, & infra. ¶ Tunc enim incipit cũ omnes illos miſcuit] Legendum, tunc eſſe incipit cum omnes illos miſcuit, ex ea-
Cap.14 dem, & infra. NON tota ſolida contextu terra in unum uſq; fundatur.] Legendum. Non tota ſolido contextu terra in unum uſq; fundatur, ex eadem, & infra. ¶ Quod non uidentur flumina. Illic ſcias licet noſtris paria ſub-
Cap.15 labi] Scribe, quod non uidentur. Flumina illic ſcias licet cætera, ex eadem, & infra OBLITVS dierum, oblitus naturæ

naturæ melioris] Scribendum forte deorum, non dierum, & infra. ADIICIENDVS est ad hunc meridianus circulus] Adhuc lege, non ad hunc, ex eadem, & infra. Cap.17 ¶ Nunc quod de Cæsare olim maiore] Verbum, olim, redundat, ex eadem, & infra. ¶ Cum effugerimus procellosos desuper montes per quos præceps in nauigantes uentus impingit] Si de fluctuum montibus accipimus necesse est, ut præpositio, per pro superuacua eradatur. Si de promontorijs legendum erit. Cum effugerimus procellosos desuper montes in quos præceps nauigantes uentus impingit. Sequitur illico. ¶ Cum inuoluto nubilo dies] Scribe, cum inuolutos nubilo dies, ex uetere lectione, & infra. ¶ Circunferre pericula & ruere in ignotos iratum] Eadem, initium habet, non iratum, ut forte pro initium scribendum sit inuitum, quia sequitur mox paulo quem non oderis, & infra. ¶ In sua quemque terra stare iußisset] Verbum, terra, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Diuersis enim irritamentis ad tentandum tre compellimur] Sic prior æditio. Legendum reor, mare, non ire, & infra. ¶ Vita parari ea in quibus uita consumitur] Vetus lectio, uitæ parari in qua uita consumimur. Puto legendum, uitæ parari in quæ uita consumitur.

IN LIB. SEXTVM NATVRALIVM QVAESTIONVM.

DESEDISSE terræ motu] Vetus lectio, consediſſe terræ motu, rectius, et infra. ¶ Negantq; ſeipſos unquam ipſam regionem acceſſuros] Corrige, negantq; ipſos unquam in ipſam regionem acceſſuros, ex eaCap.2 dem, & infra. ¶ Imperitis fit magna ex deſperatione ſecuritas] Eadem mutato dictionum ordine. Imperitis magna fit ex deſperatione ſecuritas. Conſidera an legendum manu potius quàm magna, & infra. QVID tanti molem ponderis pellat] Corporis non ponderis in eadem habetur caſtigatius quandoquidem charta ſequente. Cap.4 Ita inquit in hoc uniuerſo terræ corpore euenit, ut partes eius uetuſtate ſoluantur, & alibi. Sic hoc totum terrarum omnium corpus & aquis quæ uicem ſanguinis tenent cætera, & infra. paulo diuiſa legendum, ex eadem, non diuiſas, & ultra. ALIQVAM ex iſtis cauſam dixerunt] Scribe, aliquam ex iſtis cauſam eſſe dixerunt, ex eaCap.5 dem, et infra. ¶ Omnis tamen ætas quod agat inueniat] Eadem, omnia tamen ætas quod inueniat habet, & infra. SIVE magnum mare] Verbum, magnum tollendum, ex eadem, & infra. ¶ Grauiſſimam partem mundi non poſſe ſpiritu tam tenui fugacíq; geſtari] Duo illa uerba, non poſſe, remouenda, ex eadem, & infra. ET quam donec Cap.6 decreſcat uerberauit] Creſcat, non decreſcat, in eadem habetur, et infra. AVT cum dubitauere] Eadem ſic habet, aut cum diu dubit auerunt. Caſtigandum cenſeo, aut cum diu nutauerunt, & infra. Sed intra ipſam & ex ipCap.7 ſa quaſdam partes eius decidere] In eadem aliter, ſed intra ipſam, & in ipſam quaſdam partes eius decidere, & in Cap.9 fra. OPPOSITA diffundit] Quid ſi legas diffindit, non diffundit, et infra. HAEC duo alicubi concurrunt, aCap.10 libi conſiſtunt] Scribe: Hæc duo alicubi concurrunt, alicubi conſiſtunt, ex uetere lectione, & infra. ¶ Videergo nunc quod intret in illam ſpiritus] Corrigo. Vide ergo nunquid intret in illam ſpiritus, ex uetere lectione, & Cap.11 infra. ¶ Aliaq; deijcit, alia intercidit] legendum reor, interſcindit, non intercidit, & infra. ALICVBI deduxit quicquid ſuperne terreni erat aqua. Alia torrentes cecidere] Scribendum puto. Alicubi diduxit quicquid Cap.14 ſuperne terreni erat aqua. Alia torrentes exedere, & infra. ATQVE alimento ſui educantis] Suo, non ſui, uetus lectio, & infra. ET moras ſuas arripit] Rectior lectio abrumpit, quàm arripit, & infra. ¶ Qui quo Cap.15 ualentior agiliorq; eſt citius eripitur] Sic prior æditio. Scribendum reor, erumpit, non eripitur, quanquam in uetere lectione deſideretur omnino hoc uerbum, & infra. INFVSVSQVE per minima laxamentum ſuperaCap.16 tus] Caſtigandum puto, infuſusq; per minima laxamentum ſibi parat. Nam & prior æditio & uetus item lectio ſuCap.17 perat habet, non ſuperatus, & infra. ET illam qua parte maxime pendet exagitat] In eadem ſic habetur, & illam qua parte tendit exagitat maxime, & infra. ¶ Nonnunquam ineoacta itinera coniectus] Eadem, Nonnunquã in terrena itinera coniectus, & infra. ET inſulas non ante uiſas in medio mari ponere. Therem & Thereamhãc noſtræ ætatis inſulam ſpectantibus nobis in Aegeo mari natam quis dubitat] Caſtigandum puto hunc locum ſic, & inſulas non ante uiſas in medio mari ponere Theram & Therasiam. Thiam noſtræ ætatis inſulam ſpectantibus nantis in Aegeo mari enatam quis dubitat? Plinius uolumine ſecundo, capite 87. Inter Cycladas Olympiadis 135. anno quarto Thera & Therasia. Inter eaſdem poſt annos 130. Hiera eademq; automate, & ab ea duobus ſtadijs poſt annos 110. in noſtro æuo. M. Iunio Syllano, & L. Balbo conſulibus ad 8. Idus Iulij Thia, & infra. ¶ Nam nec ſuccutiuntur tunc omnia] Legendum ſortè mœnia, non omnia, ut non multo poſt, ædificia uicina tremore collapſa ſunt, & infra. TVNC illa præcipitata rupes, quicquid ab illo repercußit non paſſura conſiſtere ſonitu uenit] Cap.22 Depraua tiſſimum locum et tantum non conclamatum reſtituendum hoc pacto exiſtimo, tunc illa rupes præcipitata quicquid ab imò repercußit non paſſura conſiſtere ſuccutit, & infra. OPPONETVR ei et Caliſthenes] Cap.23 Vetus lectio, opponetur et Calliſthenes. Lego opponetur et Caliſthenem. Idem error ſtatim corrigendus, et infra. ¶ Ideo frequentiſſime mari oppoſita uexantur] Appoſita, non oppoſita uetus lectio, et paulo ante merſit, non immerſit, & infra. AVT certe maxima ex parte ſuperfuſam] Suppreſſam, non ſuperfuſam in eadem habetur. Sicq; eſſe legendum monſtrat ipſe autor paulo poſt, dicens: Illa uaſta concußio, quæ duas ſuppreſit urbes Helicen, Cap.24 et Buran. Quanquam et ſuperfuſam legi poſſet ex Thucydide tertio uolumine, ſed idem erit ſenſus. Item Atalantem legendum, non Atalantam, ex eodem autore colligitur, cui ſuffragatur uetus lectio, & infra. ¶ Idem Sidoniæ accidiſſe] Sidoni, non Sidoniæ legendum reor, quæ urbs eſt Phœniciæ notior quàm ut ſit prodenda. Et uero ſimile eſt quaſſationi obnoxiam eſſe Sidonem, cum Tyrus urbs propinqua eo malo laboret, ſicuti et omnia loca mari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.25. tima,ut paulo ante monstrauit,& infra. repetet,et infra. TOTAEQVE urbes in immensam altitudinem uergant] Mallem legeres mergantur quàm uergant,cui uerbo locus non est in hac sede,& infra. ¶ Tunc effugisse Penæon] Legendum reor, tunc effluxisse Peneum. Is celeber est Thessaliæ fluuius omnibus, et infra. ¶ Cum laborauit Aegine] Scribo,Cum laborauit Aegium. Vrbs est Peloponnesi Aegium paruo spacio submotaà Patris omnibus ferè Cosmographis. Aegina autem insula in sinu Saronico longe distat à Patris, & paulo post Aegium non Aegeum legendum,adstipulante etiam uetere lectione, et infra. ¶ In tantum spacium motum protendere.] Vetus lectio pertendere,non protendere,& infra. QVIA mari imposita sit habeatq; concauas rupes] Breuius eadem
Cap.26 quia mari imposita habeat concauas rupes,& infra. QVIA pressa & quassa quatiebat] Scribe, quia quassata quatiebat, ex uetere lectione,& infra.
Cap.30 ¶ Emissa sui parte maiore] Verbum, sui, redundat, ex eadem,&
Cap.31 infra. QVIA uehementius locum uentis luctantibus fecit] Puto legendum uehementissimus, non uehementius,& infra. ¶ Nec illis pugna opus est] Verbum, opus, superuacaneum est, ex uetere lectione,& infra. ¶ Controuersiam agere] Controuersiam facere, eadem,& ultra. ¶ Perdidimus illos nempe perituros] Perdimus in eadem habetur,non perdidimus.

IN LIB. SEPTIMVM NATVRLIVM QVAESTIONVM.

Cap.1 QVI sydera crediderunt] Vetus lectio, tradiderunt, non crediderunt,& infra. SED uideri illos accendi turbine quodam] Considera an scribendum sit non illos, sed illis, uidelicet Chaldæis,& infra.
Cap.3 HVIC uidetur plurimum utrium habere ad omnes sublimium motus stella Saturni] Quædam exemplaria. Huic
Cap.4 uidetur plurimum uirium habere stella Saturni, reliqua desideranturs,& infra. ET quacunque incumbit solum
Cap.5 nudat] Quocunque uetus lectio agnoscit, non quacunque,& infra. ¶ In quo igne multa quidem fuerunt digna, quæ notarentur] Breuius eadem, In quo igne multa fuerunt quæ notarentur, et infra. LVNAM aut quinque
Cap.8. sydera rapi uento] Scribendum puto, lumina,non lunam, ut uocet solem & lunam lumina, quæ sacræ literæ luminaria appellant,& errones sydera antiquorum more qui solem & lunam inter Planetas non reponebant. Eadem
menda in uerbis quæ sequuntur. ¶ Non tamen supra lunam efferrent] Scribendum enim lumina,non lunam,& in
Cap.9 fra. NEC supra lunam usque in stellarum locum crescere] Legendum reor, nedum supra lumina in stellarum locum crescere, ut non multo post,nedum particula aëris intorti,& infra. ¶ Mira uelocitas eius & mira breuitas eius] Lege: Mira uelocitas eius,& mira breuitas est,ex uetere lectione,& infra. ¶ Violentius celeriusq; in terra circa eam uoluitur] Duo illa uerba, celeriusq;, non habentur in eadem, et infra. NEC hæsitatus qui nec re-
Cap.10 sistit] Castigandum censeo, nec hæsitat usquam nec resistit,& infra. ¶ Et Puto talis esse debet] Castigandum puto: At puto talis esse debet,ut sit aduersario,et infra. INTRA exiguum tempus cum obscurari cœperint li-
Cap.12 berari] Legendum mihi uidetur,intra exiguum tempus quam obscurari cœperint liberari,et infra. ¶ Præterea illa nobis uicina utdentur] Ista,non illa legito, ex uetere lectione,& infra. ¶ Altera stella usq; ad alterã stellã ignẽ
Cap.21 mittere] Verbum illud, stellam, non habetur in eadem,& infra. SICVT faces trabesq;] Eadem sicut faces, sicut tubas trabesq;,& infra. ¶ Huc itaque descendunt inuitante materia non itinere] Descendit eadem, non de-
Cap.22 scendunt,& infra. NEQVE appropinquat solo etiam nunc. Ignis autem it quò natura sua ducit] Corrige,ne
Cap.23 que appropinquat solo. Etiamnum ignis aut it quò natura sua ducit,ex eadem, et infra. QVAE sola moueri creditis] Scribo, credis,non creditis, ex eadem,ut infra. Credis autem in hoc maximo & pulcherrimo corpore,& infra. ¶ Quid est quare in aliqua parte cœli peruium non sit] Eadem, non peruium habet,sed paruium, ut fortè scribi debeat par uid,& infra. QVIA quæ tardius feruntur grauia sunt] Corrigendum reor: Quare quæ tar-
Cap.29 dius feruntur grauia sunt,ut legatur per notam interrogationis,et infra. ¶ Succurratq; tibi idem me de cometis posse dicere] Particula, que,eradenda,ex uetere lectione,& aliquanto post coniectare fidelius quàm coniectura-
Cap.31 re scribetur, et infra. MVLTA præterea cognata nimium numini summo] Scribe,suo,non summo,ex eadem,& infra. ¶ Id quod unum toto agimus animo] Scribe: In quod unum toto agimur animo,ex eadem,& infra. ¶ Aliquid tenerius molliusq; quo pereat] Eadem pereatur agnoscit,non pereat,et infra.

IN LIB PRIMVM DECLAMATIONVM.

Prologus. AM duo millia nominum recitata] Vetus lectio: Nam ad duo milia nominum recitata,& paulo post reddebam non referebam,& statim. ¶ Qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant] Meum,non nostrum,eadem præfert,et infra. ¶ Et illam cum cura scrutabor] Eadem & illam omni cura scrutabor,et infra. ¶ Totiens tanquam noua audiam] Scribe,totiens tamen tanquam noua audiam,ex eadem,& infra. ¶ Itaq; ex memoria mea quod nobis satis sit superest] Eadem, Itaq; ex memoria mea quantum uobis satis est superest, et infra. ¶ Quod quærenti non comparuit] Eadem comparuerat agnoscit,non comparuit, et infra. ¶ Intempestiue molesta est] Intempestiua in eadem habetur,non intempestiue,quod magis arridet,et infra. ¶ Quæ mihi iam olim precario paret] eadem,quæ mihi iam olim precario non paret,et infra. ¶ Et nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ] Eadem, & nescio qua iniquitate naturæ, cætera delenda,& infra. ¶ Emolliti enerues; quod nati sunt inuiti manent] Scribe: Emolliti enerues; nati sunt. In uitio manent, ex eadem,& infra. ¶ In

¶ In hos nec dij tantum mali permittant ut cadat eloquentia,quam non mirarer nisi animos in quos se conferret elugeret] Eadem partum sic legit. In hos nec dum tantum mali ut cadat eloquentia, quam non mirarer, nisi animos cætera. Partim sic: Et in hos cadat eloquentia quam non mirarer reliqua,& infra. ¶ Et si acerrimam eloquentiam quam præstare non possunt, uiolare non desinunt] Scribendum puto,& facerrimam eloquentiam, quia præstare non possunt, uiolare non desinunt,& infra. ¶ Quo intra coloniam meam me continui] Verbum, quo, desideratur in uetere lectione,& præpositio,intra,per maiorem scribenda est,& infra. ¶ Et quod uulgo de alio solet,sed de illo proprie debet] Eadẽ, Etiã quod uulgo dici solet,sed in illo proprie debet,& infra. ¶ Quia apud nullũ autorẽ antiquũ] Verbũ,quia,redundat,ex eadẽ,& infra. ¶ Qui declamationẽ distinguit] Legendũ distinxit nõ distinguit,ex eadẽ,& infra. ¶ Non mediocriter dicere bene] Corrigendũ reor,nõ mediocriter dicere,sed bene. Sequitur statim. ¶ Alterum putat domesticæ exercitationis. Alterum esse ueræ actionis] Scribe: Alterum putat domesticæ exercitationis esse. Alterum ueræ actionis,ex uetere lectione,et infra. ¶ Producam familiarem amicitiam] Producam,non producam,eadem,& infra. ¶ Et in omnes iocos resoluebat] Scribe,& in omnes iocos se resoluebat ex eadem,et infra. ¶ Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare] Lege: Omnibus enim prodest subinde cætera,ex eadem,& infra. ¶ Nec patiebatur alimenta per stomachum per somnum quietemq; æqualiter digeri] Quædam exemplaria: in stomacho legunt,non per stomachum. Alia carent omnino duobus his uerbis,& infra. ¶ Cum id magis in illo mirabile uideri posit] Scribendum puto: Quin id magis cætera,& infra. ¶ At quorumcunque stilus est uelox] Vetus lectio: Ast,non at,& infra. ¶ Sed ars summa ad apprehendenda ea] Scribe: sed ars summa,& ad comprehendenda ea, ex eadem,& infra. ¶ Adeo quæcunque in animum eius semel ascenderant] Sunt exemplaria quæ memoriam legant,non animum,& infra. ¶ Cupitis statim ista discere] Verbum, ista, non habetur in uetere lectione, et infra. ¶ Quæ effectu apparet & habitu latet] Coniunctio,& eradenda, ex eadem & considerandum an rectior lectio ambitu,quam habitu,& infra. ¶ Suspensos pedes habere] Eadem, suspensos pedes ponere, rectius quia sequitur. Non me hercules tui pedes spinas calcant,& infra. ¶ Quæ interponi argumentis,quàm maxime declamantis Marulli possent] Scribendum reor,cum maxime, non quàm maxime ex trita loquendi Senecæ consuetudine,& infra. ¶ Nihil præter epicheremata scriberet] Prior æditio epithemata legit. Ex emplar Scholarum Salmanticensium ephiponemata agnouit. Scribo per transpositionem literarum,epiphonemata,ex Quintiliano & Cicerone & cæteris rhetoribus,& infra. ¶ De seculo de delitijs dicuntur] Vetus lectio, de seculo de diuitijs dicuntur. & sunt exemplaria in quibus uerba illa de seculo non habentur,& infra. ¶ Scio quàm sit odiosa res Circensibus pompa] Scribe. Scio quàm sit odiosa res Circensibus pompa,ex uetere lectione,& infra. ¶ Cum tam cœpisset diem ducere] Emendandum reor. Cum iam cœpisset dies lucere. Hoc enim facilitare solitum latronem superius monstrauit Seneca. Sæpe inquit cum per totam lucubrauerat noctẽ ab ipso cibo statim ad declamandum perueniebat,et infra. IACTATVS inter duos patres utriusq; filius] Iactatur,non iactatus, quædam exemplaria. Alia iactatus agnoscunt,sed post uerbum abdicatus habent. fui,& infra. ¶ Semper autem commendabat eloquentiam eius aliqua res extra eloquentiam in puero declamante] In codicibus nonnullis rectius,ut puto habetur sic. Semper autem eloquentiam eius commendabat aliqua res extra controuersiam. In puero eloquentia. Ego uerò non altero in loco tantum, sed utroq; substituendum puto controuersiam pro eloquentia, legendumq; hoc pacto: Semper autem controuersiam eius commendabat aliqua res extra controuersiã cætera,& infra. SACERDOS casta castis puris pura sit] Scribendum: Sacerdos casta è castis, pura è puris sit, liquidem ex secundo libro cõtrouersiarum, ubi hæ omnes declamationes cum coloribus complurium rhetorum iterantur copiosius à Seneca,& infra. ¶ Accusata absoluta & reuersa ad suos est] Vetus lectio. Accusata & absoluta & remissa ad suos est,& infra. ¶ Sacerdos uestra adhuc in lupanari utueret] Nostra,eadem præfert,non uestra,et infra. ¶ Quid mihi sacerdotem cuius precaria est castitas] Rectius eadem: Quid mihi cum sacerdote cuius precario est castitas,& infra. ¶ Ita cara fuit suis] Eadem: Ita curæ fuit fuit,& infra. ¶ Si in ciuitate nulla inuenirí potuit] Eadem, si in ciuitate nulla inuentri poterit,& infra. ¶ Ponamus tres sacerdotium petere] Putemus,non ponamus,eadem agnoscit,& infra. ¶ Dij illæsam non seruassent nisi eam sibi seruaturi fuissent] Breuius eadem: Dij non seruassent nisi sibi seruaturi fuissent,& infra. ¶ Dicat pudicitiam suam dijs quibus debet] Verbum suam, superfluit, ex eadem,& infra. ¶ Quædam satius est,uel cum causæ detrimento tacere quàm inuerecundæ dicere] In quibusdam exemplaribus ita habetur,ut retuli,in alijs non legitur inuerecunde,sed uerecunde,quæ lectio summè mihi probatur unius tantum literulæ adiectione,hoc est,ut legatur uerecundiæ,& repetatur detrimento,& infra. PATROCINIVM suũ putat pereundi infelicitatem] In secundo controuersiarum aliter. Patrocinium suum putat perennem infelicitatẽ & infra. ¶ Exponam cum quo stupruũ] Vetus lectio. Et ponã agnoscit,non exponã. & quidem iudicio meo rectius. Multũ enim emphaseos habet cõiunctio,illa,& infra. ¶ Non ad saxũ usq; deferret] Eadem differret,non deferret,& infra. ¶ Etiam secure aspicientibus horrenda] Lege,etiã secure despicientibus horrenda,ex eadẽ,et item ex secundo controuersiarum,et infra. LICEATA adulteriũ et in matre filio uindicare] Corrigendũ puto contra omnium codicũ fidem. Liceat adulterium et marito et filio uindicare,quod ex fine controuersiæ euidenter ostenditur. Ipsam legem recita. Liceat marito, liceat et filio,et infra. ¶ Aut me sine filio aut filium sine manibus] Scribo, aut me sine filio fuisse, aut filium sine manibus,ex uetere lectione,et infra. ¶ Contemptus est iste] Exemplaria quædam non contemptus legunt,sed conceptus. Scribo,deceptus. Arelius Fuscus secundo controuersiarum. Adolescens

Declamat.1

Declamat.2

Declamat.3

Declamat.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenit tempus militiæ tuæ. Indignare si deceptus, & ultra. ¶ A quo sciemus. Cum adulterum deprehendi tunc primum sensi cætera] Legendum puto diuersa distinctione sic: A quo sciemus: ut sit per interrogationem. Deinde sequitur. Cum adulteros deprehendero: sic enim habetur in uetere lectione. Posiea lege per maiorem. Tunc primū sensi reliqua, et infra. ¶ Et truces animos misericors natura debilitat] Legendum: Et truces quoq; animos misericors natura debilitat, ex eadem, & secundo controuersiarum, et infra. ¶ Priusquam in memoriam reuerteret exierant] Aliter in secundo controuersiarum. Prius quàm in me reuerterer exierant, & infra. Declamat. 5 AVT mortem aut indotatas nuptias petat] Omnis scripta lectio, & item secundus controuersiarū non petat habet, sed optet. Quam lectionē esse ueram Seneca ipse uidetur asserere subdens. ¶ Altera mortem optat raptoris. Altera uerò nuptias petit] Vetus lectio breuior multo, & Senecæ laconismo magis consentanea. Altera mortem optat. Altera nuptias. Reliqua superuacanea sunt, & infra. ¶ Deinde hanc ultiasset] Aliam in secundo controuersiarum legitur, non hanc, et infra. Declamat. 6 IVRAVIT et. Relicto patre secuta est adulescentem] Verbum, ei, non habetur in antiquis exemplaribus, etsi legi etiam posset. Iurauit: Ea relicto patre cætera, et infra. ¶ Narret, inquit socero beneficia] Vetus lectio. Narra obsecro soceri beneficia. Adstipulatur & controuersiarum secundus, & infra. ¶ Nisi misericors potest. Inter tot consulatus] Eadem: nisi misericors posset. In tot consulatibus, et infra. Daclamat. 7 SI præcideritis: Scribe potius occideritis] Eadem: Si præcideritis. Si iraseeris, scribe potius si occideritis, et infra. ¶ Tyrannicida exitum tyranni rogo] Scribendum potius uidetur: Tyrannicidæ exitum tyranni roga. Vel sic: Tyrannicidam per minorem scriptum pertineat ad superiora. Et quod sequitur legatur hoc modo: Exitum tyranni rogo non timeo. Manus quas Piratæ soluerunt iudices alligant, ut habetur in secundo controuersiarum, & infra. ¶ Etiam nunc manus meas petis?] Scribe sine nota interrogationis: Et nunc manus meas petis, ex uetere lectione, & infra. ¶ Neutrum hoc manibus meis expedit] Verbum, hoc, non habetur in eadem, et infra. ¶ In qua nec filij patres alunt] Scribe ex eadem, in qua nec filij quidem patres alunt, & infra. Declamat. 8 IAM pro te dubito. Nescio quid lex timet] Verbum illud, dubito, desideratur in eadem. Vt legendum existimem, Iam pro te nescio quid etiam lex timet. Nam exemplaria omnia dictionem, etiam, agnoscunt, et infra. ¶ Pars altera contra sortem abdicatum] Sic prior æditio. Legendum abdicantem, non abdicatum, et infra. ¶ Quantum uerò interest] Verbum, uerò, redundat, ex uetere lectione.

IN LIB. SECVNDVM DECLAMATIONVM.

Prologus. NIHIL horridum] Nihil horrendum uetus lectio, et infra. ¶ Ac amplissima facultate dicendi] Felicitate eadem, non facultate, & quidem rectius. Nam non multo post beatam uocat Fabiani orationem, & infra. ¶ Et ille pugnatoris mucro] Emendandum puto, & ille pugnatorius mucro, & infra. ¶ Cum ueros compressisset affectus] Scribe uerò, non ueros, ex uetere lectione, & infra. ¶ Parum bene imitari poterat quæ effugerat] Eadem non effugerat præfert, sed effigerat. Considera an legendum sit effinxerat, & infra. ¶ Et illi stadio parari non per illud alteri] Lege illi studio parari, non per illud alteri præparari, ex eadem, & infra. ¶ Præceptores pulcherrimæ disciplinæ continebatur] Scribendum pluralitatis numero continebantur, ut ad præceptores referas, ex eadem, et infra. ¶ Nam primus omnium Latinus rhetor Romæ fuit puero Cicerone Plotinus] Scribo Plotius, non Plotinus, Cicero in epistola ad M. Ticinniū referente Suetonio in lib. de grāmaticis & rhetoribus. Equidē memoria teneo puer is nobis primū latine docere cœpisse L. Plotiū quendā. Ad quem cū fieret cōcursus quod studiosissimus quisq; apud eum exerceretur dolebā mihi idem nō licere. Meminit Eusebius quoq; in libro temporū. Sed & uetus lectio non aliter habet quàm Plotius, & infra. ¶ Et ego multo tempore minor quàm ipse erat] Eadem, & ego multo minor natu Declamat. 1 quàm ipse erat, & infra. ABDICATVS post tres abdicandos] Castigo: Adoptandus post tres abdicatos, ex eadem, et infra. ¶ Amo æquè paupertatem et patrem] Lege ex eadem: Amo æquè paupertatem ac patrem, & infra. ¶ Hic me dignum putat bono patre] Scribendum, Hic me dignum putat beato patre, ex eadem, & infra. ¶ Quem me uideri uelim nescio. Innocentem si abdicor. Nocentē si adoptor] Locus est corruptissimus, in scriptis tamen codicibus fidelius. Vtrum tamen uelim nescio. Innocentem? Sed abdicor. Nocentem? Sed adoptor, et infra. ¶ Grauius eo quem alius concupiscit] In eisdem, Grauius eo quem alius filius concupiscit. Lego filium, non filius, & statim. ¶ Non delectant dominos ignoti seruorum greges] Legendum fortè per distinctionem. Non delectant dominos ignoti seruorū greges, & infra. ¶ Magnū & hoc inter cætera paupertatis incommodū est] Lege incōmoda non incōmodū ex uetere lectione, & infra. ¶ Gallus Nibius] Quidam codices. C. Rubius. Alij C. Nibius. Alij Gallus Viuius, quibus suffragatur tertius controuersiarum liber, et infra. ¶ Non casu caderet sed iudicio peruenire] Vetus lectio incideret, non caderet, & infra. ¶ Per annos quindecim in officio tuo fui] In tertio controuersiarū. Per annos duodecim in officio fui. Declamat. 2 QVOS nec mors quidem diuisit] Correctiora exemplaria: quos nec mors quidem diuidet, et infra. ¶ Quædam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt] Verbum amore, desideratur in uetere lectione, & infra. ¶ Inter has puellas uiua numeratur] Eadem: Inter has puella una nominabitur, & si sunt exemplaria in quibus non una, sed uiua habetur. A quibus stat tertium controuersiarum uolumen, et infra. ¶ Et Naso dixit] Coniunctio, & superfluit, & paulo ante torpeat legendum, non torpescat. Vtrumq; ex eadem, et infra. ¶ Secundū gelidum Boream, gelidumq; Notum] Corrigendum reor. Secundum. Et gelidum Boream, egelidumq; Notum: est enim Ouidianus uersus secundi elegiarum ex elegia cuius lemma est. Ad amicam nauigantem, etsi in codicibus impressis & in uetustissimo exemplari, quod nos domesticum possidemus, aliter legatur. Et gelidum Borean præcipitemq;

temq; Notum. Corrigendum idem uitium in tertio controuersiarum, et infra. QVID obtorpuistis oculi] Quidam codices: Quid obstupuistis oculi, & infra. ¶ Hoc intra triginta dies] Hei intra triginta dies in tertio controuersiarum, & infra. ¶ Putas me accusatori promissurum quod filio negaui] Scribe, Putas me accusatori permissurum quod pater filio negaui, partim ex tertio controuersiarum, partim ex uetere lectione, & infra. ¶ Semper enim sibi omnia licere credit] Eadem: Semper sibi omnia licere credidit, & infra. ¶ Ignouit enim, inquit. Aliquis ante me rogatus est] Correctius eadē. Ignorat inquit, ita? Alius ante me rogatus est, & infra. ¶ Quam penè promisi] Lege, Quam penè permisi, ex eadem, et infra. ¶ Qui tantum triginta diebus trasci non possum] Sine negatione eadem, qui tantum triginta diebus trasci possum, et infra. ¶ Prior rogatus est quem magis timebam] Eadem, Prior rogatus est, qui magis timebatur, & infra. Declamat. 5 QVAM quæ filios non habebant] Quam quæ liberos non habebāt eadem, & infra. ¶ Inter uxorem tortam & uirum occupatum] Legendum reor, inter uxorem tortam & uterum obturatum, & infra. ¶ Ignoscetis puto mulieri si dixerit fessa est] Vetus lectio. Ignosces puto mulieri si dixero fessa est. In tertio controuersiarum. Ignoscetis puto mulieri si dixero falsa est. Legendum puto fassa est, & infra. ¶ Et tyrannus torquebat cum de tyrannicidio quæreret] Scribendum torquebatur, non torquebat, ex eadem, & infra. ¶ Non premit censum onerosa sumptibus] In tertio controuersiarum. Num premit censum onerosa sumptibus? ut sit interrogatio, quod placet, quia sequitur altera mox interrogatio. Numquid gemmas & ex alieno littore petit lapillos? & infra. ¶ Vtrum ne magis mirandum esse] Prior æditio & uetus lectio: Vtrum putas mirandum esse. Codices nonnulli, Munerandum, non mirandum legunt, & infra. ¶ Etiam si sciisti de tyrannicidio nec indicasti] Vetus lectio. Et si sciisti de tyrannicidio uiri nec indicasti, & infra. ¶ Et hæc cogitandi causa fuit. Vxoris ultio] Eadem. Et hæc ipsa mihi cogitandi causa fuit uxoris ultio, et infra. ¶ Quidquid longa cogitatio illi præstatura erat] Commodiorem lectionem censemus, alij, quàm illi, & infra. ATredijt maritus] Particula, at, superuacanea est, ex uetere lectione, & infra. Declamat. 7 ¶ Futura æstimabo indicia, Interim qui rogat comperit impudicā] Eadem: Frustra æstimabo esse indicia in tantum quod rogat cætera. Fortè legendum, si tantum qui rogat comperit pudicam. Cui lectioni uidetur suffragari uerba statim sequentia

IN LIB. TERTIVM DECLAMATIONVM.

OMNIA nitentia & intenta aliquo aliquid petentia] Vetus lectio breuior. Omnia intenta. Aliquo potentia. Quædam exemplaria: Omnia intenta. Aliquid petentia, & infra. Prologus. ¶ Sunt quidem & hic quædam grata] Corrige: Sunt quidem & hæc quibusdam grata, ex eadem, & infra. ¶ Pronunciatio quam histrio non posset producere tamen quæstionis posset uideri] Sic prior æditio. Scribendum reor: Pronunciatio quam histrio non posset producere tamen quæ histrionis posset uideri, et infra. ¶ Quamdiu extra tocos se continebat] Citra tocos lego, non extra tocos, ex uetere lectione, & infra. ¶ Adeò nunquam reum nullam materiam dicendi nisi in periculis suis habuit] Corrigendum puto: Adeò nunquam reorū ullā materiā dicendi cætera, & infra. ¶ Nec lectas nec uacuas explicationes] Lentas, non lectas, quædam exemplaria, & infra. ¶ Sed infra multos erat] Scribe, sed etiam infra multos erat, ex uetere lectione, & infra. ¶ Orationes Sallustij in honorem historiarum leguntur] Quidam codices. Orationes Sallustij in honorem historiarum non leguntur, et infra. ¶ Ille ad tollerandam magni ponderis sarcinam prævalet] Tollendam, non tollerandam, omnis uetus lectio, & infra. ¶ Quidam cum Thracibus optime pugnāt] Threcibus rectius codex quidam antiquus. Notat res Threces genus esse gladiatorum sic dictum à similitudine Thraicæ parmulæ, & infra. ¶ Si à proclamante dimitteret] Omnis scripta lectio, si à prælocutione dimitteret, ut fortè legendum sit, si à prælocutione demum staret, & infra. ¶ Nec adhuc ulli sic indulsit] Eadem, nec adhuc ulli sic se indulsit, & infra. ¶ In Scholastica quid non superuacuum est] Scribendum reor. In schola ista quid non superuacuū est, et infra. ¶ Id quod bellissimè censorius aiebat] Codices quidam censeamus, nō censorius. Alij Censorinus. Alij Cestrinus, et infra. ¶ Et ille ideò in foro primū dicturus] Inuertendæ dictiones. Et ideò ille in foro primū dicturus, ex uetere lectione, & infra. ¶ Agedū istos declamatores produc à senatu in forū] Scribe: Agedū istos declamatores produc in senatum, in forū, ex eadem, & infra. ¶ Non imbrē ferre non solem sciunt] Hyemem, non imbrem, in exemplaribus nonnullis habetur, & infra. ¶ Sed negauit se executurum nisi exirem de domo] Mansurum, non executurum quidam codices, & infra. ¶ Deinde adultum. P. R. edixi] In scriptis exemplaribus nnn adultum legitur, sed adulterum. Vt fortè in totum castigandum sit. Deinde ad alterum. Pr. eduxi. Nam & infra in ius educor legitur. Sic enim uetus, ut dicemus, præfert lectio non adducor, & infra. ¶ Hanc, inquit, tibi fabulam retuli] Fabellam, non fabulā, in eisdem habetur, & infra. OLEGEM abrogandam si excæcat homines] Nulli dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit] Vetus lectio: O legē si excæcat homines abrogandā. Nulli respublica dat mille denarios, nisi qui inuitus accipit, & infra. Declamat. 1 ¶ Dic nunc miserere. Hoc cū excæcarere non dixisti. Resp. debilitatē cōsolatur non emit] Corrige, dic nunc miser homo cum excæcareris non dixisti. Resp. cætera, ex eadem, & infra. PARRICIDAM non accuso sed fugo] Eadem. Parricidam non accuso sed fugio, & infra. Declamat. 2 ¶ Absolutionem dat paribus tabulis] Codices nonnulli, absolutionem dat & paribus tabulis. Alij, absolutionem dat à paribus tabulis, & infra. MIHI necesse est abdicare quem nolo] Quædam exemplaria. Alterum mihi necesse est abdicare quem nolo, & infra. Declamat. 3 ¶ Hoc uno alter alteri placet] Vetus lectio. Hoc uno, hoc alteri placet: repetitione Senecæ familiari ad urgendum uehementius, & infra. ¶ Qui in aliena manu est] Scribe. Qui ipse in aliena manu est, ex eadem, & infra. ¶ Si bene de te meruerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem pro illo rogasſes] Eadem: Si bene de te meruerat patrem pro filio rogasſes, & infra. ¶ Quicquid tunc tri
Declamat. 4 cenarius reliquerat] Non habetur in eadem particula, tunc, et infra. QVO tam tanto opere beneficia uitæ la-
ctat? Audite quis prior dederit] Eadem, Quoniam tanto opere beneficia uitæ iactatis audite quis prior dederit,
et infra. ¶ Ita tu adulescens in acie non ante patrem stetisti?] Eadem. Ita tu adulescens matrem non ante patrem ſte-
Declamat. 5 tisti, & infra. AVT indotatas nuptias petat] Aut indotatas nuptias optet, eadem, ut paulo post. Quando ergo o-
ptabis, & infra. ¶ Iste raptor est, ego in tus adducor] Eadem educor habet, non adducor, et infra. ¶ An tota mea
sit] In eadem, an tota mea ista sit habetur, & infra. ¶ Et introrsus hærentes lachrymas agò] Nullum ſcriptum ex
emplar, hærentes agnoſcit, ſed partim erumpentes, partim habentes, pro quo ſubſtituo labentes, & infra. ¶ Tam
Declamat. 6 longum tibi ius in caput ciuis permittitur] Vetus lectio: Tam longum tibi ius in caput ciuis non permittitur, &
infra. NEMO uenienti domum clauſit] Eadem: Nemo non uenienti domum clauſit, & infra. ¶ Certè quod ne
gari non poteſt hoſpes] Scribendum: Certè quod negare non potes hoſpes, ex eadem, et infra. ¶ Maius ſine dubio,
Declamat. 9 quàm ſi damnum ſarciret] Emendatior antiqua lectio, maius ſine dubio quàm ſit damnum. Sarcire debet, & in-
fra. TRIBVNI ne ferent ut fur præferatur domino] Breuius eadē: Tribuni. Ita ne furciſer, reliqua deſiderantur.

IN LIB. QVARTVM DECLAMATIONVM.

Prologus. SED auctorum nouitate ſollicitet] Scribe: Sed etiam auctorum nouitate ſollicitet, ex uetere lectione, & in-
fra. ¶ Nec quicquam ex ordine remiſit uitæ ſolito] Scribendum permutato uerborum ordine. Nec quicquam
ex ordine uitæ ſolito remiſit, ex eadem, & infra. ¶ Itaque cum mortuo in Syria Cæſare per codicillos quæſtus eſſet
diuus Auguſtus] Antiquum exemplar, non Cæſare præfert, ſed C. Cæſare. Præterq; legendum reor, Lycia, non Sy
ria, contra omnia exemplaria. Suetonius in Auguſto. Caium & Lucium in duo de uiginti menſium ſpacio amiſit
Ambos. Caio in Lycia, Lucio Maßiliæ defunctis Velleius paterculus libro poſteriore. Deinde reluctatus inuitusq;
reuertens in Italiam in urbe Lyceæ Lymiram nominant, morbo obiit. Cornelius item Tacitus primo hiſtoriarum
uolumine Caium remeantem Armenia & uulnere inualidum mortem fato properam, uel nouercæ dolum abſtuliſ-
ſe ſcribit. At reditum ex Armenia in Italiam per Lyciam non per Syriam palàm eſt, & infra. ¶ Mortes filiorum tu
liſſe] Mortes ſex filiorum tuliſſe, uetus lectio, & infra. ¶ Atherius noſter ſuffibulandus eſt] Legendum procul du
bio ſuffiaminandus eſt, nō ſuffibulādus, ſeu ſufflamandus, à ſufflamine, uidelicet inſtrumento, quo immodicus rotarū
procurſus reprimebatur. Iuuenalis Satyra 8. Carpento rapitur pinguis Damaſippus, & ipſe rotam ſtringit muta-
to ſufflamine conſul, & ultima Satyra. Nec res atteritur longo ſufflamine litis. Notauit hunc Senecæ locum ante nos
nouiſſimus eius poëtæ interpres, & infra. ¶ Adeò nedum currere, ſed decurrere uidebatur] Quædam exemplaria.
Adeò ut non currere, ſed decurrere uidebatur. Alia: Adeò ne occurrere, ſed decurrere uidebatur. Scribo: Adeo nō
non currere, ſed decurrere uidebatur, & infra. ¶ Iubebat enim tranſire cum aliquandiu locum dixerat] Eum, ſi-
ue illum, uetus lectio, non enim. Item exemplaria quædam, aliquem, legunt, non aliquandiu, & infra. ¶ Et multum
ille & hic in officijs uerſatur] Elegantius eadem ſine poſteriore coniunctione, & multum ille hic in officijs uerſa-
tur, & infra. ¶ Plus habebat quod laudares, quā quod ignoſceres.] Scribo, plus habebat quod laudares, quā cui igno
ſceres, ex eadem, & infra. COACTVS eſt conuiuio intereſſe mutata ueſte] Verbū ſubſtantiuū, eſt, tollendū, ex
Declamat. 1 eadem, et infra. ¶ Nam rapuit me qualem in conuiuio puderet uenire] Coniunctio, nā, ſuperuacanea eſt, ex eadem,
et infra. ¶ Scit quantum ſuper amiſsis tribus filijs patri flendum ſit, qui ſi uiuerent pater fleret] Quædam exempla-
ria: Scit quantū ſuper amiſſos tres filios patri flendum ſit, quem ſi uiuerent patrem flerent, & infra. ¶ Hic mihi ui-
uendum eſt, nec de nuptijs, nec de liberis cogitanti dirum omen occurrit] Caſtigo: Hic mihi uiuendum eſt, nec ui de
nuptijs, nec ui de liberis cogitanti dirum omen accurrā, ex uetere lectione, & infra. ¶ Iniuria eſſet felicis in illo con
uiuio morari] Longe aliter eadem. In illo conuiuio morari etiam felicis patris eſſet iniuria, et infra. ¶ Nemo amī-
cus nemo inquit, propinquus eſt] Inquam, nō inquit, eadē, et infra. ¶ Feſto die ſodales amiciq; mecum] Eadem, feſtos
dies ſodales amicitiq; ineunt, & infra. ¶ Conſolarer te diutius niſi & iam accuſare poſſes] Conſolarer eum diutius,
Declamat. 2 niſi iam accuſare poſſet, eadem, et infra. SERVAVIT nec uidit] Lege: Seruauit ſacra nec uidit, ex eadem, & in
fra. ¶ Pollio ante hoc ſi cæcus fictus eſſet non abſtuliſſet] Quædam exemplaria: Pollio autem hoc. Si cæcus ant eſſ
Declamat. 3 ctus eſt, non abſtuliſſet, et infra. PER humanos, inquit, errores agnoui preces meas] Locus eſt uitiatiſſimus, qui
fortè melioris erit conditionis ſi ſic legatur: Pater humanū, inquit, errare eſt. At noſti preces meas, & infra. ¶ Quod
imprudentes occidimus & prudentes ſeruauimus] Tollenda coniunctio, & ex uetere lectione, et infra. ¶ Non pe-
percit eius dolori] Scribe, non pepercit eius pudori, ex eadem, et infra. ¶ Et tum fortuna ea eras] Corrige, & tu in
ea fortuna eras, ex eadem, & infra. ¶ Egit apud illum qui eam non nouerat] Codices quidam: Egit apud eum qui il-
lum non nouerat, & infra. VIDISSEM uerè uiolari ſepulchrum] Scribe: Vidiſſes iam uerè uiolari ſepulchrū,
Declamat. 4 ex uetere lectione, & infra. ¶ In quo notiora ſunt iterum arma uictricia] Apertius eadem, in quo notiora ſunt
arma iterum uictricia, & infra. ¶ At raput aliena. Hoc excuſare cætera] Scribe. Rapuit aliena, hoc excuſa-
Declamat. 5 re reliqua. Nam dictio, at, nuſquam inuenitur in eadem, & infra. REDVCTVS eſt patri ægrotare no
uercā cœpit] Scribe, Reductus eſt. Poſtea ægrotare nouercā cœpit, ex eadem, & infra. ¶ Ego non credo ſi
fateris illam ſic poſſe ſanari] Emendo. Ego uerò credo domo ſi fateris illam ſic poſſe ſanari, ex eadem, & pau-
lo ante. ¶ Vt abdicatione mea pater ægrotaret reditu nouercā] Poſſet etiam non temerè legi, ut abdicato me

pater

pater ægrotaret. Reducto nouercā, quia ſupra in argumento præceſſit. Sanauit. Reductus eſt. Poſtea ægrotare no-
uercā cœpit & infra. ¶ Magnis præceptoribus opus eſt. Abdicatus ſtudui.] Scribe. Magnis præceptoribus opus eſt.
Ego abdicatus ſtudui. ex uetere lectione, & paulo poſt ſeruaſti, eadem: non conſeruaſti, & infra. ¶ QVALIS e-
Declamat. 6 rit nouerca quæ fieri cupit.] Eadem. Qualis erit nouerca, quæ fieri cupis, & infra. ¶ Cum iniquus magis ipſe ames
eum cætera.] Iniquius legendum, nō iniquus, ex eadem, & infra. ¶ Etenim contra uirum dici poteſt.] Breuius ea-
dem. Dici contra uirum poteſt, & infra. ¶ Quem aiebat ſpecialiſſimum.] Eadem, quem aiebat ſimpliciſſimum, &
infra. ¶ Magis enim amaturus ſum eum. ¶ Coniunctio, enim, otioſa eſt, ex eadem. & infra. IN adulterio depre-
Declamat. 7 henſus eſt à tyranno, gladium extorſit à tyranno.] Verbum, eſt, non habetur in eadem, & infra. ¶ Imputat nobis
quod in adulterio mori noluit deprehenſus.] Error in ordine uerborum, eadem. Imputat nobis quod deprehenſus
in adulterio mori noluit, & infra. ¶ Certamen impari conditione.] Legendum diſtinctè. Certamen in pari conditio
ne, hoc eſt in quo utriq; licebat aduerſarium occidere, ex eadem, et infra. ¶ Si etiam id libido permitteret.] Eadem
promitteret agnoſcit, non permitteret, & infra. ¶ Tyrannicida pro adultero, tyrannus pro pudicitia.] Adulterio,
non adultero ſcribendum, ex eadem, & infra. Qualia in adulterum maritus attulerat.] Eadem, contulerat, non
attulerat, & infra. ¶ Ab adulteræ oculis ad præmium curris.] Oſculis, non oculis lege, ex eadem, & infra. ¶ In eo
quod inermis ad tyrannum uenit non minor uirtus, ſed periculum maius.] Corrige. In eo qui inermis ad tyrannum
Declamat. 8 uenit non minor uirtus eſt, ſed periculum maius, ex eadem, & infra. VT operas mitteret.] Emenda, ut operas re-
mitteret, ex eadem, & infra. ¶ Conſignatione facta reſtitutus exigit operas.] Aliter eadem. Conſignatio facta eſt.
Reſtitutus exigit operas, eſſi in quibuſdam exemplaribus non exigit, ſed incidit habeatur, ut forte ſcribendum ſit,
indicit, quia ſequitur paulò poſt, quaslibet indicas operas, nunquam tamen indices ita periculoſas, et infra. ¶ Si pa-
ſciſci tunc à me uoluiſſes operas ſpopondiſſem.] Noluiſſes potius quàm uoluiſſes legendum uidetur, & infra.
¶ Profer tabellas.] Profer tabulas, uetus lectio, & infra. ¶ Et cum timeo ne oſtenderem ſecutus ſum hæc exigen-
tem.] Sic prior editio, Vetus lectio. Et dum timeo ne oſtenderer ſecutus ſum hæc exigentem. Quid ſi legas obſecu
tus ſum hoc exigenti, & infra. ¶ Etiam ſi cogi non poteſt.] Eadem etiam cum cogi non poteſt, & infra. ¶ Pro-
ſcriptus potiſſimum ei te commiſiſti.] Eadem. Proſcriptus mihi potiſſimum te commiſiſti, & infra. ¶ Qui tunc non
poſſes etiam rogari.] Negatio, non redundat, ex eadem, & infra. ¶ Egerunt leuius.] Egerunt lenius, eadem, et in-
fra. Videris redemiſſe. Faciam remittam.] Eadem Videris remiſiſſe. Faciam, remittam. Quidam codices. Videris
emiſſe, reliqua, & infra. ¶ Tunc huiuſmodi utendum eſt coloribus.] Scribe. Tunc huiuſmodi utendum eſſe colori
bus, ex eadem, & infra. ¶ Quod ex colore metuendum eſt.] Quod ex hoc colore metuendum eſt, eadem.

IN LIB. QVINTVM DECLAMATIONVM.

INSCRIPTI maleficij ſit actio.] Lege, inſcripti maleficij ſit actio.] Lege. inſcripti maleficij ſit actio, ut ſupra,
& infra. ¶ A liberto reus ſit maleficij.] Liberato ſcribo, non liberto, ex ſcripta lectione, & infra. ¶ Ludit te
Declamat. 5 ſuis fortuna muneribus.] Lego, ludit de ſuis fortuna muneribus.] Lego, ludit de ſuis fortuna muneribus. ex eadem,
& infra. ¶ In Pharſalia uictus acie. In Theſſalia uictus acie, eadem, & infra. Mortem tuorum tuum putas naufra-
gium.] Corrige. Mortem tuorum. Matus tu tuum putas eſſe naufragium, ex eadem, et infra. ¶ Craſſus uixit. Non
priuatas perdiderat, ſed publicas opes.] Scribe. Craſſus uixit & non priuatas cætera, ex eadem et infra. ¶ Nemo
infeliciter experta negociatione.] Correctior uetus lectio. Nemo infeliciter expertus negociationē, & infra. ¶ E-
go ut ne moriar iſte ut ne prohibeat.] Caſtiga. Ego ut moriar iſte ne prohibeat, ex eadem, & infra. ¶ Ne hoc nar-
rarem mori uolui.] Antiquum exemplar, hæc narrare uolui. Vt forte legendum ſit. Enatare uolui. Aut ſic, ne ena-
tarem mori uolui, & infra. ¶ Præcidit remedium meum.] Pronomen meum, redundat ex uetere lectione, & in-
fra. ¶ Cui me uitæ reſeruas.] Scribe. Cui me uita reſeruas, contra omnia exemplaria. & infra. RVMOR fuit
Declamat. 2 de morte.] legendum. Rumor fuit de morte eius, ex uetere lectione, & infra. ¶ Iubente patre habere potuiſſes.]
Legendum reor. uiuente, non iubente, & infra. ¶ Non quæris ubi perierim.] In quibuſdam exemplaribus. Num
quæris ubi perierim, & infra. ¶ Ne inter ipſas nuptias.] Scribe, ne inter ipſas nuptias tuas, ex nonnullis codicibus,
& infra. ¶ Fabricius aurum à Pyrrho recipere noluit.] Accipere, non recipere, uetus omnis lectio. Sunt tamen
codices in quibus deſideretur id uerbum, & infra. Vt aliquid ſimile de Seuiano dicam.] Scribe. Vt aliquid & ipſe
ſimile de Seuiano dicam, & infra. MALAE tractationis ſit actio.] Legendum eſſe ſit, non fit, ſupra admonui, et
Declamat. 3 infra. ¶ Et ad Olimpiam duxit.] Vetus lectio. Eduxit ad Olympia, & aliquanto poſt parricidijs ſcribendum, nō par
ricidia, & infra. SI VIS illius graue crimen facere.] Inuerte dictiones. Si uis graue illius crimen facere, ex eadē,
Declamat. 4 & infra. ¶ Accuſatus à fratre parricidij.] Deeſt uerbum ſubſtantiuum, eſt. Accuſatus eſt à fratre parricidij, ex
eadem, & infra.] VT ſibi uenderet arborem quam ſibi uidebat obſtare.] Dicebat legendum, non uidebat, ex ea-
Declamat. 5 dem, & infra. ¶ Vicinorum primo fidem imploraui.] Exploraui, non imploraui ſunt exemplaria quæ legant, &
infra. ¶ Nihil lætius oculis tuis quàm ruinæ meæ.] Scribe. Nihil lætius oculis tuis occurrit, quàm ruinæ meæ, ex ea-
dem, & infra. ¶ Sic licet ut domus ad cœlum omne conuerſæ.] Eadem. Scilicet ut domus ad cœlum omnes emine-
ant & infra. ¶ Et non in ſuis uicibus agatur annus.] Præpoſitio, in, ſuperuacanea eſt, ex eadem, & infra. ¶ Quem-
admodum totas conſumat urbes, [Emendatior uetus lectio quemadmodum totas abſumat urbes. & infra. ¶ Si fate-
retur iſte ſcienter ianuā incendiſſe.] Eadem. Si fateris te ſcienter ianuā incendiſſe. & infra. ¶ Quid ad te illi rami

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinẽt qui extra domũ sunt] In quibusdã codicibus inuersis dictionibus legitur. Quid ad te rami illi pertinẽt cetera. In alijs desideratur pronomen, illi, & infra. ¶ Iam etiam quosdã parietes minuerant] Vetus lectio: Iam etiã quosdam parietes mouerant, & infra.

Declamat. 6 ACCVSAVIT illos de ui & damnati sunt] Eadem, Accusauit illos de ui & damno, & infra. ¶ Date illi uestem puellarem, date noctem rapietur] Corrige: Date illi uestem, puella est. Date noctem rapietur, ex eadẽ & infra. ¶ Non tunc primum uestem sumpsisse] Verbũ, uestem, non habetur in eadẽ recte, & infra. ¶ Sic imitatus puellam ut raptorem inuenerit] Lege. Sic imitatus est puellam ut raptorem inuenerit, ex eadem, et infra. ¶ Nunquid cecini] Corrige. Nunquid cecidit ex eadem, & ex controuersijs, & infra. ¶ Constat hunc stupratum cum damnati essent qui rapuerunt] Hoc debet esse initium alterius partis pro adulescente, ex eadem. Legendumq; ex eadem. Constat hunc stupratum, condemnandi erant qui rapuerunt, & infra.

Declamat. 7 IMPERATOR post uictoriam eius] Pronomen eius, tollendũ, ex eadem, et infra. ¶ Hos ego in die non recepissem] Scribe. Hos ego interdiu non recepissem, ex eadem, et infra. ¶ Pugnaturus ostendi trecentos] Lege pugnaturis ostendit trecentos. ex eadem, & infra. ¶ Redeunt ut leges tollant] Verbum, leges, superuacaneum est, ex eadem, et infra. ¶ Infestus illis trecentis fuit quod iniquo eos collocauit loco, hoc ne argui posset non recepit] Breuior uetus lectio. Infestus trecentis fuit. Iniquo collocauit loco. Hoc ne agi posset non recepit, & infra. ¶ Mitte arma. Certe hoc lex non uetat] Eadem: Mittite arma. Certe lex non uetat, et infra. ¶ De tyranno post absolutionem petente magistratum] Scribe De tyranno post abolitionem petente magistratum, ex eadem. Idem mendum castigandum paulo post, & infra. ¶ Anno meo spondeo] Legendum. Candidatus anno meo spondeo, ex eadem, & infra. ¶ Cur honores tamdiu gesserit narret] In margine quorundam scriptorum exemplarium annotatum inuenio. Cur honores tamdiu non gesserit narret, probatiore lectione.

IN LIB. SEXTVM DECLAMATIONVM.

Declamat. 1 DIMIDIAM partem se hæreditatis sibi daturum si non respondisset] Scribe dimidiam se partem daturum hæreditatis si non respondisset irato patri, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quantum uiuo patre non potest soluere] Eadem, posset habet, non potest, & infra. ¶ Nec frater quidem tibi sine chirographo crediderit] Eadem credidit agnoscit, non crediderit, & infra. ¶ Alterius spe morior, alterius fide uiuo. Etiam patrimonium meum diuisum est] Multis modis corrigi potest hic locus. Alterius spe morior, alterius fide ne uiuo etiam. Patrimonium meum diuisum est. Aut sic alterius spe, morior, alterius fide. Me uiuo etiam patrimonium meum diuisum est. Aut alijs modis quos per se ingeniosus lector comminisci potest, & infra. ¶ Chirographum danti impium, patri periculosum, accipienti turpe] Error est in ordine uerborum. Scribendum chirographum danti impium. Accipienti turpe. Patri periculosum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Nolui recentem iram exagitare patris] Exagitari uoce passiua legunt scripta exemplaria, et infra. ¶ Quid enim timebam nisi si rescisset pater moleste ferret filium suum hominem auarum non esse fratrem pium] Corrigendum puto. Quid enim timebam ne si rescisset pater moleste ferret filium suum hominem auarum non esse fratrem pium esse. Nam uetusta exemplaria habent fratrem pium esse, et infra. ¶ Ita mihi contingat pater utriq; nostrum placere] Vetus lectio. Ita mihi contingat patrem utriq; nostrum placere. Legendũ puto placari, non placere, & infra.

Declamat. 2 EXVLEM tecto & cibo iuuare non licet] Scribe liceat, non licet. Iubet enim lex non indicat, sicuti ostendit quod sequitur. Imprudentis cedis damnatus quinquennio exulet. Liquet hoc etiam ex multis quæ sequuntur locis, & infra. ¶ Accusator ciuium me fecit exulem, filius etiam meorum] Legendum puto finium, non ciuium, ut patet ex hypothesi, & ultra. ¶ Absoluta es inquit me aduocato soror] Lego est, non es, ex uetere lectione, & infra. ¶ Alij exul est tibi pater est] Posterius uerbum substantiuum, est, non habetur in eadem. Reliqua mutato ordine uerborum legenda censeo ad hunc modum. Illi pater est tibi exul & infra.

Declamat. 3 VT SI uellem non essem mendicus. Relinquerem fratrem in egestate matrem in seruitute] Scribe ex uetere lectione, ut si uellem non esse mendicus relinquerem fratrem in egestate & matrem in seruitute, et infra. ¶ Circunscriptores dici solent qui aliquid sustulerunt] Eadem abstulerunt agnoscit, non sustulerunt, et infra. ¶ Obijci, inquit, non potest quod lege factum, imò non nisi quod ex lege factum est] Corrige. Obijci inquit, non potest, quod lege factum est, imò nihil nisi quod lege factum est, ex eadem, & infra. Ego nihil aliud quàm diuisi] Quædam exemplaria. Ego nihil aliud egi, quàm diuisi, & infra. ¶ Quam multi per ignes perierunt] Castigatius uetera exemplaria, quam quidam per ignes petierunt. Præcessit enim alterum quidam, et infra. ¶ Habes enim partem, quam uoluisti] In quibusdam exemplaribus, habes enim matrem quam uoluisti, et infra. ¶ Et ut tantundem haberes nec pater uoluerat] Coniunctio, &, superuacanea est, ex uetere lectione, & ultra.

Declamat. 4 TESTAMENTO inuentus est hæres.] Scribe: Testamento inuentus est maritus hæres, ex eadem, & infra. ¶ Quod est hoc uenenum] Eadem. Quod enim illud uenenum, & infra. ¶ Nemo enim tam palam uxori dedit uenenum] Eadem, Nemo unquam tam palam uxori dedit uenenum, & infra. ¶ Et quid te pudet?] Scribendum, Ecquid te pudet? & paulo ante pro: Quid iam putabatis futurum subsliuendum reor: Quid nam putabatis futurum, & infra. ¶ Grauis illi & pestifera pars] Lege illæ, non illi, ex uetere lectione, & infra. ¶ Id genus uenem fuit quod pondere subsideret in imum. Potionem bibit iste, uxor uenenum] Lego ex eadem. Id genus ueneni fuit, quod pondere subsideret. In imam potionem bibit iste usque ad uenenum, uxor uenenum. Exemplaria quædam. In unum potionem bibit iste cætera. Vt scribendum putem. In imum potionem bibit iste, reliqua, & infra.

Declamat. 5 ¶ O inquit, dignam quam innocens sequitur habetur, non sequitur, & infra. BIS INACIE uictus] Præpositio

positio, in, superuacanea est, ex uetere lectione, & infra. ¶ Visi sunt contra iudicium quidam] Emenda, uisi sunt circa iudicium quidam, ex eadem, & infra. ¶ Quod uim in iudicio suo fecerit.] Pronomen, suo, redundat, ex eadem, & infra. ¶ Quæ est ista mutatio contra rerum naturam.] Lege. Quæ est ista contra rerum naturam permutatio, ex eadem, & infra. ¶ Cum iudices sententiam ferrent extraxi gladium.] Eadem, Cum iudices sententias suas ferrent strinxi gladium, & infra. ¶ Quid potestis inquit quæri? quòd obsidem uobis uxorem adduxi.] Puto legenda hæc uerba & præcedentia adhunc modum. Barbaros circa iudicium fuisse non propter iudicium armatos, sed propter morem suum quid potestis quæri. Quid inquam? Obsides uobis adduxi, partim ex uetere lectione, partim ex coniectura. Nam uerbum, uxorem, adiectitium est, & in nullo scriptorum codicum habetur, & infra.

Decl. 6 MORIETVR timeo ueneficam.] Scribe. Morietur teneo ueneficam, ex uetere lectione. Nam ex uerbo, Morietur, coniectat ueneficium, & infra. ¶ In qua adulterium argumentum est.] Quædam exemplaria adulterij agnoscunt, non adulterium, & infra. ¶ Veneficium nec denunciatum credidi.] Vetus lectio. Veneficium, nec denunciatum quidem credidi, & infra. ¶ Quæ non minus quàm pater filiam luget.] Verbum, pater, superuacaneum est ex emendatioribus codicibus, & infra.

Decl. 7 DEMENTIAE fit actio.] Admonuimus sæpe legendum sit, non sit fauente etiam uetere lectione, & infra. ¶ Intrauit ad eum stricto gladio pater, & rogauit filium ut indicaret causam sibi.] Aliter eadem. Intrauit ad filium stricto gladio pater, Rogauit ut indicaret causam sibi, & infra. ¶ Cesit illi uxorem suam pater. Ab alio accusatur dementiæ.] Eadem. Cesit illi uxorem pater. Ab altero accusatur dementiæ, & infra. ¶ Prius amare cœpi quàm duxeras.] Eadem alijs uerbis, sed eodem sensu. Amare antequam duceres cœpi, & infra. ¶ Cui adulterium pro ueneficio imputatum est.] Quidam codices, imputandum habent, non imputatum, quod magis sensui quadrat, & infra. ¶ Simulatum morbum derisum animo turpissimo patrem] Deesi coniunctio, &, Vt sit, & derisum animo turpissimo patrem, ex uetere lectione, & infra.

Decl. 9 AVT experta iuras aut inexperta peieras] Eadem, aut experta uirum aut inexperta petebas. Vtraq; lectio defendi potest. Impressæ uerba sequentia fauent. Sacerdos raro iuret nec unquam nisi per suam uestam. Et mox aliquanto. De illius morte, scribe antequam iurabis de tua, & infra. ¶ Et hic quidem non totat] Vetus lectio, ne hic quidem totus eodem sensu, & mox paulo, nulla potest pro non potest, & infra. ¶ Non conuersatio cum uiris licentior] Eadem licentiosior, non licentior.

IN LIB. SEPTIMVM DECLAMATIONVM.

ARgumenta enim argumentis colligebat] Vetus lectio colligabat, non colligebat, & infra. ¶ Omnes probationes probationibus alijs confirmabat] Exemplaria quædam propositionibus agnoscit, non probationibus, sicuti è contrario in eo quod sequitur. ¶ Omnis quæstio suam propositionem habebat.] Probationem, non propositionem nonnulli codices legunt, ut mox exercitationem, pro excusationem, & infra. ¶ Nihil est tam inimicum quàm manifesta præparatio] Mimicum legendum, non inimicum, ex uetere lectione. In quarto autem controuersiarum, iniquum, & infra. ¶ Locum beatæ implebat] Loca, non locum, eadem, & infra. ¶ Non defendi sed inquinari] Eadem, non deferri, sed inquinari, & infra. ¶ Vt uitia sua excusare malint quàm effugere] In eadem, effugare habetur, non effugere, & infra. ¶ Quem proxime dicentem commode audierat.] Commodum, non commode, eadem, hoc est nuper, & infra. ¶ Admiratione Hermagoræ stupentem] Hermacotæ, non Hermagoræ, in quarto controuersiarum, idq; frequenter, & infra. ¶ Idiotismus est inter oratorias uirtutes res.] Vetus lectio. Idiotismos, græca terminatione quod & rectius, & infra. ¶ Quamuis pœnituisset libebat audire.] Scribendum puto, audiri, non audire. Posset etiam legi audere, & infra. ¶ Induxit eiusmodi figuram qua illi omnia crimina retegeret] Vetus lectio, induxit eiusmodi figuram quæ illius crimina detegeret, & infra. ¶ Surrexit L. Aruntius ex diuerso, ut cœpit conditionem iurauit] Legendum arbitror. Surrexit Aruntius ex diuerso. Accepit conditionem, Iurauit, & infra. ¶ Non tuli conditionem.] Vetus lectio. Non detuli conditionem, & infra. ¶ Rebus iam ultimis præparabant] Properabant legendum puto, non præparabant, & infra. ¶ Cum uolo dico assum. Vti uolo dico quandiu uolo] Sic prior æditio. Legendum reor. Cum uolo dico. Absum uti uolo. Dico quandiu uolo, & infra. ¶ Vt perueniat nescio quo terrarum] Videntur uerba hæc adiectitia esse. Nullibi enim comparent in tota uetere lectione, etiam si paulo post repetantur, & infra. ¶ Paucas enim res bene dixit] Vetus lectio, bonas agnoscit, non bene, & infra.

Decl. 1 LICVISSET mihi per fratrem aliter quàm parricidæ mori] Licuisse, non licuisset, habetur in eadem, & in quarto controuersiarum, et infra. ¶ Ego inquit fratrem occidere non potui] Verbum, inquit, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Et tempestates horridæ absconderant diem.] Coniunctio, &, redundat, ex eadem, & infra. ¶ Non potui facere parricidium] Scribe. Non putaui facere parricidium, tum ex eadem, tum etiam quia mox statim sequitur, & factum putaui, & infra. ¶ Vtrum uidetur uobis innocentiam apud piratas didicisse, an ne apud piratas quidem perdidisse] Breuius eadem. Vtrum uidetur uobis innocentiam apud piratas didicisse an perdidisse, & infra. Nihilominus sæuit] Sæuis legendum, non sæuit, ex eadem, & infra. ¶ Non putatis misericordem qui quem damnauit fratri puniendum dedit.] Eadem. Nam putatis cætera. Legendum forte. Num putatis per interrogationem ducentem ad negationem, & infra. ¶ Narra patri quomodo te dimiserit. Sic dimissus nocens est iste, sed mihi frater iste] Eadem. Narra pater quomodo te dimiserit sic dimissus. Nocens est iste, sed mihi frater est, & infra. ¶ Dixisset inquit te non posse.] Dixisses lege, non Dixisset, ex eadem, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decl.2 ET à Cicerone defensum.] Actione, non à Cicerone plerique habent codices, & infra. CERTE nec secreta
Decl.3 fallunt.] Vetus lectio, certe nec secreta te fallunt, & infra. ¶ Acceßi ad hæc supplicia.] Eadem. Acceßi ad hæc
supplicia mea, & infra. ¶ Quod ergo negat parricidium est.] Verbum, ergo, superuacaneum est, ex eadem,
& infra. ¶ Mihi inquit paraui non bibit.] Duæ dictiones, non bibit, aduentitiæ sunt, ut ex eadem apparet. Vi-
Decl.4 deturq; ita esse, quia paulo ante præcesserunt, & infra. VICTA mater Athenas denunciat victori.] Eadem.
Victa legit, non Victa, & mox ante. ¶ Vnis uinculis duos alligat.] Eadem. Vnum uinculum duos alligat, &
Decl.5 infra. QVIDAM mortua uxore ex qua priuignum habebat.] Omnia ferè scripta exemplaria filium agnoscunt, non priuignum, & infra. ¶ Iußit à se migrare.] Vetus lectio, iußit eum à se migrare, & infra. ¶ Rumor erat de adulterio procuratoris & uxoris.] Eadem. Rumor erat de adulterio matris & procuratoris, & ultra. ¶ In cubili suo pater occisus est inuentus.] Cubiculo, non cubili, eadem, & infra. ¶ Prima pars pro procuratore.] Corrige. Contra procuratorem prima pars pro filio, ex eadem, & infra. ¶ Da puerum. Nemo est uno teste contentus. Da populum.] Castigo. Dabo puerum. Aliquis non est uno teste contentus. Dabo populum, & infra. ¶ Pars altera primo priuigno] Scribe. Pars altera pro procuratore. Sed notandum hoc lemma in alieno esse loco. Poni enim debuit ante illa uerba. O magna peruersitas seculi. Nam illud. Dic puer quis occiderit patrem usq; ad. O magna peruersitas seculi ad superiora pertinet, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ostende illud non uulnus, sed argumentum. Ostende uulnus percussor. Ille quam timuit ne occideret. Tam leuiter uulnerauit.] Corrige ex uetere lectione. Ostende tu istud non uulnus, sed argumentum. Ostende uulnus. Percussor quam timuit ne occideret tam leuiter uulnerauit, & infra. ¶ Non illa dextera cui nec paries obstabat nec pater.] Negatio, non desideratur in omni uetere lectione, & substitit agnoscit ea, non obstabat, & infra. ¶ Nec dicere ineptas nec
Decl.6 ferre poterat] Eadem, nec dicere res ineptas, nec facere poterat, & infra. ILLIS contigit mutare nuptias.]
Corrigendum puto. Illis contigit uitiari nuptis, ut paulo post. In alijs uocatur stuprum, in hac matrimonium, &
infra. ¶ Sicut tyrannus iratus alienas.] Lege, ut tyrannus iratus alienas, ex uetere lectione, & infra. ¶ Num est illi præmium.] Correctius. Non est illi præmium? per interrogationem, & infra. ¶ Conuenite libertini empta cognatio.] Mallem legeres inempta cognatio, & infra. SERO attulisse aurum filium crucifixum esse.]
Decl.7 Lege, sero attulisse aurum ad redemptionem filium crucifixum esse, ex uetere lectione, & infra. ¶ Cauete proditionem] Eadem, proditorem, non proditionem, & infra. ¶ Quid tam cito redis] In eadem. Quid tam cito recedis, & infra. ¶ Dicis affectus meus non sustinet moram] Verbum, meus, superuacaneum est, ex eadem, & infra. ¶ Quæritis quid dixerit] Lego. Quæritis quem dixit? ex eadem, & infra. ¶ Ad summa festinaui] Summam legito, non summa, ex eadem, & infra. ¶ Proponite supplicij faciem] Scribe. Proponite supplicij faciem. Carnificem, securim, ex eadem, & infra. ¶ Minus est quod uitiauit quàm quod negauit] Eadem. Minus ergo est quod uitiauit, quàm quod negauit, & infra. ¶ Hic id egit] Scribe. Hoc id agit, ex eadem, & infra. ¶ Ne adijcit non amplius quàm semel] Eadem. Non adijcit ne amplius quàm semel.

IN LIB. OCTAVVM DECLAMATIONVM.

Decl.1 FACIANT iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibes.] Corrige. Faciam iudices in foro quod domi feci. Matrem mori prohibeo, ex uetere lectione, & infra. ¶ Non obfuturus ueni] Quidam codices affuturus. Alij effuturus. Lego affuturus, hoc est patrocinaturus, & ultra. ¶ Non est confessio ubi eam accusator eruit. Negat rea. Tortor expressit] Vetus lectio. Non est confessio, nisi cum accusator eruit, negat rea, tortor expressit, & infra. ¶ Viso contra spem filio expirasse.] Eadem, uiso circa spem filio expirasse. Lego, uiso citra spem filio exprasse, & infra. ¶ Non fecit orbata.] Eadem orba habet non orbata, & infra. ¶ Iratis inquis dijs
Decl.2 sacrilegium potui committere] Scribe ex eadem. Vel iratis inquit dijs. Sacrilegium potuit committere, & infra. ¶ Quid ergo fecit] Quis legendum, non Quid, ex eadem, & infra. DISPOSVERAMVS quidem ut
alijs templis quoq; simulacra Phidias faceret] Commuta dictionum ordinem, ut alijs quoq; templis simulacra cæ-
Decl.3 tera, ex eadem, & infra. MARITVS reuersus duxit ancillam uxoris] Omnis antiqua lectio abduxit habet,
Decl.4 non duxit, & infra. HOMICIDA insepultus abijciatur] Scribe. Homicida in se insepultus abijciatur, ex eadem, & infra. ¶ Et quàm inuidiosum quod Catonem occideres] In eadem, & quidem inuidiosum quod Catonem occideres, & infra. ¶ Non perdideras sepulturam nisi in morte reperisses] Eadem. Cur perdideras sepulturam cætera. Scribo. Curti perdiderat sepulturam cætera. Confirmant hanc lectionem uerba quæ sequuntur. Curtius deijciendo se in præcipitem lacum fatum sepulturæ miscuit, & infra. ¶ Non aliud Codrus cæteris imperatoribus dedit exemplum] In quibusdam exemplaribus. Non aliud Codrum illum cæteris imperatoribus ædidit exemplum, & infra. ¶ Non postulo ut gloriosum sit, sed ut tutum sit mori.] Vetus lectio breuior & emendatior.
Non postulo ut gloriosum, sed tutum sit mori, & infra. ¶ In quem nescio. Scelus cogitat.] Quædam exempla-
Decl.5 ria. In quem nescio. Quod solum scio, scelus cogitat, & infra. TV FECISTI bellum ego sustuli.] Corrige. Tu fregisti bellum ego sustuli, ex uetere lectione, & infra. ¶ Quod non uis in paternam domum uenire.]
Tria hic uerba desiderabantur, legendum enim, quod non uis in paternam domum uenire sine tuo præ-
Decl.6 mio, ex eadem, & infra. ¶ Vt possim abdicari] Scribe, ut possit abdicari, ex eadem, & infra. DVM flere sœcer sinat.] Desinat lege, non sinat, ex eadem, & infra. ¶ Putat me iam filiam commisisse sibi hic, cum nec dum

dum se committat uxori] Corrige. Putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic nec dum se committat uxori, ex eadem, & infra. ¶ Inter terram & cœlum dubij pependimus] Antiquus quidam codex, inter mare terramq; dubij pependimus, & infra. ¶ Erat in summis montium ardua diuitis spelunca. Illic iste naufragorũ reliquias computabat.] Corrigo. Erat in summis montium iugis ardua diuitis specula. Illinc iste cætera, ex uetere lectione, & infra. ¶ Naufragium duo sacratissima inter homines acceperunt.] Exceperunt eadem, non acceperunt, & infra. ¶ Quid mihi supereſt.] Scribe. Quid enim supereſt, ex eadem, & infra. ¶ Etiam sibi explorata.] Eadem, sibi etiam explorata, & infra. ¶ Partem legis amputaturus es] Imputaturus eadem præfert, non amputaturus, & infra. ¶ Quæritis quid dum fleret fœceret] Eadem. Quæritis quid flere fœcerit? et infra. ¶ Quas non habet.] Negatio, non, superuacanea est, ex eadem.

IN LIB. NONVM DECLAMATIONVM.

CALLIAS sordide diues natus] Scribo mutato dictionum ordine. Callias diues sordide natus, ex uetere le- Decl.1
ctione. Illud notandum Plutarchum & Aemilium Probum dissentire à Seneca in hac Cimonis historia prodentes Elpinicem Cimonis sororem filiam Miltiadis nupsisse Calliæ, quòd Cimonem ex uinculis liberasset soluto pro eo ære alieno quod Miltiades pater contraxerat. Nota est historia, & infra. ¶ Illius calamitatum exitus fuit carcer] Eadem, quòd illius calamitatum exitus fuit carcer, & infra. ¶ Vnius Milciadis census inuentus est. Cimon filius redemptus] Scribe hac dispunctione. Vnius Milciadis census inuentus est Cimon filius. Redemptus Cimon redemptoris infelicitas est, ex eadem, & infra. ¶ Tu quod Cimonem] Post hæc uerba sequi debet ex codicis antiqui annotatione. Sed recepimus ego à carcere liberatus à te, tu ab adultera filia per me, & infra. ¶ Beneficium est quod totum eius causa præstatur reliqua.] In quibusdam exemplaribus tantum legitur, non totum, & infra. ¶ Vbi aliquis ex eo quid sperat aut impetrat] Vetus lectio. Vbi aliud ex eo quis sperat aut præparat, & infra. ¶ Huic uirgini. Omnes & quicunq; uitiatæ filias uel clauserunt uel occiderunt.] Eadem. Huic uirgini hos, non huic uirgini. Omnes. Corrigendum puto. Habes uirginios & quicunq; cætera. Nota est historia Virginij, qui Virginiam filiam occidit ne uitiaretur ab Appio Claudio decemuiro, & infra. ¶ Ego non expectaueram donec rogarer] Eadem. Ego non expectaueram donec rogares, & infra. ¶ Multas quæstiones rhetorici & poëtæ Romani] Orationes, non quæstiones, eadem habet. Sequitur statim. ¶ A Græcis dictas non surripiunt] Existimo negationem redundare, & infra. ¶ Thucydidis sententia est.] Post hæc uerba succedunt in exemplaribus scripta græca uerba, sed tam deprauate scripta ut nulla ratione legi queant, & infra. ¶ Cum sit præcipua in Thucydide uirtus breuitas] Scribe. Sic cum præcipua sit in Thucydide uirtus breuitas, ex eisdem, & infra. ¶ Et suis cum clauſtris cecidit] Corrige, & suis eum castris occidit, ex eisdem, & infra. ¶ Nam in sententia græca quæ saluo sensu detrahas de me] Scribe. Nam in sententia græca breui (quæ saluo sensu detrahas) deme, ex eisdem. Post hoc autem uerbum, deme, sequuntur græcæ dictiones æque ac superiores uitiose scriptæ, ut nullus sensus erui omnino possit, & infra. ¶ Constabit etiam si non æque tamen integra] In antiquo quodam exemplari. Constabit sensus, reliqua desiderantur, & infra. ¶ Titus etiam Liuius] Vetus lectio. Titus autem Liuius, & infra. ¶ Vt hanc sententiam
uituperaret tanquam translatam & corruptam dum transferretur obijceret] Castiga, ut hanc ipsam sententiam, Decl.2
& tanquam translatam & corruptam dum transferretur obijceret, ex eadem, & infra. FLAMinius prætor Romanus in cœna à meretrice rogatus] Proconsul, non prætor fuit Flaminius hic, exemplar quoq; antiquum Pr. habet, non prætor. Nota historia ex Valerio Maximo, Liuio, Cicerone, & reliquis. Quartus item liber controuersiarum, proconsul agnoscit, non prætor. Sed hoc in medium relinquatur. Vetus item omnis lectio inter cœnandum, agnoscit, non in cœna. Eandem mendam inferius quoq; leges, & infra. ¶ Nihil aliud quàm occiditis.] Eadem. Nihil aliud nisi occidis, & infra. ¶ Non inquire totum annum] Legendum, non inquiro in totum annum, ex eadem, & infra. ¶ Et ante mensam deosq; crudelitatis uictima agnoscitur] Crudelitas habent pleriq; codices, ut sit exclamatio parenthesi inclusa, & infra. ¶ Lege potius quàm scorto cadat] Elegantius, uetus lectio, legi habet, non lege, & infra. ¶ Percussurus ad prætorem lictor respicit] Præposterо ordine scripta uerba. Lege. Percussurus lictor ad prætorem respicit, & infra. ¶ Nunc nec quicquam uiribus populi detractum est] Permuta hic quoq; uerba. Nunc nec uiribus quicquam populi detractum est, ex eadem, & infra. ¶ Et ante hunc alij fuerunt quibus æstimari possunt] Ex quibus æstimari possunt, eadem agnoscit, & infra. ¶ T. Liuius de oratoribus] In quarto controuersiarum. Ruffus Vibius habetur, non T. Liuius, & infra. ¶ Mirridius dixit tetraculo.] Murrhedius videtur legendum, non Mirridius, ex omni uetere lectione. Adstipulante etiam quarto controuersiarum, & infra.
¶ Vt expleretur circuitus.] Sensus non circuitus habent ueteres omnes codices, & infra. FACTA conuen- Decl.3
ta; legibus rata sint] Scribe. Pacta conuenta legibus facta rata sint, ex eisdem, & infra. ¶ Expositos qui cognouerint solutis alimentis recipiant.] Castigo. Expositos qui agnouerit solutis alimentis recipiat, ex eisdem, etsi sint nonnulli codices, in quibus legatur nouerit, non agnouerit. Sed agnouerit legendum esse indicant uerba sequentia. Agnitio diuidet quos iunxit etiam expositio. Item in quarto controuersiarum non aliter habetur, & infra. ¶ Cum alienis diuidimus liberos quos non diuidimus cum matribus.] Quædam exemplaria. Cum alienis diuidemus liberos? Graue est quos non diuidimus cum matribus, & infra. ¶ Vna sunt nati. Vna expositi cætera.] Verbum, sunt, non habetur in aliquot exemplaribus, & infra. ¶ Pactus sum flens tremens
tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam exponerem] Scribe, tanquam cum exponerem, ex uetere lectione, & infra. ¶ Vtrunq; potest ex hoc iudicio patrem dimittere] Potestis eadem, non potest, & infra. ¶ Dixit Catherius quibusdam quærentibus] Scribendum. Q. Aterius, non Catherius, ex eadem. Nam in quarto controuersiarum. Arterius minus deprauate. De hoc Aterio multa supertus in præfatione quarti libri, & infra. ¶ Mecœnas dixit] Vetus lectio. Nermas dixit. Sequuntur illatum in scriptis codicibus græca uerba uitiatissimè exarata. Et paulo post sequitur denuo sententia græca pari perturbatione characterum post uerba illa male uicit. & infra. PETVNIVR manus] Eadem. Petuntur eius manus, & infra. ¶ Hoc excusat Saguntinos] Scribe. Hæc, non Hoc, ut referatur ad necessitatem, ex eadem, & infra. ¶ Sed nec iste occidisset] Cæcidisset eadem, non occidisset, & infra. ¶ Quid interest lege excipere] Scribendum puto cum distinctione. Quid? interest lege excipere cætera, & infra. ¶ Nomine meo ageret] Lege, nemo nomine meo ageret, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ab Appio proconsule cum quo in Cretam Sabinus uenerat.] Oppio, non Appio, & ierat, non uenerat, legunt nonnulli codices, & in quarto controuersiarum, secutus erat in prouinciam Cretam ocium flammam, ut illic quoq; legendum forte sit. Oppium, non ocium, & infra. ¶ Sed interpretati petebant ut illum honorem Sabinus tertio gereret.] Vetus lectio, sed bene precati Cæsarem petebant ut illum honorem cætera. Legendum puto. Cæsari, non Cæsarem, & infra. ¶ Idem etiam cum reus rogaret, ut in Latomias transferretur. Nec nunc inquit quenquam nostrum decipiat nomen Latomiæ illa animo meo lauta res est.] Emenda. Idem etiam cum reus rogaret ut in Lautomias transferretur. Ne nunc inquit quenquam uestrum decipiat nomen. Lautumiæ illæ minime lauta res est ex quarto controuersiarum. Lautumiæ autem scribendum esse, non Latomiæ, docet tum iocus hic Fabini, tum uetus omnis lectio, in qua nunquã aliter habetur, & infra.

Decl. 5 ILLA uis est quæ arma, pugnam, uulnera non habet] Scribe, nulla, non illa, ex eadem, & quinto controuersiarum, & infra. ¶ Describe ipsius comitatum tumultus unus, & unus sonus est] Senex præfert omnis antiqua lectio & quintus controuersiarum. Ex quo puto legendum in totum sic. Describe ipsius comitatum tumultus. Vnus puer & unus senex est, & infra. ¶ Sustuli imò uententem non potui excludere] Sustulisti per maiorem uetus lectio, non sustuli, & infra. ¶ Si quis obsessam latronibus armata manu coniugem liberosq; rapuisset. Beneficium erit meum] Corrige. Si cuius obsessam latronibus armata manu coniugem liberosq; rapuissem beneficium erit meum, ex eadem etsi puto mutilatum esse locum, quod liquebit conferenti cum eo quintum controuersiarum, & infra. ¶ Quisquis puero fauit ne inueniretur optauit.] Quintus controuersiarum, quisquis puero fauet ne inuentatur optet. Illustriore sic sensu, & infra. ¶ Sed ut infamaret uxorem ueneficij me ueneficæ mancipauit. Cum socero mihi iudices ne uiua quidem uxore per omnia conueniat.] Emendo. Sed ut infamaret uxorem ueneficij, me ueneficæ mancipatum. Quid mihi cum socero iudices, cum quo ne uiua quidem uxore priore conuenit, ex quinto controuersiarum, & uetere lectione, & infra. ¶ Auspicans quid accidit] Auspicans quicquid accidit, eadem,

Decl. 6 & infra. DIXIT consciam puellam. Petitur duci ad supplicium puella.] Filiam, non puellam, eadem. Item dicto, duci, redundat, ex eadem, & infra. ¶ Quod amauit te pater] Eadem frater agnoscit, non pater, & item quintus controuersiarum, & infra. ¶ Quem armatus fugerat nudus sequitur.] Scribe insequitur, non non sequitur, ex eadem, & paulo ante commordent habet omnis antiqua lectio, non inuadunt. Adstipulante etiam quinto controuersiarum.

IN LIB. DECIMVM ET VLTIMVM DECLAMATIONVM.

Decl. 1 DEINDE iam pudet tanquã diu non seriam rem agam.] Scribe per maiorem. Deinde iam pudet me quandiu non seriam rem agam, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et admicate uel actum iureiurando.] Eadem, & admittite uel adactum iureiurando. Sextus controuersiarum dimittite, non admittite, & infra. ¶ Deinde litiganti similior quàm agenti] Sunt exemplaria quæ legant, non deinde, sed demum, & infra. ¶ Et in altercatione uires suas nouerat.] Sextus controuersiarum, & in altercationem peruenire. Vires suas nouerat, & infra. ¶ Illos enim cum destituerit cura labor adiuuabat, ij coloris minus habent negligentiæ non minus.] Legendum puto ex sexto controuersiarum. Illas enim cum destitueret calor labor adiuuabat. Hi caloris minus habent negligentiæ, non minus, & infra. ¶ Nouissime quidem lepide] Omnis prisca lectio, lepido, agnoscit, non lepide, & infra. ¶ Faciebat enim censorium supercilium.] Legendum puto ei, non enim, & sunt codices in quibus utrunque uerbum habetur. Faciebat enim censorium supercilium ei, & infra. ¶ Nemo erat quin cum homini omnia obiecerat ingenio multum tribueret] Scribe. Nemo erat qui non cum homini cætera, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Supplicia de studijs sumi.] Supplicium non supplicia legendum, ex uetere lectione, & infra. ¶ Conquirite in uos ipsos noua quibus pereat, & si quid cætera.] Lege. Conquiritis in uosmetipsos noua quibus pereatis. Et si quid cætera, partim ex eadem, partim ex coniectura, & infra. ¶ Inuenit quemadmodum perducatis eandem rem corporis. Malam facem studijs subdere.] Scribendum opinor. Inuenitis quemadmodum perducatis ad eandem rem corporis mala, facem studijs subdere. Nam uetus lectio, ad eandem rem habet, & infra. ¶ Atque ita includi ueritus ne ignis qui nomine suo subiectus erat corpori negaretur.] Legendum forte, atque inibi uri, ueritus scilicet ne ignis qui nomine suo cætera. Nam uerbum, scilicet, in omni habetur uetere lectione. Posset etiam legi, incendi, non includi, & infra. ¶ Magnam partem illorum librorum conuolasse.] Exemplar peruetus non illorum librorum agnoscit, sed illius libri, ut forte legendum, sit stili liberi: quàm

quam lectionem penè astruunt sequentia uerba, & infra. ¶ Quem à Gallione uestro petatis.] Quem à Gallione nostro petatis controuersiarum sextus, & infra. ¶ Recitauit rescriptum Labieni.] Vetus lectio. Recitabit rescriptum Labieno, & infra. ¶ Cœlo repleuerunt.] Eadem repluunt habet, non repleuerunt, adstipulante etiam sexto controuersiarum. Vt forte non cœlo repluunt, sed unica dictione cœlo repluum legendum sit, & infra. ¶ Cum illo me perduxeritis.] Non perduxeritis, sed perduxissetis, eadem præfert, & infra. ¶ Poteram quidem dicere aue osci ipse ab eloquentia multum aberat.] Corrigendum. Poteram quidem dicere aue. Oscus ipse ab eloquentia multum aberat, ex eadem, & infra. ¶ Declamatori subtili & arido.] Sextus controuersiarum, declamatori subtili, sed arido, & infra. ¶ Nulli non post primum tetracolum præferendus. Primum tetracolum quorum faciam quæritis.] Scribendum utrobiq; tetradeum, non tetracolum, ex omni uetere lectione, & sexto controuersiarum. Latini quatermionem uertent, & infra. ¶ Latronis, Fusci, Cestij, Albutij Gallionis.] Verbum, Cestij superuacaneum est, ex eadem. Alioqui, non tetradeum esset, sed pentadeum, & infra. ¶ Dum in his ad facietatem uestram me præstiterim.] Eadem, non Dum in his habet, sed Quamuis. Legendum reor. Quum uobis, & in sexto controuersiarum. Cum bonis legitur, non Dum in his, & infra. ¶ Permittite me mihi & aliquos ex sinu proferre.] Verbum, me, desideratur in eadem, & infra. ¶ Causas agentem in trachinensi Colonia.] Sextus controuersiarum terraconensi legit, non Trachinensi. Scribo terracinensi, ex eadem, Terracinam autem Volscorum lingua anxur, Latij oppidum esse Plinius tertio, Strabo quinto, & cæteri gregatim docent, & infra. ¶ Quam consequi quantum sequi posset.] Verbum, sequi, in sexto controuersiarum desideratur. In quo potest legitur, non posset, rectius, & infra. ¶ Insidiose aliquid petentes.] Scribe. Insidiosas aliquid potentes, ex eodem sexto, & infra. ¶ Nunquam de colore latroni controuersiam fecit.] In eodem sexto. Nunquam non de colore latroni controuersiam fecit, & infra. ¶ Aut aliquo quo declamare poterat tempore.] In eodem, aut aliquando declamare poterat ex tempore. Vetus lectio, aut aliquam quod declamare poterat tempore. Scribendum puto, aut alio quam quo declamare poterat tempore, & infra. ¶ Negabat itaq; ulli placere posse.] Vtique legendum, non itaq;, ex eadem, & infra. ¶ Sed quia circumspectus causæ.] Eadem, sed quia circumspectus esset, & infra. ¶ Nemo diligentius primo posuit.] Eadem exposuit, non proposuit, & infra. ¶ Vt si quid illi defuit scias loco defuisse.] Sciatis, non scias, eadem præfert rectius, ad plures enim uerba habet, ut ex præcedentibus liquet, & infra. ¶ Filius quoq; eius id est meus.] Scribe. Filius quoq; eius idem meus, ex sexto controuersiarum, & paulo post controuersam non paternam, ex eodem, & infra. ¶ Quæ uires ingenij sui ex industria retundit.] Qua, au ferendi casu, non quæ, & uetus lectio, & sextus controuersiarum habent, & infra. ¶ Horum omnia non me animo maiore, sed certo posuisse iudicio] In eodem sexto. Horum nomina non me à nimio fauore, sed à certo posuisse iudicio. Vetus quoq; lectio, à certo agnoscit, & infra. ¶ Quod sordidatus fui lugentis est.] Luctus, non lugentis legendum, ex eisdem castigatius, & infra. ¶ Vitium me meum sequatur.] Indicandi modo sequitur, non sequatur, in eisdem habetur, & infra. ¶ Accusa inquit reum perage.] Scribe. Accusa inquit reum perage, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Mortuo patre meo metuo ne quis se lædi putet si dixero occisum.] Scribe per maiorem & adiunge superioribus, Mortuo patre meo. Metuo ne quis se lædi putet si dixero occisum, & infra. ¶ Quid accusanti feciisset qui persequitur tacentem.] Relatiuum, qui, habetur quidem in sexto controuersiarum, in codice autem uetusto superfluit, & infra. VIRO forti præmium si plures erunt iudicio contendant.] Legen Decl. 2
dum puto. Viro forti præmium sit, uel Viri fortis præmium sit. Plures fuerint iudicio contendant. Nam antiqua pleraq; exemplaria, Viri fortis præferunt, non uiro forti, & fuerint, non erunt, & infra. ¶ Qui neq; ipsi patri cesit.] Malim legere, ipse, quàm ipsi, & infra. ¶ Alter percepit.] In quibusdam codicibus percipit legitur rectius, ut præsens præsenti adiungatur, & infra. SIC tibi satisfieri uelle nec debuisti. Nam.] Hæc uerba in nulla Decl. 3
uetere lectione habentur, & infra. ¶ Et nec hoc ille propter filiam fleuit.] In sexto controuersiarum, & hoc illi propter filiam præstitit, & infra. ¶ Videas an sub istis exemplis, patri fortius liceat tantum loqui.] Vetus lectio. Vide an subistis exemplis patri forti liceat tantum loqui, & infra. ¶ Iam morte patris quæsiuit inuidiam.] Lege ex eadem. Etiam morte patri quæsiuit inuidiam, et infra. SI iste miseretur.] Scribe. Sic iste miseretur ex sexto Decl. 4
controuersiarum, & infra. ¶ Integer alitur & debiles alunt.] Tollenda coniunctio, &, ex uetere lectione, & infra. ¶ Ita non infelicius sic sunt.] Eadem. Ita ne? Infelicius supersunt, & infra. ¶ Interroga pueros.] Scribe ex eadem, interroga patres, & infra. ¶ Num incredibilia loquor.] Eadem. Nec incredibilia loquor, & infra. ¶ Cum tam crudelis sit misericordiam publicauit.] Corrige, cum tam crudelis sit misericordia publica uiuit, ex uetusto exemplari, et infra. ¶ Et hodie uobis præmium rogate] Scribo, primum, non præmium, ex uetere lectione, & sexto controuersiarum, & infra. ¶ Solet autem dicere.] Eadem. Solent etiam docere, & infra. ¶ Ergo tu cum de publica misericordia cogitas] Cogitaris, non cogitas, eadem, lego cogitares, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Potest etiam aliquis] Scribendum. Potest enim aliquis, ex uetere lectione, & infra. ¶ Et quinè me alere quidem nedum alios possum] Ordo uerborum inuersus. Lege, & qui ne me quidem alere nedum alios possum, ex eadem, & infra. ¶ Vnius misericordia uiuunt & omnium aluntur] Dele coniunctionem, &, ex eadem, & infra. ¶ Illidunt & detrudunt] Pleraq; omnia exemplaria. Illudunt & detrahunt. In alijs. Illudunt tantum habetur, reliquis reduntantibus, & infra. AD exemplum torti Prometheum pinxit.] In nonnullis codicibus, & ad eius exem Decl. 5
plũ Promethea pinxit, & infra. ¶ Ideò templa Mineruæ fugimus] Nonnulla exemplaria, ædem Mineruæ fugimus, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus suffragatur sextus controuersiarum. Alia. Adeò templa Mineruæ fugimus, & infra. ¶ Scis certe quàm tristem emeris.] Scies legendum, non scis, ex uetere lectione, & infra. ¶ Torqueatur hic nec sub Philippo moritur. Hic nec sub Ioue.] Corrige. Torquetur. Hoc nec sub Philippo. Moritur. Hoc nec sub Ioue, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Senex longa miseriarum tabe confectus.] Videtur hoc loco uerbum, senex, uacuum esse & debito uerbo fraudatum. Proinde arbitror reponenda esse duo uerba quæ in sexto controuersiarum habentur, omissa ut puto negligentia librariorum. Legendumq; Producitur nobilis senex longa miseriarum tabe confectus, & infra. ¶ Quemcunq; præco uiderat ibi flentem.] Verbum, ibi redundat, ex quibusdam codicibus, & infra. ¶ Statuit ex altera parte Parrhasius.] Vetus lectio, statuit reum ex altera parte Parrhasius. Sextus controuersiarum per matorem. Statuitur ex altera parte Parrhasius, & infra. ¶ Dubium est inter ista Parrhasius studiosius pinguat an sæuiat.] Corrige. Dubium est inter ista, Parrhasius studiosius pingat an ille sæuiat, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Ignis tormenta, ferrum, officina. Hoc pictoris an Philippi est.] Scribendum, Ignis, ferrum, Officina hæc pictoris an Philippi est, ex sexto controuersiarum, & infra. ¶ Deorum crimina in templo picta sunt.] Templis, non templo habet uetus lectio, & exemplaria quædam, scis, agnoscunt, non sunt, & infra. ¶ Noctu parietem domus eius perfodit.] In aliquot codicibus uerbum, domus, non habetur, & infra. ¶ Id solum sustuli.] In sexto controuersiarum. Id solum sustulit, & infra. ¶ Profiteor indicium furti.] Deest uerbum, mei, ex omni antiqua lectione, ut sit, furti mei, & infra. ¶ Cur me submoues ante actionem.] Eadem accusationem præfert non actionem, & infra. ¶ Quale id spectaculum fuit.] Eadem. Quale istud spectaculum fuit, & infra. ¶ Consilium uideri uult infelicitatem furti sui.] Lego felicitatem, non infelicitatem. Felix enim fuit qui hostiles literas intercepit. Probant id etiam uerba sequentia. Sustulit quod non elegit, sed quod illi fatum publicæ felicitatis obiecit, & infra. ¶ Lex quæ nocturnum furem occidi iubet] Verbum, iubet, in quibusdam exemplaribus non habetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX IN OMNIA SENE-
CAE OPERA DILIGENTISSIMVS ET COPIOSISSIMVS.

A

Ἀβάτος 448
Abdicare 493
Absoluere timoris 37
abstinentia prima gratia 166
Abronus Sylon 548
exabundari 5
abundare 491
academici 192
Acciacum mare sanguine Romano infectum 322
accidere cuiuis potest, ꝙd cuiquam potest 368
accipere libenter 3
accuso 496
Acherusius lacus 128
Achillis Homerici inconstans animus 348
de acie oculorum & mentis simile 251
in acta mittere beneficium pag. 10
actio quid 490
actio erga ingratũ an danda 22
actio ex deposito 486
actius 132
actus non solum emendandi, sed & cogitatus 85
admonere genus hortandi pag. 208
admonitionis uis 209, & 210
adiuuare 2
adolescens 493
adolescens secreto ambulans reprehensus 84
adolescentem Ariston mauult tristẽ quàm hilarẽ 111
adolescentum frequens uitium 263
adoptare 493
aduersitas ferenda 352
aduersitatis impetus quomodo ferendus 273
aduersa esse exercitationes pag. 273
aduersus, in bonã partem pag. 49
adulandi certamen 61
adulatio uitanda 108
adulatio hominis infatuat pag. 135
adulatio dum blanditur offendit 299
adulatorum sermo diu hæret 299
adulterium indecẽtissimũ sponsaliorum genus 4
adultera occiditur 485
adulteri taxantur 23
adulterij uindicatio 569
in ædificando luxus 184
ædiliũ officium balnea intrare, & curare, ut munda essent 184
Aegialus paterfamiliâs 184
ægine 469
ægle 2
de ægro & animo 92
de ægris & beneficio simile 8
ægrotis assidere hæreditatis causa 216
ægritudo an in sapientem cadat 330
Aegyptũ nunꝯ tremuisse pag. 469
Aegyptum irrigari à Nilo pag. 448
Aegyptios quatuor elemẽta fecisse 437
M. Aelius, uel Accius 9
Aeneæ pietas in patrem 28
Aeneæ pietas in parẽtes 63
æneatores 682
æqualis 488
æqualitas æquitatis prima pars 107
æquinoctium 457
æquitas per se expetenda pag. 207
aër quando purior 432
aër continuus terræ 421
aër & cœlo & terris cohæret 421
aër aptus ad uoces 426
aëris alieni in senatu reddere causas 10
aëra naturalẽ habere uim mouendi se 455
in aëre esse unitatem 421
Aeschylus 449
Aeschines donat seipsum Socrati 4
Aesopei logi 378
Aetas prima & subsequẽs pag. 199
Aetas quæ apta ad bonam mentem 148
Aetatem disponere stultũ pag. 227
Aethiopes homines longissimæ uitæ 310
Aethiopia feruentissima pag. 449
Aethiopiæ solitudines quaræ siccæ 435
Aetna 168
affectio grati animi expetenda 34
affectus 160
affectus hominum diuersi pag. 624
affectus habere modicos pag. 252
affectus cito rebellat 148
affectus animi moderandi pag. 180
affectus pro armis esse 288
affectus mali ministri 286
affectus quemadmodũ incipiant 292
affectus diri facies 302
affectus à naturali fluere principio 252
affectuum umbras sentire pag. 288
affectuum imitatio 296
affectuum discordia in hominibus 369

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectibus ueris aliquid dari 224
Africus furibundus 458
de Africano uersus scripti pag. 240
de agricola & præceptore pag. 110
agricolæ & beneficiorum comparatio 10
Agamemnon 143
M. Agrippa 27,62,210
Agrippa Neronis mater pag. 485
Agrippinensis colonia 488
Aio 490
Aiacem furor in mortem egit 302
Albina 397
Albinus 553
album iudicium 21
Alea studiosissimus fuit Claudius 674
aleam adire 21
Alexander 211
Alexander bellorum auidus 459
Alexander urbem cuidam donat 12
Alexãder homo gloriæ deditus 6
Alexander ebrius Clitum interfecit 177
Alexander Antigonis nepos 311
Alexander Clitum interfecit 309
Alexander rex gloriari solitus, se à nullis beneficijs uictum 44
Alexander admonet à matre ut caueat à medico 298
Alexander quare geometriam didicerit 201
de Alexandri uictorijs 542 541.
Alexandri crimen æternũ pag. 468
Alexãdri dictum de agris in Asia 127
Alexandri contra adulatores dictum 135
Alexandri temeritas ab incunabulis 6
Alexandri auiditas 67
Alexandrum pauperẽ fuisse 258
Alexandrum quid perdiderit 176
Alexandria 449
Alexandrina marmora 184
Alfius Flauius 492.562
alienus qui 23
alimentum fame sæuius 310
alimenta mutata solum in uires & in sanguinẽ transire 179
Allegius Flauius 575
Alpes 452
Alphæus fons 463
amabò 487
Ambasiator 490
ambitio causa multorũ malorum 211
ambitio immatura in Druso 368
ambitionis malum 129.136
ambitionẽ in homine crescere 15
ambitiosos differre promissa 9
ambitus multiformẽ malum 358
ambulatio quid 246
ambulatio utilis 90
amicitia summa 11
amicitia inter deum & bonos uiros 272
amicitia semper prodest pag. 110
amicitiæ temporariæ 83
amicitiæ precium 62
amicitias sanctè colendas pag. 208
amicus optimus 688
amicus quomodo eligẽdus & probandus 77
amico quid præstandũ 120
amicum facere iucundius, quàm habere 82
amicorum absentium imagines iucundæ 113
amicorum defunctorũ memoria qualis 137
amicorum secreta non eloqui nulla lex iubet 50
amicis omnia cõmunia 70
amnes quare non augeant̃ primis imbribus 436
amnes quasdã crescere in æstate 442
amor uitæ 103
amor quomodo exuendus pag. 148
amorem aliquando nocere 110
de amore Panætij dictum pag. 252
de amphora & ætate simile 240
Anapharsis figuli rotã inuenit 198
ἀναλυτικὴ 194
Anaxagoras 451,473
Anaxagoras de Nili flumine 449
Anaxagoras de terræ motu 464
Anaxagoras Clazomenius 659
Anaxagoras de igne 423
Anaximander 423
Anaximander de deo 659
Anaximandrus 424
Anaximenes Milesius 659
Anaximenes terrã esse sibi causam motus dicit 464
ancillariolus 4
angina mori 227
anguillæ esus grauis 439
animal multum altero doctius 263
animalia minuta cum mordent non sentiũtur 209
animalia mansuefieri 300
animalia quædam sine noxa corporũ per medios ignes transire 83
animalia norũt satietatem pag. 135
animalib. omnibus facilis uitæ actus datus 196
in animalib. omnibus iræ signa 283
animalibus abstinuisse innocentia 239
animalibus omnibus, an sit constitutionis suæ sensus 161
de animalibus & admonitione

tione simile 209
animæ solutæ quæ sedes. pag. 141
animę contemptus ingens res 471
de animæ immortalitate pulchrum dictum 355
animam inesse arbustis 132
animam è cœlo uenire 183
animam hominis migrare pag. 239
de anima & eius principatu uariæ philosophorum sententiæ 660
animus quid 123
animus an sit animal 245
animus ad in uitia sua sponte fertur 22
animus fortis ad quæ præparatus uenit 345
animus futuri anxius calamitosus 222
animus ualẽtior omni fortuna 221
animus ad uera perspicienda caligat 153
animus rectus deus hospes in corpore humano 108
animus melior pars hominis 409
animus sacer & æternus pag. 403
animus quid sit, ubi sit, qualis sit, et unde an homines sciant 262
animus humanus natura contumax 327
animi remedia ab antiquis inuenta 139
animi rationalis pars, duas habet partes 202
animi humani coniectura difficilis 39
animi motus sanissimi pag. 302
animi magni proprium 320
animi honesta uis 9
animi onus deponendum pag. 104
animi excellentia 115
animo summo inhærere pag. 290
animo robor unde ueniat, pag. 471
animo duæ res plurimum roboris dant 210
animum sapiẽtis totum in morte prominere 395
animum perducere ad contemptum animæ difficile, pag. 78
animum obtinuisse omnia quæ sibi imperauerit 265
in animo esse partes mixtas 201
de animo & corpore simile 204
de animo innumerabiles quæstiones 191
animorũ uitia molliter tractanda 75
animorum nostrorum confusio 242
animorum imbecillitas ubi ratio discedit 364
Anneus Serenus 138
Antenor Patauij conditor pag. 400
Anticleta 568
Antiochus 374
Antiochus filius Demetrij pag. 476
Antigoni dictum ad Cynicum 12
Antigonum conuitia in se dicta potuisse ferre 310
Antipater 188.202
Antipodes 263
antiquum 486
antiquorũ industria 196
Antistes 488
M. Antonius 382.449
Antonius se liberum patrẽ dici uoluit 543
M. Antonij dictum de fortunæ inconstantia 53
M. Antonij ebrietas 178
Antonij ingratitudo erga patriam 49
Antonius Atticus 547
anxiè 490
ἀοργησία 82
Apatrius 548
Apaturius 544
ἀπαιδευσία Græci subsolanũ uocant 457
Apenninus mons an calidus 452
apes studiosè imitẽtur, pagina 178
Apollodorus 72.292
Apollonia 410
Apollonius 446
Apollonius Myndius 473 & 476.
ἀπορία 188
Apitius 216,335
Apitius ueneno seipsum perdit 402
apium rex 325
apparere 490
apparitores 491
appellare 489
appetitio in rebus 143
Appia uia 658
Appius cæcus 276
Appion grammaticus 192
Apyrina 180
aqua quarta naturæ pars, pag. 437
aqua ualentissimum elemẽtum 437
aqua & aëre nihil leuius, pag. 412
aquã tota uita bibisse Cassium 177
aquam spumare igne subiecto 464
aquam ex rore collectam scabiem afferre 442
aquam per ferrũ & æs transire 440
aquam calescere ignibus, quos multis in locis terra opertos tegit 440
per aquam uidentibus longe esse maiora omnia 415
in aqua uitale aliquid, pagina 455
de aqua & ebrietate simile 440
aquæ mortiferæ ibid.
aquæ calẽtes in medijs fluctibus 272
aquarum ingens copia apparet 437
aquarum uariarũ uis 442
aquarum nascentiũ sub terra primæ causæ 436

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquis quare uarius ſapor pag. 439
aquas in culpa eſſe peſtilentiæ 469
aquas in cauſa eſſe quod terra moueatur 463
aquas deſinere 437
aquileges 438
aquilo 457
aquoſiſsima quæ umbroſiſsima 437
Araris fluuius 666
Aratus 417
Arcadia 437
Arcadum regna 400
Arceſilaus pecuniã oblatã à filio familiãs accipere recuſauit 14
Arceſilai liberalitas erga pauperẽ amicum 10
Arceſilaum uino indulſiſſe 357
Arcus imago eſt ſolis roſcida, & caua nube concepta pag. 412
arcus cur ſit dimidiatus tantum 415
arcus quando ſerenitatem & quando pluuium promittat 414
arcum fieri poſt autumnanale æquinoctium qualibet hora diei 415
arcus in cœlo nocte non fieri 411
Archilaus Atheniẽſis 659
Archilaus rex uocauit ad ſe Socratem 44
Archilaus antiquitatis diligens ſcriptor 464
Archideus 38
Ardea 201
Ardetiuum 235
Areæ 411
Arellius Fuſcius 501
Arethuſa fons 391.441.463
argentarius 490
argento uti ſicut fictilib. 76
Argeſtes 458
argumentum & argumentatio 491
argutiæ 362
aridum 491
ariopagus 350
Ariſtarchæ notæ 102
Ariſtides cũ ad ſupplicium duceretẽ cõſputus fuit 404
Ariſtidi iuſtitia nomen dedit 37
Ariſtippus delectatur unguento 73
Ariſtogitõ tyrãnicida 71
Ariſton 27.251
Ariſton Chius 193
Ariſton Stoicus 206
Ariſton lepidus philoſophus 106
Ariſtophani Socratẽ materiã iocorũ præbuiſſe 342
Ariſtoteles 132.366.373 412.415.473.779.480.
Ariſtot. de terræmotu 465
Ariſtot. defenſor iræ 303
Ariſtoteles de cauſis 139
Ariſt. de affectibus 288
Ariſtoteles ne damneretur fugit 345
Ariſtoteles de deo 659
Ariſtotelis de igni cœleſti ſententia 423
Ariſtotelis traductores taxantur 494
Ariſtotelis dictum de magnis ingenijs 357
Arius 387
ars 489
ars omnis imitatio naturæ, pag. 139
artes an à philoſophia inuẽtæ 195
artes liberales 188
artium genera quatuor 160
artiũ bonarũ antiſtites 373
de artibus quibuſdã & beneficijs 20
Artemidorus 475
Artemon 544
Artencata fulmina 430
articulorũ dolor 166
de artifice & animo ſimile pag. 140
Aruntius 63
Aruntiũ hiſtorias belli Punici ſcripſiſſe 249
Aſclepiadis ſecta 213
Aſclepiodotus 457.468
Aſclepiodotus Poſidoniũ auditor 425
Aſellius 114
Aſia duodecim urbes ſimul perdidit 461
Aſiaticus Valerius ferox uir 365
Aſinius Gallus 128
Aſinius Marcellus 657
Aſinius Pollio 226.311
aſper 94
L. Aſprenas 536.246
aſſenſio quid 246
aſſenſio popularis 229
aſſentatio nimia iracundos offendit 305
Aſſentatio uitanda 108
ab aſſentatione puerilia lõge remouenda 297
aſsiduus 489
Aſtrapoplecta 417
Aſytum 131
Atabulus 459
Atalanta inſula ſuperfuſa, pag. 468
Atedius Pollio 316
Atteius 663
Aterius 63
Athenæ 511
Athenienſes propter ſales intempeſtiuos in periculum uenere 543
Athenienſium miſeria obtriginta tyrannos 350
Athenodorus 348
Athenodori aureum dictũ pag. 84
Athenodori dictum de amicis fucatis 350
de atletha & forti uiro ſimile 187
Atomi 454
atrium 488
Atrius ſecundus 395
Attalus 137.237.238.241
Attalus Stoicus 147.547
Attalus philoſophus 82
Attalus philoſophus aſtronomiæ deditus 430
Attali dictũ de diuitijs 243
Attenus prætor Marſorũ, pag. 25
Atterẽdi genus uehemẽtiſſimum

ſimum 431
Atterranea fulmina 430
atteſtata fulmina 430
Atticus 256
Attici nomen à Cicerone celebratum 97
Attilij Reguli inopia 404
attoniti 425
Atylius Buta 264
auaritia inexplebilis 15
auaritia ſenilis monſtro ſimilis 688
auaritia mala ſine pœna 252
auaritia hominum taxatur pag. 457
auaritiæ malum 69
auaritię periculoſę ſera pœnitentia 350
auaritiã diſtraxiſſe ſocietatem humanam 195
auarus in nullum bonus pag. 238
auari miſeria 281
Aue ordine emittere 62
augiæ cloacas purgare pro uerbium 678
Auguſtus 476
Auguſtus princeps mitis pag. 321
Auguſti principes dicti 324
D. Auguſti infelicitas obliberorum amiſſionẽ 389
Auguſti Cæſaris patiens animus ad conuitia 311
Auguſti tempora 318
Auguſti filia impudica 62
D. Auguſto diꝝ plura quã ulli homini præſtiterunt, pag. 367
Auguſtum uento templũ ædificaſſe 458
Aulus Plautius 673
Auram luce incitari 456
auriculam uellere 668
auris memoriæ dicata pagina 668
aurem peruellere 45
auſter uentus calidiſsimus pag. 449
Auſter Siculum petit pelagus. 89
Autor qui 658.487
autores quomodo legendi pag. 77
autores quomodo legendi & honorandi 139
autoritatis fulmen 428
auxiliaria fulmina 403

B

Baiana regio à quibus extructa 124
Babas 90
Babillus uir optimus 449
Babyloniæ obſeſsio 310
in balnei limine bibere 263
balnea blactaria 184
Baſileæ laus & origo pagina 664
Baſſus Aufidius 106.554
Bathyllus 506
Battillus 481
Battilius Mœcenas 642
beata uita diuina 191
beata uita conuenit naturæ ſuæ 332
beatus qui 118.202.333
beatum ſe facere unuſquiſque poteſt 399
Beli interpretatio 444
bella naualia taxantur 459
bellorum ciuilium malum pag. 5
benefacere res per ſe expetenda 32
beneficium quid 4.22.486
beneficium ingratum 8
beneficium dare quid 688
beneficium qui accepit, narret 10
beneficium res uoluntaria pag. 46
beneficium reddere 1.17
beneficiũ dare ſocialis res pag. 47
beneficium ubi incipiat ſtare 50
beneficium an eripi poſsit pag. 53
beneficiũ in quæſtum mitti 33
beneficium dare an ſeruus domino poſsit 23
beneficium deos imitari 22
beneficium pluris æſtimanda, quàm iniuria 171
beneficium qui reddit ſine uſura ingratus eſt 172
beneficium à quo accipiam eligendus 13
beneficium omne exornat ſapientia 172
beneficij locus ubicunque homo eſt 340
beneficio accepto quid debeamus 3
beneficia uiſitata 18
beneficia ſine ullo delectu proijcere 1
beneficia dare quando ſit uirtus 1
beneficia nec dare, nec accipere ſcimus 1
beneficia inſolentia perdi, pag. 11
beneficia ſequi non reposcentem 43
beneficia non eſſe exaſperanda 9
beneficia conſpici uolũt 2
beneficia quędam palã danda, quædã ſecreto 10
beneficia minuta peruenire ad malos 48
inter beneficij materiam, et beneficium differentia 3
beneficia multa triſtem frõtem habere 50
beneficia quę danda et quẽ admodum 5.7.
beneficiorum memoria ſe neſcere non debet 2
beneficiorũ tria genera 2
beneficiorum ſimplex ratio 2
beneficiorum ſacratiſsimũ ius 13
beneficiorum temeritatem inhiberi 22
beneficiorum tabulæ 3
beneficijs uinci an ſit turpe pag. 43
Beroſus 444
Bet fluuius 485
Bethenus Baſſus 309
Bibliothecæ quibus inutiles 352
L. Bibulus 390
Bionis dictum de euellendis pilis 351

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bionis dictum de negotijs humanis 356
in benefaciendo dij imitandi 37
Bionis dictum de sacrilegio 68
blandiendi ars 446
blanditiæ quid in se habeant 446
Blandus rhetor 502,551
Boletus 663
bonitas sæua 11
bonitas pertinax uincit malos 75
bonū quid 256,108,110,188
bonum nullum ex distantibus constare 229
bonum omne an optabile sit 146
bonū unū sibi fidere 108
bonū unicū hominis 162
bonum an sensu uel intellectu comprehendatur 266
bonū summū in animo 157
bonum in musica arte 189
boni utilitas apud quosdā pag. 259
bono suo omnia cōstare 161
bono uiro mali nihil accidere potest 273
bona quæ 108
bona an tria possint esse 141
bonorum unum propositum 144
propter bonos malis benefit 37
Boreas 57
Breuiarum 112
Brigantium oppidum 673
Brutidius Niger 555
M. Brutus 401.391
Brutus mortē timuit 174
Bruti liber de uirtutibus pag. 401
Buta 264
Burris mersa 468
Burrus præfectus Neronis pag. 329
Busiris ibid.
Buteon 562

C

CAcozeliæ genus 558
Cæciliam uersus 247
Cæcilius durus fœnerator pag. 256
Cælius orator 306
Cæsar 234.256.447
Cæsar humani sanguinis auidissimus 38
Cæsar dedit uitā Pompeio Pœno 11
C. Cæsaris uitia 365. ambitio 211
C. Cæsaris crudelia facinora 309
C. Cæsaris factum laudandum 208
C. Cæsaris crudelitas in Pastorem equitem 301
C. Cæsaris mors 375
C. Cęsarem iratū fuisse deo pag. 290
C. Cæsarem filiæ mortē æquo tulit animo 390
Cæsares 358
Cæstius 462
Cæstius mordacissimus homo 601
Cæstius flagris percutit 550
κατακλεις 458
Caius Silo 538,642
Calamistrum 488
calāitas uirtutis occasio 275
calamitosum 494
calculum decoctum in smaragdum conuerti 198
ad calculos sedere 92
caldi 549
Calesium 673
Calens rhetor 563
Calixtus 119
Callias 532
Callimachus 449
Callisthenes 468.469
Callistrati dictum cum in exilium iret 63
Caluas 483
Caluī sententia in Vatiniū calix 240
Cambyses rex minus deditus uino 307
Cambysis exercitus arenis obrutus 426
Camilli exilium 49
Campaniæ fomenta 124
canis in suo sterquilinio pag. 666
in cane quid optimum 161
de cane & homine 154
canes pro consuetudine latrare 281
canes sanguine humano ali 395
caniculæ acrior rubor 410
canitiem galea præmere pag. 343
Canius Iulius 355
campus 124
Cantabri 409
cantare 488
cantores in comessationibus 179
cantus quid possit 291
capillos fœminis non defluere 214
Capito rhetor 533
capra ignis genus 409
capite agere 53
captiones 118
carcer 496
à carcere uel à carceribus prouerbium 662
Cardiaci uita, bibere & sudare 90
Carinus 63
Carneades 373
Caruncanus 395
Caruncani opes 339
Caij Cassij epistola contra Pompei stultitiam pagina 543
Cassium tota uita aquā bibisse 177
castitas 496
Castus 496
casus sex quare pagina 458
Categis 458
Catilina 394
Catilinæ crudelitas 309
Catilinæ ingratitudo erga patriam 48
Catius Crispus 548
M. Cat. 45.139.147.151.169.222.234.256.263.356.361.394.398
M. Cato modeste philosophatur 89
M. Cato Censorius bellum cum moribus gessit 186

Cato

Cato solus uiuendi & moriendi maximū exēplū 551
Cato uirtutum uiua imago 356
M. Cato percussus in balneo 300
Cato exēplar sapientis uiri pag. 358
Catonis tempora corruptissima 220
Catonis magnus animus pag. 151. & 152
Catonis scissum manu sua uulnus 146
Catonis in petitione præturæ repulsa 404
Catonis laus 273. opes 339 tempora 351, & patientia 315, mors 100
Catoni os percutitur 364
Catonem cōuictus malus seduxisset 81
Catonem infestissime fortuna tentauit 234
Catones rari 221
Catones duo 488
Catonianæ sententiæ 208
Catuli dictū in iudices 220
Cati casus 449
caudex 372
caudices 490
caudicatæ naues 372
cauillationes 244
causa 489
causæ mali remouēdæ 207
causas esse quatuor 139
causas quinq; esse iuxta Platonem 140
Caystrus 449
Cecinna 428
Cecinna facundus uir 431
Cecinna carpitur 430
cedò 487
Ceryx 349
Chærea tribunus miles 365
Chalcis 469
Chalcedonensis terræmotus 466
χαλκοφύλακαι 451
χαιρακτηρισμὸς 218
Charimander de cometis pag. 473
Charis 3
Charites Iouis filia 3
Charondæ leges 195
Charybdis 168
Chasmata 417
Chelidonius 186
Chorus 458
Chriæ 110
Chyragra 166
Chrysippus 129.223.241.246 343.346
Chrysippus in ordinem coactus 3
Chrysippi acumen 2
cibus adiutorium corporis pag. 190
M. Cicero 92. 132. 257. 226 240.256.315.356.394.506
Cicero dixit se semiliberū esse 368
Cicero gradarius fuit in loquendo 114
Cicero multos suis scriptis nobilitauit 97
Ciceronis exilium 49
Ciceronis urbanitas 365
de Ciceronis morte multa pag. 551
Ciceronis facundia 482
circulus uarij coloris circa solem uisus 410
Cimber Tullius 313
Cimbri 286
Cimon 532
L. Cinna 321
Circius 458
circuli in cœlo 458
Cirrha 309
ciuis boni opera nunq; inutilis 349
ciuis pars patriæ 300
ciuium amor inexpugnabile munimentum 325
ciuitatem donare uel dare ciuitatem 661
inter clamorem theatri & scholæ differentia 126
Claranus 141
Claudius 476
Claudius cæsar 485
Claudius caudex 372
Claudius cæsar Drusi Germanici filius 657
Claudius Quadrigarius 24
Clauisius Sabinus 104
Cleanthes 139.206.345.346
Cleanthes de ambulationis ui 246
Cleanthes emittit duos pueros ad quærendum Platonem 56 (sit 80
Cleanthes Zenonē expres-
Cleāthes de beneficio dando 48
Cleanthes aquā traxit 116
Cleanthis uersus 237.238
Cleonæ iudicia 451
de clepsydra & morte 102
clementia quid 329
clementia uoluntaria in nocētia impetu suo sequit 327
clemētia ornamentū imperiorū & certissima salus 322
clementia regem & principem decet 319
clementiæ bonum 318
clementiam liberum arbitrium habere 331
clementiam in tres partes diuidi 319
Cleopatra 449
Cleopatra ebria mulier 178
Clidemus de fulgurationibus 431
Clitus inter epulas interficitur 309
P. Clodius 358
Clodij adulterium 220
Clodios omne tempus ferre 221
Cloelia 391
clypei in cœlo 410
Coccei 322
codex 490
codices 372
de coma tondenda cura pag. 371
cæcitas pars innocentiæ pag. 281
cœlum diuiditur in quinq; circulos 458
cœli pulchritudo 36
cœlestium natura semper in motu 400
Cœna C. Cæsaris 402
Cœnationum uersatilia laquearia 196

Universidad de Deusto
Biblioteca

cogere in ordinem 3
cognitio cœli munimenta perrumpit 344
cognitiones 677
Colonia 488
columba Cytheriaca 413
cometa an sit subitaneus ignis 478
cometæ 417
cometæ quid significent pag. 479
cometarum duo genera pag. 473
de cometis Chaldæos nihil habere 473
de cometis multa 472
commendare 495
commentarij 488
committere 487
commodum 188
concursatio uitanda 354
conditioni suæ assuescendum 353
conditionum rerum nemo potest mutare 237
confidentia 490
coniuratores supplicio affecti 485
Conon astronomus 473
conscientia flagellari mala facinora 221
consiliarium fulmen 428
consilium mutare cum re non esse turpe 41
consolatio de amico defuncto 137
consolatio à præceptis ordienda 385
consolationē admittit Grę corum imperator 390
consolationes non esse superuacuas 208
consuetudo uitæ humanæ lege omni ualentior dat aditum 50
consuetudinis prauæ malum 220
consputa facies Aristidis pag. 404
consultatio 489
cōtemplatio sapientiæ multum temporis aufert 138
cōtētionē seipsam alere 306
cōtinentiæ cōmodū 136.685
contumelia 364
contumelia à contemptu dicta 362
cōtumeliæ uoluptatem eripere, ultiōis genus est 365
contumeliam generosus animus non potest pati 624
contumeliā emendari non ulciſci 363
contumeliarum patientia ingens instrumentum ad tutelam regni 311
controuersia 489
controuersiæ 487
conuersatio 60
conuersatio multorum inimica 80
conuictor delicatus paulatim eneruat 81
à cōuitiatore secedendū 311
conuitium ciuile æquo animo ferendum 298
corbula 364
Corcyrus mons 436
Corduba 485
cordus 395
Corfinium obsessum 25
in conuiuio legere libros doctorum 138
Corinthij Alexandrum ciuitate donant 6
Coriolanus post sceleris pœnitentiam pius 48
corium forma publica percussum, pro pecunia 48
Cornelia lex 274
Corneliæ duæ 391
Cornelius Seuerus 547
Cornelius eques Romacorona 410 (nus 227
coronas ubicq; fieri ubicunque est sydus 416
corpus in honorem animi coli 201
corpus breue hospitiū 260
corporis bona 255 (402
corporis exigua desideria
corporis deformitate non fœdari animum 141
corporis nostri charitas nobis insita 88
corporis mācipium homo non est 141
corporis titillatio magno uitam facit 202
corporis sarcina animum lædi 90 (dum 81
corpori quantū indulgen-
corpori incerto in æthere nulli locus est 423 (285
de corpore & anima simile
de corpore & animo infirmo 159
de corpore nulla cura post mortem sapienti 204
corpora igne cremata 224
corporum unitas 420
correctionis modus 288
correptorem ferre qui non possint 315
corrigere 667
Corsica insula 399
Coruus rhetor 548
Cossi ebrietas 177
Cotes 490
Crates Stilbōis auditor 84
crapulæ uitium 215
Crassus 234
Crassum auaritia dedit Parthis 459
credulitas plurimum mali facit 298
A. Cremutius Cordus 385
Crepido 494 (554
de crepitu uentris emittendo decretum 663
Creta 240
Cretici 192
crimen omnibus uoluptati est 221
crinis ruffus & coactus in nodū apud Germanos 312
crinis coniugum manu olim ornatus 419
Crispus Passienus 446
Crispi Passieni dictum de beneficio 7
Crocodili uicti 449
Crœsus 258
crudele 309
crudele exemplum 308
crudelitas quid 330
crudelitas Antonij 178
crudelitas quid in se inter cætera habeat 323
crudelitas

crudelitas acerbissima 9
crudelitas uersa in uoluptatem 327
crudelitas opponitur clementiæ 329
de crudelitate & muneris gratia simile 9
crystallus 442
crystallina frangi 316
culeo insuere 326
culinæ celebres 215
cunæ 489
cupiditas semper ingrata est 155
cupiditati nihil satis 403
cupiditatē, felicitatē suam intelligere 15
cupiditates in lōginquum non sunt admittendæ 353
cupiditates mala ulcera 348
cupiditates refrenandę 260
Curius 339
Curius dentatus 350.372
currentem hortari 110
cursus quid 421
de cursu per decliue & dicendi celeritate simile 113
custodem sibi imposuisse, prodest 102
cura cutem cogere 83
Cutylias insula 441
Cyllenius 672
Cyneæ mors 490
Cyneæ memoria 484
Cynegyrus 624
Cynici 373
Cynici odium pecuniæ indixerunt 12
Cyparissiæ 417
Cyprus 469
Cypta Neapolitana 130
Cyrus fluuio irascitur 310
Cyrenaici 193

D

Daedalus 196
Dānare quod nescias temeritas 201
dandum diligenter 1
dandi arbitriū penes nos 5
dantis uoluntas æstimanda 1
Danubius 463
Danubius fons ignotus pag. 448
Darius rex Persarum 211 309.258
debere uerbum 46
debitorem nō esse sine creditore 45
Decius se pro repub. deuouet 146
Decij morte patriam liberārunt 63
declamare 483
declamare & declamatio quid 486
decreta 213
dedicare 488
deflere beatum inuidia est pag. 379
defrudo 487
defunctum nullis malis affici 393
defunctorū memoria qualis 137
defunctis nullus sensus 379
Deillius 544
delitiæ Romanæ 184
Delos 469
Demarati petitio ab Xerxe 61
Demetrius 137.147.201. 446
Demetrius Syriæ rex 476
Demetrius Cynicus 338
Demetrius Pompeianus pag. 351
Demetrius Poliorcetes 360
Demetrij dictum egregiū de bonis uiris 277
Demetrij uox de fortunato homine 274
Demetrij Cynici dictum de præceptis sapientiæ 66
Demetrij laus 69
Democharis Parrhesiastes pag. 311
Democritus 198.355.373.452
Democritus de motu uaria 467
Democritus mentem ignitam, mundi animam esse dicit 659
Democritus subtilissimus antiquorū omnium 472
Democriti risus 294
Democriti uolumen de trāquillitate animi 347
Democritum diuitias abiecisse 277
Demosthenes Ciptoy 547
Demosthenem uenenum apud se habuisse 609
dentanea fulmina 430
deplorandi modus 137
deponere 486
delipere inter mala magna facile 470
despondere animum 17
determinare 49
detrahere pro infamare 436
detrimentum 498
Deus quid 409
deus prope te, tecum & intus est 114
deus Stoicorum 678
deus cur patiatur bonos uiros affligi 277
deus non sine natura 32
deo dignus quis 279.93
deo quæ sint bona 157
deo nihil clausum 176
deo nomen mutare 31
deum colit, qui nouit 217
deum omnia uehere 108
deū quæ rogare debeamus pag. 84
de deo quid statuant philosophi 659
dei uel dij 497 (429
dij superiores & inuoluti
dij cur quosdam indulgentius tractent 39
dij lēti sed certi uindices 537
dij futiles 402
dij quomodo colendi 217
deos neminem timere 35
deos nec uelle obesse nec posse 299
deorum munificentiam omnes sentire 31
de dijs cum agitur, uerecūdi simus 480
dijs quare quidam irascantur 313
de dijs & sapiente simile pag. 67
Diadumenos 139
Dialis cœna 265
de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de symphonia & adulatore 265
dicare 497
dicere diem 492
dictator 240
Didymus grammaticus quatuor milia librorum scripsit 191
dies unus gradus uitæ 85
dies crastinus sine sollicitudine expectandus 86
dies par omnibus 86
dies nullus longus agẽti 263
dies ultimus an homini timendus 260
dies singulos esse singulas uitas 228
diem extrahere 6
diespiter 668
differre 490
difficile nihil 295
digito demonstrare 151
dignitas facilius crescit quàm incipit 227
Diocles Caristius 548,563
Diodorus Epicureus sibi gulam præscidit 338
Diogenes 196
Diogenes uir ingentis animi 351
Diogenes Apollíniates pag. 424,450
Diogenis patientia 315
Diogenẽ per medias Macedonum gazas incessisse nudum 44
Diomedes 400
Dionysij tyrannus 392
discendum etiam in senectute 160
discendi superuacua studiũ inane 372
discendi tempus 111
disciplina seuerior loci firmat ingenium 124
de diserto & grato simile 36
disputare quidam de philosophia docent, sed non uiuere 239
disputare docemur non uiuere 214
dissimulare sæpe melius quàm ulcisci 301
diuina semina sparsa in corporibus humanis 156
diuinorum una est natura pag. 142
diuinorũ ingrati interpretes 157
diuinorum munerum æstimatores iniqui 15
diues propriè quis 79
diuitẽ celerrimè fieri posse pag. 257
diuitiæ ueræ 244
diuitiæ multis ad philosophandum obstitere 92
diuitiæ multis graues sunt pag. 367
diuitiæ quid proprium in se habeant 280
diuitiæ certæ 53
diuitiarũ naturaliũ sapiens est quæstor acerrimus 257
diuitiarum modus 77
diuitiarum cõtubernio nõ uitiari res magna est 279
diuitijs qui fruantur 90
diuitijs qui affluat 279
diuitias fieri ex auaritia 187
diuitias esse causam malorum 187
diuitias quid à tergo sequatur 354
diuitias non amat sapiens, sed mauult 339
diuitias Seneca negat bonum esse 340
ad diuitias breuissima uia pag. 137
diuitias non posse pati infirmi est animi 79
de diuitijs & amico simile pag. 62
doctores 486
δόγματα 213
dolendi decor 224
dolendo nihil proficere 223
dolor cito in odiũ uenit 138
doloris causæ nõ accersendæ 224
doloris ambitio 137
doloris opiniõe uexari 359
dolori modus imponẽdus pag. 387
dolorem reddere dulce 300
dolorem sequi fugientes pag. 281
dolores ferendi 221
dolores maximi in macerrimis corporibus paruis pag. 166
domi 46
Domitius ueneno se tollere conatur 25
donare non facilis res 340
donare ignominiæ causa pag. 10
dona qualia esse debeant 6
donatio inconsulta 32
dormire in senatu 177
Dorionis sententia 547
Doriphoros 139
Dorus librarius 68
Dossennus 193
dotem ex ærario recipere pag. 404
Druentia 665
Drumentum 24
Drusilla à Caio Cæsare fratre uitiata 658
per Drusillæ nomen deierare 658
Drusus Libo 149
Drusi obitus 386
Druydarum religio 671
de dubijs non diffiniendũ pag. 684
Duellij 323
Duillius 372
durare 489
Durion 548
dux 490
duci 665

E

EArinus puer 176
Ebrietas donec exiccetur dæmentia est 440
ebrietas insania hilaris pag. 136
ebrietas publica quas clades ediderit 178
ebrietas uoluntaria insania 177
ebrietas non facit uitia, sed protrahit 178
ebrietas Catoni obiecta pag. 357
ebrietas quæ iuuet 264
ebrietatis exempla 177
ebrietatis mala 176
ebrietatem omne uitium eruere 177
ebriosus 177
ebrium duobus modis dici pag. 177
ebrios multa effutire 25
ebrijs lingua sollicite custodienda 327
ebur molliendum 198
ebutius liberalis 1
eclipsis descriptio 45
Echerus orator 114
ἐκπύρωσις 456
edictum 254
ediscere 490
educatio & disciplina mores faciunt 687
educatio puerorum qualis esse debeat 297
educatio mollis iracundos facere 297
Edui senatorũ in urbe Roma ius adepti sunt 661
effatum 254
egestas 493
egestas maxima quæ 688
egestatis genus grauissimũ pag. 156
ἐγκολπίαι 455
εἰκονισμὸς 218
εἴδωλος 133
eleemosyna 496
eleemosyna quibus prosit pag. 688
elementa quatuor 296
de elementis stultæ opiniones Aegyptiorum 417
elephantem qui primus in triumpho duxerit 372
elephantes porcina uox terret 294
elephantorũ duodeuiginti pugnam edidisse in circo pag. 372
Eleusina sacra 480
Ellius leno 276
eloquentia in malo homine 367
eloquentia raro inuitis placet 537
eloquentia ebrij hominis pag. 248
Empedocles de aquis ferudis 440
Ennius 132,240,315
ἐννοσιγαίος 468
Enthymema 491
enunciatum 254
Ephorus historicus 476
Epicherema 491
Epigenes 437
Epicurus 81,169,181,373
Epicurus de motu 467
Epicurus magister uoluptatis 93
Epicurus de deo 659
Epicurus Stilbonis obiurgator 83
Epicuri deus 679
Epicuri secta an flagitiorũ sit magistra 336
Epicurum multa ex autoribus optimis mutuasse 82
Epicurum corpori plurimum indulsisse 364
Epicureorum umbratica turba 30
Epicureorum & Stoicorũ secta dissident 343
Epicureos duas partes philosophiæ posuisse 193
epistolarum sarcina deprehensa comburitur 298
epulæ Antonij crudeles pag. 178
epularum nocumentũ 101
equites 496
Erasinus 441
Eratosthenes philologus pag. 663
Erixion in foro graphijs confossus 324
errori qui præstat demens est 40
Erimachus 80
Etesiæ uenti 455
Etesiæ à nautis somnolenti & delicati dicti 456
Etesias Nilo resistere 449
Etymologia 218
Euandrum in ripa Tyberis regna Arcadum collocasse 400
euaporationes unde 455
Euctemon 563 (449
Eudimenes Massilienſis
Eudoxus de motibus stellarum 472
Euemerus Tegeates 659
Euphrosyne 2
Euripides 449
Euripidis uersus de pecuniæ usu 252
Euronotus 458
Eurus 457
Eurybates 674
Eurymone unde dicta 3
εὐθυμίαι 347 (451
excantare fructus alienos
exceptio tacita in omnibus rebus 41
exempla mala redundare in eos, qui faciunt 80
exercitatio quotidiana quid proficiat 176
de exercitatione animi 348
de exercitu & definitione summi boni simile 333
exequiæ ambitiosæ 375
exigere 486
exiguum 490
exilium quid 399
exilij honor 63
exorare 496 (cere 11
exprobrationem odium fa
externis exiguum tribuere philosophi 202
extrahere diem 9

F

FAbianus 126,132,442
Fabianus de puero 395
Fabianus uir egregius marte dicendi 114
Fabianus philosophus 508
Fabianus arcus 358
Fabiani Papyrij libri 225
Fabiani pudor 85
Fabianũ dictũ de philoso-
Fabius 538 (phis 370
Fabius Verucosus 9
Fabius Persicus 14,38
Fabij nõ uicti, sed occisi 43
Fabij cunctatio recreauit imperij uires Rom 286
Fabricius 222,274
Fabricius Pyrrhi regis aurum spreuit 259

Universidad de Deusto
Biblioteca

faces ex cœlo 473
faces diurnæ 410
facilitas inconsulta 3
factorum recte uerus fructus 317
fallacia fulmina 430
fama sæpe hominibus illudit 87
famæ debẽt principes multa dare 324
famis incommoda tolerare pag. 92
fames ingens 310
fames paruo constat 279
famem non esse ambitiosam 258
familiaritatis utilitas 112
fatum quid 32
de fati inopinato termino pag. 227
fata ægræ mentis solatia pag. 427
fata neminẽ illæsum transmittere 282
fata inexorabilia 377
fatorum decretis assentiendum 219
fatorum agit continuus ordo 190
fauere linguis 342
fauor popularis malis artibus quæritur 106
fauor uulgi non appetendus 89
Fauonius 458
febri delubrũ Romæ 664
febres quasdam genera ualetudinis leuare 287
febriũ innumerabilium genera unde 214
Felicio 85
felix 490
felices 324
felicitas res inquieta 111, 279
felicitas uera in uirtute posita 337
felicitas premit, nisi temperetur 157
felicitas non auida, sed pusilla 256
felicitatis magnæ malũ 372
felicitatem molliter deponere paucis licuit 158
feneſtella 240
feras officia sentire 2
fercula multa fecisse multos morbos 214
feriæ 489
de feris & uoluptatibus simile 336
ferrum ignitum in aquam missum 423
festum 491
festi dies cur instituti 357
Fucinus lacus 435
fides sanctissimum humani pectoris bonum 191
fidei spiritũ impendere 24
fidem liberare 1
fiducia 490
Fidus Cornelius Nasonis gener 364
Fidus Annęus 446
fieri 489
figuli rotæ inuentor 198
filiorum mortẽ æquo ferre animo 390
finiens 458
finis rerum omniũ spectandus 257
finitor 458
Flaminius prætor hominẽ decollari imperat propter meretricem 626
de flamma, aëre, & animo simile 130
flatus ubi nutriantur 457
flatus antelucani 455
flebilis est tota uita 388
flendi uis in unũ diem 137
frigus pigrũ & contractũ pag. 296
fluctus quid 454
cum flumine bellum 310
de solijs & præceptis simile 218
folliculi 458
fons Rhodiorum Chersoneso 442
fontes pauci in interiori Africa 435
fontes in summo montis cacumine redundare 436
fontes quidam senis horis pleni & senis sicci 438
fœminarum uoluntas mobilis 282
fœminarum uita mutata, non natura 214
fœminis animus lugendi constitutus 138
fœminas fœcũdiores aqua nilotica facit 441
cum fœminis mutare uestẽ pag. 264
fornicis inuentor 198
fortitudo quid 17, 247
fortitudinis rami 146
fortitudinis laus 685
de fortitudine moderanda pag. 687
fortuita an sint bona 186
fortuna quid dare possit 221
fortuna an longas habeat manus 173
fortuna in mores ius nõ habet 111
fortuna uerberat bonos pag. 276
fortuna incõmoda sapientem à proposito non dimouent 360
fortuna illis grauis, quibus est repentina 399
fortunæ nihil esse inausum pag. 201
fortunæ incõstantia 354, 78
fortunæ non succumbere magna res 511
fortunæ lex 560
fortunæ armis nemo tutus pag. 247
fortunã nullius rei eodem semper loco stare 401
fortunam facere ludos 157
contra fortunam nullus inexpugnabilis murus 158
fictilibus uti sicut argẽto 79
fragor 425
frater 495
frigoris uim in os occurrentis euita 207
frontem perfricare 114
frugalitas paupertas uoluntaria 279, 92
frugalitatis laus 185, 186, 187
frugalitatem exigit philosophia 79
fruſtra 457

fulgere media syllaba correpta 431
fulgetra 431
fulgores quomodo fiãt 417
fulguratio 423, 424, 422
fulguratio est penè fulmen pag. 424
fulgurationes unde 410
fulminatio 422
fulmen 423, 424, 431
fulmen magnorũ sæpe incendiorum causa 424
fulmen igneum 428
fulmen an sit timendũ 432
fulmen ipsum fati pars 427
fulminis mira opera 426
fulmini ineſt uis pestifera
fulmina unde 410 (430
fulmina à Ioue mitti, cur dicatur 429
fulmina quid extũdat 473
fulminum genera tria 428
fulminum ars in tria diuidi tur 427
Fuluius Sparsus 569
funebris laudatio ex quibus rebus constet 229
Furnius qua in re demeruerit Augustum 14
Fuscus Arellius 613, 544
futurũ omne incertum 395
futuri auidos quid faciat homines 109
de futuro nemo sibi quicq; promittat 227

G

GAudere in sinu 235
gaudere mali sui fine naturale 166
gaudiũ uerũ res seuera 99
gaudij uox 134
gaudia falsa 136
Gallio frater Senecæ 331
Galion 280 (446
Gallionis dictum 232
gallus in suo sterquilinio pag. 666
Galli in Græcia 400
Gallorum gens à Cassandro obsessa 436
Gatozeos 548
Genethliaci notantur 660
Geminus Varius 114
Genius singulis datus 242
genus & species largo modo 132
Germanus & germanum pag. 664
Germani cuiusdam mors sordida 150
Germani auida belli gens pag. 463
Germanos ob iracundiam cæsos 286
Gesſoriacum 673
gestatio utilis 90
Getulicus canis 447
gladius bonus 161
gladiatorem in harena capere consilium 97
gladiatores inuisi 353
gloria umbra uirtutis 169
gloria multorũ iudicijs cõstat 229
gloriam fugientes sequi 43
in gloriam esse 63
de gloria uana remouenda pag. 352
Glycon 545
Gorgias 570
Gorgonius Buteonis audi tor 577
Gracchus segregauit turbas 62
Gracchorum mater 391
Græcia maior 400
Græci in Gallia 400
Græcorum studium in indagandis stultis rebus 372
Græcinus Iulius 14
Grammatici munus 189
Grandaus Asianus rhetor pag. 567
grando quid 451
grando quomodo fiat 450
grandinis futuræ speculatores 451
grandini uenienti sacrificare 451
Granius 354
gratiam facere 8
gratiam referre nemo scit præter sapientem 171
Gratiæ tres 2
Gratiæ Iouis & Eurymones filiæ 3
gratí hominis duo genera pag. 35
gratitudinis exemplum in Cæsare erga militem 52
gregalia poma 6
greges ouiũ flumina quædam inficere 440
gryllus 27
gubernatorem duas personas habere 182
Gyarus insula 399
Gylippus 410
Gyndis amnis 310

H

HAcre, pro ideò Hæcaton 83
hæres 3
hæreditas an usucapi possit 493
Hannibal 54
Hannibalis dictum de fossa sanguine humano plena 374
Hannibalem uina hyberna soluerunt 292
Halo 410
Harmodius 71
Harmodij 350
Harpali dictũ cum rex illi liberos suos epulandos appositſet 308
Harpaste fatua 123
de hastilijs & ingenio simile 284
Haterius 605 (le
Haterij ingenium 550
Helice mersa 468
Henius aliquando aquarum inops 436
Hephestion 168
Heraclitus 133, 355, 659
Heraclitus de fulgurationibus 431
Heraclíti fletus 294
Heraclíti dictum de die 86
Heraclitiũ ostiũ Nili 449
Hercules 32, 356, 358
Herculanensis uilla 310
Herculanense littus 460
Herennius Macer 365
Hermacus 109, 125
Hermagoras 563
Hermogenes 486
Hesiodi locus 2, 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hetrusci 428
Hieronymus 290
Hippocratis secta 213
Hispanis adiectiue 489
Hispani 400
Hispanias à contextu Africæ mare eripuit 470
historia 490
historiæ comburuntur 311
historicorum quorundã uanitas taxatur 658
Homerus poëta 2.3.189.198 240.378.469
Homerus utrũ maior ætate, an Hesiodus 189
Homeri locus 544
Homero unum fuisse seruum 404
homo quid 389
homo in adiutorium mutuum creatus 284
homo quomodo tractandus 324
homo parcus qui 17
homo mundum & elegãs animal 202
homo sacra res 216
homo nudus ad occidendũ productus 216
hominis officium 231
hominis propriũ quid 115
hominis prima pars uirtus pag. 202
homini cur uita data 408
hominem quæ in pernitiẽ hominis instigent 235
hominẽ duo præcipua habere 35
in homine quid optimum, pag. 161
homines plus in alieno negotio uidere, quàm in proprio 242
hominibus quomodo utendum 217
honestum quid 259
honestum omne uoluntarium 142
honestum omne in arduo, pag. 13
honestum & bonum idem pag. 187
honores ruris 659
honores & iniuriæ uulgi in promiscuo habendæ sunt pag. 365
honores repulisse Sextiũ pag. 222
Hoplomachi 506
hora decretoria 229
horæ 3
Horatius Cocles 259
Horatius Flaccus 261
Horatius 184.258
ὁρίζειν 458
horologiorum discrepantia 659
Hortensius 315
Hortensij memoria 484
hospes ingratus 40
hospitalia fulmina 430
hostis 494
Hostius uoluptuosus uir, pag. 418
humanæ sortis conditio describitur 200
in humanis rebus quid præcipuum 434
humanæ sortis æstimatores 15.16
humor primordium mundi 437
humus metallorũ unde 438
Hybrias 559
Hydra multa capita habẽs pag. 245
hyeme quare ningat, non grandinet 451
hypothesis 489
hypocrisis uitanda 79

I

IActandi genus 147
Iactandi genus sub ictu habere 155
de iaculatore & philosophiæ dedito 206
Iano tres fuisse statuas 667
Idea 133
Iapix 458
Idomeneus 97
ignoscere magnum genus uindictæ 685
ignis an in nubibus 423
ignis globus capra dictus, pag. 409
ignis actuosus & pertinax, pag. 296
ignis exitus est mundi 437
ignis diuersæ naturæ 417
ignem lunari magnitudine quum aduersus Perseum Paulus bellum gereret, apparuisse 409
de igne & ira simile 94
ignium natura 409
ignorantia ueri omnes malos habet 256
ad ignoscendum simus faciles 301
iocus 489
ioci florales 220
iocos non semper habere locum 364
iocis tẽperatis delectamur, immodicis irascimur 364
imago res mortua 179
de imagine & literis simile pag. 113
imbres aquas exiccare 437
imperandi non unum genus 324
imperium maximum sibi imperare 247
imperium beneficijs melius custoditur quàm armis pag. 381
imperium stabile 319
ad imperia euertenda una hora sufficit 209
impetu & impete 490
σύλος 490
imperturbatus 180
improbum quid prodat 116
improuisum nihil nobis esse debet 209
impudicum quid ostendat pag. 126
impunitatis genus 326
impulsus aliqui in animalibus 284
Inachia 665
de incesta lex 498
incestus 496,498
inclinatio terræ 457
incunabula 459
incurrere animo 5
indolis gloriosæ dare spem pag. 336
indifferentia 174
indulgere 469

indulgentiã

indulgentiã ad utilitatẽ nõ respicere 405
inertiam infelicem alere liuorem 348
inferna fulmina 430
infestum 491
inficiandi genus 14
infinitus animus 340
ingenium habere in potestate 512
ingenij regalis mos 62
ingenia quæ illustriora esse breuiora 395
ingenia immansueta quo in loco 296
ingenia pauci corpora multi exercent 166
ingeniorum dignationem crescere 97
ingenijs immortalis memoria 384
ingenijs nihil tam mortiferum quàm luxuria 482
ingratus 35
ingratus animus, frequens uitium 1
ingrati duo ex Stoica constitutione 37
ingratorum hominũ enumeratio 48
ingratorum multa genera pag 19
ingratos quid maxime faciat 15
inimicitiæ tarde suscipiendæ 688
inimicus 494
iniuria beneficio contraria pag. 34
iniuriam an ferre possimus pag. 312
iniuriæ obliuio 300
iniuriæ potentiorum hilari uultu ferendæ 301
iniuriæ à contumelia diuisio 359
iniuriarum remedium obliuio 208
iniurias despicere magni animi 301
iniurias altius descendere, quàm merita 1
innocentia 497
innocentia magnum præsidium in periculis 603
innocẽtia uera felicitas 688
innocẽtiæ cõsensus in qua ciuitate 326
inopiæ remedium 244
in sapientem non cadit diuersitas mentis 181
insanire aliquando iucundum 357
insanum quid demonstret pag. 116
in se esse 56
insidiæ 491
insidiæ malorum 231
insidiæ quæ latent, magis nocent 485
insolentia quid 188
insolens 487
iustitia qualiter sit moderãda 657
institutores 486
insula mobilis 441
insulæ asperrimæ 399
intemperantiæ malum 153
inter se 54
intestatus & intestabilis pag. 494
inuidia 494
Iphicratis pulchrum dictũ pag. 365
inuidia pernitiosum optimis telum 156
inuidia inimica semper alienis successibus 379
inuidia in uicino uersatur, pag. 373
inuidia nihil periculosius, pag. 617
inuidia importunum malum 15
ira præceptis fugatur 291
ira uitanda sanitatis causa, pag. 94
ira non tantum ex iniuria, pag. 283.284
ira breuis insania 283
ira feras carere 284
ira an secundum naturam sit 284
ira auida pœnæ 284
ira an iudicio aut impetu incipiat 291
ira uoluntarium animi uitium 291
ira necessaria teste Aristotele 286
ira in temeritatem prona pag. 287
ira muliebre & puerile uitium 290
ira quomodo possit leniri pag. 283
ira multis modis circunscribenda 306
ira dominatur in omnes affectus 202
ira omnes gentes instigat, pag. 303
ira prima surda & amens, pag. 315
irę locus 296
iræ utilitates 294
iræ incommoda 283.304
iræ fœminarum & puerorum acres magis quã graues 296
iræ irritamentum spernendum 285
de iræ remedijs 296
iræ mora maximum remedium 299
iræ pernitiosissimæ nascatur 313
iræ inquitas pertinaciores facit 313
iræ morbus ægre senescit, pag. 631
iræ dilatio maximum remedium 307
iram immodicam gignere insaniam 39
iram sapientis tollit turba peccantium 294
iram amicitiam mutare 301
iram non esse pœnæ cupiditatem 284
iram in pectore moueri efferuescente circa cor sanguine 296
in ira furere muliebre 320
irarum differentia 284
irasci pro suis non est prjanimi, sed infirmi 287
irascentium signa 283
iracundia opus ad punien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum 288
iracundiæ causa opinio iniuriæ est 297
iracundiæ tristitia comes pag. 292
iracundiæ genus delicatũ, pag. 284
iracundiam alit luxuria 298
iracundiam duo concitare pag. 300
iracundiam nutrit felicitas pag. 297
iracundos quid faciat 297
iratus beneficijs prouocandus 301
iratis prodest aspexisse speculum 302
Isara 665
Iter 449
Isocrates Ephorum iniecta manu à foro subduxit 350
iuba 273
iubere 486
iubilare & iubilum 488
iucundum à uino 486
iudices corrupti 220
iudiciorum pristinus mos, pag. 676
Iulius Cæsar 13
Iulius Græcinus 106
Iulius ab amicis ferè confossus 313
Iunius Alsius Flauius 494
Iunior poëta 435
Iuno singulis data est apud ueteres 242
Iuppiter ineptias poëtarũ, quare tulit 340.342
iuuenibus permittendum sequi impetus animi 126
iuuentuti utile regi 21
in ius naturæ impelli superuacaneum 34
iustitia quid 686
iustitia pars animi 246
iustis uiris multa incõmoda accidunt 157
Ixion 90

L

LAberianus uersus 294
Labienus 511
labor nutrit generosos animos 108
Lacedæmonij cur suis indixerint pancratio aut cestu decernere 43
Lacedæmonij 211
Lacedæmoniorum pueri, uberibus exercent 276
Lacon illisum parieti caput rupit 165
Laconum industria 546
lachrymæ argumenta deliderij 137
lachrymæ nobis nolentibus 224
lachrymarum ineptiæ 223
lactea cœli plaga 476
in lacte pabuli sapor 440
Ladon flumen 469
Lælius 139
Lælius 233
Lælij uox de annorum curriculo 471
Lælio defuisset cum uictor malus 81
lamentationes unde 137
lampades 417
de lana & ingenio 151
lanceam in iugulũ immergere 150
languidum 488
de lapide in aquam misso, & de ijs quæ in aëre fiunt, pãg. 421
lapides in quibusdã aquis non possum ire 441
laruæ 668
lateres natare 440
lateruncularia tabula 255
latro quid 489
Latro Portius 483
latus & latera 489
lauare manus & pedes ob sordes contractas 184
lauari solum nundinis 194
laureolus 681
laudatio nimia reprehensibilis 684
laus alit artes 229
lectio ad beatam uitam trahenda 240
lectionem alere ingenium pag. 178
lecti lignei Tuberonis 219
legatus 490
leno & lena 495
lenocinari & lenocinium, ibidem
Cn. Lentulus auarus 15
Lentuli improbitas 315
lentum & lento 490
leo bestiarum defensor 13
leoni obijcit Alexãder Lysimachum 309
leones an feritatem exuant pag. 180
leones solutos quis primus in circo dederit 372
Leonidis exhortatio ad milites 175
lepidus 447
lepidi mors 78
Lesbocles 547
lex iusti iniustiq́e regula, pag. 33
in legem esse 58
leges quare datæ 209
legum silentia 662
leuitas inimicissimum quieti uitium 356
Libanius Sophista præceptor Iuliani apostatę 492
liberare fidem 1
liber qui 434
Liberpater 32
Liber cur dictus inuentor uini 357
liber nemo, qui corpori seruit 204
liberi 493
liberi Socratis indociles, pag. 243
liberi an maiora beneficia parentibus suis dare possint, quàm acceperint 26
de liberis amissis consolatio 282
liberorum educatio tenera pag. 59
liberorum amissionem sapiens non deplorat 156
liberalis 259
liberalem esse de alieno pagina 98
liberales facere frontis infirmitatem 8
liberales artes 190
liberale studium 188
liberalitatis materiam animum inuenire 4
libertas 114
libertas deo parere 337
libertas est animum opponere injurijs 365
libertas nõ potest gratis cõstare 235
ad libertatem iter 308
libertatem animam amisisse per mortẽ Catonis 219
libertate promiscua uti pagina 105
libido data propagandi generis causa 404
libidines incendunt adulterorum sodalitia 233
Libonotus 458
libri qui legendi 117
libri quibusdam cœnationum ornamenta, non studiorum instrumenta 352
librorum quadraginta milia Alexandriæ arserunt, pag. 352
librorum multitudinem distrahere animum 77
Licinius 258
Licinius Nepos 547
L. Licinius Lucullus 664
Ligures 400
limen 494
linguę solutissimę qui sunt pag. 363
linternum 183
λίνῳ 458
Liuia uxor Augusti 321. & 385
Liuius 458
Liuius uir disertissimus pagina 290
T. Liuij scripta 626
Liuium dialogos scripsisse pag. 226
Liuius Drusus 62
Liuij Drusi uita & mors pagina 368
de locis sordidis & inertibus simile 38
locuples qui 238.493
loquendi arbitrium an eripiendum regibus 320
Lucani poëtæ pater 485
Lucilius 108
Lucius frater C. Cæsaris pag. 382
Lucius Sylla 274
Lucius Magius gener T. Liuij 537.640
Lucretia 391
Lucretius 236.348
Lucretius notator 242
luctator magnus qui 66
luctibus frangi non est naturale 387
lucubrare 489
Luculli duo 382
Lugdunensis colonia exusta 199
lugendi tempus constitutum fœminis 138
lumen omne rotundum pag. 411
de luna philosophorum uariatio 660
Lupanar 496
Lupanar aliquo modo uerecundum 418
lupus pro meretrice 496
de lusore dissimile 16
lusorium nomen 46
lusus 489
lux grauis malæ conscientiæ 264
luxuria quid propriæ 487
luxuria uitiata opibus 419
luxuriæ parum, quod naturæ satis 336
luxuriæ parentari 335
luxuriæ spolia 69
luxuriæ portenta 243
luxuriæ propositum 263
luxuriæ castigatio 438
luxuriæ ministri 190
luxuriæ uis in decembri 93
cum luxuria litigare 452
luxurioso frugalitas pœna est 153
luxuriosa imperia diu stare non possunt 158
luxurioſi uita in sermonibus 264
luxus magnis opibus exitiosa res 152
Lycurgus 195
Lycon 544
Lycus 442
Lysimachus leoni obijcitur 309

M

MAcrobij 310
Mæander 233
magister populi 240
magnanimitas decet quemlibet mortalem 319
magnanimitas duplex pagina 112
magnanimitatis incommoda 687
Magnesia 437
magni 314
magnitudinis ueræ proprium 311
magnitudinis laus 685
malitia leuis 120
malæ rei temperamentum pag. 316
malum quid 108.110
malum multum sine autoramento 148
mali quando maxime laborent 241
malis displicere laudari est pag. 281
malis alienis delectari uoluptas inhumana 356
Mamreus Scaurus consul pag. 38
Manes Diogenis seruus pag. 351
manifestum 491
Manlij factum 29
manus sibi inferre an deceat propter dolorem 134
manus manum lauat prouerbium 668
manum summam imponere 227
manu plena prouer. 662
Manubiæ tres Ioui dantur pag. 428
manu plena agere 110
manu utraq; tenere 66
Mapalia 667
Marcellius 105
Marcellinus 385
Marcellus Martius 640
Marcellus Eserinus 511
Marcellum Mitylenis exu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lasse 401
Marcus Brutus taxatur 13
mare tranquillum 454
maris omnis ora obnoxia motibus 469
de mare & sapiente simile pag. 89
de mare & uiro bono simile 273
Mariana clades 119
maritus & uxor parem desiderant regulam 12
C. Marius 124.374
M. Marius crudeliter necatur 309
C. Marij exiliũ crudelitas & mors 494
C. Marij ingratitudo erga patriam 48
Marij ambitio 211
Mecœnatis mores 248
Martia 387
Martia consolatur 384
Marullus rhetor 485
Marullus rhetor Senecæ præceptor 491
Maryllius 562
Massiliæ incolæ 400
Mathematici taxantur 661
Mecilius 391
Mecœnas 62
Mecœnatis uoluptuosa uita 274
Mecœnatis turpissimum uotum 228
de medicina & clementia simile 318
medicina immatura in morbis periculosa 397
medicina quando proficiat 194
Medicina olim paucarum herbarũ scientia 214
medicus uenenum regi dare ault 259
medici astutia erga regiam puellam 315
medicum uenenum dare recusat 25
de medico & legum præside simile 285
medici quare adhibeantur in morbis insanabilib. 208
medicorum exclamatio de breuitate uitæ 366
Megara capitur 360
Megarici 192
Melanapes conficiant 178
mel apud Indos inueniri in arundinum foliis 178
Melas amnis 440
Melas Senecæ filius 492
Melison 507
meminisse 110
memoria quid 486.489
memoria qualis in Seneca pag. 482
memoria mala 104
memoriæ egregiæ insignia exempla 490
memoriæ perfectæ duę uirtutes 490
memoriam in alienis exercere 110
Menander 447
mendicasse C. Marĩ 494
Menenij Agrippę pauper tas 404
mensa hospitalis sacra res pag. 41
mens bona sine Deo nulla pag. 156
mentis securæ & quietę officium 370
mentis malæ indicium 260
Mercurius 32
Mercurius ἀγοραῖος 660
Mercurium Gratijs adstare 2
meretrix 497
meretricis impudentia 626
de meretrice & beneficio simile 6
meridianus circulus 458
meritorum memoria non obliteranda 14
meritorum commemoratio lacerat animum 10
meritorum signa non merita 3
Messala 124.447
Messala unde 372
Messala Coruinus 507
Messalina uxor Claudij pag. 670
Messalina occiditur propter adulterium 485
Messana à quo deuicta 372
metallum antiquum inuestigatum 457
metallorũ humus unde 438
Metellus cæcus 276
Metellus exilium fortiter tulit 100
Metellum centũ & uiginti captos elephantes duxisse ante currum 372
Metrodorus Chius 467
Metrodorus 80.93.169.171 & 222.225.
Metronactes philosophus pag. 205
metus lymphatici 87
metum raritas rei auget 462
migratio frequens instabilis animi signum 148
Milciades 532
Milciades peculatus damnatus 623
miles 496
de milite lex 375
de milite ingrato erga hospitem 40
milites optimi 134
Miletus 400
militia & militare 496
militiæ primum uinculum pag. 218
mille 486
minus 681
ministri regiæ potẽtiæ quales 9
Minos iudex inferorum pag. 674
miracula illa septem interisse 376
Miridis delicata uita 298
miserior & miseror 496
miser nemo nisi suo uitio, pag. 150
misericordia quid 330
misericordiæ genus cito occidere 9
moderatio in regibus laudanda 298
moderatus 533
Moderatus rhetor 642
modestia etiam prostitutus pag. 418
mœror omnis contumax, pag. 398
monendi ne omnes sint, pag. 105
moneri uelle & posse, secũda uirtus est 52
monitorium fulmen 428
monitionum utilitas 208
monitoria fulmina 430
Montanus Iulius poẽta, pag. 606.248
montium cacumina quare frequenter seruntur 431
moralis philosophiæ pars in tria diuiditur 193
morbi animi 160
in morbo omni tria grauia pag. 166
morosus 284
mori bene quid 137.149
mori in tota uita discendũ, pag. 369
mori necesse est 461
mori in felicitate, magna felicitas est 380
mori quotidie 101
mori peiores, quàm nasci, pag. 99
mori in radijs rotæ 150
mòri sine dolore ibid.
mors quid 141
mors per omnes it 206
mors melior eligenda 149
mors an occupanda, an expectanda 149
mors omnium par 145
mori neminem sine suo die pag. 148
mors est non esse 127
mors omnes pares facit 316
mors omnes æquè uocat, pag. 432
mors ingẽti animo prouocanda 471
mors naturæ lex 472
mors quos consecret pagina 273
mors optanda felicissimis, pag. 394
mors non timenda 101
mors intermittit uitam, nõ eripit 111
mortis commoda 106
mortis meditatio 117
mortis maximum incommodum 225
mortis uias natura rerum multas aperuit 603
mortis nullum magis solatium, quàm ipsa mortalitas 461
mortis timore mori stultitia est 149
morti quæ res nos alienat, pag. 174
mortem sibi accersere 164
mortem timens, nihil unquam pro homine uiuo faciet 353
mortem cõdiscere egregia res 103
mortem habere nullum incommodum 111
ad mortem ante præparandi sumus quam ad uitam pag. 137
mortem inter adiaphora ponere 174
ad mortem respiciendũ in omnibus factis nostris 250
mortem omnia tenere 76
mortem uenientem quis hilaris excipiat 107
de morte pulchra disputatio 280
mortuum deos signa præmittere 409
mortales se esse pauci cogitant 250
mortalium natura 391
mortalium genus locupletissimum 198
mortalitatis exempla colligere, ridiculum 390
mortalitatis stulta obliuio, pag. 367
ad mores cõponendos eligendus aliquis 85
mores boni 120
mores seculi sui describit Seneca 4 & 5
motus quid 421
motus quatiens 468
motus terræ fieri spiritu pag. 420
mulier in sedecim annis in publico nunquam conspecta 407
mulier formosa quæ 109
cum mulieribus ingenuis an natura maligne agat 391
muliebris mundus sarcinæ uiriles 419
muliebrium uitiorum fundamentum auaricia 505
muliones 664
mullus saxatilis 439
mullus magni pretij 216
L. Munatius Planaus 664
mundus æterna res & inuicta 133
mundus omnium parens, pag. 26
mundi pars 421
mundi officium 33
mundum renouari 397
mundum omnia complecti 420
mundum faciẽdi causa bonitas dei 140
in mundo stabile nihil 200
de mundo quid sentiãt philosophi 556
municeps 664
Murbacensis bibliotheca, pag. 674
murenas sanguine humano saginare 325
mures ferrum rosisse 665
Murrhedius rhetor 566 & 547
musa 3
Musa rhetor 537
mutare loca 104
Murius 274
Mutij fortis animus 100
Mutij factum duos reges uicit 145
Mutij manus in hostili ara relicta 71
Muxilli schola 485
Myndus urbs in Caria pagina 439

N

NAndi imperitos quasdam aquas ferre 440
Narcissus 447.674
nasi omnes Syris recidũtur 309

Universidad de Deusto
Biblioteca

nasci sub manu 151
natalis 186
Natta Pinarius 264
naturalis pars philosophię in duo diuisa 194
natura iubet hominibus prodesse 340
natura duce utendum 334
natura non dat uirtutem pag. 199
natura nihil aliud quàm deus 31
naturæ esse legem omnem temporũ difficultatẽ 337
naturæ quatuor 267
naturæ se sapiens accommodat 92
naturæ magnum beneficium 228
naturam mutare difficile pag. 297
naturam uim suam exercere 84
nasci impune nulli contigit 391
nauali prælio qui primus uicerit 372
nauis bona 161
nauem qui primus cõscenderit 372
Naulius carcer 392
Nausiphanes 192
Neapolis 130.394.460
necessarium 487
necessitati quiduis satis est pag. 279
negare 497
negociatio ex empto & uendito 63
negociatio à beneficio multum distat 56
negotia quædam non tam magna quàm fœcũda 350
Neptuno qui multa debeant 155
Neptuno assignata mouendi potentia 468
nequitia non fortior uirtute 361
nequitia pro malitia 49
Nero Cæsar 317.476
Nero misit duos ad inuestigandum caput Nili 463
Neronis uox de captis duobus latronibus 329
Neronem inprimis musicæ studiosum fuisse 662
Neruorum dolor 166
Nestoris ætas 662
Nicetas 547.570
Nicopolis 469
Niger Brutidius 585
negligere 489
Nilus 441
Nilus circa Memphim liber 448
Nilus dulcis 450
de Nili capite 464
Nilum ingentes aquas per æstatem uehere 463
Nilum marinam aquã detulisse 449
Nilum æstiuis fontibus abundare 448
Niuatæ potiones 452
nix quid 451
niuis qua in parte aëris fiat pag. 451
niuis æstiua collum obducere iecinoribus 215
niuem duram calcare 451
niues emere 452
niues in Alexandria non cadere 449
nobilem quid faciat 116
nobiles facit bona mens pag. 116
nobilium stemmata 26
insolentia hominũ ex fortuna 26
nobilitas animi & corporis 688
nobilitatis uis 38
nomen facere 1
nomen lusorium 46
nomina fieri 14
nomina lenta 50
Nomentanus 335
Nomentanus locus 232
nosse te ipsum 389
notæ eiusdem 102
notus 453
noualia 489
nouatur robur ibid.
nouari 489
nouatilla 407
Nouatus 283
Nouatus Senecæ filius 482
nouercam infamare nimis tolerabile quàm accusare pag. 605
nox silens 493
nubes quid 426
nubem colorari 414
nubium obseruatores 451
Nucerinorum colonia 460
Numidicæ crustæ 184
Numos poscere & contemnere intolerabilis res 11

O

OBiurgationi semper aliquid laude admiscendum 609
obliuio iniuriarum remedium 208
obruta fulmina 430
obsolescere 19
occasio 490
occasio properans obseruanda 98
Occius Flama 634
occupare 487
occupationibus resistendum 154
ocium sine literis mors, & hominis uiui sepultura pag. 173
ocium quare D. Augustus optârit 368
ocium quorundam iners negotium 371
ociũ quomodo colẽdũ 147
ocio gloriari, iners est ambitio 147
ocio ingenia perire 362
ocio excitatur uigor 484
ocio nunq; caret prudens pag. 685
oculi duces scelerum 282
Octauia soror Augusti 382.385
Octauius 27
Oenopides Chius 450
Oestrus 131
officiositas quomodo reddenda 686
officij humani finis 280
officia feras sentire 2
officijs mutuis iuuari 35
oliuetum

oliuetum 185
Olynthius 510
Olynthius in tormentis perit 652
Onesicritus præfectus classium Alexandri 67
opes quomodo possidendæ 93
opes amplas habere potest philosophus 339
opes autoramenta seruitutum 234
opes an sint bonæ 186
opinio 486
Orabortus senex 309
oraculum quid 483.488
orare 496
orandi deum modus 84
orator quis 483
orator uerus qui 688
orator iracundus 296
oratoris præcipuum instrumentum, memoria 489
oratio quid 229
oratio sine impedimento exeat 114
oratio concitata 113
oratio etiam timidissimis audax 103
oratio simplex ueritatis 122
oratio corrupti generis unde proueniat 247
oratio cultus animi 250
oratio talis, qualis uita 247
orationis proprius decor pag. 225
orationis uitiũ pro exemplo esse 249
orationis dulcedinem magnos uiros à uero abducere 197
orationes septem senatusconsulto combustæ 537
de orbe & homine simile pag. 46
ordo omnium rerum an certus ducatur 410
ornamentum superuacuũ contemnendum 81
Oscius rhetor 538
Oscius natus ad contumelias 642
osculari socculum aurum 11
ossam aliquando Olympo adhæsisse 469
Ostiensis colonia 417
Otho Iunius 568
Otroyades 547
oua quantum complectantur humoris 421
Oues mollioris naturæ pag. 469
Ouidius 168. 242. 435. 439 447
Ouidius pro Tibullo 448
οὐσία 132

P

PAcatus rhetor 538.642
Pacuuij uox cum uino repletus 86
pædagogum unicuiq; nostrum deum dari 242
Pammenes rhetor 570
Panætius 480
Panætij dictum de amore sapientis 252
panis quomodo primo pistus 197
Pantillus 507
Pantomimus 675
Paphos 469
παράδοξα 171
παραινετικὴ 213
παρρησία 416
parens domesticus magistratus 21
parentis officium erga filios 324
parentum inter execrationes crescere 136
parentum clementia erga liberos 323
à parentibus maxima beneficia accipimus 59
parentibus data quædam priuilegia 21
paria facere 21
Parianus Artemidorus pag. 413
Parmenides 192
parsimonia quid 17
parsimonia uictus 258
parsimoniæ amor 346
Parrhasius pictor Atheniensis 652
Parthos reges nemo sine munere salutat 92
passim 487
Passienus 506
Pasithoa 2
Pastor eques Romanus pag. 302
Pastor Aietius rhetor 563
Patauij conditor Antenor pag. 400
Paterculus 480
Paternus rhetor 642.538
patres 490
patria 281
patria ubicunq; es 688
patria carere intolerabile pag. 399
patria totus mundus 104
patriæ nocere nefas 300
Patritij 490
Patrocinium & patronus pag. 498
Paulina uxor Senecæ 232
Paulus Prætorius 25
Pauli infractus animus pag. 390
Paulinus 366
Pauonũ colla quare splendeant 414
pauper qui 77
pauperi pax in obsessa uia pag. 279
paupertas 188.493
paupertas læta honesta res pag. 278.77
paupertas probro est 251
paupertas composita lege naturæ, magnæ diuitiæ pag. 79
paupertas quæ tolerabilis pag. 404
paupertas à quibus illata pag. 198
paupertatis laus 92
in paupertate nullum uitium 281
peccantium falsa excusatio taxatur 123
peccati notitia, salutis initium 105
peccatorum magna pars quomodo tollatur 85
πεισολὴ 202

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecunia maſori tormento
pollidet quàm acquirit 252
pecunia in honore 251
pecuniæ malum 314
pecuniæ onus 281
pecuniæ optimus modus pag. 352
pectore toro 77
Pedarij ſenatores 672
Pedo Albinouanus fabulator elegantiſſimus 264
Peneon 469
Peninion 440
penſi nihil habere 4
penſionẽ ſoluere 14 (233
peregrinari cum affectibus
peregrinationes quibus non proſint 232
peregrinationes quibus nihil proſint 104
peremptalia fulmina 430
perfectum quid 267
periculorum contemptus unde 276
Peripatetici tria genera inducunt bonorum 189
Peripateticorum philoſophiæ diuiſio 193
Peripateticos felicitatis humanæ longè lateq; terminos ponere 48
περίσσεως 421
pernitioſa nunq; ſeruant modum 180
Perſarũ regis lachrymæ 374
Perſarum rex cur in Græciam traiecerit 459
perſonarum ac dignitatũ proportio habenda 12
pertinacia eſt ignobilis beſtia 320
pertinax 489
perturbationes animi Pythagoras Lyra compoſuit
Peruello 51 (306
Peruſinæ aræ 322
peſtifera fulmina 430
peſtilentiam fieri poſt magnos terrarum motus 469
de peſtilentia & ira 304
Petreius 273
Phædon 209
Phalaris 72.292
Phalaridis crudelitas pag. 330
Pharos 469
Phaſis 449
Phidias triplicem ſui operis fructum habet 17
Phile inſula 448
Philippus 211
Philippus medicus Alexandri 293
Philippus Macedonũ rex metallum explorauit 457
Philippi patiens animus ad conuitia 311
Philippi Macedonis benignus animus in fortẽ mi-
Philiſtæi 125 (litem 40
Philologia facta philoſophia 239
Philologi 663
philoſophia unde dicta 193
philoſophia quid doceat 155
philoſophia quomodo utendum ſit 231
philoſophia uitæ lex 209
philoſophia neminem reijcit 116
philoſophiæ uis incredibilis ad omnem fortuitam uim retundendam 127
philoſophiæ leges breues pag. 207
philoſophiæ ſeruire libertas eſt 82
philoſophiæ uis 238
philoſophiæ uerba, non opera tractare 101
philoſophiæ diuiſio utilis pag. 192
philoſophiæ laus 59
philoſophiæ tres partes 193
philoſophiam in opere diſcere 222
philoſophiam nil ab alio petere 191
philoſophiam quoſdam dicisſe, uelut aliquod artificium uenale 240
philoſophiam non eſſe poſtulare artificium, nec oſtentationi paratum 90
ſine philoſophia æger eſt animus 90
de philoſophi uera magnitudine 244
philoſophi oratio ſimplex eſſe debet 225
philoſophi Cathedrarij pag. 370
philoſophi, uelut corrupto res iuuẽtutis abire iuſſi 402
philoſophi an quæ loquantur præſtent 333
in philoſophorum ſchola quid diſcendum 237
philoſophorum de deo diſcrepantia 659
Philoſtus 85
Phœnix ſemel anno quingenteſimo naſcitur 115
Photinus Stoicus 485
Phrygij 238
pila uiſa ardere in Romanorum caſtris 410
pila totus terrarũ orbis 452
de pilæ luſu, & beneficij ratione 12
Pindarus 469
pira 496
piſcatum ire cum dolabra pag. 438
piſces eſos mortem attuliſe 439
piſces uitreis ollis occluſi pag. 438
piſces cur in terram non tranſeant 438
Piſiſtrati tyranni dictum pag. 307
Cn. Piſonis crudelitas 289
Piſonis ebrietas 177
Pithiæ 417
Placita 213
Plancus 446
Plato 45. 131. 139. 241. 367. 395 506
Plato quintam cauſam adijcit 139
Plato de arcu 413
Plato inſtitutor puerorum pag. 297
Plato ſtat percuſſori ſimilis 307
Platonis anni 134
Platonis dictum ad nautam 57

Platonis

Platonis librum legit Cato, quum ſe interficere cõſtituerat 100
Platonis dictum de uita hominis 459
Platoni tres fuiſſe ſeruos pag. 404
Platoni defuncto magi immolauerunt 134
plebs 490
plebeij 490
Plodo 490
Plotinus 502
Plution 544
pluuiæ minutæ 451
podagra 126.166
pœnæ quare infligantur à prudentibus 290
pœnæ genus omne remedij loco admouendum 288
à pœna fortunam multos liberare 221
Pœni 400
Poëtæ nomen 133
Poëtarum furor 374
Poëtis permiſſum fingere 3
Pogoniæ 417
Polienus 80.93
Pollio 126
Pollio Annius 38
Pollio Aſinius 357
Polybius 375
Polyteles 551
poma gregalia 6
pomœrium Syllam produxiſſe 372
pompa 492
Cn. Pompeius 124. 234. 256 275. 356. 394. 447
Pompeius Hortenſij clientem ſe confeſſus 607
Cn. Pompeij inuidia 49
Pompeij crudelitas malũ finem habuit 372
de Pompei capite Pupillus & Spado tulere ſententiã 78
Pompeij ore nihil mollius pag. 85
Pompeiorũ calamitas 382
Pompeios celebris Campaniæ urbs 460
Pomponius Atellanarum ſcriptor 610
Popilius 538
Popilius miles 555
Popilius occiſor Ciceronis pag. 606
popina ambitioſa 402
popina ſecreta 350
populorum transformationes publica exilia 400
Porcellus grãmaticus 547
Porſena 100
Poſides Spado 675
Poſſidonius 168. 177. 187. 188 190. 195. 196. 197. 198. 209. 218 233. 241. 247. 414. 425. 431 450. 468
Poſidonius diſcipulus Aſclepiodoti 466
Poſidõius de cometis 477
Poſidonium plurimũ philoſophiæ contuliſſe 197
poſitio 489
poſtulatoria fulmina 430
Potamon 547
potentia 494
poteſtas 494
potiones niuatæ 452
precarium 496
precario 487
πρεσβῆυ 456
præcepta dare ſciẽti ſupervacuum 207
præceptis obſtantia amouenda 216
præceptor 486
præceptoris officium erga diſcipulos 324
præceptores quales dandi pag. 297
præcido 669
præcipuus 487
præexercitamenta 486
prætextati 494
prætextati & prætexta 488
præſtare 486
præſtò 487
principia rerum quæ apud philoſophos 659
principi quale exemplum conſtituendum 320
principes duabus de cauſis punire ſolent 326
principũ ſæuitia bellum 319
principum nomina 324
principum uitia quibus rebus alantur 657
principibus qui gratiores eſſe debent 155
Priſcianus 486
priſcum 486
Probus 94
procruſtes 329
prodigium ignis tempore D. Auguſti 409
proditionis præmia ingentia 25
profeſti 489
proficere uelle, magna pars eſt profectus 154
profiteri æs alienum 58
prolongo 49
Prometheus liber 94
in promptu eſſe 490
pronus 487
pronunciatio 490
pronunciatio qualis eſſe debeat in philoſopho 113
proponere 494
propoſitum 489
procœmiorum lex 486
proſtare 497
proſtituere 497
Protagoras 192
prouidentia dei paucis nota 38
prouidentiam eſſe diuinã pag. 272
prouocare 489
proxima ab his 5
proximus ab hoc 16
prudentia 497
prudentiæ encomium 684
de prudentiæ menſura & moderatione 686
Prytanes 349
pſallo 488
Pſychroluta 126
Pſychrolutes 176
Publius Octauius 216
Publius Vicinius 114
Publij uerſus 354
Publij Mimi ſcripta 610
pudicitia 497
pudicitia quale ornamentum 405
pudor 497
pudor quos deceat 85

puer

Universidad de Deusto
Biblioteca

puer ſtatura ingentis uiri pag. 396
pueri quomodo educandi pag. 297
puerorum ira 283
pueros ſtatim ſalubriter inſtitui plurimum proderit 297
de pueris ſimile 362
Puluillus pontifex 390
purpura Tyria 414
puteolanus puluis 439
Pylades 506
Pyrenæus Germanorum tranſitus 400
Pyrrhus maximus præceptor gymnici certaminis pag. 295
Pyrronij 192
Pythagoras 209.239.373
Pythagoras de Deo quid ſentiat 659
Pythagoras quomodo perturbationes ſuperârit 306
Pythagorica ſchola 481
Pythagorici diſcipuli 126
de Pythagorico quodã factum inſigne 73
Pythocles 97
Pythnicus 568

Q

Q Væror cum illo 50
Quies placida 129
Quintius 374
Quintus ſextus 138
Quotidie 487

R

Rabienus 537
de radijs ſolis & ebrietate 178
Rapirius poëta 53
ratio quid 142
ratio arbitra eſt bonorum ac malorum 144
Rebilus conſularis 14
à recto quid abſtrahat 279
reddere quid 72
reducere 6
regalia fulmina 430
regnum penes ſapientes olim fuiſſe 195
regnum nolle regnare cũ poſsis 28
Regulus conſul 460
Reguli fortis animus 274
Regulus captus à Pœnis non uictus 43
Reguli arca 146
Reguli conſtantia 146
remedij genus abominandum 287
repreſentare 9
rerum duo genera 266
de rebus ſitu obductis et cogitatione ſimile 19
reſpublicæ duæ 343
reſpublicæ animus 319
reſpublicæ qui præſint 349
retractare 489
reuerentia frænat animos, pag. 209
rex animus reſpublicæ 319
aut regem, aut fatuum naſci 657
regibus ex manſuetudine ſecuritas 321
Rhenus 449.463
rhetor 491
Rhincolura loci nomẽ 310
Rhodanus 449
Rhodanus fluuius Galliæ pag. 665
Rhodij uox effœminatiſsima 149
riſus immodicus reprehenſibilis 685
rixam à laſſo quæri 306
robur animo unde uenìat, pag. 471
Roma incenſa 201
Romani imperij fundamẽtum paupertas 188
Romani principes quatuor 447
Romulum periſſe ſolis defectione 240
Rutilia Cottum filiũ ſecuta in exilium 406
Rutilius 222, 274, 356, 395
Rutilij dictum 63
Rutilij cõſtans animus 100
Rutilij innocentia 49
Rutilij exilium 146

S

Sabbatis lucernas accẽdere prohibitũ 217
Sabinus Aſydius 547
Sabinus Clodius 623
ſacerdos 496
ſacerdotes ſtipẽ facere 448
ſacrarium 493
ſacrilegium in omnibus rebus 359
ſacrilegij pœna 68
ſacrilegia minuta puniuntur magna in triumphis ſeruntur 187
ſæuitiæ exempla horrenda pag. 308,309
ſagacitas hominum multa inuenit 166
ſagena 666
ſales liberis ſæpe nocere 543
ſales periculoſi 350
ſaltare 488
Saluidenus 321
Salluſtius 474.30.506
Saluſtij ſcripta 626
Saluſtij tempore quale genus dicendi 249
ſanguine litare 451
Santones 488
ſapere expetenda res 253
ſapiens quis 67
ſapiens non poteſt lædi 361
ſapiens in commune auxilium natus 330
ſapiens agricolas bonos imitatur 331
ſapiens ſe contentus eſt ad beate uiuendum, non ad uiuendum 81
ſapiens quare magnus 186
ſapiens ſeipſo contentus 82
ſapiẽs an ſapiẽti proſit 243
ſapiens iras potentium nũquam prouocabit 89
ſapiens humani generis pedagogus 193
ſapiens quid inueſtigauerit 198
ſapiẽtis præcepta finita 207
ſapiẽtis animus ſolidus 359
ſapiẽtis animus qualis 136
ſapienti uiro occaſio bene agendi in adflicta republica 350
ſapiẽti opus agitatione uirtutum 242
ſapientes

ſapientes animum in poteſtate habere 13
ſapientia quid 96.193
ſapientia habitus perfectæ mentis 254
ſapientia antiqua 214
ſapientia rerum terminos nouit 207
ſapientiæ ſtudioſus aliud, & aliud iam adeptus ſcientiam 340
ſapientiæ accidens 254
ſapientiæ uetuſtas nocere non poteſt 573
ſapientiæ uſus ſapere 254
ad ſapientiam cur pauci peruenerint 347
ſapientiam hærere in homine 72
ſapientiam bonum eſſe 253
ſarcinas contrahere 102
Sarcenius 547
ſatellites 496
Satellius Quadratus 104
ſatietas animalibus cognita 135
ad ſaturitatem non opus fortuna 93
Saturnalia celebrare toto anno 667
Saturnaliorũ licentia 673
Saturni ſtella 473
Scamander fluuius 664
Scaurus 106.537
Scaurus Mamercus 548
Scaurus orator 640
Scauri orationes ex ſenatuſcõſulto combuſtæ 641
ſcelera conſpectum ſuum reformidare 418
Scenicos artifices imitari affectus 85
ſchema 491
Sciathus inſula 399
Scipio 287.374
Scipio bellum punicum finiuit 63
Scipio ſocer Pompeij 100
Scipio quo in loco exulârit 124
Scipionis uirtutes 27
Scipionis filiæ ex ærario dotem accepiſſe 404
Scipionis pietas 183
Scipionum calamitas 382
ſcire 110
Sciron 458
Scita 213
Scythicæ ueſtes 196
Scordalus 559
ſcribere quicquid in buccam uenerit 256
Scribonia grauis fœmina pag. 149
Scylla quid 168
ſeculum aureum 195
ſeculi corruptiſſimi mores deſcribuntur 293
ſecuritas proprium ſapientis bonum 363
ſecuritatis magna pars nihil iniquum facere 235
ſedem mutaſſe omnes gentes 400
de ſegete & uoluptate ſimile 334
Seianus 395
Seiani infortunium 354.355
ſatellites 385
σέλαα 417
de Senatore lex 375
ex Senatore fieri cuſtodem caſæ 119
ſenatores ad lucernam decollare 309
Seneca Photini Stoici diſcipulus 690
Seneca in Corſicam inſulam relegatus 485
Seneca iuuenis ſcripſit librum de terræ motu 462
Senecæ pronomen et cognomen 32
Senecæ uita 485
Senecæ filius Tragœdias ſcripſit 485
ſenectus in aula riſſima res 301
ſenectus inſanabilis morbus 240
ſenectus iucundiſſima 85
ſenectus laſſæ ætatis nõ fractæ nomen 103
ſenectus non una hominibus 394
ſenectutem producit frugalitas 134
ſenectutem cur quidam grauem putant 375
ſententia 491
ſententiæ 485
in ſententiam ire 672
ſenex 486
Cn. Sentius 678
Senianus 548
ſeptentrionalis circulus pag. 458
ſeptimus quiſq; annus ætati ſignum imprimit 66
Sepullius Baſſus 605
ſepultura quare inuẽta 281
Serapion philoſophus 113
Serenus 346
Seriphus inſula 399
ſerium 487
ſerpens etiam per hyemem in aperto eſt 449
ſerpens ingens 175
ſerpens peſtifera quando tuto tractetur 115
ſeruator 13,14
ſeruitus ſummæ magnitudinis 321
ſeruitus uoluntaria 45
ſeruitus aſſidua 434
ſeruitus uoluntaria turpis pag. 110
ſeruitus una 105
ſeruitutem non in totum hominem deſcendere 24
de Seruij matre dubitatum
Seruius in conſilium admittendus 120
ſeruus dominũ captiuum iugulat 25
ſeruus an perpetuo mercenarius ſit 24
ſerui diligendi 119
ſeruorum egregium factũ pag. 24.25
ſeruis imperare moderatè, laus eſt 325
quot ſeruos, totidem hoſtes 119
Seſtius 302
Seuerus Cornelius 168
Seuerus Caſſius 505
Sextilius Ena poëta 556
Sextius 239

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sextius honores repulit 222
Sextius philosophus 135
Sextius se in nocturna quiete, animum suum interrogauit 314
Sextus Papinius 309
Sicilia ab Italia reiecta 470
Siciliæ descriptio 391
Siculi iuuenes 29
Siculi iuuenes parentes ab incendio liberarunt 63
Sidonia 468
silere 493
Silo Pompeius 506
simultatis malum 304
Sisyphi saxū uoluere 676
sitim ferre potuisse Catonē pag. 239
Socion 239
Socion philosophus 122
sine socio nullius boni iucūda possessio 80
Socrates 45.81.169.139.222 233.293.373.395
Socrates sales risit 365
Socrates iratus noluit seruum emendare 258
Socrates Archelaum quare adire noluerit 44
Socrates totam philosophiam reuocauit ad mores 151
Socrates præbuit se legib. pag. 149
Socrates in carcere disputauit 100
Socrates dixit idem esse ueritatem & uirtutem 152
Socratis dictum de peregrinationibus 232
Socratis incommoda 234
Socratis calix 146
Socratis uox cum in carcere adesset ad populum 342
Socratis adhortatio in medio periculorum 350
Socratis dictum ad Aeschinem 4
Socratis festiuus iocus 306
Socratis querela de pallio, pag. 73
Socratē triginta dies in carcere fuisse 149
Socratem cicuta magnum fecit 88
Socratem triginta tyrānos circunstetisse 105
ex Socrate uarias sectas esse natas 80
Socratici fœtus 351
socculū auratū osculari 11
Sordalus 129
solatij genus maleuoli turba miserorum 389
solea 489
solertia 489
solidum 489
solis lux semper 203
solis defectio quomodo deprehendenda 416
de solis radijs & animo simile 115
solis alimentum per diem pag. 455
solem undas trahere 450
solem currere nemo sentit, pag. 411
de sole & cometa simile, pag. 479
de sole philosophorum sententiæ 660
de sole & benefico simile pag. 33
de sole & uirtute 143
soles binos & ternos apparuisse 416
Solon 195
Solonē uino indulsisse 357
somnus refectioni necessarius 357
σοφίαι 193
sophismata 118.244
sophismata puerilia qui tractant, quales sint homines 121
Sophistes 491
Sophocles 449
Sophroniscus 27
Spanij domus 264
Sparsus rhetor 538
specimen 488
speculum quare repertum pag. 418
speculum omnis circunscripta leuitas 412
speculū ex auro nitidū 419
speculi ratione imaginem reddi 413
specula quare inuenta 419
de speculis duæ opiniones pag. 413
in specus quosdam intuentes mori 440
specus hyeme calidos esse pag. 450
spes in certi boni nomē 84
Speusippus 307.181
spiritus aër agitatus 410
spiritus sacer intra nos sedet 114
spiritus inuicta res 466
spiritum à uento modus separat 457
spoliarium proscriptionis, pag. 274
Stabianus littus 460
stagni in Syria uis 440
stagna quædam sine fundo pag. 439
stator & statilio 32
statulia 165
stationensis lacus 441
statia diuisa 470
status legitimus ex scripto & sententia 493
status fulmen 428
stellā super ipsam lancem constitisse 410
stellæ an decidant ibid.
stellarum quinq; potestates Chaldæorum obseruatio excepit 427
stellarum usus 36
stellarum non est eadē potentia 475
Stilbon 82
Stilbonis dictum quum patria eius esset capta 83.360
stillicidia pluuiæ cadentis, pag. 412
stilus decretorius 323
stilus exercendus 178
stipatores 496
stipendium ibid.
stips ibid.
Stoica duritia 364
Stoica paradoxa 185
Stoici de deo 659
Stoici 343.345.373
Stoicorum rigida & uirilis sapientia 404
Stoicorum dogma de sapientia 253
Stoicorū sectam apud imperitos male audire 330
Straton doctus uir 465
studendum an post cibum pag. 207
studendum quomodo 195
studium liberale 188
stulti uita ingrata 90
stultitia omnis laborat fastidio sui 84
stultitia morbus animi 71
styx 440
subinde pro mox 60.67
subsolanus 457
subtilitas 490
succussio terræ 467
Suetonij locus 681
Sufes 349
summarium 112
summum adiectionem nō recipere 181
de suo donare 67
suppellex 491
superbiæ proprium 62
superstitio error insanus, pag. 266
superfluens 5
superfluitas taxatur 136
supplicium sceleris in scelere 221
supplicia multa principi turpia 327
Surdinus 614
Surdinus ingeniosus adolescens 556
Surretinum littus 460
sursum deorsum 116
suspicio & coniectura, fallacissima irritamenta 298
suspitionis malum 297
L. Sylla 390
Sylla septem milia ciuium Romanorū occidi iussit 323
Sylla quando uiolentissimus 85
L. Syllæ crudelitas in Marium 309
Syllę occidendi finem fecit inopia hostium 323
L. Syllæ ingratitudo 49
Syllana crudelitas 301
Syllanum iugum 385
Syllano tempore scriptum pag. 290
Syriacus rhetor 562
Syriacus Vallius 634
Syrticum mare 356
Syrticæ gentes 196

T

TAbulæ 372
Tacenda quibus committenda 177
tacere 493
Talthybius 674
Tamusij annales 205
Tantuli sitis 676
tantum non 49
tardiloquus sit orator 114
Tarij factum erga filiū 324
Tauromenitanū littus 168
Taygetus mons 546
de telo & dante simile 9
Telesphorus Thedius misere cruciatur 309
temperantiæ modus 687
tempestas quomodo præsciatur 411
tempestates animi 189
templa 496
tempus colligendum & seruandum 76
tempus tribus partibus cōstare 268
tempus præsens semper in cursu est 370
tempus nemo æstimat 369
de tempore conquestus est Cicero 122
tempora iniqua 395
Tentyritæ 449
terra nullum exilium 281
terra & pars mundi & materia 421
terra quomodo ad cōtinuandos fluminū cursus sufficiat 435
terra ab imbre nō ultra decem pedes in altitudinem madefit 435
terra mutabilis 436
terræ quis situs 420
terræ natura rara 468
de terræ motu multa 460
terram quid ab infimo moueat 462
terrā natura regi ad nostrorum corporum exemplar pag. 437
in terra humoris complura pag. ibid.
de terra & uena simile 438
terras habere multa mortifera 470
Tertullíani locus expositus 681
textorię artis descriptio 197
Thales 437.449
Thales Milesius de terræ situ 462
Thales de deo 659
Thalia 2.3
thema 492
Themisonis secta 213
Theodorus Cyronēsis 659
Theodori philosophi dictum contra tyrannū 355
Theogenes mathematicus pag. 661
Theophrastus 287.373 436.449.480
Theophrastus carpitur 437
Theophrastus Aristotelis discipulus 465
Therea 467
There insula ibid.
Thetisis Threcas 446
Thesis 485.488
Thessaliæ paludes exiccatæ 469
in Thessalia circa Tempe esse mortiferas aquas 440
testari 494
Theutonici 286
Thraciæ iuga 449
Thrascias 458
Thucydides 468.469
in Thucydide præcipua uirtus breuitatis 626
Thuscus 548
Tib. Cæsar 390
Tiberij Cæsaris tēpora 318
tigris 233.441
Timagenes historiarū scriptor 311
timere semper nihil miserius 222

Universidad de Deusto
Biblioteca

timor stultus sine remedio pag. 461
Tithoni longæuitas 662
τό ὄν 132
tonare cœlo sereno 410
tonitrua quid 431
tonitrua 423
tonitrua uenturi prænuntia imbris 425
tonus pro tonitru 431
tonsorum diligentia 371
τοωικὴ 194
tormentum par pauperib. & diuitibus 351
trabes 410.417
trabes in cœlo 473
Trachinensis colonia 538
Traiana colonia 488
tranquillitas uera 129
tranquillitas animi quomo ad sequenda 147
tranquillitas animi quãdo contingat 218
tremor terræ 467
trepidare nocentium propriè 221
triarius 551
Triarius rhetor 570.590
tributa uitæ 220
tristitia iracundiæ comes, pag. 292
tristitiæ an sit cognata uoluptas 225
tristitiæ famam captare 224
Trœceni 546
Troglodytæ 449
Tuber tyranno ab hoste diuiditur 13
Tubero 222.233
Tuberonis lecti lignei 219
Tullius Marcellinus 164
turba uitanda 80
turbo 456.473
turpia quæ 108
turpitudo sapiẽti malũ 359
Turrinus Clodius 538.642
Tusci 400
Tyberius Theodoreus 550
Tyberij Cæsaris luxus 216
Tyberij Cæsaris dictum 52
Tyberij Cæsaris tempora, pag. ibid.
tyranni crudele factum in amicos 298
tyranni & regis discrimen, pag. 322
Tyrij 400
Tyrones primum tentantur 681
de Tyronibus & ueteranis & lugentibus simile 398
Tyros 469
Tyros infamis ruinis 461

V

VAciæ uilla 128
Vadimonis lacus pag. 441
ad ualetudinem bonam cõferunt amici 166
Valerius Asiaticus 425
Valerius Coruinus 372
Vagellius 461
Valgius 124
Valli 642
uanis uana terrori esse 294
Varro de distinctione uentorum 458
Varus 264
Varrus Quintilius 568
Vatinius 275.256
Vatinius natus ad risum et ad odium 365
Vatinij 358
Vedius Pollio 325
de uenatore & uoluptatem captante simile 336
uenæ spiritus receptacula, pag. 437
ueneni uim amittere percussos fulmine 426
ueneo 496
ueneranda quæ sint 203
Veneris comites 3
uenia pœnæ meritæ remissio 330
ad ueniam dandam qui difficiles 320
uentus quid 454
uentus omnis est in fuga, pag. 466
uenti quare dati & 459
uento templum uouere, pag. 458
uentum facit sol ortus 455
uentorum opus 465
uentorum regio 411
uentorum rotidẽ esse, quot cœli discrimina 458
uentos esse quatuor 457
uentos duos simul flare, pag. 464
uentrem præcepta non audire 97
uerecundia parum idonea pag. 350
uerecundia non apud omnes æqua 84.& 85
Vergilius 130.131.132.148 168.184.202.219.228.234.239, 251.263.378.435.447.414 469.461.506
Vergilius de uẽtis 463. & 468.
Vergilij locus 544.549
Vergilij locus de pareliis, pag. 416
Verginius consul 460
ueritatis una uia 229
ueritatis simplex oratio 122
uersutum facere 94
uertebrarum dolor 166
Vesta & Vestales 498
Vestales uirgines discere officia 343
de ueste & regio simile 124
uestis mundæ electio appetenda est homini 202
in uestibus sumptus taxatur 69
Vetenus 25
uia sacra 672
Vibius Rufus 566
uictoria sapientum 154
Victor Stratorius 548
Vienna urbs Galliæ 664
uilia quæ sint 203
Villeus 446
P. Vinitius 563
Vinitius exactissimi uir ingenij 614
uinolentiam crudelitatem sequi 178
uinum pueris non dandũ, pag. 297
uinum gelat fulmen 430
uini uis in aceto 440
uino Solonem indulsisse, pag. 357

uino cadentes uenas resicere 21
uino deditus Cambyses pagina 307
de uino & oratione simile, pag. 249
uir bonus, omnibus eligendus cur 85
uiri fortis descriptio 219
uirgæ nihil aliud quàm imperfecti arcus 416
uirgam in lapidem cõmutare 439
de uirgine prostituta declamatio 495
uirtus 490
uirtus magnum sui decus, pag. 141
uirtus ipsa prima hominis pars 202
uirtus contingit animo instituto & edocto 199
uirtus nõ sine philosophia pag. 193
uirtus nihil aliud quàm animus 245
uirtus altũ quiddam & regale 334
uirtus ubi quærenda 334
uirtus Epicuris uoluptatũ ministra 30
uirtus nulli præclusa 23
uirtus in omnium animos lumen immittit 34
uirtus nulla sine labore pagina 341
uirtus auida periculi pagina 275
uirtus acerrima 323
uirtus sola excelsa & sublimis 291
uirtus humilis & magna, pag. 292
uirtus discenda 266
uirtus certissima quæ 287
uirtus semper signa sui mittit 349
uirtus sine aduersario marcet 273
uirtus nõ potest maior aut minor fieri 151
uirtus nulli uirtuti contraria 329
uirtus sola præstat gaudiũ perfectum 104
uirtutis pars disciplina, pars exercitatione constat 210
uirtutis ubique modus pagina 12
uirtutis proprium & naturale gaudere 292
uirtuti etiam lecto locus, pag 167
uirtutem in duas partes diuidi 210
uirtutem materia non mutat 142
uirtutẽ quidam uoluptati tradidere ancillam 336
in uirtute quid præcipuum pag. 204
uirtute nihil melius 156
uirtutes magnis uiris decori sunt 316
uirtutes bona quasi naturalia 123
Vispanus 605
Vipsanus 661
uita plena uarijs casibus, pag. 391
uita quur homini data pagina 408
uita honesta uarijs actionibus constat 146
uita actuosa 350
uita tenenda, quam natura præscripsit 265
uita omnis seruitium est, pag. 353
uita longa, ijs qui uti sciunt pag. 366
uita in tria tempora diuiditur 370
uita humana quibus rebus constet 284
uita optima sequenda non iucundissima 334
uita quid sit melius, pagina 28
uita seruitus est, si moriendi uirtus abest 165
uita quando sibi concors, pag. 194
uita quorundam turpis & uoluptuosa 368
uita humana nihil fallacius pag. 395
uita emenda non omni pretio 149
uita beata quibus constet, pag. 213
uitæ introitus qualis 392
uitæ cupido excutienda 228
uitæ genera tria 345
uitę spatium amplissimum pag. 205
uitæ regula apprehendenda 96
uitæ eadem conditio, quæ balnei 236
uitæ maximum uitium 227
de uitę partibus omnes deliberare 151
uitam contemnere 244
uitam deridere humanius, quàm deplorare 355
uitam inchoare semper molestum 99
ad uitã unus introitus, omnibus, sed exitus multos, pag 149
uitam securã esse mare mortuum 147
uitam dare quale beneficium 27
A. Vitellius 661
uitis exesæ exemplum pag. 244
uitium quo laboramus nõ esse locorum 348
uitium nullum intra se manet 216
uitia confiteri sanitatis indicium 127
uitia perducere ad desperationem 204
uitia quædam uirtutes imitantia 319
uitia an nobiscũ nascant 210
uitia uirtutibus immixta esse 248
uitia sui corporis quisq; nota habet 147
uitia per uoluptatem facilius irrepunt 80
uitia hominum esse nõ temporum 220
ad uitia pronum iter & præceps 221

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitia malumus excusare quàm effugere 601
uia succumbere uirtutibus pag. 43
uitia incendere quũ dij autores inscribuntur 374
uitiorum mors 103
uitiorũ irritamenta quàm longissime fugienda 124
uitijs notis impedimenta prospicienda 307
uitriarij ars 198
uitro ornatæ cameræ 184
uituperatio immodica reprehensibilis 684
uiuere sibi 128
uiuere in tota uita discendum est 369
uiuere bene bonum 149
uiuere ad naturam 279
uiuere bene bonum animo 205
ad uiuendũ bene non magno apparatu opus 399
uiuẽdum cum hominibus tanquam deus uideat 84
uiuendum quomodo sit à philosophis præscribit 338
uiuendi maximum impedimentum 370
uiuendi facultas dispar unicuiq; data 394
uix fieri 489
de ulceribus & cupiditatibus simile 348
de ulceribus & animo affecto simile 306
ultio doloris cõfessio est 305
ultio duas res præstat 326
Vlysses 143.358
in Vlyssis mala negtia nos impellit 189
de umbra & gloria simile pag. 169
unguẽtarios Lacedemonij urbe expulere 452
uocare ad pileũ seruos 120
Volesi crudelitas 292
uoluptas tam bonis quàm malis inest 334
uoluptas modica laxat animos & temperat 297
uoluptas ubi quærẽda 314
uoluptas certior, quæ eripi non potest 20
uoluptas stabilis & certa 93
uoluptati indulgere initiũ omnium malorum 243
uoluptatem natura necessarijs rebus admiscuit 252
uoluptates modũ transcendentes, pœnas esse 178
uoluptates tristes 146
uoluptates mixtas esse pœnitentiæ 193
uoluptates debellandæ 124
uoluptatũ duo genera 167
uoluptatibus assuetis carere molestum 166
Vopiscus 480
uota omnium ferè hominũ pag. 63
uox quid 421.426
uox uiua prodest, quàm oratio 80.11
uocis mentio non contemnenda 90
uoces imperatorũ quo loco habendæ 201
urbanitas Ciceronis 365
urbanitas temeraria 311
urbium excidia æquo animo ferenda 209
usq; 487
usus 456
uterus maternus nos nouẽ mensibus tenet 229
Vulturnus 458
uxor aduentitium bonum pag. 282
de uxore amissa consolatio pag. ibid.

X

Xanthus fluuius 664
Xenocrates 181
Xerxis crudelitas 309
Xerxis exercitus 61

Z

Zaleucí leges 195
Zenon 136 174.175.176.233.241.343.345.373.346.477
Zenon Eleates 192
Zenon de ira 288
Zenonis dictum quũ naufragium passus esset 355
Zenoni seruum nullũ fuisse 404
Zenonẽ promissis stetisse 41
Zephyrus 457

FINIS.

ORDO CHARTARVM.

a. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn. Omnes terniones, præter Nn duernio.
AA BB CC Dd EE FF GG HH II KK LL. Omnes ternio nes, præter HH quaternio, & LL duernio.

ERRATA, QVAE INTER RELEGENdum deprehensa sunt, sic emendabis.

Fol. 78. lin. 23. puerilem 132. lin. penul. sensu. 196. 19. exemptum. 217. 40. fornici pro fornicatione. 264. 47. lege clamorẽ pro calamorẽ. 267. 26. lege potest pro post. 304. 19 ab ira. 311. 1. præconi. 325. 14. dele in. 343. 17. cũ cusatissimus. 455. 35 lege uere pro uerè. 461. 29. discrutiamur. et 41 ipsa. 462. 46. fuere profruere. 471. 27. ignix 544. 15. dele de. 641. 48. tifonibus. 675. 11. abundaturum. 677. 9. lege cognitionibus. 688. 10. hoc. & 25 dele enim. 694. 18. dele opinor. In ultima linea ternionis CC 12. columnæ desunt hæc uerba. Quid itaq; iuuat doloribus intabescere. Sic prior æditio, &c. incipit ternio DD.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Biblioteca
Universidad de Deusto